


~~RG-1~~
B. L. VIII-3



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	40
Numero:	3

Biblioteca Universitaria GRANADA	
Sala:	A
Estante:	40
Tabla:	356

Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada


*B. A.
R/8788*

DES. ERASMI ROT. OPERVM

**TERTIVS TOMVS EPI
STOLAS COMPLECTENS VNIVERSAS**

QVOTQVOT IPSE AVTOR VNQVAM EVVLGAVIT,
aut euulgatas uoluit, quibus praeter nouas aliquot addita sunt
& praefationes, quas in diuersos omnis generis
scriptores non paucas idem
conscriptit.

*Opera omnia Erasmi caute
legenda: tam multa enim
sunt corrupta, ut
non omnia expurgari
possint.*



*Por comision de los señores
Inquisidores corrigi este libro
En granada a 20 de febrero
de 1608.*

Augustin de quiron

*No tiene mas que expurgar conforme
expurgar del año de 1608.*

BASILEAE EX OFFICINA PROBENIANA
ANNO M. D. XL.



19/8788

DES ERASMVVS ROTERODAMVS

LECTORI S. D.

A NTE H A C testatus sum, me nulli mearum lucubrationum minus fa-
 uere, quàm epistolarum, & huius animi mei causas recensui, nec alia
 mihi nunc mens est quàm olim fuit. Attamen quum Hieronymus
 Frobenius asseueraret hoc opus totum iam biennium à studiosis ef-
 flagitari, recognoui quod fuerat excusum, & non mediocrem accessio-
 nem adiunxi. Sic sum optime lector, nihil negare possum his, quos ex animo cha-
 ros habeo. Erant quidē inter euulgatas epistolas aliquot ad quosdā, quos tum pro-
 fidis amicis ducebā, amantissime simul & honorificentissime scriptae, quos nunc pa-
 tior improbissimos inimicos, ut nihil est tutum in rebus mortalium: nullas tamē sub-
 moui, sic existimans: eas magis illis fore dedecori quàm honestamento. Nec ordinem
 mutare uisum est, tantū opus uniuersum in libros partitus sum, quo lector facilius
 inueniat quod quaerit. Erant amici qui per litteras monuerunt, singulas iuxta tem-
 porum ordinem digerēdas esse: id etiam si fuisset in promptu, ob certas causas non
 est uisum consultum: atque adeo nec argumentorum congruentiā sequi placuit, quod
 in hoc scripti genere primam gratiam habet uarietas. Porro si quis aliquid tale desi-
 derat: diem & annum in calce singularum adicimus: ad haec, praefiximus indicem,
 nominibus personarum, ac paginarum numeris adiectis, demonstraturum quis
 ad quem scribat, & quoties scribat. Erant epistolae coplures, quas adiunctas cupie-
 bam, si uenissent ad manum: sed migratio fuit in causa, ut multa perierint, quae ser-
 uata mallet: omnia uero sic confusa, ut magna pars frustra quaesita sit. Hoc eo mo-
 nere uisum est, ut si quis forte, ubi uiderit epistolas ad alios inferioris notae amicos
 aeditas, doleat ad ipsum scriptas nusquam extare, ne suspicetur id malicioso studio fa-
 ctum. Hoc seculo nescio quid scribi possit, quod non hunc aut illum offendat. Nos
 tamen pro uiribus annixi sumus, ut quae multum haberent acrimoniae, aut praeter-
 mitterentur, aut certe lenirentur. A nominibus traducendis libenter abstinuimus,
 quod utinam in totum licuisset, uerum hoc non erat epistolas aedere. Titulos solen-
 nes, non solum ambitiosos, uerum etiam indoctos ac lectori molestos, omisimus:
 quod obsecro ne quis sinistre interpretetur, quasi contemptus gratia sit factum. Quis
 enim nescit reges esse inuictissimos, serenissimos: Abbates uenerabiles, Episcopos
 reuerendos, Cardinales reuerendissimos, Pontifices sanctissimos ac beatissimos?
 Haec igitur, ut illa, inuictissima maiestas, reuerendissima dominatio, gratiosissima
 celsitudo, & reuerenda paternitas, non modo uiciant latini sermonis pu-
 ritatem, sed lectorem etiam superuacaneis ac molestis o-
 nerant. Bene uale, Datum Friburgi Brisgoe
 septimo Idus Augusti. ANNO
 M. D. XXIIX.

INDEX EPI

STOLARVM, COMMONSTRANS
QVIS CVI SCRIBAT, ET
QVOTIES.

Table with 2 columns: Name and Page/Reference numbers. Includes entries like BBATI cuidam, Abeli Colfero, Adriano Audomarico, etc.

INDEX

Table with 2 columns: Name and Page/Reference numbers. Includes entries like Andreae Cnophae Ruteno, Ploc, Andreae & Christophoro, etc.

INDEX

Table with 2 columns: Name and Page/Reference numbers. Includes entries like Bonifacio Amerbachio, Cuidam, Cardinali Nanetensi, etc.

I N D E X

Francisco Chiregatto, episcopo Interam-	Gratiano Hispano	639
nenfi. 422, 458, 685, 795	Græcæ linguæ studiosis	1207
Francisco Cigalino 792	Greuerado aduocato	225
Franciscus Craneveldius, prius pensionarius	Guilielmo ab Horton	1082
Brugensis, nunc senator Mechliniensis. 474	Guilielmo Burbaco Anglo, ex familia Car-	
Francisco Craneveldio Ibidem	dinalis Eboracen.	501
Franciscus Deloïnus, præses senatus Parisi-	Guilielmo Budæo. 14, 16, 19, 29, 41, 150, 162	
ni 37	163, 171, 173, 174, 179, 185, 429, 470, 500	
Francisco Deloïno 38	547, 663, 703, 742, 743, 808	
Francisco Dilfo 647, 994	Guilielmus Budæus Erasmo. 12, 17, 22, 39, 88	
Francisco Ebrodunen. archiepiscopo 674	155, 161, 171, 173, 174, 177, 178, 181, 186, 701	
Francisco Galliarum regi 43, 799	Guil. Budæus Cutherto Tonstallo. 105	
Francisco Hasselten. Franciscano 612	Guilielmo comiti ab Isenburgo 950	
Francisco Molinio ab eleemosynis regis	Guilielmo Dancastro theologo 428	
Galliarum 728, 732, 806, 807	Guil. Gaudano 205	
Francisco Rupilio 1087	Guilielmus card. de Croy 378	
Francisco Syluo 581, 662	Guil. archiepiscopo Toletano, Cardina-	
Francisco Thefauratio ecclesiæ Besontinæ	li de Croy 236, 376, 380	
750, 1023	Guilielmo Copo medico Regio 42	
Francisco Vergaræ 562, 615, 710, 1051	Guilielmus Copus Ibidem	
Fridericus Nauleæ 578, 581, 613, 740	Guilielmo Gonello 128, 264, 276, 282	
Fridericus Saxonie duci 237	Guilielmus Montioius, Angliæ Baro, & au-	
G	laæ reginalis præfectus 189	
Gabrieli Offhusio Carthusien 8	Guilielmo Montioio. 202, 204, 220, 248	
Gaspari Hedioni 767	258, 285, 314, 315, 429, 560, 1021, 1042	
Gaspari Schalbus 245	Guil. Flueo Parisien. ecclesiæ decano 390	
Gaspari Schalbo Ibidem	Guilielmo iuniori Cluuen. duci. 931, 1013	
Gaspari Vrsinus Velius 260	Guil. Latimerus Anglus Theolog. 358	
Gaspari Vrs. Velio. 261, 945, 1041	Guil. Latimero 360, 415	
Gasparis Vrs. Velij genetiæ con Erasmi. 59	Guil. Nefeno 235, 370	
Georgio Agricola 944	Guil. Pastori ciuitatis Gruningen. 517	
Georgio Commerstadio 1041	Guil. Vuaramo, archiepisc. Cantuariensi	
Georgio episcopo Brixinensi 641	423, 424, 453, 461, 588, 634, 701, 729	
Georgio Haloino Cæs. aulae apud Braban-	Guil. Vuaramus 76, 275	
tos proceri 138, 418	Guil. Taleo 534	
Georgio Loxano equ. pro cæcellario Boh.	Guil. Patri Carthusiæ magnæ 785	
1114	Guil. Quinoo 1027	
Georgio Saxonie duci. 450, 569, 570, 593	Guolphgango Fabritio Capitoni 8	
608, 631, 635, 640, 643, 685, 721, 722, 775	Guolphgango Remo 1020	
992, 999, 1030, 1198	H	
Georgio Smotzero doctore 644	Hadrianus, uide Adrianus	
Georgio Spalatino Saxonie ducts à sacris	Haioni Camingo Phrysi 563	
237, 391, 441	Haioni Hermanno Phrysi LL. doctore, se-	
Georgius Spalatinus 391	natori Cæsarei Senatus apud Leouardiam	
Gerardo ab Affendelf 1081	478, 631, 759, 760, 768	
Gerardo Lystrio 427	Hector Hoxuirius 1099	
Gerardo Nouiom. 143, 146, 362, 399, 414	Hector Hoxuirio 949	
Gerardus Nouiomagus 145, 260	Henrico à Bergis, episcopo Cameracensi	
Germanus Brixius Autiffidoren. 193, 840	316, 332	
974	Henrico Affinio Lyren. medico 432	
Germano Brixio 196, 437, 613, 661, 697	Henrico Anglorū regi. 129, 140, 249, 423	
749, 842, 948, 975, 1015, 1053	597, 727, 732, 747	
Gilberto Cognato Canico Nozerethi in	Henricus Angliæ rex 911, 1102	
Burgundia 1113, 1114	Henrico Bouillo 76, 129	
Godefredo Rodestegrio 450	Henricus Bouillus 76	
Godschalco Rosemundo 414, 473, 494	Henrico	

EPISTOLARVM

Henrico Botte LL. doctore 632, 658	Iacobus Sadoletus 719, 839, 959, 964
Henrico Caduceatori 613	1104, 1105
Henricus Christiano fratri 212	Iacobo Tuffano. 765, 791, 1003, 1013
Henricus Glareanus 52	Iacobo Tutori, pensionario Antuerpiensi
Henrici Glareani hecatostichon 54	226, 328, 330, 1201
Henrici Glar. elegia ad Osualdum Myco-	Iacobo Tillingero Romani & Hispan. re-
nium 56	gis Thefaurario 439
Henrico Glareano 132, 478	Iacobo Vuimphelingo Theologo 594
Henrici Gruningio decano Embricensi	Iano Cornario 932
454	Ioachimus Camerarius 605
Henrico Guldefordo equiti 258, 427	Ioachimo Camerario 607
Henrico Stromero Aurbachio medico. 339	Ioachimo Gandauo medico 744
603, 721, 424	Ioanni Alexandro Brassicano 1005
Hermannus Buschius Paphilus 408	Ioanni Antonino Cassouensi, medico nunc
Hermanni Buschij carmen 53	in familia episc. Cracouie. 611, 655, 741, 818
Hermannus Buschio 187, 408, 478	Ioanni Baptistæ Egnatio 354, 574, 752
Hermannus Colonien. archiepiscopus 914	799, 1001, 1051, 1055
Hermannus Col. arch. 912	Ioanni Boerio 1051
Hermannus Comitæ Noua aquila. 641	Ioanni Bonero 947, 1206
746	Ioannes Borsalus decanus Verien. 252
Hernesto Bauariæ duci 142	Ioanni Borsalo 253, 612
Hieronymo Agathio 757	Ioanni Botzemo canonico Constantien.
Hieron. Aleandro archiepiscopo Brun-	421, 723, 938
dusino 597	Ioanni Bibliopego Dano 714
Hieronymo Emsero Georgij Sax. ducis à	Ioanni Brisgoico, theologo. 808
sacris 587, 721	Ioanni Casario 718
Hieronymo Frobenio 557	Ioanni Canto, siue De hondt, canonico Cur-
Hieronymo Ritio 898	tracen 635
Hieronymo Viromando 823	Ioanni Carondleto, archiepiscopo Panor-
Hieroslao à Lasco. Polontæ Baroni. 576	mitano, aulae Brabantie Cancellario. 731
812	748, 787, 810, 801, 1159
Hilario Bertulpho Gandauo 586	Ioanni canonico Bruxellensi 207, 331
Hispano cuidam Sorbonico 647	Ioanni Cholero præposito Curien. 935
I	Ioanni Cocleto 636, 640, 909
Iacobo Apocello Eluetio 578	Ioanni Claymondo, theologo 198
Iacobo Banisio Cæsaris consiliario. 256	Ioannes Coletus decanus apud dñum Pau-
263	lum Londini in Anglia 81, 218
Iacobus Banisius 263	Ioanni Coletio 187, 219, 248, 351, 352,
Iacobo Batto 207, 215, 222, 307, 301, 311, 313	355, 358, 416
320, 327, 333, 334, 336, 337, 339, 340, 341	Ioanni Draconi 235
Iacobo Cantæ 949	Ioannes Eccius theologus 94
Iacobo Fabro Stapulensi. 127, 142, 809	Ioanni Eckio 95
Iacobus Faber 82	Ioanni Erasmo Frobenio 1048
Iacobo Hochstrato, theologo Dominica-	Ioanni Fabro Ferdinandî regis à consilijs
no 518	262, 746, 804, 1070
Iacobo Hornensi 236	Ioannes Faber 261
Iacobo Landauo Bauro 723	Ioanni Fabro Urbanus regius 86
Iacobo Middelburgenfi, Vicario generali	Ioanni Falconi 203
episcopi Cameracen. 331, 393	Ioanni Feuino canonico, S. Donatiâni Bru-
Iacobus Pifo Præceptor Lodouici quondâ	gis 426
Vogartæ regis 351	Ioanni Emstedio Cartusien. 680, 901, 1182
Iacobo Pifoni 814	Ioanni Gaccho 848
Iacobo Sadoletto episcopo Carpentoraci-	Ioanni Georgio Paugartnero. 954, 1084, 1213
si 658, 719, 837, 960, 981, 1156	Ioanni Glaptoni Franciscano, Caroli. Cæs.
	à confessionibus 688
	I
	Ioanni

EPISTOLARVM

Ioanni Grosierio apud Infubres quaestori regio 130	Iusto Decio Sigismundi Poloniae regis secretario 755.820.1077
Ioanni Henckello Vngariae reginae a conscriptionibus 583.764.1048	L
Ioannes Kircherus 284	L Ambertus Grunius scriba apost. 929
Ioanni Kirthero Ibidem	Lamberto Grunio 919
Ioanni Klebergero 1116	Laurentio Bartolino abbati Italo 560
Ioanni Lascano praeposito Gnesnen. in Polonia 585.609.654.1128	Laurentius Campegius Card. 395
Ioanni Lascari Constantinopolitae 128	Laurentio Campegio. 394.307.422.444
Ioanni Longlondo, episcopo Linconien. in Anglia 801.953	682.1106
Ioannes Ludouicus Viues. uide Ludouicus Viues 808	Laurentio Puccio Cardinali 1148
Ioanni Lotzero medico 639.1047	Lazaro Bayfio 637.1001
Ioanni Maldonato Hispano 771.793	Leo X. Pontifex 49.72
Ioanni Matthaeo Giberto Dataro Pontificis 1190	Leoni X. Pontifici 50.63.73.382.451
Ioanni Moro 282.283.431.433.581	Leo pontifex Regi Angliae 73
Ioanni Paungartnero 946.951.1212	Leonardo Casimbrotio Brugena. 576.798
Ioanni Rincko 953.1028	Leonardo Coxo Anglo 610
Ioanni Phiscero, episcopo Rossensi. 246	Leonardus Priccardus canonicus apud Aquisgranum 387
272.418.424.595	Leonardo Priccardo 388.683
Ioanni Reuchlino seu Capnioni 413	Leonardo à Gruerij Officiali Besontino. 587.626.997.1044.1115
Ioanni Robino decano Mechlinien. 436	Leonardo Rephano 819
Ioanni Rosino 1043	Leontio 477
Ioanni Rusero Nouientano 257	Liutino abbati monast. S. Bauonis Gandae 517
Ioannes Sapidus Selestadien. 57	Liutino Algortio Gandauo 479
Ioanni Sapido 58	Liutino Ammonio 759.975
Ioanni Schudelino litteratori Memminge. 453	Lodouico à Prato, praefecto Gandae. 471
Ioanni Seluae praesidi Parisini senatus 661	Lodouico Berquino 662.756.760
Ioannes Sixtinus iureconsultus 89	Lodouicus Berus theologus 51
Ioanni Sixtino 89.216	Lodouico Bero. 51.556.627.764.907.1115
Ioan. Schlehta Costelecius Bohemus. 462	Lodouicus Canossa episcopus Baiocae. 43
Ioanni Schlehta 259.465	Lodouico Canossa 44
Ioanni Sucqueto 905	Lodouico Carino 393
Ioanni Syluagio Caf. Cancel. summo. 273	Lodouico Coronello theol. Hispano 693
Ioani Turzoni epif. Vratislauen. 237.473	Lodouico cuidam 313
Ioannes Turzo 472	Lodouico episcopo Tornacen. 460
Ioanni Valdesio Hispano 619.824	Lodouico montis S. Mariae & Charitatis abbati 1112.1115
Ioan. Vergare Hispano. 619.707.1050.1067	Lodouico Rufao Lutetiae praefecto 254
Ioanni Vlatreno. 646.903.994.1041.1203	Lodouicus Viues 538
Ioanes Vuatfonus Anglus theologus. 44	Lodouico Viueti 350.540.584.613.716
Ioanni Vuatfono 45	755.787
Ioanni Vuerterio 188	Louanienfibus Theologis 554.571.658
Iodoco Gauerio iurifconsulto 866	Louanien. Academiae moderatori quare Godfchalco
Iodoco Ionae 233.434.480.550	Lubecensi cuidam 204
Iodoco Noetio consiliario Brabantiae 437	Luca Bonfio 994
Iodoco praesidi Mechlinien. 689	Lucas Paliurus LL. doctor 138
Iodoco Sasbouto 944	Lucae Paliuro Ibidem
Iulio Pflug 996.1000.1058.1079	Ludolpho 223
Iulius Pflug 1057	M
	Marco Laurino, canonico apud D. Donatianu Brugis. 135.278.562.871
	Martino

EPISTOLARVM

Martino Bucero <i>heresiarcha</i> 650	Nicolao Vuatenuffo Bernensi 785
M.B. amico 137	O
Martino Dauidi canonico Bruxellano 798	Obtreatori cuidam 421
Martinus Dorpius Theologus 266	Obtreatori suo pertinacissimo. 507
Martino Dorpio 271.1117	Oualdo Myconio Luceriano 56.144
Martino Hunno medico 722	Otoni Brunfeldio 681
Martino Lutheri heresiarcha 243	P
Martino Luthero <i>heresiarcha</i> 790	Palentino episcopo 686
Martino Lypfio Bruxellano. 112. 437.502	Paludano, rhetori Louanien. acad. 138
503.858	Paschafius Berselius 147
Mariae Vngariae quondam reginae 1046	Paschafio 146
Margaretae reginae Nauarrae 705.706	Paulus Bombasius 92.375.543
Margaretae Roperae 1048	Paulo Bombasio. 93.376.544.578.782
Matthaeo Card. Sedunensi 726	Paulo Ritio medico 441
Matthiae Kretzero 998.1018	Paulo Sadoletto 1087
Matthiae Laurino Vuaterulitensi 588	Paulus III. papa Erasmo 1095
Matthiae Saxon. ducis Geor. a decimis. 431	Paulo Voltzio abbati Hlagonis curiae 422
Matthiae Schurerio 1213	593.766.885
Maximiliano à Burgundia 644.645.936	Petrus Aegidius ab actis curiae Antuerpiae 278
Maximiliano Translyuano. 680.694.733	Petro Aegidio 100.127.275.276.277
Medico cuidam 221.588	279.280.281.282.354.549.788.812
Mercurino Cattinario cancellario Caesaris summo 403.700.742	Petro Anglebermao medico 246
Mercurinus Gattinarius 1103.1108	Petro Barbitio, decano Tornacen. theolo. go 3.133.143.501.559.575.689.727
Michaelli Budae episcopo Lingonien. in Gallia 382.741	731.741.766
Monacho cuidam 714	Petro Bembo 760.958
N	Petrus Bembus 957.1108
Natali Beddae 572.655.660.663.678	Petro Caraffe, quondam episcopo Theati no 273
684	Petro Castellano 1024.1080
Nicasio facellano Cameracensi 207	Petro Danesio 749
Nicolao à Burgundia praeposito apud S. Petrum Traiecti 226	Petro Decimario 633.757
Nicolao Benserado iurifconsulto 329.331	Petro Kmira comiti in Vysnitze, Poloniae supremo Marschalco 1198
Nicolaus Beraldus 385.386	Petro Manto Dominicano 442
Nicolao Beraldo 387.429.478	Petro Messae Hispano 1009.1088
Nicolao Buscoducensi 557	Petro Morhyeo abbati S. Sulpitij 745
Nicolao Cannio Amsterodamo 930	797.815.970
Nicolao clerici Theol. Lutetiano 742	Petro Mosellano 240.425
Nicolao Episcopo 938	Petrus Mosellanus 239
Nicolao Euerardo Hollandiae praesidi. 534	Petro Notho à Curtenburna 313
772	Petro Richardoto 1112
Nicolao Gerbelto iureconsulto 185	Petro Tomitio, episcopo Cracouien. 657
Nicolao Hispano 789	746.817.996.1093.1182
Nicolao Mallario 966	Petrus Tomitius 1091.1104
Nicolao Montensi, decano & cancellario Academiae Louanien. 571	Petro Toffano 758
Nicolao Olaho 994.1025	Petro Viterio 44.254
Nicolao praeposito Edano 433	Petro Vuicmano canonico. Anderlac. 559
Nicolao Vario Maruillano praesidi trilinguis collegij Louanij 640.914.1210	Petro Zutphenio Cassiletano, oeconomoprincipis Adolphi Vertant 390
Nicolao Vesuuio, episcopi Lingonien. in Gallia à sacris 758	Philippo à Burgund. epif. Traiecten. 149
	Philippo à Burgundia Ibidem
	Philippo à Burgundia 238.600
	Philippo

Synarcha. EPISTOLARVM

Philippo Melanchthoni	238, 601, 691	Sigismundo Poloniae regi	824
Polydoro Virgilio	532, 730, 741	Sigismundo Poloniae rex	827
789, 809		Sigismundo Queftenbergio	956
		Simoni Leignierio	1112
Q Vintino suo	1024	Simoni Pistorio, Georgij Saxoniae ducis	
Quirino Talefio Haerlemens.	837	Cancellario	567, 615, 993
		Stanislao Bonero	
R Aphaeli Cardinali S. Georgij	70	Stanislao Turzoni episcopo Olmutzensi	
Raphael Cardinalis	823	533, 537, 687, 1194	
Reclori scholae Erphurdien.	417	Stanislaus Turzo	1103, 1105
Reginaldo Polo Anglo	577, 790	Stephano Broderico episcopo Sirmiensis	
945		820	
Richardus Bartholinus Poeta, canonicus		Stephano Gardinario	811
Spoletanus	59	Stephano Poncherio quondam episcopo Pa-	
Richardo Bartholino	62	risien, iam archiepiscopo Senonensi	10
Richardo Bero Abbati Glasconien.		425	
595		Stephano Pratenfi	626
Richardo Cutberti episcopi Londonien. à		Syluestro Prierati Sacri palatii Romae ma-	
sacris	138	gistro, dominicano	734
Richardo episcopo Vuintoniensis	256	Syluester episcopus Vuigornien.	49
315		Syluestro episcopo Vuigornien.	50
Richardus Pacæus	373	422	
Richardo Pacæo	129, 281, 362, 374, 427		
442, 454, 461, 645, 1049			
Richardus Sampson iuris doctor	123		
Richardo Sampsoni	124		
Richardo Sbrulfo	434		
Richardo Sperchefordo	810		
Richardo Vuitfordo Gulielmi Montioij			
à sacris	203		
Rimaclo Caesaris à sacris	273		
Roberto Aldrisio, Anglo	790, 810		
893			
Robertus Gaguin	317		
Roberto Gaguino	209		
223, 317			
Roberto Piscatori Anglo	218		
317			
Rogero Vuentfordo	305, 306		
Rudberto à Mosham, decano Patauiensi.			
590			
Rutgero Rescio, in collegio trilingui Grae-			
ca lingua professor	546		
706			
S Cholafteri Befontino	625		
Sebastiano de Rotenhan equiti	470		
Senatui Argentinensi	716		
Senatui Basiltensi	732		
Senatui Befontino	1110		
Senatui Parisiensi	652		
803			

INDEX

Thomae Parcio, secretario senatus Cale-		Viglius Zuichemus Phrysius LL doctor	
tien.	232	750	
Tilemanno à Fossa, siue Graui	589	Viglio Zuichemo	751, 951
609, 1045		Vlricus Hattenus	251
Tonessio, cõsiliario Cardinalis Eboracei.		Vlrico Hatteno	251
593		1061	
Tranquillo Parthenio Dalmatae	197	Vrbano Regio	87, 589
		Vrbanus Ioanni Fabro	86
		87	
V Alentino Furstero	810	Vrseuico Decano	302
Vdalricus Zafius	81, 83		
144, 398			
Vdalrico Zafio	144, 149, 150, 397, 398	Zachariae Deiotaro Phryfio	597

I N D I C I S
F I N I S.

Thomae

DES. ERASMI RO
TERODAMI EPISTOLARVM
LIBER PRIMVS

ERASMVVS ROTERODAMVVS BEATO RHENANO
SELESTADIENSI S. D.

QVOD scribis optime Beate, uerius esse uideo quam uellem. Sed illud demiror, quor ea potissimum efflagitent amici mei Germani, quæ me degraunt inuidia. Scis enim quàm non dextris aulibus exierint epistola, quas tu primum adendas curaisti: at quanto peioribus illa Farrago, cuius æditionem partim extorsit amicorum flagitatio, partim ipsa necessitas: cum uiderem accinctos, qui quod habebat epistolarum mearum uel inuito me essent publicaturi. Atq; id facturos, sese iam palam literis ad me suis minitabantur. Quod ne fieret, fasciculo ad te misso, delectum atq; etiam emendandi ius tibi credidi, si quid inesset, quod uel offecturum fama meæ uideretur, uel exacerbaturum uehementer cuiuscq; animum. Nec dubito quin tu sedulo pro tua in nos beneuolentia, sis amici sinceri functus officio. Et tamen illic etiam inuentum est, quod apud quosdam plane tragicas iras excitauit. Quare decretum erat in totum ab hoc genere scripti desistere, præsertim cum nunc res undiq; miris tumultibus agitentur, ac multorum animi sic odij sint exacerbati, ut nihil tam blande, nihil tam simpliciter, nihil tam circumspecte possis scribere, quod non rapiant in calumniam. Ego quum adolescens atq; etiam uirili ætate, plurimas scripsissem epistolas, uix ullam tamen in hoc scripsi, ut aderet. Exercebam stultum, fallebam ocium, nugabar cum amiculis, stomacho morem gerebam: denique nihil aliud hic fere quam ludebam, nihil minus expectans, quam ut huiusmodi næcias describerent & asseruarent amici. Nam Senæ cum essem, humanissimus ille Piso, qui tum regis sui nomine oratorem agebat apud Iulium Pontificem, repperit apud bibliopolam quendam prostantem codicem epistolarum Erasmi, sed manu descriptum, emit ac mihi misit. In hoc tamen erant permulta, quæ fortasse non indigna uideri poterant quæ seruarentur, tamen offensus tam inopinato casu, totum quantus erat, Vulcano dicaui. Huc reuersus comperi similes libellos apud complures adseruari, in aliquot exemplaria transfusos. Et hic quicquid à notis impetrare potui Vulcano tradidi. Sed expertus sum tandem mihi rem esse cum excetra. Hoc igitur consilio passus sum exire quasdam, ut uel satiati desinerent flagitare cæteras, uel ipsi certe desisterent ab ædendi consilio, cum perspicerent me huic negotio manus admoliturum esse. Ad hæc, exirent certe cum aliquo delectu, minusq; deprauata quam apud multos habebantur descriptæ: Deniq; minus haberent aloes. Hoc consilio Farraginem recognoui, quædam explicui quæ quidam sinistre fuerant interpretati: quædam expunxi, quibus animaduertam quorundam offensos animos, nimium profecto teneros atq; iritabiles, quædam mitiora reddidi. Ac rursus horum temporum ratio fecit, ut me eius consilij poeniteret. Iam pridem magnis odij flagrabant studia tuentium linguas ac bonas literas, & istorum qui stultissime sibi persuadent, suis commodis decedere, quicquid accrescit prouentui melioris literaturæ. Mox Lutherana tragœdia in tantam exarsit contentionem, ut nec loqui tutum sit, nec tacere. Rapiuntur in diuersum omnia, etiam quæ optimo scribuntur animo: ne tempus quidem perpenditur, quo scripsit aliquis, sed quod suo tempore recte scriberetur, transferunt in tempus incommodissimum. Proinde scripseram diligenter Frobenio nostro, ut hoc operis mei perpetuo premeret, aut seruaret in aliud tempus, aut certe in reditum meum proferret. Paraphraseon opus acceleraret, quo neminem adhuc offendi comperissem. At ille ut mihi quidem frequenter est, leuæ mentis, omnibus ut scribunt posthabitis, epistolarum opus adproperauit, iamq; me incio ad quadagesimum primum senionem peruenit, neq; quicquam

quam remoratur æditionem, præter præfationem & coronidem. Negat autē se diutius pressurum opus, etiā si ipse fortasse grauer aliquid addere, citius emitturus *ἐπιφαιδον* ac *μίσθον* opus, quā tantam impendij iacturam accepturus. Scilicet mos homini gerendus est, & ipse fortasse famæ dispendium aliquod faciam, ut illius compendio consulatur. At quando quod uolui obtineri non potest, tui mi Beate candoris erit, aduigilare ut opus exeat, quā minima mei nominis inuidia. Non satis memini, quas epistolas miserim. Atque ea gratia iusi, ut per iuuenem eum, per quem mihi priorem noui testamenti partem, remitteret quod excusum esset ex epistolis. Quod quo consilio grauatus sit facere, non queo satis coniectare. Hac igitur in re, te per amicitiam nostrā obtestor, eruditissime Beate, ut quod ego facturum eram, si licuisset, tu facias, uere alter ego; atque omnibus modis sic agas, ne isthic Erasmus abfuisse uideatur. Neque uero te moueat tantulum damni, quod erit in aliquot chartis mutandis suscipiendum. Mihi totum istud quicquid erit dispendij uolo imputari, Frobenium immunem esse iubeo. Ego lucrum esse deputo, quoties pecuniæ iactura, famæ consiluitur. Pecuniam illam facile sarcinemus alicunde. Famæ laboranti non facile succurritur. Cui si nihil etiam immineret periculi, tamen arbitror animi esse Christiani, pro utribus admitti, ut sic studeamus omnibus prodesse, ne quemquam uel imprudētes offendamus. Fit autem hoc nescio quo meo malo fato, ut ab his ad que uidebar natura compositus, in alium campum longe diuersum me fortuna depellat, siue uitæ spectes institutum, siue studiorum genus. Etenim ne singula commemorem, cum uiderer ad sumum hoc ac liberum orationis genus esse natus, quod in concionibus, consultationibus aut etiam declamationibus adhiberi solet, in collectionis prouerbiorum, in scholijs & annotationibus bonam studij portionem contriui. Carterum ad epistolas scribendas, fortasse non ita ualde uideri poteram ineptus, uerum alioqui multæ res erant, quæ me ab hoc genere deterrebant. Primum si epistolæ carent ueris affectibus, neque uitam ipsam hominis representant, iam epistolæ nomen non merentur. Quales sunt Senecæ ad Lucilium, atque adeo inter eas quas olim scripsit Plato, quasque ad apostolorum (ut appareret) imitationem, scripserunt Cyprianus, Basilus, Hieronymus, Augustinus, per paucae sunt, quas non libros rectius appellaris quā epistolas. Porro quas nobis reliquit nescio quis Bruti nomine, nomine Phalaridis, nomine Senecæ & Pauli, quid aliud censeripot sunt, quā declamatiuncularum. Verum autem illud epistolæ genus, quod mores, quod fortunam, quod affectus, quod publicum simul & priuatum temporis statum, uelut in tabula representat, cuius generis ferè sunt epistolæ Ciceronis, Plinij, & inter recentiores Aeneæ Pij, aliquanto plus habet periculi, quā historia rerum nuper gestarum; periculosa (ut inquit Placcus) plenum opus alicunde. Proinde si quid ædendum sit in hoc genere, nulli uelim autor esse, ut ipse uiuus ædat, sed Tyroni cuiuspiam hoc det negocij. Quantū hic in ædendis patroni sui monumentis, plus studij quā iudicij creditur adhibuisse. Siue laudes, siue uituperes aliquem, non deerunt qui offendantur. Ut ne commemorē esse quosdam, qui ne laudari quidem sustineant libris æditis: siue quod de dignentur à quouis nominari, siue quod uereantur, ne cui ueniant in suspicionem *φιλολακίας*. Quo magis admiror diuim Bernardum epistolas suas euulgasse, in quibus tot nomina carbone notantur. Nunc si quis Iacobitæ, aut Carmelitæ meminerit, uel suppresso nomine, nisi multa cum honoris præfatione, res uideatur digna lapidatione. Iam & illud est incommodum, quod ut sunt res mortalium, ex amicissimis nonnunquam redduntur inimicissimi, & contra, ut & illos laudatos, & hos doleas affectos. Postremo ne famæ quidem autoris satis cōsulitur, quod plerique ex una quapiam epistola totum æstimant hominis ingenium, cum aliquoties scribamus uiuidi, nonnunquam dormitantes, interim lasi, interim etiam ægroti, aut aliud agentes, nonnunquam alieno stomacho, frequenter ad eius cui scribitur, uel captum, uel iudicium, orationis habitum attemperantes. Unde fit ut imperitis ueniamus in suspicionem inconstantia, cum ea uarietas, ætati, affectui, personis ac rebus in diuersum mutatis, sit imputanda. Hæc cum alium quamlibet felicem ab ædendis epistolis merito deterreant, me tamen illud peculiariter dehortabatur, quod eum mihi semper fortuna non solum humilis fuerit, uerum etiam constanter iniqua, neque is uitæ tenor, ut eam uelim aut possim ab omni crimine uindicare, non erat cur uellem utriusque multa superesse uestigia. Atque hæc ratio fortassis & illos moueret, ad quos scribimus, qui quod

per literas

per literas, uelut in sinum effutiunt amicum, nolint omnibus prodi, cum sint qui nati Græcis iuratis, nihil non interpretentur in peiorem partem. Saepenumero fit, ut quod in conuuiuo, aut inter candidos hominuculos dictum, gratiam habet, si idem loco non suo dicatur atrox excitet tragœdias. Hac quidem de causa pauciores admisimus ex his quibus respondemus, & tamen aliquot adiecimus, præsertim eruditorum; partim quod me peruenit laboris, quem Angelus Politianus ferè sumit, in repetendo argumento epistolæ cui rescribit; partim quod ut addas argumentum, tamen aliquid lucis ac uitæ uideatur deesse, nisi prius legas eam, ad quam respondetur. Habes totius consilij mei rationem. Nihil superest, nisi ut primum te rogem, ut in defectu animum istum uere amicum exeras; dein de superos precer, ut tuum iudicium, meumque obsequium uelint esse felix, non solum mihi, qui sodalium affectibus repugnare pertinaciter non possum, uerum etiam illis, qui hoc obsequij, maiore studio quā iudicio à nobis extorserunt. Bene uale. Louanij sexto Calendas Iunias. Anno M D XX.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

MANTISSIME tu quidē mi Barbiri, subinde me prouocas ad amicitiam cum Theologis Louanienibus adglutinandam, sed plane currētem, quod autē incitas. Nemo me uiuit amicitia uel cupientior uel tenacior, sed nescio quis malus genius in causa sit, ut cum his aut non coeat, aut coeat in infirma.

Ego me apte natura simplici sum animo, & amicos diligo magis quā colio. Cuius rei tu potes optimus esse testis, qui uideris quā indiligenter coluerim eximium illum uirum Ioannem Syluagium, Cæsaris cancellarium, tibi mecum communem Mecenatem. Nec aliter colui Archiepiscopum Cantuariensem, Montium & Cardinales quos habebam Romæ fauentissimos. Et tamen, si detur occasio quæ requirat officium meum, nihil amicorum gratia sum recusaturus. Sed sunt in hoc numero quos longe difficilius sit coluisse, quā monarcham aliquem præpotentem, atque ij sunt ea uitæ professio, ne, quā summa decebat morum facilitas, comitas, atque etiam cādor, si mores pallio responderent. Cū Ioanne Ateni, cumque ceteris mihi facile conuenisset, si placari potuisset unus aut alter Carmelitici Dominicalisq; sodalitiij theologus. Hi ad quamuis leuem suspicionem, aut quod uis dictum alicunde seu uere seu falso delatum instaurant tragœdiā. Et ut ingenue quod uerum est fatear, sum natura propensior ad iocos quā fortasse deceat, & lingua liberioris, quā nonnunquam expediat. Metior enim aliorum animos ex meo. Nec toties falsus possum ab ingenio meo recedere. Quæso quid habebat æditio noui testamenti, cur in hoc quidam sic atrociter uociferarentur, ac Martinum Dorpiū in me subornarent, qui stylo lacefferet Erasmus. Commigraui, ut scis, Louanij. Sic enim tum uisum est Cæsari. Ego ut omnibus esse cupiebam amicus, ita nullus ambiebam amicitiam Ateni opera prouocatus sum à theologis ad amicitiam. Eam simpliciter amplexus sum, oblitus omnium quæ prius in me facta dictaue fuerant. Ita rebus aliquandiu satis tranquillis, ortum est trilingue collegium. Ea res male habebat quosdam, præsertim Nicolaum Carmelitam, Et omnino mea sententia subuersuri fuerāt rem tanto ornamento futuram ditioni principis, tanto usui publicis studijs, ni conatus illorum cohibuisset Adrianus Card. Dertusensis. Sic enim accipio. Huic ego negocio certe palam ac libere faui, nec ob aliud faui nisi quod fauerem publicæ studiorum utilitati. Alioqui nihil istic mihi metubatur, etiam si seuissem aliquid. Quoniam autem intellexeram illos potissimum offensos nouo testamento, multis mensibus in eo sudabam emendando. Tum quoniam uidebam Ioannem Aensem, sic omnes præcellere iudicio doctrinaque, quemadmodum præminēbat autoritate, ut ex hoc uno ceteri possent æstimari, cum hoc egi, teste Nicolao Montem si, apud quem tum egeramus prandij, ut in eo negocio me sua cura fideque adiutaret; professus me quidem hoc sedulo agere, ut opus exiret tale, ut nullus eruditus ac pius merito possit offendi, studium quidem & affectum esse plerumque, ceterum uires impates esse tanto negocio. Proinde illum me sibi deuincturum summo beneficio, si moneret, quæ iudicaret esse corrigenda. Id cum multis uerbis agerem, respondit ille, sibi iam emptum esse cōdicem, sed nondum esse perfectum, perfecturum tamen, nec secus acturum mecum, cum proprio fratre: nam hæc uerbis tum usus est. Ea que uerba semel atque iterum repetijt. Ac primo colloquio quod mihi fuit cum Nicolao Egmundano, rogauit hominem, libe-

re mo

tamen si quis expenderit, imò si quis experiat, quid sit ea uertere, quid tractare: is intelliget non ita multo maiore negotio iustos cõmentarios scribi potuisse, quam quo no his illa minuta minutè scripta sunt. Atque hæc qualiacunq; λεηολογηματα grauissimè theologè amplexantur, ex his plurimum haussisse lucis fatentur, nisi forte mihi blandiuntur tot integerrimi uiri, quorum & nomina recenserem, & epistolas producerem, ni mihi uehemẽter displiceret *λεηολογηματα*. Et alto qui si meipsum meo pede metiri uelim, nihil nisi minutum suscepturus sim, ac defugiã onus, paruis animis & paruo corpore maius. Deniq; nescio quo modo magis arridet animo meo in nugis admiscere seria, q̃ in magnis rebus nugari. Et mihi uidetur nihil nugacius quàm in his questuiculis, quibus theologè complures sibi dii uidentur, arguari, *επιστημοφιλῶν ἀλλοθύνειν*. *ἡμῶν τὸ πρῶτον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ δεύτερον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ τρίτον ἐπινοῶν*. *ἡμῶν τὸ τέταρτον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ πέμπτον ἐπινοῶν*. *ἡμῶν τὸ ἕκτον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ ἕβδωκτον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ ὀγδοῶντον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ ἐνάτον ἐπινοῶν ἡμῶν τὸ δέκατον ἐπινοῶν*. Nec mihi decro, si modo uita uiresq; suppetet. In psalmum Beatus uir, preclusi. Paulum aggrediar. Hieronymus prodibit totis renatus. Hæc adeo magna sunt, ut ob quorundã inuidiam uix sublitam. Quàm tibi magna uideantur nescio, certe maiora quàm pro meis uiribus & fateor et intelligo. Verti ex Plutarcho libellos aliquot, in quo scriptore nihil mihi nõ grauissimum esse uidetur. Non grauaberis igitur explicare, quas *λεηολογιας* à me uitari uelis: ut certius hac in re tuum sequar consiliũ, quod ubique sequi non secus atq; oraculum est animus. De præfatione qua nouum testamentũ Leonĩ dico, nihilominus admiscens Archiepiscopum Cantuariensem Meccenatem meum, ne tu probe coniectas. Istuc ipsum spectabam id temporis. Quod gratularis ocio nostro, & tuam deploras fortunam: ista quidem in re mi Budæe, longe lateq; abs te dissentio. Libri tui satis testatur, Budæo non omnino deesse ocium; quanq; & alioqui tam singularis ista ingenij tui felicitas ac fecunditas, qualibet multis occupationibus sufficere possit. Porro liberis, uxori, reliquaq; curæ domesticæ ego unicam uxorem meam oppono *τὴν κατὰ τὸν νόμον γυναῖκα*, quã nec adhuc humeris excutere possum, adeo *τὸν μετὰ τὸν νόμον*. Obsecro te per tuam immortalitatẽ, que te tuosq; omnes haud dubia manet, ut magno infractiq; animo, quã cepisti pergas, & bonis succurrere literis, & tuæ Galliæ nunquam intermoriturum decus, eruditissimis tuis lucubrationibus parere. His interim contentus esto. Ad reliqua scribam, simul atque loca relegero. Bene uale, & Erasmo quod facis, faue. Agitur hĩc apud principem de inaurando me. Verum haud scio qui sit, ut mea sententia nufquam quàm hĩc contemptiores sint bonæ literæ, *ἀπὸ τῶν ἀρχόντων ἀμφοτέρωθεν*. Magna tamen spes est in Ioanne Syluagio, Burgundiæ cancellario, qui quidem, ut ipse non solum maximus est ac prudentissimus, uerumetiam eruditissimus, ita impense fauet omnibus, quos insignis eruditio cõmendat. Hunc heroa, si nobis superum benignitas diu uelit incolumem, spes est fore, ut apud nos quoq; proueniant, qui ingenij sui monumẽtis principis sui regnum, cætera felicissimum, illustrent & ornent. Rursum uale.

ERASMVVS BVDÆO SVO S. D.

Actus codicẽ inspexi locã. Quod idem esse putas *ἡμῶν τὸ πρῶτον* & assequi, non omnino tibi assentior. Si quis orationem intellectu perdifficilem per ceperit, is affectus recte dicitur. Ceterum qui cogitatione sequitur dicentem semper attentus, is demũ *παρανοθεύει*. Annotauĩ multa ex autoribus exempla quæ in hoc consentiunt. Quin & ea quæ ipse adducis, mecum faciunt. Porro quod admonas, omnia prius ordinauĩ defendenda fuisse, deinde oportuisse scribere. Primũ sic uerto, quemadmodũ tu uis, nisi quod typographus pro persecutus mutauit profecutus. Ceterum in annotationibus utrunq; sensum ostendo, ut possimus *ἡμῶν τὸ πρῶτον* referre, uel ad ordinẽ uestigantis ac discantis, uel ad seriem narrationis. Et utrunq; uideo probe posse defendi. Nihil tamen defendo quum liberũ fecerim lectori, utrũ uolet eligere. Iam de *κατηχῶν*, quod ita reddidi, quasi *κατηχῶν* scriptũ esset, quo uideris non nihil offensus; scis tempus esse indefinitũ anceps, ni fallor, ad quamuis præteriti rationem; proinde uerti per præteritũ plus quàm perfectum, quo magis significat rem illum ante baptisimũ hæc didicisse. Quod exempla profers ex autoribus uerbi *κατηχῶν*, habeo gratiam. Quanq; is non uidetur mihi lapsus memoria, qui negat se meminisse

N

•

•

•

mimisse

minisse. Alioqui nemo non labitur memoria, quando nullus est, quin quædam nõ meminerit; uerum qui per obliuionem aliud scribit & asseuerat, quàm res habet, is demum labitur memoria. Hæc paucis attingi, iam ad iter accinctus, & ab aula secessus. Nihil mihi potes facere gratius, quàm si ad hunc modum de cæteris item admoneas, ita ut facis, amice. Bene uale decus Galliarum, ac literarũ antistes. Antuerpiæ pridie idus Iulias.

GVLIELMVVS BVDÆVS ERASMO ROTERO DAMO S. D.

Cepi literas tuas dies ab hinc quinq; aut sex. Quas audivissime legissem, nisi mihi *πρῶτον* epistolam expedieras, tabellario petasato iam, ut conicio & flagitante. Iam hoc unũ habeo familiaritatis & amicitia *συμβολῶν ὁ σὺμβόλιον*, te ad me *κατὰ τὸν νόμον* scribere longissimam epistolam. Neq; enim id fiducia tribuo, quam tibi ille scribendi dicendiq; magister stilus, ingenicrasse potuit & debuit; sed *τὴν ἀφελείαν τῆς τροπῆς*, & candori animi tui nihil sinistra interpretationis ab amico suspicantis; id est, animũ alienum ex se se aestimãtis. Illud tamen *ὁ συγγνωσκῶν*, quod sine die ac cõsule scripsisti. Vide ut posthac minus me torqueas, *ἀδελφῶς τὰ ἑσθῶν* *ὁ ἀναγνωσῶν*, modo utaris *κατὰ τὸν νόμον* tuo solito in epistolis, quem ego esse pulchrũ & dilucidũ scio. Sed scilicet, tu schedam ad me pro epistola pura misisti. Vide uero si pergas sic neglecte scribere, ne in fraudem quãdam haud spernendam incidas ex hac culpa. Ego enim epistolas tuas nõ solum inter *λεηολογιας* literaria *ἐπινοῶν*, sed etiam hostiatim prope modum circumfero: quod ita interesse existimationis meæ arbitror, tantam mihi tecum intercedere necessitudinem à multis nõ ignorari; & præterea illis tuis elogijs contra obtreccionem utar, si ita usus uenerit. Multos enim meruisse me obtreccionem scio, etiam si nondum scio, an obtreccionem multos habeam, *κατὰ τὸν νόμον*. De altera tua editione quod scripsisti, id apud me *μυστικῶς* erit. Ita enim epistolas tuas ostendabo, ut id absq; captione tua fiat. Si quid in sinu meo depositũ esse sensero, e nõdũ clana esse uoueris, id per me ne palam fiat, haud periculũ erit. Siquidem cum *τὸν νόμον* est *κατὰ τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*. Quantum succidere temporis, mihi imperiosis occupationibus licebit, adiutare te omni ope conabor, ut suggestor structorem, quod nescio an efficere possim; nam ut præfationẽ tuam, & apologiam in nouum instrumentũ legi, ita annotationes aliquot in locis uidi. Parcemias tuas ultimas hodie causa tua à bibliopola mihi curauĩ. Antehac enim ueteres tuas sufficere mihi existimabã, ita ut etiam non perlegerem, sed uelut Sibyllinos libros cum usus uenerat adirem; Silenos tamen, & alia nõnulla legerã in alienis libris, ut sit, cum apud amicos essem. Hæc enim loca maxime celebrari audiebam. Linacrũ tuum uirũ apprime doctũ, ut arbitror, hic allocutus sum nõ semel, cum inuicẽ uiseremus ego & ipse. Visus est mihi uir bonus benignusq; ac nihil factus pre se ferens. Et exemplar unũ de asse misĩ, quontã sub eius discessum liber ab officina exijt. Is mihi inter loquendũ dixerat, aliqua eorum quæ explicuissẽ me planẽ confido, illustrari hac ætate nõ posse, & ego id me facturũ receperam, quod ille admirabatur. Hac occasiõẽ eius amicitia quã sitam in calendarũ sanctius retuli, ubi maiusculis literis ERASMVVS per scriptus est. *εἰθεὶς ἑδὸς ποτὲ παραπολαύειν ὑνὰς ἄρας*, ut attente quasdã eius opis partes legissem; egoq; resciscere alicũde iudiciũ tuum potuissem. In his est locus ubi respõdeo, uel *ἡμῶν τὸ πρῶτον* potius, *εἰς τὸν νόμον τῶν ἀρχόντων*. Charta duodecima ubi causam literatorũ obiter agere, quo quo modo uideor. Sed id melius charta nonagesima, ubi cõtra *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων* taxare nõ ueritus sum. Quanq; hæc etiã tibi haud ægre remissem, si modo tu chartam centesimam quadragesimã sextam uideas; & deinceps ad finem libri, ubi iam *εἰθεὶς* *εἰθεὶς* *εἰθεὶς* obtinere *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων*, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων* conatus sum, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων* *τῶν ἀρχόντων* scribere, *τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων* *τῶν ἀρχόντων*, ut istam philosophiã dedecori eximeremus, que meo nomine male audit; ibi tu nõnihil simile inuenies ijs quæ in tuis Silenis scripsisti. Liber tamẽ prope diem imprimẽ, & plenior & emendatior. Tũc enim in manibus habebã, cum hæc ad te scriberem. Vt autẽ opto te legisse, ita à te hoc petere non ausim, ne improbus aut importunus esse dicar, si hoc commiserim, ut *κατὰ τὸν νόμον* *τῶν ἀρχόντων* *τῶν ἀρχόντων* auocare ad meas nugas uidear incõmodo reipub. Sed scitũ illud, quod

mibi persuadere conaris. Primum, inquit, uideor tua legisse, eximiasq; ingenij tui dotes agnoscere. Ego ut credam te nostra legisse: Nisi si quis amicorū tuorum in mentionem libri inter fabulandū incidit, et tibi ἀγγώσις fuit. Venio ad λεπτολογηματα illa, quod uerbum nescio quonā modo calamo nostro excidit. Volui enim συγγραμμάτια λέγειν dicere, quę tamen ipsa aliquādo Ἰσοκράτους postertis uidebuntur, ut ingenue tecū agam: in his unus liber est de Copia, qui nec mihi, nec multis οὐδὲ τῶν τυχόντων & tibi fauentiū tantum sustinere titulum uidetur. Titulum uoco, non tantum copiam, sed etiam Erasmus. Eum tamen & aliquot alios non diligenter legi. Sed cum alios de his loquentes audirem, dixi interdū me in Erasino animum ποιεῖν ἄνοιαν desiderare. Non enim satis te habuisse uideri, & esse πολυλίαν, nisi etiā πολυγράφων uiderere. Id mihi uideri obfuisse ποιεῖν νοήματα ὅτι ποιεῖν μέλει. Huiusmodi sunt παράβολαι, & quędā à te traducta etiam ex quo maiores spiritus sustulisti, quę per se æstimata nō carent indicatione, sed cum ipsa ex locis cōmunibus sumpsisti, præripuisse ea ποιεῖν ἴσῃ uideris. Te enim & istius notę scriptores ἐκ τῶν ἀρχαίων, & τῶν ἰσχυρῶν sumere argumentū laudis par esse existimā. Hęc est mea sententiā, ποιεῖν τῶν λεπτολογημάτων, quando tu tantopere hoc uerbo cōmotus es. Ego autem exemplar literarū mearum in scheda seruaui, ne tu mecum ob signatis literis acerbius agas, si quodā forte in loco ὁ ἀδελφός μοι πῶς λιλιδε. Hic etiam si dijs placet, Catunculum te emendasse dices, neq; te poenitere laboris dicularis, ad id etiā priuatim opera dicata. Quasi uero obsolescere nomen tuum tot libellis nō possit. Tu de huiuscemodi statues. Mihi autē te permitti æquum censeo, ut in hoc à te bona tua uenta dissentiam, præsertim cum alios in meam sententiā discedentes habeam. Caterum quod de Budęo me propemodum διασάμωνα facis, ἀσάμω τῶν ἀεικλιῶν ἀπολεχμαι, καὶ σιωπῶν μοι χλιδασομῶν. Quid ni enim id faciā? Quando tu utrunq; credere me uis, & te uirum bonum esse, & me tibi ingeniū meum probasse: uerum cum ad epistolę finem uentum est, non potui nō dolere uicem tuam, meamq; etiam si tu tuam tantum doles, in hoc certe officio mihi cedens amicitia. Nam cum sis ipse celebs, Peniam quandam nomine uxorem tibi esse cōquereris, non tantum domesticā, sed etiam utatoriam, quam nulla quātumuis longa peregrinatione possis à te abigere, usq; adeo ab inuisa uxore adamare. Huiusq; te diuini odiumq; omnibus œconomicis meis curis, conjugilibusq; & paternis opponis, perinde quasi Peniæ tuę loco, ego Plutum pusionem iucundum habeam, in quo oblectare me ex sententiā animi mei possim. At ego te hoc ignorare nolo, me quidem riualem esse tibi in amore philologiae, sed quam tibi uxorem esse dicis, nō longe à contubernio meo abfuisse, ex quo hoc insano literarum amore captus sum. Hoc tantum refert, quod tu eam κατὰ γὰρ ὅτι παρὶν ioculariter, ego serio παρὶν, οὐκ ἀδελφονῶς uoco: usq; adeo omnes uere studiosos, qui rari sunt, ista uelut æmula philologiae comitatur, umbra prope dixerim sequacior: sicq; huius ætatis moribus comparatū est, ac superiorum etiam ætatum, immo sic philosophiæ fert ratio, ut qui eius studiosi et cupidi esse cœperint, rem simul ac fidem ignarorum opinione amittant, & qui diuites esse cœperunt, aut meditantur, amorem illico disciplinarum uel abijciant, uel deponant, id quod in te uereor ne experiamur, si quādo (ut speras) inauratus fueris. Quod autē ad me pertinet, hæc tamen fatum meum agnosco, & penę cōpertum habeo, ut me nec literarum amor, nec eius comes unquam relinquiri sint. Quod ut facile patior, ita cum fortuna redire in gratiam nequeo, cui iam dudum succenso, quod cū illa tua Peniā, ποιεῖν τῶν ἀρχαίων μοι τῶν ἐπιτηρήσων inuinxit, quę mihi annos iam undecim omnium molestiarum, quas multas expertus sum, negotia mihi plurima exhibuit literis incumbenti, cum eam ut à me submoueam, nihil intentatū reliquerim. Vtrunq; autem incommodum, aduersæ scilicet ualeitudinis, & imminutę rei familiaris: ideo mihi amici & cognati obijciunt, & ueluti philologiae uitio uertunt, quod in cunabulis neutram harum comitū nouisse mihi cōtigit. Hęc occupatissimus ad te scripsi, & rus iam iam profecturus, ac uiam inueniens. Ne autem mihi uacationē esse putes à curis familiaribus, ego nunc duas uillas duobus in prædijs ædifico, longe inter se distātib, sed uillas prope Lucullanas, ad quas cursitare mihi, ac ultro citroq; cōmeare necesse est, aut desidīę culpam dispendiō luculento luere. Id quam facile sit homini primum studioso, deinde harum rerum imperito, & quod super omnia est, tenuiter peculiatō, tu ipse æstimabis. Vale λέγειν σοὶ ἀγαθὴ τυχῆ, ut summam uotorum habeas. Parisijs, Nonis Iulij.

Erasmus

ERASMVS BVDÆO SVO S. D.

IRVM in modū delectatus sum proximis tuis literis eruditissime Budęe, erant enim non solum eruditę, quod quidem ut tibi perpetuum est, ita mihi iam nouum esse non potest, uerum etiam gratijs, lepore, salibus, sic undiq; que scatentes, ut nemo sit tam ἀγέλας, quin his legēdis hilarescat. Adest hic Catbertus Tunstallus apud Anglos scrinijs præfectus, sui regis nomine

apud Carolum principem nostrum orator, uir præter utraq; literaturam, qua neminem suorum non superat, iudicio excusso, ac naris emunctissima, tum modestia quadam inaudita, postremo moribus festiuis, ac citra grauitatis detrimentum, amcenis. Huic (quo me beatum duco) ἀμοιβὰς εἶμι. Itaq; crebro tuis literis bellariorum uice reficimur. Nam dicit uix potest, quantopere uir is suspiciat eruditionem tuam, quam alioqui nemo non admiratur, nisi qui nō intelligit. Nam sancte deierat neminem omnium ἄνευ τῶν ἰσχυρῶν argutus aut elegantius scripsisse gręcę quàm Budęum. At idem non negat tibi Romanū sermonem non solum esse purissimum castissimumq; uerum etiam uberem ac locupletem. Caterum ut paucis iam ad tuas respondeā literas, primum molestis quibusdam οἰοντα & ἀλλῆς negociolis odiose distētus, deinde ἀρρώστως ἔχω ob pituitam, nę tu familiariter & amice facis, quod me ob neglectius scriptam epistolam sic μαεργοίς. At uide quantum profecerim, πολυγράφων ὄν, male scribere didici. Quanto tu cōsultius, qui recte scribendo τῶν παχυγράφων es affectus: quanq; est quo crimen hoc parim eleuare queam, partim in te retorquere, hoc est, ἀναιρετηγορεῖν. primum enim uide ne parum ciuile sit ab homine magnis uoluminibus describendis occupato, ad hæc cui non nunquam uno die uiginti scribendę sint epistolę, literas accurate scriptas, uelut ab ocioso flagitare. Quod si laborem iterū mea describere, prorsus impar sim oneri ferendo: sin id muneris alijs uix legem, uix quinque ministri suffecerint. At qui uxor illa mea in quam tu falsissime ludis, uix unicum aliū simit, adeo domi regnat imperiosa, domina uerius quàm uxor. Iam quantopere te torserit scheda ut uocas nostra, nescio. Illud scio tuam illam puram putam epistolā, tantū negocij nobis exhibuisse, ut mihi fuerit hæc digitis denuo perscribēda, quo possēt primum à nobis, deinde ab eruditis amicis legi, si quidem antea uix à me ipso, à ceteris omnino nō legebatur: non tam ob id quod indiligenter scripsisses, sed q; tuo more. Quamquam huic incommodo sic facile medeberis, si curaris ut frequentes huc tuę cōmcent literę, sic enim tua manus nobis reddetur familiarior. Quod λεπτολογηματα uertis in συγγραμμάτια equidē protinus agnouit, rursiq; Aristophanicā illam ἐπικνωθῶσως σφοδρῶς, οὐκ ἀλοφας ἀλλ' ἠρηκας. De lucubrationibus nostris amo te, qui me cū sentias, tantū abest ut sim reclamaturus: uerum quod tu de copia sentis, Luciani dialogis, & Catunculo restituto, id ipse de ceteris item omnibus sentendū puto. Nam ut est maifsculum a dialogorum uolumen, ita argumēto quid esse potest humilior? Et tamen ita mihi uideor in eo uersatus, ut superiores omnes uicerim: quorum sanē extant monimenta. Tum quę functio potest esse in sacris literis humilior, quàm ea quam nos in nouo suscepimus testamentō? Minoribus uigilijs cōstaturum erat nobis longe splendidius argumentū. At quid facias si his minutis sum natus? Neq; enim (ut mihi quidem uidetur) tam reprehendi mereor, qui argumenta huiusmodi suscipiam, quàm laudari, quod iuxta præceptū Horatianū expendens, quid ferre recusent, quid ualeant humeri, abstinere ab his quę sustinere non queam. Tibi fortassis debetur uenia, qui studio quodā immodico mei cæcutiens, me posse credis quod non possum. Mihi laus etiam, qui me ipsum meo metiens pede, mecum habitem, & norim quàm sit mihi curta supellex. Iam periculum quod ostendis, ne nomen meum tot libellis obsolescat, id uero ne tantulum quidem me commouet. Quicquid hoc est, famę uerius quàm glorię, quod mihi meę peperere lucubrationes, æquissimo animo iubensq; posuerim si liceat. Alios alia delectāt studia. Et alijs in rebus alij ualent. Nec omnium idem est genius. Mihi cordi est, in huiusmodi frivolis philosophari, in quibus & minus uideo nugacitatis, & aliquanto plus fructus, q̄ in magnificis illis, ut ipsis uidetur, argumentis. Deniq; qui unum hoc spectat, non ut sese ostendet, sed ut prosit: huic non perinde refert in quā splendidis uersetur, atq; in quā utilis. Non refugit etiam illo contemptissimo Catunculo contēptiora, modo sensero ad prouehenda bona studia conducere. Non scribuntur hęc Persijs ac Lelijs, pueris & crassulis scribuntur. Et uide doctissime

b 4 Budęe

Budæe quàm uerum est illud Flacci nostri, Tres mihi conuicia propè dissentire uidentur. Poscentes uario multum diuersa palato. Copiam quam nos contemnimus (nam hic sanè *δύο θυφοί* sumus) complures & *ἄντηχόντων* laudibus uehunt; asseuerantes nullum unquam opus à me scriptum, uel æque frugiferū uel dexterius. Quanquam hac in parte nō satis uī deo quomodo sibi constet tua sententia. Inculcaueras quod humiliora suscipere argumēta, eaq; præriperem inferioris notæ scriptoribus; hic suggillas quod argumētō suscepto parum responderim. At qui longe diuersum opinor crimen est, ob facientē, parumq; sibi notum animū, indigna te aggredit: & ea suscipere, quæ suscepta sustinere non possis. Nolim hæc in eā interpreteris partem mi Budæe, quasi quicquā tuis literis offender, sed quod nō illibenter cū amico festiuissimo simul & doctissimo *συμπάρομαι ἢ συμπλοκοῦμαι*. Titulus tibi uidetur magnū quiddam polliceri. Cæterum non probas, quod ea ex locis sumperim cōmunibus, id sentiens uti coniecto, e uulgatis ac passim obuijs autoribus desumpta. Sed quid facias, si præterea nemo quicq; de copia præcepit? Fabius paucis attingit modo. Trapezontius Hermogenis cōpilator copiose pollicetur de copia, at cum pollicitantem usq; sequenti mihi iam uertigo capitis oboriretur, nihil unquā de copia cōperi, quod alicuius esse momenti uideretur. Venetia: *ἢ τὸ ἐρησιώδες διήγησεν* magis q; legi. Nec apud hunc reperi, quod usui futurū uideretur. Post aditum opus, cōperi apud Rodolphum Agricolam non nihil: quē uirum si fatorū inuidia superesse uoluisset, haberet Germania quæ Italia opponeret, quæ nunc habet Gallia Budæum, sed unū. Equidem uidebā exemplis ex optimis autoribus allegandis permulctum maiestatis accessurū operi, uerum partim horrebam uoluminū magnitudinē, partim perisset utilitas, ijs quibus labor ille peculiariter desudabat: quando nunc quoq; passim queruntur literatores, argutius esse opus, q̄ ut à mediocriter doctis possit intelligi. Iam uero quod te mouet mediocriū causa, quibus nolis suam prouinciā præripi, eodē argumento deterrere poteras, ne quicquā omnino scriberemus. Nam si magna suscipimus, ea præripiemus maioribus, si mediocria, mediocribus, si infima, infimis. Quin illud nemo nescit, omnibus in medio palmā esse positā, quæ artē tractant Musica. Liberū est cuius & post meā editam copiam, de copia præcipere. Mihi sat laudis est, quod de ea uel primus pro diderim aliquid, uel diligentius & exactius cæteris, id quod ipse, ni fallor, non inficias tibi. Age uero q; falsum illud, quod scribis exemplū tuarū literarum tibi domi seruatū in scheda, ne quando tecum, ut ais, ob signatis literis acerbius agam. At quid tandem tibi profuerit ista tua cautio, postquam ad iudices uentū erit? Tu chirographum proferes, ego item *ἀντίγραφοι*, sed tu schedam, ego purā putam epistolam. Negare non potes, talē ipse uis uideri, sed *τὸ δὲ ἄντηχόντων* nimirū fortassis diu *λεπτολογεῖται*. Cæterū ut serijs agamus, Agnosco non nihil optime Budæe meā indiligentiā, uel potius infelicitatem. Et tamen tuis animati literis fortassis audebimus non nihil *μεγαλοφρονέσθω*, quod utinā tam feliciter succedat, quā tu confidis. *ἢ παντός αὐθιγός*. Nec omnes Budæi sumus. Non sum ex eorū numero, qui nihil nisi quod ipsi faciunt, rectum putāt. Suspicio tuam istam exactam diligentiam, animiq; sublimitatē, & argumentis & ipsa phrasī se se proferentem. Recte hæc suscipit Budæus, qui præstare potest, cuiusq; uirū est, ex *ασπασίας*, ἢ *βιασίας* *ἢ πειρασίας* *πάλαντα* depromere. Decent hæc eum, qui de Galliarum publica laude cū Italis *μονομαχία*, cui cū Hermolais & Plinijs cōcertatio est, Deniq; Gallū ista decet *μεγαλοφροσύνη* non Hollandū, & *ἢ σαρκίβλητο* λέγω, Budæū decet non Erasimū. Sed o deum immortalem, quid ego audior uxorē ne meā haud lōge abuisse à tuo contubernio: quāta felicitas uacare zelotypia. Utinā illa iam dudū aliquo demigrasset, nō in tuas aedes in quas optarim omnes bonas felicitates simul cōmigrasse, postea quā eas tu gratiarū & omnium uirtutum domiciliū ac sedem reddidisti: sed uel ad fratres Frāciscanos huius procos, uel ad alios, si qui uehementius etiam adament. Quanquā (ut iocari desinam) mea te uitas mihi non admodū displicet. Alioqui licuerat iam olim augere rem, ni semper hoc animo fuisset, ut malle expeditam fortunā quā amplam. Et magnus ille meus Mœcenas Cantuariensis tantū sua benignitate suppeditat, quantū huic ocio, quantū huic animo satis est. Neq; quicquam ambio apud benignissimū principem meum: sed mihi parū humanum uidebatur primum talī principī, deinde patriæ sic efflagitātī meum hoc quale cunq; obsequiū pernegare. Illud mihi uehementer molestū mi Budæe, adesse Peniam, nō itē adesse Philologīā, hoc est, umbrā adesse, nō adesse corpus. Fortunatissimus mihi uide

rer, si

rer, si utraq; mihi *σύνειθε* esset. At uide ne cui quod scribis *δουσαπία* uideatur, tibi rem esse cum Penia, cū eodem tēpore duas ædifices uillas: easq; ut ipse fateris, Lucullianas. Porro quod iocaris esse periculum, ne quando me deserat literarū amor postea q; contingerit inaurari, quod ad hanc sanè rem attinet, in utramuis aurem ociosum te dormire iubeo. Neq; enim aut huiusmodi sunt tēpora, aut eiusmodi præsentis aulæ status, ut inaurerentur, qui sic ambiūt, hoc est, qui penē fugitāt. Hac tenus exauramur & exhaurimur *λαργίτερ*, at auri ne tenuissima quidē adhuc accessit braceola. Quanquā ut nihil unquā accedat, iam nunc omnia me debere sentio, uel optimo principī Carolo, uel omnibus omnium uirtutū numeris absoluto Ioāni Syluagio Burgundiæ Cæcellario: qui talē quendā heroa præbet nostræ ditioni, qualem pridem ille uel tuo unius præconio futurus immortalis, à rupe forti Guido tuæ præstitit Gallia. *ἢ ἐπιτετιῶν ἀβρῶσιαν ἠδὲ τῶν ἑσθῶν ἑσθῶν ἑσθῶν ἑσθῶν*, *ὡς ἰμερικῶς λέγω*, cum mea sententiā dignus sis cui cōtingat *τὸ τὸ πῶνδ γῆρας*. Sed spero fore, ut ætatis progressu, cōmodior sit ualeudo. Id quod haud sanè paucis usu uerillē scio. Nos præter *ἀβρῶσιαν* non crebrā modo, uerū penē perpetuā, iam pulsat etiam *τὸ χαλεπὸν γῆρας, νόσημα φροσίων*, *ἢ τὸ τὸ γῆρας ἀνίαται*. Ludis tu quidē tota epistola: quæ res mihi non mediocri uoluptati fuit, ut quæ mihi testaretur Budæum non tantū incolu mem esse, uerum etiā alacrem ac lubentem. O te felicē, cui liceat ad istum modū frui literis. At non alibi magis uidere mihi ludere, quā ubi serio iam agere uideri uis. Negas tibi persuaderi posse, libros tuos à nobis legi, nisi si quis amicorū inter confabulandum orta tui mētionē, fuisset anagnostes. Adeon me aut fastidiosum existimas, ut legere grauer tam erudita: aut adeo inhumanū, ne dicā inuidū, ut talis amici lucubrationibus parum delecter? Imo ne sis inficiens: Nihil est omnino tuorū studiorū, quod non inter præcipuos autores nostra habeat bibliotheca. Annotationes tuas in pædectas, & Alsem, oraculorū instar habeo: ad quæ cōfugere soleo, si quid ambigo, nec ab istis uulgatis autoribus succurratur. Neq; uero me piget aut pudet, Budæū inter probatos iam & æuo cōsecratos autores testē adducere. Cur enim uis hoc honoris inuideamus, si modo promeratur: cur non potius id eruditioni tribuamus, quod uulgus tēpori, qui redit ad fastos, & uirtutē æstimat annis, ut ait Flaccus. Loca tamen iam ante non omnino indiligēter legerā, tuo monitu relegi. Ob primū illū non mediocriter tibi debent bonæ literæ, atq; harū candidati, quarū causam tam gnauiter agis. Vero uerius est quod scribis: Nulla regio nō gignit eximia ingenia, si modo sint qui foueāt prouehantq;. At ijs quorū arbitrio res ferē uersantur mortaliū, nihil æque inuisum, ac ea studia sine quibus nec homines sumus. In secūdo sepe demiratus sum tuā istā *ὡς ἀλθῶς, φεαρλικήν παρρησίαν, ἢ τὸ ἀρχιδικῶς αὐτὸ φειδωλῆν*, sed primū *ἀσφαλεσθῶν καὶ ἀκινδυνώσθῶν ἄκωνες τῶν ἀρθρώντα*. Deinde prodest hac quidē in parte, quod à paucissimis intelligitur *τὸ αὐτῶν*. siquidē cum ubiq; sic intēdas eloquētiæ tuæ neruos, ut non Midæ, sed Apollineis auribus canere uidearis, tamē illic data opera *λυσιφρονέων* *π* miscuisti, Loxian quempiā nobis referens. Idq; magis etiā facis in priore illa stomachatione: quā nec ipse qui uel intelligere, quod res ipsas parū notas habeā, & tu nomina supprimis. Iam in operis calce mire philosopharis, cum tuo Deloino, uiro iam olim mihi cognito ex Coleri prædicatione: deinde ex congressu quoq; prius Aurelij, mox Parisijs. At hic quoq; deū immortalē, qua libertate *καταβαλέτω* *σας ἢ ἀσπασίας* *ἢ βιασίας* *ἢ πειρασίας* *πάλαντα*. Sed illud q; festiuū, exigis, ut de tuo ingenio pronuncietem, quasi uero is sim, qui uel assequar rarissimas istas ac penē diuinas animi tui dotes. De Budæo iam dudum eruditissimorū hominū senatus magno consensū pronunciauit. Quorū sententiā si subscripsero, quantum fuerit hoc momenti, quod unius homunculi plebei possit adferre calculus. Sin dissentiam, quis ferat impudentiā? Cum tua lego mi Budæe, uidere uideor locupletissimū quendam patrem familias, non qualis fuit Lucullus, cui plura domi erant, quæ fallerent dominū, quemadmodū inquit Horatius, & prodesse furibus: sed nō minus diligentē, q; locupletē, cui suæ opes & probe cognitæ sint, ac singulis in suos digestis nidulos cuncta in procinctu sint, ac uelut in numerato. Præstant hoc tibi partim accuratissimi indices, quos olim in hūc usum ad omnes tuos codices parasti: partim atq; adeo multo maxime felicissima ista memoria, & quouis indice si delior: unde fieri uideo, ut aliquoties insigniū rerū hinc atq; hinc sese cōfertim offerētū copia uelut obruaris ac degraueris, neq; sinaris manū de tabula tollere. Atq; ita accidit

fortassis

postea q̄ uidemus egregios illos heroas, & omnium consensu profus inimitabiles, Her-
molaum Barbarū, & Angelum Politianū, pari utriusq; literaturæ facultate copiaq; lon-
ge abs te superatos. O felicē Galliam, quas cristas tolleret, si suas opes ipsa nosset. Sed
ita ferē est ingenū mortaliū, ut inquit Flaccus, uirtutem presentē si non odimus, certe
negligimus, sublatam ex oculis quaerimus inuidi. Quod si fiat ut qui nunc meus est sen-
sus, idem esset uniuersæ Galliæ, nimirū Budæus ille omnibus basilicis ἀλόγως stare-
t; quāq; ille quidem, diuinius uicturis statuis, in omnium eruditorum pectoribus consecra-
tus dicaturq; semper stabit. Atq; hæc quidem alijs adulantius, alijs arrogantius à me di-
ca uidebuntur scio: sed h̄s modo qui tuas exquisitissimas lucubrationes, aut nō dum
cognorint, aut certe nō assequantē. Quorū utriq; quisquis fecerit, is me protinus utroq;
erimine liberabit. Et post hoc iocaris πρὸς ἐμοί; nos tuis officere luminibus. Dicā pau-
cis quod sentio mi Budæe. Si quid hæcenus obstitit tuæ gloriæ, nihil aliud in causâ fuit
nisi quod per pauci mortales nouam istam ac retrusam eruditionē adhuc assequuntur:
quod simul atq; contigerit, dispeream ni tu protinus nominis tui fulgore, & oculos per-
stringes omnium: & quotquot sunt usquam qui nunc illustres habentur, laudem obscura-
bis. Nec ulla tamen nobis in te competet actio, ut me quoq; interim ponā inter eos qui
alicuius sunt nominis, hoc est, ὡς ἐλεγεῖς ἡ κερχραὶ γὰρ λαχέουσι. Nam in uestro foro qui
plus iusto tollunt ædificiū, suum cōmodum uiciorum incōmodo comparāt, & alienis
damnis ipsi πλεονέκτηται. Hic ē diuerso, & qui lumini officit alto, beneficio iuuat, non
damnū dat: & cuius luminibus officitur, nō ille quidem minus habet lucis, ac fortassis
aliquāto plus, sed quod habet, id iam minus eminet. Itaq; nulla hic damni dati actio, nō
hercule magis q̄ sit stellis minoribus subito solis exortu, conditis atq; euanescentibus.
Et tamen uideas quosdā adeo peruerse inuidos, ut sibi detrahi iudicent, quicquid alijs
accreuerit. Ego porro quantum uis cætera ἡδυσχάων, tamē hoc animo mihi uideor non
omnino infortunatus, quod amicorū gloria magis etiam delecter, q̄ mea ipsius: & ini-
micorū celebritate nō urar, modo prolint aliqua bonis literis. Atq; utinā is sit iam nūc,
quem breui futurū auguror, meliorum studiorū successus: ut Erasmus, cui quidā erudi-
tionis nō nihil tribuunt, eloquentiæ mediocritatē, neq; scire quicq; & profus infans at
que elinguis esse uideatur. Iam ut carptim ad aliquot epistolæ tuæ partes respondeam,
Si unq; mihi cōtingat apud iudices de capite periclitari, nō alium mihi patronū optem
q̄ Budæum: tantum in ista tua Apologia præstas artificem, cui nō satis fuit omnia mea
φθὸν μίμναται refellere, nisi mea tela protinus in me ipsum retorsisses, subitoq; ex iudice fa-
ceres reū. Sic enim tuis totam defensionē tuam, ut aut absoluendus mihi sis, aut eadem
sententia ipse me necessario condemnem, quamcunq; in te pronunciaueris. Vide quam
tūm possit ista tua admirabilis facundia, qua efficis ut reo securo iudex periclitetur, &
bene secum agi existimet, si modo liceat reum nulla sua fraude dimittere. Hic uero cum
me tecum componis cōmittisq; confestim mihi succurrit mi Budæe Græcorum illud
adagium, μὴ γινώσκῃς ἢ κἀμυλῶ: aut si quid h̄s quoq; dissimilius. Quæso quid inter nos simi-
le, aut ullo pacto affine, præter hunc fortassis animum, nō abhorrentem ab honestis stu-
dijs. Eleua tuam felicitatem quantum libet, ἀντομαθῆς, ἀφίμαθῆς, uno certe calculo te uin-
co, ἀμαθῆς ἢ ἀτεχνῆς ἀπαλόδιδῶ. Neq; uerò crediderim istam collationē abs te hoc ani-
mo institutā, quod existimares hanc meam tenuitatem cum ista tua opulentia ullo pa-
cto comparandam, sed ut me propius admoto, tua magis elucescerent: quo nimirū con-
silio pictores in tabulis umbras addere dicuntur, si qua uelint insignitius eminere. Et ma-
tronæ quædam callidæ quo magis commendent oculis intuentium formam suam per
se egregiam, pedisequas parum formosas secum ducere curant. Nec aliud mihi uidetur
egisse Politianus, cum aliorum ad se epistolas suis intexteret, idq; nullius fermē exem-
plo. Sunt enim illic quorum impudentiam non alia ratione magis potuerit traducere.
Sunt rursus quos per se facundos, ad hunc collatos, dicas obmutescere. Neq; hæc dixē-
rim, quasi tute per te parum sis illustris, ut meis tenebris debeas cōmendari: sed hac arte
mihi uideris quorundam errori uoluisse incedi, simulq; mihi falsa existimatione graua-
to succurrere. Sunt enim qui mihi plus nimio tribuant, quorum aliquos & ipse prodidi-
sti, nempe Delosnum & Ruzeum, qui me ut scribis, Varronem nostri temporis faciūt,
nisi quod plus amplector eloquentiæ. Nec em̄ suspicari fas est, ista te de uo ad mensum
esse

esse, quo mihi illos hoc ueluti lenocinio redderes cōmendatores. Et sunt rursus qui mi-
hi nihil nō adimunt, illis nihil nescio, his nihil omnino scio. Nec adhuc satis mihi liquet,
utri peius de me mereatur, illi ne prodigi, quorū cādor me laudibus immodicis onerat,
quas nec agnoscere possim, nisi sim aut egregie φιλαυδῆς, aut insigniter impudens: an hi
quorū malignitas sic me nudat, ut nihil omnino reliquū faciat. Nam quemadmodū nō
sum tam insolēs, ut id haberi postulem in re literaria, quod in re bellica fuit Achilles, aut
Diomedes, ita nō usq; adeo mei ipsius sum igharus, ut Therisiten mihi putē anteponen-
dum. Et tamē nō nihil molestū est, quod nec illis irasci possim, amore studioq; mei cæcio
tentibus, nisi hominis inhumani notā malim incurrere: nec hos refellere, quibus nescio
quomodo sum æquior, q̄ magis ad animi mei sententiā facere uideantur. Quo sanē no-
mine te quoq; amo mi Budæe, quod ab immodicis illis admiratoribus dissentias: sic em̄
interpretor quod scribis, te mihi ea in parte nō nihil inuidere. Equidē istam inuidiā, hoc
est, iudiciū seuerius malim, q̄ aliorum effusissimū fauorem, qui me uera onerat inuidiā,
hominē omnium potius misericordia, nullius inuidia dignum. Sic enim mihi placeo, ut
quod Socrates ἐρωτύω, id mihi uere atq; ex animo propemodū uidear posse profiteri.
Vnū hoc scio, me nihil scire. Fortasse nō sum alijs facturis fidem, at tu certe illud mihi
credas uelim Budæe, si quid omnino credis, nihil unq; tam feliciter à me elaboratū, quod
meo animo arriserit. Hic mihi cōtinuo in os iecerit aliquis: Quorsum igitur tantū uolu-
minum nobis horatundis, si nihil istorū probas: Primū nequeo dormire. Nam hoc lemma
te se purgat Horatius. Deinde ut aliquid audeā scribere, quorundā insignis facit impu-
dentia, qui cū iuxta sint infantes, atq; indocti, tamē miro supercilio docēt quod nesciūt.
Tibi Plinius, Hermolaus, Politianus, ad scribendū addūt calcar. Mihi animos adhiēt
Passauantijs, Hugones, Summularij. Si quidē ad illos plus q̄ mutus, tamen q̄ τῶν ποιοῦν
τοῦ ποιοῦν ἀποστοῦν φθὸν γινώσκῃς. Verū ut ad id quod institui recurrā, tamen si ui-
deam id magno existimationis meæ detrimētō fieri: tamē interim gaudeo utiq; cōfer-
ri cū Budæo, præsertim cum tute id facias, Deum immortalē, q̄ erudite, q̄ eloquēter, q̄
diuinitus, ut nō alibi magis declararis, quāto te sim inferior, q̄ ubi me tibi nūc parē, nūc
superiorē etiam, si Musis placet, facis. Et tamen interim (ut dixi) mihi blandior, hoc cer-
te lucrī facturis, ut quāuis uictus discessero, tamen cū Budæo studiorū antistite collatus
dicar, ceu Therisites quispiā cum Achille: quid mear collatus tamē. Etenim ut sunt quos
uicisse pudeat, ita sunt à quibus uinci quoq; abunde pulchrū sit. Hoc laudis animo meo
satis est. Cur enim tibi nō fatear ambitionē meam ὡς ἔφ' ἐμὸν φιλοτινῆς, cū tu te mihi totū,
ut scribis, bona fide indicaris. Negas tu quidē, perinde inuisam esse mihi Penhā uxore,
atq; adamatā huius pellicem Eucliam: quod haudqua q̄ scripsisses, ἐν οἷσ' ἔστι, si me peni-
tius & interius nosset. Etenim ut iuuenis nō nihil tangebar gloriæ studio, atq; id sanē se-
uiter: ita nunc nihil malim, q̄ quicquid est hoc nominis, quod solū præmij mihi mea stu-
dia retulere: nec id tamen parū multa inuidia corruptū fermentatūq; ut non paulo plus
aloes sit q̄ mellis: uel deponere si detur, uel abijcere, ὅπου οἱ ἐλαφοὶ τὰ ἐδάρατα, ἢ τὸν ἡμῶν
κρίνας φρονέω φιλοσοφίαν, si parum credis iniurato. Hic igitur cū profus à te dissentia, ta-
men haud iuerim inficias, magno sensu uoluptatis pertentari animū meum, quoties tui
similiū scriptis aut laudor, aut certe nō contemnō: quibus uel notū charumq; esse, præ-
cipuam quandā felicitatis partem esse duco. Tuam aut eloquentiam seorsim sic amo sit
spicioq; ut iucūdū sit tali ore uel reprehendi, teloq; tam insigni uulnerari. Neq; enim me-
clām est, quot modis me suggilles in epistola tua, dum tuam causam defendis: ut me sur-
sum ac deorsum salibus tuis exagites, ludosq; facias. Verum ista per me sepe facias lice-
bit, modo pari facias eloquentia, etiā si nunc tu quidē amiceissime quoq; facis, usq; adeo-
tū istud ingenij deamo. Neq; uerebor posthac quoquo pacto calamū tuū in me lacesse-
re. Postea q̄ cepti, certum est totum animū meum effutire. Non ignorabam optime Bu-
dæe morum ingenijq; tui placabilitatē, & tamen non nihil metuebam, ne quid offende-
ret mea tam audax censura lucubrationū tuarū: perinde quasi Areopagites aut Aristar-
chus quispiā essem, ac non magis Erasmus ηρωδολιῶν ἀνθρώπωνος. Verū postea q̄ hæc
temeritas tam feliciter cecidit, nihil dubitabo posthac uel quiduis σιωφαντέον, modo
quacūq; improbitate tales epistolas liceat à Budæo extundere. Sed quādo tua illa ἀντι-
κατηγορία me uel ex iudice, uel ex actore reū fecit: haud sanē conabor cum tam cōfertis
c 4 simul

simul & instructis argumentorum tuorum copijs aperto Marte, iustaq; acie configere, quod ipse Xerxes uix posset: attamen aggrediar, ceu populabundus, in cursionibus incessere aliquot agminis tui partes, nunc hac, nunc illac alliciens: & caudae equinae pilos paulatim uellere, Singulis fortassis negocijs exhibuero, quum uniuersis par esse non possim. Primum meam *συναγωγή* in qua me scribis arguari, uel *ἀδελφίσθη* potius: belle tu quidem eluis, si modo per nos impune liceat auferre, quod non aliter atq; maxime confesum assumis: uidelicet a me praestari posse quippiam quod ab alio nemine possit. At qui istuc ipsum est, quod ego cōstater clareq; nego, atq; etiā pernego: utpote uix mediocribus, etiā par argumētis. Quid si quaedā sunt inquis, quae tu unus possis absolueres? Quid si cœlum ruat? Ad hec cum orationis meae mediocritatē cum tua grandiloquentia cōponis: fortassis erat accuratius explicandū: quibus tādē in rebus istam amplitudinē sitā esse putes. Etenim si in genere argumētis, nihil adhuc nobis grāde susceptū est quod cothurnum requireret. Nec tuus assis per se grande est argumentū, nisi quatenus difficile: sed tua eloquentia grande est. Alio qui mihi uidentur maxima quae cūq; sint optima. Sin in ipsa phrasi maiestātē sitam esse putas, equidē in hac sum sententia: ut illud orationis genus existimē magnificentissimū, quod efficacissimē persuaserit id quod est institutū: hac quidē in parte non nihil à Quintiliano dissenties, qui negat eloquentiā esse uocandā, quae non habeat admirationē. Cum enim bona pars artis sit artem dissimulare, quod decenti fide abroget artificij significatio: non uideo qui possit efficacē esse eloquentiā, quae se iactet, ostentetq;. Neq; enim ut uestis eadem & splendida potest esse, et nihilominus ad usum accommodatitidem potest oratio simul ad permouendos animos, & ad ostentationē ingenij esse apposita. Ut optimus est iaculandi artifex, non cui pharetra sit gemis distincta, cui arcus q; maxime insignis: sed qui certissima manu scopū feriat: ut ingēs philosophus, non qui Stoicorū, aut qui Peripateticorū dogmata pulchre teneat, sed qui philosophiae rationē uita ac moribus exprimat, qui proprius est philosophiae finis: ita lumini, oratoris munus absoluit, quisquis quod uoluit, persuasit. Alio qui an non uideatur ineptus, si qui populū à bellī tumultu ad pacis studiū reuocare instituerit, oratione phalerata atq; elaborata hoc tantū persuadeat, se esse uirū cum primis eruditū, plurimāq; lectionis: Atqui non hoc agebatur. Ne scenae quidē, quae uis ex re captat admirationē. Damnatu histrio, qui peregrinis opibus oculos populi detinet, cū sit actioe & argumento fuerit ad plausum inuitāndus. Ego ad hoc ut grandis sit dictio, uerborū apparatus minimū momenti adferre existimo, nec ita multū conferre schematū ornamenta, nisi si qua in rebus sita sint, non in uerbis. Neq; parui refert utrum fabulam mireris, an apparatus. Certe rhetorū etiā cōsensu, illud naturale dicendi genus primā laudem obtinet. At non aliud minus est admirabile. Quis enim admiratur artem, quum putat natura dicere? Ac profusus *ἀπὸ τοῦ πρῶτου* inter se differunt, quod illi primū iudicāt, & quod tu uideris amplecti. Ut siileam interim, stultissimū esse admirari quod non intelligas. Vnde potissimū perspicuitati studendū est ei, quisquis admirationem eloquentiae captat. Iam scis ipse totum hoc orationis expollendae studiū, uix à bonis uiris olim fuisse receptū: uixq; persuadent rhetores, alioqui facundissimi, utilem esse rhetoricam, aut uiro bono dignam. Quo mihi uideris iniquius facere, qui scenicā etiā eloquentiā exigis à theologo Christiano: cum Cicero ab Ethnico philosopho non requirat omnino ullam: hoc cōtentus, si intelligatur modo. At tui rhetores, qui (sicut par est) suę professioni impendio fauent, non probant tamen istas orationis delicias, ac *πολυτέλειαν*, nisi in uno duntaxat genere: nimirū Encomiastico. A quo nullum longius abesse puto, q; quod totum in docendo uersatur: atq; adeo in docendo, non quas uis res (nam de fulminū aut terrae motū causis splendide describi possit) sed res per se minutas ac tenues, tum sic impeditas inuolutasq; ut quantum uis distincte, quantum uis dilucide, quantum uis simpliciter, aut cōmode explices, tamen uix etiā ab attentis capiantur. Quod si uisq; alibi, hic certe uidebatur rei difficultas orationis facilitatē desiderare, ne lector gemina oneraretur molestia, primū argumenti, deinde explicationis. Et cū aliud ex alio pendeat, atq; ob id lector audis ad finē anhelet, non uidebatur obiectis salebris ac lamis à cursu retardāndus. Ad hec si maxime probatur oratio, quae maxime cōgruat rei quā tractat, uide num cōueniat quiritari, ut tuo utar uerbo, in argumento tam exili. Neq; enim cōtinuo quod est difficillimum, idem est & gran-

dissimum

dissimum: idē contra ferē usu uenit, ut plurimum habeant difficultatis, quae sunt minussima. Habet tamen & hoc genus suas dotes, sed mea sententia quas uis potius q; *ἀδελφίσθη* aut *μεγαλοπρεπείαν*. Tuum ipsius animū nunc appello Budge, ferres ne Euclidem de figuris mathematicis isthoc orationis apparatu differentē? Sed harum rerū haud nescius, opinor, cum exquisito undiq; opere, ingenij tui specimen dare uelles eruditiorum duntaxat panegyri, callido quodam consilio Assi tuo, ceu agro senticoso, digressionum aliquot uireta miscuisti, ut in his lector argumētis asperitate lassus, subsideret, ac respirationem. Quod idem me in Chiliadibus fecisse criminaturū te minaris, nisi te criminari desinam, qui instituti oblitus in Silenii mundi scenam agam, in adagio *γλυκὺς ἀπὸ ἄρου πόλεμος*, aduersus bellatores istos belligerem, in Scarabæo ludam ac lasciuia, in proverbio *καρτερὰ ἐλάχον τὰ ἀνταρ κρόμα*, alijsq; cōpluribus declamem. Vtinam mihi liceat hic peccatum tecum cōmune fateri, modo idem mihi pariter successisset. Quancq; si libeat tergiverfari, respondere possem, causam tuā non omnino similem meae. Tuus assis, catenae ritus, sic totus sibi cohaeret, ut non perinde locus sit longioribus digressionibus. Meorum Chilia dū ea ratio est, ut ubiubi quod uis finieris adagiū, imaginari possis iam explicitū uolumen. Et incidit permulta, quae ad declamandū uelut inuident. Age, dic mihi *πῶς, ἢ ἢ μισοῦ*, cum ab Assis partibus exortus, *πάνυ διολαχάως* sub hūc operis tam diu cum tuo Deloio desidens cōfabularis de statu, moribusq; nostrorum temporū, an non ueris, ne quis Momus tibi Horatianū illud occinat, Amphora coepit institui, currete rota, cur urceus exit & Expatiatu & Plinius in historia mundi, sed in amplissimo argumento, sed breuius utroq; nostrū, me etiam rarius. Expatiatu & Seneca in questionibus causarum naturalium, sed infrequētius. Vides quanto parcius id mihi permiserim, in Nouum testamentū, etiā si nec hoc argumentū sic inter se contextū est, ut tuus Assis. Audio quosdam idem sentire de Annotationibus tuis in Pādectas, quae quancq; plurimū attulere tibi gloria, tamen aliquanto plus lauras fuisse, si refectis ijs, quae tu non quasi diligens promus condus, sed profusus quispiā Lucullus ē confertissimo penu effundis uerius, quam promis, ea potissimū in medium attulisses, quae proprie ad institutū argumentum faciēbāt: ueluti ut hoc exempli gratia proferā, si uindictam enarrans, non ilico congesisses, quicquid usquam apud ullum autorū genus de uindicta, de uindictis reperitur: sed ea duntaxat, quae peculiariter ad eum locum illustrandū pertinebant. Nunc eruditionem nemo quidem desiderat, ceterū qui aut audiores sunt, aut occupatiores, aut etiam morosiores, causantur ingens esse uolumē, & tamen ex tam multis paucos locos illustratos: tamen si quae infucis, eruditiora sunt, q; ut ociosum & candidū lectorem pœniteat *ἢ παραρηγίαν*. Verum ad dicendi genus iam redeo. Scio scio doctissime Budae, quae tua felicitas est, quod cūq; dictionis genus assequi posse te, modo uolueris, id quod ipse quoq; significas, atq; ob hoc dignus, qui quod optimum est uelis, cum efficias quicquid uolueris. Mihi quidem nunq; placuit balbuties & infantia quorundā qui bonam eruditionis partē uideri uolunt, elinguem esse, aut quod mea sententia miserius est, spurce prodigiosaq; dicere. Nam ut sermo praecipua mentis imago est, mentem uero decet esse purissimā, cum uitio detur uestis immūdiōr, magis arbitror orationis puritatem ac mundiciem bono uiro praestandam esse. Atq; huc quidem semper annis sum à puero, quantum nostra regio, seculum, fortuna, deniq; quātum haec ingenij tenuitas ferebat: & tamen cum uiderem artificium dicēdi à probatis uiris tam grauatim probari, magis affectaui mundam orationem q; phaleratam, & solidam masculamq; potius quā splendidam aut scenicam, quae rem ostenderet citius, quā quae scriptoris ingenium ostentaret. Votum meum audis, ceterū an assequutus sim nescio. Et fortasse dum hoc genus sequor, ita ut sit, in aliud huc finitū incidit dilutum, triviale, expositū: quod gustasse lectori abunde satis sit, uidelicet unedonū ritum: cum nihil illuc sit, quod paulo quis elegantiore palato regustare uelit: nec ullos aculeos relinquat in futurū, sed ad praesens tantū mulceat. Nam huiusmodi ferme coloribus me mihi depingis mi Budae: & haud scio an uerissime. Plus enim tuo unius iudicio tribuo, q; aliorū compluriū. At ego ut phaleratam orationem non ambio, ita puram, aptam, facilem ac dilucidā optarim, si contingat: sed ita facilem, ut tamen neque neruis, neq; aculeis, ubi res poscit, deficiatur, quā si minus assequor, ingenij culpa est, non instituti. Quancquam uide quā interm inique mecum

agitur

agitur, qui utrinque male audis : à uestro, hoc est, doctissimorum ordine culpor, ut citra im-
petum, ut elumbis, ut remissus fluens; ab hoc meo reprehendor, & quidē cotidie, quod ni-
mum exquisitis schematū & uerborū ornamentis plebeū lectorem procul à me submo-
ueam, atq; in ipsis etiā scholijs alia flagitant scholia. Quid facerē? Ita tempero dictionē,
ut neutris per omnia obsequar, & tamē utriusq; dem aliquid. Ad hęc nō parū affectus ul-
detur, qui id impetrat à lectore, ut totū librū auide deuoret, & pari cōtentione ad finem
usq; deproperet. Atq; haud scio an tutius etiā sit facilitate trāmittere lectorē, q̄ difficul-
tate deterrere : & tolerabilis est nō regustari, q̄ omnino non gustari. Quanq̄ regustari
cōtingit & h̄s qui facilitate cōmendantur. Alioqui quid Cicerone facilius, & quis repe-
titur audius? Quid tribuas Minervæ nostræ tu uideris, ego q̄ sit maligna sentio. Nam
quod scribis *ποδὶ ῥδιολογικῶ χιμαῖος*: deq; legibus, quib, quod astrictior sim q̄ tu, cogar
esse circūspectior, istud q̄dē eatenus ualet, ut mihi minus peccare liceat q̄ tibi, cū minus
sit ueniat, nō cogar peius dicere. Nam quod ad *παρρησίαν* attinet, ut nūsq; uel obscenus
sum, uel seditiosus, quorū utrunq; oportet à bono uiro procul abesse : ita multis in locis
καθ' ἑσπέρην παρρησιάζομαι, neq; id sine magno meo malo, *ἐπιπορευόμενος ἐπὶ τῷ
ὄρει τῆς ἀρετῆς*, *καὶ ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς ἀρετῆς*, *καὶ ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς ἀρετῆς*, *καὶ ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς ἀρετῆς*. Porro quod putas me se-
nectute frugaliorē reddi, nihil repugno, nec adeo mirū, si mihi usu uenit, quod Iocratē,
quod Lysimacho, quod ipsi Ciceroni uidemus usu uenisse. Atq; utinā usu ueniat, ut quē
admodū illis, ita mihi quoq; accessus ætatis, orationē sic leniorē reddat, ut tamen melior
rem. Quanq; si libeat utriusq; nostrū ætatē expēdere, haud ita multū interest, nisi aut te,
aut me fallit supputatio. Siquidē ego iam annū ago primū & quinquagesimū, tu, ut scri-
bis, nō procul abes à duodequingagesimo. Mihi igitur longe plus senij est q̄ tibi, sene-
ctutis nō ita multū. Sed effundā in sinum tuū, quæ res stilū meum aliquanto facit deterio-
rem. Scis hunc lectio nō secus atq; agrum stercoreatione reddi uegetiorē, et noualibus
alternis annis uacatio permittitur, ne assidua cultura sterilecāt. At ego cōpluribus iam
annis fundū hunc per se malignū, nec solum admodū felicis, perpetuo cultu exhaurio; nec
intermissionis ullo laxamento succurrens, nec lectionis letamine. Nam illa tumultuarīa
lectio, qua Chilia dū opus, & Annotationes in Nouū testamentū, ac Hieronymū conge-
stæ sunt, adeo nō reddit ingenij uegetius, ut non temere alia res æque officiat, uel memo-
riæ, uel mentis acrimoniat. Tum ipsum argumētū genus respuit etiā orationis maiestatiē.
Tu felix Budge, cui contigerit argumentū, ceu cāpum ac theatrū tibi aptum deligere, in
quo raræ istius eruditionis & eloquentiæ specimen orbi dares. Ego in hæc incidī, cum
ad nullū omnino scripti genus minus essem natura appositus. Et tamen ubi semel incide-
ram, fabulæ scenæq; seruiendū fuit. Nonnullas *καθησέως* amicorū precibus dedi, ut uix
unq; hætenus mihi contigerit in mea uersari harena, meoq; ipsius seruire genio, si quis
omnino meus est genius. Ne querar interim ut nihil honoris esse his studijs, præsertim
apud nos, sic iudicia peruersa. Cui nunc uelis placuisse? Ad cuius plausum admittas
quos tuos? Iam ne mihi sis impune sugillatus : quod manum de tabula tollere nequeas,
obiter recriminatis, *ὅτι παρὰ τὸ δόγμα ἐμὸ τῶν ῥδιολογικῶν*. Verū nō satis intelligo,
utrū usum adagiorū immodicum reprehendas, an nimis anxiam & morosam collectio-
nem. Memini me, & fateor, quondā ambitiosius hoc genere ceu meis opibus uti solere:
sed post sensī, coepiq; frugalius adhibere. Porro in colligēdo, ambitiosiorē me fecit, par-
tim Robertus Gagūnus, qui mihi olim sub aliena persona suam indicans sententiā, re-
tulit in hoc me à Criticis reprehēsum, quod in primis illis collectaneis oppido quāam ier-
imus essem, & è tam multis pauca modo recensissem; partim Polydorus Vergilius,
uir eruditus, mihiq; nunc amicissimus, qui passim etiā prædicabat, me suis ingredi ue-
stigijs, æmulū operis alieni, non autorem mei : cum hoc libelli quicquid erat, annos ali-
quot ædidissem, prius quāam Polydori nomen nossem. Demū ubi Polydori librū essem
nactus, ipsa chalcographi inscriptio declarabat, me mēsisibus aliquot anteuertisse; cū ille
æderet in Italia suum, ego meum Lutetiæ. Et tamen Lucas quidam Sauro mata, theolo-
gus Louanensis, uir nō ob aliud, opinor, infensus bonis literis, nisi quod eas annis per-
multis, sed infeliciter planeq; Musis iratis affectasset, pertinaciter asseuerabat, me alienis
inuentis ostentare me. Has cauillationes dum audis studeo effugere, in uicinam incidī
foueam

foueam, ut apparet, proq; ieiuno immodicus esse cepti. Quanq; nec usq; a deo promiscue,
albaq; (quod aiunt) amulsi, studij fuit conuerrere omnia, quin multa reiecerim, quæ ta-
men in græcorū collectaneis habebatur, quod mihi suboleret quædā è uulgi horū tem-
porum tece hausta, quædā affectata studio maiore q̄ iudicio. Iam quod argumētatus fue-
ram, non euidē esse hominis Peniam habere domi, & Lucullianas substructiones tolle-
re : ita tu quidē *ὠπισθόφως*, ut hoc ipsum existimes argumentū, Plutū ex ædibus tuis in
malam rem aliquò profugisse, & in huius locū Peniā immigralle. Recte sanē istuc si præ-
dia uillasq; in tuis bonis nō numeras, cum hinc locupletes potissimū nomē inuenerint.
Hæc optime Budæ cauillari libuit uerius quāam *ἐπὶ λογιῶν*: uel quod tu sic iusseras, uel
quod dulce est, quiduis cum amico tali nugari: uel quod minus etiā tibi magnificū fore
iudicabam, *ὀφθαλμὸν νηρικόνου*. Cæterū nihil est tuum, quod nō utice tum probem, tum ad-
mirer. Id quod cum antehac semper fecerim, tamen indies quo propius te contemplor,
quo penitius introspectio, hoc & amo, & suspicio magis. Nec enim te solū hominem ab-
solute doctū, ac diuino quodam ingenio, pariq; iudicio præditū declarant tuæ lucubra-
tiones, admirabili doctrinarū omnium penu refertæ : uerum & integrū probūq; uirum
arguit, q̄ cōto animi ardore destomacheris in corruptissimos huius seculi mores. Quod
si quid etiam peccas in phrasi, aut copia, quod ego sanē nō puto, sed tamen si quid pec-
cas, primū uitij, ut ipse uertissime scribis, honestis peccas: tum adeo feliciter, ut ego sanē
nō paulo tua malim *ἐμαρτημῆτα*, q̄ aliorum *καλοθώματα*. Inter tot scriptorum species,
nullos minus fero, q̄ istos quosdam Ciceronis simios, à quo genere nō ita multū abesse
mihi uidetur Pontanus. Nam Apuleianos *παρθόλογος*, & pueri rident. Tum mira tempe-
ratura sic es elaboratus et exquilitus, ut nec facilitas desit, nec perspicuitas: sic copiosus
& exuberans, ut tui semper instituti memor : sic splendidus & ingēs, ut nūsq; desinat
ui uigorq; : sicq; picturatus ac floridus, ut magis tamen eruditione q̄ ornamentis dicen-
di cōmenderis. Hoc uni Budæ datum est. Sed ut est nostræ mediocritatis nō inuidere
tuæ felicitati nulli profus imitabili, ita tui cādoris est, meæ sortis ac notæ scriptores nō
fastidire: præsertim cum fatearis, ut suam cuiq; faciem, suam cuiq; uocē, ita suū cuiq; sty-
lum & institutū semper fuisse. Tu maluisti ab eruditis duntaxat intelligi, ego si possim à
plurimis: tibi propositū est uincere, mihi aut docere, aut persuadere. Etiam si hæc quoq;
tu præstas, sed nō sola. Assen abs te locupletatū, iam pridem emi iusseram, nunc tandem
cum hæc scriberem, extorsit de manibus eorum qui libros cōcinant : ita tua diligentia
duplici precio nos mulctat, sed ut id crebro facias opto. Vtranq; æditionē à capite usq;
ad calcē perlegā: sed adhibito synagnosta, quo certius deprehendā, quid mutandum
aut adijciendū iudicaris. Reddet ea lectio me si nō satis diligentē, certe paulo minus in-
diligentem. *ἢ ὁλοκλήρην ἢ σὸν, ἢ διδασκῆν ἐκ τῆς φροσύνης ἐπιγνώσεως, πᾶν γὰρ προσφθῆσθαι τῶν
συγγραφεῶν, καὶ τῶν δὲ καὶ τῶν οὐδ' αὐτῶν λύκων λύκων*. Pro tam erudita, tamq; honorifica De-
loini ad me epistola, tibi quoq; gratiam habeo, cuius hortatu scriptam cōijcio. Alioqui
qui uenisset in mentem homini tanto tantis distento negotijs, ad nos scribere? O uere
deorum uitā, si qua usquam est. Quid enim aliud est, cum talibus amicis cotidie in amice
nissimis Musarum uiretis uersari, ludere, oblectari? O quæ fabulæ, quæ colloquia, quæ
cōmentationes: qui sales, quales Cicero cum suo Bruto Pomponioq; solet agitare. Neq;
enim ego dubitarim Deloinum & Ruzeum Bruto Pōponioq; uel antepone, si tu mo-
do te patiaris æquari Ciceroni, quem nostra certe ætate refert. Hic nihil simile, sed ne-
scio quo pacto durius adhuc habentur bonæ literæ. In causa est, opinor, quod frigeant
Mecœnates, & regnent melliorū literarum hostes. Vnus propē clarissimus uir Ioannes
Syluagius Burgundiæ cancellarius, ut patriæ, sic etiā optimis studijs cōsulere studeat, sed
cuius bonā partem nobis adimunt publica regni negocia. Scis nullius boni magnopere
iucundā fruitionem absq; cōsorte. At ni forte Tonstallus adfuisset, neminē habiturus
eram, qui cum me tuæ mellitissimæ literæ delectassent. Iam istā conditionē quam offers,
perlibēs accipio: ut inuicē posthac cōmunis sit inter nos omnis omnijū amicorū possessio.
Quod enim lucrū offerri potuit luculētius? certe quod ad me ptinet, dabo operā, ne
cui charus sit Erasmus, quin idē optime sentiar, de Budge. Deloino sum ausus scribere, si
ue quod tam amāter ab ipso laceffor, siue quod tu sic obtestaris, ut religio sit nō parere.
Alioq; ne quid mētias, nō alia ratione magis à scribēdo deterrere poteras, q̄ istiusmodi
literis

suadeo, qui rationes meas diuersas, atq; a deo auerfas ab aula & huiuscemodi processibus sentiam, ac mihi eum esse genium diuinitus, ut interpretor, datum, qui nec aula, nec sibi in aula placere possit. At qui huic meo genio, ac plane ingenio uim alteram necesse est, si crescere ornamentis fortis fortunæ mediter, tamen si hæc mihi multorum uotis optantur, debetis existimantur, cum quibus non sentio, ut qui me melius & exploratius ad manumq; estimarim. Tua omnino fert aliud ratio, à quo nihil exigeret aliud, quàm quod tu facile præstare, atq; hilariter possis. Quod si donorum liberalitatumq; paginas reges nostri prophanis nominibus tam luculenter implere, quàm sacris ac spiritualibus. possent, ego mihi quoq; homini coniugi non nihil in aduentitijs spei reponendū existimarē. Nunc autem ita fert ratio & instituta mihi uitæ & studiorum meorū, ut mihi aulicis in rebus, ac ne in publicis quidem propemodū nihil aut feratur, aut metatur. Vnde fit ut homines multi consilij mei ignari, ea me colere studia existiment & dicunt, quæ facunda multo magis quàm fecunda esse possint: nec eo minus tamen inde uberem mihi frugem promitto, cum senectuti meæ suffecerit, tum etiam nepotibus meis ac posteris subsidij non nihil ad uitam aut existimationem allaturā. Sed super omnia esse duco, quod in animi alimentum suppeditatum est, & ad uitæ æternæ ac summi boni adeptionē conducerit. Quares hic fortasse, quid tibi autor sim: quid aliud potius, q̄ ut hanc conditionem proinus accipias, & amplectaris. Primum, quod ita te esse animatū uelim uel mea unius causa, Deinde, quod si eam acceperis, non magis fortunis tuis quàm honori, atq; opinioni cōsulueris. Proh diuimortales, q̄ id tibi honorificum erit, q̄ ad omnium doctorū existimationem splendidum, & fortunatū, istius te doctrinæ cōmendatione à maximo & illusterrimo regum in longinquā regionem petiitum esse, & accessit: Rex hic est, non modo Francus, quod ipsum per se amplum est, sed etiam Frācisus: nomine hoc primum ab ipso inter regia relato: & ut augurari licet, ad magnas res ominoso. Idem literarum non nescius, quod solenne est nostris regibus: sed idiomate factus, ingeniosus, decēs, mollis atq; obuī accessus, raris corporis animiq; dotibus large à natura præditus, priscorum principum admirator & prædicator, qui quidē unquā animi magnitudine, ac rebus gestis inclaruerit. His accessit, quod habet omnino quod det, ut si quis unquā regum: & dat nemo largius, aut benignius. Et quantum conijcere licet, præclari cupit esse conditor instituti, ut in posterum artes liberales etiam pertinere ad compendium uideantur, cōtra quàm solitum est iam diu. Quo maxime modo illustrare memoriā principatus sui potest. Verum ut tibi successura omnia spondeam, facit quod Paruum (ut dixi) oricularium sacri principis uniuersa doctorum natio, atq; etiā uirtute præstantiū, habitura mihi uidetur quasi auctorem quandam publicum, qui in cōmune stipuletur, alsiduūq; ueluti admonitorum, qui præclari propo- sity principem obliuisci non uoluit, in te etiam ipsum, ac tua scripta peculiariter propesum. Deinde anistes Parisiensis Stephanus Poncherius, uir summa doctrina, ac moribus com- politus, & emendatus, ut si quis alijs antistitum, ingenio atq; industria singulari, cis alpes, ultra alpes, nunquam non obcundis legationibus, per omnes uita gradus auspicijs, per om- nia Reipub. munia exercitatus, literarum hominum euocator & amplexator, coq; no- mine & alijs in Italia nobilis & celebratus: qui cum mihi cognationem intercedere præ- dicandum esse duco, legatus nunc agere Bruxellæ Imperatoremq; operiri dicitur, ad renunciamdam legationem: qui tam (ut opinor) te ad se accessit, si Bruxellæ fuisti, qua- in te uoluntate affectus, ut ab eo intellexi, cum hac ipse iter fecit, ad legationem propo- rans. Is, ut ex fratris eius filio audiui, quem ferre in oculis dicitur, librorū tuorum studio- sus est, quantum temporis succidere necessarijs rebus licet. Vidi tuam noui Testamenti æditionem apertam in cubiculo eius remotiore. Nam & ipse contra istos archaismi, id est inueteratæ ac deploratæ ignorantia patronos & assertores Saturnias lemas olentes (ut est in prouerbio) ueritatisq; post liminiao redentis impugnatores, propugnare tibi ac ueritati summa autoritate solet. Ac ne regis uoluntate impetum esse potius, quàm iudicium propositumq; certū suspiceris, idem præsul mihi dixit, cum de te, ac summae notæ scriptoribus loqueremur, cordi esse regi literas altiores, elegantioresq; secumq; uerba fe- cisse regē, de cōquirēdis uiris doctrinæ eminentis. Dixi tum posse te honesto præmio euo- cari in Franciā, idq; me curaturū (si res ita tulisset) pollicitus sum, effecturumq; diu te Pa- risijs studuisse, nec minus te Franciā, quàm locum incunabulorū tuorū nosse. Is, quātum opinor

opinor, summe tibi fauebit. Summa autem porro ipse autoritate apud principem pol- let, ut qui in sanctius consilium principis allecius sit inter paucos, quos apocletos, & sele- ctos appellatū antiqui. Tu hac de re statues, & ad me, aut alium quem uis scribes, si alium esse tibi amiciorem me putas: ut si hanc conditionē acceperis, hoc est accipiendā censue- ris, noua tibi stipulatione certioresq; caueatur à principe, eius præcipue opera, cuius hor- tatu ad te scripsi. Ipse enim maxime uelim, ut hoc negociū sine captione ulla tua transiga- tur. Existimo Gulielmum Copū medicū regium, hominem utraq; lingua doctum, & tibi amicū ac beneuolum, de hoc ad te scripturum, & alios, fortasse principis iussu, uel ipsum etiam regem. Mirū quàm tibi Gulielmorum natio dedita sit & literis. Iam cū tres Guliel- mos in eodē negocio studiosos habes tui. Sed Stephanus Parisiensis (id est, corona) si te- cum (ut spero) locutus est, magnum omen attulit ad summā, felicemq; manum imponen- dam incepto. Vocunq; sit, si ad regem ipsum scripseris χαριστήριον επιστολήν, rem ei gratam feceris, & tibi prædicabilem. O quæ iam tellus satis ima dehiscat corniculis istis garrulis, quarum tu oculos quotidie configis, ταυτοσι πδν ψευδολόγος φημι, πδν επανασαντας σοι, και φρονεντας φιδε τις διλοφιας, ηγ το πανδ' ημα κροτα, ηγ μωι εμοι γε (ει δειτε αληθες φαναι) βασκαλ νει σοι επεισι, και ηρ δυνοικως η και δυγνωμονος προς με διακρυμω, και μικρον μετ' ανωναι εφ' ος εφθλι ο ηρεωπανισος σε μεταφν δισλαφαιμωου ποδι ην εις ακρον φικαλης πααδθιας εληλυθατω. πωρ γλ ουκαδ ακθεδελω εγωγε ποσ' αυτοις λεροτημασιν ικαδ σ' ηδυσδοκιμωμεν, και ταυτα βραβ εδουλω ην αγωνα πνδ η ημελαπωδ ανδρωπων. φδφ φι αυτηλιας η και της αγνωμοσωλης, ο ελ γαμ φιλοπρεφης εγω (id quod penè mihi uitio uertis) και τις εμοις φρετθεις νεανικδς σωφωδω, ε δ' επ' ημω φουλω διασων τυγχων η δικαιομ. ελ δ' ο βελλες, οπωρ μη αυλεφθονησ ημοι σνρε, ου εδ' επ' εφθονα τ' εμα, το μη δδρωσαντ, ως εγω φημι, ως δ' η ημετερω πλεις επωληφασιν ου κατ' εφιαμ ηρετωλητ, ος δ' η σ' συγκαταθεσιδαι μοι δοκεις. ελ δ' μω ηδ' η τλω πανισμ σλω απσοκφρακιεις ο μακαριε. Apage tamen iam ab aedibus nostris. και ταυτα μω δ' η ετω επεκα χθω. Temperare enim mihi nequeo ad te scribēs, quin te locis prouocem, hominē locis ac leporib. concretū, uidelicet quod aiunt, ημ' ιππια εις πωδίου προκαλέμεν. Ερρωσο φιλη μοι λιφαλή, και διστελέδ' ουτυχωρ η και δυδοκιμω η ηδ' η φιλοπονια. Parisijs Nonis Februarij.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

Ix tandem explicaueram me ab illa loquacissima epistola, quæ q̄ tibi mole- sta futura sit, uel hinc conijcio, quod mihi quoq; scribenti tædio fuerit: eam uix dum obsignaueram, cum alteræ tuæ mihi redduntur literæ, quibus Chri- stianissimi regis animum erga me significas. Ad has λαλιονικως respōdeā oportet, simul ne te, pariter ac me tædio loquacitatis enecē, simul quod eodē tem- pore ad plures item alios mihi scribendum sit. Regis animum uere principe dignū, atq; adeo tali principe, merito probo atq; exosculor. Quod de nobis tam magnifice sentit, id potissimū uobis amicis debēo, qui me illi depingitis, non qualis sum, sed qualem optatis haberi. Atq; id sane fatens non meditari penitentiæ nec id meo tantum, uerum etiā uel- tro. Quamq; eadem de re iam diligenter egerat regis nomine clarissimus orator Episcopus Parisiensis, quem uirum tu nō minus uere, quam gratiē depingis in uis meis. Perlon- gum fuerit consultantium more, quæ res ad hoc inuident, quæ contra deterreant epistola cōplecti, tuum consiliū quod sit uideo. Id ego feliciter etiā fore iudico, quod datum sit ab homine, non prudentissimo solum, uerum etiā amantissimo. Nam si usquā locum haberet Græcorū prouerbium εχθρῶν εδωρα δωρα, in consilij locum habere puto. Caterum ut hac de re fateor me plurimū debere cum uobis omnibus, tum in primis regi munificētis- simo, optimoq; ita non possum in præsentia certi quicq; respōdere, nisi cōmunicato con- silio cum Cællario Burgundiæ, qui nunc abest, Cameracum proficiscēs. Interea dum et ipse negocium meo cum animo diligētius perpēdo, & amicorum sententiā exquiro, ille, ut spero, redierit: cuius animū simul atq; cognouero, faciam te certiorē de toto meo ani- mo. Hoc solum in præsentia dicam, mihi Galliā multis nominibus semper fuisse charam, sed nunc haud alio nomine cōmendationem, quàm quod Budæum habet: à qua non est quod me facias alienū, & ut tu uocas, externū. Nam si Cosmographis credimus, ad Gal- liam pertinet & Hollandiā. Commodum admonuisti, quod ipse sæpenumero admiratus sum, Gulielmorū gentem mihi tā opere fauere, siue id fato quodā accidit, siue casu. Olim d 3 uix

uis decē natus annos, collusorem amauit Gulielmū. Rursum quīdecim annos natus, sic æqualem quendā dilexi, ut mihi esset me ipso charior. Huic successit Gulielmus Herma-
 nus, homo doctus, cuius hymnos opinor uidisse te; post hunc Gulielmus Mōrtioius, per-
 petuus & cōstantissimus Mecœnas meus. Deinde Gulielmus Latamerus, uir in utriusq;
 literaturæ præstantia Linacro non inferior, homo uere Theologus, hoc est integerrimus
 simul & cruditissimus, nostricq; cum primis studiosus. Ad hæc, Gulielmus Grocinus, cu-
 ius epistolam habes sphaeræ Proculi additā. Iam quot Gulielmos æquat unus ille Guliel-
 mus Archiepiscopus Cantuariēsis: Ad hæc Gulielmū Copum sic totū totus amo, ut ad
 ipsum etiā hominis nomē recreer. De te uero parcius dicam in os. Sed ditior sum, q̄ exi-
 stimarā. Nesciebam insignē illum & omnī ore celebratum Theologū, Gulielmū cogno-
 mento Paruū, uirtutum eminentia maximū, usq; adeo meū esse. Mane nondum omnis
 Gulielmos meos recensuit, Est Basileæ Gulielmus Nefenus, optimarum literarū ardētis-
 simus cōsecrator, mihi sic unice deditus, ut Pyladē meum appellare iure optimo possim.
 Is nihil contetur, quod uis etiā capitis periculū adire pro suo Erasmo. Ex oratore uestro
 cognouit Paulū Aemiliū tandem euulgare rerū Gallicarum historiā. Non enim poterit
 non esse absolutissimū opus, quod a uiro non minus docto, quā diligenti plus annis ui-
 ginti sit elaboratū. Vtopiam Thomæ Mori, si nondū uidere contigit, fac cures emendā,
 neq; pigeat per oclum legere. Nō poenitebit operæ insumptæ. Thomæ Linacri lucubra-
 tiones ex officina Badiana propediē exituras, dici non potest, q̄ gaudeā. Nihil ab eo ui-
 ro expecto, non absolutissimū omnib. numeris. Deum immortalē, quod seculū uideo bre-
 ui futurum, utinā cōtingat reuiuescere. Petrus Aegidius hospes meus, ut bonarum lite-
 rarum & admirator, & egregie peritus; ita tui cū primis studiosus, rogauit ut uis uerbis
 tibi salutē ascriberē. Is suis digitis prolixā illam scripserat epistolā, quācūq; alias occupatis-
 simus, cū mihi non uacaret rescribere, & alterū ē ministris Louaniū ablegassem, alter ab
 oculis laboraret. Bene uale. Antuerpiæ nono Cal. Martias. An. MDXVI. D. Cutbertū
 Tonstallum a nobis auulsit Imperator Maximilianus, cui postea quam orator assignatus
 est, successore misso, qui apud Carolū nostrū ageret, desijt diutius eodē in loco cōmorari.
 Quod uite genus nō omnino displiceret, modo bibliotheca nos quoquo iremus comi-
 taretur. Huc si uenerit, corā, sin minus, absentē literis appellabo, de literis ad te. Rursū uale.

GULIELMVS COPVS ERASMO ROTEROD. S. D.

Vod toties prouocatus literis tuis nihil responderim, nihil aliud causę fuisse
 credas uelim, quā crassam hanc meam barbariē, quæ auribus tuis ob-
 strepere erubuit, id quod uel silēte me facile intelligere poteras, sed cogit me
 in presentiarum regia maiestas silentium rumpere. Id quid sit paucis accipe.
 Gulielmus Paruus, doctor Theologus, regius confessionarius, nominis tui
 per quā studiosus, Franciscus de Rupeforti, regis, quū in teneris ageret, pædagogus, nūc
 abbas, ambo regē quum
 sacris adesset, adierunt, etq; multis argumentis, ut te in Galliam uocaret, persuaserūt. Illico
 rex iussit ad te literas dare, quibus animum tuum
 explorarem, an cum Gallis degere, & qua conditione contineri uelis. Pollicetur rex Chri-
 stianissimus, si hic nobiscum uiuere decreueris, adeo benigne te educaturū, ut nunquam
 te instituti huius poenitere possit. Proinde rescribas uelim, nondum uidere potui aphorismos
 tuos. Vale. Lutetiæ octauo Idus Februaras.

ERASMVVS ROTEROD. GVLIELMO COPO S. D.

Fœlicem Gallia tali principe, ò te fortunatum istiusmodi patrono, ò me bea-
 tum tanti monarchæ favore. Cæterum ad tuas literas, quas regis tui iussu scri-
 pseras ad me, nondum licet certi quippia respondere. Sed breui statuā, ac re-
 nunciabo, interim huius honoris usura fruam, quod laudatissimorū hominū
 cōmendatione, laudatissimo regi placuerim, pro cuius erga me studio quan-
 tum debeam nec dissimulabo, nec obliuiscar unquā; eius maiestati per literas utcunq; gra-
 tias egi. Sic enim iussit Budæus, sed tu idem dexterius feceris oratione, nec ipsi solum, ue-
 rum etiam eximio Theologo Gulielmo Paruo, & reuerendo patri Franciscō de Rupefor-
 ti, qui quam errant amāter, tam officiose sunt de nobis mentiti Regi. Quod Aphorismos
 nostros

nostros desideras, carē putes istius esse generis, cuiusmodi sunt tui Hippocratis, Alia res
 est. At si libellum posses Erasmi de institutione principis Christiani, istoc titulo citius in-
 uentis. Bene uale Antuerpiæ sexto Calend. Martias. Anno M D XVI

Audito sanē & gaudeo, Thomæ Linacri lucubrationes excudi Lutetia. Vtopiam Mo-
 ri, si nondum legisti, fac requiras, si quando uoles ridere, imò si fontes ipsos intueri, unde
 omnia ferē Reipublicæ mala oriuntur. Rursum uale.

CHRISTIANISSIMO GALLIARVM REGI FRANCISCO

Erasmus Roterodamus S. D.

Vm inclytum Franciæ regnum, omniumq; consensu longe florentissimum
 plurimos adiderit principes, pietate, belliq; gloria præstantes, Franciscæ Re-
 gum optimæ iuxta ac maxime, tu tamen in primis speciosissimū illud & Gal-
 lorum regibus peculiare Christianissimi agnomen mihi præstare uideris. E-
 tenim cum CHRISTVS ipse regum rex, ac principum princeps, haud alio
 insigni, symboloq; suos dignosci uoluerit, q̄ mutua inter ipsos cōcordia: tu postea quā
 bello aduersus Eluctios gesto, quā tibi nec animus, nec apparatus, ad bellum gerendum
 deesset declararas, tamen huc totis incumbere maluisti, ut compositis in æternum
 bellorū tumultibus, præcipui Christianæ ditionis principes perpetua tam pace inter se
 conglutinentur: nimirum prudenter illud animaduertēs, ex regum inter ipsos dissidijs
 semel omnium rerum bonarum pestem, ac perniciem, contra malarum omnium collu-
 uicem, ac mare in uitam mortalium inuehit: quorum animos & opes, si pax & amicitia syn-
 cera coniunxerit, mox futurum, ut tam uelut aureo quodam seculo, pictas, optime leges,
 & quicquid est honestarū artū, simul efflorescat: quæ semper pacis & cōmitis esse solent
 & alumnae. Intelligit, uidet, perspicit, animus iste tuus uere regius, ita maxime fore te prin-
 cipem felicem & eminētem: non si quā plurimis, sed si quā optimis ac felicissimis im-
 peraris. Illud igitur quo magis efficiat uigilantissima tua maiestas, cum tot habeat in regno
 suo uiros, omni uirtutum ac literarū genere præcellentes: tamen undiq; præmijs amplissi-
 mis asciscit. quo regnum per se ornatisimū talibus honestamentis reddat ornatus, haud
 ignara istiusmodi decoribus multo uertus, ac pulchrius illustrari ditionē suam, quā opti-
 bus, trophæis, pyramidibus, alijsue quantumlibet magnificis substructionibus. Porro
 quod inter hos me quoq; tua benignitas dignata est honestissimis præmijs sollicitare: ui-
 deo sanē quantopere debeam animo tuo nō minus humano quā excelso. Atq; utinam
 adsit mihi tanta uis ingenij & eruditionis, ut aliqua saltem ex parte tanti principis expe-
 ctationi respondere queam: tantum autem eloquentiæ, ut heroicas istas uirtutes tuas, exi-
 miacq; decora dignis aliquando præconijs posteritati cōmendem, atq; in primis hoc diti-
 num restitutæ pacis beneficium, te cum primis adnitēte, partum orbi Christiano. Precor
 Deum optimū maximum, ut postea quā illi complacitum est pulcherrimos istos im-
 petus animis uestris immittere, idē prouehat, beneq; fortunet. Vere profecto scripsit rex
 ille pacificus, corda regum in manu Dei esse, & illius arbitrio huc aut illuc impelli. Quis
 enim dubitet istam mentem huius afflatu uobis dari? Proinde spes est fore, ut qui nouam
 hanc felicitatem orbi Christiano largiri cepit, idq; per te potissimum, idem munus sūm
 uestra pietate, constantiaq; quā maxime diuturnum ac propriū uelit esse. Is maiesta-
 tem tuam rex excellentissime diutissime felicem ac rebus omnibus florētem regno, imò
 orbi terrarum seruet, ac tueatur, cui me totum trado, dedicoq; Antuerpiæ nono Calend.
 Martias. Anno M D XVI

LVDOVICVS CANOSSA EPISCOPVVS BAIIOCENSIS

Erasmo Roterodamo S. D.

A semper mihi uoluntas, ea mens, is animus fuit, ut quādocunq; per fortunā
 aliquanto fauorabiliorē liceret, & studijs bonis nostrū omne otū applicare-
 mus, & studiosum aliquē, literatūq; hominē domi foueremus. Itaq; mihi per-
 suasum cū sit, eum te Erasme esse, quē animo ipse cōcipio, quemq; unū in pri-
 mis unā mecum esse ac uiuere exopto.
 simul atq; Christianissimi huius regis (apud quē summi Pōtificis oratorē ago)
 benignitate ac fauore, Baiocensi ecclesie me licet immerentē sumus ipse Pōtifex præfecit,

tibi fortunam hanc nostram statim nunciare, teq; insuper hortari & inuitare, si commodo tuo ad me demigrare potes, unā mecum deinceps commoraturus, excepturum te me, si non omnino, ut ipse mereris, at saltem pro uirium nostrarum quantulacunq; facultate: curaturumq; ut & Erasmo quātum in me erit satisfaciā, & Erasmo ad Baiocensem Antistitem accessisse pœnitere nunquam debeat. Quem tantisper dum beneficijs amplioribus ornaucro, annua ducentorum ducatorum pensione honestabo, præter tuam ac famulū unius, itemq; equorum duorum impensam. Bene uale, & mihi animum tuum renuncia, Ambasiæ, Id. Nouembris. Anno M. D. XVI.

R. D. LVDOVICO CANOSSÆ, EPISCOPO BAIOCENSI,
Erasmus Roterodamus S. D.

T felicitatem istam tibi gratulor, cuius meritis fauore Leonis pontificis uere maximi, contigerit ista dignitas, & animum tuum erga bonas literas magnopere probo, deniq; pro tuo de me iudicio, uel, ut melius dicam, pro ista tam amico de nobis errore, gratiam habeo maximam, neq; secus debere me puto tuæ benignitati, quā si quod offert (offert autem conditionem liberissimam, ac planè meis meritis ampliorem) iam accepissem. Cæterum quoniam nunc abest Cancellarius Burgundiæ, cuius opera pridem ascitus sum in famulitium Catholici regis Caroli, non habeo quod certum in præsentia respondeam, id tamen faciam propè diem. Interea perge fauere, tuo (ubi ubi terrarum futurus est) Erasmo. Bene uale, cui me totum addico. Antuerpiæ sexto calend. Martias. Anno M. D. XVI.

ERASMVS ROTERODAMVS THOMÆ GREIO ET
Petro Viterio S. D.

E Odem die mihi uestræ redditæ sunt literæ, querelarum plenæ, quod nihil respondeam. Præter has postremas expositultrices, imò obiurgatrices, binas duntaxat à uobis accepi, hoc est, à singulis singulas, quibus hæcenus non respondi, sed tamen nisi fallor, iussi uos saluere in literis ad Badiū datis. Nec ideo minus uos amo, si scribo rarius, qui sic distrahor, partim his aulæ tumultibus, partim iniquitate fortunæ, non nihil etiam studijs, ut uix sim apud me. Hæc scripsi grauius ægrotus, non pituita, sed uerius peste, quæ plurimos hic iam tenet. Quod deploras mi charissime Viteri te istuc à me missum, quo mea consuetudine caretes: scis ipse te quorundam malitia Caletio depulsum fuisse, quem exitum ego semper expectabam. Atq; utinam nunc ea tibi esset fortuna, qualem ego optarim. Sed tamen est aliquid in patria uiuere, præferim tali. Et sortem tuam ita reddes tolerabiliorem, si quod sis, esse uelis. Quod si quid est in quo requiras officium nostrū, fac periculum: num idem sim Erasmus, qui semper fuerim. Literarum officio non possim omnibus respondere, etiam si nihil agam præterea. Tuum mi charissime Greie, studium atq; animū tam piū, dici uix posset, quantopere exosculer. De filij indole gratulor ex animo. Quod ipse sacra potissimum amplecteris, hoc est, ea per quæ uiuas feliciter, & moriaris felicius, prudenter facis, & rectissime tibi cōsulis. Quanquam tu quidem superstes eris in liberis, quibus bis pater es: quippe non cōtentus in hanc lucem produxisse, Christo parturis eosdem. Valet ambob; quos ut æque tum mihi, tum inter uos charos, epistola quoq; coniungere uisum est. Bruxellæ, Idibus Febr. Anno M. D. XVI.

IOANNES VVATSONVS D. ERASMO
Roterodamo S. D.

T Ertio Idus Augusti literas, quas Nonis Iunijs ad me scripseras accepi, idq; mihi crede suauissime præceptor Erasme, nō sine ingēti lætitiā, ut ex quibus intellexerim, tum incolumem te esse, tum gratiā & autoritatē nactum, apud uestratem principē Carolūm. Magno me munere donasti, simul atq; literas ad me dedisti: quādoquidē ita uiuā, eo sū animo erga Erasmo, ut duas trestie pagellas eius ad me scripseras, prope modū tantū faciā, quāti sacerdotium etiam opulentissimam. At ridens dices, probe tu quidē ad id prope modū. Ingenue facit extranea hæc me non prorsus contemnere, sed nec sic amplecti, ut bonis literis & doctorū familiaritati præponam, modo rationi uicius fuerit satisfactum. Dubio procul adeo erant mihi grata, preciosaq;

preciosaq; literæ tuæ, ut si rei uotisq; meis par opulentiā suffragetur, singulis literis singulos aureos redderem.

~~...~~ Raphael Regius Venetijs adhuc proficitur Quintilianū, impensis et mercede ex publico erario. Doctus quidem ille, & medio critere eloquens, sed longe infra alium sibi professorem, qui Græcas literas præcipit etiam publica mercede, cuius nomen excidit, qui & te nouit optime,

Cū Ambrosio medico, cuius meministi in Prouerbio *Dis sibi morāy* quotidie sermē fabulatus sum in officina aromatarij ad signū coralli, qui me fecit plurimi tua causa: quomodo fecerunt Petrus Halcionius, meo iudicio egregie facundus, & alij complures. Socer Aldi bibliopola, in signo ancore nescio quoties de te locutus, promisit domum suam, & omnem humanitatē, si quando libuerit tibi illuc aduenire.

~~...~~ Incidi ante paucos dies in Catonem minorem, quem commentariolis elucidasti, in quibus non crederes quantum me oblectarim, admirans tam dulcem & uberem frugem, in tam modica gleba. Obsecro facias ascribi omnium operum tuorum indicem, unū aut alteri librorum: Nam sicut de hoc libello mihi non constabat, ita uereor ne sint etiam alij quos ignorem. Hieronymū obuijs uisus, uotisq; omnibus excipiemus.

~~...~~ Petrum Falconem Eluetium, quem nos Angli agnomēto Magnum appellauimus, ualde diligo. Porro erat diligentissimus peregrinorum patronus, simul & iucundissimus comes: habebat in trirēmi caudatam simiam, miro ingenio, quæ gestibus, cachinnis, clamore, saltu, cæterisq; ludicris, quotidie nobis risum sardonicum mouebat: ad hæc rerum nouarum & artium ac machinarum curiosus, gestabat subinde ad cingulum suspensam bombardam, accurate notabat oppidorum locorumq; situm, & nomina, atramento ex minio factio oblinere librum peregrinationis, & de re mecum fabulans, subinde gloriabatur, se uas ad se dedisse literas. Rogo si quando ad te scripsero, hominem meis uerbis salutes. Craylorū tibi nobis reddite, imò nobis te redditum, quantum cui maxime. Vt inon daturus copia tecum fabuland; ego arbitror si te totum mihi tradideris, & ego tibi, nec te. Itra sapientem agere posse, quem admodum dicere soles, nec me. Quæthone si quippiam in sapientiam dixero: quippe cum nihil tale inter uere amicos esse possit, quin potius scelus offecolare aliquid. Sum rariarum uisendi tui, si miseris istie usq; ad Michaelis, uisam te deo laque ne iuuante: quod si libebit interea tibi recipere, quod maxime uelim, uisam te deo laque or accessus tuus quā mihi. Agenas ferias amoenissimas. Quicquid apud me est, quod aut uoluptati, aut uisum esse poterit, tibi erit. Bene uale.

~~...~~ Incidi ante paucos dies in Catonem minorem, quem commentariolis elucidasti, in quibus non crederes quantum me oblectarim, admirans tam dulcem & uberem frugem, in tam modica gleba. Obsecro facias ascribi omnium operum tuorum indicem, unū aut alteri librorum: Nam sicut de hoc libello mihi non constabat, ita uereor ne sint etiam alij quos ignorem. Hieronymū obuijs uisus, uotisq; omnibus excipiemus.

~~...~~ Petrum Falconem Eluetium, quem nos Angli agnomēto Magnum appellauimus, ualde diligo. Porro erat diligentissimus peregrinorum patronus, simul & iucundissimus comes: habebat in trirēmi caudatam simiam, miro ingenio, quæ gestibus, cachinnis, clamore, saltu, cæterisq; ludicris, quotidie nobis risum sardonicum mouebat: ad hæc rerum nouarum & artium ac machinarum curiosus, gestabat subinde ad cingulum suspensam bombardam, accurate notabat oppidorum locorumq; situm, & nomina, atramento ex minio factio oblinere librum peregrinationis, & de re mecum fabulans, subinde gloriabatur, se uas ad se dedisse literas. Rogo si quando ad te scripsero, hominem meis uerbis salutes. Craylorū tibi nobis reddite, imò nobis te redditum, quantum cui maxime. Vt inon daturus copia tecum fabuland; ego arbitror si te totum mihi tradideris, & ego tibi, nec te. Itra sapientem agere posse, quem admodum dicere soles, nec me. Quæthone si quippiam in sapientiam dixero: quippe cum nihil tale inter uere amicos esse possit, quin potius scelus offecolare aliquid. Sum rariarum uisendi tui, si miseris istie usq; ad Michaelis, uisam te deo laque ne iuuante: quod si libebit interea tibi recipere, quod maxime uelim, uisam te deo laque or accessus tuus quā mihi. Agenas ferias amoenissimas. Quicquid apud me est, quod aut uoluptati, aut uisum esse poterit, tibi erit. Bene uale.

~~...~~ Incidi ante paucos dies in Catonem minorem, quem commentariolis elucidasti, in quibus non crederes quantum me oblectarim, admirans tam dulcem & uberem frugem, in tam modica gleba. Obsecro facias ascribi omnium operum tuorum indicem, unū aut alteri librorum: Nam sicut de hoc libello mihi non constabat, ita uereor ne sint etiam alij quos ignorem. Hieronymū obuijs uisus, uotisq; omnibus excipiemus.

~~...~~ Petrum Falconem Eluetium, quem nos Angli agnomēto Magnum appellauimus, ualde diligo. Porro erat diligentissimus peregrinorum patronus, simul & iucundissimus comes: habebat in trirēmi caudatam simiam, miro ingenio, quæ gestibus, cachinnis, clamore, saltu, cæterisq; ludicris, quotidie nobis risum sardonicum mouebat: ad hæc rerum nouarum & artium ac machinarum curiosus, gestabat subinde ad cingulum suspensam bombardam, accurate notabat oppidorum locorumq; situm, & nomina, atramento ex minio factio oblinere librum peregrinationis, & de re mecum fabulans, subinde gloriabatur, se uas ad se dedisse literas. Rogo si quando ad te scripsero, hominem meis uerbis salutes. Craylorū tibi nobis reddite, imò nobis te redditum, quantum cui maxime. Vt inon daturus copia tecum fabuland; ego arbitror si te totum mihi tradideris, & ego tibi, nec te. Itra sapientem agere posse, quem admodum dicere soles, nec me. Quæthone si quippiam in sapientiam dixero: quippe cum nihil tale inter uere amicos esse possit, quin potius scelus offecolare aliquid. Sum rariarum uisendi tui, si miseris istie usq; ad Michaelis, uisam te deo laque ne iuuante: quod si libebit interea tibi recipere, quod maxime uelim, uisam te deo laque or accessus tuus quā mihi. Agenas ferias amoenissimas. Quicquid apud me est, quod aut uoluptati, aut uisum esse poterit, tibi erit. Bene uale.

~~...~~ Incidi ante paucos dies in Catonem minorem, quem commentariolis elucidasti, in quibus non crederes quantum me oblectarim, admirans tam dulcem & uberem frugem, in tam modica gleba. Obsecro facias ascribi omnium operum tuorum indicem, unū aut alteri librorum: Nam sicut de hoc libello mihi non constabat, ita uereor ne sint etiam alij quos ignorem. Hieronymū obuijs uisus, uotisq; omnibus excipiemus.

Quam mihi rem optime ratione narras? Ita ne tecum in ipsam usq; Syriā peregrinatus sum? Neq; se ipse cū amicis omnibus, tum in primis Vuatsonū meū animo meū circūfero, quo quo terratū me recepero, memor suauissimæ familiaritatis nostræ, & noscū etia fabulis iucundissimis citra tædium nobis transmissarum

transmissarum. Quin & illud uoluptati fuit, quod ueterum amicorum quibuscum Vene-
tijs egi confuerudinem, nec mori mihi refricisti. Cæterum cuius nomē tibi exciderat,
Marcus est; Musurus. Non uideantur istorum, sic Erasmus enēra suis laudibus, ut si su-
peris placet, sine qui illi uideant etiam, id quod ego profecto nunquam expectaram fo-
re, ac uideamur non uideantur per suadeo. Nouum testamētū tibi, hoc dō, ut inq. tum inregro,
tum erudito probari, non moleste sero, de quo tamen ipse nihil auisim profiteri, nisi uis
annixos pro strili, ut qualicumq. industriola nostra, CHRIS. T. I. philosophiā bonis men-
tibus commendarem. Tuumq. mi Ioannes animū magnopere probo, qui sic in Sco-
ticis labyrinthis uersaris, ut tamen hæc simpliciora crasioraq. non asperneris, pariter &
illius iocundus, & tuo nihilominus fruens iudicio. Cōuenit hoc istis tuis moribus ita pijs,
ut supercilio careat, ita comibus, ut absit leuitas, ita seueris ut absit asperitas. Sed desinam
ne hæc uideantur *ouēra* Petrus Falco, uir apud suos primæ autoritatis, do-
mum reuersus, multa de duobus Anglis scripsit, oblitus opinor nominum. Mihi illico re-
tigit animū. At at, hic ille Vuatsonus meus. Nam profectum acceperam. lam equum con-
foederam, Cantabrigiam aditurus, & ecce quidam nunciat R. P. episcopum Roffensem
uestre scholæ cancellarium, eodem die Londini futurū. Hunc dum in singulos dies operi
on deficiat dies aliquot Londini. Neque uerō literę mihi reddite sunt, nisi post menses aliquos.
Quod me uelut uoluntatem indagam petis, iam id infesto me præstiterat Adrianus Barlan-
dus, homo uenturo ingenio, nec inanis sermōnis facilitate. Ipsius igitur epistolam ad
te mitto. Salutabis amicos nominatum, omnes, & si id ipse nominatim non iubeam. Bene
uiosaque molli situs. Bruxellas, Id. Iulij. Anno.

ADRIANVS BARLANDVS CORNELIO FRATRI SVO S. D.

Hæc res me ad quodam inquit scilicet uerum Petrum Scythi Gandaniolim prece-
ptorem meum premiserā, scribis te per tabellarium publicum transiit
fille, quando quidem quæta uiperram, feruā non ueris, dehortante id, ac
prope etiam uetante matre, qua saluamantia uoluerit longius alloqui, &
periculosum propter navigationē, iter arripere. Id quod ego quoq. iam non
doleo ita euenisse. Nā uix ulla urbs est, in qua uisō subsidere ijs quatuor aut quinque mensi-
bus potueris, quod morbus pestifer æstate superiore, & hoc etiam autumnū quibusdam
in locis ualde saeuerit, in multis etiam pullulauerit tantum, idq. ita occulte ac dissimulan-
ter, ut nonnulli in tuo corpore uelut ad uisū, qua dē sunt, rem omnem esse putantes, in discrimi-
men, incidere in ignari. Quod tantum molestia in animo tibi esse hoc tempore scribis, ut
nequeas ad me quo ioles studio, ac diligentia de omni tuo atq. amicorū statu literas dare,
nescio quid tibi uelit, neq. unde ista tibi molestia incessitq. animo orta sit: quare tuum
erit officū quam primum rem omnem qua te male habet ad me transcribere, ut te quan-
tum possim, uel consilio, uel re adiuuē. De Erasmi lucubratiōibus, quod scire uis ordine,
tibi nunc perscribam, quanquā non sunt hoc tempore ad manum omnia, quæ uir ille con-
scripsit.

Primū igitur ut ad

[Faded text]

Est panegyricus
ad Philippum principem Archiduce Austriae, continens triumphalem illius profectio-
nem in Hispanias, saltemq. in partem ad suos regnum.

Hic Phi-
lippum adhuc iuuenē, propeq. imberbē laudat, obiecta q. uirtutis imagine cohortatur ad
honestā. Reliquit deinde precatiōes aliquot *[faded]* ad IESVM
& uirginem matrem. Penē mihi exciderat alter panegyricus, siue ut ipse inscripsit, episto-
la exhortatoriā ad capeffendam uirtutē, conscripta dicataq. Adolpho principi Veriensī.
Enchiridion

*+ Opera iuueniam
est Enchiri-
dion*

Enchiridio cuius supra meminimus adiungitur *[faded]* disputatio de ta-
dio, pauore, ac tristitia redemptoris nostri IESV. Transtulit idem ex Luciano permul-
tos ac uarios dialogos, *[faded]* Inter dialogos est de clamatōe eiusdem Lu-
ciani ab Erasmo uersa, eam altera eiusdem Erasmi, qua Lucianicæ responderet. Leguntur
[faded] de copia rerum *[faded]* mētarij. Circūferuntur hic libellus Similiūm. Ex Plutarcho in latinum ab eodem traducta
uidi hæc. Opusculum de tuenda bona ualitudine. Quo pacto quis dignoscere possit adu-
latorem ab amico. Quo pacto quis efficere possit, ut capiat utilitatem ab inimico. De do-
ctrina principum. Maxime cum principibus oportere uersari philosophum. An recte di-
ctum sit ab Epicuro *[faded]*. De cupiditate diuitiarū. Euripidis poetæ nobilissimi du-
as tragedias, Heccubam, & Iphigeniam, carmine uertit *[faded]* altera ab hinc bieri-
nium hic acta & exhibitā est publice ab honestis aliquot iuuenibus, quibus agētibus nos
praesse meministi. Aedidit etiam libellum de ratione studiū, & instituenda pueritia: in hoc
docet qua potissimum uia pueri ad doctrinæ summam celerius emergere possint. Est eti-
am in manibus Contio de puero IESV: in qua puer ille pueros ad modestiam, tolerantia-
am, humilitatē, uitæq. castimoniam hortatur: hanc orationem nō dubito quin aliquando
legeris: fuisse enim à primis annis earum rerum studiosior, quæ ad mores animi tui com-
ponendos attinerent: lasciuas uero poetarum fabulas & pestilentissimas Apulei facetias,
recte semper contempsisti. Nam quid per deum immortalem poetæ talibus nugis docet,
nisi peccare, nisi à uirtutum castris ad uitia transfugere, atque desciscere. Reliquit & odas
aliquot, quales fecit Horatius, aut Prudentius noster, *[faded]*

Circūferuntur & libellus *[faded]* breuis de constructione octo partium oratio-
nis: quem pleriq. putant illius, nec ipse in totū negat. Tum disticha moralia, uulgo dictus
Cato. Mimi Publiani. Institutum hominis Christiani. Leguntur & epigramata quædam,
quæ ille non inscribitur ab se scripta, sed in hoc scripta negat ut uiderentur. Nouissime no-
uum testamentum græce simul ac latine primus omnium nobis dedit, illa sua æditione
ad ueterum exemplarium, & interpretum utriusque linguæ collationem *[faded]* emen-
datum, unā cum annotationibus, *[faded]*

Mox Hieronymum nobis *[faded]* & scholijs *[faded]* scribebantur, & adiectis in libros epistolaram argumentis & scholijs, *[faded]*

Præterea,
quæ commemorauit, uisuntur passim in bibliopolarum officinis epistolæ aliquot Erasmi ad
illustres & horum ad illum. Impressæ sunt hoc anno bis adnotatiunculæ eiusdem in libel-
lum, qui uulgo Cato inscribitur. Hunc nos discipulis nostris enarrauimus, ut sanctissimis
præceptis eorum animos ad uirtutē, & linguas ad rectam elocutionem formaremus:
Nam alterū sine altero docere, uerius corrūpere quàm docere est. Senecam etiam nuper
castigauit

castigauit, qui haecenus deprauatissimus extitit. Psalmū primum, Beatur uir, ~~commentario.~~ ~~Hac ferē sunt charissimē frater, quae in manus nostras peruenerunt, Videtis propediē, si uixeris, alia. Nam cotidie adhuc noua scribit, & ueteres autores, uel culpa temporum, uel incitia negligētiaq; librariorum deprauatos, recognoscit:~~

Quod mihi scribis te Iustiniani institutiones non solum legere, sed etiam ediscere, pergaudeo mi frater. Nolim enim te in poetarum studio, quod uulgius hominum sterile uocat, omnem aetatem consumere. Nam discenda etiam sunt, quibus uictum & facultates pares, quibus amicorum controuersias causasq; tuearis. Apud M. Tullium hoc nomine multum effertur M. Cato, quod eloquentiae tam absolutae iuris civilis scientiam. ~~quā~~ ~~unxisset~~: Laudi datur apud eundem Tullium, & Q. Scaeuolae, quod iurisperitorum eloquentissimus, eloquentium iurisperitissimus esset. Sexcentos enumerare tibi possem, si sit ocium, qui in utroq; studio clarissimi habiti sunt, de ueteribus loquor, non quos nunc tenet seculum; hodie enim praeteritis eloquentissimis iureconsultis minuti quidam glossatores leguntur, ex quibus sibi quisq; leges aptas facit, neq; mores legibus, sed moribus suis leges accommodat. Itaque tu mi frater in percipiendi sanctissimarum legum scientia imitare seniores homines, hoc est, facundos nostri seculi iureconsultos: id si feceris, habebit constantior aetas tua, quo laborantibus succurrat, agris medeatur, afflictos excitet, ut apud Ciceronem est: in senectute uero, ad quam utinam peruenias, iuris scientia ueteris ad decus atque ornamentum: cum omnes tui amici ad te ueniant, consilium expeterent suarum rerum satagentes. Est enim, ut Ciceronis uerbo epistolam finiam, domus iureconsulti totius oraculum ciuitatis. Vale mi Corneli, & haec munus nostrum in amicam partem accipe. Quod ego pro nostra necessitudine, ut qui frater sim tuus) dono tibi mitto. Louanij.

ANTONIVS CLAVÆ ERASMO

Roterod. Iij. s. d.

Uod nihil haecenus ad te scripserim eruditissime Erasme, acerba mors fororis meae, quae paulo antequam literas tuas acceperam, exspirauit, intentaq; haec frigore fuisse in causa, meq; & alto quā in scribendo pigerrimum me inuenerem, adeo squalidum oscitabundum reddiderit, uanum quā de fera (ut aiunt) non meditari possim. ~~Uanum quid datur~~ recte ne meum tam diu uerum silentium accusas, qui neque antea quaequam literarum miseris, neq; saluere saltem iussis, quod e quidem sciam, Clauam tuam, quae uarum & uirtutum & scientiarum admirator sum, adeo ut uix ausim te interpellare a tuis istis diuinis occupationibus, frugiferisq; studiis, in quibus te, magno prouentu bonarum literarum, quā felicissime abditum esse plane noui. De Roberto Caesare quod petis quid rerum agat, accipe. Ius Caesarum iam strenue aggreditur, utpote ab ipso impigerrime, constantissimeq; defendendum. Num haec tibi magna Caesareq; digna uidentur? Scripsit quoq; ut mihi retulit iam pridem, ad Erasmus suum, imò nostrum, à quo responsum, mirum est, quanto opere desiderat. Desideramus festiuissimum illum Thomae Mori libellum, de noua insula Utopia, quem expectamus in horas: nam librario cuidam nobis familiari mandauimus, ut epistolam primam ad nos transmittere curet. Quod adhuc sementem modo facis (ut inquis) igno quid meo iure bene sperare te iubeo; habes & Cancellarium humanissimū uirum, & Regem in doctos omnes ac probos non solum praesentem, sed etiam munificentissimū. Quibus fretus quid est, quod desperandum puteo? Si non uis respondentes meritis, pro spiritualibus illis & diuinis, quae seminare non desinis, abundanos hosce, ac carnales, ut ita loquar cum Apostolo, humanosq; fructus fac uberes copiososq; uelis nolis, remissurum non dubito. Quod reliquum est, & Caesar te plurimum salutat, & Claua tuas sese tuae commendat fidei: utque nos commendare uelis, communi domino praestantissimo Cancellario regio, non solum petimus, sed etiam oramus. Vale mi doctissime Erasme, Gandauj, Octauo Idus Februarij.

ERASMVS ROT. ANTONIO CLAVÆ CONSILIARIO S. D.

E fororis obitu, consolares te uir ornatissime, ni persuasum haberem, agritudinem istam quam in alijs lenit adimitq; tempus ipsam, in te singulari tua sapientia iam dudum esse sopitam. Nos ita distaxerunt, hinc morbus, hinc studiorum nō unus labor, hinc crebra migratio ac remigratio, ut uix apud me fuerim. Nec inter haec tamen unquam excidit nobis Claua, candidissimus literatorum patronus, nimirū ipse literatissimus. Scripsimus enim semel atq; iterū. Roberti nostri πολυτεχνίαν probo, opinor omnibus tētatis aliquid successfulū denique. Is ad me misit non epistolam, sed ut ipse uocat Tragediam, ac prorsus ~~ιδιάδα~~ ~~καθ' ἑμ'.~~ uerum hanc ipse comicis salibus mire condierat. At mihi nō dum liquet, utri peior rem gratiam debeam, ei ne qui me tam inimice lacerauit: an illi qui me publicitatis apud populum nimis amice laudauit, hoc est traduxit, & inuidiosum reddidit. Nec enim ulla res est, quae acriter inuidiae stimulos excitet inter mortales, quā si quem immo dice praedices. Non ferimus id in summis uiris, & quorum uirtus inuidia maior esse debuit. Quo minus mirum, si non ferunt in me qui sum, & infra mediocritatem. Imò quod parochus ille in me debacchatus est, praconi isti meo debeo. ~~εὐχαρστὸν ἄνοιας, ἢ δὲ ἔχθρας ἐστὶ φροσφ.~~ Quorsum autem attinebat te nugis eiusmodi inuolui, melioribus occupatum? Nec referebat quid hi aut illi inter se debacchētur, ad me perscribere. Iuxta poetas, nec ipse Iuppiter placet omnibus, siue pluat, siue serenus sit. Nos quidem dedimus operam, & magis in posterum dabimus, ut placeamus uniuersis: interim tum recti conscientia, tum illo me consolor, quod optimis quibusq; certe nō improbamur, fortassis omnibus placituri, simul atq; liuor ab obitu conqueuerit. Mori Vtopiam ubi legeris, putabis te repente in alium orbem translatum esse. Adeo illic noua sunt omnia. De messe nō sum anxius, modo ne reditum superent impendia. Est quod huic animo, quod huic ocio satis sit. Et haec uita mox ~~ἰσχυρὸς ὄνομα.~~ Porro famae sarcinam lubens etiam abiecero, ac propemodum in Epicuri sententiam pedibus eo ~~καθ' ἑ μὲν βιώσας.~~ Sed heus iam abs te literas expecto semigræcas ~~ἢ ἡ πρὸς τοῦ ἡδύ τε ἔμ λιπίσας.~~ Caesarem meo nomine salutato diligenter. Cancellarius ex animo tuus est. Bene uale. Antuerpiae.

LEO PONT. MAX. DILECTO FILIO ERASMO ROT. S. D.

Ileste sili salutem & apostolicam benedictionē. Vitae morumq; tuorum honestas, eruditio rara, ac eximia uirtutum tuarum merita: quae non solum studiorum tuorum monumentis ubiq; celebratis testatissima sunt, uerum etiam eruditissimorum hominum suffragio, denique duorum illustrissimorum principum, regis Angliae, & regis Catholici litteris nobis commendata, faciunt ut te praecipuo ac singulari quodam fauore prosequamur. Vnde postulationi tuae libenter annuimus, uberius etiam nostram in te pietatem declaraturi, cum occasionem uel ipse ministrabis, uel casus obijcet. ~~quā esse iudicantes sanctam tuam industriam publicae utilitati assidue defudantē, dignis praemijs ad maiora conandū excitari.~~ Datum Romae utesimo sexto Ianuarij. M. D. XVI. Anno potificatus nostri quarto.

SYLVESTER EPISCOPVS VVIGORNIENSIS SERENIS

simi Anglorum regis perpetuus apud S. D. N. orator,

Erasmo Roterodatto S. D.

~~per gratū mihi fuit datam fuisse occasionem, tibi mea opera gratificandi.~~ ~~per gratū mihi fuit datam fuisse occasionem, tibi mea opera gratificandi.~~ Nec quicquā magis quā propensissimum in te animum declarare posse optabam. Itaq; nactus opportunitatem negotiū tuum libentissime suscepi, de quo plura diligenter ac studiose cum S. D. N. egi. Qui tum profecto q̄b suam bonitate, ~~libenter tuis uotis annuit.~~ Sed scis haec negocia pluriū opera confici. Proinde non defuit unus aut alter, qui rem retardarent, sed S. D. N. per omnia fauente negotiū omne ex animi sententia cōsecimus: per meam diligentia non stetit, quin haec citius expedirentur, sed aduersa quaedā ualeudo, haec nō perturbationes ducatus Vrbinī, nō parua molestia S. D. N. affecerūt, & fuer

& fuerunt in causa, ut scrius hæc conficerentur, quam nos uolebamus. Quod superest, ago tibi gratias immortales de optima opinione, quam te de me concepisse ex tuis humanissimis & gratissimis literis intelligo, quod humanitati tuæ non meis meritis ascribo. At tamen qualiscunque sum, totum tibi deditissimum esse pro certo habeo. Et quacunque in re tibi, aut amicis tuis me posse prodesse arbitraris, de me æque atque de fratre tuo germano omnia tibi polliceri potes. Optime uale, & me ama. Romæ tricesimo primo Ianuarij. M. D. XVI.

LEONI DECIMO ERASMVVS ROTERO-

DAMVVS S. D.

T ubique beatissime pater, incredibilis ista tua bonitas pietas que uincit, non solum merita nostra, uerum etiam uota. Quod meus pudor contra cius parciusque rogabat, tua benignitas largius ac prolixius induisit. Nec illud sanè me clam esse uoluit: quibus hoc beneficij deberem, cum ipse curperem in solidum tuæ unius debere sanctitati. Sciebam regem Catholicum me suis literis tibi commendasse, sed alia de causa, atque id tamen factum est, non solum absente me, uerum etiam in scio. Anglorum regi licet alijs pluribus nominibus deberem, tamen hic calculus me prorsus latebat hæcenus. Intelligo, intelligo beatissime pater, quæ grauem, quamque multiplicem sarcinam humeris sustineam. Primum enim manibus pedibusque adnucendum est, ut isto munere, quod tua pietas induisit, sic utar, ut tum dante, tum accipiente dignum est. Deinde conandum est, ut aliqua certe ex parte tantorum principum commendationi respondeam: quandoquidem his beneficij tui gratiam communem esse uoluit. Postremo danda est opera, ut non dicam officio (quis enim præstet officium, aut Christo, aut huic proximo pontifici?) sed tamen aliqua grati animi significatione respondeam accepti muneris magnitudini, quod ipsum iam protinus difficillimum esse uideor: deinde Leonis amplitudini, sic modis omnibus maximis, ut quantum Romani pontificis fastigium inter reliquos mortales eminet, tantum Leo inter Romanos pontifices excellat: id quod multo etiã difficilius. Hoc an præstaturus sim nescio, certe sic adnitur, ut omnes intelligant mihi præter uires nihil defuisse, suppetat modo uita, quæ mihi non oporiat longiorem, quam quæ posteritati consecrandis Leonis Opt. Max. diuinis uirtutibus ac meritis sufficiat. Minus infeliciter aggredi solet ardua, qui & libenter aggreditur, & suscepti negotij pondus non ignorat. Quod si nos iustæ uires destituerent, auxiliâtes eruditorem hominum suppetas implorabimus, quorum nemo est usque qui non fateatur sese plurimum tuæ pietati debere, pacis publicæ uindictæ, quæ semper honestorum studiorum alitrix fuit. Libet interim, tum mihi priuatim hanc gratulari felicitatem, cui contigerit probari; non solum Pontifici Maximo, sed Leoni, inter maximos suis dotibus maximo: tum autem publice seculo huic nostro, quod prorsus aureum fore spes est, si quod unquam fuit aureum: ut in quo tuis felicissimis auspicijs, tuisque sanctissimis consilijs, tria quædam præcipua generis humani bona, restitutum iri uideam, pietatem illam uere Christianam multis modis collapsam, optimas literas, partim neglectas hæcenus, partim corruptas, & publicam ac perpetuam orbis Christiani concordiam, pietatis & eruditionis fontem, parentemque. Hæc erunt nunquam intermitura Leonis Decimi trophæa, quæ doctorum hominum literis æternæ memoriæ consecrata, tuum Pontificatum, tuamque gentem semper illustrabunt. Deum Opt. Max. precor, ut istam mentem tibi perpetuam esse uelit, te nobis quam maxime uolentibus, quo te bene uolentibus ex animi sententia componitis, sero in cælestem redeat Leo. Bruxellæ. M. D. XVI.

S Y L V E S T R O E P I S C O P O V I C E N T I N O P O N T I F I C I S S I M O

mi Britanniaë regis apud summum pontificem oratori

Erasmus Roterodamus S. D.

Venerabile beneficij tui gratiam, amplissime præsul, dum singulari officio, quo me tuum meritum es prosecutus, a te literas humanissimas. Multa mihi de singulari tua in doctos bonitate prædicauerant multi, sed nunc omnem famam infra uerum fuisse cõperio, qui mihi uideris huic potissimum rei natus, ut de omnibus bene merearis. Quid enim non præstaturus sis alijs, cum hæc præstes Erasmo, uix de facie notor. Proinde mirari desino, quod te pari fauore,

uore, pariq; beniuolentia prosecute sunt pridem Henricus eius nominis Septimus regum longe cordatissimus, nunc eiusdem nominis Octauus, patri simillimus filius, quod te Leo Pont. Max. singulari charitate complectitur. Tot rerum similitudo uos conciliat. Vtrique uirtus utriusque fortune uicibus exercita, factaq; illustrior. Vtrique studium benemerendi priuatim, ac publicè de omnibus. Vtrique ingenij lenitas ac benignitas mirra. Ipsi per literas utrumque gratias egi, sed id per te fiet rectius, ut cuius opera factus sum illi obnoxius, per eundem me gratum esse cognoscat. Non grauaberis hoc uelut aucta-

ERASMVVS ROTERODAMVVS LVDOVICI

COBERO S. D.

N merito mihi gratuleris optime Bere, nondum scio: tu certe amatissime facis, somnians eam fortunam mihi contigisse, qualis amor iste tuus optaret. At qualis qualis est hæc mea fors, si scias quam ambierim, noua quædam uideatur: si merita æstimes, magna: si animum, satis: quamquam præbendam uerimus in pensionem, censui detrahentes, ne quid octo decederet, cuius nobis prior quam pecuniæ ratio. Te merito amo uir humanissime, qui pari studio procul absentem prosequeris, quo presentem semper complexus es. Inuidiam merebantur fortasse, qui præclarum aliquid proficentur, aut rara quapiam eruditione premunt aliorum gloriam, aut submotis plerisque se iactant. At quid rei mecum est inuidiæ, qui nec profiteor quietam, & uix mediocri literatura, nullius officio luminibus, neque cuiquam mortaliū me ipsum antepono, aut æquo etiam. Tantum mea qualicunque opella, pro uiribus adiuuo publica studia. Sed nonnullis salicubi uideor libentius incadescere, uerum ijs qui non perpendunt quam indignis modis acceptæ sint sacrae literæ, ac uirorum sanctissimorum lucubrationes. Cum in ipso grassauer opere, saepenumero stomachum ob rei indignitatem efferuescentem cohibuit ratio, ubiq; dissimulare non potui. Et tamen posthac moderatiorem fecit mira quorundam morositas. Etenim si qua fieri possit, ita cupiam prodesse studijs, ut neminem omnino mortaliū offendam. Id si minus contingit, lenit nonnihil hanc molestiam primum recte conscientia, deinde quod adhuc probor à probatissimis. Et spes est fore, ut quod nunc placet candidis, mox placeat omnibus. Certe quod indocum sit, aut impium, absit ut mihi unquam placeat, uel in meis ipsius libris. Bene uale. Apud R. P. episcopum Basiliensem, tu fac mihi sis epistolæ uite. Memini memini semperque meminero, quantum illi debeam principi. Bruxellæ. Calen. Ianuarijs Anno M. D. XVI.

GLAREANVS DES. ERASMO RCTERODAMO S. D.

I quem amas charissime Erasme, quod te amat, certe ego maxime aman-
 dus tibi: nemo enim est, tuto crede, te mihi charior, atq; utinā tam me pos-
 ses intus introspicere, q̄ exte sepissime uidisti. Videres profecto alterum
 Alcibiadem, ac eum qui Alcibiadem longe antecederet, tātum uidelicet,
 quantum uere Glareanicus amor uicit Socraticū, siue quantum ego plus tibi
 debeo, q̄ Alcibiades Socrati. Magnum erat, mores à Socrate didicisse, uitam illius mo-
 nitis emendasse. Atqui ego longe plura à te habeo.

Quid quaeso homuncioni mihi uel utilius, uel dignius contingere potuit?
 Proinde minime separati sumus, beneficia tua in me collata, nō sinunt me tui immemor-
 rem. Quicquid ago, praesto es, ludit ante oculos meos imago Erasmi, itq; reditq; frequēs,
 sine te nō dormio, nō edo, absens ad uirtutes stimulas, excitas pigrum, rudem doces, &
 putas me posse te non amare: sed qui possem? Lachrymor absentia tua, id quod mihi mi-
 nime uitio dandum existimo: quid enim eque mihi graue? & iam dixi, non abes, sed cer-
 te abes: reuera nō abes, loqueris enim mihi quotidie: & tamen absens es, quia te non ui-
 deo, nec suauissima tua confabulatione fruor: sed & praesens es, quia te audio: nam mi-
 hi loqueris, sed ludo, idq; inepte, quia amo, idq; audacter, quia amo: & dum ludo, lachry-
 mor, quia te amo charissime Erasme: atq; cum te charissimū appello, dum alij infinitis
 alijs te onerent, ego unico illo titulo unice te honoro. Quid enim erat dicere, doctissi-
 mum, eloquentissimū, eruditissimum, & quae non amor, sed aliquoties *καλῶν* excogi-
 tauit pleraq; alia: nullū enim eorū te melius decet, aut exprimit, q̄ quod proxime Chris-
 tum accedit. Neq; tu tantundem, uel eloquentiae uel eruditioni me inniti iussisti, quam
 amori uere Christiano: ac proinde non modo habeo tibi gratias amplissimas, immorta-
 les, ingentes, aut quicquid tale uulgus disertorū sesquipedalibus uerbis refert: sed quae
 Christus dignis tuis in me meritis tribuat. Caeterū ut ad epi^{tolam} quoq; tuam respon-
 deam, quae de fortuna aīis, eam mihi si tecū essem, nō posse deesse, Doleo hercule me tecū
 esse non posse, sed differo tamen non absq; causa. Tumultuatur patria: pax cum Franco
 nondum cōposita, quam Angli ne an Caesarea Maiestas remoretur, incertū. Legati Ma-
 ximiliani adfuerunt, & item Anglorū, non pecuniam, sed aureos montes pollicētes, ne
 Gallis Galli contungamur. Sunt qui suspicentur rem agi nō iussu Britannī regis, sed *καὶ*
καὶ τὸν ἐπὶ τῶν ἑλλήνων: sic ego pacem spero, quae si facta fuerit, Parisijs salarium ducento-
 rum scutorū annue expectio. Praeterea habeo mecum domi meae triginta optimē indo-
 lis iuuenes, qui annue soluunt centum & uiginti scutos, quāuis labori meo nō satis re-
 spondeat hoc praemiu: illud mi Erasme, charissime parens unice oro, ne damno sit mihi,
 uel apud te, uel apud alios dominos, amicos forsitan aliquando futuros, nō uenisse tam
 humaniter inuitatū. Nam ad Pentecostes diem si nō erit pax cum Francis, & princeps
 tuus (quod uehementer opto) saluus fuerit, ausim me hercule, ad te uolare, etiā per me-
 dios hostes: interim ne abeam cōsanguinci & necessarij magnopere rogarunt, nihil ta-
 men certi promitto. Montioij nomen charum esse mihi non poterit, dum Erasmus cha-
 rus esse desierit. Quem ut egregium ac optimū uirum credam, & opera tua, & *καὶ*
 quondam de eius humanitate cōfabulatio peruenit. Berus cum literae allatae sunt, *καὶ*
 fuit itaq; ex eo nihil cognoscere potuimus. Post discessum uero tuum, adeo sophistae in
 me grassati sunt, ut de templorū ualuis chartulas diripuerint, publiceq; Senecā legi pro-
 hibuerint. Ego autē ijs inuitis legi, nihil magis ueritus, quā ne Berus quoq; in suā opti-
 mionem traherent: at ipse ut uitaret inuidiā, negotio se non magnopere immiscuit. Pe-
 nē tamen carmē meum nō misissem, utpote iuuenile & mihi nulla in parte satis faciens
 pro tanto uiro: aut si hoc tanq; adulatoriū spernis, pro tanto amico: sed spero omnia com-
 possum iri à te, quae spes nisi me te uisisset, eas ineptias in ignem cōiecissem. Misi autē &
 aliud carmen qd̄ de discessu tuo ad Osualdū lusi, hoīem tui studiosum, ac acerrimū meū
 in sophistas Alcident: cuius pugnae memini, simul & horologij tui gratissimi munusculi:
 literas *ὁ δὲ μὲν ἔλατρεται* belle incidit Aurarius, semp̄ interim sericis incubuit. Buschij
 carmen, quod mihi summe placet, quāta potui diligētia exscripsi, ex depruato uidelicet
 codice, quare peto, ut tua diligentia excutiat. Salutationē tuam Osualdus, Rhetus, atq;
 omnes

Iosophia profiteretur. Nunc propius intuito magis etiā placet. Is demū uere mihi uidetur
 Israelitam agere, suoq; cognominī pulchre respondere: cuius omnis uoluntas, omnis cu-
 ra, omne otium ac negotiū, in diuinis est literis. Dignus nimirum animus, cui otū contin-
 gat q; maxime honorificum. Eruditissimo eruditorū omniū Meccenati Cardinali Cur-
 censi factio me commendatum. Bene uale. Antuerpiæ, decimo Mar. An. M. D. XVI.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

BEATISSIMO PATRI LEONI DECIMO PONTIFICI
 uere maximo, Erasmus Rot. S. D.

I CELSITVDINIS tuæ ratio habeatur, beatissime pater, nemo uel sum-
 morū principum inueniatur, qui nō ueriturus sit ad te scribere. Quis enim
 nō metuat cū cōpellare literis, qui quāto ceteri mortales pecudibus antecel-
 lūt, tāto ipse mortales uniuersos maiestate superat, & inter homines prorsus
 cœleste quoddā agit nomen? Attamē singularis quoddā naturæ tuę bonitas,
 & incredibilis humanitas: qua quidem illā ipsam superas magnitudinem tuam, qua supe-
 ras & maximos, non solum publica totius orbis uoce prædicata, uerū etiā ipsa, quod aūt,
 fronte, totoq; corporis habitu relucens, mihi uero, cū olim agerem Romæ, domestico etiā
 congressu degustata, tantum addit fiducia, ut nec ipse, infimæ pene sortis homuncio, du-
 bitarim sublimitatē tuā meis interpellare literis. Atq; ut nā liceat uere beatissimis istis ad-
 uolutū pedibus oscula figere. Videō passim, audio passim, quacumq; patet orbis Christia-
 nus, summos pariter atq; infimos sibi de tali principe gratulari. Quod quidē cum omnes
 meritissimo faciāt, nullos tñ æquo id facere par est atq; eos, qui ueræ pietatis & optimarū
 literarū studio ducuntur: primū quod nobilis illa & nominis immortalitate semper uictu-
 ra Medicū familia, cui Leonē debet orbis, semper excellentium probitate ac literis uiro-
 rū, & alitrix fuerit & ornatrix. Ex qua nobis, uelut ex equo Troiano, tot eximij in omni
 doctrinæ genere proceres, paucis iam annis exilierūt, tot Cicerones, tot Marones, tot Pla-
 tones, tot Hieronymi: ut uel hoc unū omen studiosos omnes summā in spem debeat eri-
 gere, nūmquā prouidentia Leonē dicitur: sub quo præclaræ uirtutes, sub quo bonæ ar-
 tes omnes reslorescāt. Iam uero ab ipso genere adeo nō cōgeneras, ut donus alibi qui
 nō omnium laudatissimē gloria, nō superatis uirtutibus, atq; hoc ipso redderis. In
 uero, quod illius luce ornamentū tuū splendore quoddammodo obsecurat. Nūm-
 quā ad optimā indolē optima accessit institutio: et felicissimo ingenio ut solo, longe bellis-
 mus obrigit cultor, politissimus ille Politianus: cuius opa nō solum in rebus de rebus lite-
 ris, sed ueris illis, nec sine causa bonis appellatis, ac māsuetioribus ut uocāt, Musis es ini-
 tiatus: quæ ferū etiā ingenitū mire placidūq; solent efficere: neq; uero inuitatus tantū, uerū
 etiā absolutus. Itaq; duæ res, quas in principe ciuitatis requirit Plato, nature bonitas & re-
 cta educatio, sic nobis cōstant in totius ecclesiæ principe, ut amplius ne uotis quidē cōct-
 pi possit. Neq; uero defuit hęc tam egregijs primordijs, uel tua ipsius industria, uel diuini
 numinis fauor. Quibus rebus factum est, ut cum Romanæ urbis libertas, integerrimos
 quoq; uiros non raro soleat aspergere: tu ut uitā, ita & famā modis omnibus illibatam ad
 istam attuleris dignitatē, ad quā usq; adeo nullis pecuniarū, aut factionum præsidijs pene-
 trasti, ut nec ambiens, nec expectans, non tam hominum suffragijs, q̄ diuini numinis cal-
 culo delectus fueris, atq; ascitus. Neq; uero medio crifer illustrauit laudum tuarū decus, il-
 la fortunæ fauientis iniquitas, quæ superum permissu uidetur incidisse, quo nimirum ge-
 nuina uirtus animi tui, uelut aurū igni exploratū, spectatior redderetur mortalibus. Nam
 ut Mario plurimum addidit laudis fortunæ uicissitudo, ita quidam Alexandri gloria, hoc
 detrahunt nomine, quod perpetuo pene rerū successu fuerit usus. Timothei uero felici-
 tas, picturis etiā fuit exagitata. Egregiū natiuerū aduersa tempestas arguit. Insignis scul-
 ptor, quo duriorē ac minus obsequentem natus est materia, hoc manus artis suæ miracu-
 lum præbet. In quouis rerum statu explicat sese genuina illa uirtutis uis: nusquam tamen
 clarior, quàm quoties nouerca Iuno Herculem suū omni genere malorū exercet. Magis
 illustra

ERASMVVS ROT. RICARDO BARTHOLINO S. D.

IRVM q̄ me cœperint hendecasyllabi Gasparis Velij: doctissime Barto-
 linc. Tam erudita facilitate fluūt omnia, ut facile deprehendas ingenij uenā,
 non elegantem esse modo, uerum etiam diuitem ac benignam. Sed parcius
 cum laudē oportet, quod me tam immodice laudarit ipse. Vtinā hanc ope-
 ram in argumentum felicius collocasset. O felicem Germaniam, si tandem li-
 ceat à bellis conuiescere: id quod principū sapientia breui confore spes est. Etiam si non
 nullos adhuc habet ignobile uulgus, qui belli in Gallos suscipiendi faces subijciant. O co-
 gitationes impias: Christianus orbis aduersus Christianæ dittonis purissimā ac florētissi-
 mam partem conspirabit. Sola Gallia nec hereticis est infecta, nec Bohemis schismaticis,
 nec Iudæis, nec semijudæis Maranis, nec Turcarum cōfinio afflata: quæ admodum alia,
 quas & citra nomenclaturam suo quisq; animo agnoscit. Non alibi senatus augustior:
 non alibi schola uel celebrior, uel sanctior: nusquam maior legum auctoritas, nusquam si-
 milis regni totius concordia. Qui magis imperio digni, quàm qui imperāt optime: Quid
 quod nobis interim pessime consulunt, qui bellum moluntur. Gallis sic undiq; finitimi
 sumus, ut ipsi potius Galli sumus: iamq; ciuile bellum futurum sit, si Galli cum Gallis pu-
 gnemus. Ad hæc quid cōsultus, quàm cum uicino proximo: tum autem uicino tam po-
 tente beneuolentiā coniungi. Atq; istis quidem cæcum in Gallos odium certam uictō-
 riam pollicetur, nec in mentem uenit, quot annis, quàm infeliciter luctati sumus cū Ghe-
 rijs: nam de Phrīsa incertus adhuc euentus est, Sed ut contingat uictoria, quid æque uo-
 tis expetant Turcæ, & si quibus etiam inuisus est nomen Christi, quàm pulcherrimam
 ac munitissimam orbis Christiani partem ferro, igniq; uastari, floremq; nostræ religio-
 nis indignis modis proterri. Prohibeat deus Opt. Max. ut istorum amentia fortunæ fa-
 uor, aut principum calculus accedat: ἀλλὰ τὰύτη ἡμῖν γέ πᾶσι βεβήρηκε. Porro cō carminis æditio-
 ni fauere qui possum, doctissimi quidem, sed tamē immodice de me mentientis: quod ni-
 hil aliud, quàm illum qui scripsit admirabilem, me ridiculū faciet. Fauere illius gloriæ,
 si frōtem perfricare queam. Ab itum uestrū utcumq; tulerō, si propediem nobis reddami-
 ni. Nam & te propius introspicere, et Velij nosse cupio. Porro Paulus Ricius sic me pro-
 ximo colloquio rapuit, ut mira que dān me sitis habeat, cū homine sepius ac familiaris
 conferendū sermonem. Præter Hebrææ linguæ peritiā, quātum ille tenet philosophiæ,
 quantum Theologiæ: tum quæ animi puritas, qui discendi ardor, qui docēdi candor: quæ
 disputandi modestia: Mihi sane uir ille primo statim gustu placuit olim Papię: cū illic phi-
 losophiam

illustrarunt Vlyfsem tot exantlati labores, q̄ feliciter excifa Troia. Quanq̄ illud sapentia/ mero videmus accidere, ut qui res aduerfas fortiter pertulerunt, fortunā blandiētis indul gentia corrumpatur. At tu quam integritatem in rebus afflicis semper prestiteras, eadem hactenus ad summum rerum apicē euectus prestitisti. Nisi quod nunc tuam bonitatē magis sentimus, dum nobis expressius CHRIS T I refers imaginē, cuius haud dubie uicē geris posteaq̄ ad summā bonitatem, summamq̄ sapientia, par arcescit potentia: ut quātum pro tua bonitate prodesse uis, quantum pro tua singulari sapientia, qua ratione succurrendum sit rebus humanis, perspicias, tantundē pro summi Pōtificij fastigio possis. Vt enim nihil possit accidere pestilentius, q̄ si prauitas ac stultitia, summi magistratus armetur autoritate: ita nō alia res eque salutaris à superis dari potest mortalibus, q̄ si ad cuncta moderātis dei similitudinē, tria hęc in principe copuletur. Porro quo maior est potestas, hoc perniciosior est, si incidit in hominē uel stultum, uel malum. Sensit ilico mundus Leonē gubernaculis rerum admotū, repēte seculum illud plus q̄ ferreum, in aureum uersum: ac tanta, tamq̄ fatalis subito rerum omnium cōmutatio, ut nemini nō palam esset, hęc autore deo geri. Composita bellorum undē, cohibita principū inter ipsos ming: acerbis odijs dissidentes maximorum regum animi in Christianā adacti cōcordiā: sublato perniciosissimo illud schisma, & ita sublātū tam ingens malum, ut ne cicatrix quidē supersit. Vt sileam interim, quod aliquot Italię principes suis ciuibus, quod cōplures ciues in exilium actos suę patrię reddidisti: quod tuam familiā diu fortunā iniuria uexatā restituiti: quod Florētiam ciuitatem tuam, quę maiorum tuorum prudentia diu florentissima fuit, multo reddidisti florentiorē. Hoc nimirū erat gentilitio Medicis cognomini respōdere, tot tam immedicabilibus penē totius orbis malis subito mederi: idq̄ nō ui, neq̄ seueritate, ueluti sectionibus, iniurijs, aut alioqui tristibus pharmacis: sed consilio, sed prudentia, sed animi moderatione, sed mansuetudine. Alij laudibus uehant bella à Iulio secundo uel excitata gnauiter, uel gesta sceleriter, uictorias armis paruas recenseant, triūphos regaliter actos celebrent: quantumlibet hisce rebus gloria tribuent, tamen eam cum multorū dolore cunctam fuisse, fateatur necesse est. Vt interim sileam, quod ex rei bellicę gloria, magnam partem sibi uendicāt principes, quorū ductu auspicijsq̄ negociū agit: maiorē fortasse miles, cuius periculo manibusq̄ geritur: maiorē uero fortuna, quę nulla in re magis demonstratur, q̄ in bello. Ad Leonis autē gloria nullus est, qui ingemiscat, nemo qui nullatenus neq̄ periculum est, ne quod in pierisq̄ fieri solet, damnet posteritas, cui sua appropinquat. Accedit huc, quod sua gloria, præter q̄ quod nulli non salutaris, nulli non latet: fuit, tota tibi cœlestis, numini propria est, ut quę publico omnium bono bene fortunata deo, incredibili tua sapientia cōgesserit, atq̄ uel ob hoc ipsum magis est propria tibi, q̄ illius munere contigerit, qui nō laet immerenti. Vt maximū declararit Iulij totus per orbis ad bellum excitatus, certe maiorē testatur Leonē pax orbi restituta. Clarius arguit tuam magnitudinē, quod inclytus Ludouicus Galliarum rex, se suaq̄ omnia tuo submit sit arbitrio: q̄ Iulij, quod ab eo bello uictus est, aut certe uexatus. Magis illustrauit autoritatem tuā Serenissimus Anglię rex, huius nominis octauus, quod te autore deposuit arma: q̄ Iulij, cum illius instinctu suscepit arma: propterea quod ad capeffendum bellum facile quēuis alliciat uictorię spes, nemini non blandiēs: & haud scio an illis potissimū, quibus insidias struit fortuna. At uero efficere, ut tantus rex, imō ut iuuenis excelso atq̄ inuictio præditus animo, ad hæc tanto rerum successu uelut exultans, uictoriā iam certā amittat è manibus, atq̄ ex hoste acerrimo in summam transeat concordiam: id uero planē diuinitatis cuiusdam esse uidetur. Deniq̄ ut pro tempore necessaria fuerit Iulij seueritas, certe magis salutaris fuit Leonis mansuetudo, multoq̄ propius ad eius accedens exemplar, cuius locum inter mortales occupat Romanus Pontifex: nemp̄ Solomons illius pacifici, qui sua concordia cœlum pariter ac terram conciliat atq̄ conglutinat, qui tolerantia uicit, non copijs: qui moriendo triumphauit: quiq̄ non aliorum sanguine sibi uindicauit imperium, sed suo sanguine nobis regnum cœleste cōparauit. Proinde optimo iure sibi gratulatur orbis Christianus, talē Leonem in cuius ore reperit mundus plus quam melleam dulcedinem. Quid enim pace dulcius: præsertim post grauissimos ac diutinos bellorum tumultus, quibus inter nos collidebamur, immēsa Christiani sanguinis iactura, ingenti bonarum mentium dolore, magno Turcarum gaudio. Ad ipsam etiam illorum temporum

recor,

recordationē inhorrescit animus. Sed cuiuscunq̄ malum illud acceptū feret posteritas, Medici certe debemus remedium. Quod superest, cōfidimus fore, ut quę admodum Sampsonis anigma iā perspeximus, ita CHRIS T O res tuas bene fortunante, mox & illud Apocalypicos in te quadret, Vicit Leo de tribu Iuda. Sapientia moderationisq̄ tute dulcem iam sensimus omnes. Et Leonem uidelicet illum uictorē, breui spectabimus. Hoc nobis de te pollicentur uirtutes ista tuę iam incomparabiles: hoc utrunq̄ nomen ominatur, & quod ad summum Pontificium attulisti, & quod creatus Pontifex adoptasti. Etenim cum Ioannem audimus ac Leonem, quid aliud intelligamus, quam eximiam bonitatem, cum inuictio animi robore coniunctam. Quin illud quoq̄ felix auspiciū habere uidetur, quod non solum Leonē habemus: quo nomine nullus adhuc fuit Romanus Pōtifex, nō egregie laudatus, uerum etiā Leonē Decimum. Nam quicquid ingens esset, id decimum appellabat antiquitas. Proinde quicquid uirtutum in singulis Leonib. excelluit, id totum expectamus à Leone decimo. Primi Leonis felicē autoritatē, Secundi eruditā pietatē, & sacre Musices studium, Tertij præter salutarē eloquentiā, animum quoq̄ ad utranq̄ fortunā infractum. Quarti simplicē illam & à CHRIS T O laudatā prudentiā, Quinti sanctam tolerantiam, Sexti pacis ubiq̄ faciendę studium, Septimi cœlo dignam sanctimoniam, Octaui integritatē. Noni effusam in omnes benignitatem. Hęc in quā omnia nobis promittūt, non solum nominum ipsorū haud quęq̄ contemnenda auguria, uerum etiam hæc quę iā abs te præstita uidemus, quę uidemus apparari. Felices rerū orsus, felicē portendunt exitū. Porro uictorię spē hoc nobis facit certiorē, quod optime perspicit sapientia tua, ut est gemina uictoria, ita bellum quoq̄ geminum esse: alterū cū uitijs, nimirum omnium pestilētissimis, & haud scio an solis Christianę professōis hostibus: Alterū cum impijs & barbaris Christiani nominis, & Romane sedis inimicis. Ac prius quidem illud ut magis necessarium est, ita & longe difficilius, & à nobis maxime pendens, eoq̄ maiore tractandū cura. Quod simul atq̄ à nobis rite confectū fuerit, posterius hoc facilius Christo auxiliante conficietur. Vt ne dicā interim utriusq̄ belli longe diuersam esse rationem. Alterum est eiusmodi, ut à bonis nōnullis improbetur. Alterum uno cunctorum ore laudatum. Nam ad bellum cum uitijs gerendū, haud dubie, adhortatur CHRIS T V S, extimulat Paulus:

Quod si struunt; probandum est, probādum autē procul dubio, quicquid Romanus approbarit senatus: neutra certe in re cessat inaudita tua pietas pater beatissime, quę simul & Christianę plebis religionē, iā olim multis collapsam modis, et in dies magis ac magis collabentem, saluberrimis, ut audio, synodi cōstitutionibus sarcit ac restituit: & huiusmodi cōstitutionibus, nō quę quæstum, aut dominandi libidinē, aut tyrannidē oleant: sed quę uere spiritum referāt apostolicū: quas quiuis à patribus, nō à dominis profectas possit agnoscere, in quibus pie mentes ipsum CHRIS T V M ueluti loquentē uenerētur. Hęc igitur uia molitur sanctitas tua, ut CHRIS T I ecclesia ueris ac suis opibus locupletet, ut sua præmineat gloria, ut sua polleat ditione, breuiter ijs cœlestibus donis cumuletur, quę nonnunq̄ tum potissimum exuberant, cum cæteris illis destituimur maxime. Quanquā nec alteram illam uirtutis functionem uideris negligere, ut qui conciliandis omnium inter se principum animis, cōponēdisq̄ Christianorum rebus, pulcherrimā pariter ac tutissimam struis uiam, ad impiam Turcarum gentem uel subigendam, uel profligandā. Non ferent aliquando Leonis nostri rugitum, immanes illa: beluę. sentient sentient inuictum illud Leonis mansuetissimi robur quantum uis truculentę ferę, impares erunt Pontifici, magis pietate q̄ copijs armato, ac numē etiā immortale secum in bella trahenti. Video iam dudum beatissime pater, q̄ ingens laudum tuarum cāpus se nobis aperiat, sed longe impar est huius ingenio li uis, rebus tantis explicandis, ad tam diuina factōra, nostra nō aspirat eloquētia, uel potius infantia. Atq̄ utinā hoc studium detur eruditiss omnibus, ut uelint, tum ea facultas, ut possint omnium seculorum memoria dignas Leonis decimi uirtutes

f 3 tutes

tutes, dicendi uiribus exequare. Me quidem procul absterret tua celsitudo, quem enim illa non absterreat? Et tamē nescio quo pacto, mihi uehemēter gestit animus pro uirili emneis ingenij neruos in hoc explicare, ut quanta extiterunt Leonis in Christianā gentem merita, tanta & posteris habeantur ac celebrentur, nullo unquam tempore intermoriturā. Qua de re diu cogitanti mihi, cum exploratum haberem, nequaquā ingenij nostri preſidio confici poſſe, propemodum uisum eſt, fieri poſſe, ut hac ratione utēq; quod conor liceat aſſequi, ſi ad id eſſiciendū immortalis alicuius per ſe nominis adminiculo fuerimus uſi, perſpiciebam diuum Hieronymum ſic apud Latinos eſſe Theologorum principem, ut hunc prope ſolum habeamus, Theologi dignum cognomine: non quod ceteros damnem, ſed quod illuſtres alioqui, ſi cum hoc conferantur, ob huius eminētiā uelut obſcurentur: deniq; tot egregijs cumulatū doctibus, ut uix ullum habeat & ipſa doctā Græcia, quem cum hoc uero queat componere. Quantum in illo Romanæ ſacundia: quanta lin-guarum peritā: quanta omnis antiquitatis, omniū hitoriarum notitia, q̄ ſida memoria, quā felix rerum omniū mixtura, quā absoluta myſticarum literarum cognitio: ſuper omnia quis ardor ille, quā admirabilis diuini peſtoris aſſatus: ut unus, & plurimum delectet eloquentia, & doceat eruditōe, & rapiat ſanctimonia. Atqui ut hunc uirum unum habemus digniſſimum qui legatur ab omnibus: ita unus ſic deprauatus erat, ſic contami-natus, ſic conſpurcatus, ut nec a doctis poſſet intelligi. Videbam facinus quidem pulcher-rimum, ſi noſtra cura doctior tam eximius orbi reſtitueretur. Verum perſpiciebam tātum eſſe in eo negotio difficultatis, ut ea res non unum deſideraret Herculem, tantum aberat, ut unum me parem eſſe poſſe cōſiderem, adeo non Hercules, ut uix etiā homo. At tamen certatim adhortantibus eruditis, eſſagitantibus epiſcopis: nominatim autem unico illo, non meo tantum, ſed & omniū literarum, omnis uirtutis, apud Britannos Meccenate, D. Gulieimo Archiepiſcopo Cantuarienſi. Quo quidem uiro ut nihil habet illa inſula, uel eruditione, uel integritate, uel omnibus deniq; ornamentis epiſcopalibus abſolutiſſima non alium habet ad prouehendum optimarum rerum ſtudium propenſiorem: porro in omnibus negotijs, quæ ad ſedis Romanæ dignitatem, amplitudinē, ac maiestatem perti-nent, ea pietate, ut maiore non poſſit. Deinde iam ueluti reſtitantem, & ob immenſam la-boris magnitudinē ſuſceptum p̄ uirum ſanctiſſimum. **CHRISTO PA**
~~peritā: quanta omnis antiquitatis, omniū hitoriarum notitia, q̄ ſida memoria, quā felix rerum omniū mixtura, quā absoluta myſticarum literarum cognitio: ſuper omnia quis ardor ille, quā admirabilis diuini peſtoris aſſatus: ut unus, & plurimum delectet eloquentia, & doceat eruditōe, & rapiat ſanctimonia. Atqui ut hunc uirum unum habemus digniſſimum qui legatur ab omnibus: ita unus ſic deprauatus erat, ſic contami-natus, ſic conſpurcatus, ut nec a doctis poſſet intelligi. Videbam facinus quidem pulcher-rimum, ſi noſtra cura doctior tam eximius orbi reſtitueretur. Verum perſpiciebam tātum eſſe in eo negotio difficultatis, ut ea res non unum deſideraret Herculem, tantum aberat, ut unum me parem eſſe poſſe cōſiderem, adeo non Hercules, ut uix etiā homo. At tamen certatim adhortantibus eruditis, eſſagitantibus epiſcopis: nominatim autem unico illo, non meo tantum, ſed & omniū literarum, omnis uirtutis, apud Britannos Meccenate, D. Gulieimo Archiepiſcopo Cantuarienſi. Quo quidem uiro ut nihil habet illa inſula, uel eruditione, uel integritate, uel omnibus deniq; ornamentis epiſcopalibus abſolutiſſima non alium habet ad prouehendum optimarum rerum ſtudium propenſiorem: porro in omnibus negotijs, quæ ad ſedis Romanæ dignitatem, amplitudinē, ac maiestatem perti-nent, ea pietate, ut maiore non poſſit. Deinde iam ueluti reſtitantem, & ob immenſam la-boris magnitudinē ſuſceptum p̄ uirum ſanctiſſimum.~~
~~man eum omnium dncipinartum præcipue Theologicæ rei cognitionem, tantum h-~~
~~mo iuuenis adiunxit integritatis & ſanctimonia, tantum modēſtiæ, tantum mira grauita-~~
~~te condita comitatis: ut & ſedi Romanæ magno ſit ornamento, & Britannis omnibus ab-~~
~~ſolutum quoddam exemplar exhibeat, unde omnes omnium uirtutum formam ſibi p̄te-~~
~~rē poſſint. Hic cātus tantū tribuit hiſce meis laboribus, ut ne, ſi immodēſtiſſimus quidem~~
~~ſim, poſſim agnoſcere. Et tamen nescio quo pacto laudibus illis ſuis, ſam ſeſſo calcar addi-~~
~~dūt, fatiſcentem erexit, deficientem reſtituit. Horum igitur & hiſ conſimiliū hortatibus~~
~~extimulatus, atq; in primis eius auxiliō fretus, qui nō ſolet unq; pijs deeſſe conatibus, ue-~~
~~luti nouus iam ad intermiſſum opus redeo. Epiſtolarū uolumina, nam hæc mihi proprie~~
~~ſumpſi, à mendis, quibus extinta fuerant uerius quā deprauata: partim ueterum colla-~~
~~riōe codicū, partim noſtræ ſagacitate repurgauimus: Græca, quæ uel deerāt omnino,~~
~~uel perperam erant addita, reſpoſuimus diligenter. Quod idem factum eſt et in Hebraicis:~~
~~uerum *ὄντως ὁμοίως*, ut græcum habet prouerbiū, quod eas literas ipſe primoribus mo-~~
~~do labris deguſtarim. Ad hoc quoniam diuus Hieronymus, ut eſt omni genere literarum~~
~~abſolutiſſimus, ita mirus eſt opum ſuarū oſtentator: ut qui paſſim gaudeat infulcire, quic-~~
~~quid uſquā apud omnis lingue ſcriptores abſtruſum ac reconditum habeatur: unde ſit,~~
~~ut eruditus etiā lector ad plerōq; locos, ueluti ad ſalebras, reſſitet: adieciſſimus commoda~~
~~ſuis locis ſcholia, quoties incurrit, quod lectorem remoraturum eſſe uidebatur. Præterea~~
~~quoad licuit, in ordinē redegit omnia. Nothos ac ſubdititios libellos, quos partim ca-~~
~~ſus, partim librariorū quaſtus, aut inſcitia, partim improbiſſimi cuiuſdā im-poſtoris teme-~~
~~ritas~~

ritas Hieronymianis lucubrationibus admiscuit, nō reſecimus quidem, ſed ab alijs ſemo-tos, ademptis titulis, in ſuum relegauimus tomum: ut neq; ſit quod deſiderare poſſet auir-dus magis quā elegans lector: neq; ruſum tam inſulſa nēq; ſeſe poſt hæc tam in compa-rabilis uiri titulo uenditarent. Atq; id ne audacter magis quā iudicio feciſſe uideremur, præſationib; & cenſuris additis, quid in hiſ ſecuti ſimus, lectore docuimus. Quid multis? Tantum hic laboris exantlatum eſt, ut parum abſuerit, quin me ipſum enecarim, dum ſe-dulo adnor ut Hieronymus renaſcatur. Neq; uerebor illud uel iureiurando confirmare, minoris ipſi Hieronymo cōſtituiſſe, ſuas ſcripſiſſe lucubrationes, quā nobis reſtituiſſe & illuſtraſſe. Feruet igitur iam pridem ingens opus, & apud inſcltā Rauracorum Baſileam totus renaſcitur Hieronymus: idq; in oſſicna Frobeniana, qua nō eſt alia uel accuratio-r, uel unde plus honorum exeat codicū, præſertim qui ad ſacras pertineant literas. Neq; ue-ro unius hominis hic labor eſt, neq; unius hominis impendium. Nam in ceteris Hierony-mi monumentis, quæ mihi non ſumpſi, etiam ſi pro tempore non nihil opitulor, à complu-ribus eruditis uiris iam pridem eſt deſudatū. Inter quos eſt eximius ille uir Ioannes Reuchlinus Phorcenſis, trium linguarum, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ penē ex æquo pe-ritus: ad hæc in nullo doctri-næ genere nō uerſatus, ita ut cū primis certare poſſit. Vnde me-rito uirum hunc ceu Phœnicem, & unicum ſuum decus tota ſuſpicit ac ueneratur Germa-nia. Neq; parū atulit momenti Conon Nurenbergenſis, Theologus ex inſtituto horum, quos uulgo prædicatores uocant, uir ut græcæ literaturæ callentiſſimus, ita in adiuuandis bonis literis inſatigabili quadam diligentia. Cumq; hiſ Beatus Rhenanus Sekſtadienſis, iuuenis tū exquisitè doctus, tū in iudicando naris emūctiſſimæ. Porro plurimū attulerūt momenti, fratres Amerbachij, quorū & impendijs & ſudoribus cum Frobenio commu-nicatis, hoc negotij potiſſimum peragitur. Quæ quidem domus in hunc uſum ab ipſis fa-tis parata uidetur, ut eius opera reuiuſceret Hieronymus. Pater, uir omniū optimus, treis filios in hoc Græcis, Hebræis, ac Latinis literis curarat inſtituendos. Ipſe decedens, liberis ſuis ſtudium hoc uelut hæreditarium cōmendauit: quicquid erat facultatum, huic nego-cio dedicans. Atq; optimi iuuenes pulcherrimam prouinciā, ab optimo parēte manda-tam, grauiſſe obeunt, ſic mecum partiti Hieronymum, ut quod ab epiſtolaribus libris ſu-pereſt, id ad illorum pertinet curam. At quorū hęc in quiete ſanctitas tua. Nimirū huc ibam beatiſſime pater, nihil eſt Hieronymiano nōmine celebrius, nihil ipſo cōp̄oſitiſſe & tam uideo quantum huic lucis, quantum ponderis & autoritatis ſit acceſſurum. Leo-nis gloria nihil luculentius, etiam en haud medio crīs, nī fallor, huic adiungetur acceſſio, ſi tam rariū, tam ingēs, tam inſolū opus, felicisſimo tui nominis aſpicio, ueluti dēno-renatum, in lucem & in hominum manus exeat. Et pulchre uidetur conuenire, ut omnes bonæ literæ, quæ paciſ alumne ſunt, per eum Pontificem reſſoreſcant, per quē oclum & pax ſtudioſior alrix, orbi terrarum parata eſt. Et pulchre quadrauerit, ut primus Chriſtia-næ religionis doctor, eiſdē religiōis antiſtiti ſummo dederetur: & optimus omniū Theo-logus, omniū optimi pontificis titulo cōmenderetur. Equidem haud ſum nescius, religioſe quoq; tentandum, ut beatitudinē tue quicq; dederetur: dignū numine ſit oportet, quod nu-mini conſecretur. Attamen ſi ſenſero hac in re tuæ quoq; maiestatis fauorē, nō ſolū hæc lucubrationes, uerū etiā uniuerſum ſtudioſū meorū prouentū cupiā Leoni conſecrare. Ipſe ex tantis ſudoribus non aliū expecio fructum, q̄ ut noſtra qualicunq; inſtūtia, Chri-ſtiana pietas ex Hieronymi monumentis adiuuetur. Is abunde rependet præmiū, in cu-ſus gratiam hoc laboris deſudo. A pluribus legetur, ſi fuerit à pluribus intellectus Hiero-nymus. Sed & libentius legetur ab omnibus, ſi tanti Pontificis calculo fuerit comproba-tus. Sanctitatē tuā nobis & uniuerſe reip. Chriſtiane, q̄ diutiſſime ſeruet incolumem, ſem-perq; felicibus incrementis in maius prouehat, idem qui te donauit orbi Chriſtus, Opti-mus, Maximus. Datum Londini tertio Calend. Maſas. Anno M. D. XV.

DOMINICO CARDINALI GRVMANO ERASMVVS ROT. S. D.

VO MINVS à primo illo, & eodē poſtremo congreſſu repetiuerim ampli-tudinē tuam, quæ admodum & illa iuſſerat, & ego me facturum receperam, non mea negligentia, ſed tua magis inuſitata quædam & ſingularis comitas humanitasq; fuit in cauſa: ac proſus nouo factū eſt modo, ut quæ res uel ma-xime debuerat ad reditum inuitare, ea ſola deterrexit ne redirem. Quid tan-

f 4 dem

dem istuc nouæ rei fuit inquires. Dicam equidē simpliciter, & quod hominem decet Germanum, ingenue. Id temporis omnino decretum erat adire Britanniam. Huc me ueterum necessitudinum affectus, huc potentium amicorū amplissima promissa, huc regis omnium florentissimi propensissimus in nos animus uocabat. Hanc insulam mihi patriæ uice, adoptaram: hanc senectuti meæ sedem delegeram. Inuitabar immò flagitabar crebris literis, modo nō mōtes auri pollicentibus. Quibus ex rebus, homo strenuus alioqui pecuniarū contēptor, tantā auri uim animo conceperā, quantæ uix decē Paolos eludēdē fuisse ciuos crediderim. Proinde uerebar, ne si redissem ad tuā celsitudinem, uerterem animi decretum. Etenim qui primo statim colloquio, sic labefactas, sic inflāmaras animū meum: quid facturus eras, si diutius ac propius fuisset cōgressus? Quod enim uel adamantinum pectus nō flectat, tā amabilis ista morū tuorum comitas, tam mellita faciūdia, tā exquisita doctrīna, tā fida iuxta & amica cōsilia? Deniq; tanti primatis, tā expositus ad bene merendum animus? Sentiebā iam tum sensim labascentē animi sententiā, et cœperat quidē insti tui supponere, & tamen pudebat uirum parum cōstantem uideri. Sentiebā urbis amorem, quē uix excusserā, denuo tacitis auctibus gliscere: proinde nī me repente Roma diuisissem, nunq; deinde fuerā Romā relicurus. Abripui me ne rursus afflarem, et in Angliam auolauī, magis q̄ profectus sum. Quid nunc igitur inquires, nū pœnitet consilij, nū pœnitete nō obsecutū fuisse amanter admonenti? Mentiri sanē non est meū. Varie res hæc afficere solet animū meū: nec enim non possum tangi Romæ desiderio, quoties tantus tantū simul cōmoditarum aceruus in mentē uenit. Primū urbis omnium multo celeberrimæ lumen ac theatrū, dulcissima libertas, tot locupletissima bibliothecæ, suauissima tot eruditissimorū hominum consuetudo, tot literarū confabulationes, tot antiquitatis monumenta, deniq; tot uno in loco totius orbis lumina. Speciatim autem quoties succurrit cū aliorum Cardinalium, tū uero præcipue R. D. Nanetēsis, mirum quoddā erga nos studium, Card. Bononiensis propensissimus fauor: diu uero Georg. Card. non iam fauor modo, uerum etiam benignitas haudquaq; uulgaris: super omnia felicissimum illud cum tua pietate colloquium. Hæc uidelicet faciunt, ut nulla prorsus fortuna, tam benigna possit obtingere, quæ Romæ semel degustatę desiderij eximat animo meo. Iam apud Britannos tamen etsi fortuna contigit non usq; quæque pœnitenda, certe meīs aliquanto maior meritis: tamen ueterum fatear: non omnino respondet, nec uotis nostris, nec amicorum pollicitis. Quæ res non tam accidit illorum perfidia, quam temporum iniquitate. Nam regē ipsum alioqui multo regum omnium benignissimum, ad hoc optime de Erasmo, tum seniori, tum loquentem: id quod partim ipsius ad me literis, partim multorum prædicatione compertissimum habebam: subito ingruens bellorum præcella, prope totum nobis eripuit. Tanto animo, tanto studio, pius ac generosus adolescēs bellum apparabat, quod ad ecclesię Romanæ dignitatem tuendā pertinere iudicabat. Et Guilielmus Montioius, uertutissimus post Henricum Bergium Episcopum Cameracensem, studiorū meorum Meccenas, sic obrutus est belli oneribus, ut magis amaret quàm succurreret, uir antiquæ sanē nobilitatis, & incredibili beneficentiā erga bonarum literarum cultores, uerum ut inter huius regni Barones, animo magis quàm re beatus. Ut ne quid interim meā ipsius lentitudinem incusem, homo usq; adeo nō ambitiosus, ut planē Timothei fortuna sit opus, quæ dormientis impleat rete. Attamen quo minus pœnitere queat aditæ Britannię, Gulielmus Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ non titulo tantū, sed omni decorum genere primas, potissimū fuit in causa: uir modis omnib. incōparabilis ac prorsus unicū eius regni ornamentū & præsidium, sapientia, iudicio, doctrīna, autoritate maximus: sed hoc tamē seipso maior, quod ob singularē quandam modestiā, solus ipse magnitudinem suā non agnoscit. Mira uitæ sobrietas, summa dexteritas ingenij, animus impiger, & ab ocio prorsus abhorrens. Magnus rerum usus, ut qui in grauissimis legationibus, maximisq; regum & regni negocijs, itā olim sit uersatus. Vnde fit ut tot rebus administrādis, quot aliorum cōplures uix sufficiant, unus non modo par sit, uerum etiā super sit quod euoluendis bonis autoribus, quod priuatis amicorum affectibus impartiat. Nam præter Episcopi functionē, totius regni Cancellariū, hoc est summum iudicem, agit. Is me sic amore conplectitur, sic ornat autoritate, sic benignitate fouet, in summa sic ubique mirum quendam præstat Meccenatem, ut si pater esset, non possit indulgentius: si frater, non possit amantius

tius. Vnde factum est, ut quod Romæ in tot egregijs Cardinalib. in tot ornatissimis Episcopis, in tot eruditissimis uiris reliqueram, id totum in uno homine mihi uiderer recuperasse. Nunc uero postea q̄ opera Leōis Pōtificis uere maximi, pax est orbi restituta, multo quidē cōmodior est Britannica fortuna: & tū acrius etiam Romæ desiderio titillatur animus, dū & passim famæ præconio celebratur, & ueri simillimū est, sub tali principe ueluti signo dato, quicquid usq; gentiū est eruditionis eximij, quicquid egregiæ uirtutis, hoc tēpore Romā uelut in suū theatrū concurrere. Ante biennij igitur adornatū iter, comes futurus R. patri D. Ioanni Episcopo Rossensi, uiro omnium episcopaliū uirtutū genere cumulatisimo: & ut compendio laudes illius explicem, Cantuarien. cui subsidiarius est, simillimo. Verū is ex itinere subito reuocatus est. Rursum anno superiore meis auspicijs Basileā usq; processerā. At hic quoq; res quæpiā est remorata, nescio quid alij sensuri sint, at meo iudicio maxima: nā maximū fuerit oportet, quod ab urbe potuerit auocare. Iā pridē hoc moliebar, haud sanē mediocrib. uigilijs, ut diuus Hieronymus nobis totus quasi renasceretur: quē sic latini summū habemus Theologū, ut propē solum dicere liceat: sed eundem adeo deprauatū, adeo confusum, adeo contaminatū, ut cū non sit alius æque lectu dignus, tamē unus maxime sit, qui legi non possit, nedū intelligi. Huius igitur lucubrationes omnes, præsertim epistolares, in quibus plurimū erat negocij, primū in ordinē digessimus: deinde mēdas, quibus obrutus erat magis quàm oblitus, ueterū auxilio codicū nostrorū ingenio sustulimus. Addidimus cū argumētis cōmoda in loco scholia, quo possit uel à mediocriter eruditiss. legi, qui antehac, dicā audacter, sed uere, nec ab eruditissimis intelligebatur. Nam quædam modū olim Romulus dictus est, nō minus magnificus ostentator egregiorū facinorū q̄ gestor, ita uidere est in diuo Hieronymo nouam quandam & uariā eruditionē, cū sancta quadā ostentatiōe coniunctā. Græca & Hebraica, quæ uel decrant prorsus, uel sic erant ascripta, ut præstiterit nihil ascriptū fuisse, summa cura restituiimus. Supposititia & adulterina, quæ quidē bona pars est, in suū relegauimus uolument: ut nec desideraret aliquid auidus magis q̄ eruditus lector: nec rursus indoctissima blateramenta tam incōparabilis uiri titulo diutius circumferrentur. Equidē perspiciebā Italiam, & bibliothecarū auxilijs, & regionis autoritate, ad operis æditiōnē magno usui futurā, sed cōmodum offendi Basileę. quosdā ad id operis accinctos, imò iam aggressos: præcipue Ioannē Frobeniū cuius & arte & impendio magna ex parte res agitur, nec nō treis doctissimos iuuenes fratres Amerbachios, Hebraicarū quoq; literarum pulchre doctos. Atq; his literis nō paucis in locis utitur Hieronymus. Ac mihi quidē hac in parte, iuxta Græcorum prouerbium Theſeo quopiam fuit opus, ut qui literas eas uix primoribus (ut aiunt) labris degustassent. His igitur in laboris partē ascitis, Herculano (quod aiunt) animo negocium aggressus sum. Feruet ingens officina, excuditur elegantissimis formulis diuus Hieronymus, imò renascitur, tantis impēdijs & pecuniarum & ludoris, ut minoris cōstiterit Hieronymo sua conscripsisse, q̄ nobis restituisse. Mihi certe tantum hinc laboris exhaustū est, ut parum abfuerit, quin ipse immorerer, dum studeo ut ille renascat. Summani fallor, operis, ad decem uolumina succrescet. Sed quorsum hoc mihi inquires? Primum sciebā te pro perpetuo quodā tuo erga bonas literas studio, pariter & Hieronymo gratulaturum, & nostris fautorum conatibus, imò fautorum pietati Christianæ, cui plurimum adiuuētū ex Hieronymianis literis accessurum spero. Atqui hæc res, citra plurimarum & locupletissimarum bibliothecarū auxiliā confici, ut dignum est, nō potest. Proinde si quid habet uel tua bibliotheca, quā domi habes ditissimā, & omnijugis omnium linguarum libris refertā, uel summi Pontificis, aut aliorū, pietatis tuæ fuerit, in publicā orbis utilitatē impartire. Deinde mihi uisum est uehemēter congruere, ut summus Theologus summi Pōtificis felicibus auspicijs exiret in manus hominū, ita restitutus, ut antehac nec æditus uideri possit: utq; scriptor omnium eruditissimus, eius nomine cōmenderetur orbis, e cuius familia tot literarū proceres nobis prodissent. Sic enim pariter fore, ut tam eximij Pōtificis autoritate, multū Hieronymo splendoris, ac dignitatis adiūgatur, & uicissim ex eminetissimi doctoris celebritate, nō mediocri accessio fiat Leōis gloriæ. Nec em̄ uideo, quo nā alio monumento magis possint illius decora immortalitati cōsecrari. Huic igitur renatum Hieronymum cōsecrabimus, præsertim si nostro iudicio tuus accedet calculus. Nam alioqui propēmodū erat decretū, dicere præsulī Cantuariensi, cui debemus omnia.

Quam

Quamquam is quoque subens ac uolens, hoc quicquid est gloria, Romano pontifici cessurus est, sat scio. Eo est in istam sedem animo. Et nos huius memoriam ita cum Leonis laudibus copulabimus, optimi cum optimo, primatis cum primo, ut hac uia rectius etiam consulti fuerit, & Hieronymo, & Meccenatis mei nomini. Accidimus praeter alia permulta, Chiliadum opus a nobis emendatum, & ita locupletatum, ut quarta uoluminis pars accreuerit. Proxima astate emissuri, uarias, nec infrugiferas (ut opinor) annotationes nostras in nouum Testamentum, una cum apostolicis epistolis, sic a nobis uersis, ut intelligi possint. In quo labore ita puto me uersatum, ut non sine causa post Laurentium Vallam, post Iacobum Fabrum, uirum iuxta doctum, ac diligentem, uidear hoc negotij suscepisse. Est in manibus libellus de instituendo principe, quem illustrissimo Carolo Archiduci Burgundiae, MAXIMILIANI nepoti, destinauimus. His defuncti rebus commentarios, olim in Paulum inceptos, in manus reuocabimus. Decretum enim est, quicquid superfuturum est aut, id totum arcanis dedicare literis. Nec ullus labor ab instituto deterrebit, si tuo uicij similium fauore fulciemur. Scis enim iam uetustissimum illud esse, ut inuidia, quauis excetra nocentior, egregijs conatibus semper obsidet. Id quod nuper in summo illo uiro Ioanne Reuchlino, non sine summo animi dolore conspeximus. Iam par erat, iam tempus erat, ut homo uenerandae senectutis, suis pulcherrimis studijs frueretur, & ex honestissima iuueniliu semente laborum, suauissimam caperet messem. Conueniebat, ut uir tot linguis, tot disciplinis instructus hoc uelut aetatis autumno, diutem ingenij prouentum in uniuersum orbem effunderet. Ad hoc erat laudibus extimulandus, praemij inuitandus, studio inflammandus. Et exortos audio, nescio quos, qui cum ipsi nihil preclarum efficere possint, per uersissima uia gloriam affectent, deum immortalem quam frivolis ex nugis quantas Traegedias concitarunt. Ex libellulo, imò epistola, eaque Germanice scripta, quam nec adiderit ipse, nec adendam putarit, tantum excitari tumultus? Quis unquam uel scriptum nouisset tum libellum, nisi isti mundo publicassent. Quanto placabilis erat, si quid ibi fuisset erratum, ut errant homines omnes, id uel premere, uel candide interpretari, aut certe tam eximij hominis uirtutibus condonare. Non hoc dixerim, quod illic ullum uideam erratum, qua de re sane aliorum est pronunciaré; illud dicam, si quis ad istum modum malignus, et ut Graeci dicunt *ἀνορθωτός*, excutiat diu Hieronymi libros, permulta reperiet a nostro Theologorum decretis longe lateque discrepantia. Quorsum igitur attinebat uirum & literis & arte uenerabilem, ob rem nihil in huiusmodi pertrahi turbas, in quibus iam septimum, opinor, perdit animum? Utinam hoc opera, utinam hoc temporis, licuisset adiuuandis honestissimis literarum studijs impendere. Nunc omnibus dignus praemij, molestissimis litibus inuoluitur, non mediocri doctorum omnium, imò totius Germaniae & dolore & stomacho. Quamquam his omnibus spes est, futurum ut uestra opera uir tam eximius & orbi restituatur & literis. Hyeme proxima Roma nos uidebit, si modo fauerit CHRISTVS Opt. Max. & regia maiestas, una cum Archiepiscopo Cantuariensi, denuo facultatem permittent abundi, quam si non ipse, certe diuus Hieronymus ab illis imptabit. Te in plurimos annos incolumem ac florentem nobis, imò literis & orbi, seruet optimus ille Samarites CHRISTVS, cui me totum addico dedicoque. Londini, pridie Calend. Aprilis. Anno M. D. XV.

RAPHAELI CARDINALI SANCTI GEORGII
ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

Vod annis iam aliquot meae siluerunt literae, non tuorum in me meritorum obliuio fuit in causa R. P. quae sane nec desij, nec desinam unquam uel praedicaere, uel meminisse: sed partim pudor quidam obstitit, quod improbum existimarem, tot grauisimis negotijs distinctum, nostris insuper interpellare nugis: etenim aliquoties officiosum est, non salutare; partim temporum ipsorum iniquitas, quae nobis plus quam ferrea incidit. Nam leges silent inter arma, quanto magis tum silent Mulae uirgines, cum tantis rerum procellis, personant, perturbantur, miscetur uniuersa. Verum postea quam Leonis Pontificis, modis omnibus maximis, latissimis auspicijs, pax tandem est orbi reddita, copoliti principum motus, sublatum illud omnium perniciosissimum mundi dissidium, iam non solum meae literae Romam ire gestiunt, uerum ipse quoque mira quadam ardeo cupiditate, reuiscendi ueteres illos meos Meccenates. Est quidem apud

apud Britannos fortuna mediocris, ut minor & meis uotis, & amicorum promissis, ita meritis nostris maior. Siquidem rex ipse Henricus octauus, cuius natura, mihi crede, nihil cogitari potest, uel melius, uel felicitius: ita de nobis & loquitur & scribit, ut nemo uel amarius, uel honorificentius. Fauent episcopi, cum caeteri ferme omnes, tum praecipue Dunelmensis, qui regi est a secretis. Item Rossensis, uir pietate doctrinaque singulari. Ad haec Archiepiscopus Eboracensis, cuius nunc est incredibilis apud regiam celsitudinem, tum gratia, tum autoritas. Nam regis curis sic adest, ut maxima pars publicorum negotiorum in huius inclinet humeros. Porro R. Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliae primas, in quo uiro summum est, quicquid est optimum in rebus mortalium, sic perpetua quadam benignitate, uel (ut uerius dicam) pietate, nos fouet, tuetur, ornat, ut si frater esset aut pater non posset amantius. Et tamen non possum non discrucari Romae urbis desiderio, quoties animo recusat, quam libertatem, quod theatrum, quam lucem, quas deambulationes, quas bibliothecas, quae mellitas eruditissimorum hominum confabulationes, quot mei studiosos orbis proceres, relicta Roma reliquerim. Atque adeo nonnunquam ipse mihi quous infortunio dignus uideor, qui te tantum ac talem Meccenatem, sic de me meritum, sic ad ornandum & euehendum me modis omnibus propensum & expolitum, cum quauis fortuna commutandum duxerim. Sed quid facerem? Monte aureos, imò plus quam aureos suis literis pollicebatur amici. Certa promittebat Gulielmus Montioius, & quidem ingentia, eaque rursum cum summo ocio, uitaque libertate coniuncta, qua ego sic amplector, ut si quis hanc adimat, uitam esse non putem. De functo regi successerat plane diuinae cuiusdam in dolis iuuentis, nec ineleganter bonis literis initiatus: nostri uero adeo iam multo ante studiosus, ut paulo ante patris obitum, cum in Italia uiueret, literas ad me dederit, & suo pro Marte conditas, et proprijs descriptas articulis: sed eiusmodi, ut uel ex his singulare quoddam & regno dignum ingenium possis agnoscere. Ex hisce uidelicet rebus totos Midas, plus quam Paolos ac Tagos animo conceperam. Seculum quoddam uere aureum, & insulas fortunatas somniabam, *ἡνίκά ἐνυπόσωλυ*, ut inquit Aristophanes. Quamquam, ut uere dicam, non tam mihi defuit fortuna, quam ipse fortunae defuit, homo sic ab horrens a communibus negotijs, sic alienus ab ambitione, imò adeo socors, ut plane Timothei fortuna sit opus, quae dormientis retibus felicitatem implicet. Itaque nihil est, quod incusum amicos, quibus una mecum blandissima spes imposuit. Siquidem cum reliquos amicos, tum regem ipsum, aurei saeculi parentem, mox secuta bellorum procella, Musis omnibus praeripuit. Adeo Iuliana illa tuba mundum uniuersum ad Martis studium exciuerat. Caterum rebus iam uestra sapientia tranquillatis, uelut de integro rotus ad literarum accingor munia. Quamquam nec in medijs illis bellorum tumultibus unquam est a nobis cessatum. Emisimus enim cum alia permulta, tum Adagiorum opus, diligenter a nobis recognitum, & ita locupletatum, ut quarta uoluminis pars accreuerit. Excuditur iam dudum diuus Hieronymus totus, imò renascitur, antehac adeo deprauatus ac mutilus, ut nunc non tam restitutus, quam primum aditus uideri possit. Hunc non aestimadis sudoribus, multis collatis exemplaribus, ipsaque peruestit, emendauimus, adiectis in loco scholijs, quo possit inoffensus legi. Scis enim apud hunc passim infulciri, quae lectori obscuritate remouentur. Graeca atque Hebraica uel reposuimus, uel correximus. Nothos atque supposititios libros, quorum alios casus, alios impostor aliquis admiscuerat: non amputauimus quidem, sed in suum reiecit Tomum, neue quid desiderare possit lector auuidior quam elegantior, neue insullissimam blaterantis nugae, tam excellentis uiri titulo diuinitus sese uenditarent. Excuditur ingens opus, ad decem opinor uolumina rediturum: & excuditur tantis impendij, tanta cura, ut ausim deierare, his annis uiginti, nullum opus ex ullius exisse officina, pari sumptu, paritue studio elaboratum. Nec arbitror ipsi Hieronymo tantidem constitisse suas lucubrationes conditas, quantum nobis constabunt restituta. Ipse certe in hoc negotio tanto incubuit studio, ut parum abfuerit, quin memet labore confecerim, dum operam do, ut reuiuifcat Hieronymus. Verum ita fert animus, tam pio tamque frugifero labori, uel immori liber. Nam mihi res quam cordi sit uide. Anno superiore totos octo menses Basileae sumus hac gratia commorati, non sine summo rei pecuniariae dispendio, ut labore & iter omnium periculosissimum negligam. Ac proximo rursum autumno, certum est Italia repetere, quo uidelicet ditissimas istas lustrare bibliothecas. Nullius unquam laboris me piguerit, modo sensero tuum, uicij similium fauorem, nostris aspirare conatibus. Ad haec, non dum statui, sed ex tuo constituta consilio, cui sit hoc operis inscribendum. Archiepiscopo Cantuariensi nihil

nihil non debeo. Dignissimus enim est, quem unum omnis mea celebret pagina. Alio qui probe uidebam conuenturum, ut Theologorum omnium princeps, Pontificum omnium principi consecratur, imò ut omnes bonæ literæ eius auspicijs refloriscant, per quem pax est rebus humanis reddita, literarum ac studiorum alitrix. Video uicissim & Hieronymo non parum accessurum commendationis, ex LEONIS nomine, & huius nomini plurimum decoris addituram Hieronymianarum lucubrationum dedicationem. Verum hisce de rebus coram & pluribus & diligentius. Interim oro, ut si quid inciderit, eum patronum præstes ERASMO, quem Romæ sum semper expertus. Si qua res exorietur, in qua infirmi clientuli obsequio non grauaberis uti, præsertim apud Archiepiscopum Cantuariensem, efficiam ut intelligas, omnia mihi defuisse potius quam fidem ac diligentiam. Sed illud penè exciderat, maiorem in modum te, & obsecro & obtestor, per bonas literas, quibus tua celsitudo semper unice fauere solet, ut eximius uir dominus Ioannes Reuchlinus, in suo negotio æquos uos sentiat & beneuolos. Eadem opera bene merebimini de literis ac literatis omnibus, quorum ut quisque doctissimus est, ita illi impensissime studet. Huic omnis debet Germania, in qua primus Græcarum & Hebraicarum literarum studium excitauit. Vir est enim complurium linguarum egregie peritus, uarijs ex politis disciplinis, iam libris æditis clarus, & orbi Christiano notus, Casari MAXIMILIANO cum primis gratus, ut cui sit à consilijs, grauis & honoratus apud suos, inter quos Triumuirum munere fungitur, famæ semper hæcenus incontaminata. Ad hæc senectute iam & canicie reuerendus. Proinde & ille promerebatur, ut hac ætate honestissimorum studiorum dulcissimam mereret messem: & nos expectabamus, ut quod annis compluribus condidit, nunc in communem omnium deponeret utilitatem. Bonis igitur omnibus indignissimum uidetur, non solum apud Germanos, uerum & apud Anglos & Gallos, quibus ex literis notus est, tam eximium uirum, tot ornamentis pulcherrimis cumulatum, tam odiosis diuexari litibus, idque ex ea re, quæ meo sane iudicio uel ipsam asini umbram superet, in quam locus extat proverbialis. Principum arma, uestra sapientia, cohibita sunt, eadem & literarum cultoribus suam restituat pacem. Procul eiciatur, quicquid rancorem, quicquid simulatam sapientiam, Postea quæ principes uobis autoribus in concordiam redierunt, absurdum est eruditos uiros libris ac iurgijs inter se conflictari, & cum illi tela habeant innoxia, hos se mutuo stillis, ueneno tinctis, configere. Quanto præstiterat hunc hominem, quod operæ, quod sumptus, quod temporis huius litium tricus impedit, honestissimis literis impartisse. Multis hic gratiosior est Iulij secundi memoria, quod Iacobum Vuimphelingum, uirum præter eruditionis & sanctimoniam commendationem, iam sento quocumque uenerabilem, sua ipsius uoce ab huiusmodi litibus absoluit, & calumniatoribus silentium indixit. Crede mihi innumeros morales sibi deuincturus est, quisquis Ioanem Reuchlinum Musis ac literis restituerit. Bene ualeat tua pietas, cui me quantus quantus sum, dico consecroque. Londini, pridie Calend. Aprile. Anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

LEO. X. PONT. MAX. DILECTO FILIO ERASMO
ROTERODAMO S. D.

D ILECTE fili salutem & apostolicam benedictionem. Latati admodum sumus ex tuis ad nos literis Londini datis: pertulerunt enim cum amore tuum, tum præclarum de nobis iudicium, quod facis: quorum utrumque nobis gratissimum, hoc etiam erant ambo illustriora, quod non à quouis homine, sed à uiro doctissimo & nobis probatissimo, quæ & in minoribus cognouimus, illa nobis accidebat gratulatio, quæ summa scribentis fides, & summa eloquentia commendaret. Quapropter uolumus tibi certo persuasum esse, nos alterum effecturos, ut uirtutem & beneuolentiam tuam erga nos singularibus nostræ paternæ charitatis, occasione oblata excipiamus officijs: in altero conatu, ut tuis egregijs de nobis iudicijs studia nostra consentiant: utinam autor ille summus bonarum non actionum solum, uerum etiam mentium, qui nos nullis insignibus meritis ornatos, sola sua liberalitate & providentia ad hunc altissimum gradum produxit dignitatis amplissima, quemadmodum ea optare nos uoluit, quæ ad optimum Christianæ Reipublicæ statum faciunt, & sunt idonea: ita uiam muniat, qua sit nobis expeditus cursus ad ueram pietatem, atque uirtutem inter homines instaurandam: & sine adhuc quidem aliqua inchoata per nos, quæ tu amanter in tuis literis attingis. Sed restan-

*pateris uicissim
suis pastor uicissim
suis uicissim bla
Dicit uicissim aliter
ut conatur*

stant maiora multo & difficiliora, ad quæ diuino maxime opus est auxilio: quod si affuerit, dabimus operam, ut qui bene de nobis & natura nostra sentiunt, id uero iudicio facere uideantur. Verum hæc deus misericordiam uiderit. Nos & uolumina diui Hieronymi & Noui Testamenti, tua cura elaborata, iucunda quadam cupiditate expectabimus, & promissum tuum, quo omnium studiorum tuorum fructus te nobis delaturum affirmas, in maximi muneris loco ducemus, in eoque gratiam tibi sumus habituri. Amamus autem multum hoc nomine uenerabilem fratrem Archiepiscopum Cantuariensem, quod in tua uirtute studijs suis confouenda satis ipse egregium testimonium perhibet, & uirtutis & dignitatis suæ. Nos tum communi studio nostro, & amore erga bonas literas, tum præcipua quadam opinione uirtutis & doctrinæ tuæ desideramus admodum tuis ornamentis & commodis patere aliqua occasione liberalitatem nostram, sicut & nostra in te uoluntas postulat, & uirtus tua meretur. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die decima Iulij. Anno M. D. XV. Pontificatus nostri anno tertio.

Ia. Sadoletus.

LEO PAPA X. REGI ANGLIÆ HENRICO
EIVS NOMINIS OCTAVO

C HARISSIME in Christo fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Extat quoddam nostrum studium erga homines doctos & eiusmodi literas, quæ & re sunt ipsa & appellantur bonæ, ac animi affectio propè singularis innata quidam nobis à pueris, & domestica disciplina confirmata, sed ætate progrediēte etiā iudicio aucta: tum quod homines honeste, qui optimas artes & literas sectantur, minime malos esse, integerrimamque fide præditos sæpe iam experti sumus: tum quod ab hac scientia, & sanctæ ecclesiæ doctorum eloquentia, scimus maxima non adiuuata modo, uerum etiam ornamenta in Christianam Rempublicam profecta fuisse. His causis adducti, diligimus admodum in domino dilectum filium Erasum Roterodamum, quem inter primos huius scientiæ atque artis esse iudicamus: notum quidem nobis ex domestico congressu antea cum in minoribus essemus, sed deinde longe magis ex eis ingenij monumentis quæ literis mandauit, non notum solum, uerum etiam maxime probatum. Is ad nos ex Angliā, ubi nunc comoratur, literas misit plenissimas officij, nobis hoc etiam gratiores, quod asserunt secum ab illo testimonium Regiæ istius uirtutis & magnanimitatis tuæ, qua commemoratione nihil nobis est pro nostra summa in maiestatem tuam beneuolentia iucundius. Eum nobis uisum est maiestati tuæ commendare, neque illi nos nunc certam rem ullam à te petimus: neque uero ipse hoc à nobis postulauit, sed facimus sponte nostra, ut quibus nos ex animo bene uolumus, eisdem ab alijs qui possunt, similem uoluntatem & beneuolentiam requiramus. Erit igitur nobis uehementer gratum, siquid ipse maiestatis tuæ gratiam, factorem, humanitatem uel desiderauerit, ut ei præteream liberalitatem, quam sponte tua deferres, etiam ostendas, magnum hæc nostra commendatione pondus accessisse. Hoc tum per gratum nobis fuerit, tum maiestati tuæ, ut quidem arbitramur per honorificum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die decima Iulij. Anno millesimo quingentesimo decimo quinto, Pontificatus nostri anno tertio.

Ia. Sadoletus.

LEONI X. PONT. VERE MAX. ERASMVS
ROTERODAMVS S. D.

A BVNDE felix mihi uidebar futurus beatissime pater, si sanctitas tua boni modo consulisset, meam uel temeritatem, uel sedulitatem, qui non uerbum essem pontificiæ maiestatis celsitudinem, & quod est augustius LEONIS incomparabile fastigium, ultro meis interpellare literis. Verum hæc ut uideo, audacia mihi longe felicissime celsit. Vicit enim & spes & uota nostra, pietas ista tua plus quam paterna, sponte missis duobus breuibus, quorum altero me meaque studia locupletissimo simul & grauissimo testimonio ornat, altero regiæ maiestati, non minus amanter quam diligenter commendat. Summum est, numinis æterni suffragium promeruisse: huic certe proximū esse reor, summi Pontificis oraculo comprobari: plus etiam LEONIS, hoc est eius, qui summam inter mortales dignitatem, omni uirtutum ac literarum

g rum

rum genere vicissim cōdecorat. Ea si mihi mature fuissent reddita, Basilea tum agenti, ne itinerum quidē ulla pericula me deterrere potuissent, quo minus ad beatissimos istos pedes aduolassem. At nunc in patriam reuersum, cum ætas nonnihil ingrauescens remoratur: tum uero principum retinet benignitas, & rarus quidam patriæ in nos affectus alligat. Siquidem illustrissimus princeps CAROLVS, rex catholicus, huius seculi nostri lumen ac decus incōparabile, in cuius ditione natus sum, cuiusq; patri PHILIPPO, quondam sui non modo notus, uerum etiam charus, & absentem me annuo salario benignissimē inuitauit, idq; nec ambientem, nec expectantē: & reuerso, ac uix etiam reuerso, sacerdotium, tum amplum, tum honorificum detulit. Ceterū quantum serenissimi regis Anglorum pristino erga me fauori, quantum reuerendissimi Cardinalis Eboracensis in me beneuolentiæ, & quantum Archiepiscopi Cantuariensis ueteri erga me studio, è cōmendatione tuæ sanctitatis accesserit, certis argumentis habeo perceptum. Ea tum mihi gratior accidit, tum apud illos fuit efficacior, quod non extorta precibus, sed ultro præstita fuerit. Proinde cum perspiciam me tuæ beatitudini debere permulctum, plurimum eidem debere cupio. Imò iuuabit omnes fortunæ meas ac felicitatis summam uni LEONI acceptam ferre. Est aut̄ meo quidem animo nonnulla felicitatis pars, debere libenter. Quid id sit, reuerendus in CHRISTO pater, Episcopus Vuigornensis, inuicissimī Anglorū regis apud tuam sanctitatem perpetuus orator, coram exponet, et Andreas Ammonius, tuæ sanctitatis apud Anglos nuncius, literis significabit. Qua quidem in re, non dubito quin eam bonitatē sensurus sim, quam mihi, tum ista naturæ tuæ benignitas, qua uel maxime CHRISTVM, cuius uices meritisimo geris, refers: tum sanctitatis tuæ literæ ultro pollicentur: præsertim cum eiusmodi sit negocium, ut non perinde ad meam pertineat dignitatem, cui candide faues, quam ad publicam orbis utilitatem, cui omnes tuæ uigilant sollicitudines. Poteram ad hanc rem impetrandam summorum principum abuti cōmendatione, uerum malui quicquid hoc est beneficij, in solidum, tuæ unius debere benignitati. Quod sanè quanquam non ignoro fore maius, quam ut ullis mortalium officijs rependi queat, ad hæc eā esse fortunæ tuæ magnitudinē, ut à nemine sibi referri gratiā postulet: mei tamen officij fuerit, adniti manibus pedibusq; ne tam eximīā beneficentiā, in hominē, aut omnino indignū, aut parū memorē parumq; gratum collocasse uidearis. Nouum Testamentum, simul & Græce & Latine aditū, à nobis recognitum, unā cū annotationibus nostris iam pridem in lucem exijt faustissimi tui nominis auspicijs. Quod opus an omnibus probetur, nescio: certe hæcenus à probatissimis, ac primarijs Theologis probari comperio, cum primis autem ab incomparabili antistite Christophoro Episcopo Basiliensi, quo teste liber excusus est. Nec enim hoc labore, ueterē, ac uulgo receptā editionem conuellimus, sed alicubi deprauatam emendamus, aliquot locis obscuram illustramus: idq; non ex animi mei sermone, nec illotus (ut ajunt) manibus, sed partim ex uetustissimorum codicum testimonijs: partim ex eorum sententijs, quorum & doctrinam & sanctimoniam ecclesiastica comprobauit autoritas, nempe Hieronymi, Hilarij, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Cyrilli: semper interim parati, aut modeste rationem reddere, si quid recte docuimus, aut libenter corrigere, sicubi imprudentes, ut homines, lapsi sumus. Volumen unū recens adhuc, & ab ipsa etiamnum calens officina: Romam hyceme proxima misimus, quod sanctitati tuæ redditum opinor. Et nunc alterum mittērem, nisi scirem nusquam terrarum non iam uulgatum opus. In ebtamēti sudatum est a nobis acriter, quantum & temporis modus a principe indulti, & ualitudinis ratio patierent: tamen haud defatigabor unquam, haud conquiescam, donec ita locupletatum, elaboratumq; reddidero, ut LEONE & cetero pontificum dignitatem maximo, non omnino indignum uideri possit. Hieronymus totus, haud malis, ut opinor, artibus renatus, mense Septembri proximo, ingenti doctorum omnium expectatione proditurus est in lucem. Quin posthac nulla ab Erasmo proditura est pagina, quæ LEONIS optimi iuxta ac maximi pontificis præconium non sit habitura. Non postulat hoc tua singularis modestia, uerum id debetur tuis diuinis meritis, & totius orbis intereest, tam undique laudati pontificis exemplum in posteros transmitti. Sin natura nobis ad hoc efficiendum deerit, tamen ipsa beneficij tui magnitudo, ipse huius pectoris tibi dedit ardor, ut omnia uirtutes istæ tuæ uirtutes, ingenij, ac dicendi copiam suppeditabunt. Bene ualeat

ualeat tua sanctitas, quam CHRISTVS Optimus Maximus religioni suæ illustrandæ propagandæq; ac subleuandis rebus mortalium quam diutissime seruet incolumem, Londini quinto Idus Augusti, Anno millesimo quingentesimo decimosexto.

ANDREAS AMMONIVS ERASMO ROTERO
DAMO S. D.

VBVS uicissim hoc expiabo, ut binis Erasmi mei literis non antea responderim, quam ternas acceperim: malo crimen fateri, quam causas ineptas afferre: quanquam nonnullæ sunt haud omnino (ut mihi uidentur) ineptæ. Veritus enim sum ne operę, cuius tantis tricis uehementer impeditus parcus esse cogor, iacturam facerem, quum in incertum scribendum ad te esset, quod tu pertesus hypocaulorum nidorem, è Germania ad calendās primo Nouemb. deinde festis Natalibus peractis, auolaturum te significabas: nondum tamen constituisse uidebare Romam ne ires, an huc reuerteres, seu Venetias te conferres. Quamobrem prius quam ad te scriberem, ubi constitisses, gnarum me fieri expectabam. Interim tamen si Romam petisses, ueteri meo patrono Episcopo Vuigornensi, nostri illic regis oratori studioso te commendauit: ex eo, atque adeo ex ipsis palatinis columnis singularem Pontificis Maximi in te animum protinus cognouisses, raptusque confestim ad eum fuisses. Sin uero Britanniam Italia prætulisses, quid literis inter presentes opus? Nunc autem postquam, ut tu scribis ad Calendās Martias, ut ipse iam coniecto ad Matas tuum istinc discessum produxisti, periclitari hanc opellam uolui. Quare de his, quæ putem scire te oportere, hæc accipe. Ternas pontificis Maximi literas, quas breues uocant, accepit binas ad te eiusdem planè exempli, alias ad regem, quibus ei per quam diligenter, ut ex earum exemplo intelliges, commendaris. Quæ erant ad te, quoniam quid bonæ spei continerent, scire magnopere auebam, pro nostræ amicitia iure mihi sumpsi ut resignarem: unas ad te tuæcmitto cum exemplo earum quæ sunt commendatiæ, ipsas uero literas cum alteris ad te diligenter tibi seruo. Si huc non redieris, quid de illis commendatijs fieri uelis, significato. Hoc tibi ante deliberatum oportuisse dices, literasq; forte antiquiores iudicabis, quam ut Regi sint reddendæ. Sed crede mihi perinde fore, ac si recens factum fuisset. Vix enim uel minimi modi minutia considerantur, quando non ex syngrapha pecunia postulat. At præterea mihi Episcopus Vuigornensis, Leonem tuis literis mirum in modum fuisse exhilaratum, ac de te diligenter sciscitatum ubinam esses, quid rerum gereres, & an putaret te libenter ad se uenturum, compluribusq; alijs amantissimi erga te animi signa: conuersumq; postea ad uiros quosdam eruditissimos & beatissimos, qui forte astabant, tuas literas eis tradidisse, adiecto suo præiudicio: nunquam Leo noster hercule fouet etiam & beat, spesq; studiorum in eo summa. Ad quem curriculo, si tuum commodum fore, contenderet: si me, uoluntate, si uel uolare te uelim. Deus, quicquid decreueris, fortunet. De Hieronymo ambiguum persequitur, quæ ualde expecto ut appareat. Senecam à te castigatam uenalem iam habemus. De Nouo Testamento equidem plurimum gaudeo, & tibi gratulor: De Iomnio, quo te ad Eboracensem fuisse beatum dices, & ludibrio habitum arbitraris, uellem explicatius scripsisses. Ceterum de ludibrio uerum aliquid accidit, præter eius quoque uoluntatem ac sententiam, quod corrigi fortassis adhuc posset. Hæc habui quæ de tuis rebus in præsentia scriberē. Addam aliquid de rebus Britannicis. Regina scitulam peperit filiolum, Tuus Cantuariensis cum bona Regis uenia, magistratu se abdicauit: quem Eboracensis, impendio rogatus, suscepit & pulcherrime gerit. Morus à suis Belgis legatione honorifice functus, domum redijt, & palatinos fumos nobiscum regionibus

regionibus se gerit, ut maxime ei gratulandum esse censeam. Mihi res aegre quidem, sed non pessime procedit: corporis firmitas adsit modo, cui fac mi Erasme, ut sedulo inseruisas. Decimo tertio Calend. Martias ex Londino, M. D. XVII.

ERASMO BOVILLVS S. D.

T VVS in Angliam reditus præceptor [redacted] est omnibus amicis tuis Cantabrigianis oppido quam gratus: super ceteros tamen mihi longe gratissimus, utpote qui alijs omnibus sum tibi multis partibus deuinctior. Itaque quam libentissime te in Cantabrigia uiderem, ut si non detur multiplicibus tuis erga me beneficijs, ut uellem respondere: animi saltem promptitudi-
[redacted] solam ferre possim) ostenderem: sum enim cupidissimus te uidendi, ac per

[redacted] quocumque gentium abires. [redacted] optantque non mediocriter tuum aduentum: & hi magnopere fauent huic tuæ in Nouum Testamentum ædificioni:

[redacted] Est hic iuuenis quidam, qui continuis precibus obtinuit, ut se tibi commendarem. Edmundus Polus arduus, morum perquam candidorum, & ut amantissim[us]

[redacted] & significes, licet breuissimè, me illum tibi commendaf-

ERASMO ROTERODAMI HENRICI BOVILLVS

S X tuis literis tuis intelligo meas, quas apud Thomam Morum Londinireliqueram, tibi nondum esse redditas. Veterem istum erga nos animum, mi Bouille, libens & agnosco & exosculor. Atque utinam liceat ad pristinam uitæ consuetudinem, ac multo iucundissimam studiorum societatem aliquando redire. Louanij sumus hycaturus. Tu interim quid e res tua, despicio.

imo

Neque enim nos nouam prodimus ædificationem, sed ueterem pro uirili restituimus, ac ita ut hanc nouam non labefectemus. Qui pro hac noua tanquam pro aris ac focis dimicant, habent quod amplectantur, nihil illis perit, aliquid de lucro accessit. Hanc quam ad-

g 3 amant

amant, emendatius legēt posthac, & rectius intelligent. Quid si libros diuinos omnes paraphrasi explanassem, quo possent incolumi sententia & legitimos, & percipi facilius: num isti dicam mihi scriberent? Laudem etiam promeruit Iuuenius, qui euangelicam historiam ausus est uerbis includere. Quis in ius uocat exitum Theologum Aegidium Delphum, qui totum fermē diuinæ scripturæ corpus carmine cōplexus est? Cantantur in templis quotidie, iuxta ueterem ædificationem psalmi: & tamen extra diuini Hieronymi recognitio: extat eiusdem iuxta ueritatem Hebraicam interpretatio. Illa leguntur in choris, hæc in scholis aut domi. Neutra alteris officium. Atque adeo nuper, Felix Prætenis psalterij totius nouam adidit interpretationem, ab omnibus superioribus admodum dissidentem. Quis huic unquam mouit tragœdias? Iacobus Faber Stapulensis amicus noster, dudum id fecit in Paulum, quod ego in totum nouum instrumentum. Cur hic demum tanquam ad rem nouam commouentur quidam? An alijs omnibus istud liceat? An mihi unquam non uolunt? Atqui Stapulensis non paulo plus ausus est, quam ego. Ille suam interpretationem ueteri opposuit, id est in academiæ arum in regina Laterania: ego recognitionem modo professus, locos aliquos, aut corrigo, aut explicio. Nec hoc dixerim, quo Fabrum in communem inuidiam uocem: nam uulgo iam pridem gloria superauit inuidiam: sed ut palam faciam, quam inique faciunt quidam, qui quod iam diu est à multis factitatum citra calumniam, in me ueluti subitū ac nouum calumniantur. Quid decessit Aristotelicis, postea quam Argyropylos, Leonardus Aretinus, & Theodorus Gaza nouam ædificationem prodixerunt? Num ideo supprimenda, aut abolenda censentur horum interpretatio, ne superiores illi Aristotelicæ philosophiæ professores quædam ignoraui dicantur? Num ea res Gulielmum Copum à uertendis Galeni & Hippocratis uoluminibus deterret, ne mundus intelligat superiores medicos multa perperam interpretatos? Dixerit aliquis, in humanis disciplinis expedit, in diuinis libris idem passim & à quibuslibet fieri, graue periculum est. Principio, nec possum, nec uolo, nam summa consistat: de locis modo aliquot disceptatio est. Nec omnino opinor, certe quod ad hanc rem pertinet, de mediâ plebe censendus sum. Ostendo locis aliquot lapsum esse Hilarium, lapsum Augustinum, lapsum Thomam: id quod facio, sicut oportet, reuerenter, citraque contumeliam: adeo ut si uiuerent ipsi, mihi qualicumque sic admonenti gratiam habituri sint. Summi erant homines, sed tamen homines erant. Demonstrent isti, eos recte sensisse, necque resellant argumentis, non conuictis: & apud me magnam inierint gratiam. Qui quicquid Lyranus scripsit oraculi instar haberi uoluit, tueantur illum in illis locis, in quibus ab eo dissentio. Nam in Hugone querere quod reprehendas stultissimum arbitror. Pauca tantum annotaui, sed insigniter absurda, quo nimirum cautiore redderem eos, qui huiusmodi scriptores summa fiducia, nullo iudicio legunt. Et tamen qui huiusmodi tribuant omnia, defendant suos amicos, doceant nos hallucinatos, illos attingisse scopum. Sed indignum se iudicant, ad istas grammaticorum minutias descendere. Sic enim uocare solent eos, qui bonas didicere litras, atrox esse conuictum existimantes, grammatici cognomen. Quasi uero laudandum sit Theologo, si grammaticen nesciat. Non facit Theologum sola grammatica cognitio. At multo minus Theologum facit ignorata grammatica: certe conducit ad Theologiæ cognitionem huius disciplinæ peritia, officit imperitia. Neque negari potest, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum: quorum auctoritate potissimum res Theologica nititur, ex hoc grammaticorum ordine fuisse. Quando quidem id tempore, nec Aristoteles etiam num in Theologorum scholas erat receptus: & hæc philosophia, qua nunc in scholis utuntur, nondum erat nata. Quanquam modesti hominis est, quocumque libenter admoneri. Cæcus uti si monstrat iter, tamen aspice, inquit Flaccus. Iam ne hi, qui totum hoc negocium non ad iudicium, sed auctoritatem uocant: multum habent, quod in me desiderent. Siquidem cautum esse constat in hac Synodo Lateranensi, ut liber ædatur ab ordinario comprobatus, aut ab ijs, quibus ille suas uices delegarit. At opus nostrum, & scriptum, & æditum est: teste & approbante eius loci Episcopo: neque quouis Episcopo, sed præter ætatis reuerentiam, præter imaginum commendationem, singulari uitæ integritate, raraque doctrina insigni. Nec is uero comprobauit modo, uerum etiam nihil non detulit, si secum manere uoluisset. Et abeuntem tantis officijs, tanta munificentia profecutus est, uir incomparabilis, ut me referre pudeat.

Ac ne

Ac ne his quidem contentus, ulro scriptis ad Archiepiscopum Cantuariensem literis tum me honorificentissime commendauit, tum illi meo nomine gratias egit. Itaque si non à Synodo, certe iuxta Synodi constitutionem approbatus est labor meus. Talis est autor, ut unus plurimorum instar haberi debeat: & hoc plus etiam ponderis habere debet illius suffragium, quod nec precibus, nec ullis obsequijs impetratum, sed ulro ac penè fugitanti delatum sit. Quod si cui parum grauis est unius hominis auctoritas, Episcopi iudicio subscribere duo Theologiæ professores, sed omnium longe principes: Ludouicus Berus, uir, id quod constat, omnibus uirtutum ac disciplinarum ornamentis cumulatus: tum autem in Theologica palestra sic exercitatus, ut apud Parisios, inter eos, qui doctoris titulo insigniebantur, primum meruerit locum. Huic adeo displicuit opus nostrum, ut fortunas suas omnes, quas habet amplissimas mihi communes detulerit. E duabus præbendis quas habet, alteram ulro in manum dedit.

His testibus liber est æditus, quorum iudicio nihil addubitare, quamlibet graui in re fidere Episcopus, si ipse parum certo esset iudicio. Neque tamen quisquam ceterorum Theologorum damnauit opus nostrum. Tantum deploabant nonnulli pueros non didicisse Græce, & pro libro cum prodisset in lucem. Referre poteram, quid ueneradus ille Prior Carthusiensis apud Friburgum, Gregorius Reischius, cuius sententia apud Germanos oraculi pondus habet: quid eximus ille Theologus Iacobus Vuimphelingius, de nostra senserit ædificatione.

Et tamen qui in Germania mecum egerunt consuetudinem, & quibus in Anglia res omnes meæ perinde ut mihi nota sunt, norunt quam parce hæc attigerim, nimirum inuitus: partim quod à nulla re magis abhorream, quam à iactantia: partim quod nolim amicorum cuiquam, quicquam ex me inuidiæ accidere. Nam ut de alijs taceam, scis ipse mi Bouille, cuiusmodi uir sit egregius ille præsul Rossensis uestræ academiæ cancellarius, siue uirtutem ac pietatem species, siue doctrinam. Et non pudet istos tenebriones conuictis insectari, quod ille tantus heros approbat, ac legitur.

Respondit uterque Cardinalis, nimirum Grymanus, & Georgianus: uerum eas literas Andreas Ammonius, præcipuum quoddam uestræ Britannicæ ornamentum, ad Richardum Paceum misit: qui sui regis nomine apud Heluetios & MAXIMILIANVM legatione fungitur: ut per eum mihi redderentur, id temporis Basileæ agentis, quas hæcenus tamen non recepi. Misimus hyeme proxima uolumen unum Leoni, cui dictatum est: quod si redditum est, nihil addubito, quin ille summis præmijs sit uigilias nostras profecturus. Quid superest igitur, quod isti in me desiderent? Nec primus nec temere negocium hoc aggressus sum. Secutus sum Synodi constitutionem.

Nec quicquam tamen horum mihi proficit suffragium: si comperit fuerit, me cuiusquam omnium ambisse fauorem. Quicquid hic datum est, rei datum est, non homini. Hæc tam multa non impetrant ab istis, ut quod male didice-

~~gloria dabit non ea non ea...~~
~~Quod de honore tenent...~~
~~Quod me exclamas foelicem...~~
 demiror, si de fortuna loqueris, ut non est nulla mea, ita non est ampl., & meis sumptibus
 uix sufficiens. ~~...~~
 applicabo me si patieris, &
 adiungam lateri tuo, exhibeboq; me tibi discipulum etiam in discendo graece: quanquam
 iam prouectus aetate, & prope senex, memor Catonem senem Graecas literas didicisse:
 agnoscens etiam te qui es mecum par aetate & annis, nunc Hebraicis literis te dare. Me
 ut facis ama, & si ad nos reuersus fueris, habebis me tibi deditissimum. Vale ex rure Ste/
 pnetiano apud genitricem, quae adhuc uiuit & belle senescit, & de te saepius hilarem &
 iucundam facit mentionem. In die sancti Eduardi in festo sua translationis.

THOMAS MORVS ERASMO ROT. SVO S. D.

OSTEA quam a nobis digressus es Erasme charissime, ter omino literas
 abs te recepi: si toties dicam rescripsisse, fidem fortasse mihi non es habitu/
 rus, etiam si sanctissime mentiar: praesertim cum ipse me tam probe noscas,
 & ad scribendas epistolas pigrum, neq; tam superstitiose ueracem, ut menda/
 cium usquequaq; ueluti parricidium abominer. Paeus noster isthic lega/
 tione fungitur, quanquam non prorsus istic: ita enim abest a nobis, ut tamen non ad sit tibi.
 Per literas enim nobiscum ei licet loqui, praesenti uero nec tecum: utina re bene gesta bre/
 ui redeat domum, ut dimidia saltem mei pars tecum uiuat. Nam te quando liceat expe/
 ctare non uideo, cui animus est Italiam petere, tibi in eos incidet, qui uereor, ut te patian/
 tur auelli. Ego interim uideo mihi dimidio carere, dum abest ille: altero dimidio, dum tu.
 Spero propediem fore ut illi, egregia aliqua, dignaq; illo uiro fortuna contingat. Ita plane
 sentio, & regis animum, & Cardinalis uoluntatem, & honorum prorsus omnium studia,
 in eum ornandum euehendumq; propendere. De te uero nisi me mea spes tam saepe fru/
 straretur, etiam multo maiora sperarem, quanquam nunc quoque bene sperare quid ue/
 rat. Neq; enim quia parum processit haecenus, ideo futuri quoq; spes adempta est, imo nunc
 maxime confido. Neq; eadem perpetuo cuiquam est fortuna, neq; diutius potest esse ma/
 ligna

in sermone rex ea vicissim respondit, ut hi qui mihi retulerunt, opinionem plane conceperint, fore ut breui aliquid egregia in te fortunæ conferatur, quod ego superos precor ut ratum esse uelint. Vale Erasme charissime, & Rhenanum ac Lysitium meo nomine saluta, quos ego & tua prædicatione, & ipsorum scriptis, & chariores habeo, & penitus etiam notos, quàm multos ex his quibus cum uerborum quotidiè. Vxor mea te salutat, & item Clemens, qui literis & latinis & græcis ita proficit in dies, ut non exigua de eo spem concipiā, futurum eum aliquando & patriæ & literis ornamento. Iterū uale, atq; his unis literis in multos menses esto contentus, quibus auaros sum imitatus: qui quod raro quemquam inuitant, si quando ad cenam uocant, prolixissime conuiuio instruant, ut una cena quotidianum sumptum inuitandi effugiant. Jam tertio uale: Episcopus Dunelmensis inscriptionem Senecæ gratissimā habuit. Vide quam te libenter imiter, qui tibi nunc itidem ut tu nuper mihi aliena manu scribo, tam certus imitator, ut ne hoc quidem me apte manu fuerim ascripturus, nisi ut certum tibi facerem literas has meas esse.

IOANNI FABRO VRBANVS REGIVS, S. D.

CRIPSI nuper ad te, clarissime uir, quo in statu res meæ sint posita, quæ studia cōficer, quid denique post tanta cōditionis meæ discrimina sperem. Quam grata itē mente tuā ~~beneficentiā acceperim, animo cōplecti facilius, quā scribere possum: intellexisti tamē omnia mihi potius, quā fidē & gratitudinem deesse.~~ Frater meus qui meas tibi reddidit literas, allud à te nihil petit, quàm unam & eam per exiguam curam disquirendi famularus: ferocientem iuuenis spiritum, quæ nostra indulgentia auxisset, haud magno negotio exilium, & aliena increpatio retundent. In hoc si puero rudi quidē, ceterum fideli tuleris suppetias, iam alterum tibi fratrem mancipasti. Fama est Roterodamū esse apud uos, cui te & studiorū & uitæ similitudo tam pridē reddidit coniunctissimum. Quapropter quæ illū scire peruelim, tuæ humanitati ~~v. Fabritio Capiti cōmittam: quod ego ad uirum citra decori rationē scripsissem.~~ Credo equidem te non latere quanto amore & benignitate plus quàm paterna, dux Herneſtus illustrissimus Bauriæ princeps, gymnasium nostrū Angelopolitanum cōfoueat, excolat, det, suæq; præsentia splendore illustret, ut uel cum summis Academis literarijs cōtendere audeat: estq; ei in animo doctissimos passim, ubi ubi in Germania fuerint, conducere, suæ liberalitate magnifice exornare, quo tādē suo auspicio, oēs bonæ literæ, quæ utroq; cornu hæcenus laborarunt, profligata barbarie, resforescant, natiuoq; restituatur nitore. Porro in primis ERASMVVS, uisus est principi nostro ~~ob id & diligenter inquisiuit, an aliqua ratione possit induci, ut aliquid apud nos ordinaria professione doceret, quibusdam obnoxie negantibus, alijs uero eius uiri præsentiam sperandam adferētibus.~~ Princeps ipse proposito suo pertinacissime ad hæsit, non sumptibus ullis parſurus, quo Erasmmum ad nos perducatur. Cupio itaq; ex te scire, quid sentias, an cōditio opulenta Erasmo sit cōferenda: si putas eum persuaderi posse ad annuendum tanto principi, cui est acceptissimus, ad me quam primū perſcribere. Multa namq; sunt quæ eum permouebunt, ut Germanus in Germania reliquum uitæ transigat. Primū omnium tanti principis fauor propensissimus, & syncerus in studia politiora amor. In ipse enim à præceptoribus minime pœnitendis pulchre eruditus est princeps: quare ei foret ERASMVVS, uel p̄sa charitate charior, quod magnanimo uiro debet uideri magnū. Dein salarū honestissimo, sacerdotijsq; si acceptabit, uberrime providebitur & cōdonabitur. Quod si senium, cui docendi labores sunt molesti, causabitur, nihil hoc ipsum remoueat, quippe suauissima dabitur quies. Non enim uocatur, ut fatigetur, uerū ut uideatur uir rarus, suaq; præsentia lucem adferat nostro Lyceo. Accedit gratissima loci amœnitas, ætiam quanta non facile alibi reperitur, adā salubritas, ut merito studiosorum sedes appellari queat. Adde honore, quæ ad hunc usque ætatem excolatur, qui tam cumulate homini impenditur certatim, ut onerari potius se officijs ~~quàm honorari sit cōquesturus.~~ Et, ut semel finitā, nihil non adblan

adblandietur ERASMO, quod si antequam huiusmodi conditionem recipiat, placeat adire nostrum principem, inuisere locum, Princeps uiarum impendia, & honorarium neuitquam despicabile libentissime offert. Tuum itaq; fuerit ERASMVVM conuenire, omnibus quibus potes modis allucere, adhortari, extimulare, & quàm gratus sit principi, cum exaggeratione manifestare, & si licet urgere, ut in Germania cælo patrio potius cum suis uiuat, illis proſit, quàm cum exteris: ubi etſi omnia quæ uel ad uitam uel honorem spectant, suppetant supra uota, antiquior tamen & uenerabilior debet esse patriam, præsertim tot uotis, tam ardentibus desiderijs, ~~quibus præceptorum suum sitiens & suspirans.~~ Hæc sunt quæ in præsentiarum ad te patronum & præceptorem scribenda non abs re instituit: tanta enim autoritate polles & uales gratia apud ERASMVVM, ut persuadere ei nemo te melius faciliusue possit. Vale doctorum decus. Ex Angelopoli.

VRBANVS REGIVS IOANNI FABRO.

PTIME ut illa ego scripsi ex iussu principis Herneſti & domini Leonardi Eck, uiri nobilis, artium & iurium doctoris, nostri Gymnasij moderato-
ris, cui sum familiarissimus, ille nostras literas uidit, approbauitq;: præterea ita expectat princeps ERASMVVM, ut hūc quem uides tabellarium ad Basileam solū illius negotij gratia, ERASMVVS uocandi miserit: quod si animo apud nos manendi uenire recuſauerit, aureos ducentos quotannis si noluerit, & opulentissima sacerdotia respuerit, princeps tamen hoc unum petit, confiditq; se exorturum, ut uidelicet ERASMVVS uisendi Gymnasij causa ueniat. Huic itineri mensem impendat, ut à principe uideatur, excipiat, amplexetur, uidere enim ex animo ERASMVVM cupit. Et sumptus ad iter ministrabit magnificos, remunerabitq; uirum liberalissimè: ut uideat principem nihil æque ac literatos & literas amare, obseruare, suspicere. De quo uale, hæc uelut Amanuensis principi nostro, ipso dicente scripsi: quare ita accipias, ita rem agas ex fide, ac si princeps tibi coram loqueretur. Mitto tuæ humanitati Eckij nostri Theologi, honorificentissime de te sententias, aliquot orationes.

ERASMVVS ROT. VRBANO REGIO S. D.

XHIBVIT tuas literas haud uulgaris amicus meus ac patronus Ioannes Faber officialis, sed eo tempore, ut non potuerit intempestiuus: quippe iam non solum in ipso operis calce simul & capite, tumultuanti, sed multorū etiam mensium perpetuis laboribus enecto uerius quàm fatigato. ~~quæ quædam sunt, quæ non potuerit intempestiuus: quippe iam non solum in ipso operis calce simul & capite, tumultuanti, sed multorū etiam mensium perpetuis laboribus enecto uerius quàm fatigato.~~ Talem principem uere magnum, magnopere gratulor nostræ Germaniæ, cuius utinam essent quam plurimi similes, qui ad eas res, quæ semper egregijs heroibus dignæ sunt habitæ, adijciant animum: cui sane iam pluribus nominibus debeo plurimum, uel quod tam amāter errat in Erasmo, uel quod tam munifice prouocat & inuitat ad ea quæ mihi studijs omnibus erat ambienda, si modo liberum esset cuiquam me addicere, postea quàm illustrissimo principi CAROLO, & meo principi sum addictus, idq; suffragijs consilij principalis excepta, seu recepta potius libertate. Quam si uidebo pertulitari, cuncta resignaero. Neq; tamen defeci nec unquam defecurus sum ab eximio Meccenate meo Archiepiscopo Cantuariensi. Verum in cōfinito constitutus confido futurum, ut utriq; satisfaciā patriæ, tum ei in qua natus sum, tum ei in quam sum coopertus. Alioquin senectutem quidem excusarem, tamen plus est senij q̄ senectæ: nam annum ago non plus, unde quinquagesimum. Sed ætas nos annis est æstivanda, imò uiribus. Quod si feret itineris mei ratio, non grauabor huius tridui dispendio, tam eximij principis conspectum emercari. Cuius nomine ut nos inuitasti, ita uicissim illi meo nomine gratias ages, pari facundia. epistolæ nostræ breuitatem simul & rusticitatem excusabunt occupationes: quæ si tibi uere cognitæ essent, mirareris, etiam hoc ipsum qualecunq; est, à me scribi potuisse, tantum abest ut offendereris. Vale, Basileæ sexto Calend. Martias, Anno M. D. XVI.

GVLIELMVS BVDÆVS REGIVS SECRETARIVS,
ERASMO SVO S. D.

IRARIS iam duobus epistolis tam subitum meū silentium ex tāto missitā
darum ultro citroq; epistolarū studio, quasi in hac re uices tuæ nullæ desidera-
ri possint. Hic arguari uel nolo, uel nō uacat, uel te rursus prouocare non au-
deo. Hoc dico, post illam longissimam tuā epistolam, unam tantum me abs te
accepisse mihi uideri, eam scilicet, quam ad me scripsisti, cum tu ad regē scriberes,
præterea ferme nullam, quæ quidem epistolę nomen obtinere possit. A quo tempore
cum tibi binas lubinde literas scripserim, unas bonas ex parte Græcas, ego pro his duo,
aut tria ad summū, à te non epistola, sed chartulas, scite quidē cōplicas obliuinasq; in
speciē iustarū epistolarū, intus ferme inanens, accepi. Eas si tu accepisti, excusari Lethæ
obliuionis nō potes, qui nunc à me postules scire, quid factum sit. *πῶς τὸ βασιλεὺς, πῶς τὸ
ἐπισκόπος.* Vnam earū epistolarū Badio cōmisi, alteram quibusdam iuuenibus, qui episto-
lam unam à te, uel epistoliū mihi attulerant, quos prætolari domi meæ iussi, quo ad ex
tempore scripsissem; affirmabant enim se curaturos, ut ad te perueniret. In ea scribebam,
me destitutum fuisse ab ijs qui τὸ νόμα σε in oculis ferre uidebantur, quo nomine ego pe-
nē ijs inimicitias denunciavi. In ijs præcipuus est unus N. ne iam tibi omneis eius nomi-
nis φιλικῶς ἔχημι putes. Quanquā nihil altioris fraudis suspicor, q̄ quod in proposito non
perstitit οὐτὶς γὰρ ἡλικίας με χρῶσθαι πρὸς σε, ὡς πρὸς ἀφαντος εἰς τὸ τὸ βασιλεὺς ἔως ἢ τὰ ἐπὶ
ἀποκρίσειας τὸ σε ἐν προσδοκίᾳ ἢ, πολλὸς ἐπέκλιτό μοι, ζήτῃ, τὴ πῶς τὸ ἐράσμου; ἐλπίζω, ἔφη, ἡμῶς
κελευθε; ὁ βασιλεὺς γὰρ αὐθαίρετος τὸ ἐράσμου γίγνεται μέμνηται. ταῦτα μὲν οὐκ ἀκούσας ἐγὼ ἵνα πλὴν
ἐπιθυμῶν ἐπιείναιμι, τὰ ἀρότῳ ἴσῃ πρὸς ἀγαθὰ ἀπεκρινόμενος, ἐλπίζω δὴ πρὸς ἀρότῳ ἀντὶς σε
τὸ πρᾶγμα πρὸς, ἢ τὰ μὲν βέλτερον οἰσεῖς. Quo nomine male à quibusdā audiui. *ἢ ἢ πρὸς ὡπῶν
ἀγνοεῖ ἀπετίμησάν μοι, φάσκοντες οὐ μὲ σιωπῆσαι, εἰ ἀπετίμησάν μοι τὸ πρᾶγμα, ἢ ἢ ἢ ἀμίαια με, καὶ
εἰς ἄλλους ἐνταῦθα ἐσημῶσαι.* quasi scilicet tu unus *καὶ ἄλλοι οὐκ ἐπὶ αὐτῷ λόγῳ διωκόμενοι.* Cū
ego interim securus alacriter etiam τὸ τὸ βασιλεὺς ἐνταῦμα obire me & perferre profite-
rer, *καὶ πῶς ἀπὸ τῆς ἀγνωμοσύνης σε, ἐπειδὴ δὲ τὰ γράμματα σε Gallica facta (sic enim
rex mihi imperat) τὸ βασιλεὺς πρὸς ἔχων, & is mihi post perfectas eas, dixit, nihil ex ijs sibi
liquere, quid tibi esset animi, & ego respondi, & cætera.* In his omnibus ὁ ἐπισκόπος,
ὁ σοὶ ἀληθῶς, ὡς οἶμαι, ὁ ἄνθρωπος, nunquā præsens fuit, hoc enim in quodam pago contigit, ad
quem ego de industria me contuleram: post ea in comitatu semper fuit, & apud Calesios
& Anglos in legatione: ex qua his diebus cum redisset, & hac urbe transisset, ad prandiū
tui, ubi præ multitudinem triclinium stratum erat, ἤσθη σὲ uerba fecit: habebam literas tuas in
tuo, quas tamen ei non ostendi. Post prandium uenit Clareanus, ut eum saluaret,
cui *ἐπὶ τῷ ἐπιπέδῳ* & episcopus *ἐπὶ τῷ ἐπιπέδῳ* interius recepit, reddi eum *ἐπὶ τῷ ἐπιπέδῳ*
cum facerem: cui Clareanus, quod à me petijt, non *ἐπὶ τῷ ἐπιπέδῳ* qui me ita facere iu-
bes. Parum tamen mihi est molestus, nec nisi raro uideo hominem. Huttenus hac transijt,
uir omnino festiuus & comis, & nobilitatem generositatemq; præ se ferens. Eum conui-
uio accepissem, si promittere uoluisset, sed apud Ruzcum eum primum uidi, cum illuc
ad prandium uocatus essem, & Huttenum illic esse ignorarem, postridie discessit, reditu-
rus hac ut promisit. De loinus literas iam dū conscriptas habet, sed meas exspectabat, ut sy-
mul scriberemus. Interim ego diu rusticatus sum, & negocijs implicitus, scribere ad te ha-
cienus distuli, nunc raptim mane scripsi, cū peregre profecturus essem, & ruri literas tuas
accepissem: à prandio enim Episcopi ego discesseram rus, & postridie Episcopus profe-
ctus est ad Regem. Quod iubes me scribere Tonstallo, deest mihi argumētum, nisi ille ad
meam magnam epistolam rescripserit. Dolerem omnino atq; etiam moererem, si quid
ei accidisset. Scripsi etiam Linacro, sed nondum responsum habui, si tamen responurus
est. Nam ipse ante ad me scripserat, credo pestem ei obsterisse, quo minus ad me scripserit.
Nouum est omnino & inusitatum, quod de Buslidiano legato uel fidei commissio scri-
bis, sed omnino plaudendum. Fratrem paucis hebdomadis amisi, scriptorum tuorum stu-
diosum, Græcè etiam doctum, sacerdotem, archidiaconum Trecentem, ob quod peregre
iturus illuc sum. *τὰ γὰρ γράμματα τῶν ἡμῶν καὶ τῶν λόγων ἢ ἀπὸ τῶν φανύλων νῦν κατέστηκα, & propè
dixerim ὁμοιωδῶς.* Legi locum commentariorum Fabri in epistolas diui Pauli, ut tu me
facere uoluisti, sed nondum legi Apologiam tuā, nisi uellicatim. Scio quod sit hominū de
uobis

uobis iudicium, sed necesse non habeo meum interponere. Fabrum non allocutus sum,
ex quo anno superiore ad te de eo scripsi, excusans eius ualetudinem, qui ad te non scri-
beret: sic enim ille mihi dixerat, utx semel in anno eum uideo. Nollem hanc controuer-
siam inter uos esse ortam. Episcopus noster dixit mihi, se primum hoc in Britannia audi-
uisse, spero tamen uos hacienus depugnasse pro ueritate, ita rem silentio in posterum te-
stum ita, οὐτὼ γὰρ διαφέρει ἐπὶ δόξης σὲ, ἢ καλλίστως δὴ ἢ καὶ πολλοῖς σὺ τοῖς φιλοσοφίμοις σφριπῶς
ποίησαι. Mirum quàm agre ferant homines tui studiosi, hanc criminandi uelstri ansam esse
datam ijs, qui uelstrum istud institutum in commodum sibi esse putant, in quæis Ruzeus
summe dolet. Scio quàm sit difficile gestienti stilo moderari, & cætera. *ἔλλ' ἄποως τὸ δίνου-
ον παρακατέχειμ ὅπως δ' ἴποτ' οὐδ' ἀρεζόμεθα, ἐπὶ ἀκλείας ἡδὴ ὀλιγώρως ἔχειμ δ' οὐκείας.* Noli tamen
magnopere ob id conturbari, quali κακῶς ἀκνηδῶς, sed admonitum te oportuit ab amico,
ne cessasse uidear in amici discrimine. *πρὶ τῶ ἀσπίδους σε, quid censeam à me non exigis
ut scribam, neque eiusmodi cum eo mihi familiaritas intercedit, quæ eum cogat, rem ar-
bitrij mei facere, quare libens supersedeo. Tu uel inuitus arbitrio stare meo cogeris, si te
cum iure summo agere uelim ex formula legis amicitia. Quare æquum est, ut τῆνδε πλὴν
ἔσσοδὶ κλω ἐμῶ ἀγρωμῶνως ἀεπίας.* Vale, Parisijs die brumæ. Hanc syluam epistolarum,
censeo, ut lectam suppressimas, aut etiam in ignem abijcias. Si eiusmodi rursus epistolas scri-
bere me uis, quæ in publicum exire dignæ sint, tu me prouocato rursus, si forte nugis feri-
atus esse potes. Vale rursus.



DES. ERASMV ROT. D. IOANNI SIXTI
NO PHRYGIO S. D.

ON recipit tua sincera integritas Sixtine, uel tenuissimam assentationis su-
spicionem, à qua te uel Richardi Charnoci, uel Ioannis Coleri grauissimum
testimonium citra tuos mores, uel citra cuiusquam testimonij tui mores abun-
de uindicant, qui quum ab omni labe sunt purissimi, tum à fictione fucoq; sic
prorsus abhorrent, ut ne ipsa quidem simplicitas possit esse simplicior, nec li-
bertas ipsa liberior. Alioqui rideri me planè putarem, quū laudor abs te tam immodice,
& quidē de re tam modica, imò tam frivola, tamq; nihili. Pudet (ita me Deus bene amet)
h 3 uerficu-

uersiculos istos, nescio quos: non sine cura modo, sed omnino sine mente effusos, dum calamum nouum experior, nō solum carmen appellari, uerū etiam ut doctum carmen probari: quod si reprehendisses, uel hoc ipso nomine mihi perquam album uisum fuisset. Huiusmodi enim nugas, magni artifices ne obelo quidem suo dignas arbitratur. Et à cuius milibus reprehēdi, mediocris est laus. At tu Sixtine nugas illas meas quā frivolas ita miraris, ut quæ mihi hircum olere, tibi mirificā ingenij suauitatē præ se ferre. Atq; ex his quisquis, præcis etiā, si Musis placet, me cōferendū putas, iterū dico rideri me putari, nisi hæc à Sixtino scriberentur. Quid enim istud est aliud, quàm ut ait Fabius, Pygmaeo Herculis cothurnos induceret & aquilam è culice faceret. Verū ne nihil uarū laudum uidear agnoscere, est omnino meis in uersibus Atticum quiddā Sixtine, Parcunt affectibus, & hos non multū attingunt, à concitatoribus, quæ præ uocantur, prorsus abstinere: nulla in eis procella, nullus torrens ripas suas egrediens, nulla à cœlis. Verborū mira frugalitas, malunt citra modū consistere, quàm ultra prouehi, ac uel littoribus illidi, quàm alto se committere. Fucus omnino est nullus, sed color, natiuus quiddē ille, uerum quid mea uerus & mustelinus: artificij ita dissimulat, ut etiā si Lynceus sis, nullum possis deprehendere. Quæ quiddē una laude sum Atticis paulo etiā superior. Nam illi sic artē cœlant, ualios modo fallant, ego sic ut me ipsum quoq; . Illi hoc modo dant operā, ne quid extet, neue sit obuia: quæ si nō ab auditore, si non à lectore oscitabundo, certe à curioso, certe ab amulatore sentitur, ubi ut ait Horatius, Sudatq; diu, frustra q; laborat. At mea si quis ita insinat, ut conetur exprimere, tum demū artificij q; minimū sensurus est. Hæc enim Atticissimum præsto. Nā ut Linnianus ille modice philosophari uoluit, ita ego Atticissare probō quiddē, at nimum non probō. Terret me Theophrastus anicula, scōmatē notatus, quod nimum Attice loquerer. Hanc ego notam ut effugiam, Anacharsidis Scythicismū meo Atticissimo aspergo. Non nos Enniano more nunquā nisi pot ad arma dicenda prosilimus, nec Musam aliquā lacessimus, Sobrij scribimus uersus adeo sanos, ut nullū omnino Apollinis uestigiū habeant. Cuius rei tantū abest ut me poeniteat, ut uehementer etiā mihi placeam, qui quiddē id habeam cum Cicerone cōmune, nihil alio qui cōmune habiturus. Hæc ita me loquutū puta Sixtine, ut nihil nō ex animo, quādo ridentem dicere uerū quid ueritatē Incidimus omnino in sic cū quoddā, ex ille, ex angue, ex uccum carminis genus, partim ingenij paupertate quadā, partim cacozelia. Rectissime putat Cicerō nihil à que ad ingeniorū immutationē facere, atq; locū. Scripsimus pueri, nō Cōsentinis, sed Hōllādiciis, hoc est pinguisimīs auribus. Cecinimus Midae; quibus dum nimum religiose morigeramur, hoc demum sumus allequuti, ut nec illis, nec eruditīs placeamus. Conabamur de una fide illa duos linere parietes, ita imperitis orationis simplicitate placere, ut elegantia & acumine doctis nō omnino displiceremus. Id consiliū ut mihi tum uidebatur callidū, infeliciter euenit. Eruditius scribimus quàm ut in eruditīs, in eruditius quàm ut eruditīs probemur. Habes meū doctissime Sixtine, de meis uersibus iudiciū: in quo quāto pere abs te dissentio, tantopere tuū in me studiū amplector, ut quicquid de uero fuerit detractū, id amoris in me tui cumulo accrescat. Et enim quo minus agnosco quæ mihi tribuis, eo me magis ames necesse est. Quare iucundissima prorsus fuit, ab homine tum amantissimo, tum integerrimo profecta laudatio: quæ si uera fuit, pro testimonio: sin falso, beneficij debeo. Is enim demū beneficiū accipit, qui sine tam beneficiū est, nō beneficiū. Quam quā ego tuam de me prædicationem uerissimam esse scio, ut ita certe mihi uideri, de qua tantū mihi blandior, ut homo ad uitium usq; putidulus, iam propemodum mihi placere cœperim, quod tibi, hoc est Roscio, placuerim: cui si quis fastidiū non mouerit, is non in postremis fuerit numerandus. Nitoreq; adeo mihi captiuo etiā enthymemate imponere. Quid est, inquā, cur temetipsum abijcias, quum Sixtino uidearis esse aliquid: Is quoniam te miratur, aut mentitur, aut erret necesse est. Atqui nō mentitur homo simplicissimus, nō errat doctissimus, idē iudicij uir acerrimi. Sed amat, & egecunt ut amantes. Amat, sed quia perspexit. Quid enim in me amat Sixtino, nisi literas quas si uere in nobis uidit, atq; hoc nomine amat, non cœcutit. Sin minus, ne amat quiddē, sublato eo, ob quod unū erat amaturus. Quod si nec amat, & falso laudat, profecto aut assentatur, aut ridet: quæ uita si minus in Sixtini mores quàm in Herculei ignauia cōuenit, nō minus uere quàm

quàm amanter laudauit. Ita sum ad mihi blandiendū acutus. At rursum nimum impudēs uideatur, laudes tam amplas agnoscere: nec libet tamē rescribere, & iuxta uetus Adagiū: Auribus lupum teneo, quē neq; uti amittā, neq; uti retineam scio. Si recipio, nimum mihi: sin refello, parum tibi tribuerim. Si recuso, tuæ uel fidei, uel prudentiæ derogo: sin admittō, mihi met plus satis arrogo. Si quod datur accipio, non aliorū modo, uerum etiā meo ipsius iudicio insolentissimus fuero. Sin renuo, aut tuam sapientiā, aut integritatem in manifestum crimē uocē, ut aut parum perspexisse, aut parum synceriter quod senseris, pronunciastis uidearis. In has angustias protrusus sum, ut mihi si Scyllam fugero, in Charybdim sit incidendū, uidelicet ut aut ridiculus sim ipse, si tuas laudes agnouero: aut contumeliosus, si reiecero. Quam obrem meum quiddē suauissime Sixtine, consiliū fuerit, ut post hæc Erasmi tuum aut figurate laudes, strophas eas quibus id fieri soleat, nō in scite calles, aut certe apud alios. Quum enim mihi me laudas, munus offers, iucundissimū illud quiddem (quid enim optabilius, quàm ab eo laudari, quē nemo non laudat) sed quod neq; accipere possim sine pudore, neq; recusare sine contumelia. Apud alios, uel Deum me facias licebit, nullo alterutrius periculo. Non sumus quidem ex eo hominū genere, qui se malit alieno pede, quàm suo metiri, qui nunquam in semet descendentes, nec quod in tergo est mantica, in peccatis reuocantes, totē ex aliorum suffragijs pendēt, & pauī in morē ad adulantū uoces sese dilatant. Quod genus si maxime sumus, nō tamē nocebit laus quam non sensero. Deinde siue credēt apud quos de amiculo buccinaris, melius de me sensuri sunt: siue non credent, saltem non erit cur peius sentiant. Rursum ad te quod attinet, si fidē facis, candidus uideberis, qui alienis uirtutibus nequiquam inuideas: Sin minus, urbanitas tamen laudabitur, qui malis falsas aliorum uirtutes laudare, quàm uera insectari uitia. Hic, ut uides, utriq; lucelli est aliquid, damni nihil. At amicum coram qui laudat, tamen si abundantia quadam amoris id facit, uide tamen quantum incōmodi intempestiuo adferat officio. Aut enim usura spe scenerare eam laudatū uidebitur, ut solent qui laudant, quo mutuo laudentur, aut assentari præsentis, aut ut in optimam partem accipiatur, amori indulgere suo. Vnde fit, ut aut uana, aut certe uero inferiora narrasse putetur. Tum si qui laudatur, obiceat: laudem tamen si falsam libenter agnoscere: sin refellat, accuratius laudari uelle uidebitur. Si par pari referat, protinus illud exclamāt: Murus muli scabunt. Verum ego dum hæc uerbosius prosequor, Atticissimi mei sum oblitus. Et quorsum inquis, tandem tam multa? ut intelligas mi Sixtine, tuam, ut dixi, laudationem fuisse quiddem iucundissimam. Siue enim mereor, quod nō opinor, doctissimū uiri testimonio: siue nō mereor, tamen si uerū hominū testimonio delector. Verum ne prophanis istis amissis, id est, à musico ludo alienis, calumniansi literatos aniam præbeamus, hac scribendi uicissitudine quam maxime certemus, sed huiusmodi ferme argumentis uentes, ut si quid in uoluentis libris alterurri nouū occurrerit, id cōmuniter impertiamus, aut aliqua de re, quæ literaria lite sit digna diglademur, aut falsis lepidisq; fabellis, studiorum nostrorum tristitiam exhilaremus, quiduis denique nugemur, modo ab hoc ambitioso nimumq; uulgato scribendū genere temperemus. Verum heus tu Sixtine, ne quid de nostris erres uerbis, lauda, imò uel cōiutare potius quàm sileas. Quod hortaris ut Musas meas excitem, Mercurij uingæ opus esse scito, ut expergeat. Et haud scio lethargusne sit, an somnus: ut cunctus est, melius opinor dormiunt, ineptæ sunt, obstreperæ, garrulæ, importunæ. Nihil periculosius, quàm Panem ad canēdum pro uocare, Enecabit, ubi semel cœperit. Nō misera cutem, nisi plena cruoris hirudo. Excitauimus nuper, & quidem iratas, à somno plus quàm decenni, compulsimusq; liberorum regionū laudes dicere. Dixerūt & inuitæ, & semel in uocem, nec scio, quem, adeo somno cœtam, ut cuius somnum cōciliare possit. Quæ cum mihi uehementer displiceret, facile, illas redormiscere sum passus. Porro efficere ut intelligant homines, Germanorum ingenia nullo in re italis esse inferiora, id profecto aut tu Sixtine poteris, aut nemo, quem facundissima illa illustrum ingeniorū parens Phrygia, illa inquam Africa, quæ semper aliquid huiusmodi noui miraculi parit, tanquam Hannibalem quendā in hoc genuisse uideatur, ut esset qui posset cū Romanis de doctrinæ principatu cōtendere. Sunt omnino in te dotes Sixtine, à quib. nihil nō expectare debeamus. Ingeniū ardens, uiuidū, solidum, masculum. Memoria ampla, præsens, præopta, animus dexter, & ad omnia uersatilis, lingua uocalis & expedita, mores ipsius uirtutibus digni,

ut non alijs rebus quam literis natus uidearis. Adde huc quod non sero (ut plerique) ad haec studia accesseris, sed in ipso ueluti Musarum gremio educatus, pro lacte meram literaturam imbiberis. Et ea adhuc aras est, ut si nunc demum his esset studijs initiandus, tamen ab ingenio isto flagrantissimo, ab ista tam felici memoria, ab ista tam infatigabili industria, nihil nisi summum expectare conueniret. Nunc eo processisti, ut plurimos post te reliqueris, paucissimis sis secundus. Quare magno animo accingere Sicitine, & uel in æquandis Italorum ingenijs Hannibalem, uel edomandis, quibus heni nimum bona obidentur literæ, monstris, Herculem te præsta, nos spectatores plausoresq; erimus. Carmen tuum omnino tale mihi uisum est, quale meum esse dicebas: præfati Charnoco tam placuit, quam ipse es charus. Es autem, mihi crede Sicitine, unus omnium charissimus. Bene uale. Oxoniæ, natali Simonis & Iudæ. Anno M. CCC. XCVII

PAVLVS BOMBASIVS, CARDINALIS SANCTORVM QVATVOR AB EPISTOLIS, ERASMO ROTEROD. S. D.

Euerbosi ad te scribam, ac longos logos (ut ille inquit) faciam, cum plures causæ sunt, tum illa potissimum, ne gratiam quam diu tacendo, minimeq; te maioribus intentum curis interpellando promerui, sinistra nunc garrulitate mea corrumpam. Non dubito autem quia cum me apud Helueticos agere intelliges, seū *επιστε* dicas, quid Bombasio cum Helueticis aut qua fortuna illum illuc traduxit? Non possum mi Erasme aliud hic respondere, quam quod mea fors plane Herculeæ, nisi quod ingloria, me à Romana illa, quam uel ipsi patriæ antepoaueram, amoenitate, huc nolentem inultumq; abstraxit. Si quidem Cardinalis sanctorum quatuor, cui illic seruebam, nepotem ex fratre suum ad Helueticos nuncium apostolicum proficiscentem sequi me iussit: nec ego *δυσωπία* laborans quicquam ei negare sum ausus, quanquam Homericum illud mecum subinde repetens, *πῶς δὲ δόξῃνε λιπὼν φάσθαι*. Quod si peccatum aliquod meum fuit, iam quatuor menses cōtinuos pœnas persoluo, multo etiam plureis, nisi aliquis Deus mihi affuerit, expensurus, magno ac pene incredibili solatio priuatus, Pœno nostro uidelicet: qui quam diu Constantiæ fuit, me crebris amantissimisq; suis literis a deo permulxit, ut uel Athenis esse mihi ipsi uiderer. Sed quid ego hæc ad te? quasi tu miseris meis audiendis omnino uaces. Me adhuc unum recreat, uigilæ scilicet, ac labores tui: quibus assidue incumbens, regionis huius tædium aliquantisper fallo. Inter cætera nuper legi Apologiam tuam in Fabrum, quam Beatus Rhe nanus à te sibi missam ad me legendam transmisit. ~~Quam gratulatio nem tibi quotidianam, ac prope familiarem esse non dubito. Sed iam uale mi Erasme; ac Bombasij tui memor feliciter age. Ex Turtego Helueticorum pago, die sexta Decembris, Anno millesimo quingentesimo decimo septimo.~~ Sed Fabrum, quem cum ipsi famæ, tum maxime tibi, qui multis ac magnis laudibus hominem mihi extuleras credens, non minus prudentem, quam doctum semper credidi, ualde sum miratus, quod te petulanter a deo iticessere uoluerit, ut non literarum modo, sed communis etiam sensus oblitus appareat. Quod ad altiores disciplinas attinet, ne quid supra calceum sutor, nihil equidem pronunciare ausim: quod uero ad Latinâ Græcam uel literaturâ pertinet, de scriptis tuis (nam illius attigi nunquam) ualde hominem risi: nec ab illo nostro, qui *πῶς δὲ δόξῃνε* id est, apud Hesiodum interpretatus fuerat, in quibusdam multum dissimilem putauit: sed tu ~~personam illi detraxisti, ac te potius uin dicasti.~~ Audio tam illum in te reclamationem meditari, quod minime faciurum credo, cum sciam gallum deuictum cantare non consueuisse. Vt unque autem decreuerit, Herculem nactus est. Quod ad ueterem meam erga te beneuolentiam obseruantiamq; pertinet, nihil ego nunc repetam, ne quod certum est, quasi indubium reuocare uidear: non hercule magis quam ut tibi gratuler. ~~Quam gratulatio nem tibi quotidianam, ac prope familiarem esse non dubito. Sed iam uale mi Erasme; ac Bombasij tui memor feliciter age. Ex Turtego Helueticorum pago, die sexta Decembris, Anno millesimo quingentesimo decimo septimo.~~ Quam gratulatio nem tibi quotidianam, ac prope familiarem esse non dubito. Sed iam uale mi Erasme; ac Bombasij tui memor feliciter age. Ex Turtego Helueticorum pago, die sexta Decembris, Anno millesimo quingentesimo decimo septimo.

Rex Turcarū Cōstantinopolim, tota Syria atq; Ægypto potitus, rediit, ac magna in Christianos inuatur atq; molitur. Propter quæ Pontifex Maximus auxiliū ab Helueticis exposcit, omnesq; principes Christianos in auxiliū uocat, Marcus Musurus, qui paulo ante

ante Monouasiensis Archiepiscopus esse cœperat, hoc autumno Romæ agens, in comunem abijt locum, quod octo mensibus ante Palæotus noster fecerat. Iterum uale.

DES. ERASMVVS ROT. PAVLO BOMBASIO SVO S. D.

Mo quò potius Bombasius ille Mauortius *καὶ ἰνα ὀμυρικόταρον λέξω, δαιφρω* quam ad Helueticos? Nec erat quod illic metueres, ne quemadmodum Trebatius apud Britanos frigeres, cum passim etiam medijs brumis fuderetur in hypo caustis. Distuli tuis respondere literis, quod existimarē fore ut præsens præsentem amplecterer, uel Romæ, uel apud Helueticos. Eximium Antonium Puccium legatū apostolicū hic offendī, hominem multis quidem eximijs dotibus succipientē, at mihi non aliò nomine chactorem, quod Bombasius ex animo bene uult. Is tibi Balileam se contulisset, proptinus per suos me salutari, simul instanter ad colloquium & prandium. Quid multis? accepit umbras meas, hoc est, eos quos mihi notos & charos, mea causa iustitiat, in primis Beatum & Amberbachios, quosq; notos. Ipse uir factus coactus est in hoc passinum descendere, si uellet Erasmus complecti. Sed unde, inquit, Erasmo tantū superciliū? mi Bombasi, tam inhumani tam imperitū me non animus, sed morbus reddiderat, omnium sceleratissimus. Is me plus meum afflixit, uel ex interuallo sic repēti, ut medicos ac reserem, quod non soleo, nisi cum de nemodū tacerem: & ita hæret malum, quod de uariis expugnare pœnitens, nos ueteris, non epistolis, sed iustis uoluminibus, me crebro salutauit: neq; tamen cōstitit colloqui, quibus uox a rege fuerit in Britanniam accersitis. Eum tibi cogi fuisse nihil hercule miror *ομοίω*. Is apud suos dici non potest, quam sit estari animibus, præcipue regi humanissimo, & Cardinali uisio incomparabili. Scis optime Bombasi, quam semper abhorruerim ab aulis principum, quam uitam ego nihil aliud iudico, quam splendidam miseriam ac personam felicitatem, at in talem aulam lubeat demigrare, si liceat reuenerescere, Rex omnium quos habet hæc aetas cordatissimus, bonis libris delectatur. Regina non tantum in sexus interuolu, literata est: nec minus pietate suspicienda, quam eruditione: apud hos plurimum pollet, qui bonis liberis, qui prudentia antecellunt. Thomas Lyacrus medicum agit hunc uirum contra uel prædicem, cum libris æditis equalis in reclarer ipse. Cui heris. Constans illi est a scribis, quod minus apud illos prima dignitas habetur. Nō quædam mi Paulæ, cum hunc nobilitate, quam in mensum omnium bonarū rerū mundum complectar. Thomas Morus est a cōtibus, non Musarum modo, sed lepōrum & Gratiarū delictum uicium, cuius ingenium aliqua ex parte ex illius christi habodotari potuisti. Pœcus huius pene germanus, ab epistolis. Guiljelmus Montiofius reginæ famulatio præfectus est. Ioannes Colerus est a sacris concionibus, præcipuos dicitur recensu, Ioannes Stocseius præter schoiasticam hanc Theologiam, in qua nemini cedit, triū etiam linguarum haud uulgariter peritus, a sacris. Huiusmodi uiris ea differa est regia, uelut *μυσείον* quam aula: quas tu Athenas, quam Stoam, aut quod Lyceum eiusmodi prætulere aulæ? Quod mihi de Fabro gratularis, non minus ingratum est, quam fuit inuisa consuetudo: atque utinam ille moderatius lacepsisset. Sed ita est, nemo omnibus horis sapit. Hoc quicquid est mali, meis imputare fati libet. Quid enim aliud faciā? Vir probus est Faber, eruditus, humanus, denique uetus etiam amicus. Sed eam felicitatem mihi genius aliquis, opinor, malus inuidit: & nunc eo sum in uisum animo, ut mihi uehementer molestum sit futurum, si quisquā de Fabro mea causa peius sentiat. De reclamatione rumor spargunt quidam, qui monomachij huiusmodi delectantur. Ceterum inter nos animorum consensus est: neq; uero cōmittentur, ut tam ueterem, tamq; synceram amicitiam, una nubecula dissidij uideatur aboleuisse. Si inter Barnabam et Paulū incidit *παροφυσμός*, quid nouum si inter nos humani quiddam extitit? Quantū istic eruditi tribuant scriptis meis, nescio: certe hic plus tribuunt, quam agnoscam. Et tamen nō desunt, qui fortiter obganniant: sed eiusmodi fermē, ut aut non legant mea, aut qualiacunq; sunt, frustra lecturi sint. Quod nime tot bonorum uirorum candor cōsolaretur, iam dudum pœniteret tantarum uigiliarum, quas cōmunibus studijs, præcipue uero sacris, pro mea uirili iuandis in sumo. Rumores quos uulgo spargūt de Turcis, plerisq; suspecti sunt, quod toties iam experti sint, aliò spectare remiges, aliò prouehi cymbam: nec usquam esse uerius *πῶς δὲ δόξῃνε*

rata. Omnes, inquis, eruditi tribuunt Augustino in Theologia, quod Philoſophus in philoſophia. Imò contra comperio, uiros exquifite doctos, longe minus Auguſtino tribuere quam ege tribuam. Porro ut ſcholastica tribus plus tribuerint Auguſtino, quam Hieronymo, aut Ambroſio, partim in cauſa fuit, quod is crebrius adducatur ab his ſcriptoribus, qui in ſcholis occupantur; uel quod hunc magis intelligebant, quam illos: uel quod fortius definiat hic, quam illi. Hieronymus multis modis ſalebroſus eſt, Ambròſius alluſionibus eſt aliquando obſcurus. Græcorum exemplo, quo doctior eſt, hoc minus fortiter decernit. ~~Imò ut quod tibi de Hieronymo legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor.~~ Nihil equidem in meo ingenio legitur, cur quicquid uelit eſſe Erasmicus, & proinde diſtinctum non ſit. Scribit ſummiſſe, & in illius uniuerſiorum, pro ſua quique portione ſudamus. Sed quid tandem ſunt illi Erasmici uſque adeo mihi dediti, ut præ immodico, opinor, amore exiſtimet me nunquam Auguſtini libros uidiſſe? ſi negarent mihi libros huius intellectos, humanum erat conuiuium, & cum multis commune. At que ſit impudentia, uelle ſcriptorum cum ſcriptore conferre, cum alterum omnino non legeris? At qui coniectura hæc in mentem incidit Erasmicus? Nam certum ſcire non poſſunt, quid legerim aut non legerim. Imò ſi tu iuuenis adhuc ut audio, in Durandis, Gabrielibus, in palæſtris ſcholasticis aſſidue uerſans, Auguſtinum legere potuiſti, mihi quin quagenario, qui ſemper ueterem illam theologiã magis ſum amplexus, nãquam uacauit Auguſtinum legere? Quid cum hunc toties citem in libellis ante complures annos ædiſtis, non uideor legiſſe quicquã Auguſtini? Iſti puto credunt me non legiſſe libros Hieronymi, prius quam æderem illius opera. Imò Auguſtinum primum omnium legi, & relego cotidie, quoties res poſtulat. Et quo magis lego, hoc magis mihi placet meum de utroque iudicium. Pateris erudiſſime uir, me uiciſſim de te diuinare? Si ſentis ut ſcribis non legiſti noſtra. Alioqui nullum ferme eſt opus Auguſtini, unde non producam testimoniũ, locis, ni fallor, plus ſexcentis. Et poſt hæc hortaris me, ut incipiam illius libros attingere. Ego candidius de te ſentio, cui puto nihil non lectum, ſed tamen adhortor, ut attentius legas Hieronymum, & pedibus in meam diſcedes ſententiam: uerum hic fortalle locum habuerit Horatianum illud, Tres mihi conuiuã prope diſſentire uidentur. Poſcentes uario multum diuerſa palato. Aut illud Terentianũ, Quot homines, tot ſententiã. Certis agamus. Nemo negabit plurimum eſſe momenti ſitum in patria & educatione. Hieronymus Stridone natus, quod oppidum ſic Italiã uicinum eſt, ut Itali ſibi uindictent, Romæ educatus, in urbe primaria ſub erudiſſimis uiris. Auguſtinus in Africa regione barbara, in qua ſtudia literarum mire frigeant, quod ipſe non diſſimulat in ſuis epistolis Auguſtinus. Hieronymus, Chriſtianus, Chriſtianus, unã cum ipſo lacte Chriſti philoſophiam imbibit. Auguſtinus penè triginta natus annos, nullo præceptore Paulinas epistolas legere cœpit. Hieronymus tali ingenio præditus, trigintaquinque annos impendit ſtudio ſanctarum ſcripturarum. Auguſtinus ſtatim ad episcopale munus pertractus eſt, & coactus docere, quod ipſe nondum didicerat: Id ſi mihi non credis, lege ipſius epistolam ad Valerianum episcopum, qua maxime deprecatur, ſpaciũ aliquod diſcendi, quod alios doceret. Iam ſi libet, patriã, ingeniorum, præceptorum, educationis pares eſſe calculos, expendamus quanto inſtructor Hieronymus ad hoc negociũ accellerit. Niſi forte leue momentum eſſe putas, Græcarum & Hebraicarum literarum peritiã. Tota philoſophia, tota theologia tum temporis Græcorum erat. Auguſtinus Græce neſciſſe, aut ſi quid attigit, non magnopere fuit uſui ad Græcorum commentarios euoluendos. Demitor autem unde quidam Auguſtino tribuunt abſolutam Ariſtotelicæ philoſophiæ cognitionem, cum ipſe in Confelſionum libris fateatur, ſibi unicũ duntaxat libellum lectũ, eumq; latinè uerſum. Cumq; locis compluribus tractet rem dialecticã, ad quam ut erat natura compoſitus, ita impenſe delectatus uidetur: uelut in opere De doctrina Chriſtiana, in libris de trinitate: in libellis aliquot quos ſcripſit catechumenis. non deſiſſe ſe quicquam legiſſe præſidẽ quinq; Rombyrij uoces, quas prædicabilia, & de uerbo omni genera, que prædicamento uocantur, ſcripſerunt. De eorum tractatibus. Alioqui profer uel unum uerbum, quod ex Priorum aut Poſteriorum libris, aut Elenchis

chis, aut Topicis ſumptum uideri poſſit, ut ſileam interim de Phyſicis aut ſupernaturalibus, deq; cæteris tam multis huius philoſophi uoluminibus: præſertim cum in libris quos catechumenus ſcripſit, iuueniliter etiã factet, ſi quid deguſtaret philoſophiã, quos ipſe fateatur adhuc ſuperbiã ſcholam ſapere. Quid autem erat in uniuerſa Græcorum bibliotheca, quod Hieronymus non excuſſerat, quod non uelut in indices digeſtum in numero haberet? Quod ſi ex re libet æſtimare utrunque, Hieronymus cum agit aduerſus Iouinianum, aduerſus Ruſſinum, aduerſus Pelagium, aduerſus Luciferianos, quæſo te, nuncubi dialecticum acumen in eo deſideras? Quod ſi nunc eadem argumenta traherent, qui in dialectica conſenuerunt, tum appareat, quanto præcellat Hieronymus, niſi quod non *σλοικίζω*, non ineptit pueriliter. Et tamen Auguſtinus Tullium philoſophiaſtrum uocat, ipſe uidelicet philoſophus, cum ille (ni fallor) aliquanto plus legerit in Græca philoſophia, quam Auguſtinus in Latinis. Poſſem in hanc partem multis locis nominatim ex utriuſque libris in medium adducis tecum agere, ſed neque patitur hoc epistolæ modus, & periculum ſit, ne uidear id cupide facere iſis, qui Auguſtino impendio fauent: cui ego non minus faueo, quam illi, qui fortassis & diligentius illum legi, & uiri dotes paulo altius perſpexi quam illi, qui nullis bonis literis inſtructi, tantum ueritates aliquot, ut illi uocant, tumultuario ſtudio decerpunt. Quid alijs uſi ueniat, neſcio: ~~atque tibi, qui ad me ſcribis, quod non legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor.~~ Et tamen Auguſtinum ſic amo, ut in ædendis huius uoluminibus tentarim, quod in Hieronymo præſtitimus. Proinde ut ſiniam, erudiſſime Ecki, quem admodum me hortaris, ne obſcurem Auguſtini gloriã, quod adeo non facio, ut etiam illuſtratam cupiam: ita uiciſſim te hortor, ne obſcures Hieronymi gloriã, qui ipſum Auguſtinum illuſtrauit, quippe qui tum uehementer proficere cœperit, poſtea quam cum Hieronymo conſiſſit. Imò pari ſtudio demus operam, ut ambos quam maxime illuſtramus, uel imitemur potius. Ipſe olim adoleſcens in ea ſui ſententiã, in qua tu nunc es. Opinor acceſſione ætatis ac ſtudiorum, non nihil acceſſiſſe iudicij. Mutauit ſententiã, non quod minus præclare ſentiam de Auguſtino, de quo melius ſentio ſenex, quam adoleſcens ſenſi, ſed quod propius contemplatus ſim Hieronymum. Fortassis idem tibi ueniet uſu. Quod ſi non euenerit, tamen mihi cõcedes, ut in colũmi noſtra amicitia, liceat alii cubi abs te diſſentire. Quandoquidem inter Auguſtinum & Hieronymum non diſſentit amicitia, diuerſa de rebus aliquot opinio. Porro quod polliceris te ſedulum & altis monitorum fore, ſi ſenſeris hoc officio apud me inſiſſe gratiam, nec mihi uacat optime Ecki, quibuslibet ſycophantijs reſpondere, (Quis enim tam indoctus, qui non poſſit alibi calumniari librum alienum?) nec tibi tam male uolo, ut optimas tuas horas in re non optima colloces. Non illibenter admonemur à quibuslibet, ſed quidam indoctiores ſunt, quam ut mihi proſit illorum admonitio, nec tamen ulli magis ſapunt. Quidam ſic admonent, ut me traducant, ſibi choragium aliquod gloriæ comparent. Rurſus alij monendi libidine prouecti, ſic admonent hominem, ut parum meminerint ſe quoq; eſſe homines. Et tamen minus conuenit eſſe ueniat reprehendenti, quam docenti. Pro libellis ad me miſiſis habeo gratiam, gratulor tuæ felicitati, applaudo triumphis & ouationibus. Magis autem gratulabor, ubi tibi contigerit ocium, & animus arcanam illam Chriſti philoſophiam in altiſſimo ſilentio, mentisq; ſeceſſu recognoſcendi, cum te ducet ſponſus in cubiculum, in cellam penuariam. Quod in tuis lucubrationibus, tantis laudibus oneras Erasmum, præter animum ac ſtudio in me tuum, inde nihil agnoſco: theatricos iſtos applauſus ac bræbea, alijs relinquo, ipſe talium gloriarum ſatur. Boni conſules has ſchedas plus quam extemporarias. Bis obrutus eram, cum hæc ſcriberem, & morbo, & ſtudiorum laboribus. Sed quod nunc officio diminutum eſt, alijs exequabitur. Urbano Regio ~~ad me ſcribis, quod non legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor, quod non legiſſe uideor.~~ multam Erasmii uerbis ſalutem dices. Illuſtriſſimo duci Hernesto Q. Curtium dicaui, apud Schurerium nuper aditum, ne nullo argumento teſtater, me illius erga me ſtudij memorem eſſe. Bene uale. Baſilea, Idibus Maij. Anno M. D. Xviii.

DES. ERASMVVS ROT. PETRO AEGIDIO SVO S. D.

Actus sum hic cubiculum, quod in tanta hominū frequentia perdifficile est, sed perij angustum, vicinū tamen aulae, & quo mihi magis commendatur vicinum Tonstallo. Proinde fac, ut primum licebit, libros meos huc transmittas seu nauī, seu uehiculo, simulq; per alium quempsā scribito, cui cōmiseris, & quō iusseris deportari. Pompilius, ut uideo, artificē agit, morem uel delictū antiquū obtinens, quo sero moderatius. Aliquando fortassis usu ueniet, ut par pari referam. Vis audire quod rideas? Quod alijs diu multumq; sudantibus, saepe non conringit, id mihi penē obtigit dormienti. Rex catholicus me propemodum episcopum fecerat: ubi inquires: non apud extremos Indos, unde tamen aurum attrahit noster Barbarius, praefectus ijs quos nunquā uisurus est, uerū apud Siculos, Graeculos olim, & nūc quoq; dicaces ac festiuos, sed feliciter erratum est, & ex animi mei sententia. Postea compertum est, eius honoris collationem ad summum Pontificem pertinere: mox rex literis à Pontifice flagitauit, ut sui respectu sineret eam collationē ualere. Haec Bruxellis aguntur, dum nos Antuerpiae ociosi nugamur in literis: atque id erat, cuius gratia me iusserat euocari Cancellarius: quod si subolisset, contantius huc commigrassem. Cum aduenienti gratularentur, qui qui erant cōsēij, beneq; ominarentur, ego nihil aliud quā ridere poteram, & tamen pro animo gratias egi, sed admonitis, ne posthac in huiusmodi negotio iuseipsum inueni operam: tunc meum ocium cum nullo quāuis splendido episcopatu permutare. Habes somnū, quod rideas: et tamen mihi non displicuit tantū principis animus, qui ferē non fauet, nisi quos probos aut nouit, aut certe putat. Gaudeo mi suauissime Petre, quod te tanta leuāim molestia: iam enim me tui uicij uxorculae miserescibat, nec mihi tamen hoc quicquid fuit molestiae potes imputare. Animus iste tuus, amore quodā immodico, officijs in me congerendis nunquam sibi satisfacēbat, uxor raro tibi, quae id cum primis habet studio. Nunc absente Erasmo, fruere tua cōmodius. Quantulum enim est hoc quod nobis adimit locorum seunctio? Quod ipsum tamen licebit crebris sarcire literis, quas opto ut quā maxime alacres hilaresq; nobis mittas: sic enim intelligam te recte ualere, quod ita mihi cordi est, ut nihil magis: huius rei pars maxima, mihi crede, tibi ipsi in manu est. Plerique morbi nobis ab animo proficiscuntur, & minus offēderis studij laboribus, si ratione studia tua modereris. Bibliothecam tuam, epistolas ac schedas omnes in certos nidulos redigas, neque temere nunc in hunc, nunc in illum autorem raptaris, sed unum aliquem ex praecipuis in manus sumito, non relicurus prius, quā ad calcem usque perueneris, annotatis interim, quae digna memoratu uideantur. Certum aliquod uitae genus ipse tibi praescribito, quid quibus horis agere uelis. Nec alia super alta congere, nisi prioribus explicatis: ita diem, qui nunc penē totus intercidit, tibi reddideris longiore. Et quoniam inculcas memoriam, mea sententia profuerit, si in singulos annos fastos pares, non est res magni negocij, singulisq; diebus annotes uerbo, si quid extiterit quod nolīs obliuisci. Noui qui hac diligentia plurimum profecerint: in primis egregius ille Franciscus Buslidius, archiepiscopus Besontinus. Ante omnia uero te rogo etiā atque etiā, ut in rebus agendis consuefcas iudicio potius quā animi impetu duci. Si quid offēdes, statim dispice, si quā mederi possis, aut si quā minui queat malum: id rectius dispicies tranquillus, quā commotus, si quid est remediū, utere: sin minus, quaeso te, quid boni adfert ira, aut moeror? nisi quod malū tuapte culpa conduplicas. Obsecro te per amicitiam nostram, nihil tibi sit antiquius uita & salute. Si rem tueri potes hac incolumi, tuere: sin minus, dispendiosum compendium est, rem incolumem praestare salutis aut tranquillitatis iactura. Denique si tibi ipsi parum es charus, uide ne duos eadem perdas opera. Neq; enim aliter nobis uidebimur incolumes, nisi te in columi: quem ego, sic me deus amet, potiorē mei portionem duco. Ne nimis operae sumas in rebus leuiculis: Fugax aetas & uitrea res ualetudo, non quibuslibet est impēdenda, quaedam despicienda sunt, & animus ad magna erigendus. Senecam ac Platonem tibi facito familiares: hi si cūbro tecum confabulentur, animum tuum non sinent iacere. Vere magni est animi, quaedam iniurias negligere, nec ad quorundam cōuicia habere uel aures, uel linguam. Fac aliquid quoties periculum, quanto plus ualeat obsequium, & cordata blandiloquētia, quā animus praiceps & impotens. Patris optimi senectutem, ita ut facis, officijs subleua, non fo-

lum

lum quia pater est, sed multo magis quia talis pater. Synceris amicis utere, fictis abutere. Cum uxore sic uiuio, ut non tantum coitus causa te diligit, nec diligit modo, uerum etiam reueratur: ei sic fidas, ut ea duntaxat cōmunices, quae uel ad rem domesticam, uel ad uitae iucunditatem pertinent. Ita tueris autoritatē erga tuos, ut nihilo fecius consuetudinē domesticā condiat morum comitas. De liberis educādis frustra tibi praecipiam, cum tale exemplū habeas à patre. Vides Petre suauissime, ut tibi consulam, ipse mihi parum consulens, sed ut sic ineptiam, tui compellit amor. Recte uale cum tuis omnibus. Bruxellae. Anno M. D. XVI. Pridie nonas Octobris.

ERASMVVS ROTEROD. ANTONIO A BERGIS ABBATE
TI S. BERTINI S. D.

o RNATISSIME pater, ex oratione episcopi Dunelmensis, & Andreæ Ammonij secretarij regij, cognoui studiū in me tuum, planeq; paternū quēdam amorē: quo magis gestio me patriae restituere, si modo detur à principe fortuna, quae possit ocium nostrū alere. Nō quod mihi displiceat Britannia, aut Meccenatiū pœniteat. Sunt & hic amici cōplures, multorū episcoporū nō uulgaris in me benignitas: tum uero Cantuariensis Archiepiscopus sic me fouet, sic complectitur, ut si frater esset, aut si pater esset, non possit amantius: ex huius dono pensionem habeo sacerdotio resignato, satis amplam. Tantundem addit alter ille Meccenas de suo: accedit non parum ex procerū benignitate, multoq; plus accederet, si uel paululum ambire uelim, sed bellum quod adornatur, genitum huius insule subito uertit. Rerum omnium charitas hic indies crescit, decrescit liberalitas. Quid ni parcius dent homines toties decemati? Et nuper ob inopiam uini, ex malis uappis collecto calculo, propemodū extinctus fui. Ad haec cum omnis insula per se relegatio quaedam est, tum nunc bellis etiam arctius includimur, adeo ut nec epistolis sit exitus. Et uideo magnos rerum motus oriri, qui quorū sum euasuri sint, incertum: utinam Deus propitiū hanc orbis Christiani tempestatem dignetur componere. Saepē demirari soleo, quae res, non dico Christianos, sed homines, huc adigat uelantia, ut tantis studijs, tantis sumptibus, tantis periculis in mutuam perniciem ruant. Quid enim aliud in omni uita quā belligeramur? Non belligerantur quae libet bruta, sed ferae duntaxat: ne haec quidem inter se dimicant, sed cum diuersi generis beluis, & suis armis pugnant: non uti nos, arte diabolica excogitatis machinis, nec rursus quibuslibet de causis, sed aut pro fetu, aut pro cibo. Nostra bella pleraq; uel ab ambitio, ne, uel ab iracundia, uel à libidine, simili ue animi morbo proficiscuntur: denique non tot milibus conglobatis, sicuti nos, in mutuam instruuntur exitium. Nobis qui Christi gloriamur cognomine, qui nihil nisi mansuetudinem & docuit, & exhibuit: qui unius corporis membra sumus, una caro, eodem uegetamur spiritu, iisdem sacramentis alimur, eodem adhaeremus capiti, ad eandem immortalitatem uocati sumus, summā illam speramus cōmunionem, ut sicut Christus & pater uerū sumus, & nos unum cum illo simus: potest ne ulla huius mundi res esse tansi, ut ad bellum prouocetorem adeo perniciosam, adeo terram, ut etiam cum iustissimum est, tamen nulli uere bono placeat. Quaeso te, cogita per quos geritur, per homicidas, per incestos, per aleatores, per stupratores, per sordidissimos conductitios milites, quibus lucellum charius est uita: hi in bello sunt optimi, cum quod ante suo faciebant periculo hic mercede faciant, & cum laude. Haec hominum colluuiēs, in agros, in urbes recipienda, ut bellum geras. Deniq; his seruiendū, dum alium ulci sci uolumus. Adde nunc quot facinora belli pretextu cōmittantur, dum inter arma silent leges bonae: quot rapinae, quot sacrilegia, quot raptus, quot alia dedecora, quae pudet etiā nominare. Haec pestis morum in multos annos duret necesse est, etiam extinctio bello. Expende mihi nunc sumptus, ut etiam si uincas, multo tamen plus sit damni quā lucri. Quanquam quo tandē regno possis tot milium uitā ac sanguinē aestimare? Atqui maxima malorū pars ad eos redit, ad quos nihil pertinet bellum, pacis cōmoda ad omnes perueniunt: in bello plerunq; flet etiā qui uicit, tantū malorū agmen secum trahit, ut non sine causa poetae finxerint bellum ab inferis per Furias immitti. Ne iam cōmemorem expilationem populi, ducum collusionem, rerum commutationes, quae nunquam sine summo incommodo nouari solent. Quod si gloria cupiditas nos trahit ad bellum, non est gloria quae affectatur, praesertim ex malefactis. Et multo gloriosius est, ciuitates condere, quā

i z euertere

euertere, si quid libet gloriosum designare. Nunc plebs extruit & excolit urbes, stulticia principum evertit. Sin lucio ducimur, nullum bellum tam feliciter cessit, quin plus attulerit mali quam boni. Et nemo bello nocet hosti, quin prius multis malis afficiat suos. Postremo quum uideamus res humanas in morem Euripi sursum ac deorsum mutari miseris, quorsum attinet ratio rerum molimine parare imperium, mox qualibet occasione ad alios deuoluendum: Quanto sanguine paratum est Rromanum imperium, & quam mox cepit concidere? Sed dices, ius principum uindicandum est. Non est meum de principum factis temere loqui. Hoc unum scio, saepe summum ius, summam esse iniuriam, & nonnullos esse principes, qui primum quod uelint, statuunt; deinde titulum aliquem quarant, quo factum praetextant suum. Et in tantis rerum humanarum commutationibus, in tam multis pactis & solutis foederibus, cui quaeso, titulus deesse possit? Quod si maxima sit altercatio, cuius sit datus, quid opus tanto sanguine? Non enim agitur de salute populi, sed hunc an illum debeat appellare principem. Sunt pontifices, sunt episcopi, sunt prudentes & integri uiri, per quos istiusmodi negociosa transigi possint, ut non bellum ex bello feras, & diuina pariter atque humana commisceas. Hoc est proprium Rromani Pontificis, hoc Cardinalium, hoc Episcoporum, hoc Abbatum munus, Christianorum principum dissidia componere: hic auctoritatem suam proferre, & quantum pro sua reuerentia ualeant, ostendere. Iulius certe non ab omnibus laudatus Pontifex, potuit hanc bellorum tempestatem excitare. Leo uir doctus, integer ac pius, sedare non poterit: Suscipiendi belli praetextus erat Iulius periclitans: sublata est causa belli, nec tamen cessat bellum. Ad haec meminisse debemus, homines esse liberos, praesertim Christianos: qui postea quam diu horuerunt sub aliquo principe, eumque iam agnoscunt, quid opus est nouandis rebus orbem commouere? Principem diuturnus consensio facit etiam apud ethnicos, multo magis apud Christianos, apud quos principatus administratio est, non dominium, ut cui pars aliqua ditionis sit adempta, is oneris parte leuatus, non laesus esse uideatur. At non concedit, inquis, bonorum uirorum arbitrio pars altera. Quid hic me uis facere? Primum si uere Christianus es, ferre te uellem & quiescere, & tuum illud quaecumque ius negligere. Deinde si tantum uir prudens es, expende quanti constatura sit tibi tui iuris uindicatio. Si nimio (& omnino nimio, si uindicaris armis) noli tanto generis humani malo, tuum titulum, fortasse falsum, asserere, tot caedibus, tot orbitibus, tot uorum suspirijs. Quid credis sentire Turcas, quum audiunt Christianos principes tantis furijs inter se debacchari? idque tantum ob imperij titulum. Iam uindicata est à Gallis Italia. Quid actum est tanto sanguine, nisi ut ubi ante Gallus administrabat, nunc alius quispiam administret? Et prius magis florebat, quam nunc floret. Sed nolim altius in haec descendere. ~~Quid est quod non aliquo modo defendi possit? Praesertim ubi qui gerunt rem sunt ij, quorum etiam facinora per adulationem laudantur à multis, errata nemo ausit reprehendere. Sed interim obscurum non est, quid precantur, quid optent, quid suspirent bonae mentes. Quod si propius inspicias, pleraque priuata sunt principum, ob quae bellum suscipitur. Quaeso te an hoc humanum censes, mox orbem ad arma commoueri, quoties hic aut ille princeps ob quid uis stomachatur in principem, aut forrasse stomachum simulat? Nos optare possumus optima, sed optare tantum. Ego certe quicquid habeo fortunae, id habeo apud Britanos: uerum id totum libenter resignem, hac lege, ut inter Christianos principes Christiana pax coiret. Ad eam rem non mediocrem momentum tua adferet auctoritas, quae multum apud principem Carolum, plurimum apud Maximilianum ualet, Britanis etiam proceribus gratiosa. Neque dubito quin ipse iam expertus sis, quid dispendiorum in bellis adferant etiam amici. Proinde tuum quoque negotium ages, si adniteris quo bellum hoc finem accipiat, ne tibi uideare gratis hoc opere suscepturus. In tuos complexus accurram, simul atque licebit hinc euolare. Interea bene uale pater amplexissime~~

plexissime, Ghiberto medico, Antonio Luzenburgo omnia fausta lataque precor. Londi
 pridie Idus Martias M. D. XIII.

WILHELMO BUNNO S. D.

Tu non minore diligentia ueteres exculisti omnes: & dum multa ex Græco sermone uertis in latinū, parē in utraque lingua facundiam adeptus, Pandectas opus immensum, & in quo non pauciores erāt mendæ quā legum capita, cōmētantium uero errores multis partibus plures, tibi repurgandum putasti: & dum Accursianos errores palam facis, dumq; ueram reducis interpretationē, multo plus haussisti laboris quā Hercules ipse, dū *ἀνδρῶν κόπον* ē stabulis repurgat. Nam quod assem nobis, partesq; eius enarrasti, pōderaq; & mēsuras ueteres, nouis nobis & dilis restituisti, opus est plus quam Herculeum, & in quo seculi huius expectationē longe superasti. Quis enim unquam putasset rem comploreatam, elatā, tot seculis profunda mersam obliuione, tot eruditis uiris plane desperatam, in lucem aliquando reedituram? Cuius illud tentatis non arguissimus temeritate? Quem id pollicentē non irrisissimus? An te quæso, uisisset quisquā, nisi prius id præstitisset, quā te prædiceres facturū? In cæteris itaq; tuis cōmētarijs alios longe reslinquis, in illo plane uincis teipsum, Sed quid ego in tuis ad Erasmi literis, quas is mihi legendas obtulit, uide? Nonne scribis te *ἀντιμαχῆς* & *ἀντιδιδασκαλοῦ* sine ulla præceptorū institutione ad istam eruditionis peruenisse frugem: id quod, nī tam simplex animus omnem mendacij suspicionem longe submoueret, uix credibile uideretur. Me certe in summā tuā admirationē ea res concitauit, dum tuam in euoluendis tot autoribus industriam, alioqui uix credibilem, maiorem fuisse cogito, quā ut hominis uideri possit, cum sub eruditissimis institutos præceptoribus atq; eos ipsos summæ diligentia uiros, *ἀντιμαχῆς* ipse reliqueris tam longe. Deinde cum mecū reputo, quas uicisti difficultates, subit diuina quædam providentia factum, ut præceptoribus carueris. Quantū enim sub illis diligentia: nostræ perit, dum prælegentis securi atq; oscitantes audimus, eorū securi fidem, qui ne quid nobis ignorare uideantur, ostentandi se gratia, sæpe falsa pro ueris, dubia pro certis docent. Quo fit, ut errores teneris adhuc animis inferti, nobiscum adolescant: quos, ubi altius radices egerint, frustra tentes reuellere: adeo nos pudet, quæ imberbes didicimus, senes perdenda fateri, teste Horatio. At te discendi cupidum, præceptorum inopia, singula notare, nihil pro certo nisi compertū ducere: nihil tibi temere credere, quæ cæteri secures transiliunt, ad illa subsistere, nec nisi examinata, perpensa, propius inspecta, cum similibus collata præterire subegit. Magno id, inquis, tuo incōmodo tibi contigit, at aliorū incredibili futurum erat cōmodo. Ingens illud tædium uix tandem deuorasti, at immortalē ex hoc depottasti gloriam, quæ, nisi magno sudore non paratur. Tibi debet postea ritas, forum repurgatum, restitutum assem tibi acceptum feret. Tu nouus nobis Seruius Sulpitius exorietis, ius ciuile cum facundia, cum qua iam multis seculis fecerat dissidium, reducis in gratiā. Quod uero in calce literarum tuarū adiectum erat, te nouas in Pandectas annotationes parare, lætitia quadam incredibili me perfudit. Mirabar namq; cetera flatu tam secundo delatus in altum, ancoram in medio lucubrationum tam utilium cursu, iecisses: & cum me in amicitiam tuam insinuare cuperem, scribendi argumētum mihi sumere decreueram, ut ad id quod orsus esses, absolundum te hortarer. Quod iam argumentum mihi præceptum esse gaudeo magnopere. Facilius enim tua sponte resumpto cursu, ex immensis difficultatum fluctibus, portum tenebris optatum. Porro his Miterua quæ libens tractat maiorem addit fere gratiam. Quantum illæ tuæ mihi placeant commentationes, uel ex hoc conijcere poteris: quod, cum in adolescentia primoribus labris humaniores degustassem literas, ac deinde ad iuris ciuilis studium, uelut ad rem augendam accommodatus, amicorum suauis, fuissē detrusus, præceptores meos, uirōs in Italia ea tempestate celeberrimos, meros Scauolas & Papinianos cinctis uisus agitare interdum solebam, cum ab his legem aliquā in suā sententiam obtorto collo miserā trahi uiderē longe aliud si per uim licuisset, sententē, gloriantib. interea ipsis, uerū (si deo placet) erutum

erutum ē lege sensum, quem funditus à se obrutum uerius dixissent. Hac ego cōmetus indignitate nonnunquam de uera lectione, quæ deprauatum locum animaduertenti mihi succurrebat interim, de recto interdum sensu submonebam hallucinātes. Verum id quoties feci, tam ego sum illis arrogans uisus, quā illi mihi ridiculi. Accursi enim, in cuius uerba iurabant, sacrosanciam auctoritatem à quoquam minui, flagitium inexpiable ducebant. Quamobrem miseram illorum temporū deflens tum fortem, optabam aliquando futurum, ut ueritatis assertor aliquis in medium prodiret, qui tenebras has ē iure ciuili, reducta luce, discuteret. Id quod tandem dei Opt. Max. benignitate nobis contigit, qui Budæum nobis tantum non ē cælo misit. Nam quis quæso est, qui barbaros iuris ciuilis puritatem sordida fœdantes interpretatione, ridiculaq; sæpe ænigmata pro iure reddentes ē foro deturbat: nempe Budæus. Quis est qui iuris nodos, qui legum ænigmata soluit? Quis qui ueterem in foro facundiam instaurat: Budæus. Quis qui Scauolam, Papinianum, Vlpianum, Paulum, cæterosq; iuris autores à barbaris diu in uinculis habitos in patriam ex captiuitate postliminio redeuntes, in forum reducit? an non is est Budæus? Perge itaq; uir eruditissime feliciter, ut cœpisti, & hanc gloriam, cæteris intactam, tuo iure solidam amplectere. Nihil non inuestigatum ista eruditio dabit, nihil non inuentum cum studiosis communicabit iste animi tui candor. Illa uero tua ad Erasimum epistola, tan tope re mihi placuit, ut nihil unquam abs te scriptum uiderim uel festiuus, uel elegantius, uel quod eruditionis specimen præ se maius tulerit quandoquidem adeo cum sermone Latino Græcus ex æquo certat, ut facile dijudicari non possit, Græcus ne eam scripserit an Latinus. Illud plane nemo non affirmauerit, eam hominis esse eruditissimi, & qui uix huius seculi possit existimari. Vale.

GVLIELMVS BVDÆVS CVTBERTO TONSTALLO S. D.

ADEM opera fidem Erasmi tui meiq; liberaſti Cutberte doctissime: & ita me tibi obſtrinxisti, ut uel iuris cuius uis, uel necessitudinis nexu tenacius astringi, certiusq; non potuerim. Nullo enim nomine in Calendariū meum referri uel auspiciatus, uel honorificentius poteris, q̄ ut tui ingenij illius, ac doctrinæ specimen mihi dares, tam grati, tam tersa, tam plena beneuolentiæ atq; elegātis cuiusdam ingenuæq; humanitatis epistola. Quam ad me scriptam esse scio in magnis tuis occupationibus, uel principis tui potius. Quem ego ipsum hoc præcipue nomine olim fore illustrissimū duco, quod obeundis legationibus suis uiros deligere nouit, doctrina iudicioq; præstantis: qui si tui similes unum & alterū in regno suo habet, etiam summe ut felix sit, necesse est. Equidem epistolam tuam identidem lectitans, quantum debeat Erasmi amicitia, perentisco: quo cum nuper pepigi de cōmunicādis inter nos amicis, ut alterutri accesserint, illa ut arbitror epistola, quam tu tibi magnopere affirmas placuisse, quo pacto nō rationes meas auxisse luculenter, fortunisq; meis præsidium firmum quaſuisse mihi uidear: Ecquod enim conuentū, ecquis cōtra dūs, ecquæ negociatio rem meam auctiorem reddere, uberioremq; potuit, aut penates meos beatiore facere (quos non tam ipsos substructionibus mirificis architectari, q̄ ingenij & industriæ monumētis mihi prōptum est) quā in isthæc cum Erasmo coita societas, amicorumq; cōmuniō: quorum ut spero iudicio & arbitratu, operum meorū structuram posteris approbabo. Profecio Iouem ipsum Philium iuris amicitia præsidem & interpretem iurare (si liceat) non dubitem, tanti esse mihi hoc pactum, ut si mihi conditio nunc feratur homini non locupletis prædium tamen opimum merere unum nolim, ut istam societatem Erasmo renūciem, ex qua lucri iam tatum feci. Nec recuso quin ob unum te Erasmus se mihi perpetuo suamq; imputet amicitiam, duntaxat si id sine contemptu mei facturus est. Neq; tamen sic quoq; cum Erasmo paria non facio, siue ex rerum euentis officium amicitia, siue ex animi candore ac probitate spectes: utpote qui omnes amicos meos in cōmune contulerim, uiros cum cætera egregios, tum in amicitia perquam officiosos, tamen nondum omnes apud eum professi sunt: ut ne apud me quidem Erasmi omnes amici: siquidem ita spero rem utrinq; esse tranſactā, ut primo quoq; tempore, uel cum itas res tulerit, aut ultro aut citatē in mediū nomina daturi sint. Porro autem ne tu mihi hanc fortunarum partē aut uisē esse aut parum charam putes, quam tam bona fide in mediū conferam, uel ita existimes, census

centus in bonam partem in amicis habere, nisi mihi homines imposturam faciant, uevborum uultuumq; comitate. Certe plus industria quam mihi pecunie ingentis loco esse duco in emerendis amicis occupauis quam in emerendis praedijs. Veru epistolam illam iocundam, suauem, mellitam, saccharatam eandem & saluam, ac mirifica quadam sensuum acrimonia conditam, accepi pridie nonas Martias, quum non ita multos ante dies peregre rediissem, nec tum satis essem commoda ualitudine, ob idq; subuissis, & ad studium instaurandum remissis, ac languidus. Hac epistola cursim primu ac pene singulim deuorata, deinde iterum iterumq; lecta & regustata, ita sensim, uel repente potius, recreatus sum & hilaratus, ut omnem mihi tristitiam & foecordiam abstulissim, omnemq; alacritatem restitutam, mecum ipse demirarer. Id demum suppedebat, quod eam in me ingenij ac doctrinae praestantiam non agnoscerem, quam tu mihi tribuis. Sed & hic mihi stimulus acutus fuit ad instaurandum studij mei laborem, illamq; animi contentionem expergiscendam, quam (ut ingenue fatear) semper aluit gloriae cupiditas: cuius etiam ipsius igniculos ingenuisse naturam animis, non sordidis, nec questuarijs uideo, coniecturam ex ijs autoribus faciens, quorum nunc scriptis literarum autoritas, disciplinarumq; maiestas humaniorum constat. Quamquam autem quaerendae huius gloriae propositum, ita comparandum esse optimo cuique semper existimari, ut posteritatis magis, & memoriae in secula permulta perennatae, rationem habere, homines doctrina praestare contendentes, debeant, quam uel sui seculi aequaliumq; iudicij, quod plerumq; ambitiosum, aut iniquum esse solet, uel praemij praesentaneae: quod perinde ego esse puto, ac si annua, bima, trima, quadrima (ut iuris nostri ciuilibus conditores loquuntur) aut paulo maiore die, soluendum ipse stipuler id opera mihi praecium pro tantis, tot annos exantlati erumnis, quod non nisi aeterna persolui praestatione potest: uel (ut commodius loquar) si annua despicabilia, per omnes uenturis aetatis annos stipuler uergenti iam aetati, sub morte mox cessura: cuius ut semper die ipse nondum uenisse sperem (qui error est fere aeternus mortalium) ab ineunte tamen uita semper celsisse sciam. Quamquam igitur in diem fructum huius gloriae, mihi pronitti malim, quam nunc representari, sit tamen nihilo secius, ut quadam aura famae sinuari uela nostra in cursu gaudeamus, utq; gloriolae afflatu, quam uis tenuem, captantes, nostrum leuari laborem in contentione sentiamus. Neque te autem ita existimare, neque alium quempiam uelim, quasi ego tantae intentionis studium, non alium finem habere censeam, quam memoriae commendationem, rem sane fluxam & asperabilem: siquidem res mortalium suo ac uero precio aestimarentur, ac non populari trutinam, fallaciq; expenderetur. Est sua philosophiae libra, quam nec forum uenatum, nec iudiciale nouit, quod rebus ipsa caducis, & tempore perituris, aestimationem, quantum minimo statuit: aeternis autem quantum plurimo, ne a uerbis iuris conditoru recedam: huiusmodi aestimationis fructum Philologia, altera mihi coniunx, ex dote sua tandem perceptum ire me subinde mihi spondet: quam ego non more nostratum hominum deamare, sed misere deperire ab amicis meis gentilibusq; dicitur. Ex quo enim illa in domum meam induxit: nec fortunis, nec ualitudini recte consuluisse uisus sum. Id quod quum mihi uitio iure uel iniuria uertatur, homini sex liberis aucto, unicaq; filiola, ab ijs quidem qui se ideo frangi esse homines censent, quod argentariam facere, ac patrimoniam quantum uis ampla architectari norint, haud dum tamen uxoris illecebris, ac puerilibus blandimentis, rei familiaris procacibus auocamentis, medicorum minacibus interdicijs, denique morbi taedio ac carnificina adducti aut perPELLI potui, ut huius Aegeriae meae congressu diurno, nocturno, domi, peregre, ruri, aut in urbe abstinerem, cui ipsi cum annos abhinc duodecim uxorem ducerent liberorum meorum matrem, contra omnium ferme uxorum hominum opinionem, nuncium non remisit: sic enim statuebam mihi esse faciendum, ut coniugem quidem legitimam haberem liberorum parentem, ex Philologia autem libros, id est, nominis mei aeternam memoriam, prolemq; immortalem gignerem. Liberos iam plures aliquanto quam libros genui, plus corpori fortasse quam animo indulgens. Posthac (ut spero) marcescente corpore, animus indies uegetior & uiuidior fiet: utrumq; aut simul ex quo prolificum esse nequit, sed cum emerit facultates corporis esse ceperint, tum demum uiribus animi stipendia plene procedent. In hoc autem studiorum progressu per sepe inhibitus sum, ac prope retroaclus aduersa ualitudine, quae mihi negocia

tam

tam multa exhibuit, ut non semel impetum ceperim, uita a me instituta tenorem abruptum pendere, & delidite atq; inertiae affectum iam corpus dedendi. Quis enim in tam longe, tamq; molesta ualitudinis taedio, non se uel medicorum placitis, uel uxoris precibus, uel amicorum monitis permitteret? Certe nisi generum philosophicam habuissim, iam diu philologiae mea domo exactam, habere res suas sibi iussissim: ut priscum uerbum utirpem. Non igitur me praeterijt, quum superiora illa dicerem, ex literarum studio recte atq; ordine instituto sperandam illam esse euthymiam in scholis philosophorum cantatissimam homini praesertim orthodoxae philosophiae initiato, eiusq; decretis dignis (ut aiunt) conseruatis haerentibus, aut, si ad normam ueritatis loqui uolumus, euthymiae simulacrum & imaginem: quandoquidem germanam euthymiam, id est, animi plenam securitatem (quae non nisi coercitis affectibus, ac rationis uis copolitis, omnibusq; sensibus, ad obsequium animi redactis, suos implere numeros dici potest) in hac uita haberi non posse existimo. Quippe diui Pauli religionis uere, ac pietatis architecti elogio nouimus imminere nobis illum hostem infestum, simul & perpetuum daemonarchen, primogenitae noxae suauorem & impulsorem, contra quem in procinctu nunquam non stare nos debere autumat, nec interim unquam securitati indormiscere. Esse enim eiusmodi hostem, qui praeflo quidem interdum, bello nunquam uiticatur: is in omnes occasiones intentus & imminens, quum magnos subinde tumultus atq; improuisos in sensibus cieat, non est utiq; quod quisquam sartum se ac rectum fore ab eius incursionibus confidere debeat, tanquam intra philosophiae praedidia, atq; in arcem ipsam Euthymiae penitus se adstruxerit, quum nullum sit hosti praedictum inaccessum, nobili eiusdem diui Pauli exemplo, qui ne gratiae quidem maioris praerogatiua, huic eximi certamini potuit. Sed uereor ne in ἀπερηγορέσις & ineptiae uitium imprudens delapsus sim, cui in epistola breuitate philosophari obiter succurrerit. Proinde ad epistolam tuam redeo, in qua illud per factum mihi uisum est, quod Erasmi & Budaeum quasi duos Miliones in arena quadam Palladia committere uideris, Mercurio designatore & agonothea, instructoreq; certaminis, spectatore te eodem & plaufore ancipiti, atq; in utriusq; fauorem ambigente: quo quidem epistolae tuae loco quum a me gratiam sane bonam inuisti, tum uero id minime periculum est, ne in Erasmi offensionem impegeris.

Age quonam tandem modo athleta non ineptus, non absurdus, non exptodendus esse potest, qui ut uiribus fortasse non careat, Athleticam tamen illam palaestram, artis & industriae commendatricem, sub palaestritis nunquam didicit: id quod quum de me dicam, tu fidem magis moribus meis indulgere uideris, quam id simile ueri esse credere. At uero libens id abs te contenderim, ut si quando publicis muneribus persunctus, ludicris aliquantisper feruere, tu cui nunc tantum uacat certamen hoc nostrum animi causa spectare, de podio uel gradibus in arenam descendas, ac specimen tui praebes. ego enim non te spectatorem tantum esse arbitror oportere, sed etiam ex illis unum quos Ephedros appellabant: non ad spectandum tantum ipsos sedentes, sed ad id ueluti subsidiarios atque succenturiatos, ut ne uictorem statim securum esse palme sinerent, uictorq; somnum afferrent, cum uictore egresso. Atq; quum epistolam tuam lego, non tam Erasmo quam tibi, amplius me de te censenti, sed mihi ipse credo: nihil apud mentem gratiosae amicitiae tuae tribuo, id quod illi esse, qui ad me de te scriberet, significari quis poterat: mihi qui uideret, non meo iuris palaestra numeros ita tenere, ut sub praedictis non praeritendo didicissim, & estimare debeam, quod tibi non concedam, ut in Erasmi offensionem impegeris.

vididem illa inter nos epistolares uelutatio, quam tu (ut uideo) animi causa spectas: quae nuper ad conferendas manus iam iam exarsura uidebatur, ut illa praegrandi epistola apparet, qua omnis ipse copias argumentorum meorum disciecit. Colligere enim reliquias agminis mei staturam copiasque supplere, ac rursus certamen experiri. Verum id ne facerem, ab amicis meis deterritus sum, qui me imparem tandem futurum uidebant, si ille per otium acris us incalisset. Deinde non satis indulgere imperitiae meae, aut rusticulae ferociae, uisus est homo urbanitatis & facetiarum artifex. Etenim cum omnia simpliciter scribere ad eum mihi uidear, fit tamen nescio quomodo, ut uel in usurpando amicitiae iure nonnunquam uel aliter imprudens in oxymora quadam incidam, quibus ille ueluti subdolis cauillis, aut figuris nonnihil offenditur, aut certe offendi se simulat: uidelicet hoc illud est quod dixi, eorum sum similis athletarum, quos Apalestros uocant, qui non norunt quid deceat simul, & ad id quod agitur, ualeat. Itaque fit, ut quum ego lenem scriptitudo exercere gaudeam, ille uel stomacho, uel incommodae suspicioni nonnihil dare uideatur: siue id immerito suspicari interdum in mentem mihi uenit, siue ille ueteranus certator, ac plane in hac parte ueterator, rudem adhuc me tyronem, petulantius me inferentem, hoc pacto emendandum castigandumque censet, id quod ipse libentius mihi persuaferim. Quod si inter nos hac de re secus suspicaremur, tu iuris non modo ciuillis, sed etiam amicitiae consultus, ius nobis (ut arbitror) redderes, aut litem componeres: certe quidem per me liceret ut id faceres, nec ei quam mihi aequior esses, ut opinor, etiam si tibi ipsi familiaris est, & (ut ab eo audio) propemodum sodalis, quod praedicandum merito esse putat. Nolum tamen ut quaedam offensionis suspitione dixi, serio a me tu dicta esse credas, quum nihil minus cogitem: sed uelim ut Erasmo persuadeas, me ob eam suspensionem non rescribere uolumini illi epistolari, quo aciem ille intentionum mearum fudit, non prorsus inconditam. Malo enim ille existimet uictoriam me indulgisse auctoritati suae, integris adhuc uiribus, quam herbam porrexisse, quum ultra sustinere impetum eius nequirem. Scripsi ad eum dudum, & iterum (ut spero) scribam, sed aliud argumentum eligam mihi tractabilis, & si occasio se dederit, in articulo eum opprimam. Certe hoc non committam, ut alias quam incautum & lassum ab opere serio adoriar. Enimuero gratum, per (inquam) gratum est mihi, quod simplicitati morum meorum credis, id quod ad Erasmi scribens, obiter deploraui, mihi me praepreceptore praefectoremque fuisse, nisi interim suspicarer facile id te credere, coniecturam ex stilo scriptorum meorum facientem: in quibus subuereor, ne aliquid fortasse structurae refractariole deprehenderis, aut rudiusculi schematis, quod nec limam, nec scobinam officinarum

narum expertum esse uideatur. Sed rursus id minime sentire mihi uidere, quum etiam eodem nomine placere me mihi ac gratulari iubeas, idque ipsum acceptum summi loco beneficij referre prouidentia. O festum te hortatorem, & iucundum ac solertem, qui *παρὰ λατῶν περὶ ἐς ἀλιον κτήματα πρέπεις* & quod summe pudendum esse censebam, aut certe regendum, si exalari potuisset, id & utile & honestum, & mihi prædicandum esse doces. Mandum paulisper omnia tibi indicare in animum induxi, quâdo quidem te tam clementem ac dextrum consolatorem nactus sum. Dixeram me *διπομαθῆναι ὑδ' ἄμαθῆναι* fuisse: & non modo præceptore nullo, sed etiam sero literis bonis studuisse: nunc eo amplius dico, literarum rudimenta & grammatices principia, ut tum ferebant mores, simplicitatis nunc obsoletas, in hac urbe didicisse triuiali sub ludimagistro literarum. Cumque hinc Latine uix cepissem, ad iuris studium transiissem, aut transiissem potius, dispendioso temporis compendio. In quo cum triennij operam lulissem, domum reuersus salutem dixi literis studij utique indulgens tuuētutis illiterata: quoad post aliquot annos inter paternos parietes clam studere metum ipse institui, procul omnibus cōuenticulis huius urbis scholasticorum, excitante me tantum patris exemplo doctrinæ laudatore, & librorum emacissimo. Ibi à deterrimo quoque, ut fit, auctore auspiciatus, cum glossematum fecem per imprudentiam hausissem, errore tandem intellecto, cum ad libros meliores me contulissem, paulatim redundantem illam præceptoris meis fecem reieci. Ecce autem aliud incommodum, quum accipit rarijs & uenatoribus salute semel dicta, annos ab hinc sex & uiginti libris, ut dixi, non magistris aliquo cum successu operam dare cepissem: statim Græcum quendam nactus sum senem, aut ille me potius: illi enim uectigal magnum attulit, qui literas Græcas hæcenus, aut paulo plus nouerat, quatenus sermoni literarum uernaculo cōuenit. Hic quibus me modis torserit, mox dediscenda docendo, nisi quod & legere optime, & bene pronuciare sciebat, non bene tribus charitatis scriberem, cum interim ipse ut unum eum esse Græcum in Francia audiebam sic esse doctissimum Græce existimarem. & ille ostendens mihi Homerum, nonnullosque autores famigeratos nuncupans, flagrare me studio infano intelligeret. Accedebat illud erroris, quod quæ erat in eo ignorantia, ego iudificationem esse putabam, quo diutius ille me stipendiarium haberet. Tandem literis apud nostros paucis annis illustratis Italicis commercio, librisque sensim utriusque lingue aduectis, cum ego sarcire damnum contenderem atque tularæ transactæ per incertiam: nec pecuniæ in cōmendis magnum libris, nec labori in ediscendis parcerem, ac quotidianas sequi operas à me plane exigere; eod primum perueni, ut dediscere instituerem, quæ male edoctus eram: deinde ut ultra præceptorum illi Græcone auscultarem, etiam si ad me uentitabat, libros empturienti uenditans ac scriptitans, quanti semel indicasset. Quid tu hic potes ne iterum, quod incommodo mihi uerto, id tu in bonum celsissime, cessurum ue ostenderes: iam uero aduersam ualeudinem non tam mihi agnatam (ut arbitror) quam cognatam & ingentiam, quantum mihi facecisse negotiorum putas: cum mihi se semper sequaciorem umbra præberet, quocumque agerem me terrarum: eo iam ipsa molestior, quod eius crimine literarum studium cum à medicis, tum ab omnibus mihi obuijs, plus iam annos quindecim male audit, ut insanum & exitabile: literarum eo amplius Græcarum, ut uesanum & piaculo simile, etiam si nuper cepit esse plausibile. Nec tamen ideo uelim ut omnino me expungas è numeris classicorum, ut doctrica atque umbratica eruditione institutum: posse enim sic quoque mihi uideor inter iuniores centurari, cum inter munifices profiteri cœperim, nec præposcere, nec infelicissimè me, ut uestræ amborum auctoritati, aliorumque credo. Interim bis Romam adij, urbesque insignes Italiae, doctos ibi homines per transfennam uidi potius quam audiui, & literarum meliorum professores tanquam à limine salutari: quatum ualeudinem non tam mihi familiartate usus sum, In quis præcipue colui Ioannem Lascarium, uirum Græcum, utraque lingua pereruditum: qui nunc in Vrbe, Græcorum scholæ præfectus est à Pontifice: is quum omnia causa mea cuperet, non magnopere iuuare me potuit, quum ageret ferè in comitatu regis multis ab hac urbe milibus distractus, & ego frequens in urbe, raro in comitatu fuerim, fecit libens id demum quod potuit, ut & nonnunquam præfens mihi aliquid prælegeret, id quod uicies non contigit, & absens librorum serinia cōcrederet, & penes me deponeret. Certe tyrociniū nullo sub deductore feci. En tibi studiorum meorum

meorum curriculum, quod sub patre indulgēte suppeditateque facile incohauit, haud scio quam auspiciato. Patre orbatus annos ab hinc quindecim, ac multa incommoda perpesus, fortunaque improbitatem multipliciter expertus, cursum nihilo secius institutum peragere uelis, remisque contendere, remoram tantum unam molestissimam sensi aduersæ ualeudinis: ac nihil æque mihi animum illum alacrem in hæc studia incumbentem contraxit ac demisit quam assidua mortis meditatio in horas imminētis, quum saepe mihi spiritum interclusum, subindeque restitutum meminerim. Patri copiose hæres relictus non ex solida uentura (semilem enim maximus fratrum primogenitorum iure tulerat) ac matris hereditate eandem partem quadriennio post habui: hoc fere fuit subsidium institutum mihi curius, cum ijs quæ accesserunt, ita ut interim nihil quicquam acceptum tulerim liberalitatibus, aut regum, aut fortuna. In quo cursu patrimonij iacturam multam feci per incuriam, etiam si naufragum euasi. Id quod sequitur ex tua epistola, non tam mihi iucundum, quam quibusdam amicorum meorum fuit, qui tibi ob eam rem multa bona dari diuinitus cupiunt. Hortaris me ut in locis iuris explicandis emendandisque ne lassescam, mihi ita gratulari uidere, quasi laboris & conatus ratio mihi constiterit, in eorum hominum eleuanda auctoritate, quos iuris magis Accursiant, quam ciuilijs & Romani consultos fuisse apud doctos cōuenit. Atqui ut mihi ille labor nunquam penitendus uisus est, cum ob alia multa, tum ob id præcipue, quod eius laboris fructus latissime patere, & ad plurimos studiorum pertinere discutatur: ita nescio quomodo piget opus diu desitum iam, ac penè derelictum tractare, quodque tumultuosis primordijs memini esse incohatum. In quo meam culpam & agnoico & deprecor (si etiam nunc depreccari liceat) qui flagranti tum animo moderari non potui, quo minus iuris prudentiæ causam uelut in consilio antiquitatis peritorum agerem cum eorum hominum conuicio, qui iuris ciuilijs maiestatem imminuere, ledereque non uerebantur: quibus ut ipsis crimen id uerti à nonnullis uidebam, ita neminem adhuc extitisse sciebam, qui ex formula legum postulatos, etiam perageret reos criminibus enarratis, ac iudicibus missis in consilium. In eos dicendi primas partes occupauis libentius sanè quam nunc alteram actionem suscipiam. Si quis alius existat, qui has sibi uices deposcat: est alia mihi instituta cōmentatio, quæ animi mei contentionem à lectione iuris auocari in diuersum uiuantque me magis ea scribendi argumenta, quæ non tam angustis finibus circumscripta sunt: neque enim mouere se libere, ex patiarique potest animus lectione longa ac multiplici, quasi farragine obesus & lasciuens, nisi late patentē inuenteria ueluti campum liberum & apertum ad excursionem habeat. Neque hoc non esse uisum interdum intelligi animi parum frugi sibi; indulgentis, sed si ad normam seueritatis & frugalitatis adigerem moderatius; gestientem solum in animum induxerim, cum omnem animi alacritatem abstulerim, & fortasse ieiunum exuccumque reddiderim, tum etiam Genio Mineræque repugnarem: id quod mihi in eam causam ualere uolo, quam cum Erasmo in iudicium deduxi. Verum enim uero, cum hunc mihi laborem lucrifacere, animoque meo obsequi per eorum ueluti creditorum flagitationem non liceat, quod me de pollicitatione temeraria identidem appellant, ipsorumque adeo iuris studiosorum, quos iam ipsos mecum in gratiam reddisse demitor ac stupeo, iniuriaque mihi persecutione condonasse: quæ ipsi non solum atrocem, sed etiam sacrilegam esse putabant, ob sigillatam à nobis numinum suorum reuerentiam, statem non id gratia, aut potentia mea, sed ueritate ueritateque quam sensum & ipsi agnosceret coeperunt simul cum tu, et ipse rei mihi gratioris & adhortator: idque grauisimè quiddam uiri non nesciant, qui epistolam tuam quasi uidentem quoddam meum non nesciant, & admiranter facere (ut opinor non potero, quin ad aliquot menses in id pistrinum rursus me dedam, aliquidque priori additioni annotationum addam præuocatore, nisi forte illam comperero anteuertisse mihi, id quod diu exceptam). Scito me non nescire, ut debitoribus se, sed te oblectari epistolis meis dixisti, et ego lubens tecum uerba facio: et quum tu me honesto officio prouocaris, decuit me non nihil admitti auctari non nescire, ut debitoribus liberaliores faciunt nec totidem uerbis respondere uices tam eleganti, itaque benignæ epistolæ potuissent. Denique hac epistola alteram à te pacifcor, atque etiam alias multas, cum per otium licebit, siquidem eodē filo eas contexturus es. Sanctius autem scrinium meum tujs & Erasmi literis dicabitur, habeboque epistolas uestras in delicijs, ueluti tesseras quasdam amicitia, cum tibi hanc literarum commendatione contractæ, honestorumque officiorum uicissitudi-

cisitudine cultæ, quas præcipuorum legatorum instar (ut spero) charissimo cuiq; libero
rum relinquam. Vale, Parisijs XIII. Calendas Iunias.

Ταῖς τοῖς χεῖρασιν οὐδὲ μὲν πρᾶγμα σοὶ ἠθέλω, τοῖς ἀκαθάροις τε καὶ κακῶς χειραμύνοις.
Διὰ δὲ μοι δεικνύσθαι ἐπὶ συγγνώμῃ πρὸς τὴν χεῖρην τῆσδε ἁμαρτίας, ὅς γε ὑπο τῷ πάντῃ ἀρε-
σῆ γέσμος συγγνωστός ἐστι καὶ ἡμῶν, οὐ γὰρ αὐ οἰμαι ἰσθῆ ἱκανῶς ἐπιπέσειν τε καὶ ὑγνῶμαθι εἶναι διο-
κῶν. ἡ γὰρ αὐ τῷ συγγνωμονίῳ δοκεῖ εἶναι ὑπομέναιος. ἔβρω δὲ πάλιν ὡ πλέεσσι φειτὴ πρὸς ἰδίῳ, καὶ πρὸς
σοὶ τῷ μοι ἢ κρινὸν ἡμῶν φίλον, ὅν ἐναγχεῖ ἀπὸ φιλῆρετῆνος ἀφικόμενον.

DES. ERASMI ROTER.

EPISTOLARVM LIBER TERTIVS.

ERASMVVS ROT. MARTINO LYPVSV S. D.

NON tibi uideor eximie fortunatus, cui gratis obtigit, quod aliij
uix assequuntur, multo tum studio, tum precio: Nemo non se præ-
bet præceptorem Erasmo. Itaq; necesse est, ni planè lapis sim, ut alitè
quando proficiam. Sed in hoc parum felix haberi possum, quod istè
A pleriq; sic admonent, ut sycophantè potius quàm præceptoris fun-
gantur officio. Quidam hoc agunt non ut me reddant eruditiorè
aut meliorem, sed ut nobiscum cõmissi aliquod gloriæ choragium
sibi uenentur. Scilicet omnes, sed nulli magis, quàm qui nihil omni-
no docere possunt. Quod facere solent clamosi quidam, & plagosi

magistri, discipulos excarnificantes: quos tamen nihil docere possunt præter illiteratas
ac mox dedilcendas literas. Quod genus est iste, cuius libellum ad me misisti, tam in dor-
ctum, ut me piguerit legere: tam ridiculum, ut non potuerim non legere, sed inter nauigam-
dam. Infantiam autem cum illo, si talibus sycophantijs coner respondere. Sed annotabo
singulis uerbis singula naniarum capita, sic ut si liber, & numerare liceat.

1 Primum testatur se ante hac decem acutis cõclusionibus perstrinxisse suum sentimen-
tum (nam his flosculis uernat totus sermo) ceu confessum assumit, hanc noui testamenti
interpretationem, qua uulgo utimur, esse Hieronymi, cum eam confiter nec esse Cypri-
ni, nec Hilarij, nec Ambrosij, nec Augustini, ne Hieronymi, cum is diuersa legat: multo
minus eam, quam emendasse se testatur, cum in hac deprehendantur, quæ ille damnat: non
solum quantum ad uerba, uerum etiam quantum ad sensus. Atq; hæc est huius Theologi-
cæ disputationis basis.

2 Imaginatur & ceu probatum assumit, me publice corrigere ac mutare uulgatam edi-
tionem, cum ego ea relicta integra & intacta, quod est in Græcorum uoluminibus Latine
uerterim obiter iudicans ubi nostra cum illis consentiat, aut dissentiat: neq; raro præse-
rens id quod est in nostris codicibus, emendans si quid deprauatũ, explanans, si quid am-
bigue, enarrans si quid obscure. ~~... ..~~
Et uide quàm ab isto dissentiat Augustinus, quem is sibi uidetur solus legisse. Nam ille tes-
tatur se adiutor etiam exemplariorum uarietate: dum quod alius obscurius uertit, alius
transulit explanatus, ut nō omnia possumus omnes. Hic acium putat de fide sacrorum
uoluminum, si uaria lectio proferatur. Et mauult uel manifestariã mendas in libris sacris
relinqui

relinqui, quàm offendi duos aut tres ineptos ac morosos seniculos. At nihil deterruit ab
hoc studio diuum Hieronymũ, quod ob uoculam, nescio quàm, mutatam in propheta lo-
na, totius fermè populus descieuerit à suo episcopo, ridetq; Cucurbitarios illos deos, quos
tantula res cõmouerit: etiam si Augustinus hanc fabulam ceu seriam scripserat Hierony-
mo. Age uel illud mihi respondeat scuerus iste monitor, utrum optandũ est ecclesiæ dei,
ut sacra scripturæ libros habeat quàm emendatissimos, an non? Si fateatur optandum, re-
spondeat an fateatur quotidie uarias mendas in eos inuehi, uel inficitia castigatorũ, uel ne-
gligentiã scribarum? Quod si non potest inficitari, cur non amplectitur hoc meum studiũ,
quod omnium maxime ad eam rem conducit, siue ut emendentur deprauata, siue ne de-
prauentur quæ recta sunt? Quando quidem negari non potest, esse quædam in plerisq; no-
stris, imò in omnibus fermè deprauata codicibus. Deinde respõdeat utrum referat sacras
litteras recte intelligi, an non? Si fatebitur referre, cur damnat studiũ nostrum, quo tot lo-
ca sunt explanata, quæ nec iste, quantum uis doctus, hæctenus intellexit? Perlegat opus &
neget, si potest, quod dico uerum esse.

3 Ait, multos conatos subuertere & abolere uulgatã editionẽ, alios, ut ornatũ sermonis
adderent: alios, ut falsitatẽ excluderent, sed oēs frustra conatos. Non pudet hoïem mani-
festã uanitatẽ? Proferat unum qui hoc conatus sit, nisi forte Fabrum unũ nobis obijcet.

4 Scribit, inter tot uiros latine græcèq; gnaros, quibus ab ùdat Lutetia, Germania, An-
glia, Scotia, neminem autum id attentare, cum nuper id ausus sit Faber, nostram hanc ed-
itionem passim incessens ac uexans.

5 Quis autem non intelligit palam esse falsum, in hisce locis esse tam multos qui græce
ac latine calleant? præsertim in Scotia, cum Italiam tacerit. Ex quo mihi suspicio subori-
tur hominem Scotum esse.

6 Iam quid stultius hac argumentatione, plurimi sunt Parisijs, docti in philosophia: ne-
fas igitur huic aut illi quicquam aggredi in philosophia nouum. Vt multæ Myriades sint,
unus autpicetur necesse est. Et tamẽ inter hos multos opinor me nō omnino postremum
esse, quod ad utriusq; linguæ cognitionem attinet.

7 Ait Laurentium huius mali caput esse. Quasi ille uerterit Nouum testamentum, aut
quasi non ante hunc idem fecerit Hieronymus.

8 Deinde stultissime stomachatur, nos uerba Christi redigere sub regufas Donati. Per-
inde quasi Christus sic loquutus sit quemadmodum hic uertit interpres. Imò cum cõflet
apostolos græce scripsisse, sed parum emendate: ne literã quidem tamen in horum sermo-
ne mutauimus, tantum abest ut uerba Christi uelimus sub leges mittere.

9 Ridiculũ & illud, quod loquẽdi regulas nobis tribuit, quasi nos simus latine loquen-
di autores, ac non potius hi qui scripserunt ante ætatem Christi.

10 Hoc, inquit, decretum indignum æstimat. Imò contra, decreta pontificum rejici iur-
bent, ut adulterinum diploma, in quo cõperiatur solœcisimus manifestarius: & alterum
diligenter statuit de publice docendis tribus linguis, uelut ad factorum uoluminũ cogni-
tionem necessarijs.

11 Metitur integritatem sermonis latini ex ueterum cõsuetudine, quemadmodum scri-
psit Augustinus, quasi nos aliunde metiamur, aut quasi interpres, ueterum illorum more
sit loquutus. Hic, opinor, postulari, ut omnes ipsius flosculis utamur.

12 Iam tota hac disputatione cõmiscet elegantia sermonis, quæ grãmaticorum est, cum
eloquentia, cumq; poetica, quasi nihil intersit: totamq; loquẽdi rationem asseuerat pen-
dere ab exemplo sacrae scripturæ, accusans interim tot sacros uiros, qui multo secus locu-
ti sunt, q̃ ad exemplum sermonis apostolici. Quod si non licet aliter loqui, cur ipse ausus
est sic balbutire, tot sermonis portentis uti, quorum nihil est in apostolicis literis?

13 ~~...~~

14 Ut probeat omnem eloquentiam petendam à sacris libris, Hieronymum adducit au-
torem, cum is prophetis aliquot tribuat sermonis rusticitatem, Paulo Græci sermonis im-
peritiam, idq; non uno in loco.

- 15 Credimus & Augustino adfuisse spiritum sanctum in enarrandis diuinis libris, & tamen is sua retractat, & uult cum iudicio legi.
- 16 Ad hæc quod obiicit sibi ex Hieronymo, sanctos disertiores fuisse in sua lingua quæ aliæna, ita dissoluit homo dialecticus. Si de mundiali, inquit, inflata & uentosa linguositate agitur, certe sanctos habbo dicere non respuo. Verum si de rusticitate humana locuti sunt sancti, cum prophetas notarunt, nobis iam altius sentire cõuenit. Quasi uitium abuentis mutet nomen eloquentiæ, aut quasi tribuamus apostolis ineptiã, aut rusticitatem sententiarum, in quibus est præcipua pars eloquentiæ, aut quasi Cypriani facundia, uentosa sit linguositas, quia dissimilis sermoni prophetico.
- 17 Denique bellum hunc syllogismum ita claudit: monet omnes ineptias poetarum ac mendacia respuenda, quo uera sit illius cõclusio: ea est huiusmodi, ut ad uerbum reddam, ne quid existimet me calumniari: Sola integritas sermonis, ornatus, elegantiã seu eloquentia, est in sacra scriptura. Sed quid eloquentiæ aut poeticiæ cum grammatice? Nam hinc cepit amphora, subito urceus exiens. At diuus Augustinus, cuius meminit, iubet suum Licentium ad suas redire Musas. Et Hieronymus in Ciceronis dialogis uersatur, quo sermonem reddat copiosorem. Quis autem ueterum non hausit eloquentiam suam ex oratorum ac poetarum libris? Aut quis unquam uerborum supellectilem ex sacris uoluminibus petiit? Denique an quisquis poetas despexit, protinus sacram illam ac propheticã eloquentiam assequutus est?
- 18 Quis autem non uidet egregiam illius conclusionem manifestam habere blasphemiam? At sola elegantiã esse in sacris literis: nihil igitur illic aliud est quæ elegantiã? Nec tamen hoc dicit Augustinus, quem hic autorẽ adducit, quod iste sensit, licet ob balbutiem, quod sensit, exprimere nequieuit: non enim colligit in solis libris diuinis esse eloquentiam, sed in his non abesse eloquentiam, cum adsit sapientia cuius illam pedisse quam esse uult: licet fateatur aliud esse genus eloquentiæ: & tamen hoc in quaestionem uocat, an illis omnino tribuenda sit aliqua pars eloquentiæ, cum de ceteris uirtutibus non dubitet.
- 19 Ut dissimulẽ interim, non continuo consequi, si possis aliquot schemata proferre ex apostolicis literis, protinus illic esse absolutam eloquentiam, cum Hieronymus & Origenes ac Chrysostomus frequenter offendatur hyperbatis, anantapodotis, alijsq; sermonis incõmodis: sed ut in apostolicis non requiramus Aristotelicam aut Platoniam philosophiam, ut nec opes aut satellitium, ita non requiramus eloquentiam.
- 20 Mox tria insignia mendaciã cõnectit, cum ait, me denotans: Quid ergo iam agere intendit, qui quondam damnatã uersionem Laurentij Vallensis, in lucem candescere conatur, nisi sacra scripturæ eloquentiã infamem & ineptam reddere? Primum, quis nescit falsum esse, à Laurentio uersam scripturam sacram? Falsus autem, eius Annotationes quondam esse damnatas. Falsissimum quod ait, qui eas euulget, eloquentiã sacra scripturæ conetur infamem reddere: quam illustrat potius et cõmendat, qui portenta ac mendas quas istius sodales inuexerunt, amolitus fuerit.
- 21 Deinde magnis tragœdijs in me debacchatur, qui in prouerbio quopiam obiter scripturam sacram Silenti Alcibiadeis cõpararim, cum alijs uerbis idem nemo non dicat orthodoxorum. Quid autem aptius dici poterat? Atque hic ita loquitur, quasi ipse solus sacras literas intelligat, quod rudis sit omnis elegantiã, & quasi nos nihil huiusmodi possimus assequi, quod se gloriatur assecutum.
- 22 Atque interim quæ improbum agit sycophantã, cum affirmat à me hac collatione rideri scripturam sacram, cum totum hoc in laudem & cõmendationem tum Christi, tum illius scripturæ dixerim, quod palam est omnibus qui legunt nostra. Hęc uidehæc est illa celestis eloquentia, quam solus absque poetarum cognitione didicit è sacris libris: cuius uis sit eiusmodi impudens illis, quos ceteris calumnijs in alienam debacchari conatur.
- 23 Eiusdem uentositatis, quod scribit, à ueteribus sanctis adimmi sacris libris, cum eam solo eis prædicem. Tantum cum interprete mihi rescriberet si quis de illis in apostolis, ut in uerbis situm esse fatetur, nec tamen in sacris aut in apostolis.
- 24 Hic ueluti censor, omnes poetas præcipitandos edicit, ad quos, ut dixi, Augustinus reuocat suos, quosq; toties cum honoris præfatione citat, nec ille tamen solus. Quorum autem attinebat poetarum facere mentionem, quasi horum præsidijs emendauerim uanum nouum

- Nouum Testamentum, ac non potius ex ueterum orthodoxorum autoritate, quos tota probat ac legit ecclesiã.
- 25 Post hæc graui autoritate Thomæ, nescio cuius, nam Aquinatis non puto, qui scripsit commentarios in philosophicam consolationem Boetij: probat quod asserit, poetas præcipitandos, quod Boetius laceras dixerit camœnas, nec animaduertit, quod illi lacerare dicant scribenda, quodq; toto opere lyricis uersibus ludit: nec omnes abigit, sed scencas duntaxat: nec abigit in totum, sed in lectu duntaxat graui, qui remedium præsentius desiderat. Ignoscam, si quis Musas contemnat, ut contempnit Boetius, uerum hic poeti cõtemnit, ut aurum ac gemmas alini.
- 26 Porro quod Boetius camœnas elegas, quæ lectum præ se ferunt, laceras scripsit, hic ad uniuersam accõmodans poeti cõtemnit, ait laceras bifariam dici: ac siue, quia lacerant mentes hominũ, & falsiue, quod non nitantur rationis fundamento: utrunq; ex æquo stultet.
- 27 Ac longius euectus, quoniam elegantiã non pendet à ratione, sed ab autoritate, prouocat nos, ut propositis duobus exemplis, hinc ex poetis, hinc ex sacris libris, aut uincamus, aut uincamur. Propono igitur illud ex Apocalypsi, *et dicit illi, uide dicit illi*, quæ uerba Ioanni tribuuntur, ne quid caussetur de interprete, Rursus è poetis illud: *Diuidium facti, qui cœpit, habet*.
- 28 Quanquam interim oblitus est, Augustino dici maiores, præcos scriptores, uidelicet Plautum, Salustium, Cicronem, aliosq; consimiles: atq; ab horum autoritate pendere sermonis elegantiam, non à spiritu sancto. Atque ad hanc autoritatem non respondet apostolicus sermo.
- 29 Ut ne dicam interim, quod Augustinus ex Fabio sumptum docet, orationis tres esse uirtutes, ut doceat, delectet, ac flectat, id ad Thomam autorem refert. Quis autem neget, hoc præstari posse à spiritu sancto, cum iste sine spiritu sancto tantopere delectet: licet nec docens, nec flectens, nisi ad risum?
- 30 Præterea stultissime ratiocinatur. Hactenus usa est ecclesiã hac translatione, quæ si tollitur, caruit spiritu sancto. Ego uicissim colligam, Ambrosius caruit hac translatione, caruit igitur spiritu sancto.
- 31 Imò hoc uerius donum spiritus accedit, quo plus bonarum rerum accedit ecclesiã. Olim literis atque eloquentia, olim opibus ac ditio carebat ecclesiã, nunc accesserunt, at non ideo suam sponsam deseruit Christus.
- 32 Is sermo rusticanus ac simplex, quo traditum est nouum Testamentum ab Apostolis, conueniebat illis temporibus, nunc fortassis expedit, ut nitidior tradatur, modo simplici.
- 33 Atque interim tota hac argumentatione solocismos, quos habemus in nouo Testamento Latino, atque etiam mendas, quas non paucas istius sodales inuexerunt, ad sacrum spiritum autorem refert, sed impudentissime, cum id nec in apostolis fieri conueniat.
- 34 Postremo syllogismo plus quam Chryssipæo rem conficit: eloquentia pendet ab autoritate, non est igitur scientia: sed utrum ab autoritate minorũ an maiorũ: non à minorum autoritate, igitur à maiorũ, sed nemo maior spiritu sancto, igitur non licet aliquid inuouare in nouo Testamento. Quis hæc legens, non risu diffuatur?
- 35 Ad hæc calumniatur, quod in epistola quadam ad Dorpiũ, doceo proceribus ecclesiasticis maiori curæ fuisse peritiã linguarum, quam sophisticas, aut Aristotelicæ philosophiã, cum nominatim de linguis cauerint, tanquam omnino necessarijs, de sophistica aut philosophia non item, Imò in decretis in dubium uocetur, magnis autoribus eam improbantibus. Hic mihi triplex impingit mendacium. Imò omnis, inquit, sapiens docet sine philosophia scripturas sacras intelligi non posse. At ex his omnibus nec unum profert. Quod si proferat, ad me non pertinet, cum ego de cautione decretorum loquar.
- 36 Tam fatetur, dubitatum de philosophicæ studio, at non improbatum. Idem ego dico. Certius igitur est, de quo decretum est, nec unquam dubitatum.
- 37 Item negat à magnis autoribus improbatum philosophiã studium. Id non negabit, si legat Origenem, Hieronymum, Ambrosium.
- 38 Sic autem hic mecum agit, quasi damnarim philosophiã studium cum eam contulerim tantum cum usu linguarum. Certe negari non potest, donum linguarum datum apostolis, ceu necessarium ad Euangelicam prædicationem, Philosophiã Platoniam aut

Aristotelicæ cognitionem datam non legimus, etiam si moderatum huius studium uehementer probō.

19 Ridiculum uero, quod interpretem, hoc est translatores uult absq; ulla ueterum autorum lectione suam elegantiam à spiritu sancto petere. Et enarrationem, quod est excellentius munus quippe prophetiæ, negat cuiquam contingere, nisi præsidio philosophiæ Aristotelicæ.

40 Hanc primam ut uocat conclusionem ita claudit, ut dicat omnes poetas fuisse fures & latrones, qui postea uenerint. At qui pleriq; poetæ Christum præcellerunt: nec distinguunt poetarum genus, ut uideatur Damasum, Gregorium Nazianzenum, Prudentium in hunc ordinem detrudere.

41 Deniq; uelut oblitus sui, fatetur in libris sacris abesse elegantiam, sed ita deo uisum, per stultitiam seruare genus humanum. Neq; autem quenquam sanctorum ausum mutare stilum interpretum, cum id ausus sit Hieronymus, cum iam interpretatio Septuaginta quingentis ferme annis publico ecclesiæ usu esset recepta. Præterea non ueritus est intolerabilem auribus Hebraismum mutare, quem adhuc uidemus in libris, quos scripsit Augustinus de locutionibus ueteris instrumenti.

42 Qui negat, inquit, hanc translationem esse Hieronymi, damnat uniuersum orbem, omnes ordines, omnem statum. Ipsa etiam Romana Ecclesia fatetur suam translationem esse Hieronymi, atq; præfationes eius præmittit. Sic ille. Doceat quod tam fortiter assue rat, nec Romana Ecclesia unquam de hoc pronunciauit, ~~etiam si in hoc~~

43 Quorum igitur attinet conuicium quod in me torquet, Nonne omnes hi mendaces, & hic solus uerax? Quasi solus hoc dixerim, quod plus sex milia doctorum fatentur.

44 Sed adduntur Hieronymi præfationes. Quid noui, cum doceantur quamquam alii quot ex his Hieronymi non sunt.

45 Deinde exigit, ut doceam, ab Hieronymo quædam reprehendi, quæ nostra habet æditio. Imò legat ipse Hieronymum, & meam si potest, refellat uanitatem.

46 Negat ecclesiam errare posse. Continuo ne errat ecclesia, si tuus codex deprauatus est: Et tamen quædam accedere possunt ecclesiæ, quæ antehac nescierit, neq; nos affirmamus in hac esse translatione quod fidem subuertat orthodoxam, esse tamen quod operæ precium sit admonuisse. Lege nostra, & nisi sexcenta loca comperies, antehac abs te tam docto uiro non intellecta, me in ius uoca.

47 Scandalo es, inquit, orbis, dum nouas recepta. Imò maximi & optimi quicq; mihi gratias agunt, & qui prius oblatrabant, opere lecto desinunt oblatrare, sed offenduntur pauci superciliosi, qui nolunt quicquam uideri nescisse.

48 Ut demus, inquit, inesse errores, non oportebat in uulgus proferre. Imò maxime in uulgus efferendum est, quod oportet ab omnibus sciri.

49 Non potest, inquit, priuata persona non autorizata, nouam translationem cudere, ueterem corrigere. Primum opinor & mihi licere, si quid in sacris literis profecti in medium afferre, posteaquam in Theologorum ordinem sum cooptatus. Deinde nec nouam cudo, sed Græca uerbo, & uetus æditio omnibus ut erat, per me manet. Postremo ut nulla sim autoritate præditus, cum indoctis liceat sacros libros corrumpere, mihi non licebit emendare, nisi synodo cõuocata: sed fingat me episcopum, aut cardinalem esse, quid hoc ad præsens negotium, quod non mitra aut galero, sed linguarum peritia constat?

50 Quin & illud ridiculum, quod ait per hanc translationem cõuictos Hieronymum Hus & Vulfes, cum alter exustus fuerit, non reuictus, alterius libri non nisi post mortem damnat: quod si maxime uerum esset, non licebit igitur è sacris libris, si quid erroris irrepserit, tolleretur.

51 Si quid erroris est, inquit, secundum patrum antiqua testimonia fuerat emendandum. At qui id quod monet, maxime factum est à me: uerum hoc istum fugit, quia librum non inspexit.

52 Lepra, inquit, sacerdoti indicanda, cuius est iudicare. Recte, & ob id Leoni decimo mihi opus, cuius hortatu susceperam. Atque is per duos Cardinales studium meum comprobauit: cum illi uisum fuerit, delegabit cui uolet, ut nostri codices ab eruditissimis emendentur. Eam prouinciam mihi non sumo, licet ad id uiam struxerim.

Iam

53 Iam quod adducit de septuaginta cellulis, non uidet in Hieronymi caput recidere, qui eas uelut mendacium cuiuspiam extructas ridet. Si illorum translatio spiritui sancto tribuitur, impius Hieronymus, qui eam alicubi mendacium uocat, & tamen hic Hieronymi iudicium sequitur ecclesia, in plerisque ueteri instrumenti uoluminibus.

54 Eiusdem prudentiæ est, quod ait à Græcis libros ipsorum falsatos, ubi descuerunt à Romana ecclesia. Quæro quid erat causæ, cur eos omnes corrumperent? Porro cum nuper descuerint à Romana ecclesia, qui sit ut noui cadices illorum cum uetustissimis consentiant: qui sit ut Origenes, ut Basilius, ut Chrysostomus, ut Latini quoq; Ambrosius, Hilarus, Cyprianus, cum illorum falsatis libris consentiant, à nostris dissentiant: An horum omnium libros semel falsarunt Græci?

55 Porro quod ex decretis pontificijs obiecerat, noui testamenti ueritatē ex Gregorum uoluminibus examinanda esse, fatetur illis temporibus cõuentissē, his nihil minus, causam reddit, quod descuerint. Quasi uero defectio Græcorum, mutarit Græcorum euangelium.

56 Verum si ideo non est fidendum Græcorum libris, quod à Romana ecclesia defecerint, nec Hieronymi temporibus licuit ex Hebræorum uoluminibus emendare uetus testamentum, cum iam tum Iudeorum populus, non à Romana ecclesia, sed prorsus à Christo defecisset, quod ego arbitror aliquanto sceleratius.

57 Postremo si fidendum est tantum Græcorum libris, qui schismatici non sunt, horum exemplaria potissimum sequimur, quæ tamen à schismaticorum libris non discrepant.

58 Sed omnium impudentissimum est, quod cum ego scripsissem, Græcorum libros difficilius corrumpi quam nostros, hic fingit à me dictum, non posse ullo pacto Græcorum codices uitari: cumq; causam adduxerim, scripturæ Græcicæ difficultatem, quæ non solum apicibus, sed & diphthongis & accentibus constat, is mentitur hanc à me dictam causam, quod Græca lingua fallitatem non admittat. O perfrictæ frontis hominem, præsertim cum extet epistola nostra, non semel iam excusa typis.

59 Atque hic ait me contradicere Augustino, qui scripserit ab hæreticis Græcis solum Lucæ euangelium recipi. Quid istuc ad nos, si quos hæreticos habuerunt Græci? An ideo corrupti sunt codices Latini, quia apud Latinos existerunt hæretici? Nos in hoc opere solos orthodoxos sequimur, & tamen est ubi par sit & hæreticos audire. Rogo quod hoc nouum acumen est?

60 Infectatur quod scripserim, Græcos non discrepare à Romana ecclesia in his quæ noui testamenti libris explicantur, tantum olim de uerbo Homusij, tunc de ritibus quibuslibet, de potestate & paupertate Pontificis Romani disputare. Legat, inquit, Augustinum de hæresibus, & dicet quod hæcenus ignorauit. Quod obsecro genus enthymematit hoc est? quis nescit apud Græcos uarias hæreses extitisse, & antequam Græci Romanam agnoscerent ecclesiam, cum tamen orthodoxi haberentur? Nos de schismate agimus & in quibus nunc Græci discrepant, qui se à sede Romana submouerunt.

61 Quod si contendit à Græcis falsatos esse codices, utique corrumperunt ea, quibus refelli schismaticum dogma uideretur. Proferat igitur uel unum locum, qui isto nomine possit esse suspectus. Imò si quid esse potest suspectum in Græcorum uoluminibus, illa potissimum sunt, quæ pro Arrianis aut Origenistis facere uidebantur, in quorum uelodium; uel inuidiam sic uniuersa Græcia conspirasse uidetur, ut cū ex Origenis fontibus illorum scriptores hauserint sermō, quicquid tradunt dignum cognitu, tamen nihil magis uideantur habuisse studio, quam ut illius lucubrationes omneis funditus abolerent, quæ nobis ad cognitionem sacre scripturæ uel solæ fati esse poterant. Ut dissimulem interim, quod ita me iubet Augustini librum de hæresibus legere, quasi solus ille legisset, aut quasi citra illius iussum legere non potuerim, aut quasi non cõpluribus locis ex hoc uolumine citem testimonia.

62 Non mihi tempero, quin sicut acumen hominis, & eloquentiam tam perspeximus, itidem & festiuitatis gustum aliquem præbeam. Huiusmodi salibus in me iocatur homo lepidus & gratiarum alumnus. Hieronymus, inquit, ait: Tot sunt exemplaria, quot codices, hæc ist legunt, hunc illi, quem iste noster translator sumet in autoritatem? Certe Hieronymus sancte, in uanum impulit te Damasus papa in sudorē, cū erat Græcus codex & emendatissimus, quæ iste noster translator inuenit. Heu Hieronyme, oculos tūc nycitoracis habuisti

posse tempore Hieronymi scripta, non cudantur noua. Elegantiā autem, eloquentiam, ac sensum Hieronymi destruentia. Hæc ille.

80 Obsecro primū an istiusmodi coloribus depingit Franciscanos & pecunia egentes, uacui, uerbosi, inflati, & cætera.

81 Deinde num dicit à nobis mutilatum Hieronymum, qui prioribus additionibus per multa adidimus, nihil autem detraximus, præter aliquot locis falsos titulos.

82 Porro autem, utrum nos nouum cudimus Hieronymum, an ueterem potius restituumus? An sunt quidam adeo stupidi, ut putent hæc, quæ nunc legunt, Erasmi esse, non Hieronymi?

83 Tum an aliunde credunt nos emendasse Hieronymum, quàm ex uetustissimis exemplaribus, quæ uel ipso Hieronymi seculo scripta uideri poterant, si ullum extaret: neque tamen contenti unis exemplaribus. Hæc sanè in parte à doctissimis uiris, plus quàm credi possit sudatum est.

84 Quæ sunt autem hæc quæ Hieronymianam elegantiam eloquentiam, ac sensum subuertunt? Nisi isti nihil elegans uidetur, nisi quod ipsius sapit stilum.

85 Posthac uelut araneus obambulās, ex Moria quoque delibata, non nihil attrahit ueni, quam tamen dispeream si legit: sed admonitus à suo paracleto, negat à me satis purgatum, quod summum præmiū immortalitatis, insaniam quandam scripserim sub persona Moria: quod tamen statim inibi (tot uerbis præmolliō, ne quis offenderetur. Vult nos ad certam regulam loqui. Ad quam? non Augustini, non Hieronymi, non Cypriani, non Thomæ, non Petri Lombardi, quorum dicta uix exultantur. Theologia. An hæc regulam ab huius temporis scholasticis peramus? Ipsi inter se non consentiunt. Fateor de rebus sacris circumspicere loquendum, an de rebus profanis, non puto.

86 Si non licet uerbis, nisi scriptura sacra, cur ausus est Thomas tot nouis & uerbis & rebus partim ab Aristotele sumptis, partim ex ipso confectis, de rebus diuinis non solum loqui, sed etiam pronunciarè? Vbi uero legitur in literis sacris, ecclesiam Christi essentialiter esse in conuocatione omnium fidelium, representatiue in Cardinalibus uirtuū liter in Pōtifice Romano, ut hoc ex multis millibus unū exempli gratia proferam. Quod si non licet similitudinem conferre, quæ nō sit in sacris literis, quid faciemus omnibus priuatis orthodoxis, qui innumeras adducunt nouas docendi gratias? Neque quisquam clamat in opus cuiusdam prædicatoris insulsissimum, quod omnes Ouidianas fabulas ad Christum accommodat, imò detorquet. In me blaterant, qui Silenos detorserim ad Christum & Apostolos, paulo sanctius quàm ipsi factas tractant literas.

87 Quod autem piaculum, si stultitiam deo aut Christo tribuo, quod ante me fecit Paulus, & post hunc non uno in loco Augustinus? An ne Pauli quidem uerbis uti licebit? Utinam eam stultitiam quam Christo & Apostolis tribuimus, nostris Episcopis omnibus uere tribuere liceret.

88 Sed hic fac sis attentus. Inuenit homo quo me prorsus iugulet. Quoniam, ut docerem, quomodo Christus sese ad nostram imbecillitatem demississet, scripseram in Christo quiddam infirmum fuisse, & nostris tributum affectibus, stultissime somniat, me perturbationes animi uiciosas tribuere Christo. Atque hic, ceu uictor, ouationem agit, clamitans subinde me maculam aut rugam ponere in Christo, totusque hic hominis sermo, præter maculas ac rugas nihil crepat.

89 Deinde cum ex Thoma docuisset, animi motus secus fuisse in Christo, secus in apostolis, sic in ipso. Si Erasmus sciisset distinctionem passionum Christi & Apostolorum, in hanc sententiam non deuenisset: Quasi non ante annos ferme uiginti pluribus uerbis id explicarim, disputans cum Coeto, aut quasi hoc ex me non potuerim scire, etiam si non docuisset Thomas.

90 Pergit & illud arrodere, quod Eccliam piorum, quem Plato sacrum furorem appellat, scripserim gustum quendam esse futuræ beatitudinis, qua absorbebitur in deum, in illo magis, quàm in nobis futuri. Atque hic nescio quos Turlupinos ac Begardos nobis ingerit, qui docuerint, animam absorberi ab diuinitate: quemadmodum minima aqua guttula, missa in dolium uini, absorbetur à uino. Item qui doceant omnia futura, sicut fuerunt ante creationem mundi. Quid ad me pertinet, si quid delirant istius Turlupini aut Begardi?

Dixi

Dixi animam absorberi à deo, quod tota in illum rapiatur amore, & anima magis illic est, ubi amat, quàm ubi animat. Sic autem rapitur, non ut euanescat, sed ut perficiatur.

91 Relicta Moria, transit ad Enchiridion, ubi adhortans, ut animum sequamur, non corpus, quod illa parte dei geramus imaginem, inter cætera scripsi, Secundum animam a deo diuinitatis sumus capaces, ut ipsas etiam angelicas mentes liceat præteruolare, & unum cum deo fieri. Item in hanc sententiam (nam liber non adest) Si animum non haberes, peccus cras: si corpus non haberes, numen eras. Id uidetur calumniari uelle, quasi senserim animam humanam particulam esse diuinæ naturæ. Sed quid opus manifestam sycophantiam refellerem?

92 Reuersus ad Moriam, negat consequi, aliquid stultum est dei, ergo deus est stultus. Quæso lector, ne quid offendare uerbis, cum sensus sit pius, huc enim ille me uocat. At bene consequitur, est stultitia dei, ergo deus aliquo modo stultus dici potest. Est nigrædo corui, ergo coruus niger est. Nam stultum illic pro stultitia positum docuimus & ex Augustini lectione.

93 Sed interim non animaduertit hyperbolen Pauli, qui stultitiam dei uocat, ad collationem æternæ illius & ineffabilis sapientiæ: cum nobis exhibuerit, ea quorum utcumque capaces esse possemus. Ut autem suscepit Christus nostram infirmitatem, ita & nostram stultitiam aliquo modo assumpsit.

94 Postremo loco quod de Ecclasiarum discipulorum calumniatur, indignum iudico quod sit refellendum. Is Ecclasiarum imaginatur, ubi quis totus à corporeis sensibus abreptus est. Delirant homines & timore & gaudio, ut nesciant quid loquantur, aut qui alioqui sibi exciderunt. Dicitur est autem de Petro, quod nesciret, quid loqueretur. Id mihi satis erat in opere ludico. Neque enim rem Theologiae, sed Moria tractabamus.

95 Ait doctores constitutos ad glozandum Hieronymum & Augustinum, non Erasmus. Quasi illis plus ueni debeat, quod maiores fuerint nobis: cum hoc potius debeat tur imbecillioribus. Citius enim ignoscimus puero quàm uiro. Et magis indulgemus Augustino & Hieronymo in his quæ iuuenes prodiderunt. Bellum uero Theologorum negotium, si tantum in hoc laborant, ut quod à ueteribus utcumque dictum est, aliquo pretextu defendant. Si recte dictum est ab illis, cur nobis non licet eodem loqui modo? Cur in nobis reprehenditur, quod in illis probatur? Si non recte, cur illos defendunt, nos in eadem causa criminantur? Iam quale est, quicquid ab antiquis dictum est tueri, aut certe ad multa conuolare, in recentiorum libris nihil nō calumniari? Vide Martine charissime in quantum libello, quot deliramenta. Cum tamen ex multis pauca quædam annotarim, cuius operæ me iam sanè poenitet. Et tamen sibi fidens aude te iudicem facere, num quid ineptiarit, cum hic aliquanto plus sit ineptiarum quàm uerborum. En quales habet Erasmus præceptores. Atque hic est egregius ille liber, quem post decem illas conclusiones, quæ multorum, ut inquit, manus peruolarunt, elaborauit, eximio cuidam uiro dicaturus: iubetque ut tanta utilitas fidei ac probis amicis comunicetur. Denique ad palestram prouocat, si quis ausit manus conferere, pugilemque requirit, saluis tamen egregijs tanti uiri studijs, quæ non nisi magno orbis malo queant intermitteri. Imò mala scabie male prurit miser, & querit cui sese affricet. Qui sapiet, abstinere à contactu. Ego sanè nondum sic odi hominem, ut eum uelim doctis omnibus deridendum propinare, etiam si hoc cupit ipse. Tu mi Lypsi fac admoneas hominem, ut posthac ocium suum paulo melius collocet. Si probus est admonitus resipiscet, sin deploratæ mentis, relinquito illum suo morbo, ipse in sanctis autoribus euoluendis uersari malis, quàm huiusmodi nœnijs atatem contere. Bene uale. Anno M. D. xviii. Nonis Maij.

CVTBERTVS TONSTALLVS ERASMO S. P. D.

IX tandem Hispaniarum rex in regnum nauigauit, et ego ex Selandia cum meis uix saluus redeo, usque adeo tetro & plane pestilenti cœli illius infestatus odore, ut multorum dierum inedia, accedente febre nondum omnino depulerim. Tres ex ministris, atque his quidem comodiorebus ex febre prius decubuerant, quæ illinc discessit, quos nisi consulente medico cœli mutandi gratia, statim amandassem, omnes ante hunc extulissem diem. Magno deciderim uel nunc facerem.

I ros sal

ros saluos. Neq; haec mea fors folius. Magna pars auilicoru agrotabat: habenda est deo gratia, q; rex euaserit. Ex purpuratis afflicti certe aliquot, ita nemine non uexati dimisit illa insula. Strygem arbitror no longe illinc abesse, ea est aquaru nigritudo atq; amarulenta. Si domi te in oppido cotineas, undiq; ex uicina glebularu fumus (his nancq; uicelig norum utitur) nares opplet. Haec ex uliginoso & falso effusa solo, quatum uis arefactae sole, dum ardent, fumu reddunt in ipsa penetrante praecordia, pectus, nares, caput, omnia tentantem. Audui ab indigenis, uestrates Hollandicas ex initiore erutas solo, thus olerer praec illis. Quod si fastidiu oppidi leuare obambulatione uelis (id quod interim facit are consueui) uia ipsa imbre conspersa uel leui, tenacijs omni uisco pedem moratur (nam ne in cuiusc; fundum aut prati diuertas fossaru altitudo uetat) & ut ad aggeres in littore extructos arcendo mari, tandem peruenias (quae una iucunda est ambulatio) prius q; illo peruenias, praeter sexcetas fossas tibi transeundu erit, quibus linum macerat, quae foedo odore longe superat omnem sentina. Quantulu cloaca putent praec illis? Ad haec praeter eiusmodi fossas itide in urbem reditus recreatione, si quam habuisti, tollit, & tristia denuo domu remittit. Tota plane regio duobus passibus est mari humilior in summo aestu; & nisi aggeres arcerent, marinae beluae in comessantes atq; inuice propinantes incolae irrumperent. Ad haec incumoda uitanda praesidium unice esse aiunt, totos haurire congios, remediũ certe mihi grauius omni morbo. Nosti enim quam facile in eo genere certaminis herba porrigo. Sed quid facio, qui tam frugifera insula, tamq; portuofam infamo tacitis que in laudatione eius dici possent? Vis icire: luuat aliqua uia me de illa uindicare, atq; omnem ex eius caedio concepta bilem in illam ipsam effundere. Itaq; nunc eius uyluuey reticebo in uindicta. Sed ut serio tecu agam. Gaudeo me tandem contenti redditu, ubi coelum salubrius. Et ut patietur cocussa ualbedo, paulatim adrepam in patria: meos hic relinqua grauius afflictos, quam ut sequi possint. Deum optimu maximum precor; aliquando coualescant. Apologia abs te misam, qua Fabro respondes, una cum tuis literis accepi: atq; aliquot ante diebus alteras acceperam, quibus te illi responsum significasti, sed citra stomachum. Quod certe te praestitisse gaudeo; decreueram enim te hortari, ut theologu, hoc est mitem, ageres in respondendo. Quod ille in sua causa pronunciatis, atq; arrogantius opinionem ingerens suam minime praestitit, quasi non sit futurũ, aliorum potius & posteritatis de ea re iudiciu. Quanquam de ueritate neque illi, neq; cuiquam mortaliu cendum tibi unquam putauit. Quod uero a cornicula tuas pennas in exordio Apologiae repetis tam modeste, recte facis. Expecto quem colorem dicet, sed perfricabit frontem puto. Hominẽ mihi uidere contigit in Italia, modestu sane, ut tum uidebatur, & cyclopaediam illam quam adeptos magisterij nomine Parisij honorant, penitus callere dicebatur. Nam quod Graecas literas attigerat, aeditis ab eo comentarijs in Paulinas epistolas primum intellexi. Fortasse cum aliquot errata r̄p̄v̄ēē r̄p̄ik̄ōy in sacris literis deprehendisset ex Graecis fontibus, operapreciu putauit ad famam parandam, quod luscus inter caecos paulo clarius cerneret, aeditis comentarijs admonere posteritate. Qua in re probõ hominis institutu, si id praestare potuit; praemium enim eius rei uelut in sacris certaminibus uictori cuilibet est propositu. Sed quod in eodem stadio currentem, quicq; longe relicurus uideretur, maligne supplatate uoluerit, minime mihi uidetur factum probe, nedum theologicæ. Hic fortasse ex suis Parisijs orbem terrarum metitur, ubi quanquam aliquot in lingua Græca doctissimos, & seculũ ornantes nostrum uidet, non eam uel copiam Græcis literis operam dantium, uel eum honorem his habitum, ut speret aliquado redituram priscam eruditionem. Atq; ideo fieri potest, ut ad aeditionem fuerit paratior, quod deploratae posteritatis censuram non est ueritus. At si scisset quã nũc in Italia, Germania, Hispania florent ea studia, ex Horatii puero consilio librum, nonum pressisset in annum, nisi forte illam utriusc; linguæ peritiã est adeptus, ut prouocare magis quã timere cuiusc; censuram debuerit. Quam an sit conuolutus, aliorũ sit iudicium. Nullum enim eruditionis eius in eo genere specimen, praeter Paulinas epistolas, mihi uidere contigit. Verum enim uero, quis non uideret unde hæc est orta malignitas? ~~Prope... Notam...~~

~~...~~ ita gloriosam quam aditione sua aucupabatur, tibi uel erepta, uel imminuta doleret. Sed gratulari magis suo seculo debuit, quo prisca repullulant studia, quam eorum imitari morem, qui pertinacia quadam nolunt cedere, cu contendere per imbecillitatem non possint. Sed quid no facit ambitio: hic humanum impedit in uitium. Tuam esse arbitror, τῶν γρηγοριου θεολογῶν more; ignoscere. ~~...~~ Quod nuicias Strabonem, Pindarum, Pausaniam, utrunq; Testamentũ Grecis caracteribus proditurum ex Aidi officina, lætitia quadam incredibili me perfudisti. Prospicio futurũ, ut in omni studiorum genere posteritas cum antiquitate certet: quæ si non erit ingrata, magnam his habitura esse gratiam, quorum industria renascuntur ea studia. Quo in numero cum tu sis futurus, perge bene mereri de posteris qui nomẽ Erasmi perire nunquam sinent. Vale Brugis. x viii. Cal. Octobris. Prius quã hanc obsignatam epistolam, unum ex meis amiseram, cuius ego salutem omnibus meis fortunis redemissem, cuius animæ deus sit propitijs. De reliquis adhuc dubia spes.

ERASMVS ROTERODAMVS CVTBERTO TONSTALLO,
serenissimi Anglorum regis apud Catholicum regem oratori S. D.
LVRI MVM tibi debet nostra Selandia, quam tua illa tam graphica ὠμοτυπῶσαι nobilitasti. Sed tamen hoc illi debet, quod te uel semiuuum remisit. Famulitum tuum afflictum doleo. Tu uero etiam... etiam cura, ut incolomis tua reddaris Angliæ, ne caeteris rebus ex animi sententia gestis, hoc parum ex sententia cedat, quod omnim maxime referebat. Quae scribis de nostra ad Fabrum Apologia, quanquam scio animo abs te scribi amicissimo: mihi, tamẽ bis molesta fuerũt, uel quod ueterem animi dolorem refricant, uel quod tu hac occasione minus aliquanto quã uellem, uideris tribuere Fabro, uiro quo uix in multis milibus reperiis uel integriorem, uel humaniorem. Hac una in re sui dissimilis fuit, quod amicũ immerentem tam atrociter impetijt. Quis autem omnibus horis sapit inquam? Atq; utinam mihi licuisset aduersario parcere. Nunc duobus crucior nominibus, & quod cu tali amico coactus sum manus conferere, & quod... quosdam de Fabro minus candide sentire, de quo cupiam omneis quã optime sentire. Porro quod nobis tantũ tribuis, quantum domi non conspicio, tum uo amanter, tum tuo more facis, sed non hic tantũ largus ac munificus. Theologos Louanientes candidos & humanos experior, atq; in his praecipue iouannem Aentenem, huius Academię cancellarium, uirum incomparabili doctrina rarãq; praeditum humanitate. Non est hic minus eruditionis theologicæ quã Parisijs, sed minus sophisticæ, minusq; supercilij. Bene uale, Louanij Anno M. D. xvii.

RICARDVS SAMPSON REVERENDISSIMI CARDINALIS EBORACENSIS APVD NERVIOS commissarius, Erasmo suo S. P. D.
I VEL tu Anglice calleres, uel ego aliam quãcunc; tenerem linguã, qua mutuis literis tecum mihi colloqui liceret, mi Erasme... hauridquaquam Latinas ad te darem literas, cum... ~~...~~

Nec ego in praesentia... Latine scripserim, plane rudis & totus quidem aduena, quantum ad cultiores literas attinet, nisi me omnino tu impulisses. Etenim in posterioribus illis literis tuis, ad Ioannem Molendinum nostrum (quas mihi tradidit modo nudius quartus lectitanda) me cum tuis uerbis salutaribus, non modo patronum, sed unicum quoque tuum patronum me appellare uoluisse. Vide sum affectus non inediti pudore, cum tamen caetera maxime delectarent omnia.

Si mea tamen opera, quantum ad te, non tibi duntaxat potest uisus esse, sed etiam per te, ut bene uolentem habet, tu es neminem, uel amicorum tuorum quantum. Me scribis tibi pro quibus amicis uel ex illis, si tamen inter tuos hunc amicum digneris ascribere. Quamquam pro tua humanitate, certe scio, non longe inferiorem non contemnes, quando tantum abest ut eodem in ludo, quod aiunt, simus docti, ut ego literarum fere expertus, tu quidem uel ex conuicio princeps omnium sis solus, qui nunc luce fruantur, id quod ego praestare caeteris diligentibus iudico. Neque non possum esse tibi amicissimus, cum eos omnes, qui mei sunt amantes, non ignorem tui pariter amatissimos esse. Est enim singulari in me beneuolentia Baro illustris Montisiois, & tibi ut scis, toto pectore deditus. Praeterea Tonstallum & comi grauitate, & rara doctrina uirum. De Pacae nihil quidem est quod ego referam; cum praeter excellentem eius eruditionem, tanta sit etiam in omnes humanitate, ut homini nihil possit optari suauis aut melitius. Quem ego praeter alios (ut nunc est etiam & apud regiam maiestatem, & apud reuerendissimum Cardinalem autoritatis maxima) amicum patronum & aduocatum habeo. Non par est autem praeterire Morum nostrum, uel potius omnium, qui quantum ualeat, uel eruditione, uel ingenij festiuitate, neminem fugere potest, qui uel Vtopiam, uel alias illius lucubrationes uelut perlegere. Taceo de ipsius in quotidiana uita facilitate, comitate, facillimis colloquijs, atque omnium honestissima morum probitate. En quales amicos mihi tecum communes, sed ita communes, ut tamen eos mihi non debeas. Quamquam ipse satis es unus, ut te summo opere diligam. Vale, Tornaci sexto Nonas Martias, Anno M. D. XIII.

ERASMVVS ROT. EXIMIO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI, RICHARDO SAMPSONI S. D.

INGENS ut scribis Richarde, uerae necessitudinis argumentum est, quod tot eximios amicos habemus inter nos communes: praesertim cum eos neuter alteri conciliarit. Proinde res occulta quadam fatorum uel geritur, quamquam & alioqui uehementer sim inhumanus, ni te cum primis amem; qui cum mihi pridem Cantabrigiae, nuper Tornaci, nunc in Cantabrigia fuerit consuetudo. Quod si in Cantabrigia non fuisset, iam non inhumanissimus modo sim, uerum etiam ingratisissimus: nisi Sampsonem inter praecipuos patronos meos ascripserim, qui nec rogatus unquam, nec postulatus mihi nec opinanti, nec expectanti, praebendam Tornacensem pararit. Nam quo minus affectus sim, non tu, sed mea absentia fuit in causa. Proinde puto me nihilo minus in solidum debere, quod per te non steterit quo minus possideam. Reuerendissimus Cardinalis per benigne pollicetur, uerum haec aetas non moratur lentas spes. Etiam si mihi iam contigit, quod huic animo, quod huic ocio fatis est. Vehementer gaudeo uobis probari Paraphrasin, cum primis autem Ioanni Molendino, homini naris emundae. Ille tibi meis uerbis salutem annuntiat, et omnes uelut sim nunc illi praestabis, & quidem accurate. Bene uale. Louanii Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS CLARISSIMO AEGIDIO Catholici regis a rationibus S. D.

Q Vot ornamenta in uno perdidimus homine? Facile diuino, quo tu animo mortem germani feras, quam uniuersus bonorum atque eruditorum chorus unice doleat. Sed quid profunt inanes querelae, quid inuitiles lachrymae? Huc nascimur omnes. In epitaphijs, nec illius meritis, nec meo animo satisfeci. Lacesiui Musas, sed frustra. Tot iam annos uerfor in hoc genere studiorum, quod ab amoenioribus illis literis est alienissimum. Vereor aures tuas longe terribilissimas. Sed tamen obsecutus sum animo uestro, ne uiderer unquam deesse Buslidiano nomini, si non placent, retentabimus, si qua Musarum tandem adesse dignetur; neque tamen dubito, quin omnes quibus bonae literae cordi sunt, hunc unicum studiorum patronum pro sua quisque portione sicut immortalitati commendaturi. De collegio instituendo, caue te patiaris abduci a sententia. Mihi crede, res ea cum omni studiorum generi supra quam dici possit, conducet, tum Buslidiano nomini iam per se multis modis illustri, non mediocrem decoris, ac lucis accessionem adiunget. Bene uale. Louanii Anno M. D. XVIII.

EPITAPHIVM AD PICTAM IMAGINEM CLARISSIMI UIRI Hieronymi Buslidiani, praepositi Ardensis, & consiliarii regis Catholici, fratris reuerendissimi patris, ac domini Fracischi archiepiscopi quondam Besontini, qui Louanii magnis impendijs instituit collegium, in quo publice tres linguae doceantur, Hebraica, Graeca, Latina.

IAMBOSI TRIMETRO.

Ο τίνος γράφας σώματ' ἠμορφῆν ἑλκῶς,
Ὀφελδὸν ἀγαλμα ζωγραφῆν καὶ νόος.
Ἐσθλὴν αὖ ἐν πνεύματι μὴ πῶς πῶς,
Ἀρετῆν ἀπιστῶν ἔρατ' ἐγγύθην χρεόν.
Τὴν οὐδέθεαυ ἄξιότροπον πᾶν,
Τὴν σιμόπιλα, τὴν τε σωφροσύνην ἀμᾶ,
Τὴν χρυσότητά, τὴν τε παιδείαν κελήν.
Καὶ τῶτα ἅλλα μόν' ἑσπῆχ' ἰδόννυμ'·
Ὁ βροτῶδ' ἀπὸ οἰκίας σέλας μέγα.

TROCHAICI TETRAMETRI

Nominis Buslidiani proximum primo decus,
Itane nos orbas, uirenti raptus auro Hieronymes?
Litera, genus, senatus, aula, plebs, ecclesia,
Aut suum sidus requirunt, aut patronum flagitant.
Nescit interire, quisquis uitam honeste finijt.
Fama uirtutum perennis uiuet usque posteris.
Eruditio trilinguis, triplici facundia
Teloquetur, cuius opibus restituta, reffloruit.

THOMAS MORVVS PETRO AEGIDIO SVO.

M Icharissime Petre salue, misere cupio ecquid tu conalescas intelligere, quare res non minori mihi cura est, quam quiduis mei: itaque & inquiri diligenter, & omnes omnium uoces excipio sollicitus. Aliquot mihi meliores de te spes renunciarunt, seu (quod opto) compertas, siue ut desiderijs meis inferuant. Scripsi literas Erasmo nostro, eas tibi apertas mitto, signabis ipse. Nihil opus est quod illi scribitur, clausum ad te uenire. Vericulos quos in tabella tam inscite feci, quam illa scite depicta est, ad te perscripsi. Tu si digna uidebuntur Erasmo imperis, alioqui Vulcano dedas. Vale sexto Octobris.
Versus in tabulam duplicem, in qua Erasmus ac Petrus Aegidius simul erant expressi per egregium artificem Quintinum, sic ut apud Erasmus exordientem Paraphrasin in epistolam ad Romanos, picti libri titulos praeferreret suos, & Petrus epistolam teneret. Mori manu inscriptam ipsi, quam & ipsam pictor effinxerat.

TABELLA LOQVITVR.

Quanti olim fuerant Pollux & Castor amici,
 Erasmus tantos Aegidiumq; fero.
 Morus ab his dolet esse loco, coniunctus amore,
 Tam propè quàm quisquam uix queat esse sibi.
 Sic desiderio est consultum absentis, ut horum
 Reddat amans animum litera, corpus ego

IPSE LOQVOR MORVS.

Tu quoq; aspicias, agnitos opinor
 Ex uultu tibi, si prius uel unquam
 Vifos, sin minus indicabit altrum
 Ipsi litera scripta, nomen alter,
 Ne sis nescius ecce scribit ipse,
 Quanc; is qui siet, ut taceret ipse,
 Inscripti poterant docere libri,
 Quinc; uel color, uel uisus, uel odor,
 Quintine o ueteris nouator artis,
 Magno nō minor artifex Apelle.
 Mire composito potens colore
 Vitam ad fingere mortuis figuris.
 Hei cur effigies labore tanto,

Factas tam bene; ~~toluimus~~
~~Quid tempore malum uentios,~~
~~Quid hanc hinc seio post futura per~~
 Te fuit fragili indidisse ligno,
 Dandas materiae fideliori.
 Quae seruare datas queat perennes.
 O si sic, poteras tuac; fama &
 Votis consuluisse posterorum.
 Nam si secula, quae sequentur, ullum
 Seruabunt studium artium bonarum,
 Nec Mars horridus obteret Mineruā,
 Quanti hanc posteritas emat tabellam?

Mi Petre, quum omnia mirifice Quintinus noster expressit, tum mirificum in primis falsarium uidetur praestare posse: nam ita inscriptionē literarum ad te mearum imitatus est, ut ne ipse quidem idem iterū possem itidem. Quare nisi aut ille in suū aliquem usum, aut tu in tuum eam seruas epistolam, remitte rogo ad me, duplicabit miraculū ap-posita cum tabella: sin aut perijt, aut uobis usui erit, ego experiar meae manus imitator rem ipse rursus imitari. Vale cum lepidissima coniuge.

THOMAS MORVS ERASMO
 SVO S. P. D.

Hodie literas abs te accepi, simul ad Coletū atq; Rossensem unā cum libello, curabo q; primum ut perferantur, ne libellus amittat gratiam nouitatis. Quum epistolam legerē, mirabar cur nō ad Cantuariensem quoq; scripsisses, ut rem tuam ipse tractares apud eum, apud quem profecto, ni fallor, nemo alius tantū potest. Quanc; si per me malis et efficacius putas a presente rem agi posse, q; per epistolam, libentius id faciam q; iusseris: sed non erit perficiendi facultas tam cito q; ego tuam rem uellem fieri. Nam hoc solenne est apud nos, a legatione redeuntem, recta regem petere, nec obiter ad quenq; diuertere. Ad hoc negocia nostra tam lente procedunt, ut uerear ne sit diutius hic morādum, quā aut speraui, aut e re sit mea: nisi forte nihil uidebitur hic spei, quare sit manendū. Interim tamen si tu uoles, res agi potest per literas: nec dubito quin uelis. Sic agam ergo, ut deponatur huius anni pensio apud Maruffum, & syngrapha mittatur ad te. Sed de redimenda pensione mihi certe non uidetur agendum: cum quod nemo est qui debeat redimere, nisi is qui, ut ego audio, nihil habet unde possit: tum quod uereor ne archiepiscopus sic interpretetur, tanq; a nobis animū prorsus abieceris. Quam ob rem de redemptione rursus cogita: si decreueris, ego non deero. Interim ipse de solutione tractabo, nec mihi uideris facturis male, si tuas etiam literas addideris, id quod fortassis expectat. Gaudeo Paraphrasin sub praelo esse. Inuideo mediū fidius Louanio, cui tantum contigit beneficium, quantum, ut uideō, pax agnoscit. Sed is de quo scribis, aut ego fallor, aut nunquā mutabitur. Constantinus planē sentit, te nimis bonum esse, qui ei toties deceptus pergas credere. Pacius ad huc non redit, neq; scire possum quando sit rediturus: sed neq; comintsci queo, quid habeat negocij. Certe quantum inquirendo comperire possum, iam diu nihil est, neq; cum Imperatore, neq; cum Eluetijs, nec tamen licet remigrare domū, cum plus, opinor, q; animum iam Constantiae defederit. Miror ab illo nō reddītum tibi librum. Scribam ad eum hac de

hac de re diligentissime, neque enim quicquam est quod malim perfici, uel literarum causa, uel mea. Vale mi charissime Erasme. Gaudeo uerliculos meos in tabellam tibi placuisse. Tostallus hendecasyllabos plus satis laudauit, hexastichon moderate. Sed id fraterculus quidam ausus est etiam reprehendere, quod uos Castori & Polluci conferebam, quos dicebat potius cōparari debuisse Thesēo ac Pirithoo, aut Pyladi & Orestis, qui quod uos estis, inuicem erant amici non fratres. Ego fraterculum ne uera quidem dicentem potui ferre, refectus hominis bonam operam malo epigrammate.

Duos amicos uerlibus paucis modo,

Magnos uolens ostendere,

Tantos amicos dixeram, quanti olim erant;

Castorq; Polluxq; inuicem.

Fratres amictis, ait, inepte comparas;

Ineptiens fraterculus;

Quid ni inquam, an alteri est quisq; amicior;

Quam frater est fratri, potest?

Irrit ille inscitiam tantam meam;

Qui rem tam apertam nesciam.

Est ampla nobis, inquit, ac frequens domus;

Plus quā ducentis fratribus,

Sed ex ducentis, pereō, si reperis duos

Fratres amicos inuicem.

Iam iterum uale. Calet quinto Nouembris raptim, ualde festinante tabellario, urgente opinor illum auriga.

ERASMVVS ROTERODAMVVS IACOBO FABRO
 STAPVLENSI S. D.

Oculis me idemq; optime Iacobe Faber, iam unis atq; alteris literis testatus sum, quā acerbe feram hanc ansam obtigisse maledictis, de nobis garriendi. Praesentebam hoc malum nasciturum. Sed quia non erat mihi integrum non respondere, e duobus malis, quod leuius uisum est, delegi.

Nunc quod unum superest, oro te per Christianam charitatem, per sanctissimorum studiorum communem amorem, per utriusque famam, quā ex amicitia lege par est utrique cordi esse, ut cōmuni studio, malo huic quā licet medeamur, ne latius serpat incendium. Vides homines ad malum procliuēs, undecunq; diffidorum causas arripere. Nullum est penē conuiuū, in quo non hinc pro Fabro aduersus Erasmus, hinc pro Erasmo aduersus Fabrum disceptetur, praesertim ab ijs qui rem penitus ignorant. Sparguntur tuo nomine diuersae uoces, alij praedicant abs te parari recriminationem, alij negant dignari responso Erasmus. Rursus alij dicunt te non improbare, quod me defenderim, alij e diuerso inculcare temeritatem meam. Ego quod ad me pertinet, haud multum laboro, utrum respondeas, nec ne, modo ab odiosis istiusmodi dictis temperes, quae nec tibi decorum est in amicum iacere, nec mihi integrum dissimulare. Caeterum molestum est, nostra causa seri dissidia inter Christianos, exultare nostra dissensione eos qui tuis aequae ac meis studijs infensi sunt. Non uoco te ad palinodiam, licet indignis modis sim laceratus, tantum epistola quāpiam testare, te ueri uestigandi studio decertasse, caeterum inter nos esse animorum concordiam. Quod si non placet, denique malim te respondere, quā silentio tuo partes iritare, modo ea utare temperantia, quae pristinos tuos deceat mores. Nullus mortalium audiuit me de Fabro loquentē, nisi tum amanter, tum honorifice. Tantum admirari me fateor, quibus rebus adductus ea in me scripseris. Neque secus sentio quā loquor, teste Christo. Bene uale uir optime. Louanij decimoquinto Calendas Martias. M. D. XVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS PETRO AEGIDI
 O SVO S. D.

Er nostram amicitiam, quā nō potest arctior esse, per tuam incolumitatem, quae mihi non secus atq; mea ipsius est cordi mi Petre, da operam ut reualeas, ut reuerfus te ostendam hilarem ac lubetem: Ita mihi demum uidebor

l 4 reuerfus

reuerfus incolumis. Tempera uictum, in reditum Adriani tui, cui me hercle plurimum fido. Est aliquid amico uti medico. Interim caue ne crebris pharmacis uitres nimium exhaurias. In primis tempera tibi ab omni uehementiori motu animi, ab immodico gaudio, ab intemperanti risu, ab ambulatione grauiore, a studio uehementi, sed ante omnia ab iracundia. Mi Petre, omnia uitæ posthabenda sunt. Fortassis hæc admoneo impotenti, sed utinam tam feliciter admoneam quam ex animo. Ego meum periculum conteno, modo contingat te reuultescere, hoc est, firmum ualidumque fieri. Bene uale cum suauissimi ma coniuge, dulcissimisque liberis. Louanij XV. Calend. Martias M. D. XVII.

DOMINICO GRIMANO CARDINALI TIT. S.
MARCI ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

Ampridem Paraphrasis in epistolam Pauli ad Rhomanos tuo dicata nomini, uersatur in manibus hominum, ~~sed in plerisque omnibus eundem~~ ~~per~~ Hæc est, ni fallor, tui genij potius quam operis felicitas. Hæc tibi non misit tibi uolumen, siue quod æditio prima mihi non admodum arrideret, siue quod tanto itinere non facile perferri sciam, si qua quid habent oneris. Hunc libellum ex officina Basiliensi eleganter excusum periclitari uisum est, si forte nondum ad te perlatum fuit opusculum. Id si sensero gratum, imò probari tanti uiri iudicio, mox ad reliquas epistolas similiter explicandas accingemur, ad quod laboris me passim extimulat studiosorum efflagitatio. Accipio sublimitatem tuam mihi literis respondere dignatam de Noui testamenti uolumine, quod per errorum quandam Basilea miseram, adhuc ab officina madens, uerum eas ante biennium ferè missas, nondum uidere licuit, siue id perfidia factum est, siue infelicitate mea. Cardinalis sancti Georgij epistola, sic aberrauit per Ammonium in Germaniam missa, ut nunquam peruestigare quiuerim, quò deueniret. Tua una cum ipso Ammonio perijt. Bene ualeat tua sublimitas, cui me meaque studia uelut optimo patrono commendo. Scribam breui copiosius, certiore aliquem nactus. Louanij postridie diui Marci. Anno M. D. XVIII.

IOANNI LASCARI CONSTANTINOPOLITANO
ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

Ir omnibus ornamentis clarissime, Hieronymus Buslidius, homo doctus ac potens, & huius regni decus incomparabile, in itinere Hispanico moriens, legauit multa milia ducatorum, ad institutionem noui collegij apud Louanium, Academiã hac ætate cum primis florentem, in quo publicitus & gratis tradantur tres linguæ, Hebraica, Græca, Latina, salario satis magnifico circiter septuaginta ducatorum, quod tamen augeri possit pro ratione personæ. Hebraeus iam adest, & item Latinus. Græcam professionem complures ambiunt. Verum meum consilium semper fuit, ut ascisceretur Græcus natus, unde statim germanam Græci sermonis pronuntiationem imbibant auditores. Ac meæ sententiæ subscribunt auctores huius negotij omnes, mihiq; mandarunt, ut suis uerbis accerferem, quem iudicarem ad hoc negotij idoneum. Quare te rogo, uel pro solita tua erga nos humanitate, uel pro tuo erga bonas literas fauore, si quem nosti, quem existimes & mihi, & tibi futurum honoris, cura ut quam primum huc aduolat. Dabitur uaticium, dabitur salarium, dabitur locus. Erit illi res cum uiris integerrimis & humanissimis. Neque minus fidat his meis literis, quam si centum diplomatibus res esset transacta. Inter bonos & absque syngraphis bene agitur. Tu cura ut deligas idoneum, ego curabo ne hominem huc uenisse poeniteat. Bene uale doctissime clarissimeq; uir. Louanij, postridie diui Marci. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS GONELLO SVO S. D.

Ratum erat tuum munusculum, gratior epistola tam amica, gratissimus animus, nihil etiamnum immutatus diutina consuetudinis intermissione. Clementem summe spei iuuenem meis uerbis admonebis, ut ab intempestiuo studio temperet. Memini q; ille sit libro affixus, præsertim ut à nocturna scriptione quantum

tum licet abstineat, & si forsitan ob Cardinalis negocia cogere scribere, stans & erectus scribere assuescat. Nolum hoc ingenium ante diem perire, malimq; seruari studijs, quam Cardinalicis negocijs impendi. Bene uale. Louanij X. Calen. Martias. Anno M. D. XVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS RICHARDO
PACÆO SVO S. D.

VERE splendidam uestræ Britannia regiam, sedem & arcem optimorum studiorum ac uirtutum. Et uobis mi Pacæo gratulor talem principem, & ipsi principi gratulor, cuius regnum tot ingeniorum luminibus illustratur. Vtroque uero nomine gratulor uestræ Angliæ, cū alias multis modis felici, tum istis sic excellenti titulis, ut nulla regionum cum ea queat conferri. Nunc deum iuuat uniuersam ætatem apud Anglos exigere, ubi fauore principum regnant bonæ literæ, uiget honesti studium, exultat aut iacet, cum fucata personataq; sanctimoniam, sutillis & insulsa doctrina quondam ~~ἀγροδότης~~ ~~πρωτοδουλοῦ~~. Grocinum deficere doleo, sed rursus uideo pro uno tam multos breui suppullulatos. Quod negocium meum tam amanter egeris, ueterem tuum in me animum libenter agnisco. Utinam liceret hanc pro uinciam adendi Nouum testamentum alteri committere. Verum hoc quicquid est mortarij, quando intrinsecus, mihi totum est exedundum, quæ res istis ~~ματαιολογίαις~~ uertat male. Utinam mihi magis incidisset in mentem, de hominibus q; de portentis benemereri. Cum Louanienfibus theologis mihi probe conuenit. Coloniensis academia dissidijs inamcentis conflatur. Dentata chara res agitur. Iamq; & meum nomen paulatim admiscet. Curritur sursum ac deorsum personati præcones, scedum rumorē spargentes in uulgus, impudentissime mentientes, quod illis commodum bonumq; est apud eos qui nihil omnino de renorunt, non magis quam ipsi. Dorpius mihi uidetur ex animo factus amicus. Adnitur ut ante hyemem uobis restituar, si modo reditum dabunt superi. Paraphrasis rursus excusa est Basilea. Apologia qua Fabrum placo, nuper Basilea prodijt, cum annotationis fampridem excusa Argentorati. Precor deum Opt. Max. ut tibi istum animum, te nobis diu seruet incolumem. Louanij, Anno M. D. XVII. decimo Calendas Martias.

ERASMVVS ROTERODAMVS HENRICO BOVILLO SVO S. D.

IDEO mi Bouille tantam hominum peruersitatem & ingratitude, ut propemodum in animo sit, edito rursus Nouo testamento, mihi canere & Musis. Conspirant personati quidam histriones, qui Curios simulant, & procul allatrant coram nemo uerbis. Spargunt in uulgus, talibus scurris digna mendacia, perinde quasi hoc ipsum essent professi, famam alienam mendacis suis contaminare, qualisq; pro hierophantis sycophantæ esse decreuerint. Nunc mihi non est ocium, sed si pergant, accipientur ut digni sunt aliquando. Vos istic pro me & Fabro inter uos concertare doleo. Scripsi nuper homini, ut aut epistola quaptam ædita testetur inter nos conuenire, si pudet ~~παλινοδότης~~, aut respondeat si quid habet quod defendat, modo temperet à tam amicis ac peramicis dictis, quibus antehac in me iulit. Nunc illius silentio magis excitari dissidium uideo, dum quisq; pro suo animo suspicatur. Rixarum nullus est finis. Quod si hoc mali coniunctum est studijs, mihi ualebunt potius. Dormire præstat quam scribere. Bene uale doctissime Bouille. Amicis omnibus salutem dico, nominatim Vachano & Briano. Louanij IX. Calendas Martias, Anno M. D. XVII.

ANGLORVM REGI HENRICO EIVS NOMINIS
OCTAVO ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

ALVTEM & immortalitatem serenissime rex. Cellitudinis tuæ munus multis quidem modis mihi gratissimum fuit, siue quod per se inges, siue quod à rege profectum, præsertim ab eo rege qui non minus honestissimarum rerum studio, q; ditionis opulentia sit eximius, cuius probari iudicio magniscentius sit, q; inaurari munificentia. Tamen hoc nomine mihi præcipue fuit gratum, quod ueteri tuo de nobis suffragio, quo saepenumero Erasmus non minus amantem q; honorifice tua maiestas ornauit, ceu pignus quoddam accessisse uideretur. Ac uelut hoc parum

hoc parum sit uisum tuæ erga bonas literas benignitati, ultro fortunâ offers perpetuam, eamq; non mediocrem. Quam equidem adeo non recuso, ut uel gratis sub tali principe merere cupiam, apud quem ut quisque bonis literis, uitæq; integritate maxime præcellit, ita gratia et auctoritate plurimum ualet, cuius aula Christianæ disciplinæ sit exemplum, sic eruditissimis uiris celebrata, ut illi nulla non inuideat Academia. Deum optimum maximumq; precor, ut et istum animû tibi perpetuum esse uelit, et te regno quàm diutissime tueatur incolumem, ut plurimis annis sub optimo florentissimoq; principe, ueris bonis floreat uigeatq;. Nos cogimur edendis uoluminibus Noui testamēti, quatuor menses impendere. Eo negotio confecto, totos nos tuæ maiestatis dedicabimus obsequijs. Louanij septimo Calendas Maias. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI GROLIERIO
APVD INSVBRES QVÆSTORI
REGIO S. D.

GO GROLIERI uir clarissime, ut illustrium tuicq; similium uirorum amicitiam, si uel offeratur ultro, uel bona qua piam fortunâ obtigerit, autidissime soleo amplecti, utpote rem omnium meo quidem animo longe maximam ac felicissimam, semel amplexus pertinacissime tueri gaudeo: ita nequaquam mihi moris est, ingerere memetipsum in cuiuspiam familiaritatem, quippe qui sic natura abhorream ab omni genere ambitionis, ut nec illud ambire sustineam, quod unum in rebus humanis ambiendum duxerim, si quid omnino iudicem ambiendum. Nam dic mihi per Gratias, quæ possessio potest homini contingere uel honestior, uel tutior, uel iucundior, q; syncerorum planeq; amicorum. Alij fructibus prædiorum, annuoq; censu suam felicitatem mectuntur. Ego mihi pulchre locuples, atq; ipso etiam Croeso uideor beatior, qui diuersis regionibus tam multos possideam amicos, & integritate spectatos, & eruditione celebres, & dignitate præcellentes. Hos quandiu superi propitij mihi uolent incolumes esse, non possum mihi non opulentus, non fortunatus uideri, quantumuis alij fortunæ meæ tenuitatem contemnant. Quod si nouus amicus ueterum numero accreuerit, eximio quodâ lucro rem fortunatamq; meas auctas arbitror. Cum Gulielmo Budæo; qui cum iam olim mihi uulgaris intercessit amicitia, nuper archissimo sanctissimoq; necessitudinis foedere sum copulatus. Atq; is secum duos ornatissimos uiros, Deloinum et Ruzeum in societatem traxit. Musas omnes iratas habeam, ni magis mihi placeam hac accessione, quam si me rex catholicus episcopi dignitate locupletasset. Atq; hoc animo cum sim, quod unice apud me concupisco, tamen ambire non possum. Et tamen hunc inexpugnabilem ingenij mei pudorem uicit, extuditq; Iulij Calui uel improbitas, uel eloquentia. Siquidem is sic institit, ut Grolierium meis literis lacefferem, sic inhaesit, sic ursit, ut uolentem nolentem quiterit in obsequij percellere, & uelut obtorto collo, quocumq; lubitum esset Erasmus pertrahere. Rursus idem tam rara facundia, tuas egregias uirtutes mihi deprædica uit, ut accensus ultro sequerer trahentem, ac penè etiam præcurrerem. *τι γὰρ αὐτὸν ἔραβον*, cum ille mihi bellissimis coloribus, quos illi tuæ dotes affatim suppedtabant, artifice linguæ suæ penicillo, sicutum animi, tum corporis tui simulachrum non delinrarit modo, uerum etiam expresserit, absoluerit, oculisq; subiecerit, sic totum Grolierium uelut Apelles quispiam in tabula, seu uerius in speculo repræsentarit, ut minus conspecturus fuerim, si te coram & cominus oculis quamlibet curiosis collustrassem. Adiuuit natiuam facundiam, mirum quoddam hominis erga te studium, ut autore Fabio, bonam eloquentiam partem peccatis subministrat. Efficax quidem ac præpotens dea *ἡ δὲ*, non abs re prisca dicta flexanima, sed eadem prorsus inuicta & impotens est, si Cupidinis adminiculo roboretur. Ut ille me rapuit, ut accendit, ut inflamauit, ubi proluxa, sed suauissima tamè oratione nouum quendam herosa depinxit, corporis atq; animi dotibus iuxta felicem, omnibus Rhamnusiæ ornamentis eximie cumulatum, nullo non uirtutis ac decoris genere suspiciendum uenerandumq;. Ad hæc, ea morum ciuilitate modestiaq;, ut ipse magnitudinem suam solus nescire uideatur, ea benignitate munificentiaq; in omnes probitate literisq; commendatos, ut tantam felicitatem alijs habere, non sibi credi queat, uelut in hoc ipsum diuinitus æditus, ut de uniuersis studijs, studiorumq; cultoribus bene mereat. Sic enim ueterem illum Mæcenatē, in cuius laudes à tot eloquentissimis uiris est decertatum, huic nostro seculo refert, ut non solum doctos omnes

omnes colas, prouehas, foueasq;, uerum etiam eruditorum chorum non minus ornes tuo contubernio, q; patrocinio subleues. Deligis ingenia quæ diligas. Atq; is sanè mihi demum uidetur diligere, qui iudicio diligit. Id tibi sic acerrimum est, ut nihilo secius candidum: rursus ita candidum, ut noris quid intersit inter Homerum & Chærilum, inter Maronem & Meuium. Iam uero pulcherrimum illud arbitror tuæ uirtutis argumentum, quod rex Christianissimus perspectam habens tuam istam integritatem ac sapientiam, cum eruditione non uulgari coniunctam, adhuc ætate uirenti tantis negotiorum molibus præfecerit. Sed longe pulchrius quod quæstoris munus per se inuidiosum, æquitate morumq; tuorum suauitate plausibile gratiosumq; reddideris, in quo iam diu sic uersaris, ut principij tuo nuper armis partam gloriâ duplicaris, dum ita fungeris magistratu, ut Italus intelligat & apud Gallos esse, quibus non pudeat parere, imò quibus uolentes ac libentes pareant, qui non nisi uirtuti parere didicerunt. Hisce rebus commemorandis, iam dudum inflammatum, magis etiam ac magis accendit animum meum noster Caluus, nullum non mouens lapidem, quo me totum in tui raperet admirationem, dum productis uoluminibus ostendit uiros eruditione præstantes, certatim nomē Grolierij suis lucubrationibus asserere, satis illustre, satisq; splendidum existimantes cuiusq; clarissimus ubiq; Grolierij titulus præluxerit. Neq; enim arbitror eximie uirtuti ullo opus esse præconio. Mediocria fortassis eloquentium hominum ingenio commendantur, ut stellarum lumen lucerna quis adiuuet, sol ipse sibi præluxet, ostuscans quicquid externa lucis admoueris. Nos strum agimus negotium, dum lucubrationes nostras talium nominum lenocinio commendamus. Non tu libris, sed tibi debent libri, æternam per te apud posteros memoriam habituri. Quod si maxime ad nominis immortalitatem literarum auxilijs egeret incluta uirtus, nihil erat necesse aliunde petere, quod tibi domi est, qui sic literas faues, ut sis inter literatos literatissimus. O uere magnam & regno dignum animum. O felicem Galliam, quam tot modis nobilitas, felicem Insuliam, cui tu iuxta celebratissimum Platonis elogium, simul & magistratum exhibes & philosophum, sic rempublicam, administras, ut interim studiorum omnium antistitem agas. Quid multis agam ornatissime Grolieri: Fateri pudet, & tamen silere non possum. Gestiebat inter hæc animus, magnam felicitatis accessionem sibi pollicens, si contingeret Erasmus inter tuarum uirtutum præcones ascribi. Et ardebat hæc cogitanti, blanda quædam spes ex singulari tua humanitate concepta. sed rursus dum in sinum meum expuo, & expendo q; sit mihi domi curta suppellex: O improbum, inquam, somnium, quid habent nostræ Musæ plus q; Caricæ, Grolierij gloria dignum? *ὄν τινα πρὸς αὐτὸν* Iouē effingere. Verum iam penè despondenti animum, Caluus animum reddidit: primum omnibus rhetorum locis exaggeras tuam incredibilem in studiosos omnes humanitatem, deinde propensum quoddam ac peculiare studium erga meum ingenium, meosq; qualescunq; libellos. Cuius rei cum per omnia sacra deieras, fecisset fidem, coepit urgere homo uolentissimus, ut te uel epistolis prouocarem. Mihi uero quiduis potius uisum est, q; committere ut hominis incomparabilis amicitiam neglectis extemporarijsq; literis uiderer auspicatus. Quid enim tum poteram aliud: à Fladrico itinere fessus, & in Germanici provinciam sic occupatus, ut non paulo molestius esse putarem, profecionem adornare, q; profecionem peragere. Aio rem non modo cum tui iniuria, uerum etiam cum meæ famæ periculo coniunctam uideri. Vincere argumentis, nec tamen desistit instare Caluus, ausus huius aleam omnem in sese recipiens, se præstaturum, si quid secus euenisset. Etiam cõpertum haberet nihil esse periculi, exploratissima sibi Grolierij fretus humanitate. Quid quæris? bene plaustrum perculit, ut uetus habet proverbium. Perfricui faciem, ausus sum autore Caluo facinus audax. Quod si bene uerterit, & Erasmus tuæ clientelæ non graueris adscribere, adnitar omnes ingeniosi mei neruos intendere, omnem tentare uenam, si quid forte gradus, & maximo Grolierio dignum possit exculpi. Fortassis quod negat natura, dabit tui studium, & quod noster non habet Genius, tuæ dotes suppedtabunt. Sin offenderit te nostra audacia, temeritatis culpam omnem in Caluum referas oportet, mihi nihil potes imputare, nisi quod uel homini facundissimo fidem habuerim, uel urgentissimo, planeq; uinci nescio cesserim. Deniq; non recuso quo minus hanc damnes epistolam, modo probes hunc in te animum, quem nunc utcumq; testat, alias locupletiori testabimur argumento. Bene uale clarissime, idemq; doctissime uir. Louanij VIII. Calen. Maias. An. M. D. XVIII.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS ANTONIO A BER
GIS ABBATI DIVI BERTINI S. D.

Vum multis nominibus iam olim tuæ benignitati debeo patrone incomparabilis, tum etiã hoc sum obstrictior, quod Morum animę meæ partem, penè chariorẽ, tam amanter acceperis. Adeo in literis ad me suis sibi plaudat, quod tuam uiderit amplitudinem. Quod quidem nõ ideo mihi minus gratum est, quod in te nouum nõ sit. & tamen illi licet amicissimo, non nihil inuidi, quod mihi non idein licuerit. Emoriar, si non hæc hyems mihi longo seculo uisa est longior, tam diu coccyzis fuit agenda uita. Quamquam nõ tam in nido uersamur, q̃ in pistrino longe omniũ odiosissimo. Nouum testamentũ rursus innouamus: ac si Christus aspirauerit, tale reddemus, ut & Leone Decimo, & posteritate non indignũ uideri possit. Quamquam interim tui copia non est, non deest tamen qui te nobis utcunque representet. Adest enim Antonius fratris tui filius, qui te non minus ingenij mansuetudine, quam nomine refert & exprimit. Musas omnes iratas habeam, si quid uel mentiar, uel blandiar: adolefcens mira indole summam spem de se præbet. Quodq; rarum est inter felices, bonas literas deamat etiam, nosq; literarum amat gratia. Visit nos subinde, bibliothecam nostram suspicit, Fleri ceruinam misit, cum epistolio, tam eleganti, tãtum humanitatis præ se ferente, ut mihi longe ferina fuerit gratius. O felices literas, si talibus herouibus placere cœperint. Imò felices nobilitum imagines, si ad generis splendorem, literaturæ decus adiunxerint. Ab hoc cardine præcipue pendet orbis felicitas, si principibus maxime cordi fuerint, quæ sunt optima. Summus Põifex, quicquid ubiuis est in signum ingeniorum allicit, ornat, euehit. Et scio & fateor, me nihil esse, si cum eruditus uiris componar, & tamen nescio ob quam eruditionis opinionem, quam mihi lucubrationes meæ pepererunt, cum proxime essem in Angliã summa cum humanitate complexus est rex, fortunam obtulit haud asp̃ernandam. Complexus est Cardinalis Eboracensis, non passim comis aut facilis. Nuper bis ad me scripsit episcopus Traiectensis, proxime Leodiensis, minatus se huc uenturum, si se nolim inuisere. Archiepiscopus Maguntinensis totam epistolam suis articulis depinxerat, quo certius animi erga me sui studiũ declararet. Episcopus Basiliensis ad regni, ut ait, sui confortiũ inuitat. Ac misere timeo, ne me rex Catholicus Indiæ faciat episcopum. Sed extra iocum, ex animo gaudeo hoc animi esse magnatibus, non mea causa, sed omnium, qui si pergãt, multo melius agetur cum rebus mortalium. Qui has perfert literas, theologus est, non minus eruditus quam ceteri, sed minus superciliosus, uir integer, humanus ac festiuus. Huic obtigerat sacerdotium Enseledense, uia nominationis, ut nunc loquuntur, id menses iam aliquot possidet, conuenit illi cum eo cui tua celsitudo, idem hoc sacerdotium cõsulerat, si modo tuus ac cesserit fauor. Mauult hoc temporis atq; operę rebus melioribus infumere, quod litibus esset conterendum. Aequum est peculiariter huic fauere Academicę, uel quia nostra est, uel quia his sanè temporibus omnium florentissima, uel quia te quoq; quondam fouit aluitq; & nũc duos nepotes tuos alit. Nominationibus minimum uexabitur amplitudo tua: una aut altera defungetur: quo minus grauatim largiaris hoc alinus optimus, optima nutrici tuæ. Ad hæc, is est Theodoricus, ut si hominem pernoctes, in nullum malles collatum istud, quicquid est beneficij. Habebis debitorem neq; male fidei, neq; ingratiũ, uel me sponsosem offerrem, ni iam olim sic tuus essem, ut obligatior quam sum, esse non possim. Magnam illi spem facit, tua nulli non prædicata, multis etiam comperta humanitas. Hanc ut hic quoq; experiatu maiorẽ in modum te rogo. Mitto Paulum apostolum Rhomane loquentem, & multo quam solet explanatius. Instituitur hic collegium trilingue ex legato Buslidij. Sed obstrepunt nonnulli, qui, quod sunt, bilingues esse malunt, iam uetuli p̃saci, quibus mutandæ linguæ spes non sit. Bene uale patrone optime. Louanij postridie Id. Anno M. D. XVIII.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS HENRI
CO GLAREANO S. D.

Eminæ tuæ literæ conduplicatam mihi uoluptatem attulere, mi Glareane in paucis chare. Patris mortem æquũ est æquo ferre animo, præsertim tam longauũ. Fortunã istam tibi gratulor, sed ut perpetua sit precor. Solẽt enim ista prin-

ista principum donaria *πρόσκειρα*. Quod fugã adornas, doleo. Vereor enim ne dum illa persequeris, id quod est in manibus elabatur. Fortasse præstiterat, rem testamentariã fratri cõmittere. Certe fac ut sciam, quãdo uelis proficisci, forsã ibimus unã. Fabro te charum esse gaudeo, uero mea sententiã doctio, integro, & humano, nisi quod in me fuit sui dissimilis. Id aliorum instinctu factum scio. Verum non erat eiusmodi uiri, cuiusquam impulsu, sic debacchari in famam hominis ex animo amantis. Id quod ipse potuisti ex perpetuo meo de illo sermone cognoscere. Meæ famæ non multũ nocuit, suæ male consuluit, id quod mihi sanè plusquam credas molestũ est. Molitur, ut audio Apologiam, ad quam nec adhortor, quod doleã belluis istis ansam dari, qui cum ipsi ob infantiam non aulint in harenã descẽdere, nos inter nos cõmittunt, arte uidelicet tyrãnica: nec rursus dehortor, ne uidear meæ causæ diffidere. Vnũ illud admonebis hominẽ, pro tua familiaritate, abstineat a talibus facetijs, alioqui sentiet me nõ esse edentulũ, & fortasse sero pœnitebit. Placuit libellus de tribus Magdalenis. Nolim tamẽ eam rem in tantam angustiam deduci, ut quisquis dicat, Christũ post triduum resurrexisse, loquatur contra ecclesiam, contra articulos fidei, contra omnẽ ueritatem. Nam in has Symplegadas ille rem coartat. Primum probatio qua docet *μετέ* ualere inter, non admodum est munita, *μετέ* *χρησας*, id est, in manibus, Vbi *μετέ* positũ est pro *πρὸ*. Et *μεδ' ἡμέρας* pro *καθ' ἡμέρας* alterius generis est quam *μετὰ τῶν ἡμέρας*, præsertim cum illud *μετὰ ἡμέρας* *ἔξ*, *μεδ' ἡμέρας* *ἡμέρας*, & huiusmodi orationes frequentes sint in nouo testamento. Postremo synecdoche, quam hinc arcere nõ licet, hanc quoq; difficultatẽ extricat. Surrexit post tres dies, hoc est, post tertium diem inceptum. Si contradicit articulis fidei, quisquis hoc dicit, & tot annis nemine contradicẽte legit ecclesia, cõsultius existimarim rem minus agere tragicę, præsertim cum synecdoche sit in promptu. Quod si ille primã noctem per allegoriam aut catachresin explicat, cur ueretur hic ab omnibus receptam synecdochen adhibere? Hæc mi Glareane, amico in illũ animo scribo, quicquid ille de me sentit. Si tibi nõ sit incommodum, admonebis hominem blande super hisce rebus: simulq; rogabis, ut si mihi responderet, mittat quam primũ exemplar meo sumptu descriptum, quo uel agnoscam lapsũ meũ, uel tuear. Semel enim sic icus ab illo, non debeo magnopere fidere. Et si ille potest instigari ab improbis, improborũ plena sunt omnia. Sin minus, nolim illum tibi uel pilo minus amicũ mea causa. Demiror Budæũ iamdiu nihil scribere. Vale animæ dimidiũ meæ. Louanij. Anno M. D. XVIII. Calendas Febr.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS

PETRO BARBIRIO SVO S. D.

H *τὰς χεῖρας*, sic res habet, ut scribis, qui libellos suppresserunt, idem suppressere literas. Nam primum Apologiã, mox Paraphrasin, meas adiunxeram. Canonicus ille Canius suapte sponte detulit ac misit pecuniã pensio/nariam, homo melioris fidei, quam nunc uulguis est mortalium. Idem fecit optimus ille Cantuariensis, etiam inscio me. Utinam mihi decem essent eiusmodi, eos sanè malim, q̃ quos Homericus optat Agamẽnon, decem Nestores. Ioannem meum Anglum in Angliã emandauĩ, qui mihi cum alia certa, tum equum alium quem commodum adducat. Is rediturus est ad pascha: interim me ad iter accingo. Plã neq; uereor, ne tuum istud uaticum me hic non reperiat. Sed tamen si quid obtigerit, relinquam hic probos amicos, ad quos quicquid delatum erit in tuto fuerit, Ioannem Borsalum, cui Latinæ linguę professio destinata est, Ioannem Neuium Hontisco tanum, Petrum Aegidium, cuius pater optimus nuper uita defunctus est, atq; ipse tenacissimo morbo affligitur, Nicolaum Buschiducensem, ludimagistrum apud Antuerpiã, Guilelmus Cardinalis Croius, unas atq; alteras tuas literas mihi reddẽdas curauit: quarum alteras Guido Morillonus tuo nomine scripsit. Sed quid ais: friget isthic Guido, iuuenis in regione tam calida: saltem adesset illi sua Nympha, ne totus frigore pereat. Atqui nobis hic persuasum erat, isthic esse totas regiones, ubi terra nihil nisi merum esset aurum, nec adesse formicas Indicas, auri custodes, sed liberum esse cuiq; quantum uelit fodere. Præsulem Theatinum saluam esse, gaudeo, nisi quod hunc quoq; frigere suspicor. Nam de Briseloto rumor quidam sceleratissimus me propemodum exanimarat, hominem abisse in campos Elysios, iamq; parabam Epicedion, quo tãtum orbis lumen è meo

ditio sublatum deplorarem, sed superioribus literis aspersisti aquam, animūq; reddidisti. Verum extra iocum, Summæ uoluptati mihi fuit summum illum meum Mecœnatem Ioannem Syluium tam belle ualere, uirū, ita me deus amet, immortalitate dignū. Cum theologis Alcedonia sunt, imò mira familiaritas. Pro Hieronymo palam agunt gratias, de Nouo testamēto nihil queritur, imò primores huius ordinis ingenue comprobant, tantum oblatrant scycophantæ nescio qui, sed procul & à tergo. Multos, ut aiunt, terret Fabri malis accepti exemplum. In quem tamē uiribus meis non sum usus, fauens etiā, quo ad licuit, aduersario. Mirū quid sit rei, ut ille non saltē priuatis literis sese uel excuset uel defendat. Passim mihi gratulantur Gallum deuicū, Germani, Itali, & Angli: nec tamen efficiunt, quo minus oderim meā uictoriā, nec admodū gloriosam in causa tam uincib; illi, & inuidie obnoxiam, quod amico detraxerim opima spolia, cui nunc etiā faueo, licet non usq; adeo, ut in illius gratiā, blasphemus in Christū haberi uelim. Proinde precor ut deus Opt. Max. ijs qui mihi bene uolunt feliciorē mihi gratulandi materiā suppeditet. Apologia iam quater est excusa. Deleat ille suā infectionē, ego quatenus possum prenam Apologia. Auferat ille tela, ego depono clypeū. Tollat ille uenena, ego desinā uti antidoto. Quod si quis aliorū me similibus dictis lacessisset, longe aliter fuisset acceptus. Homo sum, ubi uere lapsus ero, non solū agnosca erratum meū, uerum etiā admonitori gratias agā, infectatori cedam. Cæterū ubi simili impudētia conuicijs atrocissimis impetor, non committam ut posthac in me uelut inermē atq; edentulū, quiuis a fellis obrudat, quiuis sus obganntat. Faber unū me lacessiuit nominatim. Ego neminē adhuc lacessiui, sed uni lacessenti respōdi. Quidā aiunt illū suas colligere copias, ut bellū instaret, alij negant. Ego nihil malo q̄ pacē, præsertim cum illo, non quod illum metuum, sed quod ex animo diligā. Quod si repetat, ipse uiderit; sibi imputet, si parū ciuilitate accipietur. Adigat me Nouū testamētū, ut aut Venetiā adeam, aut Basileam. Nondū enim statui, utro sit eundem. A Germania tribus incōmodis deterreor, hypocausis, latrocinijs, & peste, quæ præter alios Lachnerum sustulit, officinæ Frobenianæ principē. Ab Italia cum itinereis lōgitudine, tum instans ætas. Sed quocūq; me contulero, faciā uti cognoscas. Extremā me Cancellario scribere, quoties tibi scriberem. Nam ipsum tot immersum negocijs, uerebar interpellare. Ego hic undiq; literis amatorijs obruor. Scripsit archiepiscopus Maguntinensis, semel atq; iterū episcopus Traiectensis, semel Leodiensis, semel Basocenensis. Inuitat ad cōplexus. Inuitat rex Angliæ, & huius Achates Card. Eboracensis. Inuitat rex Galliæ. Tantū est amatorū, ut difficile sit uel epistolis omnium respondere. Scripsi tamē Syluio Cancellario, tuo iussu, cui non parere uix satis tutum arbitror, ut es homo uolentus. Ex bilinguis hic omnes trilingues reddimur. Matthæus uir suæ lingue, in qua natus est, in paucis peritus, publice proficitur Hebraice, quasi parum hic fuerit ebriorum. Dorpius Hebraicæ factionis dux est. Videbis breui nouum seculum hic exoriri. Et exosculabuntur illum paulo ante lapidatum Erasmus. Etiam si Paraphrasis omnibus omnium calculis laudatur. Est aliquid uel unico libello placuisse tam iniquis ac morosis. Atq; utinam in talibus campis me cōtinuissem, in quibus non paulo plus erat gloriæ, multoq; minus laboris, sed satis mi Barbiri agimur, satis cedamus oportet. Ornatissimo uiro Haloïno, fac me diligenter cōmendes. Marlianum, Iodocū iuriconsultissimum, Guidonem Morilonum congeronem tuum meis uerbis etiam atq; etiam saluta. Cura etiam atq; etiam mi Barbiri, ut recte ualeas. Nam hic annus multos eximios uiros tui similes absumpsit, Marcū Musurum Romæ, iam archiepiscopū designatum, & ante hunc Paleotum Camillum, Lutetiæ Faustū immortalitate dignum. Apud Anglos Andream Ammonium Lucensem, omnibus egregijs dotibus cumulatam. Hi quibus astra sunt à consilijs, affirmant his annis quatuor, tantā fore pestilentiam, ut nulli sint futuri superstites, præter egregie doctos ac probos uiros. Quod si uerū est, ausim & ego uaticinium meum adiungere, miram fore uilitatem annonæ. Quo magis tibi cauēdum cenfeo ne sis de numero mediocrium. Ioanni Carundileto decano Bezontino gratulor, pontificij Panormitani dignitatem additam; & hoc magis gratulor, quod is semper honestis studijs impēse fauit, atq; hoc nomine mihi quoq; cum primis amicus ac patronus. Neq; dubito, quin illum sua uirtus breui ad maiora sit euectura. Adnitere, ut tibi quoq; gratulari liceat. Per longum est omnibus scribere, tu fac unus multarū epistolarum uice fungitor. Rursum uale. Louanij, pridie nonas Martias, anno M. D. XVIII.

DES. ERASMVVS ROT. MARCO LAVRINO S. D.

CCEPI literas tuas, imò meros amores, quid enim aliud sonat, quid aliud spirant? Mihi uero non minus in uotis fuit, frui cōsuetudine tua, quam tibi mea. Id, uti spero, nunc quoq; licebit. De conuicijs obtreclatorū, qui omnibus arrosis, nunc tandem in inconstantiā meam cauillatur, nisi fateor, utpote iam assuetus istiusmodi blateramentis, sed tamen risum ex parte Sardo-

nium. Nam mihi quidē aduersus istorū calumnias, ~~scripsisse me, sed non~~ Cæterum quis nō moleste ferat, obstinatā ac peruersam hominū ingratiudinem? Nulli magis indigent meis laboribus, q̄ isti qui sic oblatrant studijs meis, suis commodis. Nec ulli oblatrant ferocius aut immanius, q̄ ij qui libri nec op̄imentum unquam uiderunt. Fac mi Marce periculum, & comperies me uerum dicere. Vbi incidetis in istiusmodi quempiam, sine illum debacchari in Nouum testamētum meū, ubi destomachus erit ad rauim uelut ego, num op̄is ip̄is prolegentibus, si perfricta facie dicet se legisse, urge, ut locum proferat quem reprehendit. ~~Quidam tamen quædam quædam quædam~~

~~Quidam tamen quædam quædam quædam~~ tam quod cauillantur, ob id me parare nouam ædificationē, quod prius mihi non tantis faciat, fingamus ita esse, quid est quod reprehendant? Si studeam me ip̄o melior esse, & id facere, quod ab Origene, quod ab Hieronymo & ab Augustino factum est, præsertim quum id ingenue testatus sim in prima ædificatione me faciurū, si foret usus? Nunc non hoc ago, uerum idē m̄ m̄ior quod iam tertio factum est in adēdis Prouerbijs. Ad hæc, in translatione priore parcius mutauerā, ne nimis offenderem istorum animos nimium morosos. Nunc adhortantibus eruditjs uiris plusculum hac in parte sum ausus. Deinde locos immutatos crebriore autorū nomenclatura communiō, ne quid habeant, quod tergierentur *si diuina des.* Postremò loca tum festinātī præterita adijcio. Quod si quid interim incidet, quod eruditos ac pios offendat, non dubito mutare. Neq; me distitebor hominem esse. Contemnāt hanc primam ædificationem, nisi multos in ea locos explicuis, in quibus Thomas Aquinas hallucinatus est, ne quid dicitur. ~~Quidam tamen quædam quædam quædam~~

Verum tabula, ut sunt stupidi natura, cum morbo maledicenti, bis caeci, credunt (opinor) me totam hanc translationem, qua vulgo utimur, antiquare uoluisse, quam ego saepenumero Graecorum lectioni antepono. Imò, id tantum uerti, quod in Graecis repperi codicibus, in Annotationibus indicans, quid probem, quid secus. Age, fingat me nihil aliud egisse, tantum uertisse Graecorum codices, ut à Latinis Graecae linguae ignaris, possent cum aeditione uulgata conferri, quae si quid haberent quod reprehenderent.

Ostendo Cyprianum, Hieronymum, Ambrosium cum Graecorum exemplaribus consentire. Et tamen isti clamant perinde quasi piaculum admissum. Sed quorsum attinet, mi Marce, argumentis uti cum istis, qui studio occidunt oculos, ne uideant; occidunt aures, ne audiant? Abunde satis factum illis erat in Apologijs, si uelint cognoscere: si nolint, frustra tementis eis satis facere, qui calumniari malunt, quae discere. Sed constantiam in me desiderant homines seueri, quod audierint me Basileam aditurum. Quasi uero Basileam animi causa sim profecturus, aut antehac profectus sim. Aedidi Hieronymum, aedidi Nouum testamentum, praeter alia multa: & ut publicis commodis inferuirem, neglexi iter periculosissimum, neglexi sumptus, neglexi tantum laborum, quibus bonam ualitudinis ac uitae partem attriui. O miram inconstantiam, qui non maluerim apud istos deponere, sed Basileam adire.

Deligat, inquit, sibi ciuitatem in qua uiuat. Quid? an hic in solitudine Scythica uideor uiuere? an istis non uidentur esse in rerum natura, nisi quos assidue uidet in suis compositionibus? Illi, opinor, habeo sedem, ubi bibliothecam meam habeo, & si quid est supellectilis. Quod si publica utilitas hortatur mutare locum, pietas (ni fallor) laudanda est, non danda inconstantia. Si licuisset huius itineris necessitatem uel trecentis aureis redimere, non grauatum numeraturus eram eam summam. Nunc ita res ferebat; eundem erat. Nec unquam uerti solum, nisi aut exigente pestilentia, aut ualitudine cogente, aut honestae rei gratia. Solam Italiae mea sponte uisi, partim ut loca sacra uel semel adirem, partim ut illius regionis bibliothecis, & eruditorum congressu fruere. Eius inconstantiae nondum me poenitet. Iam ferme biennium perpetuum hic ago. Licebat amplissima spe sequi regem Catholicum: inuitatus sum, aureis montibus promissis à rege Gallorum: inuitatus sum humanissime à rege Anglorum, & à cardinale Eboracensi, ab Francisco archiepiscopo Tolerano, qui nuper decessit. Inuitatus sum ab episcopo Parisiensi, à Batocensi, ab archiepiscopo Maguntinensi, à Leodiensi, à Traiectensi, à Basiliensi, à Rossensi, à duce Bauariae, à duce Saxoniae. Non mentior haec, res cognita est per multis, & ex ipsorum ad me crebris epistolis liquet. Omnibus his neglectis, hoc agere perseverauit, quod erat in manibus: & inconstans uocor, qui, quod tantis uigilijs cecepi, cupiam absolui. Quod si constantiae uirtus in hoc sita est, ut quae diutissime locum eundem occupes, prima laus debetur saxi ac truncis arborum, proxima conchis ac spongijs. Non est in uitio commutare locum: sed perperam commutare, uitium est. Nec est uirtus diu mansisse in eodem loco: sed cum laude uiuisse. Socrati laudi dant, quae semper Athenis probum egerit ciuem. Nec tamè Platoni uitio datur peregrinatio. Ioannes Baptista nunquam egressus Iudaeam est. Christus confinia tantum attingit. Nec ideo inconstantiae damnamus apostolos, quae per orbem uniuersum obambulauerint. Nemo dānat Hilarionis errores, quod Paulus speluncam suam nunquam fuerit egressus. Quanquam quid haec exempla comme-

moro

modo illi quibus in eadem consensum, quippe, quia sic hoc patet in mutam de quo. Sed si... non cogit plus sapere quam uelit. Sed hos mi Marce, ualere sinamus. Nos pure Christianeque diligamus bonos, malos toleremus, si uinci nolunt, bene facit quidem. Reperient aliquando similes labra lactucæ. Continget malo modo malus ciuem, & dum fragili quaerunt illud edentes, illident solido. Mihi non est nec ociū, nec anīmus, cum hac lucrari scabie. Non lim te tuo incommodo huc aduolare, alioqui gratissimus futurus: ipse (ut spero) breui te uisam, dies aliquot acturus apud te, & animum expleturus tua consuetudine prius quam hinc abeam. Etiam si hinc abeo, non diu absfuturus. Si Basileam adeo rediturus sum proximo autumno. Si Venetiam, proximo uere. De Ioanne famulo meo demoror, teni nihil meminisse, quem in Angliam ante mensem misi: nam is, opinor, salutauit te. Bene uale amicorum integerrime. Louanijs postridie Paschæ. Anno M. D. XVIII.

DES. ERASMVVS RQT. M. B. AMICO NON VVLGARI

MICE non uulgaris, ut iam nunc pro tuo in me studio gratiam aliquam re-

feram; admoneo ne istiusmodi ineptijs bonas horas male ceteras, quin po-

teris hoc opere quod istiusmodi nanijs describēdis ac relegēdis impendis,

euoluendis Hieronymi libris imperti. Mihi nec animus est, nec ociū, omni-

bus omniū cauillationibus respondere: satis est si probor à summatis, atque

ab ipso adeo potestice summo, qui mihi pro laboribus meis per literas gratias egit. Non legi libellum sycophanticum, quem ad me misisti, sed alios eruditos audiu legentes. Omnibus risui fuit, & mihi quoque, in quem scriptus. Si faues auctori, uel potius sycophantae, sparge nugas illius in uulgus: nam hoc ambit, ut mecum congressus nobilitetur. Sin mihi faues, preme nugacissimas nanijs. Imò si isti uere faues, nam ipse gloriae ieiunio, suum ipsius optat malum. Multi sunt quibus magis opus est Hippocrate, quam redargutore. Ceterum quod uno in loco haeres & ipse de traductione, quamuis uarijs modis me poteram ueri, tamen ut uerbo rem expediam. Donemus hoc loco coniunctionem & non esse interpretantis: non pro fit mihi, quod in hoc, domum ducebatur uxor, ut concubitu copularetur, uide quam belle hic excusat lapsum. Cum traducere sit cum infamia dimittere, euasit, si traductio significet consensum domesticae consuetudinis: ueluti si quis cucurbitam usurpasset pro tergo asini, uideatur euasisse, si alius interpretetur illic cucurbitam, non pro tergo asini positam, sed pro clitellis tergo impositis. Quod si quis tergiueter traduci hic uulgari significato dictum pro deduci, quomodo traductio significat consensum, aut traducta consentientem? An idem est deduci, & assentiri ut abducaris? aut quid abductio uxoris sine coitu facit ad consuetudinem? Postremo cum consensus ille, quo coit matrimonium, semel in se complectatur, quicquid officiorum uterque coniugum deberet, unde nobis ista traductio à reliquis officijs separata? Consensus conglutinat matrimonium, coitus consummat, traductione nullus est locus. Denique non ipse Petrus Lombardus sic interpretatur, sed obscuri nescio qui, qui offensi hoc uerbo, ne nihil dicerent, hoc commentu suat. Quod si uides haec esse coacta detortaque, fateamur in genere Petrus Lombardum, traduceū uerbum, quod est apud Mattheum, accepisse pro coniunctione uxoris, praefertim cum is & alias manifestissime labatur in uocabulis, Iudaeorum aut alium huic similem secutus. Verum huiusmodi nugis obmissis, oblecta te bonis auctoribus euoluendis, qui te non solum eruditorem reddent, uerum etiam meliorem. Hic per me non nobilitabitur. Quod si ipse suas euulgarit ineptias, sibi ipsi acceptu ferat oportet, cum omnibus risui fuerit. Bene uale in Christo.

m 3

uires ad id negotij iustas addere. Iam annum excessi quinquagesimum, & ualredo per quam est imbecillis, & distringor uarijs studiorū laboribus. Si posthac contingeret isthac facere iter, cupidissime fruar optimi principis conspectu, tuarūq; consuetudine. Bene uale Stromeri doctissime. Louanij, natali Bartholomaei, Anno M. D. XVII.

DES. ERASMVVS ROT. THOMAE CARDINALI
EBORACENSI S. P.

MPLISSIME pater, non eram nescius, quam religiose tua celsitudo ma-
gnis etiā uiris sit adeunda, quamq; multis male celsitudo numina parum ri-
te compellasse. Verū hanc fiduciā mihi fecit rara quaedam & inaudita co-
mitas, quam ipse tum alias, tum nuper expertus sum, cum apud Britannos
agerem. Eximia felicitatis inuidia comes esse solet. At mira morū tuorum
facilitas omnibus exposita obuiāq; sic profusū tendit, omne excludit, ut homines non
minuamur, natura tuā bonitatem quae formae magnitudine suscipit. Verum ne
serijs negocijs occupatissimū nugis etiam meis diutius occupem, inno regia maiesta-
ti, libellum utcunq; adornatum, ea ferme complectentē, quae ad rectam principatus ad-
ministratiōem faciunt. Philippum Castellae regē, sub cuius nomine boni principis simu-
lacrum effinxit, serenissimus rex Henricus, eius nomen enclitice octauus, pueriuuenem
fratris uice dilexit, cuius mortē etiam suis ad me literis olim deplorauit, nō minus aman-
ter quam eleganter; cum Carolo nostro, praeter affinitatis copulā, tam arcis foederibus,
tam propinqua necessitudine, animorūq; fraterno cōsensu cōiunctus est, ut cōiunctior
esse nō possit. Porro tua reuerēda sublimitas regiae maiestati, regnū multo omnium florē-
tissimū longe felicissime administrati: hoc ipsum est, quod olim Herculi Theseus, quod
Achaes Aeneae fuisse legitur, ut nō inepte tria maxima simul & carissima inter se nomi-
na, liber unus cōplexus uideatur. At uolumen quod olim regi dicauerā, tuisq; manibus
obtuleram, nondū opinor per bellorū tumultus licuit euoluere. Sed iam dudū parta tran-
quillitate, intelligo illū ad literas, olim puero non infeliciter gustatas, redisse, ac subinde
cum libris colloqui non quibus libet, sed ijs potissimū, qui pietatem, qui regiam sapien-
tiam doceāt. Nam hoc magis sitit uirtutē, quo magis possidet. Proinde uetus munuscu-
lum renouare uisum est, eō quod dicatum non uideretur, quod nondū esset cognitum.
Adest & tuus libellus, tam exiguus quam ipse magnus es. Haud me fugit, quam utriq;
munus pusillum sit: quanquam tantis heroibus, quid alioqui non sit futurum pusillum.
Sed perfricui frontē, & humanitatis uestrae q; celsitudinis malui meminisse, & uisum
est ut utiq; refricare nostri memoriā, simulq; animi maiora molietis significatiōem dare,
quando interim nouum testamentū sic me totū habet ac possidet, ut aliud non possim.
Cui quidē operi certum est immori, aut ita tractare, ut tum mihi, tum Leoni P. M. nun-
quam intermoriturum famae decus sit pariturum. Non recuso quo minus hoc arrogan-
ter dictum uideatur, nisi re praestitero, quod polliceor. Huic sane labori haec hyems dica-
bitur, quam Louanij sum acturus, postea quam nec princeps adest, nec cācellarius Bur-
gundiae. Interim maiore in modum rogo, primū ut tua celsitudo pergat eo fauore, quo
coepit, Erasimum profsequi. Deinde & hoc quaecunq; munusculū serenissimo regi com-
mendare dignetur. Aut si id parum meretur ipsum munus, certe hunc animum tradere.
Rex catholicus hinc felicissime soluit, utinam eodem tenore cetera illi succedant in Hi-
spanijs. Apud nos uereor ne magna rerum nouitas exoriat, ni numinis fauor, princi-
pumq; pietas ac sapientia, rebus humanis prospiciant. Ammonij mortē acerbissime fero.
Quot in uno homine dotes perieret? Perijt & Hieronymus Buslidius, qui quidem apud
uos legatione functus est, & has primitias Orco Hispanico dedimus, cui iam nimium
saepe litamus. Bene ualeat tua reuerēda sublimitas, cui hunc infimum clientulum dili-
genter commendo. Antuerpiae. v. Idus Septem. Anno M. D. XVII.

DES. ERASMVVS ROT. ANGLIAE REGI HEN-
RICO OCTAVO S. D.

NCLYTE rex, inter innumeras ingenij tui dotes uereregias, planeq; he-
roicas, quibus laudatissimū parentē Henricum eius nominis septimū, non
refers modo, uerum etiam superas, alius fortassis aliud mirabitur, ac laudi-
bus uehet. Mihi nihil non suspicienti, illud in primis probatur, quod cum ipse pro rara
quadam

quadam animi perspicacia sapias plurimum, tamen prudentum & eruditorū, ac potissi-
mum eorum, qui nesciāt ad gratiā loqui, familiaribus colloquijs gaudeas, perinde quasi
Sophocleū illud alicubi legeris, nec dubito quin legeris, Σοφοί ἴσπανοί, ἢ σοφοὶ ὁμοιωταί.
id est, Reges sapientes redduntur, sapientum hominum consuetudine. Cum primis au-
tem, quod inter tot regni, imò mundi negocia, nullus tibi penē dies abeat, in quo non ali-
quam temporis portiōē libris euoluendis impertias, cumq; priscis illis sapientibus col-
loqui gaudeas, qui minime omnisi assentantur, atq; his praecipue libris, unde cordatior,
melior, regnoq; utilior discedas: longe dissentiens ab istorum opinione, qui existimant
egregios principes à nulla re magis abesse oportere, q̄ à libris studioq; philosophicis; aut
si quid etiam attingendum sit librorum, nihil nisi ridiculas, & uix mulieribus dignas fa-
bulas, meraq; stultitiā ac uitiorum iritamēta legi oportere; perinde quasi haec duo ex dia-
metro inter se pugnent, sapere, & principem agere: quum ita inter se cohæreant, ut si al-
terum alteri adimas, nihil iam relinquant, praeter inanem principis titulum. Cenatophio-
rum instar, quae nomina tantum & stemmata foris ostentant, quum intus uacua sint. Por-
ro quemadmodū cordatus & pius princeps omnibus sapit, omnibus uigilat, omnibus
prospicit in commune, ut qui publicum negociū gerit, non suum: ita par est, ut huius cu-
ras ac sollicitudines pro sua quisq; portiōe uirili conetur adiuuare. Et quo latius imper-
rat, hoc magis eget hoc officiorū genere. Eximia quaedam inter mortales res est monar-
cha, ac plane numinis instar, sed homo tamen. Ego uero, quando solis literulis meis hoc
officij pensum possum regibus persoluere, pridem libellum Plutarchi de ratione digno-
scendi adulatorē ab amico, è Graeco Latinum feci, tuarūq; maiestati dicaui per tuum Car-
dinalem, qui tibi in regni administratione id est, quod olim Theseus Herculi, aut Acha-
tes Aeneae. Verum quoniam id temporis in medias bellorum procellas, publica quaedam
ac fatalis orbis Christiani tempestas subito te abripuit, non satis uacabat (opinor) literis
attendere, quum res ferro esset agenda. Nunc igitur eundem, licet iam orbi publicatum,
ac tertium typis excusum, ad tuam celsitudinem mitto, neq; id absq; foenore. Siquidem
adiunxi Panegyricum Philippi Castellae regis praecōnem, cuius memoriam scio tibi sa-
cro sanctam esse, quippe quem olim puer iuuenē fratris uice dilexeris, quemq; optimus
parens tuus non titulo tantum in filium adoptarat. His adieci Principis institutionem,
quam Carolo regi catholico, recens inaugurato principatu, nuper obtuli. Non quod is
nostris monitis magnopere egeret, sed quod (quemadmodū in magnis tempestatibus)
quantumuis periti gubernatores, se uel à quouis admoneri patiuntur, sic princeps tot re-
gnis destinatus, nullius omnino cōsiliū debeat aspernari, quod sedulo proferatur ani-
mo, sequuturus quod ex omnibus factū optimū iudicari. Quod autem usquam fretum
tantos habet motus, quantos habent tumultus amplae ditiones? Aut quis unquam tan-
tas in mari tempestates uidit, quantas rerum humanarum procellas paucis hisce annis
uidimus? Et adhuc grauiores imminere uidentur, ni res, principum sapientia pietateq;
componantur. Postremo quando in cōsiliariorum ordinem ascitus eram, uisum est pro-
tinus hoc officio meo respondere munerē, & non una aut altera in re consulere, sed cōsi-
liorum omnium ceu fontes quosdam ostendere, egregie quidem indolis, sed adhuc pue-
ro principi. Nam ut tuarū maiestati monitis eiusmodi sit opus, tantum abest, ut qui atten-
tius tuam imaginem cōtempletur, absoluti principis simulacrum ad tui exemplar possit
effingere. Mihi tamen, quod scirem, ut nihil aliud accederet, duorum tibi clarissimorum
regum commemorationem non iniucundam fore. Deinde quod ea praecēpta, si salubria
suadent, regibus omnibus commēdabuntur, aut regum filijs, si senserint tibi, regum qui
hodie uiuunt, omnium cordatissimo, incorruptissimo, florentissimoq; non displicuisse.
Postremo ipse ingratiudinis culpam utcunq; effugero, si non desinam tuarū maiestatis er-
ga nos studium, qua possum sedulo testificari. Quid enim illi non debeo, toties ornatus
testimonio uocis tuae? Ad haec, quum isthic essem proxime, tam benignis conditionibus
inuitatus, tum ultro, tum regia prorsus comitate, quando hoc ipsum pro magno habeo,
quod huic homuncioni talis ac tantus princeps faues, quod agnoscis, quod amas. Maie-
statem tuam quam diutissime incolumē ac florentem tueatur principum Princeps Opti-
mus Maximus IESVS CHRISTVS. Antuerpiae, anno M. D. XVII. postridis
natalis. d. uirginis.

DES. ERASMVVS ROT. IACOBO FABRO S. D.

VI nostrum utriq; bene uolunt, optime Faber, utriusq; uicē dolent. Tuam cui tam sinistre, nescio quis deus, immiserit in animum: ut quum nihil esset causā, tam odiosa disputatōe me laefferes: atq; ita laefferes, ut mihi non esset integrum obticescere, nisi simul omnia illa crimina agnoscerē, sermonem Christo deoq; indignissimū, & sermonem seipsum undiq; elidentem, & omni ex parte se falsum esse declarantem, & sermonē intelligentiā propheticae aduersantem, & sermonem pro pestiferis Iudaeis facientem, unaq; cum illis Christum contumelijs afficientem, & sermonem Anticyris dignum: & sermonem, cui si pertinaciter haererem, haereticus essem: aliaq; id genus tam multa. Nam unum aut alterum eiusmodi telum fortasse dissimulasse. Meam uerō, qui alias occupatissimus, & ab hoc scripti genere maximopere abhorrens, compulsus sum cum homine mihi longe charissimo decernere. Ex aduerso gaudēt, qui nobis ac rectoribus studijs male uolunt. Habent quod utriusque obijciant, quo utriq; fidem abrogent, quo suam incitiā consolentur. Christum mihi parum propitium habeam, nisi non solum hanc necessitatem, uerum etiam hanc uicioriam, quam omnes uno ore mihi tribuunt, odi. Quam ob rem mi Faber, per omnia quae tibi sacra sunt, rogo, sit hic impij certaminis finis. *πάλιν θομῆν ἔμεινον ἢ λακῶς θομῆν.* Quod si omnino placet cum Erasmo confligere, ab ijs uerbis temperato, quae dissimulari non possunt. Nimirum deleuimus istos ueteris incitiā mystas. Mitto ad te libellum, si forte nondum uidisti: perlege attentius. Deinde teipsum tibi in consilium aduoca: nec aliena instigatio te perpellat eō, quo postea poeniteat peruenisse, & tuorum cohibe stilum. Ego meos hactenus coercui. Agamus pura uereq; Christiana sinceritate. In me nihil fuci repperies. Bene uale, Louanij, tertio idus Septembr. M. D. XVII.

HERNESTO BAVARIAE DVCI ERASMVVS ROT. S. D.

I M. Tullius omnium suffragijs uberrimus & in exhaustus facundiae fons fatetur eloquentiae uenam facillime inarescere, ni quotidiana legēdi dicēdiq; exercitatione sufficias, Herneste princeps, non tantum imaginibus inclyte, quid mihi credis accidisse, cui quum uix tenuis quidam orationis ritulus contigerit, iam anni complures in eo studiorum genere consumpti sunt, quod adeo ad expoliendam orationem non facit, ut quamlibet etiam benigne fluentem copiam possit extinguere, ac dictioni quantumuis nitenti, situm ac rubiginem obducere. Quid enim inutilius ad tuendam rhetorices politem, quam tumultuaria lectio ne sursum ac deorsum per omnes autores, eosq; interim inconditos raptari? Quod usq; nobis faciendum fuit in Nouo testamēto, in cudendis ac recudendis Chiliaadibus, in instaurandis Hieronymi libris. Proinde quo contractam hūc studijs orationis, uel scabri ciem, uel inopiam aliqua ex parte corrigeremus, dum proximo uere Britanniam adirem, Curtium itineris ac nauigationis comitem adiunxi, qui mihi olim puero lectus, mire candidus ac tersus est uisus, nec alius sanē uisus est ex tanto regustatus interuallo. Dolet mihi autorem lectu dignissimum *ἀκρίφαλον* nobis superesse, nimirum duobus primoribus libris amputatis, ultimo pluribus in locis trunco mutiloq;. Risimus interea Graeculam in historia uanitatem, quam tamē Q. Curtius subinde temperasse uidetur: & tamen quum huc omnes ingenij sui neruos intenderint, ut eximium quendam & inimitabilem principem depingerent, quid aliud nobis quam toties furiosum, sed ubique felicem orbis praedonem descripserunt. Neque enim ille periculosior erat uino temulentus, quam ira atq; ambitione. Et quo felicior erat impotentis animi temeritas, hoc erat rebus humanis perniciosior. Mihi certe non magis placet Graecorum historicorum Alexander, quam Achilles Homericus, pessimum uterq; boni principis exemplar, etiam si quae uirtutes tot uitij admixtae uideri possunt. Videlicet operæ precium erat, Africam, Europam, Asiam, tot misceri cladibus, ut unius furiosi iuuenis animo mos gereretur, cuius ambitioni nec orbis hic solidus erat satis futurus. Bene habet quod illi pesti fortuna, caeteris in rebus nimium indulgens, longae uitam negarit. Locos aliquot obiter annotatos correximus, addito elencho, qui potissimū indicaret, si quid noue dictum apud hūc scriptorem extaret, ne desit quo placemus *λογουσινας* quosdam, qui ad singulas penē uoces nobis solent obstreperē, clamitantes, apud probos autores nusquam inueniri. Hoc

Hoc quicquid est uel fructus uel studij, tibi uisum est dicere, quo testaremur nos uel memores esse principes, cui tum ipse priuatim plurimū debeo, ut à quo fuerim pridem amplissimis conditionibus prouocatus, tum publice debent omnes bonarum literarum mystas, quas tu sic ornas clarissimis maiorum tuorum stemmatis, sic morum integritate, commendas. sic benignitate foues, sic autoritate tueris, ut breui nihil sit illis futurum felicius, si caeteri principes, ommissa bellandi rabie, tuum exemplum æmulentur. Bene uale. Anno M. D. XVII. pridie Nonas Nouembris.

ERASMVVS ROTERODAMVS GERARDO

NOVIOMAGO S. D.

EMIROR te nihil scripsisse, cum scripserit ipse praesul. Neq; enim opinor te sic occupatum, ut non uacaret: neq; tam fortunae successu elatum, ut ueteres cogerrones fastidias, quod tamē optarim ita esse. Libellum De querela pacis optimo praesuli non displicuisse, magnopere gaudeo, & iam nunc fructum eius laboris abunde magnū percepisse me puto, quod is amplectitur, cui uicē probari cupiebā. Paraphrasis ad metā properat. Liber exiguus, sed nemo credit nisi periculo facto, quantis sudoribus mihi cōstitit. Mittetur simulatq; fuerit absolutus Theodorici formulis. Sed audi rem ridiculā. Nuper quidam expeditus occurrit, annuncians sacerdotiū meum, quod haberem Traiecti æstimatum quatuor Philippis, si uellem numerare. Primū gaudebam, somnians nouum aliquod collatum, deinde mirabar quid rei esset. Postremo sensi nomen commune fuisse causam erroris. Est enim hic alter Erasmus iuris doctor, ad quem scriptas literas inciens nuper legi, putans ad me scriptas. Deinde cum nihil illic esset, quod ad me pertineret, suspicabar me rideri à quopiam, donec Barbirius ea suspicione me leuaret. Caue ne dominus accersat me his mensibus hybernis. Sic enim uersor in Nouo testamēto, ut nec digitum latum liceat discedere, & certum est his mensibus absoluerē. Philippo tantū hortator ad literas esse possum, quod desierimus in unis ædibus uiuere. Nihil est Nauio meo in hac Academia uel eruditius, uel melius, uel festiuus, uel deniq; syncerius, nec unquam uixi magis ex animi mei sententia. Bene uale, Louanij, XVI. Calend. Decembris.

ERASMVVS ROTERODAMVS BAR-

BIRIO SVO S. D.

VAM timeo mi Petre, ne felicitates Hispanicae tibi ueterum amiculorum obliuionem inuehant. Quanquam id quoq; malim accidere, quam si quacalamitas idem efficeret. Mortem Buslidij ex animo doleo, & hoc magis doleo, quod ante discessum illo tam frigide sim usus. Legatū de tribus linguis, dici non potest, quanto pure probē. Et iam bona quadā fortuna adest Hebraeus, suarū literarū longe peritissimus, cum meo tum omniū iudicio. Quod si hoc negotiū initio magnifice, perq; celebres uiros instituat, mirum dictū, quantū gloriae sit nostrae regioni allaturū. Marcus mihi pecuniā e Selandia tam miserat, quā tuā mihi litera redderentur. Praetera nihil accepi neq; literarū neq; pecuniā. Si nihil mittetur, te incolumi, feram utcumq; incommodum. Sin (quod prohibeāt superi) casus aliquis Barbirium nobis adimat, non potero ferre tam multiplicem iacturam. Quare te etiam atq; etiam oro, da operam ut ualeas. Versamur nūc in collegio Liliensi, cum hospite omnī humanissimo, Nauio Hontiscotano. Nouum Testamētum paulo processit, absoluedum intra tres menses, adiutore deo. Fabro respondimus quantū licuit, citra stomachū. Nondum satis admirari possum, quid homini uenerit in mētem. Misi illi libellum, nihil adhuc responsum est. Imposuit illius simplicitati instigator aliquis. Atq; utinam mihi licuisset dissimulare. Episcopus Traiectensis ad me scripsit, significans se accitutum me, simulatq; à Transiulianis redierit, declaraturumq; quantū me faciat, sed frustra canit. Paraphrasis in Epistolam ad Romanos elegāter excuditur. *Paraphrasis in Epistolam ad Romanos elegāter excuditur. Paraphrasis in Epistolam ad Romanos elegāter excuditur.* Oro te per sacram theologia, fac sciam quid ualeat optimus ille meus Mecoenas, in quo uno summa spei meae sita est. Si unus pergit sui similis esse, omnia pergam recusare, quae aliunde offeruntur. Adhuc meo succo uiuo, præter trecentos, aut paulo amplius florenos, quos ex illius, aut principis benignitate recepi. Neq; dubito de eius animo, modo tu cōmonescias. Salte

fac nos per literas Hispanicarum felicitatum participes, nisi hoc quoque nobis inuides. Tristissimus rumor huc allatus, me penè exanimauit, Briselotum ex humanis excessisse. Verum quando non constat, opinor uanum esse. De doctissimo doctore Iodoco simile quiddam nunciabatur, opinor occasione mortis Buslidianæ. Nisi apud Hispanos aliquid tale passus es, quale ferunt Vlyssis socios passos apud Circen, fac me diligenter cōmendare patrono meo unico Cancellario, cui scripturus eram, sed puer ille balbus (opinor) cognatus uxoris, uix semihora prius quàm abiret nuncius, significauit abitum grammato-phori. Bene uale mortalium charissime, & anime plus quàm dimidium meæ. Præsulem Theatinum saluta meis uerbis, & episcopum Marlianum. Guido Morilonus ubi sit nescio, & tamen scire cupio quid rerum gerat. Louanij, postridie omnium sanctorum. Anno M. D. XVII.

DES. ERASMVVS ROT. OSVALDO S. D.

MICE candidissime, multo gratissimæ mihi tuæ fuerunt literæ, quibus etsi contracte rescribo, amo tamen effusissime meum Osualdum, uel quod nobis adeo faueat, uel quod Glareano non semel meo, Thefeus sit, aut si quid Thefeo fidelius. Perge mi Osualde, literarium quoque decus Heluetiæ tuæ, iam olim armis inclytæ, iudicare. Nos hinc pestis abigit, cui maximam iam pestem imprecor. Bene uale. Basileæ, VII. calen. Septembres, anno M. D. XVIII.

VDALRICHVVS ZASIVS CÆSAREI IVRIS PROFESSOR

DES. ERASMO ROTERODAMO S. D.

DES. ERASMVVS ROT. VDALRICO ZASIO S. D.

NON possum obtinere uir inter bonos optime, & inter doctos doctiss. quin in tuis ad me literis tui similis sis, semp. mei me dissimilem facies, ex minimo magnū, ex infortunatis. felicem, ex uix truiualiter literato uerius quàm erudito omnis doctrinæ principē, atque (ut semel finiam) ex musca elephantū, quod Græcis est in prouerbio. Et tamē faueo simulacro, quo me depingis præclare magis quàm apte, ueluti si Apelles quispiā egregiā picturā, omni artificio elaboratā proponat

ponat, sed quæ ad exemplar non respondeat. Neque enim quicquam est, quod ex eo mihi possim agnoscere. Verum quando in Zasio mores non cadit ulla fuci suspicio, patiar te tuo indulgere uel amori, uel ingenio, modo mihi uicissim permittas, ut meo obsequar pudori, qui soleam amicos effusius amare quàm prædicare: aut si quando res ita tulerit, malim apud alios quàm coram. Denique si incidit, ut coram quoque sit faciendum, malim aliquāto parcus. Sed quam, obsecro, iacturam mihi narras? Cum antehac de Zasio præclare senserim, tamen ex nostro congressu tantum accessit meæ de te opinioni, ut mihi uidear magnitudinē tuam hæcenus prorsus ignorasse. Ego iureconsultum duntaxat expectabam, insignem quidem illum & admirabilem, sed tantum iureconsultum. Quid autem est in Theologorū mysterijs, aut etiam palæstris illis, quod tibi non erutum, non excussum, non meditatum esse uideatur? Quæ philosophiæ pars est, in qua non ita uersatus sis, ut in ea sola uersatus uideri queas? Aut quis omnino liber est, seu ueterum, seu recentiorū, quem non euoluens, non introspexeris, non imbiberis? Quin & arcana illa, quæ uere pium ac sanctum reddunt hominem, comperio tibi non uulgariter esse obseruata. Iam eloquentiam tuam literæ licet neglectim, & plus quàm ex tempore scriptæ, satis præ se ferebant: at non expectabam diues istud & exuberans orationis flumen, nusquam non paratum, quicquid undecumque incidisset. Deum immortalē qui sermonis nitor, qui fluxus, quàm felix, quàm ultro scatenus, quàm non accersitus, quàm non affectatus? Ex temporalis cōfabulatio stilum tuum æquabat. Quis non admiretur cani capitis tam uirens ingenium, tam præsentem paratamque rerum omnium memoriā? Nihil enim dicam de moribus, quibus neque grauius aut integrius quicquam esse potest, neque suauius. Adeo mire totum Zasium temperauit artifex optima philosophia. Sed penè imprudens laudum tuarum campum ingredi coeperam. Etiam atque etiam te rogo, ut aliquādo tandem expolitissimas lucubrationes tuas sinas in lucē exire. Patere hoc utilitatis studiosis bonarum literarum accedere, patere hoc decoris nostræ adiungi Germaniæ, cui nunc notissimum est Zasio nomen, sed dignum quod uniuerso innotescat orbi, posteritati quoque celebre plausibileque futurū. Cætera quæ ad hanc rem pertinent, ex Bonifacio Amorbatichio, iuuenē omnibus rebus affatim expolito cognosces. Nostrū officium sicubi desiderabitur, ita prestabimus, ut nos ex animo tuos esse intelligas. Bene uale doctissime doctor, & amice incomparabilis. Basileæ, decimo Calend. Septembres. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. EGIDIO BUSLIDIO S. D.

RNATISSIME Buslidi, postea quàm fatū nullis querimonijs aut lachrymis uerti potest, utinā quæ posteritati, & immortalī laudatissimi fratris tui Hieronymi Buslidij memoriæ gloriæque debentur, ita succedant omnia, ut hac sanè parte cœpit succedere. Commodum huc appulit Adrianus genere Hebraeus, sed religione iam olim Christianus, arte medicus, Hebraicæ literaturæ totius sic peritus, ut mea sententiā non alium habeat usquam hæc ætas, qui cum hoc conferri possit. Quod si meum iudicium in hac re non satis habebit apud te ponderis, idem testatur uno ore omnes, quotquot uel apud Germanos, uel apud Italos cognouit huius linguæ peritos. Neque solum caller ad plenum linguam, uerum etiam in ipsis auctorum adytis est diligentissime uersatus, ac libros omnes sic habet in promptu, ut digitos unguetque suos. Is ipse est, de quo tibi nuper mentionē fecit Bruxellæ Ludouicus Vacus. Expofuit theologis qualis sit, neque dubitarim meo recipere periculo, hunc unum esse hæc ætate, qui nobis fuerit uotis omnibus expetendus. Eum postea quàm deus aliquis propitiū ultro nobis obtulit, nostri muneris esse uidetur, ut oblatum modis omnibus retineamus. Non meum ago negotium, sed impense faueo memoriæ benignissimi patroni, & amici incomparabilis. Faueo publicæ temporum nostrorum felicitati, cui & ipse pro mea uirili, tantum uigiliarum impendi, atque etiamnum impendo. Adest ipse iam dudum apud nos, hortatu modo dicti Ludouici. Impera tu Erasmo, si quid iudicabis à me præstari posse. Bene uale. Louanij, postridie Lucae, Anno M. D. XVIII.

GERARDVS NOVIOMAGVS ERASMO ROT. S. D.

ibus ornata. Paulo post, dantur aquae manibus. Sedit princeps, ac iuxta illum frater Robertus nomine, uir in armis strenuus, & nostri seculi uelut alter Achilles. Tertium locum eius herois uxor occupabat, uita Penelope, moribus Lucretia. Quarto sedebat filia, uirgo iam nubilis, ac uultu ipso Dianam referens. Quintum & sextum duo illius heroidis fratres tenebant, quos uere credere posses, Leda gemellos. Inter tot deos deasque, uocatus ab Ioue nominatum, & ego Scarabeus accubui, oculos auro, gemmis, ac purpura, aures dulcibus melis, palatum ambrosia, & nectare pascens. Vbi exempta fames, mensis epulisque remotis, canuntur superis gratiae, surgimus, ludere ceperunt alij fritillo, alij latrunculis. Vocor interim ad principem, multa tibi de te ~~et de te~~ cofabulatio. Nihil te uno apud illum est antiquius. Cupit te uidere & complecti medium, sed ut parentem, ~~et de te~~ Te literis ad se uocat, noli tardare. Pergratum illi facies, si moras omnes abruperis. Caue per Deum immortalem, ne longum tui desiderio, tantus heros torqueatur. Altus est, quam quos in Italia, Gallia, Britannia, Scotia, Germania uidisti praesules. Non sunt omnes cum hoc conferendi: siue enim species animi diuitias, seu corporis dotes, seu fortunae bona, omnes longo intervallo post se relinquit. Victissim tibi salutem adscribunt, quos per me nuper tuis uerbis saluere iussisti: in primisque Baptistam, qui te non secus amat ac patrem. Saluta, si me amas, filium tuum ac meum fratrem Rutgerum Rescium, scribam illi quum per ocium licuerit. Vale. ~~et de te~~ Si quid ad principem uoles, recte huic sacrificulo comiseris. Iterum uale. E cellula nostra, apud Leodium, septimo idus Ianuarias.

ERASMVVS ROT. PASCHASIO S. D.

Et hominem bellagum oportet esse te, qui nihil nisi bellum, testudines, uincula ac tormenta crepes. Age, munito te quantum uoles, nos tamen te uel cuniculis aggrediemur. Nunc hoc saxum uoluendum est, uel potius in hoc molendum pistrino. Sed gratulor tibi iam, opinor, semideo facto, cui contigerit epulis accumbere diuim. Cuius tamen felicissimi conuiuij, me quoque participare esse uoluisti, quum adeo graphice depinxeris, ut etiamnum inter deos deasque mihi uidear tecum accumbere. Extra iocum, totam hanc noctem cum episcopo transigi fabulis mutuis. Eum haudquaquam torquerem diutino mei desiderio, mi Paschasi. Sed primum uides anni tempus, quo non solum innauigabile mare, uerum etiam terra immitabilis, ut tecum agam uerbis poeticis. Deinde ea est corporis ualutudo, ut uix eam tuear domi abditus, & ad focum luculentum obambulans, aut coccyis in morem nido immerfus, & tamen hic nidus mihi plus quam pistrinum est. Veror enim in labore longe omnium molestissimo, in quo tamen iam eo prouectus sum, ut per densissimas montis perfossi tenebras, qualis penetrandus est Neapoli Cumas aduentibus, procul exiguum lumen, ceu stella quaedam exitum promittat, atque in fluctibus laboranti, e longinquo portus appareat. Intra mensem, auxiliante Christo, ex hoc labyrintho me extricabo. Quod si nunc labor hic interromperetur, nunquam animo meo queam imperare, ut rursum sese in huiusmodi pistrinum immittat. Nunc dum captus est Proteus, stringenda sunt uincula, donec in se reuersus oraculum absoluat. Et mox se remittet hyemis rigor, ut liceat cum ciconijs & hirundinibus euolare. Quod principem omnibus anteponis praesulibus, idque in omni uirtutum aut ornamentorum genere, non admodum tecum pugnabo, praefertim quum nec id solus praedices, & mihi uel Alexander euectus, uel ipse denique epistola nouam & inauditam, ac uere generosi ingenij humanitatem praese ferens, fidem faciat. Et tamen archiepiscopus Cantuariensis mihi talis est, ut commodiorem ne possim quidem optare. Hoc uno sat felix essem, si aut hic contigisset, aut Britanniam nobis pons aliquis iungeret. Adeo male odi fretum illud immanissimum, & nautas freto immaniores. Verum ut olim apud Scythas parum sequundae famae fuit Polyphilla (quanquam uideo & Hesiodo iuxta turpe uideri, *ἡ ἑρπυλὶς ἔρπυλα καὶ πολυφύλλα*) Ita fortasse apud populum poeticum parum honestum esse ducitur, eidem multos esse Meceornates, etiam si mihi nihil magis in uotis est, quam optimis probari, quandoquidem omnibus non possimus. Atque id sane nobis non perinde male contigit atque sero. Iam opus sit Meccenate, non qui in fortunae scenam producat, qui fortunae ornamentis oneret, sed qui corporis uires sarciat, qui ingenij uigorem restituat. Quas res semper in me exiles, partim actas,

n 2 partim

ERASMVVS ROT. GERARDO NOVIOMAGO S. D.

GO ~~et de te~~ Gerarde, quum praeclearum semper existimari, & in primis optandum, summatis placuisse uiris, tamen nulli probari malim, quam Philippo praesuli, quum meo, tum omnibus modis primario. Scripsit ad nos ante menses complures archiepiscopus Moguntinensis literas multo humanissimas, atque adeo ipsius articulis. Scripsit nuper episcopus Leodiensis, minitans se huc aduolaturum, si grauer ad se uenire. Sed ut haec mihi uoluptati sunt, ita rursus mihi displiceo, pennasque demitto, quoties succurrit, nihil esse in me, quod tantorum heroum expectationi respondeat. Sed heus tu, rem oppido nouam ex tuis literis accipio. Nesciebam te tam uirgineo pudore praeditum, ut ad me non ausis scribere. Saepenumero uidi te rubentem, uerum ruboris causam non quui conijcere. Quod si uera praedicas, mea sententia, nec aula dignus es, nec cuculla. Quare si rem facere cogitas, fac quam primum frontem perfices, & inutilem pudorem abstergas. In opere Noui Testamenti iam eo progressus sum, ut licet adhuc facter alto, tamen portus procul sese ostendet, uelut ad quietem inuitans. Mitto libellum Paraphraseos, si forte nondum accepisti, eum amicis eruditis impertes: & si commodum uideatur, etiam ipsi principi, cum primis autem optimo Philippo Montio, aulae (ut scribis) procuratori: quem equidem non possum non uehementer redamare, suo studio me prouocantem. Ei fac multam salutem meis uerbis annuncies. Nauis ac Borsalus te resalutant. Bene uale Neomage candidissime. Louanij. M. D. XVII.

PASCHASIVS BERSELIVS ERASMO ROT. S. D.

ERTE probare nunquam potui illorum industriam, uel avaritiam potius, qui passim amiculis strenulas mittunt, ut apophoreta recipiant. Tantum ego ueri amoris qualecunque pignus semel ad te miseram, at tu bellum callidus ex amore finxisti ut uinceret. Scribis enim te muneribus a me prouocatum, nec tamen uelle adhuc contendere, bellum omnino non detrectans, sed in idoneum tempus differens. Quorsum istud quaeso? Num interim copias colligis, & machinas tormentaque paras? Noli laborare bone uir, non te prouoco, nec iritatum uelim: coerce animos, tibi que tempera, maior es quam ut mecum in harenam descendas. Quid enim Paschasius ad Erasmi ~~et de te~~ Desine, satis est, nolo quicquam per nos sanguinis manet, ultro tibi manus porrigo. Paraphrasis ista fecit qua nimium mihi formidabilis uisus es, ut qui meus esse non possum, iam toto pectore sim iure belli tuus. Quinto calendas Ianuarias, me contuli ad humanissimum principem in arce Huijensi, qui me per benigne & humaniter, ut solet, excepit. Reddidi illi epistolam tuam, ac Paraphrasin, quod is cui negocium commiseras, id facere nequicquam semel ac iterum attretasset. Legit princeps clara uoce quae scripsisti, & munusculum subinde exosculatus, Erasmi praegaudium identidem in clamabat. Iussus sum eo die in arce manere. Audita re diuina, uenit prandij tempus. Ingredivimur aulam principalem, magnis altisque tape

tibus

partim iugis studiorum exhaust labor. Nunc & animus honestum otium flagitat, & ualeudo etiam imperat. Restat enim extrema huius fabulae catastrophe, quam utinam sic liceat agere, ut CHRISTO Chorago probeatur. Amplam fortunam nunquam ambis, ut paruis animis & paruo corpore maiorem. Nunc etiam si ambiam, par esse sustinenda non queam. Proinde stat sententia, otium hoc meum tueri mordicus, in quo tamen sic uerlabor, ut quoad per uires licebit, reipublicae sum profuturus, etiam si ab huiusmodi laboribus plus quam iuuenilibus, quibus nunc conficior, sum in posterum temperaturus. Sub quadragesimam incipiam euolare ex nido, si praesul boni consulat, res in hoc tempus differant. Sin minus, uel cum ualeudinis periculo tanto principi gratificabimur. Vides mi Pascalii, ut me totum in sinum tuum effuderim. Bene uale. Paraphras quae terret, ut scribis, magis placebit si proinde conularis. Louanij, post festum Epiphaniae, anno M. D. XVII.

ERARDVS EPISCOPVS LEODIENSIS ERASMO
ROTERODAMO S. D.

ERARDO EPISCOPO AC PRINCIPI LEODIENSI
ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

MPLISSIME Praesul, & idem Princeps illustrissime, ut paucis citraque prooemium, ad humanissimas celsitudinis tuae literas respondeam, quod me fama iam olim notissimum, coram etiam uidere concupiscis, istiusmodi praerogatijs onerat Erasmus dea illa apud Homerum Ossa, apud Maronem Fama, non in me tantum uana, & in immensum attollens omnia, ut nec deprecari liceat, quod illa tot linguis tribuit, nec tueri queam quod imponit. Scio nihil esse pulchrius, quam Principibus placuisse uiris. Sed interim dum ipse domi meo metior pede, quam gratum est animo eos uiros bene de me sentire, quibus ut probari pulcherrimum est, ita displicere turpissimum: tam molestum est, nihil esse quod illorum uel amicae de nobis opinioni, uel magnificae expectationi respondeat. Ut iam non aliam gratiam famae buccinatrici debeam, quam indoctus citharædus ei, à quo in theatrum frequentissimum producat aurea palla, aurea insignis cithara, mox ut canere coeperit, exhibendus. Nihil in me uisendum. Et tamen siquid est, id lucubrationibus meis expressum est. Illic optima nostri pars est. Quod superest, teruncio non emas. At tamen tam amater inuitatus, cupidissime aduolassim ad tuam celsitudinem. Sed primum deterret caelum plus quam hybernum, deinde ualeudo quum per se imbecilla, tum immodicis (in quibus nunc uerfor) laboribus, sic afflicta, ut eam uix domi abditus tuear. Tanta enim contentione defudo in Nouo testamento iterum innouando, ut ipse his inueterauerim: dumque illud à senio situm uindico, ipse mihi geminum senium ac situm contraxerim. Certum est enim aut immori negotio semel suscepto, aut tale reddere, ut & Leone decimo dignum uideatur, & posteritate. Iam uero eò progressi sumus, ut licet medijs adhuc in fluctibus luctemur, tamen procul portus paulatim sese aperiat. In quem si Christi aspirauerint auræ, ante quadragesimam appellemus. Tum & caelo mitiore, & animo magis uacuo accurrat ad amplitudinem tuam, uel hirundines ac ciconias praerogatus. Quod si ne hoc quidem morae indulget tua celsitudo, contemptis ac posthabitis omnibus, aduolabimus. Sed hisce de rebus aliquanto copiosius scripsimus optimo Paschasio, cui multis nominibus felicissimo, hoc tamen praecipue gratulo; quod gratus est Principi, non minus benigno quam potenti, quam nobis quam diutissime tuae

tur deus Optimus Maximus, & incolumem, & omnibus modis florentem. Louanij, post festum Epiphaniae, anno M. D. XVIII.

PHILIPPVS A BVRGVNDIA EPISCOPVS ECCLESIAE
TRAIECTENSIS ERASMO ROT. S. D.

BVRGVNDIA EPISCOPO ECCLESIAE
TRAIECTENSIS ERASMVVS ROT. S. D.

RÆSVL amplissime, & idem Princeps clarissime, celsitudinis tuae literas non semel sum exosculatus, per breues quidem illas, si quis uersus numeret, sed eadem egregie prolixas, si humanitatem aestimet. Verum ut occupatissimus cum occupatissimo paucis agam, Paucis quod in omni primam

tantum principis, in leuibus deinde de illorum hominum, sed uigilantibus, ut in nido uersemur. Multum antiquitatis, multumque senij mihi contraxi, dum Nouum Testamentum iterum atque iterum nouitati restituo. Dumque sic latito, maxime uerfor in theatro mundi. Sed quorundam spectatorum peruersissima malignitas facit, ut me tam immensi laboris nonnunquam capiat taedium. Rursum me consolatur re, & conscientia, & (ni fallor) non mediocri hinc ad bonos reditura uilitas. Siue huc natus sum, non oportet deorum, gigantum exemplo, siue ipse hoc mihi intrinsecus mortarium, par est ut idem exedam. Posteaquam in hoc proscenium prodij, peragenda est fabula, ad cuius catastrophe iam penè peruentum est. Peragam autem & libentius, & accuratius, te hortatore atque etiam applausore; super omnia uerò approbante, sicuti spero, CHRISTO; cui uel uni placuisse, abunde satis est. Video mirum eruditionis ac pietatis prouentum in hisce regionibus, si contigerint aliquot tui similes Meccenates, qui ceu signo erecto, ad operas euocent ingenia, qui praerogatijs extimulent, autoritate orient. Quod si plures tui similes sperare nimium est, illud certe optandum, ut te superi nobis, quam diutissime uelint incolumem, tibi que istum animum semper in melius augeant, atque animo isti quam plurimos annos addant. Pro paterno quodam animi tui in me studio uideo quantum debeam. Caeterum mihi iam penè seruiti est, cum hera Fortuna conferere manus, & in eam harenam descendere, à qua iuuenis etiam abhorruit. Ingens onus est ampla fortuna, quam non minus negotij sit sustinere, quam parare. Haec aetas, haec ualeudo, hic animus, paratum aliquod ac facile praesidium postulat, quod literarium otium non adimat. Sed longius prouehior in epistola, quam par est. Bene ualeat tua reuerenda sublimitas, cui me meaque studia dedico omnia. Louanij, quarto idus Ianuarias, anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. ZASIO SVO S. D.

SECRETVM erat Zasi, uir numeris omnibus absolute, Friburgum, tua potissimum causa, uisere. Verum Rhenus exundans, ita corruerat uiam, ut natandum fuerit uerius, quam equitandum. Nos tui uidentis magno tenemur desiderio. Sed ante omnia mi Zasi, fac ualeudinis tuae rationem habeas. Nolumus hanc uoluptatem nostram tanti constare tibi. Me, quum tua redderetur epistola, languor quidam tenebat dies aliquot, periculose obrepens, simillimus illi, qui proxime nos coegit mutare locum. Sed gratia superis, subduxi me ei periculo. Parcius quidem scribo, at nihilo parcius amo. Rursum in hoc pistrino, non una sarcina premimur. Operis tui gustum, quem polliceris, per libenter accipiam. Neque enim

addubito,quin Zasio dignum sit,hoc est,homine non minus erudito quam eloquente. Sentio quidem literas tuas,uelut ab occupatissimo ex tempore scribi,mirum tamen quod me deleter ille felicissimus orationis fluxus,non sine candore.Haec mihi fecundum, nec minus exercitatum acuum ingenium. Ad harum igitur gustum non dubito,quin opus illud tuum sit responsum.In quo quid ego tibi possum praestare,non uideo.Nec enim mea est harena. Animum tamen ad quiduis obsequij promptissimum polliceor, neque hac in re solum,uerum in alijs quibuscunque desiderabis amici officium. Bene uale cum tuis omnibus,eruditissime Zasio. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. ZASIO SVO S. D.

CRISPI per Philippum nostrum,perque eundem Enchiridij codicem dono mihi,nec dubito quin utrinque acceperis.Nos laboribus propemodum obruitur,& gemina difficultate,nempe Hieronymi & Noui Testamenti, sic distringimur,ut exitum Herculi minus fuisse negocij cum excetra & cancro. Non potuimus tamen committere,quin incomparabilem amicum, Zassium uel salutemus. Per hos labores non licet ullo frui amico,quum tam multos habeat Germania. Sed dabit deus his quoque finem. Tu si cum tuis recte uales, fac nos tuis literis certiores,quo magis gaudeamus. Bene uale doctissime Zasio.Philippo salutem ex me dicito. Refalutat te Beatus,cumque eo totus hic eruditorum chorus. An. M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

BE negotio nostro,quod de nobis apud Franciscum Christianissimum Galliarum regem agebatur,optime Budæe,& scio,& memini quid scripseris, ne me putares lethali bibula flumine,quam admodum scribis. Nam ea sane res adeo me non habebat sollicitum, ut quum animaduertirem, te pro tua erga nos beneuolentia uehementius *καὶ φιλοτιμώτερον* agere,literis admonuerim,ne quid isthuc negocij animum tuum torqueret. Si hactenus fortuna me regum famulatu mancipatum habuisset:si non animus,qui mihi semper ab istiusmodi theatris abhorruit,certe hæc iam ætas ac ualetudo missionem ac rudem flagitaret. Quod si cuiquam omnino principum uisum fuisset addicere me,cui potius conueniebat inferuire,quam Carolo regi catholico,uel quod unus omnium hoc æuo maximus,uel quod meus,uelim nolim,uel quod prior,& ultrò,sat amplis conditionibus inuitaret,atque etiam benignitate non uulgari me sibi deuinxerit:etiam si iudicabam ingratum iuxta ac inciuile Francisci,tanti principis fauorem superbe reijcere,praesertim quum citra rerum mearum periculum eius usuram glorie capere liceret. Et tu iam scripseras, te a suscepto negotio destitisse. Tantum auebam scire,quid tandem esset, & *ὅτι τὸ πρῶτον ἐπι κλησιν μικρῶν* deprehensum significabas. Siquidem iam inde ab initio tetigit animum meum suspicio,rem animo non sincero ab isto geri. Neque enim usque adeo gratiosum est apud me Guilielmorum uocabulum,quam suspectum,primum *θεατρικῶς*, deinde *ἐπι κλησιν πρόσωπων*, hoc (opinor) agentis, ut me in nassam illectum irrideret. De episcopo Poncherio gestiebam scire,quid ageret,& num constanter eum in nos animum obtineret,quem hic præ se ferebat:præ se ferebat enim rarum quedam ac mirificum. Non quod ambirem quicquam apud illum,cuius rei uel ipse testis est,sibi conscius,quid detulerit, & quid ego responderim: sed quod pulcherrimum & ambiendum esse ducerem ei placuisse uiro,qui optimo cuique maxime placet. Clarissimum senatorem Deloium,cui te impulsore scripseram,subuerebar,ne quid utcumque nostrae offendissent literae,quod is nihil omnino responderet. Nam scio,intra menses quatuor nihil isthinc allatum esse literarum,praeter has postremas,quas Lutetiae datas die brumae, & Moguntia misit Huttenus noster ad decimum calendis Martias. Porro quod scribis,quosdam hoc lemmate deterruisse te,ne si successisset,periculum esset,uos omnes *ἢ ἀλμύρα* fore:non potui (fateor) absque risu legere. Neque enim mihi rogandus es,opinor,uir iuxta prudens atque æquus,ne mihi fraudi sit quod alij de me uel errore,uel ioco,uel studio magnificentius pronunciant. Vix credas quam mihi molestum sit hominum istiusmodi studium,quod me non mediocriter frequenter onerat inuidia. Nondum statui,utrum deplem episcopi sortem,an pietatem in patriam admirer,qui tot nominibus difficilem legationem obierit:primum in negotio molesto,ad hæc apud Anglos,deinde hyeme,postremo quum apud illos omnia no-

uo pestilentiae genere conflagrarent. Huttenum tibi probari sane gaudeo. Nam ipse hominis ingenio delector unice. Utinam omnia salua sint Tunstallo. Nam & hinc discedit ager, & famulis altero relicto. Et apud Britannos nihil a pestilentia tutum. Certe literas tuas audissimè lectitauit, & iam argumentum utroque dignum propemodum dispererat. De Fabro non satis intelligo quid tibi uelis. Nam quod ais, mei nominis studio sis magnopere molestum esse, an sam datam ijs, qui putant hoc nostrum institutum sibi parum esse commodum, id mihi prorsus cum illis commune est. Imò non arbitror cuiquam esse molestius, quam mihi, quod nec in Apologia mea dissimulaui. Nec existimo admodum multos esse, qui Fabro magis ex animo bene uelint, quam ego. Nec unquam animum inducere poterò, quin Apologiam illam meam, atque adeo uictoriam, si modo contigit, oderim, necessariam quidem illam, sed mihi nec gloriosam in causa tam bona, tum etiam inuidiosam, ut aduersus eximium ac ueterem amicum: denique studijs utriusque uehementer aduersam, quod haud me fugiat occasionem hanc arrepturos *ὡς καὶ ἀλλοτρίων*. Inauditum uidelicet pugnae genus, deplorat fortem suam uictor, & hostis arma contra ferentis miseret. Adornat ille redintegrare bellum, ut audio: quasi parum sit, semel ad istum ineprissem modum. Mihi sit uerisimilius, esse qui Fabrum extimulent, quam ipsum id destinaisse. Sciebam huius certaminis iniquissimam conditionem, in quo si uincerem, impietatis crimen agnoscere foret necessesse: sin uincerem, in crimen inhumanitatis esset incurrendum, qui cum homine tam amico commissus uideret, qui quum mihi sic coniuncta esset studiorum ratio, ut illius æstimationem non possem laedere, nisi meae penè tantundem detraherem. Et tamen ille mihi reuellendus erat, nisi opinionis meae uelut arcem periclitari, imò produm maluissem. Ad hæc uidebam plerisque calumniarios hanc nostram conflictationem, qui nec illius insectationem, nec meam defensionem unquam legissent, tantum illud reprehensuros inter pocula alicubi auditum, Erasmi cum Fabro digladiari. Sed obsecro te, uir æquissime quid me facere uoluisses, postea quam ille libris per orbem terrarum diuulgatis, me tot atrocissimis dictis impetisset, blasphemiarumque & impietatis publicitas reum ageret, primum hominem (ut fateatur) amicum: deinde nulla unquam a me lacessitus iniuria: postremo in eo negotio, in quo intantum illi non aduersor, ut magis pro illo facere uidear, & obiturgere eruditorum literis, quod illius sententiam non palam reiecerim, quanquam id quidem eius instituti, quod tum susceperam, proprie non erat. Atque utinam hoc iniuriarum genere fuisset in me debacchatus Faber, quod uel negligi poterat, uel cum moderatione laude ferri. Libens hoc condonassem uel amicitiae nostrae, uel Christiano pudori, uel studiorum utilitati. Ceterum impietatis calumniam agnoscere, cum primis ipsa prohibet pietas. Satius igitur esse duxi, Gratijs alicubi non satisfacere, quam Christi dignitatis labefactor, & hostis uideri. Nam hac persona ille me produxit in theatrum. Quanquam hoc interim Gratijs datum est, quod a iure rationis abstineo, quum mihi in manu esset eo uti, quod contumeliam a me depulisse contentus, nihil in illum criminis regero, quod aduersus actorem criminaliter agerem, ciuilitate me defendo. Et tamen sunt, si superis placet, quibus Apologia mea censeatur aculeata. Quasi uero lethilibus spiculis impetitus, impetentis caput supplex debuerim blanditijs demulcere, ne saeuire pergeret. Ego neutram sententiam nec in annotatione, nec in Apologia refello, quum possem eam, quam Faber solam uult esse piam, ut impiam ac falsam reijcere, idque applaudentibus, opinor, Theologorum centurijs. Datum hoc quoque ciuilitati. Quid igitur est, quod nos admones optime Budge? An ut Epimetheus quispiam, iam peracto negotio, mones ne suscipiatur negotium, & euersa Troia, doces non fuisse rapiendam Helenam? Quid mecum optes uideo, quid admoneas non satis intelligo, nisi forte obiurgationem uocas admonitionem. At si obiurgas, sine causa obiurgas: sin mones, sero mones. Inlicitatem meam agnosco, qui in hoc certamen sum coactus descendere, a quo semper abhorui, nec nisi unico hoc telo pertrahi potuissem, culpam non agnosco. Imò modis omnibus culpandus eram, si ad impietatis crimen obmutuissem, quod nemo sanctissimorum etiam patrum non acerrime propulsauit. Atque utinam mi Budæe, tempestius monitor adfuisses, & Fabrum amicum ab illa tam non amica prouocatione coercuisses. At posteaquam ille, praeter alia conuicia, me fecerat in Christum contumeliosum, intel-

ligeritae propheticae subuersorem, à Iudaeis stantem, Christi dignitate indigne desicentem, spiritui aduersantem, carni litera; adhærentem, inconsistentia sese; undiq; elidentia loquentem, & non unis Anticyris digna; idq; aduersus Christi gloriam, postea q; se fecerat gloriae Christi propugnatorem, me aduersarium, periculum etiam mihi denuncians, si dictis pertinaciter adhærerem, hoc est, nisi uellem *παλινοδῶν*. Nam his atq; alijs hoc genus facitjs Faber ille natura mitis ac blandus, tum Erasmo non semel amicus ludit in amicum unice charum: hæc igitur, in quâ, atq; eiusmodi multa postea; in me non minus inimice, q; falso scripserat, ac medijs suis cōmentarijs insulserat, atq; uno me ignaro, per orbem terrarum sparferat, age rem omnem tui facio arbitrij, agnosco legem amicitia; citra omnem exceptionē sequar tuum uel consiliū uel iudiciū, quid cenfes facturum: An hoc suadebis amico, ut pro honore mihi habito, gratias agā Fabro; an potius ut dissimulem me scire, quid ille scripserit? Sed quis isthuc crediturus est, libris nusquam non diuulgatis? Quis credet unum me nescire, quod ad me unum pertinet, quum id nemo nesciat? An potius, ut rem silētio tegam, hoc est, ut non apud unum iudicē, sed apud uniuersum orbem capitis accersitus, nihil aduersario respondeā, ut totam accusationē agnosca;? Sed parum est candidū, inquis, cum amico cōtendere. Verum obsecro te, candidum est, sic amicū immerentē impetere? Amicus est Faber, sed qui sic incessit, amicus esse desit. Etiam si uere lapsus essem, erat hoc puræ amicitia; tegere probū amici, & priuatis literis admonere. Nec ipse unq; ab illo dissensus eram in Nouo testamēto, nisi iudicassē, hic nullam illius gloriae labem aspersum iri. Etiam si ipse nec læsus ac prouocatus, amicitia uolauit. Nec unq; quantū erit in me, uolaturus sum. Vitā amicitia; impendere, laudi datur: in Christū haberi blasphemū in amici gratiam, non solum extremae demerita sit, uerū etiam summæ impietatis. Finge patrē, aut fratrem esse Fabrum, nō solum amicū, ne patri quidē aut fratri, opinor, tantū tribuendū esse censebis, ut in illius gratiam Christi aduersarius haberi sustineā. Imò si simul & cardinalis & frater mihi fuisset Faber, arbitror officij mei fuisse, calumniā non ferendā repellere, præsertim modis omnibus innoxius. Et tamē ita repello, ut ille uictus, tantū inhumanus sit, impiū non faciam, illud quoad licet agens, ne quis de aduersario meo peius sentiat. Jam quod scribis, hæc nō nobis pro ueritate depugnātū esse, rem in posterū facile tegi posse; meuter mi Budge pro ueritate depugnauit, quū ille me fecerit aduersariū, ubi steterim ab ipso, nec ego in Apologia quid sentia; aperiā (neq; enim erat necesse) tantū illius in me directa tela, propello. Neq; spes est rem tectū iri posse, cum illius uolumina iam per Hispanias, Gallias, Italiā, Germaniā, ac Britaniā passim obabulent, ut iam nec illi sit integrū, premere quod scripsit, neq; mihi dissimulare defensionē. Mutet ille locū, si queat, in quo me lacerat: ego pro uiribus premā apologiā, qua me defendo. Num me uis abijcere clypeū, cum ille tela in meū caput uibrata, manu teneat? Facile est alieno dolori modū præscribere, facile est in alienis malis animo æquo moderatoq; esse. Fortasse tu si hic esses, aliter sentias, imò nisi prorsus ignoro Budæū, longe alio brachio clypeū, ense, ac tela sua uibrasset. Primū teū reputa mi Budæū, q; sit odiosum hæreseos & impietatis crimē: tū obserua, quoties, quot dictis, ijsq; odiosissimis in me debacchetur, ipse toties à me honorificētissime prædicatus; & arbiter sententiā (si lubet) feras, utri nostrū fuerit imputandum, etiā si par pari retulisset, si iure talionis essem usus, si conuicia cōuicij retulisset. Par erat, totius mali summā imputari, qui prior lacerasset; & ita lacerasset, ut nisi me defenderē, Augustinū, Ambrosiū, Athanasiū, Chrysostomū, breuiter ceteros orthodoxos omnes, atq; ipsum adeo Hieronymū in cōmuni crimine fuerim deserturus. Nā is ut in opere suspecto duobus uerbis utiq; pro Fabro facit: ita quum aliās, tum in cōmentarijs, quos scripsit in epistolam ad Galatas, palā nobiscū sentit. In leui sigillatione, sit sua utiq; sententiā, detur aliquid amicitia; detur ciuilitati, liceat labi & corrigi, liceat & perperā dissentire. Non cōmittā ut quisq; hic meā desideret humanitatē. Scis ipse mi Budæū, ut pridē me cū sis uel tatus, ut tuo more luseris in mea *λεπτολογηματα*, ut libellos nostros deieceris. His ego tantū abest ut sim cōmotus (etiā si tu cōmotū iocaberis) ut postea ne pilo quidē fueris iniucundior. Et tamen uerū est quod dici solet, scriptores libris suis, non secus atq; parentes liberis fauere. Nec deerant qui me literis suis ad Coptæ defensionē accenderent, quorū ego sedulitatē nisi satis, & animo tranquillo esse iussi, testatus, inter nos pulchre cōtinerē.

At Fabri

At Fabri insectatio plus q; tragica est, ac planē demiror hominē huiusmodi tragedijs delectari, uel in libello, quē nuper de tribus Magdalenis, & triduo Christi, sic enim ille uocat, cōscripsit, disputatiōis cōditionē in has angustias deducit, ut quicūq; dicat Christum post tres dies resurrexisse, censeatur Christianæ fidei, Euāgelij atq; omni prorsus ueritati aduersari. Atq; ita sanē ex Marco per orbē uniuersum Latina legit ecclesia, atq; etiā Græca. Nec unq; is locus aliter lectus aut scriptus est, anteq; Faber aperiret hoc mysteriū, doceretq; ex Apollonio grāmatico, *μετὰ τριῶν ἡμέρας* significare in triduo: quasi uero *ἀναλόγως* habeāt *μετὰ χριστος*, & *μετὰ τριῶν ἡμέρας*. Quod si maxime rem in dubitatā prius reperisset, erat hoc uel Christianæ modestia; uel ipsius ingenij, ciuilius admonere. Quancūq; illud interim mirū, hominē impediō Grāmaticis insensum, qui cum modo sigillatim Bedā, quod nodū quæstionis per grāmaticā soluere tētarit, quia synecdochen induxerit, ipse tanta difficultatē unius Grāmatici autoritate uoluerit explicare, quæ nisi succurrisset, totus orbis Christianus aduersus omnē ueritatē & caneret & legeret. Atq; quid opus erat hac tragedia, cū unica synecdocha res omnis potuerit expediri? si intellegamus post tres dies resurrexisse, qui post tertium diē exortū surrexit. Faber enim imaginatur nullo pacto cōsistere, ut dicatur post tertium diē resurrexisse, qui tertio die surrexit. Quancūq; & alijs rationibus hoc poterat extricari, quas hic non attinet recensuisse. Verū hæc ad me nō admodū pertinēt, & magis illius, q; meo periculo cōmoueor. Carterū ubi nominatim impetor, & aduersarius gloriae Christi scribor, pro cuius gloria licet hominocēs ac scelerib; operus, tamē uel capitis adire discrimē, uel emori nō refugā, an me tu bebis obticefceres? Sed age, dic mihi per gratias, utrū reprehēdētū putas? an hoc ipsum quod me defendo, an defensionis modū? Si pro tua equitate nō reprehēdis quod me defendirim, ne de modo quidē queri potes, cum ita me tuear, ut quo ad licet faueā etiā aduersario. Quid est igitur quod me putet obiurgandū, nisi iudicas illud esse fati mei, ut unius omnium me uexandū impune, ac cōculcandū omnibus præbeā, ut post hac nulli sint tam ignaui canes, quin ausint oblatrare Erasmo: nullus asellus tā stupidus, qui uereatur obrudere: nulla sus, quæ dubitet obgrūnere? Mures sese dētūculis utiq; tuentur. Apicula; læsa sæuūt aculeo. Solus ego ne clypeo quidē tuēdi me ius obtinebo, præsertim in negotio fidei? Mihi crede Budæū, qui moderate ferre potest impietatis crimē, is leuiter pius est. Vides quo tonitru, quo fulmine diuus Hieronymus insurrexerit in Ruffinū quodā amicissimū, tantū quod ab eo per figuratē laudationis strophā adductus esset in nōnullā inuidia; cōmunionē. Quo stomacho respōdet ac minatur Augustino, quod unius loci enarrationē ausus sit cōuellere? Quid autē, si tali fuisset aceto perfusus, quali me perfudit Faber? amicus an inimicus, prudēs an imprudēs, instigatus an sua spē, ioco an serio. Sobrius an secus, ipse uideris, certe perfudit. Res ipsa nimis extat. Atq; utinā utiq; liceat inficiari. Non sum ullo modo cū Hieronymo conferendus, nec sanctimonia, nec eruditione, nec prudētia, nec animi moderatione, & tamē uides quāto q; ille crudelius laceratus, quāto me tuear ciuilius. Difficile est, inquis, gestētū stilo moderari. Imò si dicta mihi fuissent omnia, quæ meo iure dicere poterā, tum intelligeres, quātū dolori nō donarim, quantū uerecūdiē, quantū humanitati datū sit. Admonitū te oportuit, inquis, ne cessasse uidear in amici discrimine. Quod obsecro discrimē est, si manifestariā propello calumniā? Num in tuto futurus erā, si talia agnouissem elogia? An Iacobi Fabri tantā rationē haberi uolebas, ut ego in illius gratiā blasphemus in Christū haberi sustinerē? Quod ad eam sanē causam attinet, ego in portu nauigo uel apud parū æquos iudices. Atq; utinā Faber hac in parte suam integritatē & candorē apud uniuersos tam tueri possit, q; ego cupiā. Qui illū amicissime defendit, causantur alieno instinctu perpullum ab nescio quibus, qui nec illi, nec mihi bene uolūt. Quasi uero pondus habeat huiusmodi purgatio in uiro tā erudito, tāq; philosopho, tū prouectā ætatis, postremò in criminatione tam atroci. At uereor, ne plures sint illorū sententiā subscripturi, qui dicitāt istam tam supinam debacchationē, partim ab insigni quodam mei contēptu, partim ab ipsius admiratione fuisse profectam. Hoc sibi (inquit) persuaserat, me nihil aliud q; rhetorculū esse, se philosophum, theologum, mystagogum, cuius omnia dicta oraculorum instar essent, nihil à tali uiro tam neglecte posse scribi, quod mihi non ilico tenebras Cimerias offunderet. At meminisse debuit, Nihil in bellis perniciosius, q; hostem, quam uis imbecillum, con-

temere

temnere. Rursus alij iudicant, offensum illum, quod a se, in Annotationibus meis, locis alij quot ausus sum dissentire, hunc soliginis succum in me uicissim effudisse uidelicet, pro quo officio, pro quo par erat gratiam reponere, summam contumeliā rependisse. Atqui si ipsi licet, ab Augustino, Ambrosio, Hieronymo, imò semel ab omnibus antiquis ac probatis dissentire, mihi non licebit uel honorifice dissentire a Fabro. Et hæc erit scriptorum conditio, ut quicumque a Fabro dissentiat, is Euangelij & sacris eloquijs aduersetur: Ingenue mentis erat, in manifestis erratis agere gratias, qui monuisset, & qui monuisset non solum parce moderateque, uerum etiam honorifice. Et tamen ipse ne priuatis quidem literis sese mihi uel purgat, uel defendit: idque semel atque iterum a me prouocatus, imò perinde quasi læsus, nescio quid minarum spirare dicitur. Quanto ipse simplicius, qui statim literis denuncians Apologiam, prius quam aduersus essem scribere, & absolutam protinus per Sorbonicum quendam ad ipsum misit, scribens que pro tempore dicenda uidebantur. Neque uero periculum esse puto, ne tribuatur inconstantię, quod Fabrum toties laudatum, nunc refellam. Primum enim illi conueniebat imputari, non mihi, si quid ipse dissiderem a me ipso, postquam ille usque adeo sui dissimilis esse coepisset. Scripsit enim is qui reddidit Apologiam, Fabrum ubi recepisset eam, arguisse me leuitatis. Si leuitas est, intentatum falso crimen depellere ciuilitate, quæso, sic amicū ex insidijs adoriri, quo donabitur nomine? Atque utinam per illum licuisset mei similem esse, laudibusque illius semper aliquid adiungere. Nec tamen *παλιγοσώ*, quæ honorifice de illo prædicauit, imò ne sententiā quidem de illo meam adhuc mutare possum. Tantum demittor quid acciderit homini. Postremo non statim uituperat alterum, quisquis sese tueretur. Ius est publici, uim uel propulsare. Cæterum ubi de fide Christiana agitur, impij etiam est causam aduersario tradere. Tuum iudicium non exegi, siue quod perspicere, rem tui fori non esse, siue quod alias occupatissimū onerare nollem, siue ne (quod est molestissimū) inter duos amicos arbiter alterutrum offendere cogeteris. Atque utinam hoc in totum præstare licuisset, ne uel Fabro quispiam mortaliū mea causa minus esset amicus, uel ille cuiquam iniquior. Quod si tu, mi Budæe, non graueris huius causæ cognitionem suscipere, etiam si (ut dixi) res non est omnino tui prætorij: age, non reijcio iudicem, modo negotij statum omnē ordine perdiscas, hoc est Apologiam nostrā, non oscitans ac uellitatum, ut te fecisse scribis, sed attentus perlegas. Alio qui non uerebor appellare. Vnde & quod, inquit, quum ultro mihi delegaris arbitrium? A Budæo dormitante, ad eundem *ἢ ἄνθρωπος*. Alioqui multos passim audio queri, quod aduersus Fabrum scripserim: sed istos ferme, qui nec illius insectatione, nec meam defensionem unquam inspexerunt. Si indignantur, quod me necessario tuear aduersus Fabrum, cur non illi potius indignantur, qui ultro præterque causam nos læcesserit? Parum amicum est, scuto obiecto tueri uitalia: & amicum est, hominem amicum telis ueneno tinctis impeteret. Quod si id agis, ut nos dissidentes in gratiam redigas, quod ad me pertinet, haud sane multum erit negotij. Facile redit in gratiā, qui odit inuitus. Facile placatur, qui nolens irascitur: imò qui ne irascitur quidem nisi suis fati. Vtinam licuisset amicitiam tueri perpetuum, nunc quod est proximū cupio multis de causis, sarciri: uel quod per se sit in decorum cum eo dissidere, qui cum necessitudine sis iunctus: uel quod nolim huius rei gratia inter ullos suboriri dissidia, studijs (ut fit) in diuersa trahentibus. Magis optabam, ut ex amicitia iure communicatis inuicem amicis, utriusque pulcherrima possessio cōduplicaretur. Vix ullas reijciam conditiones. Aut curet ille premendam (ut dixi) reprehensionem suam, ego uicissim patiar meam aboleri Apologiam. Aut si id frustra cupit, maledicta benedictis mutet, & criminatiōi palinodia medeatur, aut certe purget sese mihi literis. Aut si id quoque nimium est, testetur nunc inter nos animorū esse consensum, quocumque genio superior illa incidit procella. Sentiet me minime difficilem. Vnam eam conditionem non recipiam, si postulet, ut Apologiam supprimam, incolumi illius criminatione. De morte fratris tui ex Badij literis cognoueram, quæ mihi duplici nomine grauis est, uel quia tuus erat, & ob id ex amicitia lædere nosset: uel quia, ut scribis, nostri studiosus. Buslidianum legatum ac trilingue collegium pulchre procedit. Est autem magnificentius quam putaram. Destinata enim sunt huic negotio plus uiginti francorū milia. Vtinam exemplum hoc complures inueniat amulos. Habes epistolam non minus molestam quam prolixam, ne semper exprobres epistola, penè ipsis epistolographijs breuiora. Bene uale doctissime Budæe. Louanij. V IIII. calendas Martias.

CCCE autem rursus expositulatio. Conquererbar, nihil a te literarū multis iam mensibus accepisse, quod quidem epistolæ instar haberet, quum tu ad me literas non magis copiosas quam iurgiosas dedisti: perinde quasi ex diuturno somno, id est, diuturna incuria nostri, turbidius te excitarem. Hattenus non magis iam tibi quam mihi nostrisque probatus & amicus: cum ex regis comitatu rediret, hac transiens, literas a me tumultuarias expressit: in quibus quum quicquid in buccā subisset, uel Græce uel Latine scribere, unum ut arbitror, aut alterum uerbum de Apologia illa tua adieci, ex cuius ædicatione dolebam, cum eo quod Faber scripserat, non nihil similitatis simile inter uos enatum esse uideri. Non enim satis memini quid scripserim, & erat eius generis epistola, cuius apud me exemplum manere non solent. Hic pauculis uerbis *ἀπεχέλω* tu cōmotus, in pacificatore repete cornua obuertisti: uidelicet quasi me liti pro Fabro temere aut cupide obtulerim, potiore meque impetus tui partem in me nec opinantem deflexisti: etiā si me subinde benigne appellando suauari uideri inter exposulandum. Primum uolo hoc tu ne ignores, me nec pacificatoris, nec arbitri honorarij partes hac in re mihi sumpisse: non quod uererer, si id facere ne tute mihi non permitteres, aut tu id mihi succederes, quod de te tantum mihi permittere, sed quod hac de re cum Fabro nunquam collocutus sum: quare causa mihi nulla fuit, quam obrere eius rei arbitriū afficere, quod ad me utriusque non reijciebatur, aut ultro deferebatur: etiā si Ludouicus Ruzæus Parisienlis subpræfectus, ut est omnibus uiris doctis ultroneus amicus, facere me iubebat, idque recusantem cōuictose obiurgabat: sed cum uicem tuam dolere, hominis mihi amicissimi, admonitū te oportuit, si non aliam ob causam, ob hoc certe, ne tu me obdormisse putares, cum tua illiusque causa frequenter saepe corona ad publicam famę subfessia peroraretur: cum eo, ut uerū fatear, quod & Fabrum quoque inter amicos numero. At enim sum ille Pandoræ coniunx, quæ tu rei iam cōclamata remediū afferre cauillarit, & Troia iam euerla, docere non fuisse rapiendā Helenā. Eia tu germane mi Prometheu, meministi ad me his uerbis te scripserit Faber toties a me cum honoris præfatione nominatus, nescio quam gratiā mihi rependit, certe ut multis uideri iniquā. Mihi quoque durius mecum agere uideatur, quam pro solito suo cādore. Doleo anam hanc datā, & reliqua. Tum ipse prædiceres Apologiam te meditari, & ego fortasse officio functus essem. At tu me Epimetheū fecisti, ut per te quidem rem in scenam producendā non ante resciscere potuerim, quam tu prologum in profcenium misisti. Quod nunc igitur, inquit, admonitio: nisi ut calculum atrum ferre aut uarum in Apologiam meam uideare, ut mea ferē soles præiudicio quodam tuo premere, licentio: re, ut quibusdā uideatur, fiducia confirmatæ amicitia. Amabo te mi Erasme, tuū præmor de labellū, & usuram mihi patientiæ paulisper accommoda uicissim adiurgaturo. Face: re enim nequeo quin epistolæ tuæ, facundæ quidem, & feliciter argutæ, sed non perinde æquæ officiosæque respondeā: cui tu rei inficiandę non eris, si ad te iam redisti, & pristinos spiritus resumpsisti. Vtiq; quod ad causam meā attinet, ut interim mihi tantū patrociner, quæ tu subinde in facie nunc palma, nunc pugno cōtundis: & uicissim blanda appellatione permulces, ut queritari iure non possim, ceu uero litē meā fecerim, ut ineptus arbiter, quod te cum Fabro altercante, uel tantulū interfari ausus sum. Ac nescio quo modo in *λεπτολογία* illa, & Copiæ cōtumeliā reuolutus es præ iracundiæ impotentiā: quum rerū quum mihi erratū iamdiu cōdonasses ueniam postulantī, nunc uelut muneris repositio hac eadē de re me obliqua actione appellas, iterumque iudicium eius offensio: nis refers, quam ex memoria tuæ actis semel, & bona fide exemptā esse credebam. Ita ne uero si quid tibi familiariter atque amicitia iure fretus dixerō, tu in me eloquiæ tuæ aciem stringes, & ut animo obsequaris iracundulo, ad satietatem mecum delitigabis, & quia tibi par esse scribendi facultate nequeo, continuo te superiorē in causa futurum confides: & secundum te homines doctos & graues pronūciaturos sperabis: etiam ne si in tirocinio æquiore causa nixus sum: etiā si cum tua ista Minerva iustitia ipsa depugnet: etiam si res ipsa clamitet, non te iuris subsidijs, sed facundie præsidijs fretum esse. Verum age, inquit, rem arbitrii tui facio, agnosco legem amicitia, quid igitur censes mihi faciendum? An hoc mihi amico tuo suadebis, ut pro honore mihi habito gratias agam Fabro: minime, an potius ut dissimulem me scire, quid ille de me scripserit? Quid ni id tibi suadeam?

rinaciter contendere, uereret ne grauium honorumq; prerogatiua ære uos laudis & gloriae tandem dirutū iret. Ille et si mihi iam olim amicus magis q̄ familiaris, & consuetudine uitæ cōsiliorumq; cōmercio, deuinctus, rationem cōsiliū sui uiderit. Tu uero, qui mihi cōgnitionē huiusce negocij alteris iam literis detulisti, si tibi constare uis, & me lucrifacere, quo in partes tuas trāscam, in obtemperantis habitum te ut componas necesse est, etiamsi cordis ore reclaims, surdisq; dentibus infrēdas. Itaq; apage illud ex tuis literis: Tu si hic sis mi Budæe aliter, aliterq; sentias. Etenim hac de re sic cēseo, Cum uitæ humanæ ea sit in uniuersum conditio, ut quo quisq; exactius, atque etiam innocentius rationes suas instruerit, eo plura ferē sibi negotia exhiberi à casuum temeritate sentiat, quæ mortales ipsa miseros sursum deorsumq; uersat: innoxia scilicet illa tenebrarum præside, in omneis occasiones peruigili intentione imminente, quæ prouideri ab homine nequeunt, tum uero nostræ fortis hominibus inceslere plerunq; solet, improbecq; blandiri, parens illa discordiæ contentio, quæ in decorum olim conuiuio, aureum illud malum, inscriptū, ἡ καλὴ λαβὴ τοῦ, prouoluisset in medium dicitur: dociles tandem ipsa homines Epimetheos faciēs, quo tu me nomine taxauisti. Huius rei insignē clarumq; documentū Homerus ingeniorū decus, uelut iracundiæ & contentionis antidotum posteritati reliquit: apud quem ut nosti, Illiados duodeuicelimo Achilles ob id mœrens, quod iusto pertinacius animo suo irato indulisset, quanquam insigni iniuria ab Agamemnone affectus, errore tandem intellecto pertinaciam contentionis iracq; detestans, ita inquit:

*ὄς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τε ἀνθρώπων ἀπὸλοιτο
καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφύκε πολὺ φρονά πόνος χαλεπῶνας
ὄς τε πολὺ γλυκίωυ μέλιτος κατὰ λειψομύαις,
ἀνθρώπων ὄντων θεῶν ἀέθρα καὶ ἄτε κακῶνος.*

Proinde uelim te ita esse animo comparatum, ut etiamsi Faber certamen instaurare institerit, id quod falso rumore per suasus expectas, tu tamen hac de re cōquiescere tibi imperes. An uero si ille iniquior esse, & proteruior contra ingenij sui naturam constituerit, ut suis impulsoribus morem gereret, tu quoq; cum eo contendere turpi certamine confestim connitereris: nec istam tuam existimationem, decorumq; personæ tuæ respiceres. Quam legem cum in te sanciam, non ita priuilegium de te fero, ut me nō eadem ipsa lege teneri uelim. Eius omnino nouerim homines doctos & auctoritate præditos in animum induxisse, suis me scriptis carpere, nonnullos etiam iam id fecisse æditiis libris sciam: mihi tamen semel ita imperari, huic meæ sententiæ confirmatæ ac quiescere, ut nihil illis respondeam, nisi si mihi silentij uisio uerti uideam, aut laculentæ fraudi futurum. Idq; mihi ut faciam, autores sunt & imperatores amicorum iuratis simi, simul & grauisissimi. Neq; enim iam ista me iuuant, quæ sine acerbitate genium nullum habēt, neq; mitis est mansuetiq; ingenij, ea digladiatione oblectari, quæ sine luculento uulnere plausum mereri nequit. Et est ea natura cōtentionis, ut plus ad stomachum eius faciant, quæ plus fellis quam salis habent. Tu ne, ego ne, quanquam longe te inferior, qui seruitutem molestam grauemq; ambitioni seruimus, & tandem uindictam meruimus, ex libertate rursus in pistrinum nos demus, atq; acerba identidem concertatione conflidemur ut scripturienti cuiq; libuerit stilum in nos exaceret? Equidem si alterutra mihi conditio eligenda sit, malim literarum elegātium studiū eiturare, quam ad eam mentis carnificinam adigi. Tu iam gloriæ culmen tenes, ex quo ut à nullo deturbari iam potes, sic si gradum ipse dimoueris, conuersos in te oculos fallere non poteris. Ego in eam uel securitatis uel incuriæ arcem conclusisse me confido, unde me in campum perlicere ad certamen haud facile quisquam possit. Malim ut animi æquitate superior esse uideare, quam causæ actione. Neq; tu aliter in animum tuum induxeras, ut ex literis tuis uideo, atque ex ipsa Apologia, utpote qui mœrens propemodū hoc certamen capelsteris, gemensq; peregeris. Verum ut tibi iam sententiā meam proferam placidiorē mihi uultum exhibe. Summa rei hæc est, hacenus ueritati atq; existimationi tuæ patrocinium tulisse, per me quidem & cōmunes amicos licere ut censeare: quandoquidem est huiuscemodi controuersia, quæ amplari potius, & comprehendinari sapius, quam semel dijudicari debeat. Vterius autem si uerbum addideris, non impune tibi ab amicis futurū. Neq; uero me nunc credas Fabri causam agere, sed tuam potius uicem dolere, qui hoc tibi suadeam, ut in gratiam cum honestate & moderatiōne

tionē redeas, imò ut ad ingenium tuū remigres, ac te tibi nobisq; restituas, & sacra lectio- ni meditationiq; referas. Multa fert amicitia, quam tu Fabro inuitus renuncias, ut potius cum eo exposulare ob uiolatā inconsulto amicitia, q̄ cum postulare criminose uidearis. Multa opiniosissimum nomē Erasmi, quo nunc omnes Occidētis prouincia personant, multa sacerdotij dignitas, & professionis theologicæ ratio: & uis ista cōtentionis cōtate ut cōsenescat oportet. Et est eiusmodi certamen, cuius uictoria flagrare citius inuidia, q̄ plausum excitare tibi possit. Neq; te hic audia, si pergas in eū crimē retorquere, qui prior certamē hoc cōmisit. Nunc causæ cardinē non attingo, & causam tuam non illius iudico. Volo tuam ut causam mihi approbes ex tuo tantummodo, non etiā ex illius instrumēto: id est ex propria moderatione insonem te, non reclamatione doceas. Siquidem decet boni uiri innocentiam, suapte ui, suoq; iure niti, non alienæ iniuria propulsatione cōmendabilem uideri. Audio te nunc diuum hominumq; fidem implorare, quod tibi impietatis reo actionem, causæq; dicēdæ liberum arbitrium denegem. Atqui si huius rei iudex legitimus fuisset, & à me tu petiisses, ut tibi agere lege liceret, ut actionem ipse tibi negare iure non potuisset, ita tibi modum dicendi ad clesydram statuissem. At uide quē tandem aq̄ tibi modum infuderis. Non inuitus facio, ut strenue te castigem, cui iam diu inuide- re cœpi, ut luminibus meis nimium officienti: & hacenus agere tuli, in epistolaribus nostris altercationibus me semper inferiorem discessisse. Sed uereor, ne omnem inuictam tuam deriuēs, & si nondum plane indignationem illam deuorasti, uel deuoratam non cō- quouisti, ne tu reliquias in me regeras, & expuas, epistolamq; mihi unā amarulentam scribas. Verum age, piacularis esse non recuso, & in Fabri locum prodire succidaneus, dum modo stomachum per purges, simul & suspitionem illam tua defungar, *πὸς τὴν λεπτοδοξίαν* ~~τὴν ἀποστολικὴν ἑστὴν, qui inter esse publico inuictis uidentur, te ab illa cōtentione~~ ~~animam dēstidum, ne id tibi paragon populare contempnam cōtentionem ueritate, uel~~ ~~autocementum.~~ Hæc ad te scripsi uir amicissime, potius ut animum meum tibi libenterisq; tuis responderem, quam quod admonitione mea egere uiderem. ~~Atque libens hoc~~ fecerim, si possim, ut qui mihi maledicere gestiant, ad officium, & modestiam uel perfectiō- do, uel spernendo obreccationes, reducam: sin id efficere nequeo, certe hoc non commi- serim, ut ab æquanimitatis proposito, & constantia gradu dimoueri me sinam aliena im- probitate. Etenim habet hoc à natura impetus inuectiue contentionis, ut si ingruenti ces- feris, irritus mox irritusq; atq; euandus fatiscat: sicut turbo elisus rapidas tires amittit, si obicem non offendit. ~~Et~~ ~~posq; tuos~~ ~~te iubebo.~~ Miles enim tuus Christianus, ~~me docuit, non esse ex usu disci-~~ ~~plinæ castrensis, delectos~~ CHRISTI milites, huiuscemodi uelitatione tyrociniūm fa- cere, nec Christi athletarum esse pugillationem infestam, ut tecum ob signatis tabulis a- gam. Mirum est: Tunc stallum ad me non rescripsisse: uereor ut satis salue se adhuc habue- rit. Epistola meæ ad eum exemplum nondum recepi, ut antea ad te scripsi, atque haud scio an perditum sit. Si tamē magnopere habere exoptas, ex scheda restitui poterit, cum erit mihi ocium. Stephanus noster antistes, ex aula huc ad aliquot dies uenit: sed iterum accersitus, perendie reuersurus est, nec nunc est in urbe, sed cras rediturus, ut aiunt, & mox uiam initurus. Bis cum eo collocutus sum, sed non procul arbitris. Is te fert in oculo, quæ res urit me maxime, cum eo quod aulici, & rex ipse, ferre te fama non cessant, ut ab eo audiui. Rex ex Italia Iustinianum episcopū ex Domiticali sodalitiō accersendum curauit, & alium Hebraice doctum, nomine, ut arbitror Ritium: iamq; habet unum Mi- thridatis æmulum, qui omnes pene linguas nouit, ut aiunt qui hominem uiderunt. Quū de ijs me præsentē sermonem ipse faceret, ego que non nihil ut sit, dixissem: Quidnam censes, inquit, Budæe de Erasmo? nosti ne, quid ei sit animi, & an in Franciam tandem præmio se digno pertrahi possit? Si id inquam, cordi magnopere regi esse sentis, odorari iterum non grauabor, an adduci possit, ut Parisios migret, ibiq; domicilium fixum ha- beat. Quandoquidem, si bene eum noui, ne episcopatum quidem opimum libens me- reat, ut inter aulicos agere incipiat. Ne multa: cum es ad te ut scriberet, ocium non suppe- teret, autor mihi fuit, ut animum tuū explorarem, autorq; tibi essem, ut ad eum scriberes quod in animo haberes, ut ipse negocium in aula procuraret. Agedum fastidiosule, uide, consule, decerne, an noster esse uelis, ac delicias facere tandem desine, ut utar uerbo Co- mico

tura: quippe ubi solidis tantum argumentis, quibus minime possemus tuo ipsius testimonio, aqua funditur, ut aiunt. Atque haec hactenus epistolae tuae sensum dilucide assequutus sum, nec prouocare ab interpretationis tuae sententia, tuorumque amicorum statui, & si mihi iniqua, nec ad communes, nec ad meos amicos, ad quos tu me respicis: quāquam illi tam peruersum, quāquam ego hac de re iudicium habeant, id est, tuorum, non meo iudicio. Verum quod conuictis certare indignum te esse dicis, nec oblectare cauillis: hoc quatenus ad me pertineat, non percipio. Non enim usque adeo exacerbatum te esse puto, ut haec in me dixeris: & tamen ne hoc fatius hucus serpat, quando discuti (ut uideo) non potest, circuncidendū esse censeo, ut inter nos posthac silentio acquiescamus. Et tu epistolam meam prolixam, ut uocas, id est superuacanea & redundantī loquacitate odiosam, supprimas, atque etiam concerpas, si libet, aut pruna & cineribus obruas. Et ad tuam ego iam uulgatam, ut hodie ego primum uidi, obmutescam, nec ultra tibi negocium facessam. Sed cur me eo argumento lacessebas, non intelligo, siquidem me respondere uolebas. Ego mihi inductum a te silentium accipio, & amplector, & si per te licuerit, seruabo. Mirum quā fatuas ac stupidas aures habeam, qui cum epistolam illam, nefastam ac sceleratam, post tuas acceptas literas saepe legam: ne tanto quidem interuallo retractans, & me legentem audiens: uirus illud malevolentiae, uel quicquid uobis uocare libet, deprehendo, quod tantopere uos offendit: in quo iudicij mei absurditatem agnosco, & uestri acrimoniae. Sed per deum immortalem, utrum in priore epistolae parte te offendit, in qua disceptationis tuae cum Fabro mentio fit, an in posteriore, in qua conditionem tibi regiam denuncio: Si in illa parte potius, cur ad me igitur tantam epistolam scripsisti, tot argumentis tam ualidis me lacessens, ut tibi responderem? Cui epistolae quum rescriberem, putauit rem tibi gratam me facturum. Quid est enim in ea per superos, quod a perito & acuto homine animaduersum, non in tuam gloriam cessurum sit. Ego ut te taxare uoluissim, aut cuiquam potius quā Erasmo fauere? Apage hanc a me odiosam suspicionem: praesertim cum Faber de hac re mecum nunquam collocutus sit, & si saepe mecum interea locutus. Verum cum eius disputationis uictoriam uiderem acquisitū cuiusque ore ita Erasmo tribui, ut tamen eum dicerent ultra modum uti uictoria uoluissim, nec satis sui atque aduersarij rationem habuissim, uolui imaginem rei in epistola effingere, teque hoc nomine & consolari & purgare, quod aliquid humanitus passus esses, si ultra modum, ut sit, incaluisse con certando, qua culpa ne Hieronymus quidem tuus caruit: teque ab ea deducere opinione quā habere uidebare: & a meditatione auertere certaminis instaurandi, literarum bonarū sacrarumque dispendio. Simul illud non nego, ita me literis tuis delectari, ut gaudeam am stilum tuū exacuere, uel in me ipsum irritare. Quare etiam in epistola illa odiosa affectui impetum orationis tuae in me auertere: etiam si indignationem tuam nunc aggerime tui, qui stomachabunde epistolium ad me scripsisti. Neque ego autem unquam propter ullum tuum uerbū offensus sum: quod ad me alijs in epistolis scripseris, etiam si non nulla sunt, quae quidam mei amici figuratiora esse putarunt, quā amicitia nostra ferre uideatur, aut tua circumspectio. Cum quibus ipse usque adeo non sentio, ut etiam nihil a te atrocius, ne posthac mihi quidē metuendum esse putē. Quin a te, ut homine mihi charissimo concisus interdum laetor, & ita scite conuerberatus, & apposite, ut sugillatum me amici in multos dies rideant. Nec recuso, quin hac lege offensionem istam mihi condones, ut ad facietatem animo tuo, genioque obsequaris in amico plectendo animaduersione utroque nostrum digna. Neque enim tam religiosum doctorum omnium esse arbitror, quā tuum est tuorumque amicorum iudicium. Sin illa te male habent, quae de conditione regia scripsi, uidelicet quod in re seria illudere tibi uidear: ego certe, quod ad hoc attinet non tibi illudere, sed mihi ipse uideor. Tu quoque hoc intelligas uelim, tantam tum de te opinionem apud aulam interiorem fuisse, ut cum orta esset illa suspicio, te ideo conditionem regiam cunctabunde rejicere, quod uerereris, ne CAROLVS princeps illustrissimus ob id offenderetur: rex Franciae tui cupidus, eam ob rem ad eum scripturus fuerit, si quid tu eiusmodi excusasses. Tum sunt alia, quae scribere longum esset: nec epistolae forte committenda: sed tamen quae me impulerunt, ut huiusmodi epistolam ad te scriberem: quod ad hoc quidem pertinet. Quod si nunc mihi aliquot menses amicitiam renouciare cogitasti, quoad animus tuus in te commotus confederit, haud satis digna causa est, quamobrem

quamobrem antistiti Parisino non scribas, quum id negocium facile passurus sim, sine me arbitro aut internuncio transigi. Tu uelim rusticulum me cauillatorem non proteruum esse interpreteris, id quod tu sponte facere mihi uideri: si per tuorum pacem bonam liceret, nec me minus quā dudum pridemque ames. Inuitum enim te facere uideo, ut mihi in sensum te praebes. Utinam autem ita me diu bene adiuuent, ut ego tibi bene cupio, laetorque sospitem te Louanium redisse. Rumor enim hic constans erat, Romam te aut Mediolanum migrasse. Glareanum tibi salutauit, qui hodie ad me uenit. Vale, & me cum satis odisse uidebere, rursus ama. Parisijs, pridie Calendas Nouembres, cum pridie eius diei literas tuas accepissem haud auspicato.

Quo magis illa nefasta epistola Vulcano sacrandā uideatur, quod tamen tui arbitrij erit, quum tua magis quā mea causa scripta sit, si satis regustaueris, sed tamen quo minus mihi placeat, inter legendū eam hodie erratum unum deprehendi in eius scheda, quae apud me manserat. Id est autem in secunda pagella in his uerbis, id quod tu insicando non eris: quod si itidem est in tua, me ut puto, satis irrisisti. Volui enim dicere, cui tu rei insicanda. Non uideo tamen, cur illa minus exire digna sit epistola, quā illa die brumae scripta, in qua *πικρὸς* euulgasti, quae inter te & me arcana fore sperabam, adeo ut ne apud me quidem ullum uerbum eius schedae remansisset. Scripseram ad te altam quoque semigracam, non magis, ut arbitror, supprimendam. Quod si in uno aut altero uersu, aut pluribus posita sunt, quae stomachū tibi faciunt, per me licet, ut arbitrato tuo mutentur, aut tollantur.

ERASMVVS ROT. GVLIELMI BVDÆI PERPETVVS

uelit nolit amicus, non ultimam, sed iugem ac perennem illi d. s.

OSTURGATRICEM illam epistolā, quae Basileae fuit reddita, ecce de integro mihi adest abs te foecialis cum patre patrato, qui solenniter ac palam ueteris amicitiae foedus renuncient, & in posterū *ἀπονομήν πρόλεμον* denuncient. Primum omnium gratulor tuae felicitati mi Budae, cui tam uacet, tum libeat ad istum iocari modum. Si quidem ea res mihi satis est argumento amicum, cui

profecto omnia laeta cupio, non solum prospere, uerum etiam alacriter ac sua uiter agere. Proinde licet ipse toto hoc seculi anno in eiusmodi studiorum genere sim uersatus, ut one ri feredo, nec corpore, nec animo par essem: praesertim quum id accederet ad sarcinae molestiam, quod intelligerem illa desudari ferē ingratis & iniquis: deinde tot morbis atrocibus subinde me reperiens, tot alijs curis atque incommodis, non hic commemoradis, me meus exercuerit genius malus (nam Louanium, quod tu saluum me redisse gratularis, uix semiuuus deportatus sum) tamen festiuitate literarum tuarum, etiam in medijs malorum procellis sum exhilaratus, aut certe delinitus. Etiam si referre iocos tuos, ac ueluti recitare, ut maxime libuisset, certe nec licebat, nec uacabat: quanquam ne adhuc quidem sic a morbo conualui, ut uel mihi satis placeam, uel amicis. Tanta erat morbi uis, nisi malis hoc mali, laboribus immodicis imputare. Tandem igitur ambabus tuis epistolis, imò uoluntatibus, unica respondebo: quod tamen non prius faciam, quā illud adhibita stipulatione impetrem abs te: ut mihi fidem habeas me persuasissimum habere, quicquid abs te seu ioco ceu serio scribitur, ab amico sinceroque peiore proficisci, utque idem tibi de me persuadeas, *καὶ τὴν ἐλπίον ἀμύχανον* fidas, si parum fidis iniurato. Nihil prius quā de animi tui sinceritate testatus sum apud Beatum Rhenanum. Idem clare testor in postremis literis, quas tu semper tuo more ludens, stomachabundas uocas. Ego nullius literis atque delector ac tuis, ex quibus multiplicem capio tum fructum, tum uoluptatem. Primum siue mecum litigas, siue rides, siue lacessis, discedo doctor. Nihil enim abs te proficiscitur adeo neglectum, quod aliorum quantalibet cura possit equare. Deinde tuus iste sermōnis torrens meam expergefacit somnolentiam: tuus ardor meum frigus acuit: tua copia nusquam non exuberans, seiuam exilitatem meam emendat, atque castigat. Postremo quum praecipua uitae uoluptas sit, meo iudicio uacuas horas cum fidis amicis transmittere, quid possit accidere iucundius, quā cum amico tam eximio uicissitudine literarum confabulari: Imò quum tuas lego multo literatissimas literas, plus quiddam mihi sentire uideor, quā si te coram audirem, etiam si coram quoque perquam festiuus esse congerro soles. Hanc uoluptatem mihi subinde renouo, epistolis tuis ex interuallo relectis. Rursum

ubi eas amicis ostendo, sic de integro delector, ac si tum primum mihi fuissent reddita? Ut nullum interim calculum habeat, gloriae lucrum quod hinc facio, mea sententia non aspernandum ei qui posteritatem spectet: ut meae lucubrationes intermoriatur una cum suo autore, uel praemorianur magis, tamen posterius loquentur, Erasimum fuisse quendam quem Budaeus ille magnus nec oderit, nec omnino contempserit. Huius ambitionis (ut ingenue dicam) me nec pudet adhuc, nec poenitet. Proinde quum perspicere accuratam illam & grandem epistolam, in hoc paratam ut ederetur, ueritus sum ne quid huic gloriae decederet, ac posteritas iudicaret inter Budaeum & Erasimum, non tam synceram intercessisse necessitudinem, quam ego uideri uolebam, imò quam esse puto. Atque idem damni mihi metuendum erat apud amicos, quibus tuum ingenium propius ac domestice cognitum perspicuumque non esset. Id pro modo tua magis referre uisum est quam mea, propterea quod me ab istiusmodi suspicione libri mei, si contigisset superesse, ut cuncti uiderentur. At periculum erat, ne quis de Budaei peccore, quo nihil esse posset candidius, secus quam dignum est suspicaretur. Itaque uidebam alterutrum futurum, ut si ostendissem amicis, famae nonnulla fieret iactura: si non ostendissem, aliqua uoluptatis parte fraudarer. Id metus id temporis habebat animum meum, quem ipsum qualis qualis est, te autore libens posuero, si tu ita serio censebis. Neque uero hic agitur, quam ego sum iocorum ac facetiarum prudens, sed quid sensuri de nobis sint, qui nos è libris aeditis duntaxat aestimant. Noueram esse genus iocandi Gallicum, impense liberum, gestiens, ac paulo licentius, quod tetricis ingenijs uideri posset petulantiae proximam. Mihi uidebar propius animaduertisse, tuum ingenium hoc genere lusus impensius delectari, praesertim si quem familiariter amares, quo te tuo arbitratu posses oblectare: qui ferè mos *ἡμετέριον* *ἡμετέριον*, in delicijs habere quempiam imi sublellij amicum, ac uernis proximum, in quem animi causa quilibet tum dicant, tum faciant. Nec istam uoluptatem tibi inuiderem, si res gereretur tantum ijs arbitris, qui nostrum utrumque pernoscent, aut lusus nostros tam candide sint interpretaturi, quam ego interpretor. Nunc uides à plerisque trahi ad calumniam, ea quoque quae simplicissime dicuntur: atque huiusmodi scophantarum, temporibus hisce plena sunt omnia. Quid hos dicturos censes, si iocos tuos serijs conuicijs simillimos legant, quos ego penè solus omnium iocos esse uel sentio, uel interpretor? Iam ut non illibenter fateor, me non minus literis quam fortunis inferiorem Budaeo, ita, quod scio te non inficias iturum, eruditio tua, non opes, Musa, non Rhamnusia te mihi concessauit, immo me tibi deuinxit. Felicitatem istam tibi gratulor, sed peccus amo suspicioque. Quamquam autem nihil addubitem, quin fortunas quoque tuas, non uni tibi, sed amicis etiam possideas, tamen è chartis tuis gaudeo ditescere, quibus nihil diminuit tua in omnes benignitas, è scrinijs nummarijs nihil adhuc nec ambij, nec decerpisti. Nec tenuis haberi debet, qui sua forte contentus est. Et haud scio an eruditus aliud iocandi genus deceat, praesertim amicitia confederatos. Iocatur in Trebatium suum M. Tullius, colludit cum suo Symmacho Ausonius, iocatur in unum atque alterum suorum Plinius. Hoc iocandi genus haud scio an usquam in eruditorum libris reperies. Et aspergi solent huiusmodi lepores, ceu condimenta sermonis. Cuiusmodi uero species, quum totus sermo à capite, quod aiunt, usque ad calcem praeter scommata, strophas, & obliquas *ἄσπονδες* nihil habet? Verum haec utcunque habeant, certe oportebat iocandi uices inter amicos esse mutuas. Alioqui non uidebitur amicus cum amico ludere, sed rex in parasitum, ciboque emptum homuncionem debacchari. Nunc si quid à me liberius aut simplicius dictum est, contumeliam atrocem facis: si quid lenio ne offendat, quod liberius dictum uideri poterat, sua uis te blandiorque: si quid festiuus excidit, cauillaris figurate dictum. Atque hac iniquissima lege coarctor, ut si iocis tuis serio respondeam, potentis amici maiestatem laedere uidear: si iocum ioco retaliem, figurati morsus accuser: si blande tecum agam, supplex ac submissus esse dicar: si obticebam, metuere potentiorum existimer. Nam per Musas te quaeso Budae, quid habebat uel prior illa epistola, quam aedita doles, usque adeo procax ac petulans in te, imò quid non amicum & honorificum? Audieram quosdam hoc tantum indignari, quod ausus essem Fabro respondere: alios, quod aliquanto liberius responderim. Hos placare uolui, cum eius rei tu uelut ansam praebuisses tuis literis expositulatricibus. Itaque proposito dilemate, sic argumtor: Si mones, sero mones: si obiurgas, sine causa obiurgas. At quoniam

quoniam priori parti aspereram Epimethei mentionem, quod hac in parte mihi serus monitor extitisses: uide quantam hinc excitas Tragoediam. Eia, inquis, tu germane mi Prometheu, meministi his uerbis te scripsisse, uelut atrox facinus mihi impingens, ne possim inficiari. Ac mox, Amabo, inquis, mi Erasme tuum praemorde labellum, & usuram mihi patietiae paulisper accommoda, uicissim adiurgaturo. Ac mox rursum, Quem tu subinde in faciem, nunc palma, nunc pugno contundis. Haec qui credit, nonne me contumeliosum quempiam, & à Gratijs alienissimum esse iudicabit? cum hoc animo sim, ut amicum nec ioculardere uelim. Opinor nonnunquam usuentre tibi, ut bona quaedam dicta seposita nolis perdere, nec ob aliud uti, nisi ne tibi pereant. Sunt haec, fateor, belle dicta, si suo loco dicerentur. Atque his ut locum faceres, facis me tuis uerbis loquentem, quae multum dissonant ab animo, moribusque meis. Quo nunc igitur admonitio nisi ut calculum atrum ferre aut uarium in Apologiam meam uideare? ut mea ferè soles prauidicio quodam tuo premere, licentiore, ut quibusdam uidetur, fiducia confirmatae amicitiae. Hunc sermonem mihi tribuis, ac uicissim refellis, mutata subito persona, nunc reum agens nunc auctorem. Tua est uictoria, si hoc iuris tibi permittent iudices, ut tuo arbitratu pro me quoque respondeas, Atqui nostrae epistolae respondebas, in qua nihil istius simile legitur. Sed hic planè luisse uideberis scio. Ceterum num illud quoque loco dictum tibi: facere enim nequeo, quin epistolae tuae facundiae quidem & feliciter argutae, sed non perinde aequae officiosaeque respondeam. Vide uero, num & illud loco dictum uideatur. Tum igitur praediceres, te Apologiam meditari, & ego fortasse officio functus essem: at tu me Epimetheum fecisti, ut per te quidem rem in scenam producendam non ante resciscere potuerim, quam tu prologum in proscenium misisti. Haec tu sane festiuiter & erudite. Quod mones, fortasse facturus eram, si tum Budaeus ad manum fuisset. Vulnura quae mihi Faber inflixerat, sero sensi: nec Louanij quisquam aderat id temporis (nouus enim hospes eo ueneram) cuius consilio multum uel tribuerem, uel fiderem. Et quod tu fortasse moniturus eras, ut moderatius, ut parcius responderem, id ipse me maxime tum admonebam. Neque enim tam impotentium ingenio, quam tu me facis: neque id temporis tam animo commotus eram, quam tu imaginaris. Mœrens eam Apologiam scripsi, non iratus aut indignabundus. Id nolim mihi credas, si quisquam mortalium audiuit Erasimum eo tempore, quo uulnus adhuc recens esset, uel inter pocula cum stomacho loquentem de Fabro. Mihi igitur tum sanus uidebar: idem uideatur quibusdam, qui Fabro impensissime fauent, eoque praepceptore gloriantur. Quorum iudicio plusculum arbitror hac duntaxat in parte tribuendum, quam tuo aut tuorum, quorum alias iudicio tribuo plurimum. Cauillari poteram, Gallos fauere Gallo, ac reiectione iudicum uti. Tu procul aberas, ut dixi, & res praesens remedium postulabat. Consuluissem uidelicet te, tu conuocasses senatum amicorum, & post annum redisset ad nos uestrum oraculum. Ac cur potius tu mihi consulendus eras, quam amici ceteri? An tu solus quid decebat, perspiciebas? an ceteris non sunt oculi? ut mihi in mea causa iudicium adimas. Iam si complures amicos consuluissem, fortassis omnes moderandae Apologiae fuissent autores. Recepissem me facturum. Hic rursum, quod mihi moderatissimum uisum fuisset, huic aut illi parum moderatum uisum fuisset. Nisi forte uolebas Apologiam absolutam, & opera notariorum in aliquot exemplaria propagatam, in Germaniam, Hispaniam, Britanniam & Galliam mitti, prius quam excuderet formulis. Vt nam id liceret in omnibus libris quos adimus in uulgus. Atqui ut nulla sumptus habeatur ratio: primum, difficile est esse ingeniosum in opere alieno: deinde uix unum reperio, cui uacet alienis lucubrationibus attendere. Siquidem ea res attentum requirit. Facilius reperias qui aedita cognoscant ut carpant, quam qui aedita recognoscant, ut emendant. Postremo, cum hic quoque uariassent amicorum suffragia, nonne moderationis canonem ad meam aetimationem reuolueretur. Ut reperiat aliquis tam ociosus: quis tam certus tibi cenabit nobis à tergo, ad cuius modulatum, orationis habitum remittamus aut intendamus? Totum hoc negotium & scribendi, & excudendi, intra quatuordecim, plus minus dies, confectum est. Res multis acta est testibus, ne quid me suspicere affingere uero. Ne uero putes tantum uel temporis, uel studij datum huic contentioni, ut tuo hortatu uerim ad sacra studia reuocandus, & ipse mihi per te postliminio restituendus, perpende quid

quid interim scripserim, uidebis te hortatore nihil opus fuisse. Sed fac me percitum iram non satis habuisse rationem meae dignitatis: num ideo te feci Epimetheum? Si in puteum delapsum admoneas, hac erat eundem, non incidisses in puteum, si monitorem audisses: nonne is optimo iure respondeat, utinam in tempore monuisses, nunc auxilio, non monitore est opus. Quanquam hoc posterius sic refellis, ut dicas te in posterum consuluisse mihi. Vide nunquid eiusmodi tua habeat epistola. Si dixisses: immoderatius respondi tibi Fabro, posthac nolim te eodem modo socordem esse: poterat intelligi quid sentiret. Nunc Erasmus sum, non Oedipus. Neque enim diuinare potui, futurum ut tuam admonitionem, quam uocas, sic interpretareris. Quod si tam proluxa epistola obiurgas amicum, lapsam, si ita uidetur: nec interim optularis, ubi cadit ille Budaicus? Quid aliud quam erratum amici traducis & exaggeras? & cicatricem iam obduci coeptam, refricas? Vna optulandi ratio supererat, si nos in gratiam redegissemus. Id officij cum Ruzeo maiorem in modum flagitante, pertinaciter recularis: tamen in frontispicio epistolae tuae pacificato rem te uocas, in quem ego ἀκροχέλιος commotus, repente continua obuerterim. Si ubique iocaris, puto iocos etiam oportere tibi constare. Vtrum uero metuebas, an ne ego rursus impeterem Fabrum, qui me tam inuitus defenderim aduersus illum? id tu quoque uideris intelligere: an ne ille me repeteret? Id quum taster me non metuere: tu declaras nihil omnino esse periculi, meorum suspicionem irridens, etiam si nemo meorum id suspicatus est: sed timore quorundam Fabro fauentium, aut certe mihi male uolentium fuit iactatum. Nam ipse non solum de Fabro, uerum etiam de doctis amicis ac discipulis Fabri, semper meliorem habui sententiam, quam ut huiusmodi quicquam ab illis metuerim, ab indoctis rabulis metu magis, cum quibus uel certasse sit turpissimum. Atque interim leptologematon mentionem nobis refricas: qua de re quum ego nusquam ullam iram uel fenserim animo, uel oratione declararem: tu tamen praecipua iracundia in hac re uoluntum me scribis: idque satis impudenter colligis ex eo loco in quo testor, me ne tantulum quidem fuisse commotum: & adeo non fuisse commotum, ut amicos quosdam Germanos, id non satis aequo animo ferentes, riserim uerius quam placarim. Quorsum igitur attinent illa ἄρμα καὶ φοβερὰ? Ita ne uero, si quid familiariter atque amicitiae iure fretus dixeris, tu in me eloquentiae tuae aciem stringes? Et ut animo obsequaris iracundulo, ad fatietatem mecum delitigabis? caeteraque quae in hanc sequuntur sententiam. Si haec serio scribis, ubi nam est in scriptis meis ista tam impotens iracundia? ubi delitigatio? ubi mea Menerua facundiae praesidijs fretus, aduersus iustitiam depugno? Sin ludis: qua nota sentiet lector, utriusque nostrum ignarus, esse iocum in quo tu tam scite adumbras stomachantem, ut qui uere indignetur, non queat seipsum melius representare, quam tu simulas? Si tibi placet lusus Laconicus in amicum, qui usque ad uulnera tuberaeque solet progredi, uidelicet quo me doceas tolerantiam: uide ne quis istud causetur parum tempestiuum in hominem aliquanto, quam tu es, natu grandiolem, quum creuentus ille Lycurgus lusus inuentutem dumtaxat exerceret. Iam periculum est, ne cui ueniat in mentem, ut simile quiddam dicat in te, quale celebratur Platonis in Diogenem. Is quum calcasset culcitram Platonis, ait se Platonis fastum calcare: Calcas, inquit Plato, sed alio fastu. Verendum igitur est, ne quis animaduertens, tam iracundis literis tuis meam castigari iracundiam, tibi dicat itidem: Obiurgas iracundiam, sed alia iracundia. Caeterum agis iracundum, non irascens. Ut agas, certe nimium scite agis, quemadmodum Afacem egit Lucianicus ille histrio, qui inter agendum uni atque alteri caput comminuit, non sine metu caeterorum. Sed ille personatus agebat, tu nuda facie cum amico agis. Quod si uultum ista loquentis aut scribentis cerneret aliquis, fortassis intelligeret saeuitiam uerborum meros esse lusus. Nunc lector uultum scribentis non cernit, animum ex uerbis aestimat. Sed haec alias: nunc epistolae tuae seriem persequar. Ais, Si mihi fuisset integrum, suaturum fuisse te, ut dissimularem quid Faber in me scripseret, quum in hac eadem epistola fatearis te, si res pro tuis rostris ageretur, non adempturum mihi dicendi pro me facultatem, sed clepsydras pauciores infusurum. Hoc consilium quale futurum fuerit, in praesentia non expendo. Illud habeo compertissimum, eruditos quosdam, neque postremi nominis uiros, lecta illa Fabri insectatione, mihi nonnihil timuisse: qui iidem prodita nostra Apologia metum omnem posuerunt, meaque innocentiae sunt gratulati. Quotum autem quenquam

turum fuisse censes, qui quae Faber in me scripserit, attentius legeret, qui utriusque sermonem expenderet? quum bona pars satis esse iudicasset ad me condemnandum, quod Faber in me scripserit, & ita scripserit, ut ego nihil responderem. Atque hic uteris argumentis quod tua pace dictum sit, parum uerecundis. Primum, quum ais me eodum euasisse opinionis, ut ne exaltenis posthac elogijs pendere debeam: deinde quod addis, Fabrum suis scriptis patrocinantem me attigisse, quum in eo loco nihil illi mecum esset negocij: Ad haec, quod meam Apologiam, & breuem pro causa modo, & quod constat, plusquam extemporariam, longam ac meditatam defensionem uocas: Postremo, quod assumis, nihil futurum fuisse periculi apud eruditos, etiam si Fabro nihil, aut si neglectum respondissem. Ego famam nunquam sum aucupatus, nec ad hunc scopum mea studia destinaui, quod tu mi Budae nimis frequenter impingis. Nec eodum progressus sum opinionis, ut mihi tutum sit obticere, si quis impingat quae impigit Faber: nec acriter aut ferociter illi respondeo, sed amice candideque. Nihil enim me mouet, quod rem per se atrocem uerbis eleuas, quouis modo crimen aspergenti, & secus quid, ut sit, de scriptis tuis fenserit quodam loco, & si quiquam scriptor scelus de te fenserit. Ista praecleara uisio, quum res extet, non multo sunt uerecundiores, quam si quis consolans eum cui elephantus sit abactus, dicat esse deiectionis animi, ob tantillam animalculi iacturam commoueri. Aut si cui perisset ingens Smaragdus, neget esse uirilis animi, ob lapilli unius damnū animo discrucari. Verum ut haec omnia ioco tribuamus, rursus in te constantiam desidero. Quum in posterioribus literis me uiciorum pronuncius, hic meam defensionem errorem uocas, & causificationes. Mox in Graecis quae sequuntur, factus aliquanto mitior, sic tribuis eloquentiam, ut fatearis mihi deesse rationem ac modum utendi, perinde quasi furioso tradas ensem. Deinde totum Hieronymum a me exigis, perinde quasi ego meum erratum illius exemplo defenderim. Imo nego me ad illius exemplum atrocius respondisse, quum grauius essem quam ille prouocatus. Ut nihil iam ad rem pertineat quod declamas Hieronymum & Augustinum homines fuisse. Nam illud planissime per lusum admiscuisse uideris: quod ais addubitare te, an ob id Hieronymus actus ad Christi tribunal uapulauerit, quod in Ruffinum scripserit: quum somnium illud, ut ipse testatur, adolescens somniari, in Ruffinum non nisi fenex scripserit, atque adeo ne ad Augustinum quidem. Multa praetereo sciens, quae tu animi causa fingis: quod genus illud, Me te longa uersauisse epistola, quasi ab aduersario meo steteris, prodita amicitia, aut scriptorum meorum indicatam, epistolarum licentia eleuaris. Haec quisquis leget, protinus requirit expostulatricem illam epistolam meam, quum in his quae extant, adhuc ne uerbo quidem huiusce rei meminerim. Ac mox ἀπενοήσω naso suspendis, quod obiter adiecerim, orthodoxos omnes ueteres ac recentes in eadem esse causa in qua me Faber collocat: nam ipse ἀδολογήθηeram, quod ad eam rem attinet. Ut non egeant illi meo patrocinio, certe uidebor excusatus eam opinionem tutatus fuisse aduersus Fabrum, in qua tot egregios uiros habeam ἀνοήτους. Ad haec quantumuis magni sint illi, tamen nemini uitio datur, summos etiam uiros a calumnia defendere: quum sint qui Christo aduersus impias calumnias suis libris patrocinantur. Nec mihi satis est solatij, quum quamlibet eximij uiris habere causam communem, si illis ob antiquitatem ignoscitur, mihi scribitur dica. Huc si nullum est, quod in tua sequitur epistola. Scripseram, si Fabri insectationem insectatione retaliassem, obtexere poteram ius nusquam gentium non decantatum, uim uel repellere licet: quum me negem eo iure usum, & tamen tu perinde mecum agis, ac si dixissem usum. Contumeliosus laesit, argumentis respondeo: an hoc est uim uel repellere? Ne gas hoc legis caput, summum illum iudicem in suas tabulas aut edictum trastulisse: & tamen omnes Theologorum centuriae legem hanc agnoscunt, non agnitori, nisi fallor, si cum Christi pugnet interdicio. Modum inculpatae tutelae qui potes in me desiderare, qui conuictis odiosis laesit, nullum retero conuictum. Nisi conuicti instar esse iudicas, quum depulsi criminis inuidia sua sponte recidit in calumniae autorem. Quid enim faciam, si tibi paulo longior ac liberior uidetur Apologia? Ad animi mei modum rem temperaui, quum tui gnomonem non haberem. Nec est quod hunc errorem in amicos instigatores reicias. Praeter unum me nullus mihi fuit in consilio. Pene fuit excusa, priusquam quicquam sciret excusandam. Hoc magis acceleraui, ne me negocium ut necessarium, sic in amicum, diu teneret

teneret. Res ipsa, quid esset agendum, suavit. Atque ut doleo me prouocatum, à quo minime uolebam: ita intantum non poenitet Apologiae, ut si quis hodie sic prouocet, & prouocet immerentem, cras sim similem Apologiam adornaturus, moderatiorem an immoderatiorem, incertum. Non mihi placet lenitas in hoc uno conuictij genere: & tamen in illa quamlibet longa mea Apologia, minus reperies stomachi, quam in hac tua familiari ac iocosa festiuatq; epistola, qua cum amico ludis animi causa. Iam illud profecto perquam false dictum est abs te. Quis enim miretur, te illi in eo non placere, in quo tu tibi displices: perinde quasi qui insons, furti aut sacrilegij reus agitur apud Areopagitas, ideo damnet defensionem suam, quod displiceat necessitas, quæ ad dicendam causam adegit. Multo aliter Fabro quam mihi displiceo. Sic mihi displiceo, quemadmodum sibi displicet iclus à scorpio, cum antidotum admouet. Proinde dictum hoc non tantumdem habet salis, quantum prima fronte præfert. Pergis & addis te lacessitum à me, qui calumniar te deiecit: se mea scripta, meamq; Copiam extenuasse. Os impudens, extant quæ scripsisti de meis libellis, ea intantum non offendunt animum meum, ut excusum & commode interpreter, & tibi sycophanta sum, ac æquitatem in me desideras, qui te apud amicos in inuidiam uocem: quos tu omnes ferarum ritu frementes facis, quod unus aut alter non satis probare nostram Copiam abs te fugillat. Memini sane quid de nostris lucubrationibus ad Tonsillum scripsisti: uerum quoniam tibi ioco dicuntur omnia, non alibi probabilius est, te ioco ludere, quam illic ubi nostra tam ualde probas. Sed hæc tunc iocatus, reliqua te serio uelle loqui profiteris. Repetis quod in epistola mea non cessem te postulare suspecti, cum nihil usquam sit huiusmodi. At quod hic serio dicis, paulo ante perlusum dixeras. Addis etiam si uterq; nostrum arbitrium ad te deferat, te non libenter suscepturum. At quod interim euauit pacificator ille, quem ego obuensis cornibus deterrebam: Sub hæc hortaris ut ad pristina amicitiam redeamus. Istuc persuade Fabro si potes, quem huc tot iam epistolis ultro prouoco, nihil ueritus quorundam cauilla qui me iactant id metu fecisse, non animo Christiano. Pollicitus sum me mutaturum locos omnes, in quibus ab illo dissenferam: si quæ notaram, uel mutaret, uel defenderet. Promisi me pro uirili aboliturum Apologiam meam, modo ille rolleret suam infestationem. Postremo consului atque etiam obtestatus sum, ut aliquo scripto testaretur, inter nos animorum esse consensum, & eripere rur ansa digladiandi de nobis, qui partim illi, partim mihi fauent, aut male uolunt. Nunquam dignatus est, uel per alium quempiam respondere, nec tamen adhuc desino Fabro esse amicus. Et post hæc me uolentem ac ferocem facis. Optas ut hoc fame uulnusculum aliqua cicatrice obducatur. At qui quid aliud efficit ista tua epistola, tot uerbis deplorans utriusque uicem, ac rem miris Tragœdijs exaggerans, nisi ut cicatricem utriusq; ceptam obduci refricet? Ad hæc hortaris me tuo exemplo, ne posthac utcunq; lacessius, in certamen descendam, quasi quicquam habeant simile tuum ac meum negocium. Fortassis in tuis commentarijs cauillatus est aliquis, te locum aliquem secus quam ipsi uideatur enarrasse. Quod ut maxime euincat, *τὸ ἠθροδύρα* non alia manet pœna, quam ut illic uel parum attentus fuisse uidearis, uel aliquid existimetur fugisse te, quod non uenerit in mentem, aut etiam non legeris. Hic multo alia pugnae conditio, si modo hæc pugna dici debet: in qua capitaliter impetitus, nihil aliud quam me defendo. Et tamen tu quoq; tibi in causa dispari reliquam uis esse unam exceptionem, si tibi silentium tuum uitio uerti uideas, aut luculentæ fraudi futurum. At cur hæc me non uis uti? Nam quod tu negas obfuturum famæ meæ, si obticuissem, nec tibi ipsi satis, ut opinor, persuasisti, quamuis mihi persuadere conaris. Atque utinam mihi tales adessent amici, undiq; cordati oculatq;, qui certo præscriberent, quando & quatenus esset aduersario respondendum. Hoc genus amicos fortassis hæc nostra barbaries non habet, sed mecum sippiunt omnes. Nec tibi concedā Buidæe, ut tu uirulentam concertationem ualidius oderis atque execreris quam ego. Nec puto me ideo affinem esse huic crimini, si compulsus & sic prouocatus Fabro respondi. Porro quod interim me collocas in gloriæ fastigio, quod Erasmi nomen facis opiniosissimū, aliæque id genus planè iocari te puto, quantum uis seria professum. Siquidem & alias inducis mihi *τὸ λιοντιῶν*, ac protus *ἰσοπρεπῆ* quempiam pieratis ac literarum antistitem facis, qui iam immortalitati consecratus, extra famæ aleam sit positus. At qui hunc reuerendum Theologum, tu non aliter quam matercula infantem obiurgas; imò non secus atq;

atque sauuus præceptor, nunc ferula, nunc flagello terres castigasq;. Certe laudis hoc quicquid est, quod mihi tecum uis esse commune, cum ais, qui seruitutem molestantem grauemq; ambitioni seruiuimus, non agnosco, moneoq; ut meam portionem in alium quæuis transferas. Nihil me infelicius, si tantum uigiliarum ambitioni datum est. Hic multa rursus parum pudenter assumis, me recriminatione certasse cum Fabro, cum boni uiri sit, innocentiam suam suapte ui, non alienæ iniuriæ propulsatione commendabilem uideri uelle. Mihi bonus uir non est, qui famam negligit, præsertim sic impetitam, idq; æditis libris. Ac ne singula persequar, cum multa ioco dixeris, multa serio, multa simpliciter, multa disputas, multa pronuncians, huc omnium summa redit, ut mihi hæc tunc per uos impune sit prouenda causa mea decertasse, sed periculum denunciās, si uerbum addidero: de causa quæ inter nos agitur, non pronuncias, sed ampliandam censēs. Vnum hoc desideras in me, de feosionem breuiorem, ac moderatiorem aliquanto. Primum quoniam, ut ante dixi, non poteram dictio nis temperem ex omnium animis moderari, ex meo moderatus sum, præsertim cum dolerem, non indignarer. Quod si ad calculum uoces, quanto plures clepsydræ soleant olim infundi reo quam actori, simulq; meam Apologiam ad Fabri infestationem conferas, intelliges ne hic quidem admodum me *πλορηκῆσαι*, maxime si cogites & criminis genus, & quæto facillius sit aspergere labem, quam abstergere. Proinde in causis quibusdam præter solennem numerum clepsydræ aliquot addi solent patronis. Porro arcem istam *ἄθυμια* tibi gratulor, unde proluci in campum non possis. Sed tamen interini ex arce talibus faculis procul *ἀκροβολίς*, ex quibus non difficile sit coniecturam facere, qualis futurus sis, si uel decima parte machinarum, quibus ego sum impetitus, quatereris. Neque enim sentis omnes meos arietes, quibus hinc atque illinc impetor. Sed tu felicior, qui hæc non intelligas. Et utinam nunquam tibi ueniat usus, ut cum huiusmodi non hominū, sed portentorum genere conflictaris, qui se Theologos appellant, cum meri sint sycophantæ. Non infector ordinem, sed quosdam hoc indignos ordine, simul & nomine. Vel nuper quidam extitit homuncio pallidus ac macilentus, id quod mireris, cum nullus unquam æque sibi placuerit, plusquam pueriliter infantis seiunio gloriæ, subito Græcus factus, & ante biduū adeo factus Hebræus ut illi nihil sapiat, nec Hieronymus, nec Capiton. Is ad huiusmodi sycophantias natus, nihil non audet, nihil non molitur, quo subito fiat nobilitas: atq; hanc uiam maxime compendariam esse iudicat. Indignus est cui respondeatur, nisi pro maleficio uelis beneficium reponere, & tamē uirulentior est bestiola, quam ut ferri possit. Nusquam non obtrectat, obambulans per compita, per triuia, per fora, per templa, per monasteria. Nulli non mittit epistolas mendacisimis sycophantijs differtas. Neq; desunt huic histrioni qui applaudant, qui faueant, qui *ὄρα* occinant, & omnino similes reperiunt labra lactucas. Et cum his factis, sibi sanctulus etiam uideatur, quasi sufficiat ad absolutam sanctimoniam laudem, adulterum aut aleatorem non esse. Nondum statuit, quid de illo facturus sim. Si uicerit meam lenitatem, faxo ut non omnibus æque placeat, ac placet sibi. Nihil aliud in præsentia polliceor, cum ille plus quam montes aureos de se polliceatur: efficiamq;, ut ex me plus nanciscatur famæ, quam gloriæ. Verum ut ad tuam redeam epistolam, ais totius causæ arbitrium adhuc in tua esse potestate: imò nunquam arbitrium hoc ad te detuli. Illud modo delatum est ad te, ut si uelles, pronunciarer, nū peccarim, quod Fabro responderim, aut quod sic responderim. Idq; ut certius faceres, postulabam, ut per ocium utriusq; scripta percurreres. At qui hic palam contra me fers sententiam: primum qui responderim, cum præstiterit obmutescere: deinde quod accuratius ac prolixius: postremo, quod animosius responderim. Nam utrum legi debeat, ab angelis an à deo, nec mea refert pronunciar, & aliorum est negocium. Porro non competere in me, quæ Faber in me congerit, uel citra iudicis calculum res ipsa loquitur. Nec est quod clamitet quisquam, illum oppressum eloquentiæ meæ uiribus, quibus ego nec polleo, nec me iactio. Ipse fuit in causa, qui argumentum mecum conferendi manus, parum auspicato delegerit. Iustinianus episcopus nos inuisit Louanij: uisus est homo candidus minimeq; uirulentus, proinde dolet, quod illius nomen in Apologia perstrinxerim. Insigni notâ designaram eam paginam, semelq; denunciaram typographo, ne qua omnino excuderetur, nisi à me recognita, atque hæc sola me inscio fuit excusa. Vbi sensi, coegi ut eandem à me remperatam, denuo excuderet: nam hac gratia notaram. Quod hæc tunc neque regi, neq;

episcopo quicquam scripserim, ipse in causa fuisti, qui literis tuis spem ex sententia conficiendi negotij mihi amputaris, etiam si me res ea leuissime tangebant. Nihil certi deferebat episcopus. Regis nomine qui scripserant, ad spem modo uocabant. Hic recens in familiarium principis ascitus, mox opulento sacerdotio donatus sum: destinatum erat annuum salarium, cuius nondum certum ius possidebam. Vobis cum Anglis id temporis parum conueniebat, & nouandi denuo Noui Testamenti cura me totum habebat. An cum hoc loco res essent meae, mihi consulturus eras, ut ingratus erga meos, de Britannica fortuna periclitans, omisso negotio, cuius gratia negligebam omnia, in Galliam accurrissem, uenturus spem, nescio quam, hoc est, *πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῆς ἀνάγκης*, praesertim cum me praesentis fortunae non admodum poeniteret. Denique scis, quo tempore mihi reddita sint tuae postremis proximae litterae. Quid autem necesse est, sic me huic aut alteri principi addicere, ut a reliquis me eximam? Malo seruire nulli, & prodesse, si queam, omnibus. Sed hac de re scripsimus episcopo, quem admodum iussisti. Glareanum tibi probari magno gaudeo: quem hominem ego sic amo, ut quicquid in illum officij contuleris, libens patiar impulari mihi. Iam ut ad postremam epistolam tuam carptim pauca respondeam: Vt tu immodice Budae aut attollis aut deijcis omnia. Scripseram me uereri, ne amici aut posterii aliorum sum acciperent iocos tuos, quam tu scriberes, quos non ignorarem, qualescunque forent a syncretissimo peccore proficisci. Hinc excitas magnos tumultus, te aduersis Gratijs gratiam auspicatum amicitiam, nunc tibi uideri rusticum, absurdum, praeposterum, stolidum, refractarium, & offensatorem, collusorem, ac spinosis iocis, aculeatis, ominosis, uitandum & auersandum, ut bouem cornibus obuolutis. Nihil enim huius sermonis meum illud epistolum tibi suppeditauit. Neque uero te respondere epistolae quam uides aeditam: tu modo uide, quid sit ex utriusque dignitate. Neque enim illa mea, tam tibi scripta est, quam alijs, quos placatos oportuit. Nec ideo tot argumentis tecum ago, ut ad respondendum lacesserem, sed ne responderes. Nam nostram cum Fabro concertationem aboleri silentio cupiebam, si qua fieri posset. Postremo ne quid hinc erres, scito eam epistolam aliquamdiu uisisse formulis excusam, prius quam tua mihi redderetur. Nec me tamen autore id factum. Verum cum subito periculum esset, ne omnia Frobenij praeca cessarent, propterea quod chartarius ad diem praestitutum non adesset, passus sum, nec id admodum uolens, ut Beatus Rhenanus e sarcina mea, si quid inesset, deligeret. Nam mihi tum nequaquam uacabat. Et quoniam per tumultum acta res est, nec is in delectu satis animo suo fecit. Et tamen ex epistola tua, cui respondeo, bonam partem rescui, in qua uidebantur esse, quae non iudicarem euulganda. Rursum quod epistolam tuam prolixam dixeram, sic interpretaris, superuacanea & redundanti loquacitate odiosam. Item quod eloquentiae laudem tibi concedens, testor me in hoc argumento, causa superiore esse posse: sic interpretaris, quasi praeter inanem uerborum apparatus nihil tibi tribuam: & post haec me male suspicacem, non uno in loco uocas. Atqui possum illud uere de meipso praedicare, paucos reperies, qui in amicitia minus quam ego suspicaces sint. Porro quod negas quicquam esse in tuis literis, quod non in gloriam meam cessurum sit, cum incertum sit ubique, ludas ne an serio agas, citius ea per iocum dicta uidebuntur, quae ad laudem meam faciunt, quam quibus me flagellas. Etiamne illa mihi laudi futura sunt, quod me procacem facis in talem amicum, quod nunc praeracundiae impotentia praemordentem labellum, nunc supplodentem pede, nunc deum atque hominum fidem implorantem: atque ita tu multuantem ira, ut tu coactus sis ceu nouus Pythagoras spondaeos occinere, ac me mihi restituere? Quae mihi sane cum risu leguntur, quod satis intelligam te iocatum. Illud modo uereor, ne non itidem interpretentur ceteri. Quod si tu me iubes hunc metum ponere, & eadem est amicorum tuorum sententia, age lude tuo arbitrato, exerce calamum, lacesse, uersa. Meum animum nunquam offendes, quando de tuo certus mihi uideor. Si uideatur, ad proximam aeditionem adiungetur tua epistola: me nihil offendit locus quem anotas, adeo mihi tua probantur omnia. Neque uereor, quicquid usquam abs te scriptum est, sine ullo delectu sequi. Proinde tibi uidendum, cum ad me scripseris, ut utriusque periculo consulas. Sed est alius locus in prima pagella, ad quem non nihil restitit: nam uersus unus aut alter, nescio quo casu, uidebatur interiectus, qui cum reliquo sermonis contextu parum congruebat: cuius initium est, Faber toties a me etc. finis, Doleo ansam hanc datam, & reliqua

& reliqua. Tu dispice. Salutabis mihi tuos amicos, meos patronos, Desolinum, & Ruzeum: nam in praesentia non uacabat pluribus scribere. Bene uale. Louanij XI. Calendas Ianuarias, Anno M. D. XVIII.

Quo sim in te animo, uel Glareanus testis esse poterit, homo minime fucatus. Quod si quid offendit haec epistola, puta me iam perpurgasse stomachum, id quod tu iusseras. Denique lectam, in ignem conijce, si lubet: conijciam & meam *ἀπορροή*, sed ita notatam, ut nec a meipso legi queat. Quouis modo ueliscere, modo ne amicus esse desinas, neue obticescas: quanquam de Fabro plus satis, quaeretur aliud argumentum plausibilis. Rursum uale.

ERASMVVS ROT. BVDAEO SVO. S. D.

OST tantas epistolarum procellas, quibus me solebas obruere, unde quaesito tantum, tamque subitum silentium? Gaudeo si totus es in explicandis Pandectis iureconsultorum, sed non adeo es, opinor, ut non uacet, uel paucis significare quod postulo: quod ni facis colligam, aut offensum te, aut priorem illum tumultum fuisse ludibrium. Si quid offensus es, aperi quid doleat, quod uel mederi, uel in posterum certe cauere possim. Sin ludus fuit, illa prior literarum Tragodia, cupio, quicquid est cognoscere. Bene uale doctissime Budae, Louanij natali diui Andreae, Anno M. D. XVII.

GVLIELMVVS BVDAEVS ERASMO ROT. S. D.

IDI enarrationem quam in epistolam meam scripsisti, illam scilicet, humanitatis plenam, sed tibi antea inuitatae, in qua etsi omnia mihi perplacuerunt, tamen uarijs curis implicatus, nunc (ut arbitror) non respondissem, nisi in epistola tuae appendicula obticescere me uelisses. Nam ne me adeo supini oculi hominem esse putas, qui diu iam paterfamilias factus, septimo etiam filio auctus sim, domum nuper emi, in eamque migraui, simul & recocinnandam fabris tumultuarie locaui, libris interim & chartis in congerie iacentibus. In hac transitione opes meas recensui, antea mihi incognitas, ne me non serio accipere putes, quod de diuitijs meis aspersisti. Quod tamen ipsum quonam modo in mentem tibi uenerit, non intelligo: cum in libris & liberis bonam censuram meam habere me, semper praer me tulerim, atque etiam testatus sim. Sed quam illud scitum mihi usum esse censet, quod in Epimethei mentione dicacem me & eruditum, uelut ex commentario facis: ut pauca quaedam quae tu bona dicta uocas, seposita uelut in numerato habeam, quae etiam ipsa perditurus eram, nisi te amicum nactus essem, in quem ipsa intorquerem. Memini alias abs te nescio quid simile in me iactatum, & si nunc notare locum non possim. Eia tu, cui uel ioco amicum perstringere religio est: tam stupide auris esse me lectorum putasti, ut id semel dictum non satis exaudissem? Ante te parcemilogon id ius fuisse scimus, ut antiquorum inuentis studiosissimo cuique ita uti frui liceret, ut ne in alienam quidem possessionem inualisse uideretur, sed ueluti floribus decerpitis, uti in agro publico enatis, & occupaturo expositis. Nunc post uolumina illa Parcemiarum tuarum aedita, ijs tantum uti licebit credo quae tu concenturasti, & uelut in numeros legitimos redigesti. Quasi uero si quis compascuum agrum maceria concluderet, ut uiciniae intersepit, id se usu cepisse iure contendere possit, ac suum propriumque fecisse. Quod eo etiam iniquius esse possit, si parcemiarum appellationem ita late patere uolueris, ut omnia belle, scite, lepide dicta tui iuris feceris: Sed sit ita sane, ut hoc iure tuo feceris, cui omnium rei literariae partium constitutio, arbitriumque consensu publico mandata sunt aut permissa: liceat saltem precario istis uti, ut de Epimetheo notasti: & a te utenda rogare, ijs praesertim qui rerum commercia nouerunt, & aliena etiam facere sui marcipij possunt. Cuiusmodi autem ista est improbitas, ut in mari illo & pelago antiquitatis, quod omnium iure naturali commune est (si iuris peritis credimus) expiscari unus homo bellissimum quodque permittat sibi, & piscationis usu omnibus interdicit? Parum erat (credo) Adagiorum uolumina anniuersario labore repetita, ad circumfluentem usque copiam auxisse, & uelut euericulo quodam iniquarum macularum, gratiam & uenustatem antiquae lectionis exhauisisse, nisi etiam alijs inuideres qui uestigia tua sequuntur. At qui si uir bonus sis, talisque qualem te esse semper existimauit, quum latifundia utriusque linguae ita mellueris, ut inde magnam tibi gloriam compararis, nobis non succensebis, si

tanquam spicilegio perfequamur, quæ uel oculos tuos in tanta copia fugerunt, uel à te neglecta sunt, quanquam frugi homine atque etiam tenacissimo, *νῦν ἡ σὺ βασκάνωσπῶς ἔ-
τοίς ἐπιγράμματαις ἐνοχλεῖς, ὁ πάντας γὰρ τοὺς λειμῶνας τῶν μισθῶν, ἔ-
πέντα τὰ λίητα τῶν πικ-
λακῶν ἀποθρίσσει;* Quin id etiam scire peruelim, si curiosus esse uidear, quando illa dicta se-
posita perdere me nolle dicis: an quæ tot tantaq; ædis quotidie uolumina uix sufficienti-
bus prælis, atq; uni prope tibi uacantibus officinis, ea extempore fundas, fanatico furo-
re instans, nec istis texendis filum ante sepositum habueris, serinatim etiam titulis præ-
notatis. Sunt enim qui aiunt, ante annorum hebdomadas apparasse te, quæ nunc *ἐπαλλυ-
λως* exeunt. Quod si uerum esse scirem, ego animi tui equitatem, tuamq; charitatem, in pu-
blicum amplecterer omni suffragij mei fauore. Quid enim cōmendabilius est, quàm quæ
iuuenilibus annis congesseris, nolle tecum sepeliri. Mihi enim id perinde esse uidetur, at-
que si cuius quidam R. homanus Musarum diuitijs circumfluens, annuis & mensuris cō-
giarijs populi plausum mereri, bonaq; sua elargiri, in animū induceret, atque ita de omni-
bus mereri, ut etiam primoribus, & ordinibus tesseras suas mitteret. Quod utinam om-
nes auri nimium amātes, facitare sibi persuasissent, ut auide congesctas opes ante mortem
benigne erogarent. Non tantæ passim opes hominum commercio eximerētur, & uincū-
lis perpetuis damnatæ situ obruerentur. Nam quod ad me pertinet, ego multa inter sche-
das condidisse me amicis non inficior, ex quibus uolumina non contemnenda aliquando
contexere potuissē, si mihi secundiore fortuna uti, & literis ferari contigisset. Vt ad reli-
qua transeam: merito me iudificatis, ut nihil pensi habentē, qui illud de Hieronymo di-
xerim ad tribunal Christi rapto: non enim exculabo quod iocari uoluerim, ut tu cauilla-
tus es. Ita fando auditū meminerā magis, q̄ locum satis apud Hieronymū annotarā. Mi-
hi tamen ueniam dabis, in te non capitali: huiuscemodi fortasse uideri illud tuum possit
de Areopagitis, ad quorum subsellia tu furti reos agis. Verum ut non diffiteor, me multa
ioco dixisse, ita nunquam fatebor me ita impudentem esse ut huius appellationis nō sup-
pudeat etiam iocularis. Sed nec amicos tuos, quos uiros bonos ac māfueti animi esse non
dubito, cum tibi sint amici, ferarum ritu frementes in epistola mea feci. Sit sane ut aliqua
non suo loco dicam, quando ita tibi uisum est, temporum, locorum, dicendorumq; omnium
arbitro, tibiq; ita me meaq; permitto, ut quæ ad Tunstallum de te scripsi, si uel non suo lo-
co dicta uel male locata uidentur, ea loco ut moueas: neq; id quidem modo, sed etiam
te ut eo ex fastigio gloriæ & existimationis deducas aut deturbes, in quo te collocatum à
me fastidiose scribis: quando quidem tam morose id quod tibi tribuitur admittis, ut mode-
stius fuerit fortasse aperte respuere. Vide utrius nostrum æquior sit querela. Tu cum tua
me decessisse clamites, ego mea à te eleuari ægre fero. Tamen si ὁ hominem te equissimum
& animi gratissimū, qui autorem me tibi fuisse dicis & causam, nec regi, nec episcopo fau-
tori tuo scribendi. Hæc illa sunt euangeliā, quæ mihi à te deberi cōtendebam. Imo uero ὁ
hominem te acutum, qui ne in eo quidem loco epistolæ me intellexeris, *ὅτι ἡ διαπραξαδὴ
σοι τὸ ὄψ' ἡμῶν προαρεθὲν ἐπεχέροισι* ita ut tuæ tantum partes essent *ὅτι τὸ δ' ἡμετέλλ' αὐτῶν, ἔ-
διονέ
βαρύνει* ἐπὶ τοῖς ἐπιγράμμασι τοῖς φθίνουσι. Tu autem uelut forex, quod aiūt, qui Mimium
euulgasti. Gaudeo te stomachum perpurgasse, ut purus putus Erasmus ad nos tandem
transeas. Certe omni ope conatus es uirus illud fellis exudare, falsa opinione cōtractum,
cuius graueolentia nondum ita mihi stomachum mouit: ne te ultum me esse magnopere
triumphes, ut implacidiore me utare. Itaq; si quid etiam in imo subsedit, excute & te to-
tum perpurga, quando illa catapotia ut spero, epistola meæ uorasti. Quanquam quū im-
pudentiæ crimine nihil atrocius Homerus inuenerit, quo tu crebram in me lapidationem
fecisti, iocis scilicet mecum assuescens, non uideo quid reliquum tibi feceris, quo luculen-
torem plagam incutere mihi possis. Sed tamen si quid restat, recipere plagam non graua-
bor, dum tuo animo obsequaris. Libens tamē hoc tibi suaferim, ut si te adhuc malus il-
le genius tuus huiuscemodi agit intemperijs, in illum exuccum & monogrammmum The-
ologum, qui tibi semissis homo male cogitat, mucronem stili tui obuertas. Satis enim mi-
hi uideo periculū stomachi tui fecisse. Interim silentio indulgebo, ut attentius te speciem
cum illo congregientem, si quando caput ex insidijs & latebris exeret: & tui stomachi lu-
dos quoquo modo meditabor, qui bellus & delicatus amicus, palpatoribus gaudes ami-
cis. Proinde si lubet Deo ino iamiam non meo, sed tuo scribe, qui mellitis tecum certabit
epistolis

epistolis: quanquam ipse queritur te alteri iam eius epistolæ non respondisse. Ruzeus
dix ausus est salutem mihi committere ad te uerbis suis mittendam, quem in te merito
excandescere arbitrabar. Ei enim epistolam tuam ostendi, in fronte quidem suauem &
illictricem: sed intus amarulentam. Itaque autor tibi sum, ut te totum his amicis des, qui
amicitiam tractare mollioribus articulis nouerunt. Ego uero in gratiam cum scrijs re-
dibo, iocisq; salutem multam dicam, qui mihi male eloquentiæ tuæ gratiam conciliarunt.
Illud calumniæ plenum pene per obliuionem omisi, quod uerba tu epistolæ meæ repe-
rens, inquis in præfenti pro, inquis, scripsisse me confingis, quasi uero scilicet superioris
tuæ epistolæ uerba euentus sim. Hoc enim ipse quereris, cum tamen reuera ego per an-
thyphoram loquerer, non te ita dixisse affirmans, sed dicere posse: ubiq; enim, inquis,
in futuro in scheda mea scriptum est. Ita non argutijs rhetoricis ut solebas, sed etiam syco-
phantijs oppugnare me instituiti. Nondum eram cū episcopo collocutus, ex quo tu ad
cum scriperas, etiam si literas tuas uideram. Vale & thema aliud auspicare, si tibi *τὸ ἀν-
τιπρωσίμῳ* uicissitudo cordi est. Omnia arbitrij tui facio. Parisijs, Calendæ Februarij.
Locus qui te conturbat in epistola mea, sic legitur in scheda quæ est apud me. Faber toties
à me cum honoris præfatione nominatus, nescio quam gratiam mihi repēdit, certe, ut mul-
tis uidetur iniquam. Mihi quoq; durius agere mecum uidetur, quam pro solito suo can-
dore. Doleo ansam hanc datam, & reliqua. Tum ipse prædiceres, quæ tria uerba postre-
ma mea sunt hoc sensu, debuisti superioribus uerbis addere te Apologiam scripturum,
tunc fortasse non ferus monitor fuisset. Quæ ex epistola tua hæc sumperim nescio, cum
enim hæc scriberem, nec libros meos expeditos, nec scriinia digesta habebam in hac domo
in quam migraui. Habes epistolam & puram & eleganter exaratam, & *ἀντιπροσφου*.
Sed omnia mihi tecum licere æquum est, præsertim quum à manu amicū nullum ha-
beam: alienum inquirere non uacet, nec suaue sit ad te religiose scribere. Omnia hic impe-
riose agere cœpimus ex quo MAXIMILIANVS mortuus est, ne me iam ut magno-
pere æquo & clemente usurum te esse speres. Vale rursus & me si lubet ama, quando
tuo iussu non obticui.

ERASMVVS BVDÆO SVO S. D.

D postremas literas tuas eruditissime Budæe, nihil omnino respondeo, satis
enim huiusmodi concertationum. Non ambio, ut in talibus argumentis ui-
dear disertus. Nec mihi placet uictoria, quæ factura necessitudinis emittur.
Quid apud te de nobis suspiceris, nescio. Illud non dubitem per omnia sacra
deicere, neminem hic esse, qui de Budæi ingenio, stilo, eruditione candidius
sentiāt, aut honorificentius prædicet quā Erasmus: etiam si tu neq; moraris nostrum sus-
fragium sat scio, nec hoc eges præcone. Mirum quàm *μισόμουσι* toto ferē terrarum orbe
συκρητίεσσι, & quicquid possunt, suis adiungunt copijs, quo magis oportet, & nos in-
ter nos esse concordēs. De literis quæ te uidentur offendisse, faciam quicquid uoles, uel à
boliturus, uel leniturus: aut si maius noxæ dedā, ut tuo arbitrio pœnas luan. Bene uale.
Mechliniæ, XII. Calend. Apriles. Anno M. D. XIX.

BVDÆVS ERASMO S. D.

IS te mihi scripsisse epistolam satis molestam, quam mihi permittis, ut in lo-
cum cœdum conijciam: certe in hoc tibi nō assentiar, ne si te quidem eam ob-
rem infensum habiturus sim, utarq; exemplo Augusti, qui Vergilij mādati
extremis non paruit. Existimo te in gustatu literas tuas non probasse, quæ
dum stilus feruebat, sapere tibi uidebantur. Mihi quoq; saepe id accidit. Sed
quid agas, ubi humanarum rerum actiōumq; conditionem perpenderis: *μωρὰ γὰρ ἀνθρώ-
ποις ἔ-
τὰ δλοκούντω σφά.* Velim tamen existimes homini mihi *συμπαρηλικῶ τὰ παυγυθία*
ταῦτα καὶ τοὶ μισόωνσ' ἂ ἄμωσ ἡδ' ἔα ἔναι μὴ τὴ δὴ φορτίνα φάινει. Rescripsi tibi solita licen-
tia, ne speres hominem me iam quin quagenario proximum ad meliorem frugem castigā-
do redigi posse. Episcopus Parisiensis iam Senonensis archiepiscopus factus est liberali-
tate regia, & si nondum res peracta est. Totus iam est aulæ, nec nobis licet cum eo loqui.
Quodam tamen die, cum in interiori cubiculo principis esset, dixit mihi se ad te scribere
p 3 statuisset


statuisse. Iturus est propediem in legationem Narbonem uersus cum aulicorum dispen-
 satorum decurione : cum quo etiam ire me rex iussit, ut numerus sim potius quam
 ut aliquam operam certam nauem in ea provincia, sicut enim interpretor. Bis tamen e-
 piscopi domum adij, & in mensa eius sedi, sed conuiuari multitudine cum eo familiari-
 ter colloqui non licuit. Quare quid egerit, aut statuerit nescio. *ἄλλως οὐδ' ἐχολῆν ἄγων ἐν
 πρὸς οὐκ ἄγων μετ' ἐμοῦ νομιολογῆσαι πρὸς τῶν αὐτῶν δ' ἐδοξένων, σὺ δὲ ὅσον δικαίως ἔχεις πρὸς αὐτὸν
 ἐκ τῶν γραμμάτων σα κατέμαθον τῶν ὑπογύως ἐπισκελευμένων, διώσασαι οὐκ ἐγὼ πῆλιν, ἀποσφραδίζ
 τῆς γνώμης τῆς τούτου.* Rex mire in literas bonas fouendas, & excitandas propensus esse
 uidetur. Sed negocia autokratōra τῶν αὐλῆν ἐπιστολῶν μὴ ἐναρξοῦσι, uix ut uacare ceteris
 rebus posse uideatur. Nunc quis sim nescio: quo minus certiore te alijs de rebus facere
 possim. Ineptire nūc nescio quo fato, cœpi, cum minime uel in animo haberem. Sed quid
 facerem? *ἡμῶν γὰρ ἐπιμαχίας τοῖς ἑσπέρων μοιρῶν ἐπιτεκνωμένοις. ὡ τῆς μακροτέρως τῆς αὐ
 θρωπίνης, ἐρρωθ.* Parrisijs, die dominico ante quadragenarium ieiunium.

BVDÆVS ERASMO SVO S. D.

N VDIVSERTIVS apud Stephanum Poncherium, archiepiscopum Sen-
 nonensem nuper factum, pransus sum. Post prandium de te fuit sermo, pete-
 re ab eo cœpi an ad te scripissset, negauit, sed sese breuit scripturū affirmavit.
 Certe post duos mēses uix ei uacauit, tibi & mihi operam dare, cum propter
 publica & regia, tum propter priuata & propria negocia. Quid ad te scriptu-
 rus sit, quidq; tui negocij e-
 rus sit, quidq; tui negocij e-
 me, qui rarus
 pud eū. Sed
 doctus & tib.
 uincia profecturus et hoc arduo, egoq; in eo comitatu ero, nisi quid mihi uel illis con-
 gat, qui capita rerum sunt. Scripsi ad te hoc mense, me epistolam tuam non eo loco nume-
 roq; habere, quo tu me habiturum putasti, nec tibi in ea supprimenda paruissē pariturum
 ue esse. Ego nihil dum molestia ob istam tuam offensionem, uel offensionis ὑπόκριση πα-
 sus sum, qui ut iocis libens utor, ita iocis non leui de causa offendor, malimq; me lædi q̄
 lædere: quam rationem in amicitia tuenda, si cum alijs initurum me statui, quanto magis
 tecum retenturum sum: ὅφ' οὐ πάντων ἔστ' φίλων ἔστ' τε ἐλλογιμῶν ἀνδρῶν μάλιστ' ἀπλοῦντα
 ἀναχοίμην αὐτῶν ἐργαζομένου, οὐδὲν ἀχθόμενος ἢ ἀντιπεπαισμένον σοι, εἶδ' ἂν φορτικῶς ἐρμηνεύω τὰ πάλαι
 νῖω δὲ ἔχον δ' ἀκάντα, οὐδὲ δ' ἂν ἔτι γινώσκουσι ἐν γινώσκουσιν ἡγήσασθαι. ἀναπέθειν μοι δ' οὐκ ἔστι,
 οὐ πρότερον αὐτῶν φιλοπαύμων γεγονώς, πρὶν τῆς ἐμῆς ἐφοσίως τῆς ἀγαθῆς γενεαδὸς, ἢ ἢ πολλὰ μὲν
 ἴσως τελευτῶν ἢ ἐν ἰατρῶν αὐτῶν μωροσδ' ἢ, οὐδὲν ἢ καλόνου οὐδ' ἔχθρο πρὸς ἑστέρας, οὐ καὶ
 τῶν φιλολογίᾶν τῶν ἡμετέρας; aut si quod sanctius mihi iusuradum esse putas. Quod si sciēs
 fallo uel te uel alium quempiā hoc epistolā lecturum, causam haud dico, quin mihi deus
 eam ob rem malefaciat. Verum o me ineptum, cui et tū iniurato credere iam cœpisti, nisi
 temere id mihi persuasi. *ἐρρωθ καὶ ἐν τῶν χειρῶν καὶ ἐστὶν ἡμῶν τε ποιῶν ἔκκαλιτα.* Parisijs.
 XIII. Calend. April. Verum heus tu, ἀνέχθ, ἐγὼ ἔχω, quoad certum esse cœperit, quod
 fururum tibi est *παρ' ἡμῶν.* Vix adhuc ipsi scimus, quid nobis sit animi *ὁ τὸ ἀυτοκράτορ ἔβλε
 νατ* omnes nostras rationes conturbauit, uix ut statui quid possit.

ERASMVVS BVDÆO SVO S. D.

D VAS epistolas accepti, eodem ferme argumento, sed quæ mihi declarent su-
 perio rem conflictationem, incolumi amicitia nostra, inter nos hactenus con-
 stitisse. Mihi proluxa illa epistola non alio magis displicet, quam quod tuum
 animū uidebatur offendisse: cui iam ne potes quidem non æquior esse quan-
 do te autore seruata est, cum ipse eam noxæ dedidissē. Precor ut ista lega-
 tio tibi feliciter cedat, tuoq; bono tandem in gratiam redeas cum aula. Quoties tumultus
 hos animo cōtemplor *πρὸς τὸ ἀυτοκράτορ*, protinus Horatianum illud uenit in men-
 tem *ἔγ' μοιρῶν βασιλέων ἔλαδν.* Bene uale. M. D. XIX.



proceribus, ut in Græcorum voluminibus uersantes, frequenter imprudentes Græce loquerentur. Illud haud scio an scribæ debeat imputari, quod mihi tribuis immodicam sermonis ubertatem, quæ dos nimirum Budæo peculiaris est. Nam rectus ac nudus orationis ductus, simplici naturæ congruit: nec mirum est humilem esse sermonem, cuius humilia sunt omnia, corpus, animus, fortuna. Porro nimis crebras & immodicas digressiones quas nobis cõmuniter ascribunt Critici (nam sub horum ni fallor persona maluit tuam indicare sententiam) iam mutuis literis uterq; alteri obiecerat. Cum primis autem demitor, qui tibi succurreret demitari, quæ Galliarum princeps Franciscus Germanum Gallo, exterum cuius, ignotum familiari pratulerit. Neutrum alteri prætulit rex, sed utriq; alteri studuit coniungere. Neq; enim cuiquam suo loco cedendum erat, si me in Galliã contulisset. Tantũ abest ut Budæo fuerim affecturus. Quod scribis & ditionem & patriam & linguam mihi tecum esse cõmunem, non tam mihi gratulor, q̃ huic regioni, quam uehementer gaudeo talibus, hoc est ueris semperq; duraturis ornamentis indices magis ac magis illustrari. Proinde nihil optatius mihi possit accidere, q̃ multos exoriri tui similes, qui nobis in hoc laudis stadio, non modo succedant, sed etiam anteuertant: & quicquid est hoc nominis, quod mihi mea peperere studia, suo splendore obscurent. Sed tamen agnoscet opinor posteritas, nobisq; non nihil debere se fatebitur, quod parũ felici seculo, quod his regionibus in quibus prorsus extinctæ fuerant & inuisæ bonæ literæ, longum & inuidiosum certamẽ sustinuit aduersus pertinacissimos meliorum studiorũ hostes. Sed utcunq; de nobis censebit ætas secutura, uolupte est interim optimas literas passim feliciter efflorescere. Bene uale Longoli doctissime, & in hæc studia ut cœpisti, cõstanter ac feliciter incumbe. Louanij Calendis April. Anno M. D. XIX.

BVDÆVS ERASMO S. D.

ODOVICVS Viues homo literarum bonarum feliciter studiosus, ut ex eius sermone intellexi, mire nominati tuo meoq; fauere, mihi uisus est: cuius humanitas singularis & erudita glutinum (ut arbitror) tenacissimũ esse poterit in posterum tuendæ retinendæq; nostræ amicitia; si (ut sunt humana) non nihil similitatis, uel suspiciuncula; potius internos inciderit. Nam hæc dienus incidisse πολεμικὴ ἐπιτομή, nunquã fatebor ne sacerdoti quidem, apud quem animum curare solitus sum. Ut obiter epistola tuæ respondeam, quam peregre agens accepi, in qua non necessariam contestationem facis, te honorifice de me loqui solitum, simul illam tuam tibi φιλοσοφίᾳ, mihi βραχυλόγῳ epistolam, eo demum nomine displicere tibi affirmas, quod me offendisse uideatur: a qua suspicione, ut semel te deducam, quando mihi nec insipienti, nec affirmanti credis: bona mea gratia licet, ut eam officinis tuis permittas, si tibi non displicet. Ego enim eam sine animi offensione legi. Si nondum me nosti, uelim, ut sero saltem nosse incipias subausteram ingenij mei naturam, qui nec obseruantias prohem supparasitricas: nec amicitias ἀλλοτριούσας libenter exerceam, sicut amarulentam iracundiam stilo prodere non didici. Malim immodicus iociminosq; circumspiculus uideri, quàm alterius uitij insimulari. Eodem pertinere uidetur illud, quod συληρητικὴν ἡμᾶς ὄπου esse dicis, scilicet ἀπαρτὲς τῶν ἀντιπαραπονεῖται ἐμῶν, οὐκ ἐν δὲ δύνανται γὰρ ἐμῶν τῶν ἀντιπαραπονεῖται ἐν τῶν πύτων ἡμετέρας ἀπολογίᾳ. Mihi uero iniquo quodam fato contigit ut bellum ἀλλοτριούσας istis olim indicium, ferociter etiam commissum, iam profectus qui nequeam, nec in partes honorũ meo arbitratu incumbere, quarum tu auspicia regis: ac tanquam iam in partibus non sim, nec hos adiuuo, nec illos infesto, tamen alteros exofus sum, & alteris bene cupio. Sed id quid est aliud quàm ἐτάσσειν ἄλλοτριούσας ad senectutem uergere, quasi in teatro sedentem? Quod autem ad id pertinet, quod scire uelbas, quid animi haberemus, ut quodam epistolio scripsisti: pudet me τῶν σωματικῶν τῶν ἡμετέρας ἀπολογίᾳ, tantum hoc opto, ut aliquando scire possis, ὅπως μοι ἤχη τὰ πύτων σωματικῶν πύτων οἱ σωματικῶν τῶν ἡμετέρας ἀπολογίᾳ ἡνυχοντο. Tu uelim ad me scribas, si quid ἀπαρτὲς ἀπολογίᾳ σε ἀρχιφύλακός ἐπιτάσσει σοι. ἔσο γὰρ ἐν τῶν ἐμῶν ἐγγύθῳ, εἴτε λιανῶς ἔχη, εἴτε μὴ. τὰ δὲ πύτων ἐγγύθῳ, τῶν δὲ πύτων, ὡς ἐβλεπτομὴν εἶναι ἡγοῦμαι ἐν τῶν πύτων πύτων πύτων, ἐγγύθῳ σωματικῶν. Parisijs, quarto idus Iunias.

ERASMV ROTERODAMVS CHRISTOPHORO LONGOLIO S. D.

VM multis nominibus mihi iucunda fuit, eruditissime Longoli epistola tua, non illa quidem ad me scripta, sed de me, tum hoc præcipue, quod mihi renouauit ueterem ingenij tui notitiam, ac spem eloquentiæ nequaquam uulgaris, quam ante complures annos conceperam, ex oratione panegyrica, qua laudes diui Ludouici, ni fallor, Galliarum regis admodum adhuc iuuenis es profequutus. Epistolam exhibuit Ruzeus urbis Lutetiæ suppræfectus, homo tum eruditus ipse, tum eruditionis alienæ mire candidus æstimator. Tantum autem abest, ut ægre feram mihi præferri Budæum, ut in illum penè parcus, in me prodigius laudator fuisse uidearis. Abũde multum illi tribuit tuus candor, sed quoties hominis dotes prope diuinas contemtor, uideor mihi uidere quiddam maius omni facundia. Mihi uero tantum tribuis, quantum nec agnosco nec postulo: cui abunde palmarium est ac triumphale, cum uiro modis omnibus incomparabili comparari, neq; poteras mea quidem sententiã, plenius honestare famam Erasmi, quàm si illum faceres ita posteriorem Budæo, ut eum non longo intervallo sequeretur. Maiores tamen cũ uoluptate Budæi laudes legi quàm meas, uel quod illius gloriæ sic faueã, ut nullius æque, uel q̃ quicquid illi possessionis est honeste, id meum etiam esse duçam; non tantũ publica illa Pythagoricorum lege, quæ uult inter amicos esse communia omnia, uerum etiam peculiari scedere, quod uerbis rite conceptis, & syngraphis obsignatis inter nos iam pridem pepigimus, ne alterutri fas sit inficiari. Belle tu quidem me mihi depingis, sed haud scio an omnino meis coloribus. Et tamen ad hanc tabulam ipse mihi non nihil blandior, non quod illi prorsus credam, sed quod iuuet Apellis manu depingi. Porro quum indicas, quid in me desiderent Critici, non minus cepi utilitatis quàm uoluptatis. Quanquam ad quædam utcunque tergiversari poteram, nisi tuo iudicio tam impense fauerẽ. Nam quod scribis me fauere meis uicij, crede mihi non tam fauor est, quàm uel inscitia uel potius pigritia. Sic sum, nec possum naturã uincere. Effundo uerius quàm scribo omnia, ac molestior est recognoscendi quàm cudendi labor. Iam ut in delectu uerborum nolim omnino uideri indiligens, ita non arbitror cõgruere ei qui res serias persuadere cupiat, in affectandis dictionis emblematis esse morosum aut anxium. Neque uero mirabitur eloquentiæ nostræ riuum alicubi turbidum fluere ac lutulentum, qui cogitarit, per quos autores decurrat, nimirum sordidos, & impuri sermonis, ut non possit hinc non aliquid limi ducere. Vtu uenit hoc non raro summis illis eloquentiæ proceribus

σαρ ποντῶν ἄρχων, ἢ πᾶσι ἐπιστολαῖς γέγραφε. Sed sit sane nunc uerum & pro comperto hab...

ad te scribens. Vtrasq; tamen eidem homini non committam, ut mihi in binarum uicem...

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BV, DBO SVO S. D.

VM multis nominib. mihi displiceat illa bis maledica epistola, uel quod kar...

q 3 & ad

& ad tam insignem omnium utilitatem, ad tam ingens ornatum & principis & totius huius ditionis paratam, sic abominantur, sic horrent, ut olim Romani non aequae formidarent Gallos urbe iam capta, Capitolio insidiantes. Magis autem indigneris, si scias huius tam pudendae fabulae tres aut quatuor esse coryphaeos, tam stolide stupidos, ut indignos iudicaturus sis, quibus caulem tuum curandum crederes. Et tamen uincunt impudentia, improbitate, & nescio quo nouo syncretismo. Quod si hi sapiunt, insanit rex uester, dum sua munificentia conducit, qui linguarum professione ornent regnum Galliarum; insanit Leo decimus, dum tantis impendijs accersit in urbem suam, qui linguas ac politiores doceant literas; insanit cum alijs innumeris Angliae rex, cuius benignitas inuitat harum rerum professores in utraq; suae ditionis Academiam. Opinor te uidisse Farraginem epistolarum, sed indiligentissime aditam. Rursus efflagitant, ut exemplar recognitum mittam. Nam subito distracta sunt exemplaria, ut saepe maxime uendibilis est liber pessimus. Si quid iudicabis omitterendum, aut mutandum admone. Nam ad eum laborem nunc cogor accingi. Iam portum optabam, lassus huiusmodi sycophanticis digladiationibus. Sed audio libro Lutetiae aedito me palam reuocari in harenam. Primum illud in uotis erat, me accepta rude in otium secedere. Proximum, ut mihi contingeret honestus antagonista. Nunc is contigit, de cuius ingenio non libet meminisse. Maiorem in modum te rogo, ut Deloio, & Ruzao multam ex me salutem dicas; & si quid offensi sunt eos mihi reconcilies, quanquam arbitrator nil opus. Bene uale cum tuis omnibus, patrone magne, & amice incomparabilis. Louanij XIII. Calend. Mar. Anno M. D. XIX.

GVLIELMVS BVDÆVS ERASMO S. D.

ER I circiter tertiam uigilia noctis uenerunt huc Germani duo, literasq; tuas mihi reddiderunt ad lectum iam iam ituro. Lucubraueram ad horam usq; nonam, quod seiuicij tantum soleo. Nam post cibum nihil lego, nisi summa cogitans necessitate. Nec tamen statam horam dormiendi habeo, quare matutino saepe obdormisco, ut qui annis iam quatuordecim, noctes tres, ut opinor, uas

cuas capitis dolore non habuerim, tantum abest, ut summo illo bono fruar uoluptariorum philosophorum, doloris uacuitate. Mane igitur hec ad te scripsi, ne tabellarium morarer; quando ita orabat me Beraldus, qui ei comitem cum epistolio dedit. *πρωτην μὲν οὐκ ἔδωκα προσφιλῆ πατρὶ ὅτι ἐπιφανέως ἐυχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσων ἔνοιαν ἔχου ἔγω διατελώ σοι, πρὸς αὐτὴν τὴν ὑπαρξίαν μου πρὸς σὲ, ἔπειθ' ὅτι δὴ μάλιθ' ἑστὶν ἡμῶν, ἢ ἢ τε ἡμετέρας ἐνοσθείας τε καὶ δόξης, τὸ ποτὶ πρὸς ἡσασαὶ τὴν βελὴν ἡμῶν. τὸ δὲ ἔστιν ὁ μόνον ἢ ὄνομα ἢ ἰσὼ ἀλλήλοισ ἀποδιδναί, ἀλλὰ καὶ τῆ ἀμνησίας τῆ σέβει, ὡς προσέγραψαι καὶ βεβήληται ἡμῶν ἐκείνη. ὅπως ἀναπομνησθῆναι καὶ ταῦτα ἢ ὅτι περὶ τῆ δὴ δὴ ἀνομιίας δὴ δὴ ἐνκα. ἔσω δὴ ὁ ἀμνησίας νόμου πάντι πάντως κῆρι, ὡς δὴ ἐκ κλησίας πρὶν κέρμη.* Hac certe lege stare mihi certum est, tanquam trinundino perlata. Itaque obiectis non respondebo: quoniam hanc excetram alia ratione ineluctabilem esse inter nos satis conuenit, nisi hoc inficiabor, quod tu de strophologia inquis me non negare. Quem locum epistolae meae uide etiam atq; etiam, ut satis intellexeris. Deinde quod testificaris te nihil unquam oblocutum, per me licet ut uerum sit, nec necesse habeo uicissim itidem contestari: cum id satis superioribus epistolis actum sit, si semel agi potuit. Quod si qui tuorum mihi obtrechauerunt, ut eos fecisse literatis testimonijs credidi: non tam improbus sum, ut etiam si id causa tua instituerunt, tu illorum praestare debeas aut stultitiam aut studium inconsultum. Atque ut stomachum antehac aloae fortasse immodice temperata perpurgauit, sic etiam aureis aceto posthac eluere statui, ne quicuis obtrechationis aut querimoniae nuntium non excussum admittant. Saepe enim in fraudem nimia simplicitate incidit: id quod tibi accidisse credo de epistolis tuis, quas tu maledicas appellas, ego immodice falsas: quae tamen a te aceto postea & tunc etiam tinctae multum remiserunt muriae & salis fuginis. Quod mihi & ingenij & doctrinae palma cedis & laude, non accipio quod das: non id agebatur nostra illa cotrouersia, quam ita ipsam decisam esse uolo, nihil ut inde mihi accessisse uideatur, ne non gratuita sit. Et alioqui nunquam ea de re contendere litigiose in animum inducam, cuius acerba, odiosaq; disceptatio est, tranquillitatisq; interpellatrix: iudicium autem fere posthumum esse solet, dum taxat incorruptum & quanquam in compertum habeo eam tibi suspicionem praecorens aliquando haesisse, *ὡς γὰρ γὰ καὶ βούλῃ* οὐκ

*ὅτι κ' ἀκνηγες ἐπιπύπτοι. τὴ δὴ βούλεται ὁ βουδῶ, ὡς ἐς τὴν πρὸς ἡμῶν καὶ νῦν δὴ περὶ ἀρχῆς ἢ πρὸς τῶν ἢ ἢ τὴν πρὸς εἶναι, ἀρὰ γὰ καὶ παρὰ σὲ οἱ οὐτ' ἐμὲ εἶποι. Egon' eò insolentiae uenerim, ut aliquid eiusmodi animo agitauerim? ego ne si antistiti quidem tuo esse mihi contigisset, fortunarumq; auctori. Tu ista inconsulte rumigerulis credidisti. Quibus iam certe suspiciumculis abstergendos utriusq; animos nobis esse cenfeo. Verum mira sunt illa quae scribis de illis eruditionis ingenue hostibus. Profecto tui me iam cepit miserescere, cui in eam arenam descendere nunc necesse sit, aut patrocinium deserendum instituti honestissimi mi, ultimaeq; uoluntatis illius antistitis, qui legatum memorabile, uberrimumq; reliquit ad studia alenda hominum ingenio praedictorum. Hic aequioribus omnino utimur sacrae philosophiae defensoribus. Quare si istinc paululum concederes, ut statuisse te rumor est tuarum rerum factura, istiusq; prouinciae commodorum, ingens, ut opinor, compendium laboris molestiaeq; facitares. Hac in urbe omnino, si non ample, certe honorifice & commode cum uiris existimatissimis agitur, primariaq; commendationis in literarum laudiorum professione. Tu rationum tuarum summam melius nouisti, quas etiam, ut arbitror, cum amicis iuratoribus subducis: ego cum scribendi argumentum requirere, haec epistola addidi. Nam de aulica expeditione mea, non est quod fabulam a me expectes: tunc etiam in ferijs occupatus, huiuscemodi nugis non uacas, & me hilaritas cum otio deficit. Nā his diebus literas Roma, Venetijs, ex aula, aliundeq; simul accipi: quibus cū respondere coepissem, tuae superuenerit. Est & alia comentatio, quae sibi quadragenarij ieiunij magnam partem uedicabit, si auspiciari uacabit. Huc tanq; in securitatis domicilium me trās tuleram, sed curae & negocia umbra sequaciora me comitantur quoquo gentium, locorumq;. Haec ad te tantum scribere licuit ante sacrum matutinum, quoniam dies festus erat. Vale ex Marliano nostro. Quinto Calend. Martias. Vitem tuum uerbis meis salutabis, cui non fuit otium ut scriberem, & alioqui nihil erat quod scriberem: nisi si maclum esse uerberem ea ingenij industriaeq; claritate, quam tu testificare. Scripsi ei ad Calendas Februarias, aut postridie Calendas *ἔβρω ὡ ἐπινοροθωτὴ καὶ ἀρμωστὴ ἢ καλδὴ συγγραμμῶν, καὶ δὴ τὴ δὴ πρὸς πρὶν καὶ δὴ τυχῶν.**

DES ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

ERASMVVS IOANNI COLETO DECANO SANCTI PAULI S. D.

ATRONORVM optime, pro tuo in me officio iam egi gratias per Franciscum, & syngrapham tradidi, qua testor mihi de regia pecunia satisfactum. Accingor ad iter periculosissimum, ob nuper dimissos sceleratissimos praedones, qui milibus aliquot conglomeratis ex sua libidine grassabantur in quous. Hac est crudelis principum clementia, ~~parcere in pnia paricide & illegis nepharijs, non parcere ciuibus suis. Adeo chariores sunt illi, quos opprobriantur non solum quibus~~ populus ipse. Vtinam adiecisses duobus uerbis, quare in capite septimo tibi non satis fecerim, fortasse quod ego ad affectus retuli, tu malebas ad legem Mosaicam referri. Sed Paulus illic adeo lubricus est, nunc huc respiciens, nunc illuc, ut in his explicandis summo opere sudet Origenes. Alias polliceris te scripturum, uerum hoc alias seruum erit. Opere iam absoluto totus ad uos aduolo, praesertim si quid bonae fortunae paratum erit. Quod ut fiat perge, te quaeso, adniti. Bene uale. Calend. Maias. Louanij. Anno M. D. XVII.

ERASMVVS HERMANO BVSCHIO SVO S. D.

ISSIDIYV istud Indies gliscere, uehementius quam credi posset doleo. Demiror autem non pudere Theologos, & sanctissimae religionis professores, tumultus istiusmodi commutare, quorum exitus cuiusmodi sit futurus, incertum est. Quid sanctissimi hominis, aut ineptius, aut inamoenius, aut indoctius, aut uiculis. Opus meo clarissimum Hermanum a Noua aq; la comi

gem à talibus portentis continere ungues, unde præter pestem ac pus nihil queat auferri. Cum populis res est ei qui cum Dominicano belligatur. Lystrum, si uerum est quod narras, sic ineptisse moleste fero: hominem literis obiurgabo, licet id iam fero facturum, si liber est aditus. Bene uale doctissime Buschi. Louanij nono Calendas Matas, Anno millesimo quingentesimo decimo octauo.

ERASMVS IOANNI VVERTERIO SVO S. D.

QVIDEM antehac putabam Germanos armis duntaxat inuictos esse, nunc uideo nulla in re non esse inuictos, posteaquam tu ab Erasmo & ualeto dinario, & scribendi laboribus penè exanimato literas etiam ociosas extorque potuisti. Verbis consequi nequeam, quam mihi gratus sit tuus in me tam propensus animus: & utinam affectibus tuis respondere liceret. Magis tamen philosophicum arbitror, moderatioribus affectibus amicos prosequi, & tempestiuis officijs adesse potius quam superuacaneis onerare. Quoties laborat amici fama, quoties morbo grauatur, quoties eget pecunia, aut alioqui malo quopiam premitur, ibi conuenit amicum agere, mederi si liceat. Sin minus, oratione ac literis lenire molestiam. Alio qui quod officij genus est, quod & præstantem lædit, nec ei cui præstatur quicquid prodest. Aut quale est hoc imputare amico in beneficiorum ratione, unde ille nihil senserit commodi. Sic quidam diuo Iacobo imputant, quod illum magno suo malo adierint, aut Christo imputant, quod ingenti periculo suo Hierosolymam uiserint: cum utrunque uerioribus officijs domi licuisset demerere. Iam pridem in libris meliorem Erasmi uideras imaginem, si qua tamen bona est, imò iuxta Platonem, totum uideras Erasmum. Quid igitur supererat tantis expetendum itineribus? Verus amor animis constat, quem sæpenter uel dissoluit, uel minuit corporum coniunctio. Sed inhumantus sim, si uere succensam tibi, qui ob hoc ipsum dignus es qui redameris, quod amas impotentius. Bene uale, Louanij decimo quarto Calendas Nouembris, Anno M. D. XVIII.

ERASMVS ROTERODAMVS NICOLAO GERBELIO IURIS PONTIFICIJ DOCTORI S. D.

T insigniter & ex animi sui sententia me meus genius malus hoc anno exercuit, Gerbeli. Tragœdiâ malorum meorum cognosces ex meis ad Beatum Rhenanum literis. Adhuc in manibus chirurgorum sum domi alligatus. Dabit Christus Opt. Max. ubi merebimur, imò ubi dignabit ipse, meliora. Nos in tantis malis animo semper infracto fuimus. Utinam audiam Schurerium meum reualuisse. Salutabis sodalitatē totam, sed præcipue Sturmium, tum Gebuilerium, et Rudalphiugium, qui solita sua benignitate in diuersorio me immunem esse uoluerunt, quasi parū fuisset suo conuictu & ornasse, & uoluptati fuisse. Iam scis opinor, Brunoni quoque Amorbachio esse quod amplectatur, in somnis. Precor ut tibi res feliciter cœpta, felicissime succedat. Saluta diligenter nouum amicum Bathodium. Sic distesco Indies. Inuisit nos Helius Eoban. Venerat ab Erphurdia, tantum ut Erasmum uideret. Animum probo, officium non probo, quod grauat præstantem absque fructu eius cui præstatur. Cœlum hic adhuc purum est, laborarunt pauci, sed malo elundo inuictos. Bene uale Gerbeli, & Erasmum ama, facturum hoc, mihi crede, mutuum. Louanij decimo tertio Calend. Nouemb. Anno M. D. XVIII.

ERASMVS ROTERODAMVS CHRISTOPHORO ESCHENAUDELIO TELONIA POPARDIENSI S. D.

VID tam præter spem euenit, quam quod Cincampianum nostri studio sum Popardia reperi. Imò telonen multis honestisq; studijs addictum. Christus in probu phariseoru uertit, quod meretrices & publicani præcederant eos in regnum cœloru.

~~.....~~, Cincampianus se Cæsari studijsq; partitur. Satis prætere ferebas, quam de nobis opinionem concepisses. Præclare mecum agitur, si nihil ab ea detriuit nostri conspectus. Sed heus tu, utinum illud rubellum mire placuit nauæ uxori, mulieri mammosæ bibosæq; ad eum ut sæpe appellata nulli uoluerit impartire. Hæc affatim, sed mox ad arma. Ancillam penè occidit magnis coclearibus. Pugna uix poterat dirimi. Mox egressa in summam nauem maritum aggreditur, & periculum erat ne illum è nauis in Rhenum præcipitem daret. Habes uini tui energiam. Tragœdiâ malorum meorum ex meis ad Beatū literis cognosces, si modo uacabit legere. Bene uale uir animo meo charissime. Louanij decimo quarto Calendas Nouembris, Anno M. D. XVIII.

GVLIELMVS MONTIOIUS ERASMO ROTERODAMO S. D.

N I H I L uereor mi Erasme, quin ubi primum audisti, principem nostrum, Henricum octauum, seu potius Octauium, defuncto patri in regnum successisse, omnis tibi ex animo ægritudo repente abierit. Quid enim tibi polliceri non possis de principe, cuius egregiam, propeq; diuinam indolem pro te nonis, et præsertim si non modo notus, sed etiam familiaris, et prope literas eius digitis exaratas, quod paucis contigit, accepisti. Verum in teas, quem nunc herosa se præstet, quam sapienter se gerat, quantus æqui bonicæ sit amator, quod studium in literas præ se ferat: autim meo periculo iurare, te uel sine alis, ut hoc nouum & salutare sydus aspicias, huc ad nos propere aduolaturum. O mi Erasme, si uideas, ut mortales omnes hic læticia gestiant, ut de tanto principe sibi gaudeant, ut nihil magis exoptent, quam eius uitam, lacrymas præ gaudio continere non posses. Ridet æther, exultat terra, omnia læcis, omnia mellis, omnia nectaris sunt plena. Exulat longe gentium auaritia, larga manu spargit opes liberalitas. Noster rex non aurum, non gemmas, non metalla, sed uirtutem, sed gloriam, sed æternitatem concupiscit. Gustum tibi dabo. Superioribus diebus quum se eruditorem optaret, non hoc, inquam, nos à te, sed ut eruditos amplectaris & foueas, expetimus. Quid nū, inquit, nempe sine illis uix essemus. Quæ uox ore principis præclarior emitti potuit? Sed ego imprudens, qui fragillitate Oceanum ingredior: tibi hæc provincia seruatur. Hæc tamen pauca de diuini principis laudibus in principio statim epistola præponere uolui, ut si quid tibi tristitiæ in animo resideat, protinus expellerem: aut si omnis pulsa sit, spem quam concepisti, non solum confirmarem, sed magis magis que auerem. Nunc ad tuas literas uenio, quarum unas tertio, alteras uero pridie Calendas Matas Rhomæ ad me dederas: primis & iucunditatem mihi, & molestiam pariter attulisti, quod, ut debes, amice & familiariter tuo Montioio consilia, cogitationes, casus, erumnasq; tuas aperueris: hoc quidem iucundum, id uero molestum, quod te amicissimum meum cui in primis bene esse cupio, uarijs fortunæ telis impeti perispicio. Consolaret te, bonoq; animo esse iuberem, ni tua te sponte, si quid tamen sperare audes, in spem non paruam erectum putarem. Miseriarum supremum diem tibi distulisti. Venies ad principem qui teat. Ne diuitias, & uatum maximus esto. Hæc ad primas. Illud tamen non præteribo, nec postquam te te tanas. His distime mihi multum debere, quum ego contra, tanto tibi debito astrictus sim. ~~.....~~, ut me soluendo non esse iudicem. Tuis uero secundis literis, & epistolam meam, & tabellarium amicum tuum eodem infortunio perdidisti, defles. Sed utinam par esset utriusque factura, altera enim reparabilis non est. Nam meis literis nihil ferere aliud scribebam, nisi me opus tuum Adagiorum accepisse: ~~.....~~

..... tamen uellem temperantius egisses, ut enim in tuis hinc ueneris, uelut q; ornas, ut non sanè quòta partem agnoscam. Quis enim

enim, modo me noscat, æquis auribus accipiat, quod ego literatissimus appeller, qui ne li-
rerarum quidem studiosus censendus sim. Quamobrem acriter tibi succenserem, sed mo-
destus saltem, quod etiam mihi tribuis, uideri uolo, ne in omnibus mentitus fuisse conuicta
caris. Scribebam præterea multis occupationibus, alijsq; certis causis, quas literis comit-
tere non audebam: effectum fuisse, quo minus nonnullis tuis literis ad eum diem respon-
dissem: nil tamen idcirco uoluntatem & studium erga te meum immutatū imminutumq;
unquam fuisse, sed tua absentia, quod non putarā, creuisse. Habes quid in illis literis, quas
doles te perdidisse, scripserim.

Cantuariensis sacerdotium tibi, si redeas, pollicetur, et modo libras quinque pro uatico ad
nos tibi mittendas dedit: quibus ego tantundem adieci, non quidem muneris loco, alia e-
nim appellanda sunt munera, sed ut ad nos properes, & tui desiderio diutius ne torqueas.
Id postremo coram restat admonendum, caue credas tuis literis me quicquam gratius ac-
cipere, aut ulla in re abs te offendi posse, arbitris. In Italia ualudinarium te factum, mo-
leste fero: scis me tibi autorem nunquam fuisse, ut Italiam peteres; uerum quum te tantum
& literarū, & nominis illic adeptum esse perspicio, poenitet hercule me tibi comitem
fuisse.

Pecuniam sygrapham his literis inclusam, ac-
cipies: quare ualudinem tuam cura, & ad nos spiritum recipere. Ex prætorio Grenuici,
vi, sexto Calendas Iunias.

CHRISTOPHORO FISCHERO PROTONOTARIO APO-
STOLICO ERASMVVS ROTERO-
DAMVS S. D.

STATE superiore, quum in peruetusta quap̄a bibliotheca uenarem (nul-
lis enim in saltibus uenatus iucundior) forte in casses meos incidit præda neu-
tiquam uulgaris, Laurentij Vallæ in Nouum testamentum annotationes.
Hanc equidem ilico magnopere uolebam studiosis omnibus impertire: uide-
licet ingenerosum esse ratus, quod uenādo nactus essem, id solum me ac tacit-
tum deuorare. Sed deterrebat nō nihil quum uetus illa Laurentiani nominis inuidia, tum
hoc argumentum, multo in speciem inuidiosissimum. At tu simul atque librum euolue-
ras, non solum meam opinionem tuo grauissimo iudicio confirmasti, uerum etiam hortari
atque adeo conuictis extundere coepisti, ne propter paucorum oblatrationes, simul et au-
torem merita gloria, & tot milia studiosorum tanta commoditate fraudarem: negans du-
bitare te, quin opus illud sanis & cædids ingenijs, ut utilissimum, ita & gratissimum esset
futurum: cæterum alios cum suo morbo fortiter esse negligendos. Denique patronum te
propugnatoresq; offerebas: exiret modo in publicum, uel tuo unius periculo. Equidem
opinor, ornatissime Christophore, Vallam tuum, tamen si per se non instrenuus inuidiæ
contemptor semper fuit, tamen aliquanto fidentius in aciem proditurum, tanti uidelicet,
tamq; inuicti fretum præsidio: tum hac præfatione uelut Aiæis clypeo præ-
munitum: in qua quidem ex tua sententia inuicem operis ratione atque utilitate disce-
mus, sed si per te, ut inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem
lorem quem ab alijs exigimus, ipsi præstaremus ijs erga quos non so-
lum non maligni, uerum etiam grati esse debemus: profecto Laurentianum nomen apud
omnes qui bonas amant literas, pro inuidioso gratum ac uenerandum haberetur: qui-
pe qui studio restituendæ rei literarię partes multo odiosissimas sciens ac prudēs sibi sum-
mum. Nō uidebat uir acutus, tam inueteratum morbum non posse sanari, ni-
si per te, ut inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem
autem gratos esse oportebat) beneficentia. Sed foent, inquit, habet in com-
& ne,

& neminem non lacerat. Itane tandem lacerare uocant dissentire in literis, ac docendū stu-
dio, quum plurima laudaris pauca quædam suggillare? Quod si iuxta Fabium, nihil
tam efficax est in docendo, quam in artificum operibus non imitanda modo, sed etiam ui-
tanda quæ sint, commonstrare, quanto magis idem oportebat in docendo facere? Au-
sus est Laurentius in autoribus aliquot uoculam taxare. Indignum facinus, quasi uero
non omnia penè in omnibus reprehenderit Aristoteles, quasi non totam Ciceronis di-
ctationem contempserit Brutus, Maronis ac Liuji Caligula, Senecæ Fabius atque Aulus
Gellius, Augustini Rufini Hieronymus, postremo Quintiliani Philephus. Quid
quod dicitur memorat, librum suum inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem
conflictatioque, quam Heliodus utilissimam esse mortalibus scripsit, modo ne in rabiem
excet, ac citra conuicia consistat. Mihi quidem sano, non gratior sit amicus applausor,
quam uel inimicus reprehensor, dum ne planè tutor ultra crepidam. Nam ut nusquam se
re non nocet laudator, ita semper prodest reprehensor. Etenim si uere reprehendit, disce-
do doctor: sin falso, tamen acutor, excumulo, expergesio, reddor attentior cautioreq; an-
mor ad defensionem ueri. Si quidem minus acre calcar habet glorię cupiditas, quam igno-
minię metus. Iam uero quod quosdam in totum damnauit, quid obsecro tam erat necessa-
ria? Quibus in rebus, si quando uis uideatur nimis, exca-
descere, non huius uitio, sed deprauatoribus istis erat imputandum. Denique nimio con-
sultius fuerat alieno abuti uitio, quam ob unam maculam, à tot commoditatibus alienari.
Sunt enim prorsum quædam uerba, quibus tamen uel sua causa sapientes abuti
consueuerunt. Postulabant sic deprauata, sic contaminata literæ audacem zossum, ac
Bæbægonia magis quam Partheniam, id est, acrem ceforem, ac planè Momum quem-
piam: & si uis etiam, contumeliosum, qui nimirum auderet inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem inuicem
ut uetus habet Comœdia, quicq; malo nodo adhiberet. Itaque unius Lau-
rentij mordacitas (si quidem ita malo appellare) non paulo plus conduxit reilitera-
riæ, quam plurimorum ineptus candor, omnia omnium sine delectu mirantium, sibi quæ
inuicem plaudentium, ac mutuum, quod aiunt, scabentium. Quod si quis perpenderit,
quam foede disciplinas omnes confuderint isti Gotti, quanto supercilio suam inscitiam
perdoceant, quam stolidia peruicacia & propriam tueantur ignorantiam, & alienam eru-
ditionem aspernentur, fortasse permodesus uidebitur Vallæ dolor, pia stomachatio, ac
necessaria magis quam procax reprehensio: quæ quidem uel ob hoc ipsum fauorem eru-
ditorum promerebatur, quod quum per se sit inuidiosa, tamen est ab Laurentio no-
stri iuuandæ causa suscepta. Ac uide quæso, quam hic studio sumus iniqui, immo quam
nobis ipsis inuites. Pocius rabula adeo indoctus, ut etiam si uacaret obscenitate tamen
indignus esset qui legeretur, adeo autem obscœnus, ut etiam si doctissimus fuisset, tamen
esset à bonis uiris rejciendus. Hic inquam talis, ut homo cædids scilicet sine inuidia pas-
sim habetur in manibus, lectatur in nullam non linguam transfusus. Laurentius ne-
que obscœnus, & centuplo doctior, laborat inuidia mordacitatis: atque ut bos cornupe-
ta uitatur, etiam ab his qui scripta hominis nunquam legerunt. Sunt enim qui, quod est
nimis profecto ridiculum, nihil quicquam de Valla didicerunt, nisi quod est morda-
culus, atque hac una in re illum imitantur, uel superant potius, quod mordax etiam ig-
norum. Proxime quæ homines sapientes, ideo perpetuo barbari esse præoptant, quod
mordax est Laurentius. Quin Epicæti magis pulcherrimam regulam secuti, ea quem-
que anfa prehensimus, qua commode teneri queat, hac nimirum, qua Vergilius
Ennium, Cyprianus Tertullianum, Hieronymus præter alios Origenem, Augusti-
nus, Ticonium, a triquetra Laurentium quum tam multas habeat anfas, quibus pos-
sit utiliter teneri, quur hac sola apprehendimus, quod est mordax? Quur non potius
leue uitium tot uirtutibus compensamus? Immo, quur ingrati necessariam liberta-
tam maledicentiæ titulo deprauamus? Sed his de rebus hæc dico. Nunc ad ea uentum
est, quæ huius argumenti sunt propria. Futurum enim auguror, ut quidam, uel quodam
perdocto operis titulo, priusquam de se cognoscant, ilico παραδοκός sint exclamaturi, O
caelum, o terra: quum belle moneat Aristophanes in Pluto, οὐ γὰρ τὴν γῆν καὶ οὐρανὸν
& ne,

Atque haud scio, an hi sint omnium odiosissime obturbaturi, ad quos maxima pars utilitatis pertinet, nempe theologi. Non ferenda inquit, temeritas, hominem grammaticum post uexatas disciplinas omneis, ne à sacris quidem literis petulantem abstineret calamum. At qui si Nicolaus Lyranus auditur, non dico indoctus, sed certe recens. Hieronymum *ἡρῶν τὸ γράφειν*, multa quae conuellens, tot iam seculorum consensu consecrata: Idem ex Iudaeorum libris (unde ut donemus nostram hanc manare editionem, tamē haud scio, an studio deprauatis) quod tandem flagitium est, si Laurentius collatis aliquot uetustis atque emendatis Graecorum exemplaribus, quaedam annotauit in Nouo Testamento, quod sine controuersia totum ab illorum fontibus manare, uel dissonet uel dormitante interpretate, parum conuenit de reddita uideantur, uel quae significantius apud illos dicantur; postremo, si quid apud nos deprauatum appareat? An dicent, non idem esse iuris Vallae grammatico, quod Nicolao theologo? Ut ne respondeam interim, Laurentium à magnis uiris inter philosophos quoque ac theologos refert: Lyranus quum uocem excutit, num theologi ac non magis grammatici uices agit? imò totum hoc, diuinas uertere scripturas, Grammatici uidelicet partes sunt. Neque uero absurdum, si quibusdam in rebus plus sapit Iethro quam Moyses. Ac ne ipsa quidem, opinor, disciplinarum omnium regina theologia, ducet indignum admoueri sibi manus, ac debitum exhiberi obsequium à pediferi qua Grammatica: quae tamen nonnullis est dignitate posterior, nullius enim opera magis necessaria. In minimis uersatur, sed sine quibus nemo ualuit maximus: nugae agitatur, sed quae seria ducunt. Quod si reclamant, maiorem esse theologiam, quam ut grammaticae legibus teneatur, totum interpretandi negotium, de sacri spiritus afflatu pendere; noua uero theologorum dignitas, si solis illis licet barbare loqui. Sed expediant interim, quid sibi uelit, quod Desiderio suo scribit Hieronymus: Aliud est, inquit, esse uatem, & aliud interpretem. Ibi spiritus uentura praedicit: hic eruditio & uerborum copia quae intelligit, transfert. Tum quorsum attinerit, eundem de ratione uertendi diuinas literas praecipere, si facultas ista diuino contingit afflatu? Postremo, quare Paulus in Hebraica lingua quam Graeca dictus est disertior? Quod si fieri potuit, ut ueteris interpretes Testamenti errauerint alicubi, in his praesertim, in quibus fides non uiolatur, quid nisi potuerint labi & noui? quod quidem Hieronymus non tam uertit: quam emendauit, id quae modice, relictiis, ut ipse testatur, uerbis, quae potissimum excutit Laurentius, Verum, num etiam nostros errores ad spiritum autorem referemus? Esto bene uerterint interpretes: sed bene uersa peruertuntur. Emendauit Hieronymus, ac rursum deprauantur emendata. Nisi forte nunc aut minor audacia semidoctorum, aut peritia linguarum maior, aut non facillima deprauatio propter artem chalcographicam, quae unicum mendum repente in mille propagat exemplaria. At fas non est, inquit, in sacris scripturis quicquam immutare, propterea quod illic ne apiculi quidem mysterio uacant. Imò tanto magis nefas est deprauare, tanto que attentius corrigendum à doctis, quod per inscientiam est adulteratum: ea tamen cautione temperantiaque, quae quum omnibus libris, tum sacris in primis debetur. Verum non recte, aiunt, sibi sumit Laurentius, quod Hieronymus mandante Damaso suscepit. Ne propositum quidem simile. Hieronymus ueterem editionem noua sustulit: Laurentius quod annotauit, in priuatos commentarios refert: neque postulat, ut hinc quicquam in tuo codice demutes, quanquam ipsa nostrorum exemplarium uarietas satis arguit ea non carere mendis. Porro ut ueterum librorum fides de Hebraeis uoluminibus examinanda est, ita nouorum ueritas Graeci sermonis normam desiderat, autore Augustino, cuius uerba referuntur in Decretis distin. ix. Quo quidem in loco neminem esse tam saeuum arbitror, quin miserescat neminem tam ἀγέλαστον, quin rideat insulsiimum glossema, nescio cuius, somniantis Hieronymum in epistola ad Desiderium affirmasse, Latina exemplaria castigatiora esse Graecis, Graeca Hebraeis. Non uidit autem eum ista uerba palam absurda confirmasse quod proposuerat, atque haec uerba aliud est si: perinde ualere, ac si dicas: nisi forte. Alioqui quae tandem dementia fuerat, alterum Testamentum ab Hebraeis uertere, alterum à Graecis emendare, si nostra erant, ut in genere meliora? Quorsum attinebat, ut in Viennensi concilio (quod refertur Cle. lib. ij. titulo de magistris) tam sollicitè statuerit autoritas ecclesiastica de parandis trium linguarum doctoribus? Quo in loco rursus admiror, quo consilio Graecam linguam

linguam eraserint. Verum haec doctos admonuisse tantum, fat habeo. Illud audio quoddam dicere, ueteres interpretes trium linguarum peritos, satis explicuisse licubi fuit optis. Primum malim ego meis oculis cernere, quam alienis: deinde, ut plurima dixerim, certe multa posteris dicenda reliquerunt. Quid quod, ut ea enarrantes intelligas, opus est mediocri linguarum peritia? Postremo ubi ueterum libros in omni lingua deprauatos (ut sunt) offenderis, quò te conuerteris? Proinde uero uertus est, quod tu doctissime Christophore sapenunero soles dicere, neque cor, neque frontem esse ijs qui audent non solū in sacros, sed omnino in ullos ueterum libros scribere, ni literaturam utranque mediocriter teneant: Fieri enim, ut dum isti moliantur maxime, seseque doctissimos ostentare conantur, ibi linguarum peritis sint maxime deridiculi, totusque ille tumultus, propterea Graeca uoce eludatur. Quod si quibus non uacat totam Graecorum linguam perdiscere, hi tamen Vallae studio non mediocriter adiuuantur, qui mira sagacitate nouum omne testamentum excussit, non pauca ubiter annotans & ex psalmis, quorum usitata nobis editio à Graecis fluxit, non Hebraeis. Plurimum itaque studiosi debebunt Laurentio, Laurentius tibi, per quem publicum accepit, cuiusque & iudicio bonis ingenijserit cōmendator, & patrocinio contra maledicos instructor. Vale Lutetiae. M. D. V.

GERMANVS BRIXIVS ERASMO ROTEMADAMO S.

R Edijt à uobis ad nos nuperrime Stephanus Poncherius, Parisiensis episcopus, legatione apud Casarem sua feliciter functus. Antistitem hunc nostrum difficile adeo dictu est: quantopere Gallia haec demiretur, quantopere obseruet, quantopere etiam reuertatur. Neque id sane temere: nempe is unus est Parisiensis, qui reliquos omnes Galliae nostrae pontifices (absit uerbo inuidia) tum morum honestate, comitate, grauitate, tum uitae simplicitate, cōtinentia, integritate: simul ingenij facilitate, cōdore, bonitate: simul iuris utriusque, theologiae, philosophiae, disciplinarumque penè omnium cognitione quadam incōparabili, sine controuersia antecellit, & longo post se intervallo reliquit: ut nō immerito in eorum albo antea semper uel in primis adscriptus sit, quorum consilio, prudentia, iudicio, regni huius moles moderetur. Eundem enim iam Galliae huius reges tres, quadam uelut successione, alius subinde post alium, perinde atque consultissimum quendam Nestora, in cōsilijs suis delectū, magna ubique penes se autoritate honestarunt, magno in precto atque estimatione nunquam non habuerunt: usque adeo probata spectataque illis fuit Antistitis fides, & explorata perspectaque prudentia, ac praesens quaedam in rebus agendis omnibus prouidentia. Adde, quod uel in tantis reipublicae negotijs, ac ut uerius dicam, negotiorum fluctibus, quibus ille assidue non implicatur modo, uerueriam tantum non obruitur, solus de tanto episcoporum nostratum choro, bonarum literarum candidato non respicit solum, aut appellat, sed etiam praemij exhortatur, liberalitate demeretur, comitate inuitat, humanitate allicit, autoritate sua fouet, dignitate protegit, splendore ornat & illustrat: atque ita demum haec omnia praestat, ut numeris omnibus singularē quendam apud nos agat Mœcenatē in eos omneis, quos cognouerit literarum eruditionem cum honestate morum coniunxisse. Felicē uero, ac multo fortunatissimam Galliam futurā, si decem praeterea Mœcenates huic unij similes habeat, quorum fauore & benignitate, honesta tandem studia, ingenueque artes, principum horum tenacitate & odio extinctae excitarentur, & uelut ex umbra (quod aiunt) in lucem producerentur.


dum doces, quantum debeam episcopi studio, quantum literarum proceribus Deloyno & Budæo: gratum est, quod officij quoque mei me commonefacias. Caterum quo prolixius me laudant isti, hoc magis deterrēt ab adeunda Gallia. Nam qui ausim venire tam onustus, ut istis tam magnificis præconijs scirem esse respondendum? Mihi semper arripit Gallia: neque elām est, quām hic inuisæ sint bonæ literæ.

nescio quibus compedibus me meus alligat genius. Amplissima sunt fateor, que mihi liberalissimi regis nomine deferuntur: apud me tamen plus habet momenti tam insignium utrorum familiaritas, quām regum autoramentum: quandoquidem & hanc utro nomine pro se quisque pollicemini. Fortunam istam iterum atque iterum tibi gratior tam amplam, ut putes utrisque suffecturam: quandoquidem inuitas ad eius consortium. Rursum quidam, incertum quo autore natus, apud nos sparit, te offensum epigrammatis Thomæ Mori, nescio quid moliri dentati libelli aduersus illum. Id nequaquam facies eruditissime Brixii, si quid omnino audies Erasmus. Neque tamē istuc perinde illis causa nolim quām tua. Si Morum penitus nosset, fatereris nihil usquam gentiū esse dñius tuo amore. Cur læsit? inquit. Non scripsit illa in Brixium, quem non norat, scripsit in Gallum, & scripsit in medio bello. Nunc æquum est, harum rerum memoriam, permississimam pacem inter duos populos initam, penitus inter uos aboleri. Expediit autem & publico bonarum literarum nomine, harum myltas inter sese συλεγγίζου, postea quā tam odiose conspirant δι μοβουβου. Postremo nolim eos inter se dissentire, quorū utique uari complexor amore. Hic scio, clamabis me plusquam Diomedem agere, qui uelut inchoat tamē diserta tribus uersibus, ijsq; in conditis respondeam, sed æquum est ut respondeam quōdāmodo bene. Bene. D. X. VII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS TRANQVILLO PAR
THENIO DALMATÆ S. D.

SCRIPSERAM ex Antuerpia docuisti Tranquille, ut si non uis
fes, detinerent te Louanij dies aliquot in reditum meum: aut si id non
sentes, efficerent certe ne discederes, nisi prius mecum colloquutus: me in
sumptu farturum eius moræ dispendium. Sed abiturientis celeritas epistolam
nostram anteuerit. Itaque Louanium reuersus, pro Tranquillo meo

minum carmen reperi, utrunque iuxta doctum, sed utrunq; sanè querulum: quorum a
rum testatur abisse te, iratum huic Academie, alterum mihi. In illo nos omnes barbari
cuiusdam inhumanitatis reos agis: cui uolenti nobis ædere specimen eruditionis tuæ,
teras nobis impartire, locus datus non sit: quum ceteræ scholæ præmissis ad id inquit
quod tu gratis & spōte deferebas. In hoc me ut hominem Batauum, & à gratis alienum
incusas: qui repulerim à colloquio te, quem amor uidendi nostri è tam longinquo per
niera difficillima in regionem ignotam pertraxisset. Verum ego tibi utriusque nomine
spondebo: sed meam ipsius causam prius agam. Primum uero uerius est optime Tran
quille, quod id temporis Antuerpiæ uersabar in negocijs quibusdam mihi molestissimi.
Sed nunq; adeo sum occupatus, ut Tranquillum à colloquio fuerim exclusurus, si Tra
quillum aut nouissem ipse, aut alius mihi simulachrum illius recte depinxisset. Pro iuu
ne docto, candido, modesto, Danum aut Getam quendam barbarum fastuosumq; mil
descripserant, ac circumforaneum ardelionem, à quo hominum genere uix credas quat
tum abhorream. Et ab ijs frequētius impetor quàm uelim, aut q; ferat studiorum utilita
Id accidit errore personæ. Nam alter quispiā eiusmodi tum temporis sese uenditabat Ar
uerpiæ. Huic igitur generi saluatorū, & odioso & oculo aliquoties domi non sum, inte
rim non uaco, aliquando non uigilo, quemadmodum olim non omnibus dormiebari
Quod si parum humanum uidetur, ego arbitror non paulo inhumanius esse, dum ho
rum nanijs aurem præbes, tot eruditorum hominum flagitationes negligere, semper al
quid poscentium à nobis, quo iuuentur recta studia. Quod si quis mihi Tranquillum, not
dicam, suis pinxisset coloribus, sed uel deliniasset modo, ultro in tuos complexus aduo
r 3 lassum



ciam modo te unum id præmonuerim, uidelicet, me tamen tua iam pridem præsentia
priuatus sum, & longo tecum locorum interuallo discretus, nihilo tamen secius tui me
mortiam assidue in animo ac pectore meo sacrosanctam circumferre, teq; perinde amare,
atque obseruare, ac si præsens præsentis quotidiano in hunc usque diem contubernio u
sus fuisset. Neque enim is sum qui amicos absentes absens aut obliuiscor, aut negligere so
leam, cui sanè nunquam illud fuit non exosum, πλοῦ φίλοι νόοντες, ἀκείροι φίλοι. Peto
pro tamē ac nimis supra q; dici potest concupisco, uti regis huius erga te animus, qui sa
nè haud contemnendus est, & pollicitationes quas haud inanes futuras arbitramur, te si
qua possint, ad Gallia nostræ contubernium alluciant: tum ob alia multa, tum ut pericula
ri potissimum ualeas meam erga te fidem ac beneuolentiam, addam & liberalitatem eo
rum certe omnium, quibus mediocritatē hanc nullo meo merito fortuna exornauit. Be
ne uale, et me cui amantissimū mutuo ama. Parisijs VIII Idus Aprilis, An. M. D. XVI

ERASMVVS ROTERODAMVVS GERMANO
BRIXIO S. D.

Pistola tua mi Brixii, non simplicem mihi uoluptatem attulit. Nam primum
suauissima consuetudinis, quæ mihi tecum fuit Venetia, mox Patauij, me
mortiam mihi magna cum uoluptate renouauit. Deinde declarat, te non so
lum incolumi esse ualitudne, uerū etiam fortunis auctum ac dignitate: qua
re quid nūciari poterat optatius? Postremo palam arguit, quām tecum ipse
feliciter certatis: id uidelicet agens, ut quum iam olim uena carminis esses felicissima, pa
rem in oratione prosa facultatem obtineres. Quod attinet ad laudes: quas tu, τὰν ἀμ
φαι in me congeris, facile boni consulo, si modo tam amas immodice, quām non modice
prædicas. Tamen si ne quid mentiar, eximij præsulis Stephani Poncherij, Francisci Deloi
ni, Gulielmi Budæi laudes, non paulo maiore cum uoluptate legi quām meas. Me uero
dum


lassem. Atque haec hucusque quidem mihi patrocinatus sum. Superest ut pro Louanienti quoque schola non nihil respondeam. Scis esse maximum ac primum, si quid agas adire in tempore. Tu non poteris magis *ἀντίπας* uenire Louanium, bonas literas professurus, cum iam maxime ferueret recens conspiratio quorundam, qui se deuouisse uidentur dijs manibus, si politiores literas extinctas reddat. Sic enim sibi stultissime persuasere, si conuincantur his literis autoritas, suam autoritatem labefactatū iri. Vident autem passim toto orbe, non tam scholas tantum, uerum etiam principum aulās infici hoc nouo genere studiorum, iuo magis adnituntur, ut Louanium ab hoc contagio tueantur incolume. Res optimo atque non probatur. Nam tumultus hic ortus est ex inijs uanissimis, nimirum ex falsissima uisus aut alterius suspitione. Deinde ut nos pudet etiam in male coeptis parum constantes uideri, multo ineptioribus rationibus pergunt exequi quam instituerāt. Porro ista fabula ab uno aut altero chorago pendet, ne mali huius inuidiam in totam Academiam conferas. Horum pertinacia quibusdam persuasit, quosdam improbitas pertraxit, quidam ad gratiam obsequuntur: quidam spe commodi cuiuspiam, aut incommodi metu, fabulae non probatae partem agunt. Magna pars uociferatur, non ob aliud nisi quod multos uociferantes uidet. Haec qui procul audiunt, rem publico consilio gerere credit, praesertim cum splendidi tituli praetextantur, uniuersitatis, rectoris, facultatum. Quospius spectant fabulam, aut etiam intra proscenium uersantur, intelligunt totam hanc machinam uisus atque alterius opera moueri. Ego tumultus huiusmodi uel Aetnae Herculae, uel Panis deo poetico, uel Tiphone, aut furarum cuiuslibet, uel quod Astrologi agunt, astris parum commode concurrentibus imputare malo quam multitudini. Super & illud obfuisse tibi, quod nimis ingenue praeterebere nostrum studium.

Neque enim opinor hic esse tam peruersos malos, ut ex hoc ipso uoluptatem sentiant, quod tibi res parum ex animi sententia successerit. Verum age fruantur per nos uoluptate sua, qualis qualis est, te uel in aequiore esse huic nostrae scholae, cui nec in defunctis, nec eruditi iuuenes, modo esset ingenij honos, et nisi essent qui summa uim eius studijs obstreperant: quos semideos si tibi nominatim depingerem, non miraretur tales habeat propugnatores pristinae barbaries. In hos dictus es nescio quid inuictum destinasse, quod quidem mihi adeo non probatur mihi Tranquille, ut nec uerū esse ut credere. Digni sunt, inquit. Esto sane, fac uel cruce dignos: at te meminisse uolo, dignum sit, qui literas eas profitentur, quae humanitatis titulo commendantur. Quicumque uiam fac meo nomine salutes. Huic gratulor, si nostri meminuit: in uideo si meminuit. Nam audio hominem mire gestire gaudio, quod elapsus ab hoc, ut ille ait, parietis praesidio ad pristinam studiorum libertatem redierit. Bene uale Tranquille chame, quarto Calendas Iulij, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS INSIGNI THEOLOGO
IOANNI CLAYMONDO S. D.

E GREGIAM illam prudentiam suam qua semper publicae famae praecor-
nio commendatus fuit Richardus episcopus Wintoniensis, nullo certiore
argumento nobis declarauit, Claymonde non infimum decus ordinis theo-
logici, quam quod collegium magnificum suis impendijs extructum, tribus
praecipuis linguis, ac melioribus literis, uetustisque autoribus proprie conse-
ruit. Nam qua ratione melius mereri potuit de rebus humanis: aut quo monumento
suis nomen suum aeternae hominum memoriae dedicare: Istuc profecto demum est ec-
clesiae columen, istuc est episcopum agere. Maiorem autem in modum gaudeo, Tho-
mam Cardinalem Eboracensem, Cardinalem Campegiū, ac ne ceteris commemorandis
fiam

fiam prolixior, ipsum etiam Henricum octauū, principem nullo huius aetatis uere regijs
donibus inferiorem, toto pectore huic fauere negotio. Quorum ut autoritas facile coer-
cet oblatantium improbitatem, ita benignitas abunde suppeditat quibus inuitatur indu-
stria professorum, quaeque postulat otium literarum. Complures regiones uulgarē monu-
mentum aliquod nobilitauit. Ingenti Colosso Rhodus est celebris: Caria Mausoli sepul-
chro: Memphis pyramidibus: Gnidus sculptili Veneris signo: Thebae magico Memno-
ne. Mihi praesagit animus futurum olim, ut istud collegium deo templum sacrosanctum,
optimis literis dicatum, toto terrarum orbe inter praecipua decora Britanniae numeretur:
pluresque futuros, quos trilinguis istius bibliothecae spectaculum, quae nihil bonorum au-
torum non habeat, unde nihil malorum non exulet pertrahat Oxoniam, quam olim tot
miraculis uisenda Roma ad sese pellexit. Quin & illud mihi quidem sagax consilium opti-
mi praesulis arguit, quod te potissimum ex omnibus delectum, uirum haud quaquam no-
ua, sed iam olim note peritiaeque probitatis, nouo collegio praefecerit: qui primum pos-
sis eas literas & cum dignitate profiteri, deinde possis uel unus esse documento, optimis
literis cum optimis moribus maxime conuenire. Facit enim paucorum improbitas, ut
qui bonis literis parum bene uolunt, calumnientur hoc studiorum genus corrumpere
uitam humanam, & auocare a pietate Christiana. Sunt autem apud nos, praecipue Ger-
manos, iuuenes aliquot, uita quidem integra, sed qui sicasserant meliores literas, ut in ha-
rum hostes, magna libertate uelut *ἑμπεδόν* debacchantur. Equidem non nego ueniam
dandam aetati, imò etiam genti, praesertim cum tam acerbis odijs iritentur, ut in aduersa-
rios nihil possit satis asperum dici. Sed tamen mea sententia, longe plus adferet momenti
tuorum ista grauitas, & erudita lenitas, hos etiam qui modo reclamabant, qui arma con-
traferabant, in sua castra pertractura, ex infestissimis hostibus fidelissimos milites, ac pro-
pugnatores futuros. Plus efficit, qui sua moderatione omnibus commendat bonas lite-
ras, quam qui cum pertinacibus harum sycophantia assidue rixatur. Ego quod tandem con-
tumelice genus non sum passus ab istis philobarbaris: Quos tumultus excitarunt: quas
mouere tragodias, quas struxerunt infidias. Mihi sane nec unguis deerant, nec dentes,
nec telum, si libuisset, ut neque sum ignarus, quibus modis eiusmodi portenta tractanda
sunt, ut per me indicauit non solum Christo esse gratius, uerum etiam ad prouehenda rectio-
ra studia conducibilis, aut moderatis rationibus placare reclamantes, aut certe cadere
donec temporis progressu aut euanescat ille stolidi pectoris impetus, aut ipsi resipiscant.
Nec adhuc me huius consilij poenitet. Non auferus eram doctissime Claymonde, te meis
literis laesere, nisi Cutbertus Tunstallus, Thomas Morus, Ricardus Paceus, suis literis
magnò consensu morum tuorum *ὁ δὲ ἄλλοτερον*, ac facilitatem integritati parem praedicassent.
Quibus autoribus freus, non ueritus sum, uel hac manu tibi scribere, qua soleo cogitatio-
num mearum celeritatem aequare. Bene uale. Louanij quinto Calendas Iulij, Anno
M. D. XIX.



GVLIELMO MONTIOIO COMITI ANGLIO
ERASMVVS ROT. S. D.

P **ER**VENIMVS tandem & quidem incolumes, tamen inuitis (ut appareret) & superis & inferis. O durum iter. Quem ego posthac Herculem, quem Vlysem non contemnam? Pugnabat Iuno semper poeticis vitis infestat: rursus Aecolum sollicitarat: nec ventis modo in nos saeuiebat, omnibus armis in nos dimicabat, frigore acerrimo, niue, grandine, pluuia, hymbre, nebulis, omnibus deniq; inurijs. Hisq; nunc singulis, nunc uniuersis nos oppugnabat. Prima nocte post diurnam pluuia, subito atq; acre obortum gelu, uiam asperissimam effecerat. Accessit niuis uis immodica: deinde grando, tum & pluuia, quae simul atq; terram arborumue contigit, protinus in glaciem concreta est. Vidisses passim terram glacie incrustata, neq; id aequali superficie, sed colliculis acutissimis passim extantibus. Vidisses arbores glacie uestitas, adeoq; pressas, ut alia summo cacumine imo solu contingerent, aliae ramis lacerae, aliae medio trunco discillae staret, aliae funditus euulsae iacerent. Iurabant nobis rusticis homines natu grandes, se simile nihil unquam in uita uidisse antea. Equis interrim eundum erat nunc per profundos niuium cumulos, nunc per lentes glacie incrustatos, nunc per sulcos bis asperos, quos primum gelu durauerat, deinde & glacies acuerat, nunc per crustum quod summas obduxerat niues, quod quidem mollius erat, quam ut equum sustineret, durius, quam ut ungulas non scinderet. Quid inter haec animi Erasmo tuo fuisse credis? Insidebat attonito equo eques attonitus, qui quoties aures erigebat, ego animum deieciabam: quoties ille in genua procumbebat, mihi pectus saiebat. Iam Bellerophontes ille poeticus, suo terrebat exemplo, iam meam ipse temeritate execrabar, qui mutae beluae uitam, & una literas meas commisisset. Sed audi quiddam, quod tu credas ex ueris Luciani narrationibus petitum, ni mihi ipsi Batto teste accidisset. Cum arx iam ferme in prospectu esset, offendimus omnia undique glacie incrustata, quae ut dixi in niuem inciderat. Et erat tanta uentorum uis, ut eo die unius atq; alter collapsi perierint. Flabant autem a tergo. Itaq; per decliue montium me demittebam, per summam glaciem uehementius, atq; interim haesitans cursum moderans. Id erat clauis uice. Nouum nauigandi genus. Toto fere itinere obuius sit nemo, sequitur nemo, adeo non solum seua, sed etiam monstruosa erat tempestas. Quarto uix demum die solem aspeximus. Hoc unum ex tantis malis comodi excerpimus, quod latronum incursum timuimus minus, timuimus tamen, ut homines periculosos decebat. Habes iter meum adolescens generosissime, idemq; candidissime, quod ut durissimum fuit, ita reliqua fuere secundissima. Viui peruenimus ad Annam principem Verianam. Quid ego tibi de huius mulieris comitate, benignitate, liberalitate memorare? Scio rhetorum amplificationes suspectas haberi solere, praesertim ijs qui eius artificij rudes non sunt. At hic me nihil alleuare, imo re uinci artem nostram, mihi credas uelim. Nihil unquam produxit rerum natura, aut pudentius, aut prudentius, aut candidius, aut benignius. Et uis uerbo rem complectar? Tam illa praeter meritum nostrum in nos benefica fuit, quam senex ille contra merita maleficus. Tantis illa me officijs cumulauit, nullis a me studijs prouocata, quantis ille contumelijs onerauit, summis affectibus beneficijs. Quid de meo Batto iactitem, cuius pectore nihil habuit hic orbis simplicius, nihil amantius? Nunc demum istos ingratos odisse coepi. Mene istis monstris tam diu inseruissis? O te mihi sero cognitum, a quo prius me fortuna distraxit, quam necessitudo coniunxerat. Haec scribebam, in patriam concessurus, deinde isthic continuo adero atq; adamatam Lutetiam repertam, & has ipsas literas fortasse praecurrant. Caeterum de nostro conuictu, nihil certi scribere licet, Tum consilium ex tempore capietur. Hoc unum tibi persuade, neminem uiuere qui

qui te magis ex animo amet, quam tuus Erasmus. Battu quoque meus, omnium & amorum & odiorum meorum socius, te pari charitate prosequitur. Cura mihi Gulielme, ut quae optime ualeas. Ex arce Tornenhensi, pridie nonas Februarias, Anno M. D. CCCC. XCVII.

ERASMVVS ROT. IOANNI FALCONI SVO S. D.
EPISTOLA IOIOSA.

T **V** CAVE salutem a nobis expectaueris. De uoueo te, quoties tua mihi conuitia in mentem ueniunt, quoties toruos illos oculos animo contueor, quoties os illud, ad meras contumelias compositum. Itaque amare te plane non possum. Minus quidem odero, si bonas literas lucellis tuis praeponeere poteris. Fata mea me haecenus persequuta sunt. Iter enim habuimus ad prodigium usque asperum atq; saeuum: caetera Batti mei fati debeo. Nam dominae candorem, beneficentiam, humanitatem, comitatem, modestiam, si tibi perscripsero, cum uix aliquam esse partem oratione consequutus, mendacissimus tamen uiderer ei qui ipse expertus non esset. O te miserum, qui me sequi sis grauatus. Quid te fuisse beatus? Sed gaudeo tuam superbiam tibi nocuisse. Posthac saepe, poetas fuge, & Ianios sequere. Breui isthic adero, si superi adiutabunt. Tu & quae habes mea serua, & quae potes contrahe, ne quid in mora sit ubi uenero. Finem imponam epistola, si te paucis mouero. Frustra sapit qui sibi non sapit. Mirare literas, & lauda, sed lucrum sequere. Caue tibi ipse displiceas, ea res formae uenustatem obscurat. Cutem ante omnia cura. Omnia tuis commodis postpone, amicitia tua causa cole. Eruditionem parce attinge. Ama ardenter, stude modice: uerborum prodigus, pecuniae parcus esto. Plura monendus eras, sed uale est; aulico ritu, dominae dicendum, & cras in Hollandiam auolo. Meliorem uestem domi relinquo. Scis quam obrem? Timeo ne sorores eam tuae lacerent. Est enim mihi Antuerpia faciendum iocum. Nunc uide, num nihil in me sit salis, & tu sapias solus. Literas tuas adeo non expectatio, ut haud sciam, an has ipse praueerit. Tu tibi uiue & uale tibi, & te solum, quod facis, ama. Ex arce Tornenhensi, Tertio nonas Feb. Anno M. CCCC. XCVII.

ERASMVVS ROT. RICARDO GVLIELMI MONTIOI A SACRIS S. D.

C **O**PIOSISSIMAM ad te epistolam scribere, gestiebat animus Ricarde candidissime, ni & octium deesset, & propediem uos ipse uisere decreuissem. Non purgabo me, quod antea non scripserim, coram eam causam agere malo, & absolues me spero. De tuo comitisq; candore plurimus & frequens cum meo Batto mihi sermo fuit. De uestro quidem animo gaudeo, at tam sero esse cognitum doleo. Nos ubi patriam uiserimus, istuc continuo recurremus, tum plenis (ut aiunt) buccis nugabimur. Interim cura, ut bene ualeas, teq; tua philosophia oblectes. Priquam apud diuam Genouesam, Gulielmo canonico *duoφανώζου* conterraneo tuo meis uerbis salutem dices, praeterea familiaribus reliquis nominatim.

ERASMVVS CORNELIO CANONICO S. D.

A **D**E O ne superbū te Gallia remisit, ut plebeios amiculos fastidire coeperis? Satrapis scribis, Erasmo non scribis. Quo meo merito? sed habes causam probabilem, & haud scio an ueram. Nihil minus opinabar, inquis, quae te in Francia resedisse, qui tum certo consilio in Italiam iter parabas. Age, nihil refello, accipio causam, modo hoc damni quam uerbosissima epistola sarcas. Noui quod scriberem nihil erat. Me tui esse amantissimum uetus est. Boschio quid acciderit miror, iam pridem enim ab eo nihil redditur. De nostro recessu hic missatur. Tu fac, de toto tuo itinere, rerumq; tuarum statu ut sciam. Si quid hic meo studio, cura, diligentia praestari posse iudicabis, id pro tuo iure audacter a me flagitabis. Meam dignitatem ne tibi commendem arctissima nostra & uetus necessitudo postulare uideatur. Gulielmum meum, imo tuum, tuis monitis excitare ne desinas, ut aliquid se dignum molitur. Meis de rebus certum nihil significare potui cum omnia penderent. Valemus adhuc, & te uehementer amamus. Petrum nostrum quod facis, fac quam arctissime complectare. Si in his quae tibi pro nostra necessitate

necessitudine impartis, ut Harpocrati satis facias, admoneam, uidebor parum recte de tua fide, deq; tuo in me animo sentire. Quanquam sunt qui te, nescio quid, insimulent, tanquam meam ab lentis dignitatem parum integra fide fueris tutatus. Mea uero sic est de tua integritate confirmata opinio, ut de meipso sim, priusquam de te, dubitaturus. De nobis hoc tibi persuadeas uelim, Erasimum tui amantissimum & esse, & dum uiuet, fore. Bene uale. Lutetiae. Anno M. CCCC. XCVII.

ERASMVVS CVIDAM LVBECENSI S. D.

ALVE uir integerrime. Filius tuus apud me uiuit, & à me docetur, ijs quidem conditionibus, quas ab Henrico accepi, qui mihi nomine tuo triginta duos coronatos, et uestem promisit. Aegrotauit grauiter nuper, sed cõualuit dei beneficio, & medicorum opera. Fuit in tutela mea cõpluscus menses, quo tempore ei quibus erat opus, suppeditaui. Mense Octobri puerum in familiam meam adiunxi: curatur à me non ut alienus, sed ut ex me natus: Ingenio præditus est singulari: mores pro ea ætate tractabiles sunt, & tolerabiles. Dabo operam, quantum quidem in me erit, ut tibi eum restituam, & me præceptore, & te patre dignum. Libros eius nondum ad manus meas perferri miror. Antuerpiensis ille mercator scripsit se per quemdam mercatorem Parisiensem transmisisse, & eum nominat, uerum is constanter negat. Pecunias adhuc nullas eius nomine accepi. Augustinus, sub cuius tutela erat, dum ego ualeudinis causa in patria abessem, ab Henrico quinque aut sex florenos sese accepisse factetur. Is eum tres menses & aluit, & docuit, quod ego me tum in Italiam concessurum putabam. Si eas pecunias reliqui pro opera sua: præterea quod de ratione diminutum erat, adieci, apud illum enim aegrotabat: præterea meo sumptu uestitus est. Cœperat hic, nescio quare, febris pullulascere, sed non admodum frequens, quare in locum urbis apertissimum, atq; saluberrimum demigraui, quod malum si repullulauerit, longius forte cõcedam. Nihil enim nobis salutem antiquius esse debet & uita. Nam bene uiuere, nisi uiuamus, non possimus. Quia in re de tua sententia certior fieri cupio, placeat ne puerum me consequi. Narrabat enim Henricus, etiam si filium tuum in Italiam duxissem, me id te approbante facturum. Habes de rebus nostris omnibus: reliquum est, ut de toto animo tuo nos facias certiores: uerum neque pecunias, neq; literas, nisi per certissimum tabellarium miseris, nec Parisios miseris, sed ad eum mercatorem Antuerpiensem, ne si hinc concessero, illa ad alias manus perferantur. Hoc quoq; ad me perscribas uelim, cui uitæ generi filium tuum destinatis, & quibus potissimum literis imbuti placeat. Finis enim unaquaq; in re præfigi debet, ad quem omnia tanquam ad signum cõferantur. Nam quanquam omni quidem literarum genere pueri sint, instituendi, refert tamen, quo sua studia destinent, ut cum omnia perdiscere non liceat, saltem aptissima discamus. Hæc pluribus ad te scripsi quam debui, & quidem Latine, non fastidio linguæ nostratæ, sed quod facile id potuissim, neq; tu facile intellexisses. Te cum optima coniuge tua, uniuersaq; familia bene ualere, precor. De me ita tibi tuisq; persuadeas, in instituendo filio, mihi neq; fidem, neq; sollicitudinem, neq; diligentiam defuturam. Lutetiae. Anno D. CCCC. XCVII.

ERASMVVS CHRISTIANO S. D.

NON tu Erasmi calamum metuis, tam audacis tibi facinoris cõscius: quippe qui Henricum delicias meas à me distraxeris. Deseruit me & Robertus Anglus, sed alia longe ratione: summa nimirum perfidia, ita ut illum decuit. Sed extra iocum: consilium uestrum non modo iniquo animo non fero, uerum etiam uehementer probo. Consultius enim est sarcinam maiorem abijcere, quam sub onere iniquo concidere: illius uirtuti perinde ut meæ gratulor. Tu fac fratrem imiteris, & Erasimum uel absentem diligas. Rodolphum Langium admoneas uelim, ut & meis literis, & suis promissis satisfaciat. Bene uale. Lutetiae. D. CCCC. XCVI.

ERASMVVS GVLIELMO MONTIOIO S. D.

ALVE uero nomine Montioie. Deprecatione utendum erat, sed purgatione uti malui. Crimen admissum agnosco, quod hodie uos lectione fraudauerim, sed necessitas in causa fuit, haud uoluntas. Cogor duos tabellarios simul literis onerare. Tu caue statum transferas, & falso necessitatem à me præteritam obijcias. Tū enim qui rei erat, actoris fiet, & qui iurisdictionis, coniecturalis, aut

lis, aut certe definitiuus erit, ut quaeratur, quid sit necessitas. Sed uide callidum defensorem, causam meam ago, nondum in iudicium uocatus, scilicet ut nullo accusante, meipso & defensore, & iudice absoluar. Bene te ualere & Musis q; charissimum esse iubeo. M. CCCC. XCVI.

ERASMVVS GVLIELMO GAVDANO SVO S. D.

IC est profecto, deerat deerat hoc unum infelicitatis meæ numeris, ut abs te mihi epistola tam cõtumeliosa redderetur: perinde quasi nobis hic dolorum materia non abunde suppeteret. Tu uero mi Gulielme, & uetustissimo nostro amore dignus, & meis fortunis aptius facturus eras, si pro obiurgatione, consolationem misisses. Quid tu amiculum tui perpetuo studiosissimum, miserum, conuicijs insectaris: Ego in hac rerum conditione, ne cõfirmationem quidem ueliam æquo animo tulissem, & tu erumnas meas etiam maledictis exasperas? Quid tu me ab inuidis nostris expectare iubes, cum huiusmodi mihi adferantur ab amico, non modo uetustissima necessitudine, uerum etiam, quod arctissimum uinculum puto, studiorum societate coniunctissimor? Deplorare fortunas meas magis libet, quam te confutare. At uide interim quæso, quam merito me incuses. Indicatum est, nescio à quo, me tibi indignatissimum abuisse. Primum, cur tu istis indicibus credis tam facile: tum si maxime indignus (utar enim eo uerbo inuidioso, quo tu uteris) cur id non quæris potius, quam obrem tibi indignus. Expostulaui tecum sapius per literas, nuper etiam coram, quod cessares in literis, quod nihil tuo ingenio dignum molireris. Hortabar ut quam maxime nominis immortalitati consuleres, aliquid excuderes tale, quale omnes abs te expectarent. Nihil tuæ gloriæ antepones, uoluptatulas istas uulgo relinqueres. si hæc sunt hominis suo commodo consulentis, si inimici, si superbi, nihil refello, quo minus tu me iure criminatus fueris. Sin potius amantissimus, & tui nominis auertissimus, & melius etiam de te, quam turpse sentias sentientis: quid tu eiusmodi hominis infelicitatem atrocibus etiã dictis incessis? Si quid sum in te stomachatus, id unum erat in causa, quod tu non tanti ingenium tuum, quanti ego facerem, faceres. Sed odioso, inquis, obtundis. Nulla igitur uenia dignus est, qui intemperantius amat? Non uides hanc meam improbitatem ab immensa quadam gloriæ tuæ cupiditate profectam? Nunc studium in te meum ferre æquo animo non potes, qui fastidia persepe tulisti. Quid autem si bi uolunt illa mi Gulielme, quæ admodum isthuc uiuas, ipse scis, nec ego ignoro. Me miserum quam metuo, ne tu me hic ociosum ineptire, atque amare credas. Tu uero mi Gulielme, Erasimum non ineptum, sed miserissimum finge: & illum quem tu præfractum appellare solebas, iam plane fractum, & exanimatum. Caue me tu uel ex ueteribus moribus, uel ex tua felicitate metiaris. Quod autem Gaudæ paulo liberius tecum pro nostra familiaritate garriebam, eam loquendi petulantiam uel uino, quo tum ut scis sæpe madere cogebamur, uel ualeudinis studio tribuere debebas, quam ut penitus confirmare, paululum de pristina uitæ seueritate prudens remiseram. Cæterum is mihi est animus, ut ineptire si liceat nolim: ea rursum rerum conditio, ut si maxime uelim haudquaquam tam liceat. Stomachaberis & hic quoque fortasse: Quid te, inquis, ita male habet? num egres, non tibi summa faciendi quæ libitum est libertas? Cora uix meas Tragedias explicare quæ, tantum abest, ut his literulis possim consequi. Ego ne Ulyssæos quidem labores cum nostris conferendos censuerim. O me huius libertatis nimium expertum, & o te parum. Sed quid ego his querelis amantissimum hominis animum exasperor? Quod scribis, isthuc te gloriæ meæ inuidiam sustinere, quorsum istuc attinet? Ego his in regionibus famæ tuæ prodesse possum: tu porro cur inuidiosam etiam nostri defensionem sumis? Quis nescit, Gulielmum Erasmo uel in causa iniquissima equissimum fore? Quod ut non facias, nemo tamen non expectabit. Quanquam tuum in me studium, non gratissimum esse non potest. Sed si me mea fata non sinunt, tu saltem tuis literis primum patriam nostram, deinde te ipsum quam maxime nobilita. Crede hoc mihi Gulielme, nihil non poteris, modo animus non desit. Sed ueniam dabis amori nostro, qui te rursum hortari incipio. De Henrico caue quicquam nisi amicissimo uiro dignum suspiceris. De te enim omnia amantissime prædicauit. Si quid apud me pro coniunctissima familiaritate nostra questus est, fecit id & modestissime, & ut faceret is, qui te ex animo amaret. Apud me quidem delatus est, quod apud Anglos dum isthinc abissem, parum synceriter egerit: quod ut de alio quouis (est enim inter mortales rara fides, animiq; hominum mutabiles) facile

facile credi possit, ita de hoc nec credere libet, nec suspicari. Tum, satius esse puto, his in rebus hallucinari, quam odiosa diligentia ea perquirere, quæ rectius latuissent. Quod tibi de N. tua ueteri taciturnitate fretus indicaui, per fidem te obtestor, caue uel nutu significes. Tibi enim nihil commodaris, illi uero iustissimam in me stomachandi materiam præbueris. De Henrico scripti Seruatio: hominis ingenium satis mirari nequeo. Verum quid facias: his moribus nunc uiuatur. Quare illud Chilonis probemus, necesse est. Sic ama, tanquam aliquando sis osurus: sic oderis, tanquam aliquando amaturus. Ais isthuc multa de me renunciarit: auditu ne utique iucunda. Ego uero Gulielme, innocentiam præstare possum, id quod facio: quid homines de me loquantur, non possum. Hoc magis uereor, quid tu tandem de me sentias: quem unum, ita me deus amet, pluris facio, quam reliquos omnes. Quid enim sibi uoluit illa tua epistola, qua uitam meam notare uideris? Vis igitur scire, quæ admodum hic uiuat Erasmus: te enim nihil mearum rerum ignorare par est. Ut uis: imò haud scio an uiuat: sed uiuit prorsus miserimus, omni lachrymarum genere confectus: quot insidijs petitus, quoties amicorum præsidio delusus, quot calibus sursum ac deorsum factatus: sed uiuit innocentissimus. Scio me uix harum rerum tibi fidem facturum. Veterem adhuc Erasmus, & libertatem meam, & si quid est splendoris, cogitas: uerum si coram loqui liceret, nihil mihi facilius fuerit quam id tibi persuadere. Quare si uerum Erasmi simulachrum tibi fingere uoles. finge non ineptum, non comensatorem, non amatorem, sed afflictissimum, sed lachrymosum, sed inuisum sibi ipsi, cui iam nec uiuere libeat, nec liceat mori. Denique miserimum, sed fortunæ iniquitate, non sua culpa, miserimum tamen: quid enim refert? sed tui amatissimum, studiosissimum, ardentissimum. Ita uelint superi has meas erumnas aut in melius mutari, aut matura morte finire, ut nunquam mihi uel mea dignitas antiquior, uel gloria iucundior, uel uita charior, quam tua fuit. Si cæteris mortalibus sim inuisus, nihil miror. Quis enim hominem tam miserum non iure optimo oderit? Tuum uero etiam amorē, mea infelicitate mutari, qui timere potui, in cuius unius fide semper acquieui, quem sic complectebam, à quo me non uulgariter, sed præisco illo more amari credebam, si & huic me inuisum intelligo, & ob id inuisum, quod sim miserimus, quid est cur uiuere uelim? O mi Gulielme, uetus meum, & utinam perpetuum, solatium. dolor tantum non cum lachrymis & uocem exprimit. Si quo graui & nephario scelere nostram amicitiam uolassent, tu tamen infelicissimo amico, pro iustissima ira misericordiam & lachrymas impendere debebas. Nunc eum cui nulli unquam casus, nullæ rerum mutationes tui charitatem excutere potuerunt, maledictis potes incumbere, potes probri infectari, tanquam desint, qui manibus pedibusque in meam perniciem incumbant, qui me ferro ignique extinctum uelint. Quid mihi isthuc tam charum fuit, cuius inter hos casus non obrepserit obliuio? Vidisti ipse me nonnunquam *uenerabilem*, & risisti sæpe. Scis quod pectus loquar. Quid unquam amaui tenerius? Nunc mirum est dictu, quam frigeam. Omnes amores illi uulgares excidere potuerunt: tu unus pectori nostro inhæcisti: & ita inhæcisti, ut charitas consuetudinis intermissione aucta sit, non extincta. Et tu amicum tam pertinaciter tibi deditum, cui felici inuidere non posses, miserimum odisse poteris. Noui uulgo quidem hunc esse morem, sed o me miserum, si te literæ à uulgi moribus uindicare non possunt. Quid tu igitur me Pyladem tuum, quid Thesea appellasti? Quanquam inuere debueras, & Orestem potius ac Pirithoum appellare. Sed sit lachrymarum finis. Hoc unum te charissime Gulielme (iucundissimum enim dicere non licet) & per ueterem nostram beneuolentiam, & per meas fortunas afflictissimas obsecro atque obtestor, si me non odisse non potes, si misereri non potes, saltem parce maledictis crudelissimum uulnus exasperare: & quod uictio hosti dare debueras, da amico nihil commerto. Tu tuam ualetudinem tanto cura diligentius, quanto mea desperatior est. Patri tuo uiro humanissimo, beneque de me merito: præterea Iacobo contucto tuo, me quam diligentissime commendabis. Tuus Iasparus me sibi habet deuincissimum, & pudet me hominem tam amicū tam indiligenter amplexum fuisse. Parisijs, postridie Id. Decemb.

Anno M. CCCC. XCVII.

ERASMVVS IOANNI BRVXELLENSI S. D.

GO uero quodnam ad te scribendi initium capiam, prorsus hæreo: nec quæ incussem, scio, quorundam ne hominum, quos tu plus satis nosti, perfidiam, an Antonia ineptam argutiam, an meam potius credulitatem? Sed tota hac de re mutare fatius. Hoc unum dicam: me pro meo officio summam inuidiam undique contraxisse. Itaque ex illis ædibus Erasmus exulat: alij regnant, inuita quidem, ut suspicor, Antonia. Sed hæc coram melius. Interim fac antiquum istum animum in nos obtineas: omnes quibus cum isthuc uiximus, nominatim meis uerbis saluabis diligenter, seorsum autem D. Vicario me etiam atque etiam commendabis. Bene uale, nosque mutuo dilige, Lutetia. Anno M. CCCC. XCVII.

ERASMVVS NICASIO SACELLANO CAMERACENSIS SVO S. D.

QVAM antea mihi literarum nomine charissimus esses Nicasi doctissime, difficile tamen dictu fuerit, quantus cumulus meo in te amori ex illo nostro conuictu accesserit. Antea me tibi deditissimum habebas, nunc multo de uinctiorem. Sed suspecta quædam res est, uerbis beneficium rependere. Tu si mei in te animi periculum facere uelis, aliquid uicissim oneris imposito. Nullam sarcinam tam grauem, tam molestam inieceris, quæ mihi tua causa non leuissima, non etiam iucunda uideatur. Epistolam tuam reddidi diligenter. Thomam Cameracensem tuo nomine saluere iussi. Tu quod es pollicitus fac præstes, ut ad me quæ sæpissime scribas. Michaelem Paulum præceptorē meum, nominatim uero illum hospitem, utrum (ita me deus amet) episcopatu dignum, cuius nomen excidit, humanitas, comitasque, qua me isthuc tractauit, nec excidit, nec excidet unquam, meis uerbis saluabis accurate, & tuo more, hoc est diligentissime gratias ages. Bene ualere te cum tuis omnibus precor. Parisijs postridie Id. Decemb. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS IACOBO BATTO S. D.

ALVE meum præsidium iucundissime Batte. Si domina Veriana ualet, quorundam tua, nunc mihi tecum communis patrona, & si omnia illi sunt secunda, ita est, ut & optamus, & confidimus. Literis committere nec possim, si audeam: nec ausim, si possim, quam scire cupiam, num illa iam isthinc euolatit, num sua charissima pignora unā secum abduxerit. O te beatum, o superis charū si tu istos scopulos enauigaris: si felicitate tua, quæ mihi quidē summa uidetur, sine inuidia frui possis. Quod ut fore confidam, domine uirtus facit, cui superos omnes propitios, beneque uolentes esse non dubito. Euenit mihi mi Batte, in ista, quod in te sæpenumero solet, ut tum ardentius amare, mirarique incipiam, quum abs sum. Bone deus, qui candor, quæ comitas in amplissima fortuna, quæ animi lenitas in tantis iniurijs, quæ hilaritas in tantis curis: tum quæ animi constantia, quæ uitæ innocentia, quod in literatos studium, quæ in omnes afflictas: Proinde ita prorsus sentio mi Batte, te esse unum mortalium omnium felicissimum. si ista quam diutissime potiri dabitur, & dabitur haud dubie, si (quod facis) illius in te animo, mutuis officijs responderis. Nos Antuerpiam incolumes appulimus. Augustinus cum suo comitatu iam Parisios præcessit: pollicitus est, sese aliquot dies illic me operiri. Quare properandum mihi censeo, ne tã certi comitatus comoditas prætereatur. Nihil est quod te admoneam: & tuam enim rebus in meis diligentiam noui: & tãta est liberalissima domina in me benignitas, ut rubor mihi plane quidam oboriatur, cum animo reputo, tanta me ab ea beneficentia cumulatam, de qua nihil unquam sum meritus. Sed meū erit, etiam atque etiam cogitare, ut non prorsus perisse in nobis illius beneficia declaremus. Reuolabo isthuc quæ primum, si superi sinent. Precor ut uos omnes incolumes, & recte ualentes offendam, illam in primis, unde nostrum utriusque spes, salusque tota pender. Non debes tumultuariū mirari characterem: scripti enim hæc in nauis iam soluturus, omnibus undique magno fragore perstreptentibus. Bene uale. Filium herile amabili indole puerum, unā cum sorore, fratris sui matrisque simillima recte ualere precor. Familiares tuos nominatim meo nomine saluere iubebis. Ex Antuerpia pridie Idus Feb. Anno M. CCCC. XCVII.

ERASMVS GVLIELMO SODALI S. D.

ALVE mea unica uoluptas. Gratulor tibi quod isthic sis, si tu modo gaudes, gaudere autem debes, nam te gradum ad gloriam nactum cōfido. Me miserū, quod literarum non ita ut studueram, reddita sunt, non tam quod non acceperim id quod uolebam, quam quod tuis suauissimis sim literis frustratus. Emoriar, nisi crebro me scriptis subleues. à N. mihi reddita sunt literarum, in quibus familiaris, ita ut iusseram, animum suum aperit. Studium meum prædicare nō audet: multis aut nō probat: uereri aut quosdam, ne ære alieno confiato, meos onerem. Multa queritur suo more. Ego hominem metu liberaui: quāquam se quidem id nihil timere scribat, uerum ut quibusdā satisfaciatur. Me, ut uideatur, amare te non odit: nam de te satis amanter nunciatur. Respondi ad hæc tum pro ingenio meo, tum pro autoritate, si qua est. De mea conditione satis abunde scripsi. De antistite miror te laborare, quum iam decies, & amplius scripserim: omnia recte, sed dat nihil, promittit satis. Ais isthic multum de me sermonē esse. Quare lem: si bonum, gaudeo: si secus, isti uiderint. Hic certe nihil nisi laus de me, fortassis merito meo. Quod me ad uirtutē hortaris, facis ut Gulielmū decet: At ego uicissim te mi Gulielme hortor, ut magno animo & uirtutem, & doctrinam capebas: quod si facis, sic mihi persuasi, te unicum Hollandiæ decus futurum: & isthic tu facillius in Theologum euades, quā ego hic. Crede mihi, sic res habet, sed garrimus. Quid agis, inquires? More meo Vlysem ago, & nuper in languorem ex itinere incidi, uix adhuc ualeo. Quidam familiarium meorum febricula correptus, conualescit tamen. Augustinus tuus interpres, iam pridem à me separatus est: arte me tractat, ego uicissim illum. Nihil sinceri amoris inter nos neque est, neque fuit unquam, tantum est discrimen ingeniorum. Est isthic breui uenturus. Tu quoque arte tractabis hominem. Deferes illi apud alios: tractabis quā poteris magnificentissimē. Dicit fortasse nonnulla in tuam laudem, auscultabis. Nunquam iterum isthic uidebitur. Quare tua causa honorabis hominem: nec deest titulus. Palam hic interpretatus est, & quidem gratis, tua carmina. Ages gratias: dabis nihil, præsertim eorum quæ mihi usui esse possunt. Scripseram ad te quæ fieri uellem: si fecisti, obsecro ut mittas. Nam res nō exigui momenti est: si non dum, leuabo te parte laboris. Meas elegantias duntaxat mitte. Laurentij etiā tertium librum, si scriptus est, omnino mitte: si minus, alium laborem te suscipere malim. Præterea fac me omnium tuorum operum participem: quam obrem id tanto pere cupiam, iam aperiam. Sum apud nobilem quendam hominem, atque humanissimum Anglum, unā cum duobus adolescentibus generosis: sed ita sum, ut apud antistitem non queam esse uel magnificentius, uel honestius, etiam si ipse antistes essem. Is tuis scriptis mirifice cōfidit: quod si curaueris ut tabellarius semper apporet aliquid noui, rem mihi feceris tum iucundissimam, tum utilissimam, nec tibi ipsi quidem inutilem. Ante omnia scribes homini familiariter: laudabis quod omnibus rebus contemptis, nihil miretur præter literas, quales pauci quidem sint: uerum qui sunt, felicissimos eos esse. Narrabis, quātum uoluptatis sit in literis. Doctam probitatem efferes, me commendabis, te benigne offeres. Crede mihi Gulielme, etiam nomini profuerit tuo. Vnus est, qui inter suos plurimum ualeat: habebis qui tua scripta per Angliam spargat. Iterum atque iterum te oro, ut si quid me amas, hæc res tibi sit cordi. Succenseo tibi, quod tam breuiter, tam indiligenter scripseris. Me miserum, eō res redijt, ut magnum tibi uideatur, si una nocte mea causa uigiles. An excidimus inter uoluptates? Utinam ego particeps istarum uiuam. Sed uide, quo nos ambitio reiecerit. Sisyphi saxum uoluimus adhuc. Aliquid molimur, quod si parum processerit, isthic aduolabo. De uictu honesto nulla est mihi sollicitudo: certatim quæror, undiq; ambior. Sed o utinam, aut ego tecum, aut tu mecum uiueres. Nescis quam tui desiderio macerer, tui, inquam, unius. Excidit K. excidit I. excidit C. excidere cæteri, quos nō nomino, ne lites audiam. Vnus Gulielmus hæc sit penitus, infixus medullis. Credo te ueneficia callere. Non ego malim cum ipso pontifice quā tecum uiuere. Honestatis studio durissime hic uiuimus. Valeat nomen theologi, ualeat fama, ualeat inutilis dignitas, iam prælibaui quid sit, esse aliquid. Quid potius quā garrire cum amiculo? Iam tres menses sunt, quod neque Faustum, neque Gaguinum salutauerim. Tu tamen scribes ad Faustum doctissimi me & breuiter: ad Gaguinum uerbosius, pauca familiariter disputabis, immo disputandi præbebis materiam. Tabellarium cognatum tuum, quo diligentius nostra perferat, magnifice

gnifice compellabis. Est enim honoris auidior. Quod ad dandum attinet, à me curabitur tu si quid uoles aut egebis, mihi significato. Habemus semper unum atque alterum coronatum Gulielmo, Vide quā Galli sumus. Sed extra iocum, de antistite Traiectensi res apud me refraxit. Intellego eum hominem famelicum. Quo pacto tibi isthic uita procedat, quid agit frater, quid Cornelius, quid Seruatus, quid cæteri, fac omnia sciam. Scribe uerbosissime & diligenter. Imo semper sub tabellarij aduentum literas parato. Boschius à Cornelio literas accepisse se scribit: tua carmina petit: intelligo de me nihil scripsisse. Cornelium subratum suspicor, ne mihi quidem scripsit unquam: miror quid sit, amo hominem, dum te modo amet: nam de me non laboro. Scribe quid acceperis, nam quindecim tuorum carminum uolumina mihi: epistolam bene longam, quā partim ante morbum, partim recreatus, scripsi. De antistite Cameracensi nihil accipio. Bene uale. Lutetiæ Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVS ROBERTO GAGVINO.

INGVLARIS tua humanitas, qua non minore cum laude uincis omnes quā eruditione, mihi hanc ministrat si ductam, ut tamen nihil promeritus audeam tamen tuum officium tam libere requirere. Est mihi cum Macrobio homine (ut seis) perquam festiuo aliquot dierum colloquium. Eum quæso, ut te tua doctissima bibliotheca ad nos ire iubeas. Nam tu quidē in tanta operum autorum copia, Macrobiū unum non desiderabis, & nos in hac nostra inopia uehementer delectabit. Vale, ac nos tibi iam pridem deuinctissimos, deuinctiores reddito. Lutetiæ. M. CCCC. XCIX.

ERASMVS PETRO ÆGIDIO S. D.

CRIPTRVS eram ad te, nam ita decreueram mi Petre, uerum interuenire nescio quæ, quæ propositum hoc excuterent. Laurentius, & alia quædam collectanea tua, sunt in tuto, iamque ad te redissent, nisi mihi consilium tuum displicuisset. Nam si huc ad pascha uenturus es, ut scribis, sine causa libros repetis: si non es uenturus, tum mittentur, quo uidebitur. Nam nihil est perculsi, ne quid pereat, præsertim me aduigilante. Cū Antuerpiæ proxime essem, pater adito me, uolebat dicere nescio quid magnū ac scripsi: uerū erat abeundū mihi. Suspicebar agi de te mihi cōmittendo: quæ equidē rem neque suaturus sum, ne uidear mei cōpendij gratia cupere: neque dissuasurus, quū percipiā tibi prodesse: & uideo quantū possim, si mecum menses aliquot fueris. Et utinam patri mens ea fuisset priusquam isthic abire. Vale & undecunq; potes, collige Rodolphi Agricole opuscula, tecumque deporta. Ioannes Gorcumentis salutem multam iussit tibi ascribi. Lutetiæ. Anno M. D. III.

ERASMVS AMICO CVIDAM.

ER tuam humanitatem N. iucundissime, obsecro ut mihi ignoscas, quod neque multa, neque digna te, tibi scripserim. Crede mihi, uoluntas ardentissima erat, sed in lucu iocosa scribere, perdifficile est. Nondum me collegi, nondum ad me redij, conor tamē musis adiutricibus, aliquid te dignum tibi dedicare. Verum ne me interim tantillum laboris tua causa defugisse putares, imperaui ut potui animo meo, ac Dionysiolam nostram sum imitatus: que nonnunquam, ut seis, cum lachrymis canit ac saltat. Vbi in antiquū animum rediero, nihil à me frustra petes, quod quidem prestare queam. Te pro nostra necessitudine hortor, ut toto animo literis incumbas, nihil dubitans, quin bonam partem sis assecuturus. Quas si amabis, me odisse nō poteris. Hortor igitur te, non solum tua causa, uerū etiam mea. Bene te ualere cupio. Omnes tuæ familiariter ualere precor. M. CCCC. XCVIII.

ERASMVS CVIDAM.

QVOD pristinam meam scribendi consuetudinem intermissam miraris, nihil est quod suspiceris mali: neque enim, quod semper fui, tui amantissimus esse desij. Bene uale.

ERASMVS CVIDAM.

BI nostrum N. isthic iterum intellexissem, nolui inanem uenire, præsertim qui me obnixè rogaret, ut sese apud te cōmendatū facerē. Obsecro itaque, ut eum pro tua ueteri cōsuetudine tractes. Non clam me est, nec ille quidē igno-

s 3 rat, quan,

rat, quantū possis, quantūq; mea causa uelis. Effice ne uel illum sua spes, uel me mea de te opinio fallat. N. quidem tibi nouū amicū cōparaueris, me uero arctius deuinxeris. Vale.

C V I D A M.

REBRIVS ad te scripsisse. N. humanissime. Soleo enim huiusmodi officiorū genere cū amicis perlibetē uti: uerū uerebar, ne si aut tua studia interpellatione mearum literarum interturbarē, aut nō perinde iisdem officijs delectare, improbus potius quā beneuolus uideri possem. Nunc certe continere me diutius nequaquam potui: dicam enim simpliciter: nō quod oculo abundarem, quod unum in totum mihi interdixi, sed ne consuetudinis intermissio, de pristina mea in te beneuolentia quicquam minuisse uideretur. Ita de te prorsus sentio mi N. ut in tu me singulari animo complecteris, tota erem uia. Quid rerum faciam rogas? Amicis operam do, horum consuetudine gratissimā memet oblecto. Quos tu tandem amicos mihi facitas, inquis, homuncio leuissimē: an quisquam te uisum aut auditum uelit? Equidem nō dissiteor fortunatorum amicos esse plurimos: at nec pauperibus desunt amici, & quidem istis non paulo tum certiores, tum commodiores. Cum his me concludo in angulum aliquem, & turbam uentosam fugiens, aut cum illis dulcia quaedam muisito, aut eos aliquid insufurrantes audio, cum his non secus ac mecū loquor. An quicquam his commodius? Arcana ipsi sua celant nunquam, commissa summa cum fide continent: nihil fors quae liberius inter familiares effundere solemus, renunciant: uocati praesto sunt, inuocati non ingerunt sese: iusi loquuntur, iniusi tacent: loquuntur quae uoles, quantum uoles, quoad uoles, nihil assentantur, fingunt nihil, nihil dissimulant, uita tua tibi libere indicant, nemini obreccant: aut iucunda dicunt, aut salutaria: secundis in rebus moderantur, consolantur in afflictis, cum fortuna minime uariantur: in omnia pericula te sequuntur, ad extremos usq; rogos perdurant: nihil illis inter ipsos cādidius. Committo subinde, nunc hos nunc illos mihi a ceteris, omnibus equis. Cum his amiculis optime N. sepultus delitefco. Quas ego tandem opes, aut quae scepra cum hac desidia cōmutaueris? Verum ne nostra te fallat metaphora, quicquid de amiculis haecenus sum locutus, de libris dictum intelligas, quorum familiaritas me planē beatum effecit, hoc solo infortunatum, quod non tecum mihi haec felicitas contigerit. Te quanquam nihil opus, hortari non desinam, ut toto animo praclara studia complectaris, ne quid plebeium, ne quid medio cre mireris, ad summa semper enitere. Spero futurum aliquando, ut me & fideliter, & amanter cōsuluisse, non semel fatearis. Concepi de facetijs, prowerbijs, sententijsq; negotiū. Degustamenta quaedam ad te dedi, quorum plus tria milia me annumeraturum breui confido, opus (ut auguro) tum gratiosum, tum perutile, haecenus à nemine tentatum. Quod si tibi cordi esse intellexero, erit cur & libentius, & ardentius eum laborem suscipiam. Interim uale, nosq; quod facis, ama.

ERASMVVS CHRISTIANO MERCATORI
LVBECENSI S. D.

XPECTABA S tu quidem fortasse copiosam epistolam per fratrem tuū, sed erras uehementer. Si quidem optimis legatis literas committere solemus, aut nullas, aut q; breuissimas. Cessator, nugator. Vah quibus te accepissem modis, nisi dolor animum ademisset. Iam tibi destinare epistolam, ut dignus es, mille conuicijs refertam. Addis scelere scelus, non modo non scribis, sed in super Henricū unicas uite meae delicias, tuis phaleratis dictis & scriptis à me distrahis. Quid dixi à merito à Musis. Inuides illi, credo, quod tu iam Mercurium & pro Apolline, nouemq; fororibus, colere coepisti. Quod nisi solatium meū quā primum ualeas, ualeas tibi carnis. Iam apud me sunt limatae spicula, tela instructa: inuectiua istuc mittetur, omni aceto acrior. Tum tibi nihil reliquum putato, nisi ut aliquam suspensio trabem eligas. Heus, tibi dico, an non ut huc Henricum, non minus meum q; tuum, quā primum absoluas, neu tuis nugis Mercurialibus diutius remoreris, id nisi facis, bellū tibi iam nunc denunciatio. Nihil est quod feciales, aut patrem patratum expectes, dixi. Ceterum quam omnino dignus es illo mitti, ubi lapis lapidem teris: ubi nequam homines polentam pinam

tam pinant: ubi uiuos homines mortui incurfant boues, tamē saluum te esse cupio, si respicias. Quod si perstiteris in tuo silentio, scin quibus ego te uocabulis exornatum redam? nebulonem appellabo, carnificem, surciferum, ganeonem, scelus, sacrilegum, monstrum, somnium, stercus, sterquilinum, pestem, perniciem, dedecus, sycophantam, nepotem, custodem carceris, imō carcerē ipsum, gymnasium flagri, delicias uirgarū, & si quid his contumeliosius excogitare poterō, his, inquam, appellationibus te denobilitabo. Cogis rescribere, uel iratus. Hac pagella lusum est satis, alteram serijs dabimus. Sed quae seria tecū, hoc est, cum homine tam ridiculo poterunt agi? Nulla, opinor. Typographi tuae opera uehementer expectant. Nam es tu quidē perdoctus, nec rideo tamen. Epistolae tuae iam excuduntur: Augustinus interpretationē parat: Faustus eandem ambū prouinciam, & Augustino palam inuidet. Auditum est, te istuc iam pridem excudere, uerū liberos credo nō libros, quos q; optimos tibi generes oportet, ut tui quā simillimos fingas. Nihil enim te nequius. Quid tibi hoc dictum placet? satis ne falsum est, satis habet acetis? At mel hoc dices, faxo, si caetera deprompsero. Verū ea seruo iusto bello: tu me time & caue. Iam seriarum rerum satis, rursum ad locos redeamus, ut te mi Christiane q; plurimum amem, fraterni mores me cogunt, nō modo tui: quibus ego nihil adhuc in uita uidi uel integrius, uel candidius. Tuam presentiam frustra optauimus. Saepē aliquid molimur, quo te donec mus: sed nostra fata ex Henrico cognosces, cui in caeteris fidelis, caue in meis laudibus credas. Metietur enim de me suo more permulta, amoris magnitudine potius q; iudicio. Rodolpho Langio scripsi. Tu & me & meam epistolam tua commendatione adiuuabis. Sed longior exit epistola q; uolebam. Facundum habeo tabellarium, ei caetera narranda relinquo. Tu nos ama, ualeq;. Parisijs Idus Februarias, Anno M. CCCC. XCVIII.

ERASMVVS AVGVSTINO S. D.

TANE ut medico tuo (nescio cui) gratificeris, me unico tēdij mei solatio spoliās? Nam munere quidem, non audeo dicere. Ego quidem ita huius auctoris ardeo amore, ut quum intelligere nequeam, a spectu tamen ipso recreer ac pascar. Ceterum uehementer iniquum ratus tibi ulla in re, uel parū aequa aduersari, praesertim in rebus afflictis, Homeri partem ad te mitto, ut & me dicit istius improbitati satis fiat, & ne ego omni solatio destituar. Nam ita quidem cum Iacobo uiuimus, ut soli uiuamus. Itaq; miser expecto, donec in pristinam consuetudinem redeamus. Id quidem propediem futurum uideo, quando quidem audio adolescentulū uehementer recreatum. Interim te oro, ut uel literis mutuis, mutuam quandam consuetudinem imaginemur. Non possum te exorare, ut epistolarum opus mihi mittas, cum tantopere mea interit, & tua nō nihil. Quod ad Iacobum pertinet, ego me tibi quouis periculo obligabo, me illi ne literam quidem cōmunem facturum. Ita assueci hominem, ut quid agam, ne respiciat quidem. Salue, uale charissime Augustine, nostram communem fortunam sustine animo quo soles. Salutat te tuus Iacobus, & hoc nomine meus quoque, quia tuus. Epistolam unam, aut alteram, ut auspiciū saltem liceat, & hoc opus interim uidetur à me absolui posse: nam reliqua sine summa librorum copia qui perfici possint, non uideo. Cura ut ualeas optime Augustine. M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS AVGVSTINO S. D.

EMEO in te animo ex literis quas istuc reliqui, potes cognoscere. A bis penē peregrinatione, uix demum apud Battum nostrum cōsedimus. Crebra hic rumores adferuntur, pestem isthic populari omnia. Quod si tu ere tua ducis esse ut huc cōmigras, quod tēpore ipse contempnas. Certe si spiceris meam isthic migrationē ulla cum maleuolentia doloue fuisse coniunctam. Emortiar, si antehac unq; perinde nolens reliqui Lutetiam: sed crebra me funera territabāt. Quod si propter ueteres offensas, non nulla animum tuū habet suspicito, nostri periculū facito: intelligas faxo, sic te à nobis amari, ut antehac friguisse uideamur. Toto itinere nihil usquam de tuo reditu potuimus cognoscere, id quod partim dolebam, partim

etiam mirabar, Tandem Antonius quidam narrabat audisse se quendam, qui te Lubeci à se uisum conuentumq; affirmaret uel hoc argumento, quod Laurentianas elegatias à me quondam concinnatas in compendium, tibi tradidisset. Nec ad huc usq; diem, uel certus, uel incertus huc rumor allatus est, te Lutetiam reuertisse. Eoq; scripsimus tū breuius, tum neglectius, ne maioris operæ aleā tētaremus. Tu si tā reuersus es, saltē de toto tuo itinere, reliquisq; fortunis, epistolam q̄ longissimam texito. Rudolpho tuo multis de causis quam cōmendatissimum esse cupio, Nicolai reliquosq; discipulos tuos, optime de me meritos, meis uerbis saluere iubebis. Tu cura ut ualeas. Huc si aduolas, quanquam hoc uix audeo sperare, nihil polliceor uerbis, te faciam, quæcunq; digna sunt gratissimo homine, atque amantissimo. Apud sanctum Bertinum. Anno M. CCCC. XCVIII.

HENRICVS CHRISTIANO FRATRI S. D.
Erasmus autor est epistolæ.

VID hic agatur, scire cupis suauissime Christiane. Somniamus. Quid nam, in quis: Id quod amamus, literas, quibus nobis nihil est in uita dulcius, ac secundum eas Christianum dilectam animæ nostræ partem. At tu te à nobis abesse credis & nihil minus. Nulla dies sine te, nox mihi nulla fuit. Soli sumus, Christianū cogitamus, cum amicis de te garrimus, & quidem perlibenter. Dormimus, te somniamus, nullum hic prandium, nulla cœna sine te agitur. Cōiuaris nobiscū, studes nobiscū, dormis nobiscū. Quid quæris: En Christiane frater, hac uita non paulo mihi iucundior: quantum caporum, quantum montium, quantum urbium, quantum fluminum, me teq; dirimit. At corpora distrahi possunt, animi diuelli nullo pacto possunt: ita ut somnus qui coniunctos interdum consuevit disiungere, nos disiunctos copulet: Siue hoc re ipsa fieri credendū est, ut corporibus somno inertī occupatis, animi interim furtim tanquam è uinculis euolare gaudeant, immensoq; spacio petniciter exacto suos amores inuisant, siue mens humana, quoniam ignea est, mixtaq; agilitatis, simul atq; omnia corporis organa somnolenti illi uapores occupauerint, illa interim ocij impatiens, crassis illis nebulis obluatur, & uel ipsa sibi fixas illic imagines renouat, uel ex diuersis uaporū discursibus, diuersas sibi rerū facies depingit: Siue ut poeta narrat, rex quidam placidissimus, ac deus humani generis amantissimus, quem somnum uocant, ubi artus, sensusq; mortalium diutinis operis fatigatos asperlit succo letheo, suisq; oblitos, dulci quiete reficit: Morpheum quendam fingendarum formarum mirificum artificem in terras emittit, qui leni uolatu, nunc in huius, nunc illius cubiculum illapsus, notas unicuiq; imagines representat: siue ex ulmo illa ingenti huiusmodi uisa, geminis portis ad nos euolant. Quod si non omnia mentiuntur poetæ, cornea porta uenisse nō dubitem; quod nuper mihi accidit somnium, longe omnium iucundissimum, quod me quidem ordine narrare non pigebit, modo tibi audire non sit molestum. Calendis Augusti, qui quidem mihi dies omnium multo candidissimus effulsi, cum hilare, suauiter, prorsusq; laute cœnauissemus. Quinam & quot rogabis? Tres anima. Erasmus nunc plane noster, Augustinus communis quidem omnium amicus, tum tibi peculiariter deditus, ego tertius, tu nō omnino aberas. Bellissimi prorsus hominūculi, tum tēpus aptum, locus lectus, apparatus non neglectus. Quoties ibi salutatus Christianus: quoties nominatus: quoties desideratus. Num quæ dextra auris tinnitū sensisti Christiane: Post mensas secundas prodeambulatum est, & quidem illic ubi se semel atq; iterum tecum spaciatum, narrabat Erasmus, cum mellitis sermonibus ebrij inter uineta reptantes obertaretis, tum quā te factū illis suis hortatibus à sordidissimis curis auocaret, totumq; in literarū amorem raperet. Agnosce ne locum Christiane: Ibi nos Erasmus habuit, ubi nō quidem lautius pauit, q̄ cœna. Adeo multa repetebat antiqua, Domum reuersi, in multam noctem de te sermonem traximus. Itū est uix demum dormitum, me quidem partim ex cœna & potatū uicula largiore, partim ex deambulandi labore (nam pigritiam meam satis nostri) somnus altior opprēssit. Ibi uero quod ait Claudianus: Omnia quæ sensu uoluuntur diurno, Pectore sopito reddidit amica quietes. Iam hsdem in uinetis deambulabam, omne spaciū remetiēs, sed solus, omnia ueris simillima. Subibat animum de te multa cogitatio: de siderabam

siderabam ueterem illam cōsuetudinem nostram. Veniebat in mentem tuus ille animus plus quam fraternus. Iam sollicitus eram quid ageres, quid ualeres, fatin salua res: quod complusculis mensibus nihil à te nunciaretur. Et ecce de improviso sis obuius, tanquam ociose deambulans, uultu quidē nitido, & cute bene curata. Iam hoc primum fausta tuæ ualutudinis omen accipio mi Christiane. Ita te totum Morpheus ille effinxerat, ut ne tu quidem ipse tui tam sis similis, quam imago illa. Ac me quidem cōspecto, familiaris tuo quodam more uisus es subridere: Alterum id mihi est omen, te recte ualere. Deinde gestientes accurrimus utriq; consalutamus. Ibi ego fuis præ gaudio lachrymis: Tē ne inquam, teneo mea uoluptas, mi frater animo maxime desiderate meor. Quid sit quis te nobis uel deus, uel casus obtulit, uigilans ne te uideo, an imagine fallaci deludor? Tum tu: Ego quidem o animæ dimidium meæ, cætera perbelle ualui: sed quod iucundissimo tuo conuictu carerem, plus quam dimidiatus mihi uiuere uidebar, meliore animæ meæ portione distracta. At ego, neutquam tibi cōcedam, inquam, ut tu mei, quam ego tui desiderium tulerim, impatientius tuleris. Sed age doce, quid nam repente accidit, quod tam imensum iter remensur Parilios repetere uolueris. Nam ut plurimum à nobis desiderabaris, ita nihil minus quam tuum cōspectum sperabamus. Audies, in quibus, neque enim me pudebit, ut res habet fateri. Vbi ad illa Mercurialia mea negocia redissem, mirum est dicitū, quam mihi cœperim displicere, tibi inuidere, mihi irasci, quod sanctissimo musarū cōtubernio relicto, ad prophanas illas curas reuertissem. Mē sic desipuisse, ut illum lucrum tanti habuerim, cui sanctissima studia posthaberem? Tum quidē illa ERASMI oratio animo obuersabatur, qua me his ipsis in uinetis tāquam in alū hominē transformabat, multa in huius questus fordes et incommoda differens, quum bonas literas ita cum omni genere rerum conferebat, ut cum nullis omnino conferendas ostenderet: solas illas esse proprias hominis opes, neq; dari à fortuna, neq; eripi posse, usū augeri, non minui, meliores fieri, non deteri, non senescere cum forma & uiribus corporis: nō contingere ignauis, ut honores non auocare hominē à uirtute, sed instruere: eas solas tranquillare animū nostrum, semper parata esse præsidia: demum sine his ne homines quidem nos esse. Sed quid ego perstringo quæ ille uix duabus horis perorauit? His ego inflammatū, ita ne fiet inquam? Henricus literarū tanto melioribus mercibus ditatur, & ego prophanus immeritus negocijs, bene cepta turpiter relinquam? Quid multa: uicinus inuidia, abrupi me, & omnibus relicto huc aduolaui, ne diutius essem à uestro contubernio alienus. Nunc tuæ facilitatis erit, transfugam in uestra castra recipere, posthac certum militem futurum. Tum ego nimio miratus opere, per deum immortalem, inquam, quid narras? Itane inuidia tua te nobis restituit, imo te tibi? O faustam felicemq; inuidiam. Verum si nunc te quam sis fortunatus doceam, credo tibi ipsi incipies inuidere. Hic tu, quin tu igitur festinas istud exponere? Quid obtulisti? At ego uix tandem, inquam, o mi Christiane, curæ leues loquuntur, ingentes stupent. Quicquid est in caelo siderum, quicquid deorum, omnia tuum Henricū benigno uultu respiciunt. Prorsus deorum uitam adepti sumus, si modo bono hoc perpetuo liceat frui. Ibi tu magis accensus audiendi cupiditate, gratulor ita me musæ amēt frater. Verum, ut uere tibi possim gratulari, quædō rem paucis expediam. Atque ego summum, inquam, bonum, si quod est in hac uita summum bonum, superum numine mihi contigit, quod ne optare quidem unquam sum ausus. Iam diuinas opinor quid ego sim assecutus. Quid enim uel magis ex uoto, uel ex usu potuit obtingere, quam præceptor tum eruditus, tum amicus? ERASMI, inquam, illum diu misere petium: deinde habeo possideoq; solus, potior proprio, fruor assidue, totus toto, noctes diesq;. Quid quæris? Omnia quæ nos tum ueris, tum ludicra, ocia, negocia literis conduntur. Inter prandendum, de literis garritur, cœnæ literarijs condimentis lautæ sunt. Inter deambulandum de literis nugamur, ne leuiore quidem lusus nostri à literis sunt alieni: de literis cōfabulantes somnus opprimit: dormientium literata sunt somnia, experrecti à literis diem auspiciamus. Ludere mihi uideor, non studere, & tamen nunc demum studere me sentio. Verum ne solitudinem nostram contemnas, multi quotidie nobiscum pransitant ac cœnant, quanquam ipsi satis multi sumus, qui gratiarum numerum representemus: uerū ita libet quo-

bet quotidie adhibere compotores varios. Quos, inquis? Ne tu istos cogites, qui calices exiccant; ueteres illos amicos nostros nosti comodissimos, qui sumptum non adferunt, uoluptatem adducunt, de probatis autoribus loquor. Conuiuū inuerti, quem inquis, potissimum ad conuiuium uocabimus? Quid si adhibeatur Macrobius? adhibeatur, sed bellaria sua, non somnium adferat. Aut certe uocetur Aulus Gellius, Macrobio lauior hospes, qui multam etiam in noctem nos suis candidissimis illis noctibus detineat. Quid si Apuleium citemus philosophum quidem illum, sed fronte neuitquam tetrica? Si poetas malimus, ueniat Catullus, aut Martialis: aut si recentiores iuuat audire, uocetur Campanus, homo lepori iocisque natus. Accumbat Politianus politissimi uir ingenij. Tetricos illos in comotationem non adhibemus, sed in colloquium. An quicquam tu credis uel conuiujs nostris esse lauius, uel conuiujs commodius? Nam alios quidem conuiujs, non sumptu solum nostro, uerum etiam sollicitudine necesse est accipere. Hi cenam ex tristi hilarem, ex tenui opiperam, ex parum condita, conditissimam efficiunt. Et tatum abest, ut nostro damno ueniant, ut sumptibus aliquid etiam detrahant, lauticijs addant. Adde commoditatem atque urbanitatem. Vocati non grauantur: iussi uenire praesto sunt, inuocati sese non ingerunt, neminem mordent, nemini obtrectant, inuisi tacent, iusti loquuntur, ut uolumus, quae uolumus, quoad uolumus, quantum uolumus. Nihil eorum quae liberius inter uina solent effutiri, sub dium rapiunt; tuos animos candide comunicant: nostra arcana summa cum fide continent. Quum loquuntur, nihil barbarum, nihil infusum, nihil inordinatum efferunt. Aliquid narrant, aut quod antiquitate delectat, aut quod nouitate placeat, aut elegantia sit positum, aut utilitate commendetur. Hec tanta bona, cum mihi ne speranti quidem contigerint, quid? num tibi uideor satis fortunatus? hic tu: Vide ris, inquit, omnino, uel ipsa fortuna fortunator Henrice. Verum quis tam propitius deus, frater, te tanto beaui hospite? Longa est, inquam, o Christiane iniuria, longae ambages. Vereor autem ut hic solidus ad narrantum dies suppetat, sed tamen accingar rem in pauca conferre. Nosti ne senium quoddam nomine N. Tu uero uocabuli inuisitata barbarie offensus, cum exclamasses, cuius daemones id nomen esset? Desine, inquam, uox haec tibi parum barbara uideatur, si hominis barbariem omni barbarie barbarioris, uel ex parte cognosceres. Hic cum uniuersam aetatem suam omni scelere genere strenue exercuisset, ita ut iam nullum neque latronem, neque impostorem metueret, quibus artibus ad id magistratus ascenderat, ut Parisijs regis sui nomine proditoris partibusungeretur, quod huic numero nemo sit admodum idoneus, qui non idem proditor sit maximus, quam nullus facinoris ille rudis esset, hanc tamen laudem sibi proprie uindictabat, ut huius appellacionis antonomasiam quandam sibi deberi putaret. Tum tu subhaesitans, atqui, inquit, portentum istud, nescio an uiderim. Fortunatus, inquam, tu Christiane, si non uisurus es. Nam ego quamuis furiam, quam hoc ostentum malim aspiciere, ut autem paucissimis tibi hominis effigiem representem. Quicquid unquam tetrum, horridum, monstruosum, distortum, foedum, in omnium hominum corporibus uidisse meministi, in unum simulachrum compinge, & habes ipsius senis ipsissimam imaginem. Nam enim aliquid habet monstri, sed totus ex meris monstris conitatur: sicut in Pandoram illam poeticam omnium deorum omnia munera collata fuisse ferunt, ita in hunc omnium monsterum monstra conflata compareant. Quem si aspiceres, neque hominem, neque pecudem, sed ipsam Erinnyem esse diceres. Et ne te longius trahat, is est semiscorus ERASMI nostri carnifex. Hic quidem in ~~_____~~ am narratu fuerit, quibus artibus homofucatissimus simplicem et candidum pellegerit. Tum tu me ueniam praefatus, interpretans, ~~_____~~ quicbas, stipiti isti ueniebat in mentem ut de literis cogitaret? Quid enim homini ~~_____~~ ~~_____~~ ~~_____~~ in omni ~~_____~~ ~~_____~~ ~~_____~~ praeterea plumbeis precordijs, mente iam furiosa, cum literis? Id propterea, inquam, quod est no cum lyra, graculo cum fidibus, boui cum palaestra, camelo cum histrionica, aut paulo etiam minus. Nam procliuus ego puto, uel e sue philosophum facere, quam ex illo literatu hominem, qui ne figuram quidem hominis habet, mentem uero furiarum. Sed stultum est rogare, quid homini furioso in mentem uenerit. Si quid sensit, nihil aliud illi in mentem uenisse puto, nisi ut literas diuexaret, & literatis hominibus, quorum ocio monstrum inuiden-tissimum inuidebat, negocium facesseret. Omiferas, inquit, literas nostras, ubi a tali bus pro-

bus prodigijs uel nominari exuperint. Hoc tum, inquam, demum sentires Christiane, si alium illud ad lyram conspexisses. Sedebat homo canus, rugosus, salua in hirta barbam defluente, per superciliosa sylvosa doctoris oculis illis beluinis aspiciens, capite tremulo, labris liuentibus, dentibus rubiginosis, ex spurcissimis illis faucibus tartareum uirus efflabat. Et quo magis mireris, in animo sibi esse dicebat, sacris inuitari. Nonne fabula tibi uideatur agi, qua uulgo cacodaemonem inducunt, qui in morbo monachum se fieri uelle fingit? ERASMO quidem nostro canis suis, ac lachrymis quas meretricum more in promptu habet, si dem fecit, & quidem facile, nimirum homini simplicissimo, & qui ne esse quidem huiusmodi in orbe portenta potuerit suspicari. Docuit hominem aliquot menses, ignarus se colubrimum sine fouere. At non possunt perpetuo latere uenena. Eruperunt tandem illae furiae, quas ille pectore claudebatur. ERASMVSTUM demum intelligens se tantum officiorum in gratissimo nebuloni collocaisse, repente hominem cum sua mente reliquit. Ego qui multum diuicillius consuetudinem ambieram, uilius potissimum dignus, ad quem sese reciperet. Miser ille tantum suae pecuniae confidit, ut nihil minus metuat, quam ne ERASMVMI reuocare nequeat. Reliqua familia quanta est, senis morosissimi caput diris deuouet, lachrymis repleuit ERASMVMI. Sollicitat Robertus uir pecuniosissimus promissis. Thomas adolescentens generosissimus blanditijs oppugnat. Pater materque familias reuocant, ancillula domesticae puerique, pro se quisque ut remigret orant: adeo tum maximos, tum minimos mirabili quadam mortu suauitate sibi deuinxerat. Iam silicernium facti poenitent, sed pudet hominem fortem & constantem repente a sua rabie relapsescere. Furit, & uiuit, non suae modo familiae, non solum uniuerso mortaliu generi, sed sibi quoque ipsi inuisus. ERASMVSTUS his rebus omnibus non magis permouetur, quam si dura silex, aut steter Marpesia cautes, nostrae familiae sese asseripserit. Hic tu hominis prodigiosam ingratitude admiratus, o miserum, inquit, bas, ERASMVMI, qui in illam furiam incidit, & o pestilentem illum senem, in extremam Indiae solitudines deportandum. At imo, inquam, Christiane ego hominis furori maximam habeo gratiam, qui nisi ERASMVMI extrusisset, ego beatus non essem. Et ille (e hoc modo consolari solet, quod propitio etiam deo in illud daemone se dicat incidisse, ut esset a quo patientiam disceret, quemadmodum Xanthippe olim Socratem exercuisse dicitur. Ira nostrum utriusque feliciter euenit haec comedia. Quare te decet Christiane fratri tuo plaudere. Tum tu, ego uero, inquit, bas, tantam animo gratulatione concipio, quantum exprimere omnino nequeam. Quod si par esset affectui dicendi facultas, gratularer tibi o frater, oratione tam magnifica, tam copiosa, ut Cicero ipse nunquam sit usus neque copiosiore neque magnificentiore. Sed balbutiem meam nostri, qui hinc recta domum tendimus, ERASMVMI ut salutemus. Recte mones, inquam, e quidem nihil prius faciendum cenfeo. Hic dum ego tibi lauum latus claudere conor, tuque uicissim mihi sinistram prehensitas, in hoc mutuo urbanitatis certamine somno solutus, Christianum meum perdidit. ERASMVSTUS qui mecum communi in lecto cubabar, ubi me commotiorem sensit, quid habeam, rogat. Narro rem ordine. Ille accito puero literis rem ordine mandat, ut plane intelligeres, ne somnia quidem nostra tibi celanda esse. Bene uale. Parisijs, Anno M. CCC. XCVIII.

ERASMVSTVS IACOBO BATTO S. D.

TANE tu reuixisti, ut me contumeliosa epistola occideres? Iam nunciatu eras, lecto affixus esse, iam Empirici lecturi ferrum expectare. Nos iudiciosi ac tristes epitaphium meditabamur. Et tu si dijs placet, subito exortus, ad inuectiuam me prouocas. Quamquam longe malim mihi Batte, uel acerrimis inuectiuis bellum tecum gerere, quam epitaphij scribendi officio, pium etiam amicum agere. Age dum accingamur igitur quando tu prior ad arma prouocas. O perditam audaciam. Audes uirum tam magnifice nummatum, tres homuncio contumelijs lacessere? Quod si opes meas contempsisti, num. uel calamum ERASMI metuebas? Scis quibus machinis soleat bellare poetae, quas si iratus in te torsero, actum de te fuerit, frustra te fofae istae, isti aggeres, ista moenia quantumuis munita cinxerint. Sed haec tenus praecluserint uelites. Tu nisi pacem ultro petes, iusta tecum acie decernam. Verum extra iocum, gaudeo oppido quam ex animo mihi Batte, tibi ridendi oculum non deesse. Nam mendax illa Adriani epistola me misere exanimarat, ita ut mecum deliberarem, num isthuc recurrendum esset. Quod de sarcis

de sarcina elapsa scripsi, utinam eiusmodi sit ut loco scriptum fuerit. Quorsum tendam, te sentire scribis. Id ego tibi uerbo expediam. Pergam, non quod cursum institueram, sed quod me tempestas agit transuersum, nisi tu nouas suppetias miseris. Hæc ne utquam ioco dicta mi Batte, re ipsa propediem experieris. Quanquam nos quidem probos naucleros imitabimur, & arte cum tempestate pugnabimus. Et uel iratis uentis, si recto cursu depellemur, uelis tamen utemur: & si eum portum quem maxime petimus, contingere non licebit, certe in quoduis littus eijciemur. Hactenus migrando & remigrando sumus tumultuati, ac uix dum etiam confestim. Omnia mea contraho per diligentem, tu fac asellum nostrum quam primum huc clitellatum extrudas, eum tibi chartacea sarcina oneratum remittam. Tu præter uestes meas, de quibus scripsi, epistolas quoque tum meas, tum Guilhelmi mittito. Campanus hic uenalis esse desijt, & nimio dum esset emebatur. Tamen & hunc & Sulpitium mittam. Sed alinum nostrum expecto, neque enim ignoto iumento tantas merces commiserò. Natalis theologus diligenter me tuis uerbis salutauit, ex quo dominam Veriensem iter Romam unâ cum sorore instituisse cognoui, me sibi comitem uelle ostendit. Quod ex arce breuissis euolaturus Louanium, gratularer tibi, nisi te tam insolentem noua libertas redderet. Tam ferox es factus, cui diutina seruitute afflictio, uix te nris quædam libertatis spes affulserit. Quid tandem futurum est, ubi Louanij cum tua pompa regnabis? Fac me diligenter toto de animo tuo certior: & quid in te nostris de rebus fatalis spei resederit. Nam sub discessum meum nihil dextre mihi uisus es cõsuluisse. Quibus iubes scribam per Natalem. Comes qua est comitate, te resalutat plurimum. Medici puer nunquã concedam ut me tam uestigari, quam fuerit à nobis uestigatus. Iam ne nominibus aulicis bonam epistolæ partem occupem, quos par est, & ita ut quenq; par est, torquatos istos meo nomine salutabis. Adolphum alumnum tuum feliciter agere precor. Vale, Parisijs M. CCCC. XCVIII.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER QVINTVS

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS IOANNI
SIXTINO S. D.

VAM VELLE NVPER, ut expectaram, ita nostro illi conuiuiuo interfuisses; uero, inquã, conuiuiuo, non symposio. Mihi quidẽ omnino nullum unq; fuit suauius, lautius, mellitius. Deerat nihil. Belli, ut inquit ille, homunculi, tempus lectum, locus lectus, apparatus non neglectus. Iis lauticijs, ut uel Epicurum ipsum, his sermonibus conditum erat, ut uel Pythagoram delectare potuerit. Homunculi non bellicosi solum, uerũ etiam bellissimi, & eiusmodi qui Academiã possent face re non modo conuiuiũ. Quinam, inquires? Accipe, quo magis te doleas abfuisse. Primum Richardus Prior, ille Charitũ antistes; tum theologus is qui eodem die latinam habuerat concionẽ, uir tum modestus, tum eruditus; deinde Philippus ille tuus homo lepidissimæ festiuitatis. Præsidebat Coletus, ueteris illius theologiæ uindex atque assertor. Accumbebat dextro Prior, homo (ita me deus amet) non minus mirabili mixtura, ex omnium literarum generibus omnibus, q̃ ex summa humanitate, summaq; item integritate conflatus. Ad laeuã recentior ille theologus, cui nos quidẽ laeuum latus clausimus, ne poeta conuiuiuo deesset. Ex aduerso Philippus, ne non adesset iuris peritus. Accumbit deinceps mixtum & sine nomine uulgus. His ordinibus ita digestis, statim bellum oritur inter pocula, non tamen ex poculis, neq; poculentũ. Cum uarijs de rebus parum conueniebat, tum de hac, pugna erat acerrima. Dicebat Coletus, Caim ea primũ culpa deum offendisse, quod tanq; conditoris benignitati diffusus, suãq; nimis confusus industria, terrã primus prosci derit, cum Abel sponte nascentibus cõtentus, oues pauerit. Contra nos pro se quisq; niti, theologus ille syllogis, ego rhetorij. Ne Hercules quidem contra duos, atunt Græci. At ille unus uincebat omnes, uisus est sacro quodã furore debacchari, ac nescio quid homine

mine sublimius angustiusq; præferre. Aliud sonabat uox, aliud tuebatur oculi, alius uultus, alius aspectus, maiorq; uideri, afflatus est numine quando. Tandem cum & longius processisset disputatio, & esset quam ut conuiuiuo conueniret, grauior atq; seuerior: Tum ego meis, hoc est, poetarum partibus functurus, ut & eam contentionem discuterem, & festiuiore fabella prandium exhilararem. Res, inquam, perantiqua est, & ex uetustissimis autoribus repetenda, de qua quid ipse in literis repererim, exponam, si prius detis fidem uos, id quod sum narraturus, pro fabula non habituros. Vbi promississent: Incidimus, inquam, olim in uetustissimum codicem, cuius & titulum & autorem ætas aboleuerat, tineaq; bonis literis semper infesta, deroderant. In eo unica tantum pagina, nec erat carie uiciata, nec à tineis aut foricibus arrosa. Musis credo quæ sua sunt tutantibus. In ea hac ipsa de re, de qua decernitis, legere memini, aut ueram, aut si uera non est, certe ueri simillimam narrationem. Quam si uultis recensere, iubentibus illis: Erat, inquam, Caim ille, homo, quemadmodum industrius, ita famelicus & auidus. Is à parentibus per sæpe audierat in uiridario illo, unde fuissent depulsi, segetes sua spõre prouenire lætissimas, spicis amplissimis, granis prægrandibus, culmis adeo proceris, ut alnum nostratam æquarent. Eis nec lolium, nec spinam ullam, aut carduum internasci. Hæc quum ille probe meminisset, uideretq; eam tellurẽ quam tum uexabat aratro, uix malignam minutãq; frugem producere, dolum addidit industria. Angelum illum paradisi custodem adijt, eumq; ueteratorij technis adortus, magnis promissis corrupit, ut sibi ex felicioribus illis segetibus, uel paucula grana clam largiretur. Dicebat, deum iam olim huius rei securum ac negligentẽ esse, tum si maxime rescisset, facile impune futurum, cum res esset nullius momenti, modo de pomis illis nihil attingeretur, de quibus solis fuerat interminatus deus. Eia, inquit, ne ianitor sis nimium diligens. Quid si ingrata etiam est illi nimia tua sedulitas? quid si falli etiam cupit? magisq; illum hominum callida industria, quam iners ocfum delectabit? An uero tu tibi isto munere magnopere places? Ex angelo carnificẽ te fecit, ut miseros nos & perditos crudelis arceres à patria, te foribus cũ romphæa alligauit, cui muneri nos canes nuper cõcepimus addicere. Nos quidem sumus miserrimi, at tu mihi uidere conditione non paulo afflictiore. Nos quidem paradiso caremus, quia pomum nimis dulce gustauimus, tu ut inde nos arceas, pariter & cœlo cares & paradiso: hoc miserior, quod nobis quidem huc atq; illuc, quò fert animi libido, uagari liberũ est. Habet & hæc nostra regio, si nescis, quibus exilium nostrum cõsolemur, nemora comis uidentibus, mille arborum genera, & quibus uix dum inuenimus uocabula, fonticulos passim ex cluuis, ex rupibus scatutentes: flumina lympidissimis aquis, ripas herbidas lambentia, mōtes aerios, ualles opacas, ditissima maria. Nec dubito, quin in intimis illis suis uisceribus claudat tellus aliquid bonarum mercũ: quas ut eruam, scrutabor omnes eius uenas: aut si mihi defuerit etas, ne potes certe mei facient. Sunt & hic aurea mala, sunt fici pinguisissimi, sunt frugum omniũ genera. Multa adeo passim sponte nascuntur, ut paradysum istam non magnopere desideremus, si liceat hic æternum uiuere. Infestamur morbis, & huc rei inueniet remedium humana industria. Video herbas mirum quiddam spirantes. Quid si & hic inueniatur aliqua quæ uitam faciat immortalem? Nam scientia ista non uideo quid ad rem pertineat. Quid mihi cum his quæ nihil ad me attinent? Quanquam in hac parte non cessabo, quatiãdo nihil est, quod non expugnet pertinax industria. Ita nos pro uno hortulo mundum latissimum accepimus, tu utrinq; exclusus, neq; paradiso frueris, neq; cœlo, neque terra quidem, ppetuo his affixus foribus, romphæa semper uersans, quid nisi ut cũ uento pugnes? Eia age si sapiis, tibi simul & nobis consule. Da quod sine tuo detrimento largiri potes, & accipe nostra uicissim quæ tibi facimus cõmunia. Miser faue miseris, exclusus, exclusus, damnatis damnator. Persuasit pessimam causam uir pessimus, orator optimus. Paucula grana furtim accepta diligenter obruit, enata sunt non sine seepore, id fœnus rursum terræ gremio cõmissum, iterum atq; iterum, aliud atq; aliud. Nec sæpius æstas recurrit, cum ille iam ingentem spaciosumq; agrorũ tractum hac semente occupat. Quæ res ubi euidentiore esse cõpisset, q̃ ut superos latere posset, uehementer iratus deus: Quantum inteligo, inquit, iuat hunc furem labor & sudor. Eum ego illi magnifice cumulabo. Simulq; cum dicto confertissimũ undiq; agmen immittit in segetem, formicatum, gurgulidũ, butonum, erucarum, murium, locustarum, scropharum, auium, aliarumq; id genus pestium quæ

quæ segetem partim adhuc humo conditam, partim herbescentem, partim iam flavam, partim horreo compositam depascere. Accessit ingens celo calamitas grandinis, & uenti uis tanta, ut quernis roboribus æquales culmi, stipulæ aridæ in morem defringere. Angelus ille custos mutatus, atque quod hominibus faueret, humano corpori inclusus. Caim quum deum incensis frugibus placare studeret, nec fumus subuolaret, ceram illius iram intelligens, desperat. Habes fabulam Sixtine, inter pocula dictam, atq; inibi inter pocula natam, atq; a deo ex ipsis si libet poculis, quam uolui ad te perscribere; primum, ne nihil scriberem, quum meas esse partes agnoscerẽ ut scriberem, quippe qui tuas literas posterior accepissem, deinde ne tu eius conuuij tam lauti prorsus expers esses. Be ne uale, Oxonia Anno M. cccc. xcviii.

ERASMVVS ROTERODAMVS ROBERTO PISCATORI agenti in Italia Anglo s. d.

VBEREBAR nonnihil ad te scribere Roberte charissime, nō quod me tuerem ne quid de tuo in nos amore tanta temporum locorumq; diiunctio detruisset: sed quod in ea sis regione, ubi uel parietes sint tum eruditiores, tum disertiores, quàm nostrates sunt homines: ut quod hic pulchre expolitum, elegans, uenustum habetur: isthic non rude, non sordidum, non insulsum uideri nō possit. Quare tua te expectat prorsus Anglia, nō modo iureconsultissimū, uerum etiam Latine Græcæq; pariter loquacem. Me quoq; iam pridem istuc uideres, nisi comes Montioius iam ad iter accinctum, in Angliam suam abduxisset. Quod enim ego iuuenem tam humanum, tam benignum, tam amabilem non sequar? Sequar (ita me deus amet) uel ad inferos usq;. Amplissime tu quotidie mihi eum prædicaras, graphiceq; prorsus descriperas: at uincit quotidie, mihi crede, & tuam prædicationẽ, & meam de te existimationem. Sed quid Anglia nostra te delectat, inquis? Si quid mihi est apud te fidei, mi Roberte, hanc mihi fidem habeas uelim, nihil adhuc æque placuisse. Cœlum tum amoenissimum, tum saluberrimum hic offendi, tantum autem humanitatis atque eruditionis, non illius protritæ ac tritialis, sed recõditæ, exactæ, antiquæ, Latinae Græcæq; ut iam Italiani nisi uisendi gratia, haud multum desiderem. Coletum meum cum audio, Platonem ipsum mihi uideor audire. In Grocino quis illum absolutum disciplinarum orbem nō miratur? Linacri iudicio quid acutius? quid altius? quid emunctius? Thomæ Mori ingenio quid unquam finxit natura uel mollius, uel dulcius, uel felicius? Iam quid ego reliquum catalogum recenseam? Mirum est dictu, quàm hic passim, quàm dense ueterum literarum seges efflorescat, quo magis debes reditum maturare. Comes ita te amat, ita meminit, ut de nullo loquatur sæpius, de nullo libentius. Vale. Londini tumultuarie, Nonis Decemb. Anno M. cccc. xcviij.

IOANNES COLETVS ERASMO ROTERODAMO s. d.

in Angliam non quia in illa cetera doctrina mihi tunc esse possit. Ego uero in Italia & in Graecia & in Asia uisitaui quos opinor in uisitatione non esse. Vale. Oxonia Anno M. cccc. xcviii.

ERASMVVS ROT. IOANNI COLETO S. D.

I QUID omnino in meipso agnoscerẽ Colete humanissime, uel mediocri laude dignum, lætarer profecto cū Hectore illo Neuiano laudari abs te uiro omnium facile laudatissimo: cuius ego iudicio tantum tribuo, ut longe mihi sit iucundior tacta tua unius existimatio, q̄ si uel uniuersum forum Romanum & acclamet, & applaudit, aut tanta me miretur imperitorū multitudo, quantum Xerxis exercitum fuisse ferunt. Ut enim Horatianum sequens institutum, uentosa suffragia plebis nunquam sum aucupatus, quippe quæ pari temeritate & probat, & reprehendit: ita à probatissimis uiris laudari, pulcherrimum semper existimaui, qui nec falso quenquam pro sua simplicitate uelint laudare, nec possint pro sua prudentia falli, quorum neq; doctrina suspensionem erroris, nec uita assentationis recipit. Verum tuæ laudes mi Colete tantum abest ut mihi cristas erexerint, ut homo natura putidulus, uehemētius etiam mihi displicerim. Videor enim admoneri, qualem me esse cōueniat, quā ea de me prædicantur, quæ in alijs ueneror, in me desidero. Noui, noui ipse optime, qua me parte calceus stringat. Neq; tamen eorum qui me tibi tam amanter cōmendarunt, aut officium, aut humanitatem reprehendo, neq; tuam in recipienda commendatione facilitatem uideo. Siquidem ut humani est hominis, de ignotis benigne sentire: ita festiui ac facilis, amicis libenter credere. Nam quod ex meis ipsius scriptis me laudas, id tale esse puto, ut aut urbana laudatuncula nos ad uirtutem excitare uolueris, aut incredibili quadam modestia tua fieret, ut aliena tibi nimis placerent, tua nimium displicerent. Quare animum quidē in me tuū tam promptum, tam propensum, tam candidū amplector, ut debeo libenter, ueneror, exosculor: iudicium amo ut amicū, non probō ut uerum: non quod te iudicem aut parum idoneum existimem, quum sis prudentia uir singulari, aut fictum, quum animi tui simplicitatem non ignorem: sed quod partim amore lapsus, commendatoribus meis nimium credideris, partim eādore miro quodam, atq; modestia, alienis laudibus nimium benigne faueris. Qui tamē error tuus mi Colete, hoc mihi debet esse iucundior, quod ab eo sit animo profectus, qui me semper utice delectauit, humano, facili, candido, ab omni inuidentiæ labe alienissimo. Malo itaq; te de nobis amāter errare, quàm integrum nihil falli. Verum ne merces ignotas falsa laudatione tibi obrutas fuisse, postea queraris: & ut diligas, prius quàm diligas, en ipsum tibi describam, tanto quidem melius, quanto sum ipse mihi, quàm alijs notior. Habebis hominem tenui, imō nulla fortuna, ab ambitioe alienum, ad amandum propensissimum, literarum tenuiter sane peritum, sed tamen admiratorem flagrantissimum, qui probitatem alienam religiose ueneretur, suā habeat nullam: qui doctrina facile omnibus cedat, fide nemini: simplicem, apertum, liberum, simuladi ac dissimulandi iuxta ignarum: animo pusillo, sed integro: sermoni parcit: eum deniq; à quo præter animum nihil expectes. Huiusmodi hominem si tu Colete potes amare, si tua familiaritate dignum iudicas, ita Erasmus in tuo ære numerato, ut nihil æque tuum existimes. Anglia uero tua mihi quum multis nominibus, tum hoc præcipue nomine iucundissima est, quod ijs rebus abundat, præter quas mihi nihil solet esse iucundum, hominibus bonarum literarum scientissimis, inter quos (nemine reclamante) facile te principem numero: qui quidem ea sis doctrina ut nulla morum probitate commendatus, tamen admirandus omnibus esse debeas, ea uita sanctimoniam, ut citra doctrine commendationem, nemini tamen non charus, colendus, uenerandus haberi possis. Quid ego nunc dicam uir optime, quantū me affecerit, delectaritq; stilius ille tuus, placidus, sedatus, inaffectatus, fontis limpidissimi in morē et ditissimo pectore scatens, æqualis, sui undiq; similis, apertus, simplex, modestiæ plenus, nihil usq; habens scabri, cõtorti, conturbati (ut mihi plane uisus sum animi tui simulachrum quoddā tuis in literis agnouisse. Loqueris quæ uis, uis quæ loqueris. Verba in pectore nata, non faucibus, sententiam sponte sequuntur, non illa uoces sequuntur. Deniq; felici quadam facilitate, ea sine cura effundis, quæ uix alius summo studio possit exprimere. Sed temperabo à laudibus tuis, apud te duntaxat, ne recentem tuam in me

benevolentiam offendam. Scio quam nolint laudari ij, qui soli laudem merentur, omnia Beneuale. Oxonia, Anno M. cccc. xcviij.

ERASMVS ROT. GVLIELMO MONTIOIO,
COMITI GENEROSO S. D.

I tu tuarq; generosissima cōiunx, socer humanissimus, reliquaq; familia, uale
tis, est cur maximopere gaudeamus. Nos hic quidē ualemus perbelle, & in
dies bellius. Dicit non potest, q̄ mihi dulcescat Anglia tua, idq; partim con-
suetudine, quae omnia dura lenire solet: partim Coletii, Charnocij Prioris
humanitate, quorū moribus nihil fingi potest suauis, mellitius, amabilius,
cum his duobus amicis ego uel in extrema Scythia uiuere non recusem. Id quod scripsit
Horatius, & uulgus interdum uidere uerum, res ipsa me docuit, cuius hoc tritū nosti, quae
rum rerum durissimi soleāt esse aditus, eas felicitus euenire. Quid nostro illo ingressu fuit,
ut ita dicā, inauspicacius: at nunc secundiora indies omnia. Euumi tædiū omne, quo me
quondam naueantem uidebas. Quod reliquum est, te oro meum decus, ut quando tum
quum meus me animus deficeret, tuo sustinuit: nunc quum meus mihi nō deest, tuus ne
destituit. Quod ad diem praefinitum non ueneris, ex postulare tecū nec libet, nec iure me
posse puto. Quid te retardarit, equidem nescio: hoc unum scio, quicquid fuit legitimum
quidam, & iustum fuisse, quare uenire non potueris, nam uoluisse nihil dubito. Neq;
enim ullam uideo causam, cur istud fingere uolueris. Et ea est generosissimae mentis tuae
ingenua simplicitas, ut maxima etiam de causa mentiri nec scias si uelis, nec uelis si scias.
Non est meum te uel hortari, uel dehortari, imō dehortari potius. Quod tuae te res hortā-
tur, id sequere. Nos ita te desideramus, ut interim te tuis commodis inseruire uelimus. Si
breui uerturus es, gaudemus: in qua res te retinet, modo incommodū nihil sit, ut hactenus
fecimus, e quo te animo expectabimus. Pecunias meas annulo tuo diligenter ob signatas,
mitte. Priori iam sum multis nominibus obaeratus, ministrat ille quidem tū benigne, tum
prompte, Verum quando ille humanissimi hominis officio functus est, par est nos inui-
cem gratorum hominum munere fungi, & q̄ ille libenter dedit, tam nos libenter reddere.
Vt rara supellectile, ita bonis amicis parcius utendum esse censeo. Si quid isthic nouatum
est, facito me per literas certiore. Bene uale. Oxonia, Anno M. cccc. xcviij.

ERASMVS ROTERODAMVS ARNOLDO
BOSCHIO S. D.

C O M P L V S C V L A S iam epistolas eodem prope tenore abs te recepi, quod
me tibi suspicaris iratum: ni sine causa faceres, ferrē profecto iracunde, quod
de homine tui amatissimo, tam non amanter senferis. Vale.

ERASMVS ROT. CHRISTIANO S. D.

S A L V E mel Atticum. Heri nihil scripsi, & cōsulto quidem, nam eram stoma-
chosior. Ne roga in quem, in te inquam. Quid cōmerueram? Verebar mihi
insidias strui per te hominem argutissimum. Suspectam habebam illā tuam
pyxidem, ne quid simile nobis afferret, quale ferunt Pandore pyxidem Epi-
metho. Quam ubi reclusissem, mihi ipsi succēsebam, qui fuisset suspiciosus
Ius. Cur igitur ne hodie quidē scripsisti inquires. Erasmus occupatissimi. Quid tandē nego-
cij? In spectaculo sedimus, sane iucūdo. Comœdia inquis, fuit, an Tragedia? Vtrumuis,
uerū nemo personatus agebat, unicus dūtaxat actus, chorus sine tibijs, fabula nec togata,
nec palliata, sed planipedia, humi acta, sine saltatu, e cœnaculo spectata: epitalis turbulen-
tissima, exitus perturbatissimus. Quam malū, inquires, mihi fabulā fingis? Imō rem Chri-
stiane refero. Spectauimus hodie matrem familiās, cum famula domestica fortiter depu-
gnantem. Sonuerat diu tuba ante congressum, conuicia fortiter utrinq; regeruntur. Hic
æquo Marte discessum est, triumphauit nemo. Hæc in hortis, nos e cœnaculo taciti specta-
bamus, non sine risu. Sed audi catastrophē. A pugna conscendit cubiculum meum puel-
la, concinnatura lectos. Inter confabulandum laudo fortitudinem illius, quod uoce con-
uicij

uicijq; nihil cesserit dominæ: ceterū optasse me, ut quantum lingua ualebat, tantundem
ualuisset & manibus. Nam hera uirago robusta, ut uel athleta uideri posset, subinde caput
humilioris puellae pugnis cōtundebat. Vsq; adeo ne, inquam, nullos habes unguis, ut illa
impune ferat? Respondit illa subridens, sibi quidē non tam animum deesse, quam uires.
An tu putas, inquam, bellorum exitus a uiribus tantum pendere? Consistum ubiq; ualet
plurimum. Roganti, quid haberem consilij? Vbi te rursus adoriectur, inquam, protinus ca-
liendum detrahe: nam muliercule Parisiorum mire sibi placent nigris quibūdam calen-
dris. Eo detracto, mox in capillos inuola. Hæc ut à me ioco dicebatur, itidem accipi puta-
bam. Atqui sub cœna tēpus accurrat helus hospes, is erat Caroli regis caduceator uul-
gato cognomine dictus gentil Gerson. Adeste, inquit, domini mei, uidebitis cruentū spe-
ctaculum. Accurrimus, ostendimus matrem familiās, ac puellam, humi colluctantes. Vix
à nobis dirempta sunt. Quam cruenta fuisset pugna, res ipsa declarabat. Iacebant per hu-
mum sparsa, hic calidrum, illic flammeum. Glomis pilorum plenum erat solum. Tam
crudelis fuerat laeniēna. Vbi accubimus in cœna narrat nobis magno stomacho mater-
familiās, q̄ fortiter se gessisset puella. Vbi pararem, inquit, illam castigare, hoc est, pugnis
contundere, illa mihi protinus calidrum detraxit e capite. Agnouit me non surda cecid-
nisse fabulam. Id detractum, inquit, mihi uenefica uibrabat in oculos. id non admonue-
ram. Tum, inquit, tantum capillorum euulsit, quantum hic uidetis. Cœlum ac terram ter-
stata est, se nunquam expertam esse puellam tam pusillam, ac perinde malam. Nos excu-
sare casus humanos & ancipitem bellorum exitum, tractare de componēda in posterum
concordia. Ego interim mihi gratulabar, dominæ non subolere, rem meo cōsilio gestam,
alioqui sensissem & ipse illi non deesse linguam. Hæbes nostra ludicra, nunc ad seria. Du-
plicem mecum contentionem acceperas, scribendi, & munera mittendi: altera te plane uic-
tum declaras, ut qui alienis manibus mecum dimicare cœperis. An inficiaberis impu-
dens? Non arbitror, si quid frontis est: alteram ipse ne suscepi quidem, sed ultro maris de-
di. Literis longe uinceris, imō ne pugnas quidem, nisi ut Patroclus Achillis armis. Mune-
ribus nolo tecum inire certamen. An poeta cum negociatore quid simile? Verum heus
tu, ad æquiorē concertationem prouoco. Experire utrum tu me prius mittendo, an ego
te scribendo defatigem. Hoc demum sit bellum dignum poeta, dignū inuitore. Tu si quid
audes, accingere, ac bene uale. Parrisijs. Anno M. cccc. xcviij.

ERASMI EPISTOLA PRO AMICO QVODAM
SCRIPTA AD MEDICVM.

B X re demum ipsa intelligo uir crudelissime, grato animo nullum incommodū
accidere posse acerbius, quam si ijs, quibus immensam gratiam debeat,
ne medio crem quidē referendi suppetat facultas: id quod mihi in te prorsus
euenit: cuius ego cū diuina merita animo recolo, recolo autem assidue, dispi-
cioq; anxius, si quā forte possim tantā tuam in nos humanitatē reponere, si
non ex æquo, id quod sperandum mihi non est, at aliqua saltem ex parte: toties fatis meis
irascor, maleq; precor, quæ me hac cōditione nasci uoluerint, ut summam tui similitum hu-
manitatem experiri necesse haberem, remeriri uero quod accepissem, ne minima quidem
ex parte possem. Quæ quidem una in re fortunæ iniquitatem mihi grauē sentio, ingensq;
inrimo pectori oboritur æstus, cum ardet animus referre beneficium, simulq; occur-
rit, & quā sit exiguum, quod nostra possit tenuitas, & quā immensum quod tua po-
scit humanitas. Quis enim unquam uel opulentissimus medico gratiam parem retulit, ut
deo, ita nec medico talio rependi potest: à deo uitā accepimus, à medico tanquam recipi-
mus: à summo illo rerum satore, uiuendi munus accepimus, id medici curam seruatur
ne pereat, tum restituitur, alioqui periturum. Quare equidem uirtutem medicum nō unum
pro multis numerarim, ut scripsit Homerus, sed pro terrestri quodam numine inter mor-
tales habendum censuerim. At quantum reliquis mortalibus ante cellit medicus, tantum
ego te medicorum uulgus antecedere puto, ut tibi non modo ut medico debeā, sed ut me-
dico in arte principi, fide rara & pene incredibili, cura & sollicitudine plusquam paterna,
humanitate admirabili: quæ omnia in uno medico reperire, fortasse non minus sit rarum,
quàm phoenix ille Poetarum, qui iam in raritatis adagiū cessit. In te autem uno non so-
lum

lum hæc omnia, uerum etiam summa. Quid enim te uno uel in coniectando solertius, uel in iudicando acriter certiusq; uel in pronunciando modestius: quibus rebus nō modo omnes nostrī temporis medicos longe præcurris, uerum etiam ipsi artis autoribus, & tanquā dijs, ut ueteres loquebantur, iure optimo debeas æquari. Tum deum immortalem, qua fide: quæ quidem si arti detracta sit, periculosa quædā res sit medicus. Qua spectatissima id es cōsequutus, ut certatim magnatum quisq; tibi capitis sui salutem non ut medico, sed ut parenti committat. Tum quā exacta uel minutissimis in rebus diligētia, quantā patientia laborum minimeq; morosa, ut ista in re, nulli uel amantissimæ materculæ cedas. Adde iam humanitatem singularem, qua iure tibi contigit, ut nemo te nō admiretur: nec admiretur solum, sed etiam amet: nam arte quidem doctis es miraculo, fide magnatibus places, diligētia, curaq; laborantibus, humanitate mirāq; morū suauitate uniuersis. His rebus omnibus, in summo meo periculo, hominisq; penē ignoti, rebus propemodum desperatis, certe afflictissimis, ita es usus, ut ne in fratrem quidem potueris officiosius, ut tua planē sim arte tanquam ab Orco reuocatus. Itaq; quid debeam uideo, quanquā ne id quidem satis animo consequor, nedum uerbis. Verum ubi de referendo, ut par est, incipio cogitare, tum uero ratio acceptis, atque expensis ne utiquam conuenit. An de mea fortunula remetiā: quæ perquam tenuis est planeq; poetica, id est, maligna, ac pene nulla, cum præstantius sit id quod in nos contulisti quā ut uel Croesus ipse, si uniuersas opes exhauriat suas, par esse possit: aut mihi si fontes auri, ut Poetæ fabulantur, domi sint, aut Tagus aliquid Pactolusue aureas harenas uoluēs. Phalaris & tyrannus & opulentissimus cū Polycteto medico amplissima munera planeq; regalia misisset, purgat tamen muneris exilitatem, imparem se eius beneficijs fassus. Ego uero sic, ut res habet, sentio, ut ne si me totum quidem quantus sum, pignori opposuero, aut etiam capitis auctionem fecero, possim uel la ex parte soluendo esse. Verum scio te tam hac gratia non egere, quā ego referre non possum: sed interdum bene egisse gratias, ut ait Seneca, retulisse est. Siquidem Aeschines grata modestaq; oratione Socratem sibi deuinctiorem reddidit, quā Alcibiadis animo liberalissimo pares diuitiæ. At hic quoq; quā sim impar, agnosco: propterea quod tanta sunt tua in me merita, ut quantamuis etiam dicendū copiam superent, neq; quicquam tam magnifice dicere possit, quod non ad tuam humanitatem exile uideatur, tum ea est nostra infantia, ut ne mediocres quidem materias possit dicēdo æquare. Deniq; ea est ingenij tui elegantia, ea iudicij acrimonia, ut nisi perpolitum, exactum, exquisitumq;, nihil queat satisfacere. Quare cū utroq; modo uincar, ut nec referre ullam, nec agere pares gratias possim, id quod unum opis est nostræ, facere nūquam desinam, nempe meminero, amabo, gratias agam pro uerbis, referā hæcenus ut ingratus omnino uideri nō possim, mittēdq; hoc ad te nō in rationis deductionem, sed animi grati indicium, Homerū Græcum, quem ego ab homine amicissimo abstuli, ut te mihi eo factam amiciorē. Bene uale.

ERASMVS BATTO SVO S. D.

V IDE quantum maledicēdo ualeas. Vnica tātum epistola uicinus, do manus, harena cedo, in Angliam usq; profugio: hic certe me à tuis cōuicijs tutum fore confido. Nam si me persequi uoles, alter tibi ad eundem erit orbis: & pigritiam probe noui tuam, qui tamen si medijs in fluctibus es natus, nihil tamen peius odisti fluctibus. Quod si huc quoq; tuæ cōuiciatrices epistolæ penetrant, audio in ultima Britannia Orchadas esse insulas. In has aufugiam, etiā si quid est Orchadibus remotius, uel ad Antipodas usq;. In nunc, et de gloriosa uictoria magnificū triumphum agito. Bene uale. Parisijs. Anno M CCCC. XCVII.

ERASMVS FAVSTO ANDRELINO POETÆ LAVREATO.

D EVM immortalem, quid ego audio: Itāne Scopum nostrū repente è Poeta militem esse factū, ac pro libris horrida arma tractare? At quāto melius, cum Dello Volso (sic enim se nominauit) depugnabat? Quē si confecisset, bone deus, quantus triumphus hominem manebat. Nos quoq; in Angliā nonnihil promouimus. Erasmus ille, quem nosti, iam bonus propemodum uenator est, eques non pestimus

mus, aulicus nō imperitus, salutat paulo blandius, arridet comius, & inuita Minerva hæc omnia. Quid mea? satis procedit. Tu quoque si sapias, huc aduolabis. Quid ita te iuuat hominem tam natusum inter merdas Gallicas consensescere? Sed retinet te tua podagra, ut ea, te saluo, pereat male. Quanquam si Britannia dotes satis pernosces Fauste, nā tu alaris pedibus huc accurreres: & si podagra tua non sineret, Dædalum te fieri optares. Nam ut è plurimis unum quiddam atingam. Sunt hic nymphæ diuinis uultibus, blandæ, factiles, & quas tu tuis camœnis facile anteponas. Est præterea mos nunquam satis laudatus. Sive quò uenias, omnium osculis exciperis: siue discedas aliquid, osculis dimittis: rediis redduntur suauia: uenitur ad te, propinatur suauia: disceditur abs te, diuiduntur basia: occurritur alticubi, basiatum affatim, denique quocunq; te moueas, suauiorum plena sunt omnia. Quæ si tu Fauste gustasses semel quā sint mollicula, quā fragrantia, profecto cuperes non decennium solum, ut Solon fecit, sed ad mortem usque in Angliā peregrinari. Cætera coram iocabimur: nam uidebo te spero, propediem. Vale, ex Angliā. Anno M. CCCC. LXXXIX.

FAVSTVS ERASMO SVO S. D.

FRUGALEM omnino mihi cœnam postulo: nihil uolo præter muscas & formicas. Bene uale.

ERASMVS FAVSTO SVO S. D.

Q UÆ, malum, tu mihi obijcis ænigmata? Num me Oedipum putas, aut Sphingem mihi esse domi? Quanquam equidem somnio tuas muscas, auiculas, formicas, cuniculos uelle. Verum alias iocabimur, nunc cœna emenda est, quare ænigmatistes esse desinas oportet. Vale.

FAVSTVS ERASMO.

NUNC plane intelligo te Oedipum esse, nihil uolo præter auiculas, & quidē paruulas: de cuniculis absit. Vale optime ænigmatum interpres.

ERASMVS FAVSTO SVO S. D.

V T tu iocossime Fauste, eadem opera & mihi ruborē, & theologo illi sitomachum excitabas: aderat enim in eodem auditorio. Verum non expedit, opinor, iritare crabrones. Bene uale.

FAVSTVS ERASMO SVO S. D.

FAVSTVM pro suo Erasmo uel emori audacter posse, quis nescit? Blaterones istos tanti omnino faciamus, quanti culicem elephantis Indicus. Vale.

Faustus inuito liuore tuus.

ERASMVS GAGVINO.

S ALVE ornatissime uir. Vide quæso, quā sit insigni impudētia tuus Erasmus. Nunquam illi Gagvinus in mentem uenit, nisi quum eget. Opus est mihi ad pauculos dies Trapezontio de Rhetoricis præceptionibus. (Non rogo habeas ne, scio nihil honorū autorum tibi non esse) huius uelim mihi tua humanitas copiam faciat: Quintilianum unā cum hoc cōferre cupio, utrunq; propediem ad te saluum remissurus. Bene uale, ac nos ama. M. CCCC. XCIX.

ERASMVS LVDOLPHO SVO S. D.

H OC unum mihi crede Ludolphe optime, non cōmittam ut munus tuum, sententiā enim abs te profectum, male collocasse uidearis. Cœperam quædam ad Latine discendum mire cōductibilia: ea tibi perfecta hinc mittam. Deinde nunquam desinam excudere quippiā, quod tua studia possit prouehere. Tu modo maximo animo in honestissimas literas incumbere, simulq; doctos uiros fouere perge. Bene uale charissime adolescens. Lutetia tertio Calendas Maias.

ERASMVS ANTONIO LVTZENBURGO SVO S. D.

S CRIPTVRVS eram humanissimo Abbati: sed quoniam nuper admodum ex Batti mei literis certior factus essem, illum nondū è Brabantia redisse, distulendum putauis, donec de reditu illius cognouissem. Ad te dedi, nō quod esset

argumenti noui aliquid, sed ut constantem perpetuumq; meum in te amorem scribendi officio declararem. Amo enim te mi suauissime humanissimeq; Antoni, aut pari, aut certe quam proximo cum Batto meo amore; idq; non modo plurimis tuis in nos officijs moribusq; festiuissimis prouocatus, uerum etiam fatali quadam beneuolentia, qua ita ducor, ut tui etiam si obtuisci uelim, non queam. Nos quoniam funditus extinciam pestem cognouimus, Parisios remigramus. Dismas Abbatis frater, dum hic agerem, me coluit diligenter; nos illius uicissim consuetudine magnopere sumus delectati. Nihil ita me deus amet, uidi in uita hoc adolescentulo ingeniosius, suauius, modestius. Non haec, mi Antoni, ad gratiam dico, sic ego re ipsa repperi. Verum ille iuxta sapientis uocem, animam fortitius est bonam, & ut Graeci dicunt, *δύσπυς* est, id est, bene & feliciter natus. Nihil illius ingenio acutius, nihil mente sinceri, nihil moribus suauius, nihil pudore amabilius. Miratur literas: cum his uersari gaudet, unde semper abeat doctior. Dignissimus est puer, ut quem natura optimis rebus finxisse uidetur, exquisitissima etiam diligentia curemus, ne mens minime uulgaris ad uulgares istas sordes detrahatur. Sed uiuit in tutela quadam, sic enim appellant, nimis profecto tutelari, id est, uicium sordidissimo, immunda supellectile, neglectus inter nescio quos ociosos nebulones, qui nihil peius oderunt quam libros, aut literatos sermones: grassatores nocturnos, potores diurnos, unde praeter turpitudinem nil discere queat. Et haud ignoras quam haec aetas facile trahatur ad uitium. Affricat enim scabiem suam conuictor infectus: & qui tangit picem, non potest non inquinari. Est hic Iacobus Tutor, uir integritate summa, eruditione non uulgari, & studij flagrantissimi, iuris Pontificij professor: is domi suae nobiles aliquot adolescentes alit, & alit non tutelari, sed mundissime: nam ipse sum apud eum tres menses diuersatus. Hic Dismam non secus atq; filium amat, & amatur ut parens: quare si Abbas adolescentis salutem recte consulere uolet, id quod uelle scio, properabit illi ex tutela eximere, in qua & magno uiuit, & immunissime, & quod est omnium grauissimum, cum ijs unde depruari possit, doceri non possit: atq; huic de quo memini, Iacobo committet, uiro, mihi crede, cuius ego laudes nullo sermone queam assequi. Is gaudebit contigisse cui suam doctrinam libenter communicet, quem ad honesta studia totum excitet. Dismas habebit qui cum perinde uiuat, ac si cum parente uiueret, apud quem nihil nisi honesta, nisi literata audiet. Mirabere forsitan, quare ego rem hanc tantopere suadeam, ad me quidem omnino nihil pertinet: nam mihi hic neque feritur neque metitur: uerum ubi tutelae sordes, ubi periculosos conuictores, ubi omnia contaminata perspexissem, et adolescentis optimam mentem amarem, tum etiam Abbati propter summam illius in me humanitatem, omnia deberem, putauim me hoc sine summo scelere praetermittere non posse, quin quod ad Dismam salutem uehementer pertinere cognouissem, compertissimumq; haberem, literis meis admonerem. Nihil enim dubito, quin si abbati minima ex parte res, uti est, cognita foret, ne semihoram quidem in ea familia sedere sit passurus. Nec ille uos scrupulus commoueat, ne parum gallice discat, si cum homine nostrate uiuat: scit bene gallice Dismas, & iam nunc loquitur expedite. Neq; derunt usquam unde gallice audiat: at literas discet, uirtutem discet: quod si Abbati persuaferis, poteris enim Antoni, adolescentulum immortalis beneficio tibi alligaris. Neq; dubito, quin omnes qui illi bene uolunt, inter quos primum locum abbas obtinet, mihi sint in posterum maximam gratiam habituri, qui quidem in tempore admonuerim: quare non coquiesces, donec effeceris. Antonio patri patrono tuo: iam etiam per te meo, me quam commendatissimum facere studebis, purgabisq; quod nihil per hunc scripserim: scribam e Parisijs, ubi reuersurum audiero. Vale mi Antoni charissime, nosq; quod facis, ama: Praefectum aulae uirum humanissimum, ceterosq; nobis bene cupientes, meis uerbis saluta bis. Aureliae. III. Idus Decembris. Anno M. D. I.

APPENDIX

E mireris Antoni, quod in initio huius epistolae negauimus nos Abbati scribere, cum scripserimus. Cum enim is tabellio nos fecisset, et hic puer a Batto preter spem adesset, mutauimus sententiam, maxime Batto ut ita facerem hortante: e cuius literis cognoui, quanta humanitate uir ille meas literas acceperit, quod ego uix sperare audebam. Noui enim, quam nihil habeant mea scripta, cur a magnis uiris legantur.

legantur. De Disma quod scripsi, quaeso ut omni conatu adiuues, omnino uehementer ad illius salutem pertinet: & nisi fiet, uereor ne nos omnes, puerum in primis, non fecisse poeniteat. Nos enim nihil ambiguum, sed oculis deprehensa scripsimus, neq; quicquam praeter eius salutem spectamus: & ille in his est annis, qui facillime uel ad summam gloriam, uel ad turpitudinem extremam flexatur: quare uigilandum & maturandum censeo. Vale.

ERASMVVS GREVERADO ADVOCATO S. P. D.

QUOD ignotus ignotum meis literis inexpectatis interpellare sum ausus, uir optime atque integerrime, non tam debes improbitatem accusare meam, quam beneuolentiam, & ab hac profectam fiduciam amplecti: quanquam qui mihi ignotus esse potes, cuius animum, mores, studium, Henricus Noorthonius, homo omnium qui uiuunt minime mendax, familiari sermone ita sapennumero descripsit, ut non aliter quam in tabula depictam tui imaginem coram uideam intueri? Si tantam uim habet probitatis & eruditionis admiratio, ut toto fere orbem distans, arctissima tamen charitatis copula coniunctissimos esse uideamus: ego uiri tam modesti, tam studiosi, tam candidi bonarum literarum admiratoris, & tam uicini, gratiam non quaeris etiam ratione conabor aucupari? Neque uulgari sermone tecum hanc mutua beneuolentiam inire est animus. Sancta quaedam res est, eruditorum societas, & non nisi sancto aliquo pignore scienda, id quale sit, iam paucis exponam. Flagrat iam olim mihi incredibili ardore animus, Hieronymianas epistolas commentarijs illustrandi, & nescio quis deus mihi peccus accendit, agitq; ut rem tantam, & a nullo haecenus tentatam, aut deam animo concipere. Mouet me uiri coelestis & omnium Christianorum sine controuersia longe tum doctissimi, tum facundissimi pietas: cuius scripta quum digna sint quae ab omnibus passim legantur & edificantur, uix pauci legunt, pauciores mirantur, paucissimi intelligunt. Deum immortalem, Scotus, Albertus, & his impolitiores autores, omnibus in scholis perstreperant, & ille unicus religionis nostrae pugil, illustrator ac lumen Hieronymus, qui meruit ut unus celebraretur, unus ex omnibus tacebitur. Sed rem uideo in dignissimam, ob hoc ipsum negligi Hieronymum, per quod promeritus est ne negligetur. Noceat auctori eloquentia, quae religioni profuit. Alienat multos abstrusior eruditio, qua potissimum oportebat eum commendari. Pauci itaq; mirantur, quem per pauci intelligunt. Quod si talis auctor dignis commentarijs fuerit illustratus, futurum prospicio, ut Hieronymiana gloria tanquam noua luce accepta, quam latissime enitescat: ut passim in scholis, in auditorijs, in templis, domi, publice, priuatimq; legatur & edicatur. Nec me adeo fallit, quam audax facinus animo praesumpserim. Primum, quanti negotij fuerit mendax quae per tot secula penitus infederunt, eradere: deinde quantum in illo antiquitatis, quantum Graecarum literarum, quantum historiarum, tum quae phrasibus, quod dicendi artificium, quo non Christianos modo omnes longo post se intervallo reliquit, uerum etiam cum ipso Cicerone certare uidetur. Ego certe, nisi me sanctissimi uiri fallit amor, cum Hieronymianam orationem cum Ciceroniana confero, uideor mihi nescio quid in ipso eloquentiae principe desiderare. Tanta in hoc nostro uarietas, tantum sententiarum pondus, tanta enthemematum uolubilitas. Quod artificium in eloquentium literis indicare, ut difficillimum est, ita longe utilissimum. Id quod ita me, modo ipse dexter adlit, confecturum confido, ut qui haecenus Hieronymianam eloquentiam sunt admirati, iam eloquentem fuisse, se nescisse fateantur. A me quidem quicquid uigilijs, quicquid assiduo studio, quicquid eruditione mediocri, quicquid ingenio non pessimo praestari poterit, id sedulo Hieronymo praestabitur. Verum ut ad graue bellum auxiliaribus copijs, ita & ad tam arduum negotium, duce aliquo & auspice opus esse uideo. Quem uero ex omnibus ad id maxime idoneum deligam, nemo te melius possit indicare, uel quod tu huius auctoris praecipuo quodam amore perpetuo flagasti (ita enim mihi narrare solebat Henricus) uel quod hoc tanto pignore, mutuam hanc inter nos societatem et beneuolentiam placuit initiare. Age uir optime, da dextram, & mecum ad tam pulchrum facinus magno animo accingere. Aderit ipse & literarum suarum quas tantis uigilijs excudit, uindicibus lauebit: nec sua tam pius labor noster mercede fraudabitur. Bene uale. Parisijs. x. v. Calend. Ianuarias. Vide quantum fiduciae mihi tui mores praestant, qui perinde ut iam uetulus & notus amicus, tam indiligenter ad te scribere non uerear. Caetera ex tabellario Augustino Caminado, uiro & doctissimo

& doctissimo & mihi coniunctissimo cognosces, qui literas humanitatis, quas uocant, in urbe Parisiorum maxima cum laude professus est: hunc tu tuo more cōplecteris, est enim tuo amore dignissimus. Lutetia, Anno M. cccc. xcix.

ERASMVS NICOLAO A BVRGVNDIA
PRÆPOSITO S. D.

IC te amo, ut meo erga te studio nulla epistola non sit futura breuissima: ita sum occupatus, ut negocijs meis nulla qualibet breuis nō sit longissima futura. Veteres illi poetas, & homines eloquētes allegorice cygnos appellabāt: neque id opinor, temere: nam ut hi plumis, ita illi pectore candidissimi: utriusque Phœbo sacri: utriusque Iymphidis amibus, et pratis triguis impense gaudent: utriusque canori: sed hodie maxime nostrate cœlo obmutuisse uidemus utrosque, ac ne morte quidem uicina fieri uocales. In causa est, uti conijcio, quod autores sunt physici, olorem nō nisi spirante Fauonio canere: & miramur nunc omnes mutos esse cygnos, cum tot spirent Boreæ, tot Austri, nulli Zephyri? Nam mihi quidem Britanicus ille Aquilo, unā cum nummis ita uocem ademit, ut non lupo aequè possit, qui te prior uiderit. At non stant Zephyri, nisi uere ineunte: quare humanissime praposte, si tu dominæ Verienti, patronæ meæ, uer fueris, illa quæ mihi Fauonius aspirauerit, ego uicissim utriusque cygnus fuero, ita canorus, ut ipsa etiam exaudiat posteritas. Nihil habeo necesse ænigma uoluerit, nimirum Oedipo scribens, nō Dauo. Tantum alterum illum Battum, quem mihi pollicitus es, apud dominam paulisper expedi. Bene uale. Datum Lutetia VII. Cal. Februarias. Anno M. cccc. xcviij.

ERASMVS ARNOLDO

ALVE mi Arnolde. iam sesquimensem grauer laboro febrī nocturna, senta quidem illa, sed quotidiana, quæ me penitus extinxit. Nondum sum morbo liber, sed tamen aliquanto recreator: nondum uiuio, sed affulget aliqua uitæ spes. Petis ut tibi animi mei cōsiliū cōmunicem, hoc unum habeo, mundum mihi iam dudum obolare. Damno spes meas. Nihil aliud cupio, quàm mihi dari ocium, in quo possim totus uni deo uiuere, deslere peccata ætatis inconsultæ, uersari in scripturis sacris, aliquid aut legere, aut scribere. Id in recessu aut collegio non possum. Nihil enim me tenerius: nec uigilias, nec ieiunia, nec ulla incommoda fert hæc ualido, etiam quum est prosperissima. Hic ubi tantis in delicijs uiuio, subinde in morbum incido: quid facerem inter labores collegiales? Deceueram in Italiam hoc anno cōcedere, & Bononiæ aliquot menses Theologiæ operam dare, atque illic doctoris insigne accipere: deinde in anno Iubilæo Romam uisere, quibus confectis ad meos redire, atque istic uitam componere. Sed uereor ne hæc ut uolumus, conficere non possimus. Metuo in primis ne tantum iter & regionis æstus & ualetudo hæc non ferat. Denique reputo, nec in Italiam ueniri, nec illic uiui sine summo sumptu. Ad titulum quoque parandum grandis summa est opus. Et episcopus Cameracensis dat perparce. Omnino benignius amat, quàm largitur, & prolixius omnia pollicetur quàm præstat, ipse propemodum in causa sum, qui non instem. Et sunt tam multi qui uel extorqueant. Faciam tamen pro tempore, quod factu uidebitur optimum. Bene uale. Anno M. cccc. xc.

ERASMVS IACOBO TVTORI SVO S. D.

IC est animatus Abbas, ut Dismam & Antonium à sermone nostrate omnino procul abesse uelit. Sic habent res tuæ, ut nolis sine nostratibus uiuere. Quare Antonio Lutzebargo, qui toto pectore tibi bene cupit, meque, auctori bus, iubet eos in Iacobi Danielis familiam remigrare. Tu tamen mi laco: be tuo more uteris, dabisque operam, ut adulescentes quàm optime, & quàm maxime ex Abbatis sententiâ, quæ te non fugit, collocentur. Idem Augustinū faciurum confido. Utrique gratum facietis ornatissimo humanissimoque præfult. De meis fati scripsi Augustino per Cornelium tabellionem. Posteaque Battus perijt, quis dubitat et Erasmus perijt? Præterea autem cæteræ res sic habent, ut peius non possint. In una uirtute spes omnis salutis reliqua. Vale cū Augustino nostro, quem audio tecum uicturum. E diui Augustini domari postridie Calendas Iulij, Anno M. cccc. xcviij.

ERASMVS FAVSTO POETÆ REGIO S. D.

VER meus tuo iussu tuisque uerbis formidolosum me appellauit, quod obnescio cuius pestilentiole metum, solum uerterim. Non ferendum cōuicium siquidem in militem Bluetiū dicatur. At in hominē poeticum ocij umbræque amantem, ne utiquam hæret. Quanquam huiusmodi in rebus nihil formidare, equidē non strenui hominis, sed stipitis esse duco. Vbi eo cū hoste res est, qui propulsari, qui referri, qui uinci contra pugnando potest, ibi qui fortis uideri cupit, per me licebit. Lerna illa Hydra, extremus durissimusque laborū Herculis, ferro quidem domari non potuit, at Græco tamen igni confici potuit. Huic malo quid tandem facies, quod nec cerni queat, nec uinci? Quædam melius fugiuntur quàm superantur. Vir fortis Aeneas non cōgressus est cum Sirenibus, sed longe à periculoso littore proram deflexit. At nihil est, inquit, periculi. At ego interim citra periculum multos interire uideo. Vulpem imitor Horatianam. Quia me uestigia terrent, Pleraque te aduersum spectantia, pauca retrorsum. In hac ego rerum facie, non Aureliam modo, sed etiam ad Gades illas Hercules, uel ad Orchadum extremarum extremā usque non dubitarim auolare, non quod meculosus sim, animoque parum masculo, uerum ne iure metuam: non, ne moriar, cui rei natiur omnes, uerū ne uitio meo moriar. Si Christus suos monuit apostolos, ut mutatis subinde urbibus, persecutorum gladios effugerent, ego tam capitalem hostem, cum comode queam, non declinabor. Quanquam ad remigrandum iam dudum, tum Musæ me horantur meæ, quæ quidem hic inter Accursium, Bartolum, & Baldum misere frigent: tum acre hoc fauumque gelu, penitus extinguendis huius morbi reliquijs nimisquæ oppor tunum. Sed faciunt adhuc scrupuli nescio quid, illa ingentis incēdij uestigia, fumus, odor, fauilla, & haud scio an etiam igniculi suppositi cineri doloso. Scio quidē humanis. Fauis, operam me omnem ludere, qui quidem id te orem, quod ipse tuapte spōte facere non desinis: orabo tamen ut Adagia nostra, quæ nuper abortu cecidi, quo maturius distrahan tur tuo testimonio commendes, atque exornes: idque non tam operi quidē ipsi, quàm nostræ necessitudini dones. Neque enim usque adeo mihi met assentor, ut cuiusmodi sint nō uideā. Verum parū proba merx, quam uelis extrudere, hoc magis laudato te eger, quo minus meretur. Et nos isto tibi nomine non paulo plus debemus, si tuum suffragium, non tuo iudicio, sed omne nostræ beneuolentiæ accommodaris. Ne dicam interim, quod nec intergrum tibi reliquisti, non laudare nugas meas, quibus iam semel ascripto epistolæ tuæ elogio, nihil non tribuisti: ut alterutrum iam tibi sit necesse, aut illas constanter laudare, aut te inconstantis hominis notam incurrere. Denique à nobis entæ dabitur opera: ut illud idem prima manu deformatum opus, non elimetur modo, uerum incudi reddat, totum quantum est, distingatur: eaque demum facie exeat, ut neque te testimonij tui poeniteat, neque illud tuæ laudationis tanquam parum conuenientis, suppudeat. Quæ quidem in re Faustum non modo censorem adhibebimus, uerum etiam architectum. Bene uale. Postridie natalis diuæ Elisabethæ. Aureliæ Anno M. cccc. xcix.

ERASMVS AVGVSTINO SVO S. D.

E Fausto, Gaguino, & Aemilio alba feliciaque sunt, quæ nuncias omnia, neque noui tamen quicquam: at rursus perinde iucunda, ut si noua. Talium enim uirorum in me beneuolentiā, tam graue de te testimonium, quid nō plurimū faciam? Tuum item de mea gloria studium, ut uetus libens agnosco, tanquam nouum exosculor: etiā si Faustina illa *επιβολή*, qua penes unum me literarum sacrarium esse dicunt, non ita nimis me delectauit, cum quod immodicę laudes, neque nostro pudori, neque mediocritati nostræ conueniunt: tū quod huiusmodi ferme figuræ & fide carent, & inuidiæ plurimum contrahunt, postremo ironiæ quoque sunt affines, quemadmodum & illa tuis in literis etiam si blandissime scripta, tamen mihi non admordū blandiuntur. Obseruantissime præceptor, tuus deuotus discipulus dedo me tibi, iube quoduis, nihil habeo meum, sed omne tuū, cuius omne ego sermonis genus à sincera beneuolentiâ quàm longissime semotum esse oportere censeo. Nam ubi pure amatur, ita ut nos facimus opinor: ibi quid istis figuris est opus? Vbi uero insincera charitas, hæc etiā in maleuolentiæ suspicionem rapi solent. Quare pergratum mihi feceris, si gratiosas istas

επιβολή

causam funditus tuis e literis sustuleris, ut suum habeat simplex amor sermonem, me mineriſq; te coniunctissimo amiculo scribere non tyranno. Fata etiam nunc tuis uotis atque adeo uirtutibus maligne respondere, mihi quidem est opinio moleſtius, miteſcere uero gaudeo. Quinetiam aut inſignite me fallit animus, aut eam tam fatalem tempeſtatem noua quaedam ſerentia conſequetur. Tu modo obdura mi Auguſtine, uti ſoles, contraq; ardentior ito, quam tua te fortuna ſineq; Paulum Aemilium ad nos remigraturum tuis e literis oſſacio. At ego multis modis hominem manere malim: nam hic quidem cur diutius haeream non uideo. Sed tu curabis ut omni de ſtatu tuo mihi perſcribas, ecquid noſtri conuictus ſarcinulam tua fortunula ferat: quandoquidem de uoluntate nec tu uis me diſſidere, nec ego poſſum, tot iam periculis & argumentis explorata ſpectataq;. Quare ſi quid erit quamobrem hoſpites, uel parum tempeſtati, uel minus commodi futuri uideamur, citra omnem ſucum aperies, ea uidelicet libertate, quam tanta poſtulat neceſſitudo. Ego ne pilo quidem te minus amauero. Ita tunc ſuperi omnes bene ament, non tam huc ſpecto, quo fortunis meis proſpiciam: quanquam huc quoq; (cur enim inſicier?) quam ut doctrinae tuae, mea, ut ſcribis opera, deſormata, ſuprema manus imponatur. Quod ſi eadem tibi mens, imò ſi fortuna patitur, ut utriq; comoda noſtra cum alterius comòditate coniungamus, accerſeſſin minus, tamen hoc ipſum ſcire permagni mea refert, ut properem alijs rationibus mihi conſulere, etiã ſi prius illud potius eſt. Qui cum enim cupiam potius mea conſummare ſtudia, quam tecum, quem ego primum bonis literis inſitui, qui cū ad iam propè abiecta ſtudia me reuocauit, qui cum tot annos coniunctiſſime uixit: Verum ſi non potes quod uis, id uelis quod poſſis. Oſtentatur neſcio quae ſpectula de adeunda Italia, & prurit nonnihil animus, uerum ſimul atq; tuas literas accepero, meis de rebus ſtatua. Nicolaum Benſeradum, qui me, ut ſcribis, plurimum ualere cupit, ego uiciſſim plurimū ſalutare iubeo. Tumultuor in mea Copia, ſed Muſis opinor inuitis. Quid enim poſſum pulchri, omnibus bonis libris deſtitutus? Et altius ſeſe in reſeſſu opus aperit, quam in ingreſſu promittebat. Et tamen molior, quid enim aliud agam? Scilicet hoc ago ne, quod eſt turpiſſimum, nihil agam. Cura ut ualeas mi Auguſtine, meq;, quod ſoles, ama. Datum Aureliae poſtridie conceptionis uirginis matris. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS RHENANO SVO S. D.

CCIPEREM Beate totam itineris mei tragicocomœdiã. Mollis etiã mnum ac languidulus, ut ſcis, Baſileam reſiſquebam, ut qui nondum cum caelo redieram in gratiam, cū tandiu domi delituiſſem, idq; perpetuis laboribus diſtentus. Nauigatio fuit non inamœna, niſi quod circa meridiem ſolis æſtus erat ſubmoleſtus. Briſſaci praenſi ſumus, ſed ita ut nunquã inſuauius. Nidor eneſcabat, tum nidoſe grauiore muſſe. Deſedimus plus ſemihoram ad menſam ocioſi, donec adornaſſet ſcilicet illi ſuas epulas. Tandem nihil appoſitum eſt, quod edi poſſet, ſordidæ pulſes, offæ, ſalfamēta non ſemel recocta, meræ nauſeæ. Gallinariū non audi. Qui hūc renūciatū teneri febrī, bellum quiddam adiecit. Minoritam illum Theologum, qui cum mihi fuerat de echeitibus concertatio, ſacros calices oppignoraſſe ſuo iure, o Scotiam ſubtilitatem. Sub noctem eieci ſumus in uicum quendam frigidum, cuius nomen nec ſi buit ſcite, nec ſi ſciam uelim ædere. Illic penè extinctus ſum. In hypocauſto non magno cœnatiſſimus plus opinor ſexaginta, promiſcua hominum colluuiēs, idq; ad horam ferme decimam, o qui fœtor, qui clamor, praefertim ubi iam incaluſſent uino. Et tamen ad illorum clepſydras erat delidendum. Mane multa adhuc nocte eſt ſtratis exturbamur, clamore nauarum. Ego & incœnatus & inſomnis nauim ingredior. Argentinam appuliſſimus antè prædium ad horam ferme nonam, illic commodius accepti ſumus, praefertim Scheurerio ſuppeditate uinum. Aderat aliqua ſodalitatis pars, mox uniuerſi ſalutatum ueniunt, ſed nemo officioſus Gerbelio, Gebuilerius, & Rudalphiſingius me immunem eſſe uoluerunt: quod iam illis nouum non eſt. Illic equis Spiram uſq; contendimus, neq; uſquam militis umbram uidimus, cū rumor atrociam ſparſiſſet. Anglus equus canē deſecit, uixq; Spiram attingit, ſic eum traſtauerat ſceleratus iſte faber, ut illi ambæ aures ferro candenti inurantur. Spirae ſurtim ſubduxi me e diuerſorio, & ad Maternum meum uicinum me recipio. Illic decanus uir doctus & humanus ſuauiſſe & comiter nos biduum accepit. Hic forte fortuna Hermanum Buſchiū reperimus. Illic curtu uectus ſum Vuormaciã, atq; hinc rursus

hinc rursus Maguntiam. Forte in eundem currum incidit quidam Caſatis ſecretarius Vrbibus cognomento Farnbul, quaſi dicas filicum collem. Is incredibili ſtudio, tum itine toto mihi obſeruit, tum Maguntiae non paſſus ingredi *παροβχέου*, ad aedes canonicas, uicidam pertraxit: abeuntem ad nauem deduxit. Nauigatio non fuit inamœna, ob caeli commoditatem, niſi quod longior eſſet, nauarum ſtudio. Adhæc offendeſſe equorum pedor. Comitatuſunt me primum diem officij gratia Ioannes Longicampianus, qui pridem Leuanij profeſſus eſt: & huius amicus iureconſultus quidam. Aderat & Vueſphalus quidam, Ioannes canonicus apud ſanctum Victorem extra Maguntiam, homo comòdiſſimus ac feſtiuiſſimus. Vbi Popardiam appuliſſimus, noſq; dum exploratur nauis, in ripa deambularem, neſcio quis agnitum me telonæ prodidit, *οὐ πὸς δεινὸν ἐκείνῳ*. Telonæ eſt Chriſtophorus ni fallor, Cinicampius uulgato uerbo Eſchenfelder. Incredibile dictu quam geſſerit homo praegaudio. Pertrahit in aedes ſuas. In menſula inter ſyngraphas telonicas iacebant Eraſmi libelli. Beatum ſe clamat, aduocat liberos, aduocat uxorem, aduocat amicos omnes. Interim nauis uociferantibus mittit duos uini cantaros, rurſum uociferantibus mittit alteros, poſſicitus ubi redierit ſe illi *πὸ τῆλῳ* remiſſurū, qui talem uirum ſibi aduexerit. Hinc officij gratia comitatus eſt nos Conſluentiam uſque Ioannes Flaminius uirginibus ſacris illis praefectus, uir angelicae puritatis, iudicij ſobrius, ſanctus, doctrinae non uulgariſ. Conſluentiae Matthias officialis epiſcopi nos domum ſuam rapit, homo iuuenis, ſed moribus compoſitis, Latini ſermonis exacte peritus, tum iureconſultiſſimus. Illic cœnatiſ eſt hilariter. Apud Bonnam nos reliquit ille canonicus, uitans urbem Coloniaſem, quam & ipſe uitare cupiebam, ſed miniſter cum equis eo praeferebat, neque quiſquam erat in nauis certus, cui de miniſtro reuocando negotiū committere potuiſſem: & nauis diſſidebam. Mane itaque ante ſextam Agrippinam appuliſſimus die dominico, caelo iam peſtilenti. Diuerſorium ingreſſus, mando hoſpitiſ miniſtris de conducenda biga, et cibum ad decimam parari iubeo. Audio ſacrum, prandium diſſertur. De biga non ſucceſſit. Tentatur de equo conducendo, nam mei erant inuitiles. Niſi ſuccedit. Senſi id quod erat. Agebatur ut illic haererem. Ego protinus iubeo meos adornari equos, imponi alteram manticam, alteram hoſpiti committo, & claudio meo equo ad comitem Nouae aquilae percurro: eſt autem iter horarum quinque. Is agebat Bedburij, apud hunc ſuauiſſime quinque dies ſum commoratus tanta tranquillitate & ocio, ut bonam recognitionis partem apud eum peregerim. Nam eam noui teſtamenti partem mecum abduxeram. Utinam hominem noſſes mi Beate. Iuuenis eſt, ſed rara & pluſquam ſe niſi prudētia, pauciloquus, ſed quod de Menelao praedicat Homerus, *μολα λυγῆς* loquitur, imò cordate, citra oſtentationem doctus non in uno ſtudiorum genere tantum, totus candidus, & amico amicus. Iam firmus eram ac robuſtulus, iam mihi pulchre placebam, ac fore ſperabam ut ualidus epiſcopum inuiſerem Leodiēſem, & alacrem me redderem amicis Brabanticis. Quae conuiuita, quas gratulationes, quas conſabulationes mihi promittebam? Deceuerā, ſi uerniſſet autumnus, Angliam adire, & quod rex iam toties offert, accipere. Sed o fallaces mortalium ſpes, o ſubitas & inopinatas rerum humanarū uices. Et tantiſ felicitatum ſomnijs in extremum exitium praecipitatus ſum. Iam in poſterum diem erat conuicta biga. Comes nolens mihi ante noctem ualedicere, praedicauit ſe ante abitum mane uiſurum me. Ea nocte ſæua quaedam uenti tempeſtas coorta eſt, quae & ante diem proximam praeferebat. Ego niſi ſecius ſurgo poſt noctis medium, annotaturus quaedam comiti. Quumq; iam eſſet hora ſeptima, nec prodiret comes, iubeo illum excitari. Venit, & uſt modetiſſimo pudore praeditus: rogat, num eſſet ſententia diſcedere caelo tam incòmodo, ſe mihi timere. Ibi mi Beate, Iupiter neſcio quis, aut malus genius, non dimidium mentis, ut ait Heſiodus, ſed totam mentem ademittit. Nam dimidium mentis ademerat, quum Coloniae me committerem. Atq; utinam aut ille acrius amicum commouiſſet, aut ego uerecundis, ſed amiſſiſſimis motis obſequentior fuiſſem. Rapit me fati uis. Quid enim aliud dicam? Conſcendo bigam non teſtam, ſtante uento quātus altis montibus ſrangit tremētes ilices. Auſter erat, neque quicquam praeter meras peſtes ſpirabat. Ego mihi ueſtibus probe tectus uidebar, ſed ille uiolentia ſua niſi non penetrabat. Succellit ſub noctem pluuiola, uento ſuo peſtilentior: uenio Aguiſgranum laſſulus ob quaſſationem bigae, quae mihi in uia ſaxis conſtrata tam erat grauis, ut equo quamlibet clau-

u do mar

do maluerim insidere. Hic per canonicum quendam, cui me comes cōmendarat, raptor ē diuersorio ad aedes cantoris. Ibi ex more conuiuī agitant aliquot canonici. Mihi prandium tenuissimum acuerat stomachum: sed apud hos tum nihil erat, præter carpas, easq; frigidas. Expleo me. Quum in multam noctem, nam ferius accubuerant, cœna proferretur fabulis, ego petia uenia cubitum ab eo, quod proxima nocte minimum dormieram. Postridie pertrahor ad aedes Vicepræpositi; nam ad illum redibat peridus. Ibi cum præter anguillam nihil esset piscium, nimirum tempestas fuerat in culpa, cum ipse sit altoqui splendidus conuiuator: expleo me pisce durato uentis, quem à baculo quo contunditur, Germani uocant: nam eo altoqui satis delector: sed cōperi partem huius adhuc crudam fuisse. A prandio, quoniam cœlum erat pestilentissimum, in diuersorium me confero. Iubeo excitari foculum. Cōfabulatur mecum canonicus ille uir humanissimus ferme sesqui horam. Mihi interim obortitur nonnullum stomachi tædium, quod quum perseueraret, dimisso eo, latrinam adeo, desicco aluum. Ac nondum leuato stomacho, digitum in os inijcio semel atq; iterum: prodit piscis ille crudus, neque quicquam præter eum reijcitur. A uomitu decumbens, non tam dormio quàm acquiesco, nullo capitis aut corporis dolore: deinde pacus cum auriga de manticis, rursus inuitor ad cœnam. Excuso, non proficisco. Sciebam stomachum præter tepidas sorbitunculas, nihil admissurum. Nam idem acciderat Basileæ, cum nocte quadam non ferens ob incidentē pituitam stomachi cruciatum, simili modo eum leuasset. Mensis erat: priusquam stomachus cum cibis in gratiam redire potuit. Apparatus tum erat prælautus, sed mihi frustra. Vbi confouisset stomachum sorbituncula, domum me confero: dormiebam enim apud cantorem. Egredior, ibi corpus inane mire ad nocturnum cœlum inhorruit. Nox grauis fuit. Postridie mane rursus hausta ceruisiola tepida cum paucis micis panis, equum conscendo morbidum & claudum, quo fuit incōmodior equitatio. Iam sic affectus eram, ut magis conueniret lectio confoveri, quàm equo insidere. Sed ea regio non parum habet rusticitatis, comoditatis, aut elegantiae minimum, & illic mihi ne ualere quidem satis esset cōmodum, nedum agrotare. Quo magis libebat effugere. Latronū periculum, nam ibi summum erat, aut certe metum extrudit morbi molestia. Iam tum cum essem Basileæ, dum ex more scalpo partes inguini uicinas ad prouocandam aluum, acriori scalpitu sub coxa leua summam cutem perstrinxeram ungui. Idem accidit in inguine dextro, sed hinc neque dolor ullus, neq; exulceratio, id quod erat sub leua coxa bidui equitatione, qua Argentorato Spiram perueni, leuiter exulceratum fuit, sed ita ut non sentiretur, nisi insedissem uehementius. Hoc malum hac posteriore equitatione sic exacerbatum est, quoniam ea parte premebam equū, ut totus ille locus incalcesceret. Præterea quod erat in leuo inguine, modice intumuit, sed glans de qua cum pelle circumageretur, citraq; cruciatum. Ad hæc in sinistro inguine summo subortum erat paulatim augescens tuber quoddam durum, sed absque dolore, & sine exulceratione. Equitabam autem ijs partibus parum à uento defensus. Confectis eo cursu quatuor passuum milibus peruentum est ad Mosæ traiectum. Illic sorbituncula utcumq; confoto stomacho, rursus inscens equis, Tongros adeo. Id oppidum abest tribus milibus passuum. Hæc postrema equitatio, mihi longe grauissima fuit. Incommodus incessus equi mire torquebat renes. Tolerabilis ambulabam pedibus, sed metuebam sudorem, & periculum erat ne nox in agris nos occupasset: itaq; incredibili totius corporis cruciatu, præcipue renum & epatis, Tongros peruenio. Iam ob inedia ac laborem inedia ad ditum, omnes corporis nerui defecerant: adeo ut nec firmus esset status aut incessus. Lingua, nam ea ualebat, dissimulabam morbi magnitudinem. Hic ceruisiaria sorbituncula feto stomacho, cubitum eo. Mane iubeo cōducibigam tectam. Mihi uisum est ob silices equo insidere, donec ad terrenam uiam esset uentum. Cōscendo maiorem equum, quod is cōmodius iret per saxa & pedibus certioribus. Vix conscenderam, contactus cœlo frigidus, sentio oboriri glaucoma, posco palliū. Sed mox syncopis successit. Vel manu contacta poteram excitari. Ibi meus Ioannes cum ceteris astantibus passus in equo sedentem mea sponte expergisci. Experrectus bigam ascendo. Paulo post sentio moueri aluū, descendendo, exonero, & redijt color & alacritas aliqua. Iam eram uicini oppido diui Trudonis. Rursus inscendo equum, ne biga uectus uiderer agrotus. Rursus cœlo uespertino offensus, nauleo, sed citra syncopim. Offero duplum precium bigario, ut me postridie uehat

uehat usq; ad Tenas. Id oppidum abest à Tongris tribus m. p. Accipit conditionem. Hic hospes mihi notus narrat, quàm grauiter tulerit episcopus Leodiensis, quod se in salutaro discessitsem, Basileam petens. Confoto stomacho sorbituncula, eo cubitum. Nox erat grauissima, præsertim ob cruciatum hulceris, quod erat in leua coxa, adeo stimulabat sanguis ibi corruptus & concretus. Hic forte quadrigam nactus, quæ Louanium peteret: ab erat autem sex m. p. in eam me conijcio: incredibili molestia uectus sum, ac penè intolerabili, sed tamen eo die ad horam septimam peruenimus Louanium. Non erat sententia perere meum cubiculum, uel quod suspicarer illic frigere omnia, uel quod nollem committere, ne si pestis rumor ex me fuisset ortus, collegij commodis aliquo pacto officerem, ad Theodoricum typographum diuerto, amicum tam syncerum, ut uel hoc uno beatus sim futurus, si res animo responderet. Ea nocte erupet in scio me maximū hulcus, iamq; dolor cōquieuerat. Postridie accerso chirurgum. Apponit malagmata. Iam tertium hulcus accesserat in tergo, quod minister fecerat Tongris, dum ob renum dolorem ungens me oleo rosaceo, digito calloso durius fricat costam quandam. Id post exulceratum est. Turmebat & glans sub dextera mamilla mobilis, uerum ea citra exulcerationē sua sponte sensim euauit. Abiens chirurgus clam dicit Theodorico & famulo, pestem esse: missurum quidem malagmata se, non uenturum autem ipsum ad me. Mitto lotium ad medicos, negant quicquam esse morbi: rursus alios consulo, idem affirmant. Accerso Hebraum, is optabat tale corpus suum, quale meum esset, teste lotio. Cum non rediret uno atq; altero die chirurgus, rogo Theodoricum quid sit in causa. Excusat ille nescio quid. At ego rem suspicans, quid, inquam, num iudicat esse pestem? Hoc ipsum, inquit, cōstanter affirmat, res esse carbunculos. Risi satis, nec ullam pestis imaginationem demitto in animū. Post dies aliquot uenit chirurgi pater, inspicit, idem iudicat, & in os asseuerat, germanam esse pestem. Nec sic quidem mihi persuaderi potuit. Accerso clam alterum chirurgum magni nominis. Inspicit, is uero, ut erat homo rusticior: non uereret, inquit, tecū cubare: & si mulier esses, rem quoq; tecum habere: idem sentiebat Hebraus. Accerso medicū quendam, cui plurimū tribuunt Louanij. Nam hic bonos esse medicos, admodum est rarum. Rogo nunquid mali portenderet urina, negat. Narro de hulceribus, addens argumenta quibus colligerem non esse pestem. hulcera non erant noua, neq; sponte nata. Glandes ambulabant initio. Quæ in leuo erat inguine, semper. Nulla febris, nullus insignis capitis dolor, nisi ob iactationē, nulla somnolentia, palatum perpetuo sanctissimū: uomitus erat non obortus, sed prouocatus, nec quicq; eiecium præter piscem, eo exoneratus quieuit stomachus: quod deinde cibum respuebat, peculiare est. Nullum signum pestis habebat lotium. Cætera sat fortiter audierat. At simulatq; hulcerū mentio facta est, sensi hominem pertimescere. Do medico coronatū aureum, pollicitus est se post prandium ad me rediturum. Is territis ex oratione, mittit ministrū. Reijcio: & iratus medicis, Christo medico me commendo. Stomachus intra triduum restitutus est, hausto pullo gallinaceo confoto, & cyatho uini Belrensis. Hic protinus ad studij quoq; laborem reuersus, absoluo quod deerat in Nouo testamento. Post septemdecim dies excidit ex hulceribus caro nigra ac emortua, quod chirurgi futurum prædixerant: glans illa quæ erat in inguine sinistro, iam intumuerat, citra dolorem tamen, magno meo metu. Coepit enim animum meum ridicula quædam suscipio, sed utinam falsa: hoc mali accidisse ex cōtactu equi mei. Excussi enim semel atq; iterum muscas insidentes hulceri, manu nuda: deinde forte tractaui ea loca corporis mei, uel dum reddo lotium, uel dum indusium repono. Verum hic constanter me iubet animo securus esse chirurgus. Nunc mollior est tumor & humillior aliquāto, sed tamen locum nondum mutat. Hulcera sunt extra periculum, glans illa in dextro pectore sua sponte euanescit. Apud Theodorici curatus ferè quatuor hebdomadis, in cubiculum meum remigraui. Semel duntaxat ad proximū templum exij sacri gratia, nondū sat firmis uiribus. Si pestis fuit, pestem eam labore, & incōmoditate animiq; robore depulsi. Quando sæpenumero magna morbi pars est, morbi imaginatio. Ab aduentu protinus edixeram, ne quis me adiret, nisi nominatim accitus, ne uel ego cuiquam essem terrori, uel mihi quispiam officio suo molestus: tamen irrupit Dorpius omnium primus, mox Atensis, Marcus Laurinus, & Paschasius Berselius, qui quotidie aderant, mihi bonā morbi partē ademerunt melitissima cōsuetudine sua. Mi Beate, quis crederet hoc corpusculum exile, delicatum, atq;

etiam aetate iam imbecillius, post tot itinera labores, post tot studiorum sudores, tot etiam morbis suffecturum? Sed enim quam grauius paulo ante laborarim Basileae, idque non semel. Nonnulla suspicio tangebatur animum meum, eum annum mihi fore fatalem, adeo malo malum succedebat, semperque grauius. Ego uero tum etiam quum maxime morbus urgeret, sic eram affectus, ut nec uitae desiderio cruciarer, nec mortis metu trepidarem. In uno Christo tota spes erat, a quo nihil aliud precabar, nisi ut daret quod mihi saluberrimum esse iudicaret. Iuuenis olim, ut memini, ad nomen etiam mortis solebam inhorrescere. Hoc certe profecti accessione aetatis, mortem leuiter metuo, neque metior hominis felicitatem longeuitate. Annum excessit quinquagesimum, ad quem cum ex tam multis tam paucis perueniant, iure queri non possum me parum diu uixisse; deinde si quid hoc ad rem pertinet, iam nunc paratum est monumentum, quo posteris tester me uixisse. Et fortassis a rogo, quemadmodum poetae loquuntur, ut consulescit liuor, ita magis elucescet gloria: quamquam non conuenit ut Christianum peccus tangat humana gloria: utinam ea contingat gloria ut Christo probemur. Bene uale Beate charissime. Caetera cognosces ex literis ad Capitonem. Louanij. Anno millesimo quingentesimo decimo octauo.

ERASMVVS ROTERODAMVVS R. D. ANTONIO PVC/
CIO LEGATO APOSTOLICO APVD
ELVETIOS.

ALVTEM P. Reuerendissime, uereor ne iam dudum apud se tua celsitudo Erasmus non solum inhumanitatis, uerum etiam insignitae cuiusdam ingratitude reum agat, qui tam obuiam tuam humanitatem expertus, non saltem literarum officio beneficii agnoscam. Verum si scias quod periculo plures mensuram pituitam excipiens diarrhoea sceleratissima non sine torminibus a lui nos afflixerit: quum interim operi quod erat praemanibus cogere sufficere: fat scio, quae naturae tuae bonitas est, doliturus sis etiam mihi tam iustam esse excusationem. Eo uentum erat, ut de condendo testamento cogitarer. Nunc pestilentia undique gliscens, non hinc abigit, opere nondum absoluto, cuius studio uitam etiam haecenus contempnimus, non modo pecuniam. Adeo mihi studio fuit, ut quod semel Leoni Decimo dedicaram, illo dignum redderem. Nam aeditio prima mihi non per omnia satis fecit: licet & illa ab eruditissimis quibusque doctissimisque probetur: tantum initio oblatrabant pauculi sycophantae, sed inde citi: deinde qui nunquam opus legerant: postremo in absentem duntaxat coram nemo uerbum. Nunc exhibit, ut fallor, sic elaboratum, ut sperem futurum, ut nec Leone, nec posteritate uideatur indignum. Frustra narrem, quando nemo crediturus sit, quantis mihi constiterit sudoribus, utinam parem adferat utilitatem reipublicae. Christianae, nihil enim hic aliud spectamus. Quam ad rem tua quoque sublimitas non mediocre momentum adferre poterit, si non grauius a summo pontifice impetrare Breue aliquod, quo testetur opus hoc sibi gratum esse. Ita sycophantis illis pauculis os obturabitur. Responderunt duo Cardinales, per quos primae aeditionis uolumen obtuleram Leoni pontifici. Andreas Ammonius alteram epistolam huc misit, ea perijt: altera seruaui, quae nunc una cum ipso perijt. Scripsimus hac de re ante paucos dies Card. Grimano, & Paulo Bombasio. Porro ne quis scrupulus habeat animum tuum, studij mei rationem paucis exponam. Collatis multis Graecorum exemplaribus, quod sincerissimum uidebatur sequuti, uertimus Latine, nostraque translationem Graecis adiunximus, quo lectori promptum sit conferre: & ita uertimus, ut primum studuerimus, quoad licuit, integritati sermonis Romani, sed incolumi tamen apostolici sermonis simplicitate: deinde dedimus operam, ut quae prius lectorem torquebant uel amphibologia, uel obscuritate sermonis, uel orationis uitij, aut incommotis, iam explanata sint ac dilucida: parcissime interim recedentes a uerbis, a sensu nusquam: quem tamen non ex nobis ipsis somniamus, sed ex Origene, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo, Hieronymo, Cypriano, Ambrosio, Augustino petimus. Adiunximus annotationes, iam locupletatas, in quibus docemus lectorem, quid quo consilio sequuti simus, semper ueterum autorum nixi sententia. Vulgatam hanc aeditionem non conuellimus, quae tamen cuius sit incertum est: etiam si compertum est, nec Cypriani esse, nec Ambrosij, nec Hilarij, nec Augustini, nec Hieronymi: sed indicamus ubi sit deprauata, submonentes sibi in signiter dormitauit interpres: explicantes si quid inuolutum ac spinosum. Si optandum est ut diu

ut diuinos libros habeamus quam emendatissimos, hic meus labor non solum amolitur mendas sacrorum uoluminum, uerum etiam obstat, ne posthac queant depruari. Si optandum ut recte intelligantur, plusquam sexcentos locos aperimus, antehac nec a magno intellectu Theologis. Fatentur ipsi, negare non possunt. Si optandum ut huic disputatrici Theologiae, quae pene plus satis pollet in scholis, accedat fontium cognitio, huc peculiariter hoc opus conducit. Nullum igitur studij genus laeditur hoc meo labore, sed adiuuantur omnia. Graecorum lectionem licet ubique uerterimus, non tamen ubique probamus: quin nostram alicubi praefertimus, semper indicantes ubi scriptores orthodoxi Latini cum Graecis consentiant, aut dissentiant. Porro lectionis uarietas non solum non officit studio sacrarum scripturarum, uerum etiam conducit, autore diuo Augustino. Neque tamen usquam est tanta uarietas, ut ad orthodoxae fidei periculum pertineat. In summa, aut me plane fallit operis amor, aut allaturum est non mediocre utilitatem sacris studijs, Leoni decimo non minimum decus apud posteros, quum iam quiescet liuor, & sentietur utilitas, quae quidem tum uerborum, tum maturior continget, si summi pastore accesserit approbatio. Nec aliter cupio probari, nisi ut declaret hoc opus ob utilitatem sacrorum studiorum sibi gratum esse. Pro mea inscriptione non aliud posco praemium. Alius munus aliquod expectaret, alius sacerdotium flagitaret: ego qui tantum prodesse studij, satis amplum praemium mihi uidebor assequutus, si contigerit cuius gratia tantum suscepi uigilantia. Amplitudo tua rem duobus uerbis impetrabit, gratum factura tum ipsi Christo, tum studiosis omnibus, tum peculiariter Frobenio uiro tali, ut nullius officinae plus debeant sacrarum studia literarum. Opus absoluetur intra menses tres: si interea missum erit breue, poterit praefigi operi. Magnopere te rogo, sine me hac in re tuam experiri beneficentiam, efficiam uicissim, ut omnes eruditorum centuriae intelligant se debere Puccio, Cardinali Sedunensi omnia fausta precor, cuius & amplitudinem, & merita breui, ut spero, deus optimus maximus respiciet. Bene uale & ignosce, nam haec scripsimus in ipso procinctu, iam ingressuri nauim, Basileae septimo Calendas Septembris. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS IODOCO IONAE
ERPHORDIENSI S. D.

E pro tam erudita tamque proluxa epistola nullas uices referam, doctissime Iona, & inter candidos amicos praecipue, accipe quid mihi uisum sit submonere tuam prudentiam. Cum deo opt. Max. esset in manu singulis quibusque mortalibus largiri omnia, tamen ad concordiam quam unice nobis uoluit esse commendatam, illi magis uisum est idoneum, sic alijs alias dores impartire, ut necesse foret nos inuicem mutuis officijs subleuari: simulque fieret, ut nec sibi quisquam plus satis fideret, cum sciret, quicquid usquam posset, id totum esse benignitatis diuinae: nec alius alium contemneret, cum perpenderet, deum magnam beneficentiam suorum partem homini per hominem largiri uoluisse. Denique nec beneficium in alterum collatum quisquam aut arrogaret sibi, aut exprobraret adiuto, non ignarus, ministrum & organum esse se largitatis alienae, non autorem: & is qui officium sensisset, sic haberet gratiam homini, ut deo uelut auctori, fontique bonorum omnium gratias ageret, non solum pro beneficio quod ab illo per hominem accepisset, uerum etiam pro ipso benefico, qui quod uoluit, quod potuit benefacere proximo, totum muneris erat diuini. Studium igitur omnium commune debet esse, ut alijs alij uicissim beneficiamus, si quid possumus: & ab alijs alij subleuari ne grauemur, si quid egemus. Verum cum uariae sint dotes dei, aliae in alios uelut in eiusdem corporis diuersa membra distributae: in eam partem erit cuique potissimum incumbendum, qua senserit se potissimum usui esse posse. Nec enim sufficit, si membrum sis non profusus otiosum, nisi hac prois corpori qua maxime prodesse queas: praesertim cum quicquid cuique contingit facultatis, in hoc ipsum a deo sortitus sit, ut in communem conferat utilitatem. Nec satis est talentorum modum expendere, quin & talenti cuiusque ratio qualitasque erit expendenda. Ita uidelicet futurum est, ut diues ille dominus, sed tamen huiusmodi lucrorum auarissimus, gaudeat domum suam fidelium seruatorum usuris magis ac magis locupletari. Quae quidem in re quorundam uel prudentiam, uel felicitatem desidero, qui priusquam sibi factis notis sunt, in genus aliquod uitae se conijciunt, ubi nec sibi, nec alijs possint usui esse.

Hæc cogitatio mi charissime Iona, protinus incescit aîo meo, ubi ex oratione, moribusq̄
rui, demum & oris lintamentis habitusq̄, mentis tuæ simulacrū conteci. Quanq̄ arbitror
te tibi non ignotū esse, tamen uisum est admonere, ut quando deus te non agitandis sordi
dis causis destituisse, sed uelut organū quoddam electum finxisse uideatur, ad illustrandam
filij sui Iesu gloriam, ad mortalium animos in huius studium inflammandos, ad hanc om
nium saluberrimam functionem omnia tua studia conferas, idq̄ mature, dum corpus la
borū patiens, dum uiget animus. Bene fortunabit tuos conatus, mihi crede, is qui ad hoc
muneris te tot egregijs dotibus instruxit, qui pectus dedit ueræ pietatis amore flagrans,
qui linguam dedit eruditā, ut dissipet, ut euellas, ut plantes, non deerit ista conanti, præser
tim si non aliō spectes, q̄ ad Christi lucrum. Sit sanè magnificum manu mota, supplicii be
nedicere popello: sit res egregia, ministrare sacramenta ecclesiastica, pulcherrimū certe ue
re q̄ apostolicum atq̄ episcopale munus est, salutari doctrina multitudinē ad mentem mo
resq̄ Christo dignos adducere. Verum in hac omniū ut difficillima, ita pulcherrima fun
ctione quos uidemus hodie uersari passim: Quorum plerisq̄ deest eruditio, nonnullis pe
ctus, sine quo friget omnis eloquētia Christiana, multis naturæ facultas, ueluti linguæ ple
ctum uocale, latera, aut corpus alioqui laborum huiusmodi patiens. Sed age boni consu
lamus cum Paulo nostro, quod isti moluntur, modo Christus annuncietur, si tamen an
nuncietur. Bona pars, non Christum, sed homines, sed se ipsos prædicat. Verum hæc de
plorare nō est huius instituti. Sunt q̄ Scotisticas subtilitates tracent apud imperitā multā
audinē, delectis etiam in hoc argumētis q̄ maxime perplexis, quo magis miraculo sint
auditoribus, si nihil omnī quæ dicuntur, intelligant. Quid autem frigidius? Imō quid in
utilius? Alij præter scholastica dogmata, nihil adferunt in concionem: quorum aliquos
eiusmodi sunt, ut non referat ea nescire: quædā eiusmodi, ut extra scholas tractata frigeāt.
Nec desunt, qui quo curiosis auditoribus faciant satis, undiq̄ cōgerunt, & uelut ex uarijs
rhaplodijs centonem cōcinnant, ex iure ciuili, ex iure pontificio, ex uarijs doctoribus, ne
quid non legisse uideantur. Omnis humanus affectus ponendus ei, qui studeat ueram pie
tatem animis mortalitū inferere. Prudentior autem es, q̄ ut sis mihi monendus, efficacius
esse ad inferendam hominum mentibus Christi philosophiam, si quis admirabilem il
lam & amabilem ueræ pietatis imaginem, quam possit expressissimam ingerat, quam si in
secundis uitiorū formis ac generibus uocem lateraq̄ exerceat. Efficax quædam res ipsa
uirtutis species, quæ puris oculis ostensa, mox rapit in amorē sui. Immensum est quot mo
dis aberretur ab honesto, persequi. Rectius ad propositum exemplar se quisq̄ tacitus ext
gat: nisi quod fuerit huius generis uitium, ut fallat umbra speciei pietatis: ea conueniet
suo loco nominatim etiam prodere, ne quis deceptus erret. Nunc quosdam uideas ex ar
canis illis hominum confessionibus concionari, sic monstra uitiorum depingentes, ut do
ceant, sic insectantes, ut aut inuidere dicas, aut delectari. Quis autem fructus sit, si quis enu
meret, quot modis peccetur libidine? Si quis uociferetur, adulteris plena esse omnia: Ma
gis retulerit, uenerabilem illam castitatis imaginē pectoris oculis subjicere: quam ubi con
spexisset Augustinus, ilico cœpit execrari formas omnes inhonestæ libidinis. Itidem in
cæteris, quisquis ardere cœperit pulcherrimam Christianæ pietatis Ideam, simul odisse
incipit, quicquid ab hac uiderit discrepare. Nec mihi probatur isti, qui quo sibi sanctimo
niæ famam uenentur apud plebeculam, seditiose uociferantur in episcoporum aut prin
cipum uitia: qui clamoribus huiusmodi magis etiam iritantur, cum admonitione tempe
stua, modesta, ciuiliq̄ sæpenuero corrigantur. Est & pietati sua libertas, sed nunquam
non cōdita melle charitatis. Quoad licet parcendum est ijs, qui summa publicaq̄ fungun
tur autoritate. Si res poscet sæuitiam, magis sæuendum in eos qui, pontificum, episcopo
rum, aut principum titulis ad suas cupiditates abutuntur, quam in ipsos proceres. Nec
temere sæuendum in ordines hominum, aduersus illos magis clamandum, qui suis ui
tius ordines alioqui præclaros dehonestant. Utilius enim fuerit ostendere quantum ab
sint à uera religione, qui Bene dicti, Francisci, aut Augustini institutum profitentes, uen
tri, gula, libidini, ambitioni, auaritiæ uiuunt, quam ipsum uitæ genus incescere. Inutilius
sit damnare publicas scholas, quam indicare, quid ab his reserari conueniat, aut quid
expediât addi. Ita est humanum ingenium, citius ducitur ciuilitate, quam austeritate per
trahitur. Non parum autem ponderis addet orationi tuæ, si quæ doces, potissimum ex
arcanis

arcanis uoluminibus haurias, si uita doctrinæ responderit, si docendi officium nulla glo
riæ, nulla quæstus suspitione uitietur. Vim atq̄ in ep̄ydy addet, si quæcumq̄ doces, ama
ris ex animo, si ad dicendum, non à compositōne, aut prophano colloquio, sed ab altissi
ma precatione, te contuleris, ut ad inflammandos aliorum animos, ipse ardens accedas.
Sed nã ego hæc nimis multa ad te, à quo magis eram ipse docendus. Bene uale mi Iona.
Antuerpiæ Calend. Iunijs. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GVILIELMO NESENO S. D.

X amicorum literis intelligo, isthic Augustinum Nebiensem episcopum
strenue uociferari in Erasmus, etiam si nondum adducor ut credam. Quod
si uerū est, longe dissimili negotio sumus utriq̄ occupati, ego dum hic illius
candorem laudo, ille isthic me traducit. Competissimum habeo, barbaros
undique inter se conspirasse, nihil intentatum relinquere, quo bonas literas
opprimant. Tu caue, ne quid ad nos scribas periculo se: nam literæ frequenter interceptiun
tur, præsertim quæ isthic ueniunt. Si quidem hæ tuæ postremæ redierunt à Zelandia. Er
ex alijs audio, nescio quid mihi succensere Budæum, neque tamen ullam uideo causam,
cur succenseat. Non dubito quin isthic (ut par est) fiat plurimū. At uix crediderim esse, qui
de Budæo candidius sentiat, aut honorificentius loquatur, quam Erasmus, etiam si ma
ior est ille, quam ut nostro egeat præconio. Prouocat ad conficiationem literariam, &
mihi uisus est liberis locis impendio delectari: at proximis literis offensus, respondet epi
stola satis Francica, ne quid aliud dicam: imò nō respondit, *πῶς ἐκείνῳ ἐστὶν ἐπιτελέσει;* Proinde in
hoc argumento disertū esse noluimus, etiam si mihi persuaderi nondum potest, illum fra
sci serio. Sic illi uisum est nostræ lenitatis facere periculum, aut suo certe animo morē gere
re: nam qui ob leues causas amicus esse desierit, is (mihi crede) nūquam ex animo fuit ami
cus. Bene uale Nesene charissime. Mechliniæ XII. Cal. Aprilis. Anno M. D. XXI X.

ERASMVVS ROT. IOANNI DRACONI S. D.

AVDVM mearū encomium decantaturus, & stili uentiam postulas, & adu
lationis suspitionem deprecaris. Mihi uero perplacuit dictionis fluxus &
perpicuus & facilis: præsertim in iuene: quæ res facit, ut mihi de te raram
quandam eloquentiā pollicear. Porro nihil esse causæ uideo, cur mihi quis
quam uel inuideat, uel aduletur. Quod enim futurum sit adulationis præmi
um, quanquam autem istiusmodi laudes, quas mihi quorundam uel studium, uel candor
tribuit, non leui me onerant inuidia: tamen amorem unde proficiscuntur, non possum
omnino reijcere. Atq̄ utinam aliqua ex parte uera essent, quæ tu cōmoda naras ex meis
scriptis orbī Christiano contigisse. Nam quis ego sum, ut magnam aliquam utilitatem
orbī præstare queam? etiam si conatus sum meum quantulumcumq̄ talentum in domini
mei lucrum impendere. Si successus defuit, uolūtas bona non defuit. Quidā nimis odio
se reclamant, alij rursum immodice probant. Illorum uirulentas obreclationes non me
reor, horum laudes non agnosco. Ego interim me meo metiens pede, neq̄ cresco laudibus
plausuq̄ fauentium, nec omnino desjicio peruersitate obreclantium, consolans interim
me ipsum recti conscientia, ac uigiliarum mearū præmium à Christo expectans, si parum
grati sunt homines. Quanquam uideo meos conatus optimo cuiq̄ probari *ἀλλὰ πλείους
οὐκ ἔπειθον.* Quod Erfordienſis Academia publico nomine mihi studium illius, ac fauorem
& in præsentia testaris, & in posterum offers, uehementer fuit gratum à tam inclyta scho
la probari: neq̄ enim sic amarent, nisi probarent. Utinam Eobanum tam non pœniteat
suæ ad nos profectiois, quam ego gaudeo mihi contigisse uiri tam eruditi, tam facundi,
tam probi, tamq̄ bene morati notitiam: etiā si ipse hominem parum humaniter accepi, ui
delicet id temporis occupatissimus, quanquam nunquam non sum occupatus. Bene ua
le Draco charissime. Louanij XIII. Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS EVRICIO CORDO
LYDIMAGISTRO S. D.

V TINAM tam facile liceat omnibus mutuis literis, ut amore mutuo respon
dere, non cōmitterem ut quoquam in officio uiderer inferior: nunc quando
unus à tam multis laceſſor, cogor in altero cedere, præsertim cū præter uicissit

rudines literarum, quæ mihi non minimam temporis adimunt portionem, & tot alioqui studiorum laboribus degraui, ne quid imputem interim, quod operæ refellendis obrectatorum calumnijs datur. An aliquos (ut scribis) Christo lucrifecerim, nescio, quâquam à multis hoc nomine mihi aguntur gratiæ, certe conatus sum, atq; utinã me ipsum Christo lucrifecissem. Etiam atq; etiam nostræ gratulor Germaniæ, quam uideo indies magis ac magis melioribus literis mansuescere, ac syluestre ingenium exuere. Quod Erfordij ludum literarium aperis, ut felix faustumq; sit precor. A cadem tam multis nominibus celebrum, reddes industria tua celebratorem; sed quo alacrius uerferis in isto munere, fac meritis secundum principes & episcopos, neminem magnificentius posse mereri de Re pub. quàm ludum literarum magistrum, si rudibus adhuc, & in quemuis habitum sequacibus animis mentem insillet Christo dignam, easq; literas, quæ semper optimo cuiq; placuerunt. Quod si me audies, plus operæ sumes in propagandis optimis disciplinis, quàm in refellendis hactenus hostibus. Ad claram lucem uel supra se sponte euanescent tenebrarum portenta. Eobanum autem nostri Nasonem, sed castum ac piûm, meis uerbis salutabis diligenter. Bene uale cordatissime Corde. Louanij decimoquinto Cal. Maias. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. THEOLOGO CVIDAM S. D.

RÆCEPTOR eruditissime, uideo uirus hoc obrectationis indies latius serpere, et letaliter reddi, tam manifesta mendacia licentissime de me prædicauit. N. quidã licentiatus, ut uocant, primũ Louanij, deinde Mechliniæ, mox Antuerpiæ, nec uideo remediũ, nisi tua prudentia atq; autoritas sine imponat huic malo. De modo uiaq; conuenerat tecũ, et cũ Dorpio. Me mea conscientia nõ remordet, quod scriptis meis nunquã offecerim Christianæ pietati. Dissidij causa nõ lim esse, cauebo pro uirili, ne sim occasio. Latomus inuitarat, ut rationem rationi opponerem; id fecimus summa lenitate, ut ni morosissimus sit, offendi non debeat. Sed præstat omnia corã, si dignaberis horã præscribere. Christũ mihi iratũ imprecor si quid affecto, quod Christo displicere scia. Nullũ conuiciũ non ferã, etiã falsissimũ, modo ne falso trahar hæreticus, quod à nõnullis fieri præfens docebo. Bene uale. Anno M. D. XV.

ERASMVVS ROT. IACOBO SVO HOR/ NENSI S. D.

ANE quàm lubes amplector tuum in nos animum, uel ob hoc ipsum quod ultro nos ad amandum prouocas, etiã si non parum apud me ualere, uel patriã cõmunis, uel literarum similitum idem amor. Nam quod existimas me tibi Dauentriæ conspectum, uel hoc argumento facile deprehendes, te uana ludi mentis imaginatione, quod cum ego Dauentriã discederem, nondum fluuius, qui urbem præterfluit, ponte iunctus erat. Nec Dauentriã discedens, adij Britanniam: nam ante decem & nouem annos demum uidi Britanniam. Dauentriam reliqui, quatuordecim natus annos, nunc ago annum quinquagesimum tertium. Quæstionem abs te disputatam, nullus adhuc exhibuit. Bene uale mi Iacobe. Louanij, decimoquinto Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

GVLIELMO CARDINALI DE CROY ARCHIEPISCOPO TOLETANO &c. ERASMVVS ROT. S. D.

EVERENDISSIME domine, idemq; princeps clarissime, schedula tua Laconica quidem breuitate, sed sensu arguto, mihi speciem acris uegetiq; ingenij præbuit: nam hic, opinor, permittes Erasmo, leonem ex unguiculo est mare. Felices literæ, si tales habituræ sunt fautores, feliciores si non fauentes modo uerum etiam cultores habebunt. Probe uero diuinas libellum hunc reliquorum similem futurum, prorsus illis simillimus est, hoc est, ineptissimus. Mihi uero nec libuit in huiusmodi nugis seriam operam ponere, & uisum est conuenire, ut dignum haberet patella operculum. Si tua celsitudo dignabitur Erasmus numero clientulorum suorum ascribere, dabimus operam, ne prorsus ignauum aut ingratum allegisse uideatur, quam Christus Opt. Max. instaurandæ ueræ pietati, bonisq; literis euehendis diu tue atur incolumem. Louanij duodecimo Calend. Maias, Anno millesimo quingentesimo decimonono.

Ioan

IOANNI THVRZONI EPISCOPO VRATISLAVIENSI, ERASMVVS ROT. S. D.

LITERAS tuas ornatissime præsul, non minus bonæ mentis, quàm doctri- næ, quàm eloquentiæ, quàm humanitatis præ se ferentes, plane dignas iudicabam, quæ in tui nominis gloriam æderentur, ni meam gloriam immodice prædicarent. Nec ita multum abfuit, quàm me nitore suo à rescribendo deteruerint, sed malui famæ detrimentum accipere, quàm parum humanus uideri. Essem autem inhumanissimus, si à tanto præfule, talibus literis prouocatus, prorsus obticuissem. Tantum autem abest, ut pudeat me uinci à minoribus, ut uehementer & gaudeam, & gloriari, seculũ nostrũ præcæ barbariei ueteris exuere, & in optimis literis feliciter reslorescere. Neq; hic ullã laudis partem mihi uindico, nisi si quos nostræ lucubrations expergescerunt ad meliora studia, ne me putes agnoscere laudes, quas mihi candide magis q̄ uere tribuis. Porro nouũ non est, apud Hungaros esse præclarã ingenia, quando Ianus ille Pannonius tantũ laudis meruit in carmine, ut Italia ultro herbã illi porrigat. Iacobi Pisonis, cuius memoriã mihi refricas, tam iucunda est recordatio, quàm blim Romæ iucunda fuit consuetudo: quid enim illo doctius, aut quid festiuus? Ego hunc præceptorem magis gratulor serenissimo regi uestro, q̄ regnum ipsum. Fuerunt & hic, quib; me FERDINANDO principi præceptorem dare uellent. Er est adolescens prorsus indole diuina, docilitate incredibilĩ, probitati uirtutiq; natus, adhuc amabili quadã morum grauitate, sed erat cur me nollem aulæ cõmittere. Is tamen (ut ipse mihi retulit) libellũ de Principis institutione semper habet in manibus. Velj eam legens, quod proxime mihi reditum est, Lucani tubã audire uideor: dignus ille qui magnos reges decantet, nõ Erasmus. Nunquam autor tibi fuero, ut quemadmodũ scribis, octo dierũ itinere, ad homuncionis huius spectaculũ accurras: nam sat scio, & te pœniteret itineris, & ego nonnullã existimationis meæ iacturã apud te facerem. Si quid Erasmi uisendum, id in libellis nostris conspiciatus es. Caterũ nec ego sum Liuius, nec tu Gaditanus quispiã barbarus. Quod autem insuper munus adornas? An non hæc tua epistola, qua mihi pectus istud tuũ dicas, amplissimũ est munus? Mihi certe nullũ tui pignus exhiberi potuit charius, maxime quod nõ grauata sit tua celsitudo tam prolixam epistolã proprijs digitis describere. Bene uale. Louanij: duodecimo Calend. Maias, Anno M. D. XIX.

GEORGIO SPALATINO ILLUSTRISSIMI SAXONIÆ DVCIS A SACRIS ERASMVVS ROT. S. D.

MHI uero nihil hactenus abs te redditũ est literarũ, neq; tuo, neq; illustrissimũ ducis nomine, eoq; nonnulla ni delictũ fuisset. Vides quanto iocorũ inter uallo dirimamur, & non secus atq; in bello, literis interceptendis aduigilant hostes meliorum studiorum: quo magis cauendũ, ne cuius cõmittantur epistola. Gratissimũ mihi fuit nomisma, optimi ducis imaginem mihi referens, cuius similitam. Huius epistolam uidere desiderabat reuerendissimus episcopus ac princeps Leodiensis, eam unã cum nomismate ad illum misi, nec postea licuit hominem conuenire. Quicquid fauoris, quicquid benignitatis, quicquid præsidij illustrissimus dux impendit euehendis optimis studijs, id in me peculiariter collatũ arbitror. Nihil in Iona conspexit, quod non unice me delectarit. Ita me deus bene amet, uideo delectum organum ad Christi gloriam illustrandam inter crassissimas horum temporum tenebras. Schalbi collegæ dotes magis ex illius literis, quàm ex oratione licuit cognoscere. Ego posthac Georgium Spalatino non solũ inter præcipuos amicos, uerũ etiam inter patronos meos obseruandos scripturus sum, non perinde in chartis, atq; in ipso pectore. Bene uale Georgi charissime. Louanij quarto Calend. Iunias Anno M. D. XIX.

FRIDERICO SAXONIÆ DUCI ERASMVVS ROTERODAMVS S. D.

ILLUSTRISSIME princeps, pro studio, quo tuæ celsitudini Caesarum uitas à me recognitas dedicaui, tam nunc abunde magnam gratiam reflatam existimo, postea quàm amantissimis literis sibi non ingratum fuisse testatur. Nam cum id operis destinarem, nondum mihi perinde prædicatum erat atq;

atq; nunc est: quanta animi propensione faueres bonis literis, adhuc cum ueteris incitiæ patronis digladiantibus, sed ita, ut hostes nihil aliud assequantur reluctando, quam quod & nostram illustrent uictoriam, & suam denobilitent stultitiam. Quicquid autem fauoris, quicquid benignitatis, quicquid subsidij tua nobilitas instaurandis honestis studijs, & euehendis tuendisq; studiorum assertoribus impendit, id totum in me collatum esse duco. Neq; uero te poeniteat istius animi, nō erunt ingratae literæ, quin magis trilingui fauoribus uindicem suū immortalis gloriæ consecrabunt. Erit olim FRIDERICVS ad ius studijs, quam stemmatum luce nobilior. Ego posthac non uerebos & alios ingenij mei foetus tibi dicare, quando feliciter celsit hæc mihi audacia. Celsitudinem tuam patrie studijs ac pierati quàm dūtissime incolumem tueatur Christus Opt. Max. Louanij tertio Calend. Iunias. Anno M. D. XIX.

PHILIPPVS MELANCHTHON D. ERASMO ROT.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GASPARI
SCHALBO SVO S. D.

IN SECRETO te doctissime Schalbe, utrum isthuc est rogare, an cogere: uides mihi uix ocium esse ad tuendam ualeitudinem, uides tot studiorum laboribus obrutum, & tamen efflagitas epistolam: A deo uiolenta res est & impotens, amor, præsertim Germanicus, cui si coner reluctari, nihil agam. Itaque respondeo tuis literis, sed ita ut uerear, ne dicas tibi nihil esse responsum.

Quod si breuitatem hanc apud te non excusat misericordia nostri, saltem excusabit publicorum studiorum ratio, quorum iactura distrahor in hæc officia: quæ singulis, quibus præstantur, exigui momenti uidentur, mihi tamen in quem unum agminatim glomerantur, ingentem sarcinam addunt. Quando tu Ionæ non cedis in amando, par arbitror, ut te non minus quàm illum redamem. Deplorarem tam longinquam profectioem tuam,

x 3 totq;

totq; periculis obnoxiam nostra causa susceptam, ni tu tibi tantoperè gratulareris etiam. Id si iudicio facis, non inuideo fructum: sin imaginatione, remedij pars est, non sentire malum. Illud autem quam Germanice: Negas te sustibus depelli posse, ni detur quod in patriam reuerso presentem Erasmus referat. Os impudens, non tibi fat est, oculos, aures & animum explese nostri copia, mellitissima uti scribis, ni me totum tecum auferas: & auferas in tam procul disitam regionem? Quantulum autem Erasmi tecum auferes, si huius corpusculi imaginem pictam aut expressam ad tuos retuleris? Optimam Erasmi partem in libris uidere licet, quoties libet, si quid tamen omnino nostri est, quod sit uisendum. Bene uale Gaspar charissime. Louanij, tertio Calendas Iunias. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS PETRO ANGLEBERMIO
MEDICO S. D.

MORIAR, si ullum deorū neclar suauis esse credam optime Petre, quam uillum hoc tuum, plurimū quidem aromatis efficacibus, & Apollinea arte qua tu non minus q̄ humanitate mortaleis omneis albis, ut aiunt, equis precurris, uerū multo multoq; amplius de pectore isto candidissimo, & gratatū pleno conditum sapidumq; cuius ego nitueā simplicitatem, humanitatemq; prope incredibilem tam pridem ex Augustini tui sermone cognitam atq; adamatam, nūc etiam re prius quam oratione experior, donatus uidelicet abs te munusculo tam bello, tam lauto, tam denique apto. Recte enim & hoc Seneca monet, permagni referre, quis cui quid muneris mittas. Porro quum Bacchum ut eloquentiæ ministrum passim celebrant poetarū litera, & aromata spiritus uitales, uiresq; pectoris reficiat in saurētq;: quid obsecro poterat hoc mittere aptius, homo medicus homini pettico, tū in literis assiduo, quam uinū quod à uulgo quidē Hippocraticū, à doctis tum trimma tum aromatis dicitur, nisi tu uel murianum, uel aromaticum mauiis: cui xenio utinam *αρωματισμῶν* aliquod rependere tam facile possimus, quam *ἰμπεριε* cupimus, neq; uoluntatem flagrantissimam destitueret facultas. Verum ne profus *ἀδωρο* uideamur, neue quam duplicatam oportebat reddisse gratiam, nulla reponatur, poetarum more, qui chartarum tantum ut diuites sunt, ita sunt & liberales, literariam gratiam referimus, pro munere epistolam reddentes, quanquam non perinde conditam, nec arte pari concinnatam, uidelicet ut ad Homericū Diomedis exemplum, *χρῶσα χαλκείων ἐκατημβοι ἰννεαβοίων* permutemus. Eam compensationem si tu non recipis, quippe uehementer iniquam, uide ecquid hoc etiam auclarium placeat. Hunc homuntionem quantulus quantulus est, tibi addico, quē si non poenitebit tuis in bonis scribere, uehementer erraris, si quicquam credas tuis in rebus unquam fuisse tam tuum, quōue sic pro tuo arbitratu uel uti possis uel abuti. Interea ansam hāc ad tescrīdī, id quod diu fuerat in uotis, per te mihi oblatam esse gaudeo. Lutetiam reuersus: nam in crastinum paramus iter: filij tui studia, quibuscunq; potero rationibus lubens adiuuero. Bene uale. Aureliae. Anno M. D.

IOANNI EPISCOPO ROFFENSI ERASMVVS
ROTERODAMVVS S. D.

NIL mihi iam diu gratius accidit tuis literis, iterū atq; iterum exosculatus sum manum istam mihi notam ac familiarem. Auxit uoluptatem quod non solum scripseris, uerum etiā proluxe scripseris, nam amanter nunquā non soles. De diutino silentio me immerentem accusas: ego sanē quamlibet occupatus, subinde tamen interpellauī te meis literis. Verum ut uideo nō omnia redduntur, quae dantur reddenda. Libellū quo aduersus Fabrum unicā defendis Magdalenā, degustauī duntaxat. Verū eorū qui legerūt, nemo nō fatetur te tota causa superiorē. Tantū dolet quibusdam Fabrum senē atq; integrū utrū, tum de studijs benemeritū, durius ut ipsis uideretur, alicubi perstringi: qua re nihil potest esse gratius ijs qui nolūt pristinis studijs quibus assueuerunt quicquā accedere. Quo quidem nomine male audit Faber quōque. Sed fieri uix potest, quin in argumentis huiusmodi quae conflictationem habent, uel imprudētibus nobis calamus nonnunq; efferuescat. Mihi certe nonnunquā usū uenit, ut quū mihi uidear meras blanditijs scripsisse, non desint tamen quibus uidear dentatulus. Vtunque hoc habet, Fabro talem aduersarium inuideo: à quo ut maxime prosternatur, tamen habet quo se cōsoletur, Aeneae magni dextra cadis. Mihi cum qua scabie consiliandum

standum est. Cum cuiusmodi sycophantis res est: qui quum alias non possint nobilitari benemerendo, conspurcanda fama aliena uenantur gloriosam. Stephanus Poncherius episcopus Parisiensis, qui tuum calamum ad hoc opus extimulauit, iam archiepiscopus est Senonensis, quae res utinam illi tam certam felicitatem adferat, quam Romano pontifici certum lucrum est allatura. Is nunc mittitur legatus in Hispaniam, homo senex, cuius incolumitati male metuo: ita me deus bene amet. Dignus erat qui quam ditissime rei publicae seruarietur, cōsilijs suis regi regnoq; profuturus. Is de quo mihi scribis nunquam non erit sui similis, imò nunc maxime seruet in negotio sycophantico, cui mihi natus uideatur, & tamen sibi uideatur sanctulus. Ego si mihi conscius essem uel minima portunculae rot sycophantiarum, nō auderem ad Christi mensam accedere. Prodit dialogus quidam Iacobi Latomi, Theologi Louaniensis, quo linguas non in totum damnat: sed ita tractat ut illis quam minimum tribui uelit. Tum Methodi meae praecipis opponit diuersa praecipia, sed interim à nomine meo temperans. Etiam si sic grauiore nos premit inuidia, dum quae in hunc aut illum, dū quae in Lutherū stringit, lector ignarus in me stringi suspicatur. Hanc immodestam modestiam nostri Theologi cōmentisunt. Mihi certe liber multis nominibus placuit, atq; utinā scriberent usq; ad satietatem, desisterentq; *συκοφαντεῖν*: nunc strophis quibusdam ita per multos traducor, ut nō sit in quem certo possim ferrum stringere. Deceueram omnino non respondere libello, sed uicit amicorum sententia: quamquam ita respondi, ut uidear non respondisse. Dixeram in Methodo mea, bonam Theologiae partem esse pietatem mentis & afflatum. Id oppugnans Latomus, multis uerbis demonstrat, non idem esse Theologum & pium uirum esse. At uereor ne posthac, si pergās sint qui dicant, nō idem esse Theologum esse & sapere. Video plane pestem esse fatalem, & propemodum Astrologis fidem habeo, qui ut corporū morbos, quibus passim nunc laboratur, ad syderum effectus referūt: ita putant ab ijsdem & mentium pestes quasdam existere. Sed o dementiam, dum huiusmodi calumnijs & nostrum negotium, & alienum ocium perdimus, uidemur nobis ipsi sancti, uidemur Theologi, uidemur Christiani. Sed ubi interim tranquillitas Christiana? ubi simplicitas? Vbi iustus ille felicissimus in campo scripturarum: Quid autem dignum imprecer istis *κακογλώσσοις*, qui te submonuerunt, Erasmus tibi non fauere. Ego uero te non inter eos numero, quibus fauere debeam, uerum quos modis omnibus suspicere, ac uenerari, atque in his praecipue te, quem semper unicum praepceptorem ac patronum constantissimum habui. Nam quod rariū tui mentio sit in literis meis, nihil aliud in causa fuit, quam reuerentia tuae celsitudinis: quando tot modis mihi maximus occurris, hinc episcopali dignitate, hinc eruditione quādam admirabili, super omnia uero uitae sanctimonia, qua cum paucis nostrō seculo, ueteres illos episcopos refers. In alijs plus audeo. Tu mihi semper uisus es non nisi religiose nōminandus, praesertim in libris aeditis: & tamen ausus sum meminisse tui, cum alijs alijs quot locis, tum in Enchiridij postrema aeditione, in qua adiectū est Basilij fragmentum olim à me uersum. Sed interim opus aliquod circumspecto, sed quod uicturum augurari possim, quodq; tua magnitudine grauitateq; nō indignum uideatur, id tuo nomini proprie dicabitur, hoc est, per te orbi commendabitur. Quod isthic agitur de reformando, ut loquuntur, clero, uereor ne plus satis imitentur isti medicorum exemplum, qui primum inanunt corpus, quod sanandum susceperint. Utinam Christus tandem experrectus, liberet populum suum tam multiplici tyrannide, quae ni prospectum fuerit, eō uideatur euasura, ut tolerabilis sit futurum, uel Turcarum pati tyrannidem. Sed ut ad librū tuum redeam: optabam nitidius excusum fuisse. Ea in re si quid possum praestare, non graua bor. Optarim & istam operam in aliud argumentum insumptā fuisse: quamuis hoc quoque tum pium sit, tum elegans. Verum commentarioli, quibus Euangeliorum seriem ac sensum connectis, quorum gustus olim mihi perplacuit, meo iudicio, plus dignitatis attulissent tuo nomini. Quum has essem obsignaturus, is de quo paulo ante meminī, mutatus, ut consicco, literis tuis incantatricibus, legatum ad me mittit Antuerpiam, qui de amicitia inter nos sarcienda mecum ageret. Respondi, si sarciret ille fama mea iacturam, me facile rediturum ad pristinam necessitudinem. Ego ut animo Christiano, ne laesus quidem uelim laedere quenquam, ita non sum tam leuis, ut subito fidam illi, cuius tale sim expertus ingenitū. Imò nunquā fuit amicus, qui sic amicus esse desijt. De Lutero scribam

scribam alias copiosius. Bene ualeat tua pietas, cui quam commendatissimus esse cupio. Antuerpiæ. Postridie Calendas Apriles. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS COLETO
SVO S. D.

E REDDITA quiete dici non potest, quam tibi gratuler. Suffraganeum demiror quid sibi uelit: quum has exactiões sciret indictas, iam tum, quum pensionis onus reciperet. Atque id temporis de communicando onere de cimarum, ne uerbum quidem. Sentio te sub stomachari, quod iterum te in salutato Londinum reliquerim, & impatientiam taxas meam. Equidem non inficias eo morbum meum, uerum nihil tum fuit eiusmodi, cuiusmodi suspicaris. Primum nihil erat quod tecum agerem, & palam admonuit me tuus Gulielmus, te literis scribendis occupatissimum esse, ne quid obturbarem, quanquam ego nec in hoc ueneram, sed ut literas ad me missas à tuo Gulielmo reciperem. Et adeo me properabam isthinc subducere, propter metum pestis, ut ne cubiculum quidem meum fuerim ingressus. Item quum redirem, auerturus libros, solus omnes libros, resq; composui: quo peracto, sero autem perfeceram, isthinc abduxi me: nec in cubiculo meo cubui: negocium de transfereendis sarcinis Iodoco commisi. Hoc animo non salutauit te. Literas tuas, septimo Octobris die scriptas, pridie calendas Nouemb. accepi: & ego isdem de rebus iterum ad te scripseram. Si Matthæus non est apud te, apud Roffensem est, id quod magis etiam coniectabam. Sed quia separatim dederam non adiunxit reliquis: quod si perijt, mihi ipsi imputabo, & repetiti laboris tedio, facilitatis poenā à me exigam. Nos hinc passim fugientibus omnibus, & ipsi rus concesseramus, sed uini inopia fortasse nos Cantabrigiam rediget. Gratularus sum proximis literis, & iterum gratulor, quod ad sanctissimos illos ac saluberrimos concionandi labores redieris. Arbitror enim cessatunculam illam, in bonum etiam uersum iri, dum auidius audient, cuius uocē aliquandiu desiderarunt. Incolumem te tueatur Opt. Max. Iesus. Cantab. Calend. Nouemb. Anno M. D. VII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GVILIELMO
MONTIOIO S. D.

QUIDNAM sibi uult illa tuæ salutationis *ἀναστήτωσιν*; ò salue mi præceptor, salue mi præceptor: Vtrum doloris erat, quod à charissima coniuge diuelleris, an gaudij, quod ad æque dilectas literas sis rediturus? Mihi quidem, quanquam hic omnia durissima uidentur, stat tamen sententiā, omne tædium amore tui deuorare, omnem exorbere molestiam: ne quum tu in amando constantissimum te præstiteris, ego uicissim in obsequendo parum constans fuisse uidear. Fac eum ad nos animum adferas, ne uel tu sine causa consuetudinem uxoris neglexisse, uel ego frustra tantum tædiorum pertulisse credar. Bene uale. Oxoniæ. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS THOMÆ MORO SVO S. D.

VIX ullis literis consequi queam, quibus diris huius tabellarij caput deuouerim, cuius uel indiligentia, uel perfidia factū arbitror, ut expectatissimis Mori mei literis fuerim frustratus. Nam in officio cessasse te, suspicari nec debeo, nec libet. Tamen si superioribus literis uehementiuscule tecum expostulaui mus. Neque ueremur, ne quid nostra libertas te commouerit, qui non ignores Lacedæmonium illum ad cutem usque pugnandi morem. Illud extra locum oramus, mellitissime Thoma, ut agritudinem, quam ex nimium diuturno tui tuorumq; scriptorum desiderio cepimus, usura aliqua sarcias. Expectamus omnino non epistolam, sed ingentem literarum sarcinam, quæ uel Aegyptium *ἔχθησθαι* degraue. Si qui sint isthic bonarum literarum cultores, tuum erit officium eos ut ad nos scribant extimulare, quo uide licet amicorum orbem omnibus numeris absoluamus. Non ausim illos lacessere prior. Nam tibi nihil referre putamus, quomodo scribamus homini facillimo: ad hæc mei, ut mihi persuasi, amatissimo. Vale iucundissime More, Oxoniæ. An. M. CCCC. XCIX. Natali Simonis & Iudæ.

ANGLORVM REGI HENRICO EIVS NOMINIS OCTAVO
ERASMVVS ROTEROD. S. D.

QUÆMADMODVM inferior hic mundus serenissime rex, pendet à corporibus cœlestibus, atq; his præcipue quæ primas tenet inter sydera: ita rerum publicarum ac populi status pendet à principibus præsertim summis, ac late dominantibus monarchis, ad quorum ingenia, consilia, mores, affectus, foedera, dissidia subinde uulgus immutatur: haud aliter q̄ ad lunę cursum mare reciprocis aestibus nunc affluit, nunc defluit, aut ad solis motū terra nunc uernat floribus, nunc aestu sinditur, nunc scetibus oneratur, nunc gelu riget. Porro quemadmodū populi uoluntas ac studia pendent à nutu regio, ita iuxta sapientis Hebræi apophthegma, cor regis in manu dei est, qui quoties iritatus est sceleribus mortalium, nonnunquā iuxta dictū Eliaic, dat pueros principes, ac iuxta diui Iob sententiā, sinit hypocritā regni moderari habenas. Hypocritā autē uocat, qui nomine rex, re tyrannū ac prædonem agit. Rursum si quando uisum est animum placatum ac propiciū testificari populis, tum principibus mentem immittit regno dignam. Atq; hoc sane argumento colligi posse uideo, post tot malorum procellas tandem æternum numen nobis esse reconciliatum, quod tales animos immittat horum temporum excellentissimis regibus, ut nihil antiquius habeant quàm ea, quæ pacis sunt ac pietatis, quæq; ad reipublicæ cōmodum faciunt. Quanquam tuæ quidem maiestati semper hic animus adfuit, tamen hæcenus obstitere fatorum procellæ, nunc adiuuantibus & temporum opportunitatibus, non destinas quod optimum est, sed præstas quod iam olim destinarat animus uere regius. In hanc uero laudem, quanquam à multis egregijs principibus decertatur, hinc à Leone Romano pontifice, hinc à Francisco rege Gallorum, hinc à Carolo rege catholico, hinc à N. serenissimo rege Scotorum: tua tamen maiestas, mea sententiā, uel hoc nomine præcipuam huius gloriæ partem meretur, cuius potissimum auspicijs, hortatu, prudentiaq; negocium hoc & susceptum est & temperatur. Quum enim Romanus pontifex, pacis alioqui cupidissimus, de quinquennibus regū aliquot inducijs duntaxat ageret, tua celsitudo pacem, ut spes est, æternam inter tam multos principes totius orbis potentissimos arctissimis foederibus conciliauit. O peccus uere regium, o mentem excellam, & Christiano monarca cum primis dignam. Quum nemo regum magis omnibus præsidijs instructus sit ad bellum, tamen omne studium omnesq; uires confers ad pacem orbis faciendam: prudenter perspicuens nihil esse perniciosius, q̄ Christianos populos mutuis atrocitijs ac bellis inter se committi, nec ulla re gentem Christianicam aequè formidabilem reddi nostræ religionis hostibus, atque principum ac populorum concordia. Istam uero mentem tibi nequaquam pro tempore sumptam esse, sed prorsus insitam natura, uel illud fat argumenti est, quod in bello Gallico, quod ut inuitus, ita pro pietate Christiana susceperas, adeo ciuilitate adeoq; clementer te gesseris, ut satis liqueret, tibi pacem magis esse cordi, nisi te totius orbis ecclesiæq; Christianæ periculum ad arma uocasset, aut ut melius dicam compulisset. Nec his contentus, pacē tua prudentia, tuæq; autoritate partam, suis artibus ornare studes, ne uel iners aut ociosa uideatur, uel luxus ac malarum uoluptatum magistra. Latrocinia, à quibus nihil hæcenus usquam tutum erat in Angliā, mira seueritate compescis, nocentes profligas, ociosis erroneis ditionem tuam liberas, bonis legibus uigorem suum reuocas, inutiles tollis, salutare sufficis. Optimarum literarum studia prouehis: pietatis disciplinam, quum apud omnes, tum uero præcipue apud monachos ac clericos instauras, haud ignarus ab his potissimum manare in plebem morum uel integritatem, uel corruptelam: uidelicet modis omnibus hoc agens, ut his præcipuus sit honos, qui maxime præcellunt, uel integritate morū, uel eximia doctrina, uel quod ut pulcherrimum, ita rarissimum est, utroq; His ornamentis eximias longe melius decorari regnum tuum, quàm ullis tropheis aut fornicibus. Nec harum rerum autor es solum aut hortator, uerum etiā exemplum. Non enim edicis modo, uerum etiā exhibes, imò plus præstas ipse, quàm alijs præscribis. Grauis & efficax est regis autoritas iubentis, sed dictū mirū, quanto efficacior præstantis quod iubet, ac legum suarū exemplar tota uita ponentis ob oculos. Leges tibi nō minantur, at quis uel inter priuatos uno te legū obseruator: quis incorruptior: quis pactorū tenacior: quis in amicitia constantior: quis æqui iustiq; amantior: quæ ciuū domus casti, concordisq; cōlugij tam euidentia

euidens habet exemplum: ubi reperias optimi mariti magis æmulam coniugem qui priuati penates, imò quod collegium, quæ Academia, uiris integritate uitæ, doctrinaq; linguarum præstantibus, ornatiores uisquam tuam sit aulæ? Veteres illi Poætæ seculum nescio quod aureum suis fabulis nobis prodiderunt. Atqui hæc cum agit tua celsitudo, quid aliud quaeso, quam seculum uere aureum nobis reducit, si tamen unquam fuit ullum: ac res tam ardua a deo succedit tuis auspicijs, ut dubium non sit, quin fauentibus superis geratur. Quæ regio terrarum nunc non gratulatur Britannia, si fauet; non inuidet, si parum bene uult. Quod hodie regnum toto terrarum orbe nobilissimum aut celeberrimum: Nimirum regis animus est, qui regna nobilitat uel obscurat. Quibus libris, quibus linguis olim est celebratura posteritas, sub Henrico octauo, tanquam in hoc cœliis emisso principe, sic omni genere uirtutum effloruisse Britanniam, ut uideri possit renata: quam sic moribus in corruptam reddiderit, ut ab hac uel ipsa Massilia disciplinae ciuilibus exemplum petere possit: sic pietate pollentem, ut uel ipsi Romæ queat esse pietatis magistra: sic abundantè eruditus uiris in omni doctrinae genere, ut huic inuidere possit Italia, nisi studiorum æmulatio nesciret inuidiam: postremo, cui talis fuerit princeps, ut omnibus in posterum principibus imperij gerendi possit esse regula. Deum immortalem, hoc demum est regnum esse, hoc demum est regem agere, hoc est aulam principalem habere. Olim impensio quodam amore literarum, atq; oculi dulcedine, non nihil adhorrebam à regum aulis, nunc uero cum animo contemplor, quem principem ac moderatorem habeat aula Britannica, quam reginam, quos proceres, quos à consilijs, quos ab officijs, impendio mihi gestit animus in talem aulam immigrare: nec puderet ambitionis, nisi ualetudinis imbecillitas, iam plus etiã quam pro ætatis modo ingrauescens dissuaderet. Etiã si nihil est, quod hic ambitionis infamiam uerear, qui huc & hodie non aspernandis conditionibus, nec ab uno rege prouocer. Equidem natiuus non sum, fateor, sed institutus Britannia: & tamen ubi mecum reputo quot illic annos uixerim, quot illi debeam Mœcenates, quot eximios ac synceros amicos, quantã fortunam meam, si qua tamen est, portionem, non minus illi felicitatem hæc gratulor, quã si me genuisset. At nihil interim mihi dicunt de præclaris corporis animiq; tui dotibus, quas deo naturæq; debemus magis, quã nostræ industriae, & tamen hæc quoq; bona cedunt in felicitatem reipublicæ si in principem probum inciderint. Porro tamen si iam seculis aliquot non ita multum laudis in regibus tulere bonæ literæ, tamen tua maiestas efficiet, ut quemadmodum olim præcipuum decus regum fuit, eruditione præcellere, ita posthac pulcherrimum habeatur, principem scire literas. Tuæ uirtutes dispellent ueterem cauillationem, qua dicitur quidam, regij pectoris uigorem languescere studio literarum. Quis enim unquam eorum, qui literas nescierunt, exitit te uno in ulla regia functione dexterior? quis attentior ad coercenda flagitia? quis ad consulendum solertior? quis ad prospiciendum oculatior? quis in obeundis rebus præsentior? Et tamen in literis quas olim felicissimè degustauit tua maiestas, eo nunc progressa est fortasse non multo studio, sed inaudita naturæ felicitate, ut eruditissimis etiã Theologis miraculo sit sanitas & acumen ingenij tui. Si quidem in disputatione, quam nuper animi causa tua maiestas instituit cum acutissimo simul & doctissimo Theologo, defendens à laicis non exigendam precatorem, præter eam quæ mentis cogitatione deum alloquitur, deum immortalem, quæ artificem præstitit: Quis inuenire poterat argutius? quis colligere neruosis? quis explicare uenustius? Omnium autem uirtutum & ornamentorum tuorum ceu colophon quidam accedit, quod nemo te uno ad congressum ciuilliorum, nemo minus factus aut supercilij præse ferens, incolumi tamen interim regia dignitate, quoties res postulat. Olim Olympiacis uictoribus terrarum dominos in deos euehi, scripsit Horatius. Olim solenni ritu, qui cum laude gessissent imperium, referebantur in numerum diuorum. Hæc sunt facinora, quæ uere consecrant immortalitati: sic itur ad astra. Non patientur eruditorum hominum ingenia, quæ tu tot modis ornas ac foues, uirtutum tuarum memoriã ulla temporum uetustate obsolescere. Græca pariter ac Latina facundia, grata tuis erga se meritis, semper loquetur, apud Britannos fuisse quendam Henricum octauum, qui unus tot heroum dotes ac decora suis retulerit: Ptolemæi Philadelphij studiū erga bonas literas, Alexandri magni felicitatem, Philippi ciuilitatem, Caesaris inuictam animi uim, Augusti sanitatē, Traiani mansuetudinem, Alexandri Seueri integritatem, M. Antonij Pij doctrinam, Theodosij pietatem, & si quid aliud in singulis præcorum insigne fuisse legitur

legitur. Precamur ut deus qui istas dotes largitus est, eadem uelle tibi tuisq; facultas ac felices esse: qui istos dedit impetus, idem suo fauore prouehat, beneq; fortunet. Sciebã imoportunius esse, quod huiusmodi nenijs tuam maiestatem alioquin occupatissimam impellarem, sed ut citardor animi, in gratulationem gestientis: quum & multorum & certissima prædicatione cognouissem, quod seculum nobis tua uirtute foret exortitur: simulq; uisum est testari me memorè esse fauoris erga me tui, iam non oratione tantum, sed re quoq; declarati. Patitur, oro, tua serenissima maiestas inter tam multos eximios, quorum ingenium tua nobilitas illustrat ac fouet, & quorum literæ uicissimè tuum famulitium exornant. & hunc Erasmi, qualis qualis est, annumerari: quam incolumem semperq; florentem seruet Christus Opt. Max. Antuerpiæ, Idibus Maij. Anno M. D. XIX.

VLRICHVS HVTTENVS, ^{autor & orator} EQVES ERASMO
ROTERODAMO S. D.

VLICEE mutus sis, ego tamen non desina frequentibus tibi epistolis obstitere, & te amabo, si tu contempseris etiam. Princeps impatiens tui desiderio tenetur. Nuper ex Doringis huc rediens, quum illi obstitam procepssem, uix dum contracta dextera mea, ubi nobis Erasmus inquit. Et de bello percotabatur iterum atq; iterum, quo demiratur, quod ego ignorem quid sit illud, quo eum ornas. Putat enim omnia tua mihi esse cognita: quam tu opinionem eius uide aliquo re firmes. Amat te mirifice: debetur hoc tuis quidem uirtutibus, præter uulgarem tamen Germanorum principum morem est. Atq; hæc de principe, & tuo pertinaci silentio nunc de me. Peractum est aulegra nihil mihi cõuenit cum purpuratis istis. Impetrasse uideor à principe, ut ubi ubi sim, stipendio me persequatur: hoc nomine laudabis eum, magno nostro commodo. Valde auxiliati animus erga literas illi in Annotationibus tuis, ubi eum idcirco quod me foueat, extulisti. Stimulus fuit hic illi tamq; statim in literis tuis esse putat, si quem recte eruditum amplectetur. Quod mirari posses, in aula locatus sum toto anno: & alias quidem nugas meas accepisti huper, Febrem autē recens æditam, nunc mitto, & Phalarismum: ubi reprehendes auidaciam meam, scio potius quam fortitudinem efferes. At ego expeditioni, quæ nobis paratur ingens, equestri pariter ac pedestri exercitu, interero ipse: tantum abest ut metuum latrone illum. Breui totam turbam Germaniam uidebis. Si me deuorabit illa pugna (sunt enim & suæ illi uires, & auxilia sunt) tunc tu fac, ne ignoret uel studium erga te meum posteritas, & me tuis immortalibus literis uixisse saltem testare. Vale. Maguntia, pridie nonas Martij, raptim irreuisse.


Triumphus Captonia in lacem prodijt, magno Theologitarum fremitu.

ERASMVVS HVTTENVS S. D.

OT studiorum laboribus obrutus, ut mirum sit me cuiquam omnino respondere, sapientius tibi respondi, quam tu ad me scripseris, si modo perferatur quæ mittimus: & tamen pertinax silentium meum accusas, mecumq; delitigas, quasi parum sit hominum, qui mecum rixentur. Ingentem uoluptatem mihi nuncias, quod tali animo sit in me Archiepiscopus Moguntinensis, & tibi talem Mœcenatem gratulari non desino. Cæterum libellum illi dicatum, iam pridem meo sumptu mihi per iuuenem quendam, una cum literis ad te, simulq; præfationem ad Guolphangum Augustum, Eum ex literis Rhenani intelligo Basileam usq; peruenisse: quid egerit Maguntia, nescio. Demitor si non peregit mandata, cum addiderim libellum memorialem. Præfiximus libello epistolam eruditam & elegantem Archiepiscopi, non perinde ut extaret illius erga me fauoris monumentum, atq; ut alios tanti principis exemplo, ad bonarum literarum studium accederem. Et uideor mihi profecisse. Nam clarissimo iuueni Guiselmode Croy duci & episcopo Cameracensi, archiepiscopo Toletano, deniq; Cardinali: quamquam alias satis uideretur ad honesta studia propensus, tamen ex Maguntinensis epistola lecta, non mediocre calcar additum uideretur. Aulam tuam, cum sapientius esset in manibus, tamen semper excussit hæcenus aliquid negocij, lecturientem interpellans. Quod legi perplacuit: quid enim Hutteni non placeat? Febrem ac Phalarismum, nescio qui curarunt rursus excudendum. At Febri Louanij uetita est distrahi, quod quosdam ^{similes} nominatim attingere

attingere uideretur. ~~Atque in pace conuulso.~~ Phalarismus quonia adhærebat Febri,
 una cum Febre exulat, sed Louanio dumtaxat: ~~non peruenit longius in pacis huius letitia~~
 Suceperant & orationem excudendam, nec satis scio, quo consilio prorogent.
 Sed quid ego audio? Huttenus totus ferreus, in acie dimicabit: Plane uideo te bello natū,
 qui non calamo tantum & lingua, sed & Mauortij armis pugnes. Quanquam quid ma-
 gni, si nunc ausis inter tam multos aduersus unum pugnare, cū olim Bononiæ unus tam
 multos profligaris. ~~Isauro foret animum, sed in uero dicitur audere serua. Erit tamen~~
~~isidam uide potestale iogentem, quid accidet, quod dicitur pugnabit. Isti illi~~
~~era. Anaximachus quæc tria pugnabit in bonis huius, uide dicitur pugnabit. Isti illi~~
~~era. Beatus huius tamā quid accidet, ipse huius uide scriptis extitit in consuetudine~~
~~pugnabit. Neque nos tamen de huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
~~uoluit. Nulla dicitur quæc tamen in huius huius officio notit. Nam si quid Eusebii scriptis~~
 rem esse, & sunt que nobis potius agenda sint. Malim ego totum mensem in Paulum, aut
 in euangelium explanandum insumere, quæ diem huiusmodi rixis conterere. Bene uale mor-
 tallum charissime, Louanij IX. Calend. Maias. Anno M. D. XIX.

M. IOANNES BORSALVS DECANVS VERIENSIS
 ERASMO ROTERODAMO S. D.



STVD uero non est epistolam mittere, sed ~~in prole~~, tot nominibus oras,
 obsecras, obtestaris, actionem etiam minitas ex pacto, si recusem de ratione
 concionandi conscribere, perinde quasi ferreus sim, aut adamantinus. Quis
 est ager usque adeo ferax, ut immodico cultu non exhauriatur? Ego hunc ma-
 lignum ac sterilem agellum tot iam annis assidue semente uexo, nec ulla le-
 gionis stercoreatione sarcio nisi tumultuarie. Post morbos tam graues erat aliquid dan-
 dum confirmandæ ualitudini. Hic adeo nobis non indulsimus, ut nec agrotare uacue-
 rit: tum hæc quadragesima me penè confecerat, ni mutandi coeli, uicibusque gratia Antuer-
 piam me contulisset. Quin & dum aulicus esse cogor Mechliniæ, meisque patronis, epi-
 scopo Leodiensi, Traiectensi, ceterisque proceribus, & in his tuo Adolpho obseruio, mi-
 hi dies aliquot perierunt. Postremo tot undique missis epistolis obtundor, ut dum his re-
 scribo, maxima pars temporis pereat à studijs. Absoluta Paraphrasi in duas epistolas ad
 Corinth. institueram in epistolam ad Galatas, sed hoc agentem Tragediæ quædam in-
 terpellarunt, quas hic nouas & hæcenus inauditas, nescio quæ Erinys excitauit. Apolo-
 gia, qua Latomi dialogo respondeo, uix mihi tridui tempus absumpsit: neque enim libuit
 in eiusmodi tricis multum operæ collocare. Quod si illi uacat eiusmodi libros complures
 ædere, non deerunt qui respondeant. Ego Veianius cedo harena. Video excetram hanc
 repugnando uinci non posse. Itaque pugnis ualere iussis in Christianæ lenitatis portum me
 recipio, aduersus malorum obreccationes consolans memetipsum, cum honorum uiro-
 rum de me iudicio, tum animo sibi bene conscio: certe quod ad hanc rem pertinet. Pecuniæ
 studium nunquam habuit animum meum: famæ sarcinam lubens, si queam posue-
 rim. Vitæ nec tædet, nec sum audus: quodcumque me hinc euocabit imperator Chri-
 stus, ipso fretus uolens promptusque decedam præsidio corporis. Tantū molesta est quo-
 rundam insignis ingratitude, tantumque sycophantiarum uirus, ut ni plane comperissent
 ipsa re, nunquam crediturus fuero tantum esse mali, non dicam inter eruditos, sed ne in-
 ter homines quidem: tamen si uixerim cum tot nationum hominumque generibus. Literas
 tuas suspicor Louanium perlatas esse, atque illinc Antuuerpiam remissas: nam ibi tum age-
 bam: ita factum est, ut non uiderim qui eas pertulerat. Consilium est mensem hunc uer-
 num sarcindis corporis animique uiriculis insumere, si modo licebit. Mox fauente Christo
 Paraphrasim aggrediar, & argumentū, quod tu tantopere efflagitas: quod ipsum tamen alijs
 scribetur, non Borsalo. Noui peccus istud tuum, noui ingenium, noui studium. Domi fontem
 habes, ut non necesse sit ex aliena cisterna aquam petere. Non deerunt qui celebrēt Pon-
 tificum autoritatem, quam fateor esse debere sacrosanciam: non deerunt qui Scoti Tho-
 mæque decreta prædicent, quæ nec ego sane prorsus improbo, tu purum illum & sincerum
 Christum mentibus tuorum instilla: quando id à paucis fieri uidemus. Gaudeo tibi for-
 tiam obtigisse cum dignitate coniunctam, tum autem materiam ac segetem oblatam
 y bene

benemerendi de grege Christiano. Felix quidem otium studiorum, sed huc descendat oportet sapiens ille Platonius, non uni sibi natus. Optimus princeps Adolphus uidetur adhuc ueterem illum in nos animum obtinere, quem puer habuit. In huius propiorē notitiā com modissime temet insinuabis per Petrum Zutpenium Cassiletanum, quo uiro nihil adhuc uidi candidius aut amicus. Quod Franciscus Galliarum rex me tentatū fati amplis conditionibus in Galliam euocare, rumor non omnino uanus est. Tentatū est & retentū quorundam literis: uerum nihil adhuc audio certū uigilans, neque tam rudis sum rerū humanarum, ut meris promissis pellici queam. Ut Ferdinando præceptor essem, actum est sedulo, cum per alios permultos, tum per principē Bergensem, & is est princeps, ut meliorem magisque docilem, nec optare possim. Sed deterrent me quædam quæ tuto literis committi non possunt. Bene uale. Louanij die paschæ. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. ERVDITISSIMO. M. PETRO
VITERIO SVO S. D.

BENE cecidit optime Viteri, quod mea qualis qualis fuit, expositulatio, tam amicā, tamque copiosam epistolā abs te extudit. Veterē illum tuum in nos animum, non sine uoluptate agnosco. Incolumē esse te lætor. Tot molestis occupationibus distrahi te, dolerem, ni tales essent, ut huiusmodi uel immori cupiat animus uere Christianus. Gratulor autē uirtuti tuæ, quæ tot laboribus sufficiat: quod corpusculi uiribus deest, pectoris ardore suppeditante. Proximas literas tuas scito mihi non esse reditas. Si curaris ut sciam, qua de re commendari uelis Stephano Poncherio episcopo Parisiensi, promptissime quod uoles faciam. Eximium uirū Balneum decanū Turonensem, meis uerbis resalutabis diligenter. Vir malus sim, ni amem hominem, literis ac uirtuti ceteris primis fauentem: ingratus etiam, ni redamem, ultro prouocantem ad amicitiam. Bene uale Viteri suauissime. Anno M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. CLARISSIMO LVDOWICO RYZÆO
Lutecię suppræfecto, & Christianissimi regis apud Eburones oratori. S. D.

QUO magis præter spem acciderunt, hoc gratiores fuerunt tuæ literæ, mihi non semel uotis ardentis, exoptatæ, præsertim quæ nulla Budæi epistola ad me uenerit, quæ Ruzæi non meminisset. Est ille quidem & uir optimæ fidei & artium, fex pingedi cum primis elegans, sed tamen nescio quid expressius, magisque uiuum tua nobis expressit epistola. Vtriusque gratiā habeo summā: Paschasio, qui suo impulsu pudorem tuum uicerit: tibi, qui tuum animū passus sis expugnari. Caue uero per Musas, ne me scheda fraudes, quam Parisijs, quemadmodū scribis, mihi destinaras. Si tam expolitas literas scribis ex tempore, si in peregrinatione: facile sit diuinare, quale sit quod domi per otium adornaſti. Iam meū esse cœpit, quod animo mihi dedicasti. Proinde non desinam efflagitare, donec extorsero, si fors tu graueris exhibere. Quod ad Galliam humanissime nos inuitas: quanquā ea semper animo meo fuit dulcissima, tamen magis istuc me pelliceret Deloini, Ruzæi, Budæique cōtuberniū, quam regis alioqui benignissimi conditiones. *ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος*. Cum eiusmodi monstris mihi res est, ut planē lupum auribus teneam, si quisquam alius. Gratulor Galliarum, gratulor optimis studijs, quibus apud uos non modo locus est, uerum etiam dignitas, nimirum eo fauentem te *ἄνθρωπος ἄνθρωπος*. Florent & apud Anglos principum fauore. Expergitur undique Germania: soli nos adhuc reluctamur: ad quos proſtigata barbaries, uelut ad extremum præsidium confugisse uidetur. In causa est, partim quod hæc aula nondum didicit honorem habere bonis literis: partim hominum paucorum ambitio, qui sibi persuadent, meliora studia splendori, quem hæcenus apud uulgus obtinuerunt, officere. Mihi hic nec scribitur, nec metitur: ut qui nec fortunam ambiam, mea, qualis qualis est, forte contentus: nec famam aucuper, cuius iam ad nauſeam usque sum satur: attamen uel gratis ex animo bene uolo rectis studijs, & horum cultoribus. Quanquam, quod paucorum malicia committitur, non arbitror esse par uniuersitati imputare. Sed quid audio clarissime Ruzæi: egon lucis aliquid addam uestre Galliarum: quæ tot gemmis, tot stellis illustratur: Quæ præter uos triumuiros, Fabrum habet, Copum habet, Paulum Aemilium habet, Germanum Brixium

Brixium habet, Ioannem Pinum habet, Nicolaū Beraldū habet. Sed ego ineptus, qui iam planē incipiā arenas numerare. Inter tot egregia lumina, quid ego aliud, quam obſcurari poterā? & tamē iuuerit etiam sic obſcurari, modo frui liceret ijs, qui mihi caliginē obſcurare uidentur. Gallum esse me, nec asseuero, nec inficior: sic natus ut Gallus, ne an Germanus sim, anceps haberi possit: quanquā apud studiorum cultores minimū habere momenti par est regionum discrimina. Quisquis cōmunibus Musarū sacris imitatus est, hūc ego *ἄνθρωπος ἄνθρωπος* duco. Ex amicorum literis audio, Budæum non nihil succensere nobis ob epistolam quandam meā, ut ipsi uidetur, aliquanto quā par est liberiolem. Ego uero illum & uirum iudico prudentiorem quā qui grauius cōmoueat, si quid etiam intempestiuius aut licentius scribat amicum: & firmiorem amicum arbitror, quā ut ob huiusmodi dileues offensas amicus esse desinat. Nam mea sententiā, quisquis ob quālibet causas amicus esse desit, is nunquam amicus fuit. Equidem non satis uideo, quid habeat illa mea epistola: tam procax aut petulans, ut animum concitare debuerit, primum eruditi, deinde prudentis, postremo amici: & amici, qui sibi moderationis ac lenitatis laudem uindiceret, mihi crimen iracundiæ impingens. Sed de epistola uestrum arbitrium esto: certe quod ad animum meum attinet, uix apud Gallos esse puto, qui de Budæo aut sentiant magnificentius, aut prædicent honorificentius, quā Erasmus. Huius rei testes erunt, Henricus Clareanus, Gulielmus Nefenus, Beatus Rhenanus, apud quos effutire soleo, quicquid esset in animo. Bene uale clarissime Ruzæi. Mechliniæ raptim X. VIII. Calendas Aprilis, Anno M. D. XIX.

ALBERTO CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO
MAGVNTINENSI ERASMVVS S. D.

REVERENDISSIME domine, princepsque clarissime, non dubito quin libellus, quem Cellitudini tuæ dicauimus, redditus sit eidem. Qui an tuo satis, faciat animo, nescio: meo certe non satisfact: uerum id temporis nihil aliud erat ad manū. Circumspicietur aliud, quod & tuæ magnitudini, & meo in te studio magis respōdeat. Richardus Paccus, qui regis sui nomine legatus ad uos uenit, præter alias innumeras dotes, uir est insigni utriusque literaturæ peritiā præditus, apud regiam maiestatem multis nominibus gratiosissimus, fide sincerissima, moribus plusquam niueis, totus ad gratiam & amicitiam natus: quem si dignaberis propius nosse, scio, gaudebis te à nobis admonitum fuisse. Apud Anglos triumphant bonæ literæ. Rex ipse cum sua regina, Cardinales ambo, Episcopi ferme omnes toto pectore tuentur, fouent, alunt, ornantque. Rabulis omnibus per regem impositū est silentiū: spero idem fore apud Germanos si tuæ amplissimæ dignitatis, tuique similiū fauor aspirarit: quod ut faciat etiam atque etiam rogo. Nihil enim non moluntur sycophantæ quidā, præsertim hic, ubi barbaries terris excessura uidetur extrema posuisse uestigia. Quanquam & hi mitescunt, incipiuntque suam stultitiā agnoscere. Hutteni ingenium indies magis ac magis exosculantur omnes: cui tua cellitudo tam candide fauens, multū laudis, imò gratiæ sibi parit apud eruditos omnes, quam incolumē diu seruet immortalis CHRISTVS IESVS. Antuerpię XIII. Calendas Iunias. Anno M. D. XIX.

ANTONIO DE BERGIS ERASMVVS ROT. S. D.

ORNATISSIME iuuenis antehac uno nomine dūtaxat amabam te, quod honestis studijs ac moribus delectareris præter uulgatum morem nobilium, nunc hoc quoque debeo nomine, quod expertus sum mirum patris tui in me studiū. Eius totam spem in tua indole sitam esse, ex illius sermone perspectū habeo: nec dubito quin optimi patris expectationi sis per omnia responsurus. Bonæ literæ passim efflorescunt, frustra reluctantur ueteris incitiæ patroni. Apud Anglos triumphant recta studia, regis, cardinaliū, & episcoporum auxilio. Rabulis, qui tantū ad maledicendū linguam habent, impositum est silentium. Hic quoniam tales patronos non habemus, sæuiunt adhuc, & libris quoque grassantur, sed quibus nihil aliud quam suam traducunt stultitiā, ac mentis stoliditatem. Mitescunt tamen & hi paulatim, uelut ex grauiſsima febre resipiscentes: obmutescent etiā, si principū aspirarit fauor. In FERDINANDO magna spes est: in te quoque non mediocris. CAROLVS abest. Citerius non

mirum si à literis est alienior, quanquam non aduersatur. Cardinalis Adrianus bonis literis nunquam admodum fauit, etiam si non est adeo deuotus hostis, quam sunt quidam, qui se non putant incolumes fore, nisi oppressis bonis literis. Hunc Richardum Pacæum, fere nisi regi Anglorum oratorem, eiq; gratiosissimū, si propius complecteris, gaudebis hominis consuetudine. Est enim præter mores candidissimos, utriusq; literaturæ peritissimus. Bene uale. M. Adriano Barlando multā ex me salutem dicit. Antuerpiæ. XIII. Calendas Iunias. Anno M. D. XIX.

ERASMVS ROTERODAMVS IACOBO
BANISIO SVO S. D.

IR OMNI decorum genere cumulatissime, audio, te noua, eaq; eximia dignitate auctum, quo nomine tibi magnopere gratulor; neq; dubito quin fortuna sit aliquando benignius etiam tuis præclaris uirtutibus respicienda. Nos hic plūquam Paniceis tumultibus iactati sumus, adeo theologi quidā nouas excitant Tragedias: neq; quicquam tamen aperto Marte gestum est: omnia technis, cuniculis ac strophis acta sunt. Male habebat istos, negotiū linguarum procedere; metuebant, ne si subisteret Nouū Testamentū labasceret eorum autoritas: nihil itaq; non tentatum, sed respiciunt. Prodiit Nouum Testamentum, uenditur, & quidem felicissime. Ausus est quidam & libellum aduersus me scribere, sed magno suo malo, mea summa cum uoluptate, Triumpharent bonæ literæ, si principem haberemus domi, quem habet Anglia. Rex ipse non indoctus, tum ingenio acerrimo, palam tuetur bonas literas, rabulis omnibus silentium indixit. Cardinalis Eboracensis omnia studia in melius restituit, suaq; benignitate passim omnes inuitat ad amorē studiorū; nec aliud agit Cardinalis Campegius, uir omnī & optimus & doctissimus. Aula regis plus habet hominum eruditione præstantium, quam ulla academia. Video Germanos quoq; principes honorem habere literis, tuo, tuiq; similitum hortatu, nos nondum hoc discere possumus. Sereuilissimus princeps FERDINANDVS, adolescens, ita me deus amet, ad omnem uirtutem natus, nos amat, nostrisq; libellis delectatur; ut & ab alijs accipi, & ipse mihi narrauit, libellū de Principe semper habet in manibus. Huic me præceptorē dare conati sunt, & ipse uidetur id ambire: sed cum alia me deterrent ab aula, tum præcipue ualetudo tam imbecillis, ut nisi temperetur meo arbitrato, mox periclitetur. Mortuus nec principi sum usui futurus, nunc utcumq; profum calamo. Exiit Paraphrasis in duas epistolas ad Corinthios, & in epistolam ad Galatas. Hac certe parte probor, & doctis & indoctis omnibus. Si incidit comoditas, comendabis me illustrissimo Saxonie duci FRIDERICO: ei scripsimus nuper, opinor epistolā esse redditam. Bene uale patrone singularis. Si contingeret congregi cum hoc oratore regis Anglorū, Richardo Pacæo, si nondum tibi notus est, fac ut hominē cures nosse propius: Nihil etus ingenio candidius, utriusq; literaturæ peritissimus est: pro suis uirtutibus regi Cardinalibusq; atq; adeo Romano Pontifici, gratissimus est. Rursum uale. Bruxellæ. XII. Calend. Iunias. M. D. XIX.

ERASMVS R. P. D. RICHARDO EPISCOPO
VVINTONIENSI. S. D.

EVERENDE præsul, si unquam placuit tibi animi mei studium in te, hoc tantum præmij repoſco, ne quid temere credas sycophantis de me, quibus nunc fatali quadam peste feruent omnia. Eduardus Leus si demonstrat argumentis se melius sentire, quam ego sentiam, nūquam offendet animum meum. Cæterum quod hic, & apud suos, scriptis, dictis, per se, per suos omnia implet inimicis rumoribus, nec suæ famæ recte consulit. Iam pridē palam præ se fert plūquam hostilem animum, nullo unquam dicto aut facto laessitus à me. Iuuenis est, ardet cupiditate famæ, sed præstabat hanc melioribus augurijs auspiciari. Noui prudentiā tuam quæ non facile pronunciet, præsertim in malam partem. Tempus omnia proferet in lucem. Veritas laborare potest, uinci non potest. Si tua autoritas consulat Leo, ut aut in totum desistat ab istis sycophantijs, quibus seipsum magis traducit quam me, aut argumentis duntaxat mecum certet, illius famæ consuluerit. Nunc enim odio, ceu morbo antilymphæ

lymphatus, fertur. Erasmus olim ambijt tuum fauorem, non successit: nunc non orat, ut sibi faueas, sed ut Leo tuo. Bene ualeat tua pietas, cui me totum cōsecro dedicoq;. Antuerpiæ. Octauo Calend. Iunias. M. D. XIX.

ERASMVS ROTERODAMVS R. P. THOMÆ
EPISCOPO DVNELMENSIS. D.

EVERENDE pater, quoniā Aristoteles scripsit, multorū amicitias silentio dirimi, nolui cōmittere, ut idem nobis eueniret, præsertim in tanto amico. Mitto Paraphrasin in epistolam ad Galatas, in qua locus est de Petro, Pauli uoce obiurgato, qui mihi nondum satis à quoquam ueterū explicatus uideatur. Non sum ignarus, uarios rumores de me spargi. Sentiant philobarbari, erigere sese recta studia, eiq; nullum non mouent lapidem, sed temporis progressu uincet ueritas. Hoc modo te exoratum uelim, ne quid temere credas Erasmi mastigibus. Nunc fero quodam modo sauii, at breui illos sui morbi pudebit ubi respuerint, quem admodum quent. Atci Bene uale pater amplissimè, & in Erasmus cum te præbere, neq; qui semper fuit. Antuerpiæ. Octauo Calend. Iunias. Anno M. D. XIX.

ERASMVS ROTERODAMVS ANNO NOBIS NOVIBTANO SVO S. D.

YOD Martinia Schureri mihi tam studiose comendas prorsus iuxta pro uerbit, ac tu agis: Est enim is homo mihi tum ob eximias ingenij dotes, tum ob officia in me non uulgaria, sic comendatus, ut comendatior esse non possit. Nihil est quod in illius gratiam facturus non sum. Sed neq; mihi semper suppedit, quod illius officina suppeditem, neq; quod uis argumentū illi conuenit. Postremo cum Typographi ferme sint inter sese querentes, uix fieri potest, ut sic obsequar uni, quin alterū offendam: Id quod usu uenit in rursus excudenda Copia. Nam annos aliquot mihi successerat Badius, priusquā offensionis causam possem olfacere. Quāquam illius indignatio, ut est uir optimus, citra omnē amarulentiam, aut etiam similitatē constitit. Aufer uero mihi ista uerba, ne eum ex albo tuorū expūgas amicorū. Tum ego non inhumilissimus modo sum, uerum etiā ingratisissimus, si patiar Schurerum expūgi amicorum catalogo. Simul atq; dabitur oportunitas, declarabo, si nihil aliud, certe propensum in illum animum. Demiro, cur tam diu prorogetur Rodolphi agricolæ lucubrationum æditio. Quis est, quæ sit, genius iste malus, qui gloriam hanc nostræ inuidet Germanicæ? Verū ut hactenus ociosa fuit epistola tua, quod ex tua commendatione nihil accesserit meæ in Schureri beneuolentiæ, ita per eam ipse mihi factus es multo comendatior. Na egregias animi tui dotes, quas pridem, e suauissimo colloquio tuo, e uultu, ex ipsi oculis uidebam, conticera: sic expressit, ut longe quam ante magis ceperim amare. Indole ista tua te præsertim ma festiuitate, ac rara modestia pellicibile: eruditionē haud sane uulgarem, cum uirtutis literaturæ peritiā coniunctam, sed ita ut hanc nullū, quod fere solet, supercilium comiteretur. Quare mihi posthac Rulerius non inter famulos, quod tuæ modestiæ satis erat, sed inter præcipuos amicos numerabitur. Bene uale, Basileæ, Anno M. D. XVII.

HENRICO GVLDEFORDO EQVITI AVRATO

praefecto rei equestris regis Angliae Erasmus s. d. IR clarissime, multorum sermone cognosco, quam amico sis in nos animos, siue scintillas istius benevolentiae ex meis lucubrationibus concepisti, siue ex Ioannis Coleti, ceterorumque amicorum hausisti sermone. Tunc diligis, quod uere talem esse credas qualem illi praedicarunt. Ego te uicissim amo, quod toto pectore uirtuti, quod honestis studiis faueas, quando horum gratia mihi quoque faues, non quod his praeditus sim, sed quod tibi persuasum sit, his praeditum esse me. Certe recta studia praesertim ea quae ad ueram faciunt pietatem, prouehere semper conatus sum, sed utinam perinde feliciter ac sedulo. Mundus respicit uelut ex altissimo somno expergiscens, & tamen pertinacibus animis adhuc repugnant quidam, ueterem inscitiam suam manibus pedibusque, ac mordicus etiam retinentes. Sed hos pudebit amentiae suae, si uiderint summos reges, ac regum proceres amplecti, fouere, tueri meliores literas.

[Redacted text]

& ad principum mensas modeste disputatur, de his quae ad eruditionem ac pietatem faciunt. Nimitum ad optimum regis exemplum propere omnes omittam, quas sic habet cum alijs regibus communes, ut plerisque praecurrat, nulla sit in oratione illi ad disputandum argutius, ad inueniendum felicitus; ad iudicandum sanius, ad eloquendum uenustius. Olim oculi literarumque dulcedine captus, ab aula regum abhorrebam: at in talem aulam, uel cum tora supellectile, quae ferè chartacea est, liberet immigrare, nisi tua letudinis imbecillitas, & aetas iam ingrauescens dissuaderet. Vbi nunc sunt qui iactant, principum uigori officere literarum cognitionem? Quis HENRICO octauo, uel in bellicis rebus dexterior, uel in condendis legibus cordatior, uel in consilijs oculatior, uel in concercenda scelerum licentia uigilantior, uel in deligendis magistratibus, atque officijs diligentior, uel in conciliandis foedere regibus efficacior? Equidem aureum quoddam seculum exortiri uideo, quo mihi fortassis non contingeret frui, quippe qui iam ad fabulae meae catastrophen accedam, quae in orbem grauius inclinabit, si uis animis ob officiorum memoriam nequaquam superbes eris Erasmus. Sed ut finem orationis huius admodum te amantem, pro officio in meo, non uulgari uelut in hoc mundo habeo gratiam, quod praestiteris mihi, in qua iam a meo necessitas est. Generose dominae matri tuae, mihi uno altero colloquio cognita, precor omnia iam prospera, istum animum tibi, non nobis seruet Opt. Max. IESVS. Hunc Erasmi perget nobilitas inter suos clientulos ponere, si certe non tibi certum. Antuerpiae Idus Maij, M. D. XIX.

GVLIELMO MONTIOIO ERASMVVS ROT. S. D.

NICE Mœcenas antehac gratulatus sum Angliae tuae, quae tot habet uiros egregia probitate, parique doctrina praeditos: nunc propemodum inuide re incipio, quae sic efflorescat omni genere studiorum, ut omnibus regionibus laudem praeripiat, ac penè tenebras offundat. Quamquam ista laus haud ita noua est uestrae insulae, in qua constat & olim eximios uiros extitisse. Declarant id uel Academiae uestrae, quae uetustate nobilitateque cum uetustissimis ac celeberrimis certant. Deamo Richardum episcopum Vintoniensem, qui magnificentissimum collegium suo sumptu proprie dicauit bonis literis. Magis autem exofculor egregium, ac prorsus heroicum animum Thomae cardinalis Eboracensis, cuius prudentia schola Oxoniensis, non solum omni linguarum ac studiorum genere, uerum & moribus quae deceant optima studia, condecorabitur. Nam Cantabrigiensis Academia iam pridem omnibus floret ornamentis, praeside Ioanne episcopo Rossensi, qui nulla in parte non egregium agit praesulem. Ceterum huius laudis praecipua portio regio pecciori, uelut horum consiliorum fonti debetur. Cum tot regnis, ac regibus altissima pax est, atque ut auguratur

libet

libet aeterna. Pelluntur nocentes, uigent bonae leges, euehantur optimae literae. Rex ipse hisce rebus omnibus non solum auctor est ac dux, uerum etiam exemplum, primus ipse praestans quod praescribit. Nulli mortalium magis ex animo bene uolo quam tibi, & tamen parum abest, quin inuideam tuae celsitudini, quae tantis bonis fruatur sine me quondam commodorum & incommodorum socio. Quodque grauius est: Interim dum tu tot nominibus felix es, mihi cum terribilibus quibusdam non hominibus, sed portentis consistendum, in quo me hercule libens experirer, quid possit eloquentia, me Christianus pudor, ceu Pallas quae piam Homerica, iam capulo manum admouentem, capillos uellicans reuocaret. Bene uale Antuerpiae, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI SCHLECHTAE COSTELETIO S. D.

CEPEI Panegyricum tuum uerius quam epistolam, quae tanto ingenio, atque facundia meas laudes decantat, ut magis illustret encomiasten, quam me qui sacrosanctae ueteris gentium non esse qui faueant melioribus litteris, nec fauent modo uerum etiam colant. Praesertim sedecim illos annos, quos in aulae Vladislai Hungariae Bohemicae regis contigisti, non tibi prorsus perissequeris haec uelut litterae declarant. Ceterum ex omnibus laudibus quas tu acceperis, effundis in me, nihil agnosco praeter animum iuuandi mores, Christianos & recta studia cupidum. Est uoluptati mihi, si cui honore fuerunt mea uigilia. Quorundam odia non queo satis admirari, cum haec uelut meis scriptis nemo factus sit uel uno pilo nigrior. Videbam

orthodoxos penè pro obsoletis haberi. Proinde conatus sum omnes ad germanam illam Theologiam reuocare, non in totum damnans in scholis recepta studia, sed partim moderans, partim indicans, quid optarem accedere. Siquidem ut mihi non placent, qui bonis litteris nihil omnino tribuunt, ita non probo hos qui neotericorum Theologorum studia prorsus damnant. Demiror autem impudentiam istius quisquis est, Canonici Pragenses, qui tam insignem mendaciam relam, uelut araneus ex sese confinxerit. Colonienibus aliquandiu res fuit cum eximio uiro Ioanne Reuchlino, mecum neque scriptis, neque dictis unquam sunt consistati, tantum abest ut exusserint meas lucubrationes unam cum ipso autore. Imò quoties illac iter feci, sum à primarijs uiris & exceptus honorifice, et summa cum humanitate dimissus. Quamquam facile crediderim & illic esse, qui inter suos oblatrent Erasmus, uelut in

quando nemini mortalium adhuc contigit omnibus placuisse. Prodit Nouum testamentum rursum à me non credendis uigilijs nouatum, neque mediocri locupletatum accessione. Praefixum est epistolium Leonis decimi, quo & ueterem editionem approbat, & ad hanc nouam inuitat. Pragae quid mihi negotij possit esse, non uideo. Nam quod polliceris non desere qui me uero quo uolueris deducere, non placent regiones, in quibus huiusmodi deductoribus sit opus. Hic uel solum liberum est, ne quod uelim. Neque uero dubito quin isthic reperturus sim, uti scribis, complures doctrinae pietateque spectatos, quos schismaticorum uicia non inquinant. At demiror non existere qui totum hoc dissidium tollant. Praestat iniquioribus conditionibus habere concordiam, quam a quis dissidium. Vereor equidem ne pecuniae studium ubique bonorum morum pestis, non sinat coire concordiam. Paulus nullum damnatum recusat quo Christum lucrifaciat. Tot sunt in orbe Cardinales, tot episcopi, tot principes: utinam Christus afflet aliquem horum, ad hoc negotium spiritu uere Christiano capeendum. Paulus si Romae praesideret, sat scio, non modo pateretur aliquid decidi fructibus suis, uerum etiam auctori non nihil derogari pateretur, modo hoc precio concordiam emere liceret. Quod si non

y 4 aliquoties

aliquoties cōfabulans, apud Albim tuum spatier, & tu mecum apud Brabantos uicites. Nam quantula pars amicitie est coniunctio corporum? Bene uale uir ornatissime, Louanij. Anno à Christo nato M. D. XIX. Nono calend. Maias.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GERARDO NOVIOMAN-
GO EPISCOPI VLTRATRAIECTINI A

CRIS S. D.

MICORVM ~~_____~~ aurigam nacti sumus, nō minus temulentum, q̄
erat meus famulus. Itaq; Louaniū pertinemus aliquanto ante nonā horam,
A nō sine periculo. Nam is currus qui nos anteibat, subuersus est. Vehemēter
arripit illa. literarū tuarum pars, qua significas reuerendissimū Iacobū Calka
rem ordinis Dominicani isthic prouinciale, nostri studiosum esse. Nam ego
palmariū puō, placuisse uiro tanto, quantum tu nobis eum describis, & ipse facile credo
optimæ fidei auctori. Caterū uix animū queo inducere, ut ille sese ad nostras nugas legen-
das demittat. Locum in sp̄xi, atq; omnino res se habet ut ille narrat. Cadorem hominis
ex osculo qui repperit, quo locus ille defendi posset, si pro & scribat aut. Sed aduer-
sus alienigenas aut impios. Quāq; idem sensus consistebat, manente coniunctione &. Si
quidem cum dicimus: hic nō habet honorem, nisi doctis ac probis, nihil uetat quo minus
diuersi sint docti ac probi. Verū ille recte uoluit addita luce, caliginē amphibologie dis-
cuti. Meminerā historię de tribu Beniamide, pene usq; ad internicionē extincta. Sed pri-
mum arbitrabar generalē orationem constare, etiam si unum aut alterū eximatur: sicuti
nō ideo falsum dixit Paulus. Q̄s in Adam peccauerunt, si erant in Adam. Quia
peccato fuisse immunes, quāq; fateor non consistere, si dialecticus summo, quod aui-
re tecum agat: deinde mihi non uisum est istud proprie belli nomine censendum, sed po-
tius animaduersionis: nisi forte cum Moses ob utulum aureum tot hominum milia cruci-
dauit, bellasse uidetur. Postremo mihi satis erat, quod nos semper inter nos belligeramus,
illi aut nunquam, aut rarissime. Ad persuadendum facit exaggeratio, ut nunq; positum sit,
uice, ferē nūquam: quemadmodū Paulus, quum ait: Omnes que sua sunt quarunt, nō om-
nes sensu esse tales, sed intelligi uoluit per paucos esse, qui euangelium sincere tractarent.
His tergiuersari poteram, ut nemo non ingeniosus est ad defensionem sui, nisi quod nō li-
ber à tam eximio uiro dissentire. Itaq; proxima æditione locus is mutabitur. Fac me illi q̄
diligentissime commendes. Nam homini cupio propius esse notus. A te nihil meo nomi-
ne peto præterea, nisi ut pergās tui similitudine. Bene uale Philippo Montio omnium quos
in uita uideo candidissimo cum uxore uerbis salutē dices. Reuerendissimo di-
ces, que nunquam non dicit Louanij. M. D. XIX.

GASPAR VRSINVS VELIVS ERASMO RO-

TERODAMO S. D.

VPERIORI anno cum delitescerem quodā in Bawaria oppidulo, orium
nactus nō literariū, sed aulicū, ac prorsus honestis à disciplinis alienū, Gur-
censi Cardinale, cuius tum in famulatio fui, Casarē ~~_____~~ has secuto, destina-
tus oibus literarū præsidijs, ausus sum magno cū periculo ac famæ & nomi-
nis discrimine reuocata pristina illa cōsuetudine Romæ qua uti solebā, puta
scribendi aliquid, temere nimis atq; audacter ineptire: ubi Genethliacon ~~_____~~

~~_____~~, feliciori euentu q̄ stylo cōposui. Desuerat tum animi uacuitas miseris
aulicis cōperto. Et anguit iudicij acrimonia, et uis ingenij, si quod unq; fuit, studiorū atq;
eo amplius intermissione. Aberat censura doctis, hominū, aderat deniq; librorum copia
nulla, ante tempus sine cortice natanti. Quid tibi uis dicam: tam cito q̄ asparagi coquuntur
id carminis à me factū excidit, peperiq; prius q̄ parturirem, unde nemo non iudicare
possit studiose abortioni operā datā. Atqui nō eo componebā, ut tam uile & inchoatum
carmen præcipitata æditione publicatū in manus hominū ueniret, cum unī tantū Richar-
do Bartholino, cui nugas omnes meas ostendere solebā & credere, legendū transmissum
esset. Qui hac in parte nimis quā officiosus illud nō ueritus est tibi impertire. Pudet ma-
gnopere, pudet Vrsinū euulgatū poematis.

Auencam

ERASMVVS ROTERODAMVVS CASPARI VELIO S. D.

ARVM uidelicet erat tibi Veli doctissime, nos sanē q̄ eleganti, sed tamē
mendacissimo carmine celebrasse, nisi insuper & epistolam adderes Panegy-
rico simillimā. Nec hoc contentus carmen adiungis heroicum, tam sublime,
P tam grandiloquū, ut ad hoc collata Lucani tuba, lyra uideri possit. Primi car-
minis euulgati est cur me pudeat, nō est cur te poeniteat. Neq; sinam Bartha-
linum hoc nomine per te uocari in ius. Nihil huius uiri iudicio non tribuo. Atq; is tibi tan-
tum tribuit apud me, quā tum alij nostratis huius orbis nemini. Non censuit ille cōmitten-
dum, ut carmen tam felix premeretur. Fauebam & ipse, fateor, æditioni: sed obstabat pu-
dor, ac metus quidam, ne non tam ingenio tuo quā laudibus meis delectatus uiderer.
Haudquaquam tamen ingratum fuit, extitisse qui scrupulum hūc discuteret. Epistola tua
de declarat te in utroq; genere, pari pene felicitate exercitatum fuisse, que res paucissimis ad
huc mortalium successit. Porro carmen heroicū legenti uenit in mentem Homeri ~~_____~~
~~_____~~, que tragicis uerbis rem maxime ridiculam prosequitur. Atq; hoc impensius
sum admiratus ingenium tuum, quo sterilius est argumentum. Sed tamen ne sic abs te de-
cantatus, nihil omnino præmij dicar retulisse, moneo mi Veli, ut posthac istam longe fel-
cissimam ingenij tui uenam, in felicioribus materijs exerceas. Gratulor tibi talem patro-
num, & illi te uicissim gratulor, uel amicū, uel præceptorem: eius eruditissimis literis, in
condito epistolio respōdi. Non me fugit, quā id sit inhumanū atq; impudens. Sed quid
facias? Tantis studiorum obruo laboribus, & innumerabilū epistolis sic undiq; prouo-
cor, ut singulis respondere non queam, fortassis paria facturum, si cum paucis mihi res es-
set. Hæc uale Veli charissime. Louanij. An

quem omni genere officiorum prosequi par erat. Egregiæ cuiusdam humanitatis erat, nostris fastidijs ignoscere, nunc etiam magnifice gratias agis. Sed ut sic ad tuam epistolam non minus eruditam quam prolixam respondeam, quemadmodum Basileæ salutantem resalutare soleo; ex laudibus quas mihi tribuis effulissimas nihil decerpam, præter animum impendio maiore quam iudicio, meo nomini fauentem. Quod Beatus Rhenanus Methodum meam tuo nomini inscripsit, facile boni consulerẽ, si prius ille me de suo consilio certiore fecisset, quam ego hoc libelli Alberto præfati Moguntinensi dedicasset. At nostra dedicatio iam exerat in uulgus, prius quam Beatus exemplar accepisset, cui tum non addideram epistolam nuncupatoriam, quod nollem in Nouo testamento duas legi dedicationes, ne quis cauillaretur me de una fidelia duos parietes linire uoluisse. Atque ita temperaram libelli filum, ut uel separatim legi posset, uel illius operis pars esse; quod quidem testor in ipso statim operis limine. Proinde consilium hoc mea sententia, non satis auspiciato uenit in mentem Beato Rhenano, præsertim quum ipse premat in scripsijs suas lucubrationes, quibus possit se pariter ac suos illustrare rectius quam alienis. Quæ suam hic quoque laudarem etiam Beati studium, nisi fuisset infelix. Magis enim fortunæ quam illius animo reor imputandum. Cæterum quod nunc parum ex animi sententia cecidit; aliâs nostra cura sarcinemus. Neque prorsus committam, ut nostram amicitiam ignoret posteritas, si quid tamen mearum naniarũ ad posteros unquam perueniet. Richardus Pacus bellissime ualet, floret ac triumphat apud suos, optimo regi longe charissimus, cui primus est à secretis, quod munus cum primis opimum est apud Anglos. Is nuper hac iter fecit, à rege legatus, ut salutatis Margarita et Ferdinando, adesset electioni Cæsaris. Cuius conspectus mihi tam iucundus fuit, ut nullius eque multis iam annis. Thomas Morus est regi à consilijs, atque item Coletus; Thomas Linacrus à cura ualetudinis. Ipse rex felicissime philosophatur. Regina literas amat, quas ab infantia feliciter didicit. Quis nõ cupiat in tali aula uitã agere. Bene uale uir eximie. Louanij. Anno M. D. XIX.

IA COBVS BANISIVS CÆSAREÆ MAIESTATIS A
CONSILII ERASMO ROTERO-

salutis. M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS IOANNI FABRO VI/
CARIO EPISCOPI CONSTAN/
TIENSIS S. D.

PECTVS amicitia natum, nec tumultus negotiorum quibus undiq; di/
stringeris, neq; tanta locorũ seiunctio potuit amicali memoriã excutere, præ/
sertim à quo ijs tam indiligenter cultus. Etenim Basileæ quum essem, deo
nullum mihi uacuum tempus faciebant ædendorum uoluminũ meorum cu/
ra, ut aliquando uix uacaret resalutare tam eximium amicum ac patronum,
quem

ERASMVVS ROTERODAMVVS BANISIO
SVO S. D.

IR ORNATISSIME, iure succensemus Selandiæ, quod te nobis affli/
ctum remiserit; sed tamen gratias agimus, quod uiuũ restituerit, quãdo non
paucos absorbuit. Sic tui uelim principibus copiam facias, ut tuæ salutis ha/
beas

beas rationem. Quo magis eget tuis consilijs res publica, hoc magis aduigilandum, ut illi diu possis esse usui. Tuum ad nos aduentum cupidissime expecto. De negligendis blateronibus suocq; morbo relinquendis, & prudenter & amice consulis. Quid enim aliud q̄ suam traducunt stulticiam simul & inscitiam? Deum immortalem, quam insulsis libellis, quam uirulentis, quam indoctis rem agunt? Non est periculum, ne tam ineptas nenas legat posteritas: cuius iudicium semper eruditus uiris spectandum est. Quanquam ne nunc quidem ulli probò doctòue placet istorum furiosus tumultus. Sed omnia coram. Bene uale uir ornatissime. Louanij. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. GONELLO SVO S. D.

VLTI modis hæc tempora nos affligunt mi Gonelle. Pests hic passim scintillat, mox uti uidetur scutura. Bellum imminet, malorū omnium oceanus. Nos priuata etiam quædam incōmoda discruciant, præter q̄ quod nuper exortus est mihi nouus genius malus, bestiola quædam perpusilla quidem, sed quæ tantū habeat ueneni, ut præ hoc uisera, quin & seps, ueneno uacare uideat. Rogo uti p̄ Vuarsonū ad nos scribas. Et quid agat meus Pegasus sig. f. res, imò quid ualeas ipse, quid hospes tuus humanissimus, quid materfamilias, omnis bonitatis exemplar. Fac diligenter salutes Greanum cōmissarium communem amicum, uel ut uerius dicam patronum. Bene uale. Londini. Anno M. D. XV.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO GONELLO SVO S. D.

EEQVO uoluptatem mihi nuncias mi Gonelle, & animum tuum hac quoq; parte agnosco. Cato et alia que illi adiecinus, tam pridē absoluta sunt, sed unicum nobis duntaxat exemplar est, scribarum inopia. Adiecinus & pristinae collectioni magnam uim similitum ex Plinio; ea puto tibi tuisq; magno usui futura, sed deest qui describat. Tanta est apud Britannos laboris fuga, tātus amor ocij, ut ne tum quidē excitentur, quum spes dolosi affulerit nummi. Fluctu te contuleris, lubens & hæc & reliqua cōmunicabo omnia. An id ex usu tuo sit, ipse expendito: Nam mihi certe tuus aduentus erit gratissimus. Tamesti pests hic locis aliquot scintillat, ut Greani nostri uerbo utar, ac nuper ayiam quoq; regiam inuasit audax, extinctis duobus aut tribus. Verum si aduolas, maturandum est, nam ipse ad quadraginta dies fugam adorno, nisi quid nouæ obtingat fortune, cuius ne somnium quidem adhuc ullum uideo. De rebus nouis scripsi Greano. Bene uale Gonelle charissime. Londini, quarto calendas Maias.

Et ipse penè oblitus eram quod maxime cupiebas scire, quis nam sit genius ille malus mihi nuper exortus. Est animalculum quoddam pusillum, sed quo nō aliud alar nec pontus, nec tellus uenenatius, aut pestilentius. Nihil enim est nisi merum uirus, quod procul etiam afflat & amicis & inimicis. Hanc pestē Liguria nobis misit, huiusmodi uenenorum ferax, magis quam Hiberia. Quod si nomen quoq; cupis cognoscere, longe distidet à moribus Ioannis Baptistæ, cum quo homo nimium candidus ac simplex penè contraxeram domesticum contubernium, sed gustato ueneno resiliij. Is dolens elapsus esse me, uirus suum procul afflat, ac linguæ uenenis me pett. Duo me cōsolantur, unum quod ipse culpa uaco, alterū quod illi nemo credit, homini sic omnibus inuiso, ut nec à fratribus aut liberis ametur, uxoris hostis. Rursum uale mi Gonelle. Londini. M. D. XV.

ERASMVVS ROTERODAMVS GONELLO SVO S. D.

NIHIL est mi Gonelle, quod te unius aut alterius interitus magnopere terret, nisi passim uagari malum coeperit, præsertim quum nunc in Angliā mutare locum nihil aliud sit, q̄ mutare periculum, nō effugere. Fuge turbæ coluuiem quantum potes: moderate uiue, sicuti facis, tuos item à turbæ cōmercio cohibe. Iam instat hyems, quæ solet huiusmodi mederi malis. Intelligo te nimium grauius discruciarī, ac propemodū despondisse animum, quod tibi crumena cum paucis nummis perierit. Primum quid Musarum alumno cum pecunijs? deinde quid tu uenit? deniq; quid est, quod tantulæ pecuniolæ iactura Gonelli tangat animū? Ego quum ante quindecim annos redire in Galliam pararem, uiginti libras in littore Douariensi perdidit, & nondum ingressus nauim, naufragium feci. Vniuersas opes semel perdideram, et adeo non consternatus sum animo, ut alacrior etiā & ardentior ad libros redirem, moxq; intra

intra paucissimos dies Prouerbiorū opus ædidi. Oblecta te Musis mi Gonelle: pecuniā istam aliqua tibi reddet fortuna uel cum foenore. Interim sic existimato, Erasmi pecuniolas quantulæcumq; sint, tibi communes esse. Nostri desiderium non tibi molestius est, q̄ tui mihi; sed nō semper scutiet fortuna. Ioannis mei discessus initio male me habebat, nūc occalluit animus, ut malim non redire. Quorsum enim attinet beneficij in eos conferre, qui nō intelligunt? Nihil eque perit atq; id, quod confertur ingratis: at longe magis perit, quod præstatur non intelligentibus. Ingratus dissimulat, non intelligens ne sentit quidem. Si quid nouabis, quælo facias me certiores. Quum dabitur colloqui, communicabo tibi, quod spero non ingratum fore, nec inutile studijs tuis. Bene uale. Salutem ex me dices humanissimæ matrisfamilias, ac cæteris omnibus. Demiror Lupsetum nihil scribere: audire gestio, quid agat, quid ualeat. Rursum uale. Londini. M. D. XV.

ERASMVVS ROT. THOMÆ GREIO SVO
Scripsit Iuuenis.

ERASMVVS ROTERODAMVVS CORNELIO

AVROTINO S. D.

Scripsit puer.

V P I S & agnis quanta sortito obrigit, tecum mihi discordia est. Heus tu si sapias, aut quamprimum cum Laurentio meo redibis in gratiam, aut bellum tibi palam indictum intellige. Rogas unde haec subita turba? quasi uero exciderit, quae tu nuper in illum quam foeda, quam capitalia dixeris conuicia, quae hic apud nos ageres. Horresco referens. Os impudens. Tum hominem omnium fauendissimum, quem optimo iure Suadae medullam quis dixerit, audes coruam crocitantem appellare? & cauillatorem, non oratorem? Qui si superesset, uah quas illi poenas dares? Experire tibi cum homine nequaquam edentulo rem esse. Sentires tibi prouocatum esse cornutam bestiam. Quae tela, quas inuectiuarum sagittas in te uibraret: nihilote mollius acciperet, quam infelicem Pogium. At iam sepultum nihil metuis, nimiumque meministi, non mordere mortuos. Huius per se strenuus es, qui in eum lingua saeuas, qui referre non possit. Tutum est in illum quiduis, tum dicere tum facere. Verum ne protinus triumphum adornes non usque adeo tutum. En tibi me Laurentianae iniuriae uindicem: ego illius doctrinam, qua meo iudicio, nulla probatior tuerendam mihi sumpsi. Nunquam committam, ut ea cuiuspiam impudentia, ne dicam inuidia, impune aut laceretur, aut obli teretur. Has igitur literas fecialium officio functuras istuc ire iussi, quo tecum exposuissent. Quas tu ut trahes uide. Nam alterutra res tibi subeunda est, aut placandi feciales nostri, aut arma paranda. Caue uero ne lenitate mea fretus, tanti facinoris impunitatem tibi promittas. Sum quidem in me ipsum illatarum iniuriarum paulo negligentior: at in tuendis literatis amicis quam sum pugnax, si libet experiri, licet. Quod si uideatur, Engelbertum istum tuum, qui ut scribis, ita castalys aquis potus est, ut nihil expuat, nihil emungat nisi uersus, accersendum tibi censeo. Et si qui sunt illius similes, qualium ubique non difficilis copia. Neque uero mihi militum manum defuturam putes. Non enim ad unum me, uerum ad omnes bonarum artium amicos ista pertinet iniuria. Omnes laesisti literatos, cum unum laederes Laurentium. Verum ego mi Corneli, nihil perinde odi, ut bellum ciuile, eoque pacem uel iniquissimam iudico potiore. Quare si tu quoque pacem quam bellum malis, me sat commode uteris, modo pacis conditiones acceperis: quas treis potissimum tibi nostri feciales offerent, easque non admodum difficiles, ita ut neque multas praescribi, neque iniquas, iure queri possis. Sed nunc componito te atque audi: In primis ut si quid male dicendo peccasti, bene dicendo corrigas. Laurentium pro coruo crocitante, Suadae medullam, & Atticam musam appellabis; deinde Laurentianas elegantias sic ediscas, ut eas uelut ungues, digitosque tuos teneas; postremo ut codicum tuorum quorum tibi magna copia est, nobis copiam facias, quibus hactenus ceu draco quispiam Hesperius incubas. Rides & tibi iocari uideor? Age ride quantum libet; caue uero omnia me iocatum putes; nam de mittendis codicibus, ludum putari nolim. Praeterea Laurentium, quem nemo nisi barbarus odit, ne tibi decorum existimes, linguae spiculo lacerare, cum sis ipse literarum mystes religiosissimus. Bene uale.

Anno M. CCCC. LXXXIX.

ERASMVVS ROT. CORNELIO SVOS. D.

Scripsit puer.

R I M V M omnium mi Corneli, tibi etiam atque etiam persuadeas uelim, me animo esse in te integerrimo, quo te itidem erga me esse non modo confido, sed iam innumeris argumentis habeo exploratissimum: ut neque si quid blandius dictum nostris in literis offenderis, id Gnathonico potius lepori, quam uero amori tribuas; neque si quid pro mea tuenda sententia, aut quaqua ratione liberius scripserim, meum in te amorem elanguisse suspiceris, ne dicam interisse. Haec dixerim non quod iam ullis in rebus te a mea abesse sententia uideam, sed quod, si quando huic rei quicquam inciderit, mutuae nostrae benevolentiae consultum uelim. Si quidem quod de nostro Valla scribis, sic interpretor, ut existimem te non ex animo, sed certo consilio scribere, siue ut tibi facultatem quae ad nos uerborum exerceres, siue ut mihi scribendi materia suppeditares. Et quae admodum apud Platonem Glauco uituperata iusticia, Socratem ad iusticiae defensionem prouocat, ita ut tu me ad Vallae defensionem prolliceris, recensens et indignis conuicijs stolidissimi barbariei myste, in uirum literatissimum debacchetur. Quod quidem uel hoc argumento facile colligi potest, quod Vallam non lectitasse modo te uerum etiam imitatum fateris: idque etiam si tu neges, tamen elegantia stili tui, phrasisque clamat. Quisquis igitur ille est, qui ut sus cenno, ita imperitiae amicus, gloriosum ac praeclearum existimat, si ipse rerum omnium bonarum inscius, doctissimos quosque inuidia, odio conuicijsque prosequatur; quantopere desipiat, paucis si uolet, audiat. In primis, suis quaeque uirtutibus, non aliorum opinione metiri decet, nec quanti illum fama, qua nihil fallacius, sed quomodo ipse se gerat, animaduertendum est; alio qui cui non usu uenturum est, ut subinde uelut alius repete factus, a seipso dissideat. Hic me literatum, ille barbarum; hic probum, ille improbum facit; alij gloriosus sum, alij rursus putidulus; denique huius oculis formosus sum, illius deformis. Quem ego non Protea uicero, aut quid tandem portenti fiam, si is ero, quenecumque me libitum est facere populo: imo quae admodum suspectum esse debet, quicquid multitudini ualde probatur: ita uehementer displicere uulgo, praedudicium est ad probitatis commendationem. Quin fiet aliquoties, ut eiusdem hominis arbitrio, nunc albus, nunc niger fiam. Stesichorus Helenam deformem facit: mox orbatus oculis, eandem omnium facit formosissimam; nec interim quicquam accessit aut decessit Helenae formae. Nihil igitur agunt qui obijciunt, quod Laurentianum nomen apud plerumque graui flagrat inuidia, nam semper huic malo uirtus insignis fuit obnoxia. Multis non placet Laurentius: at quibus? nimirum his quibus non placet politiores literae. Hic dicit quispiam, ut negligamus uulgi rumusculos, qualem hunc depinxit Pogius, uir nec inelegans, nec indoctus: Pogio fuit inuisus, sed unius: & Pogius hoc erat animo, ut doctissimus haberi mallet, quam reddi doctior. Quae ego sic inter eruditos poni feram, ut non sit omnino a consortio barbarorum alienus. Siquidem magis ille natura facundus, quam eruditione: & plus habet loquentiae, quam eloquentiae. postremo uituperat Laurentium Pogius, sed palam uir improbus, palam inimicus. Sic Cicero displicuit Sallustio & Asinio: sic Virgilius ac Liuius Caligulae: sic Hieronymus Rufino. Porro quibus rebus Laurentius tantam sibi conflat inuidiam, in promptu est docere. Nam scite Terentianus ille Sosia dixit, Obsequium amicos, ueritas odium parit. At contra parasitus ille Gnatho, qui sibi imperauerat assentari omnia, negare si quis neget, laudare, si laudet, atque haec ipsa rursus in diuersum uertere, si lubeat, quam facile sibi omnium gratiam comparauit, ut non sine causa quaestum eum iudicari omnium esse uberrimum. Ab huius ingenio diuersissimus Demea, dum urbanae uitae nondum peritus, ueritatis amicus esse contendit, adeo nullos sibi conciliat amicos, ut ipsis etiam liberis fugientibus, desertus atque orbis uiuere coeperit. A deo uulgo mordax & inamoenus res est ueritas. Proinde Laurentius noster, si barbarorum imperitiam reticere quam prodere maluisset, uenustus & graciosus haberetur: nunc quoniam id effecit, ut quorundam male comparatae gloriae fucus detraheretur, ut putari desinerent, quod non erant, offensi genuinum in illum acuum omnes. Caeterum quod eruditos etiam nonnunquam attingit, quem unquam adeo doctum uiderunt Athenae aut Athenarum uictrix Italia, ut nihil illum fugerit: Et ut omnes in errorem nostrae naturae procliuus sumus, ita multo peccamus liberius, si erroris non desint autores, maxime si hos autoritas, & nominis splendor commendat. Id autem

imperitorum ingenium est, ut autorum, si qua recte dicta sunt, ea prætereant, non aliter quam, ut est in apologis, lapidem repertum gallus Aesopicus, contra si quid errorum, in sui erroris defensionem studiose decerpant, quas ob res ne summorum quidem uirorum errata dissimulare fuit opus. Quem uero prorsus omni liberabimus errore, si Cicero labitur in Romani sermonis elegantia: Quod si Poggius sua uitia ingenue fateri corrigereq; q̄ tueri proterve maluisset (maluisset autem si uiri prudentis officio fungi uoluisset) profecto dignum iudicasset Laurentium, cui recte monenti & honos haberetur & gratia, tantum abest ut lacerandum existimaret. His rationibus constricti quidam ad illud uelut extremum præsidium confugiunt: Vt iuste reprehenderit, inquit, præclaros uiros, tamē quo mordacius id fecit. Ego sane, quid in hos mordacius dixerit, non uideo, nisi forte eos uiros præclaros appellandos putabunt, quos ego barbarici duces uel præcipuos iudico, Papiam, Huguicionem, Ebrardum, Catholicon, Joannem Garlandum, ceterosq; indignos etiam qui nominentur: aut certe nisi id ipsum mordacius dixisse uocant, quod reprehendisse. Verum esto mordacior æquo fuerit: num ideo falsum dixit, quia uerum mordacius dixit? Vsq; adeo nobis odio est ista mordacitas, ut eius odio, tam multa scitu digna, necessariaq; detestemur? A deo nihil ignoscendū putamus ei, qui tot modis profuit: Venia datur conuicatori, si inter multa lauta, cibus aliquis intercurreat non nihil adustus, aut parum feliciter conditus. Si uicinius imminente mœnibus hoste, totoq; populo dira calamitate ac desperatione salutis enecto, præter spem offerat se quispiam, qui sui capitis periculo depellat hostem, patriam restituat libertati, quid non illi gloriæ, quid non beneuolentiæ certatim defertur ab omnibus? An hunc nobis inuisum reddet, si paulo sit hibacior: tantiq; beneficij memoriā quamuis leue uitium abolebit? Et quis tam exiguus animi est, cuius pectus tantis inuidiæ angustijs concluditur, ut Vallam non & magnifice laudet, & amet quam maxime: qui tanta industria, tanto studio, tantis sudoribus barbarorum ineptias refellit, literas pene sepultas ab interitu uindicauit, prisco eloquentiæ splendore reddidit Italiæ: doctis etiam id præstitit, ut posthac circumspectius loqui cogantur? Hinc itaq; mi Corneli, nisi forte uereris, ne te mordax homo discerpat, tuto te commiseris, si nō sine inuidia, quæ semper arduas magnificasq; res comitari solet, mea tamen sententia, summa tum utilitate, tum gloria. Id igitur quando facis, ut magis magisq; facias, te etiam rogo. Senties tuis scriptis non parum accedere natoris, nisi forte Batauis solis ista paras. Bene uale. Anno M. cccc. xc.

THOMAS MORVVS ERASMO ROT. S. D.

ILATVS ac procrastinatus Palgrauī nostri, quotidie itinerētis discessus effecit, ut & meas literas, & aliorum, ferius multo quam aut ego uolebam, aut tu debebas, acciperes. Videbatur enim cōmodissime relaturus ad te meas, qui tuas ad me attulisset: sic necesse fuit, prioribus præsentibus addere, quibus cōstare tibi dilatiōis ratio possit, simul uti quid nūc agatur apud nos intelligas: qui si unquam alias, nūc maxime in mœnore & periculo uersamur, multis undiq; morientibus, omnibus ferē, qui Oxoniæ, qui Cantabrigiæ, qui Londini sunt, intra paucos dies decumbentibus, amissis plurimis, optimis, atq; honestissimis amicis: atq; in his (quod tibi quoq; dolori esse doleo) Andrea nostro Ammonio, in quo & literæ, & omnes boni magnam fecere iacturam. Is ualde sibi uidebatur aduersus cōtagionem, uictus moderatione munitus, qua factum putauit, ut quum in nullum pene incideret, cuius non tota familiā laborauerat, neminem adhuc è suis id malum attigerit, id quod & mihi, & multis præterea factauit, non admodum multis horis antequam extinctus est: nam hoc sudore nemo nisi primo die perit. Ego, uxorq; ac liberi adhuc intacti, reliqua familiā tota reualuit. Hoc tibi affirmo, minus periculi in acie, q̄ in urbe esse. Nunc ut audio, sœntre Caleti incipit, quum nos eō extrudimur, legatione functuri, tanquam parū sit, in cōtagione uixisse, nisi sequamur etiam. Sed quid facias, quod fors feret, ferendum est. Ego animum mihi in omnem euentum composui. Tu uale. Raptim

Londini, xix. die Augusti.

M. D. xx.

THOMAS MORVVS D. ERASMO ROT. S. D.

CCEPI mi Erasme, literas ab Ventfordo, quas per eundem tabellarium protinus ad te transmittito: ex quibus hominem facile deprehendes antiquum ad huc morē obtinere. Non petā ut ignoscas, quod tuas aperui: uides enim ut scriptæ tibi, sic mihi inscriptæ sunt, nec dubito quin eodē errore ad me contra scriptæ sint, quæ sint inscriptæ tibi, quarū ego legendarū tam aridus erā, ut resignare non libuerit. Si quid in his uideris, quod me putabis uelle scire (quod ego certe non puto) significa. Opīnor ad te perlatas, quibus te certiores facio de recepta tabula, de qua rursus ac miles mi Erasme rursus, tibi ago gratias. De Petro tuo postquam iuit in Angliam nihil audio. Vtinam tuum uere dignum rege munus, aliquid tibi ab rege concilliet boni. Feliciter tibi cedat, quod iniunxit *ἀποπέρας*: nam ipsi succedit nihil, imo per deum omnia. Tuum concilium probo, qui non uis principum negociosis rugis implicari: & me plane amas, quum ipsdem optas ut extricer, in quibus haud credas quam inuitus uerfor: neq; potest quicquam esse odiosius, quam hæc est legatio. Nam & relegatis sum in oppidulum maritimum & solo & cœlo intucundum: tum domi qui meapte natura uehementer ab litibus abhorream, etiam cum lucrum adferunt, quātum necesse est hic adferant tædium, quum ueniant comitante damno. Sed dominus benigne pollicetur omnia repensurū regem. Cum recepero, faciam ut scias. Interim uale, ut fortassis ultro nō optas. Eduardo Leo multā ex me salutem dicito, & Palgrauo nostro, si redijt. Iterum uale. Caleti xxv. die Octobris. M. D. xx.

ANDREAS AMMONIUS LVCENSIS GUILHELMO

MONTIOIO S. D.

EMPER optauī clarissime Montioie, ubi gratiā referre non possem, saltem nō ingrati animi esse, & haberi. Quare tūā te altero Mœcenate, tum à multis alijs benignissimis literarum patronis in hac uestra Britannia, quæ tot annos me fouit ut iam & meam non iniuria appellare posse uidear, nullo nō genere humanitatis affectus, quum paupertas, quæ (ut ille ait) *ἀγνώμωνας πολλαδὲ πύλας*, uias alias persoluendi gratiam mihi præcluderet: quam potui, sum ingressus: laudare ceppi, quibus me plurimum debere arbitrabar. Quod officium Plinius iunior ita gratum olim fuisse ait, ut qui singulorum laudes, uel urbium scripserant, honoribus, aut pecunijs moris esset ornare. Siquidem Cherilus ab Alexandro incultis pro uerbis, & male natis, retulit acceptos regale numisma philippos. Et P. Cor. Scipio Africanus, Ennii arte utcumq; rudem, intimum habere, sum pulcherrimum triumphum laureatum sequi, & Corneliorum monumento demum inferri, non fuit dedignatus. Sed mortales prætereo: deus Opt. Max. quam pro suis immensis erga nos beneficijs à nobis gratiam reposcit: nempe laudem. Qua uictima nos sibi facere iubet: nō alia profecto magis quam laude, nimirum quod hæc una nostrum munus est, cætera autē illius sunt. Hanc ergo ipse gratiam meæ altricis Britannia, hanc tibi, hanc alijs meis patronis referre sum conatus. Uestra bona, uestras uirtutes non satis, sed quod potui, laudauī. Quod si pulcherrimæ materiæ parum decoris addidi, scis illud, in magnis & uoluisse satis. Istas uero meas qualescunq; ineptias, ideo tibi nominatim dicare audeo, quod te hominē minime fastidiosum esse noui. & pro tuo illo mirifico candore, meas nugas nō omnino nihil existimare perspexi. Proinde quicquid hoc est, ea uelim hilaritate, qua rustica & uilia munuscula soles, accipias: & quod facis, non rem, sed animum offerentis expendas. Vale.

ERASMVVS DORPIO SVO S. D.

N alio studiorum genere fateor uerum esse quod scribis, non lædit, imō sæpenumero iurat qui dissentit. Hic qui dissentit, non hoc agit ut ipse uideatur eruditior, sed ne aduersarius sit Christianus. Quod etiam si non agat ille, tamē interim apud imperitam plebeculam traducitur is, cum quo certatur: & anfa datur peruersissimo isti hominum generi, qui malo alieno uel pascuntur, uel crescunt. Nec unquam suspectum habui tuum animū, sed fortassis melius noueram ingenia mortalitū, & causæ circumstantias altius atq; tu perpendebā. Quod si qui cruciantur inter nos conuenire, demus operā mi Dorpi, quo magis ac magis doleat, indigni quibus unquam bene sit, si malis gaudeant alienis. Rumores nihil est quod metuas: nemo mor-

talit̄ est, qui minus his cōmouetur q̄ ego. Qui bene uolūt Erasmo, facile amabit et Dorpiū, si senserint te mihi ex animo amicit̄. Hērī binas à Moro literas accepi, intra biduum ibit qui meas referet, in quibus ascribam quæ cupis, imo iam quædam de concordia nostra scripseram, nondum abs te monitus. Multorum literis magnificisq̄ promissis inuitor in Gallia, idq̄ regis nomine; sed nō libet rursus me theatro cōmittere. Animus secessum flagitat; etas hæc, seu potius ualētudo, cogit etiam quietē agere. Petrus Aegidius tuam salutem alacriter accepit, & suā amāter remittit. Si quid in Angliam uoles, mitte q̄ primū, curabitur à nobis. Ioannē Arentsem omnibus laudatissimū, & tamen nunq̄ satis laudatū, meo nomine etiam atq̄ etiam salutabis. Bene uale. Antuerpiæ, nono Calend. Martias.

THOMÆ EPISCOPO DVNELMENSIS, ERASMVVS ROT. S. D.

R NATISSIME præsul, ex Petro unoculo, per quē nuper scripsi celsitudi-
ni tuæ, cognoui librum Senecę tibi nō fuisse redditum. Franciscus fatetur apud Arnoldum fuisse, à quo reposces, si nondū accepisti. Nos gratia superis, conualuimus, & breuī, ut spero, ueteres patronos reuisemus. Faxit Christus Opt. Max., ut uos omnes offendam incolumes. Bene ualeat tua pietas,

cui me totum dedo, dedicoq̄, Antuerpiæ. VII. Id. Iul. M. D. XVI.

IOANNI EPISCOPO ROFFENSI ERASMVVS ROT. S. D.

R EVERENDE pater, si per ualētudinem licuisset, ipse coram salutarem amplitudinem tuam & pro tantis in me beneficijs gratias agerem. Nouū testamentum cū tibi destinassem, cur mutato consilio summo Pontifici inscripserim, literis meis iam pridem exposui; quæ tua est humanitas, imo prudentia, boni cōsules, spero, quod fecimus. ~~Tuæ uero dicitur esse omnia uisum~~

imo. Dicit Hieronymus proximo mercatu Francofordienſi totus prociuit. Nunc per hunc Petrum unoculum hac de causa meo sumptu meoq̄ periculo missum, mitto archiepiscopo Cantuariensi quatuor epistolarum uolumina, quorum copiam ille tibi libens fecerit. Ad diuum Audomarū usq̄ peruenērā, in Angliam traiecturus, sed febricula oborta, fecit quo minus me cōmitterem navigationi. Cum licebit, aliqua declarabo me nō omnino immemorem tantæ tamque effusæ in me beneficentiæ. Princeps Carolus ad regna nouem & decem (ut ferunt) accersitur. Mira felicitas; at precor, ut ea nostre quoq̄ patriæ sit foelix, non solum principi. Cum Basilea relicta, per Lotharingiam iter facere pararem, passim obuio habui milites, uidi rusticos supellectilem in proxima oppidula comportare. Rumor erat Lotharingos adoriri uelle, sed incertum erat à quo mitterentur. Mihi subolet à Cæsare dimissos querere qui salariū illius uice depēdat. O miros Christianorū principū usus. Sic tumultuamur, sic ~~uoluntate~~, & tamen Christiani nobis uidemur. Verū hæc mihi meiq̄ similibus tantū deplorare licet. At utinā omnes pōtiffices, omnes cardinales

nales, omnes magnates, omnes theologii in hoc cōspirarēt, ut his malis pudēdis, aliquando finis imponeretur; uerū id nunq̄ fiet, nisi semoto priuati commodi studio, publica tantum spectetur utilitas. Ita fiet, ut & priuatum quicq̄ melius haberet. Bene uale, melius ualebo, si tuas merebor accipere literas. Apud diuū Audomarū, nonis Iunijs. M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. RIMACLO SVO S. D.

T ANDEM effugi ex ergastulo Basiliensi, in quo sex annorum operas, octo mensibus præstiti. Mirum mi Rimacle quantis studijs, quibus cōditionibus me sollicitarit superior illa Germania, quæ regio mihi sic modis omnibus arripit, ut nulla sub sole magis. Hanc epistolā Antuerpiæ reliqui, Bruxellam uerū stri cōueniendi gratia aditurus; idq̄ hoc consilio, quo si forte fortuna eueniret, ut non sit congregiendi copia, hæc meis uerbis salutem diceret amicis, quibus me reditum uehementer gaudeo. Bene uale. Et Aloysium (si adest) meo nomine saluta diligenter. Antuerpiæ, Calend. Iunijs, M. D. XVII.

IOANNI SYLVAGIO REGIS CATHOLICI CANCELLARIO

SVMMO ERASMVVS ROTEROD. S. D.

T ANDEM explicui me e laboribus Basiliensibus, uir clarissime, fortassis seruis & meis uotis, & amicorū expectatione, sed tamen pro operis modo penè præpropere, quippe qui libello de principe instituendo, nondum absoluto discesserim, cum magnopere cuperem id muneris offerre principi, deerat nonnihil adhuc & in Hieronymo. Quod superest ex tuo potissimū consilio faciam, quod erit faciendum. Has literas hoc consilio reliqui Antuerpiæ, ut si forte fortuna non contigisset mihi Bruxellæ, aut Mechliniæ tui cōueniendi copia, hæc saltem ratione tuam celsitudinem salutarem. Nam ipse Montisicam arcem adeo, illinc quempiam in Angliam transmissurus, qui uolumina Hieronymi, quorum æditionem inscripsi Cantuariensi, illi reddat, simulq̄ ceteros amicos meo nomine conueniat, ac censum anni superioris colligat. His rebus cōfectis, mox ad uos me recipio. Interea ualeat incolumis tua celsitudo uir incomparabilis, & patrone summe. Antuerpiæ Calend. Iunijs, M. D. XV.

PETRO CARAFFAE, EPISCOPO THEATINO, NVNCIO APOSTOLICO APVD ANGLIOS, ERASMVVS

ROTERODAMVS S. D.

R EVERENDE pater, sensi, sensi, sed sero sensi errorē meum de mittere tuo. Admonuerā ut nō solum fauces, sed etiam adituas. At quod ego de literis ac doctrina sentiebam, tu de pecunia putabas dictū. Dici non potest, quoties me postea puduerit facti. Nouum testamentum iam propemodum absolutū est, nisi quod ego laboribus enecor. Adest qui in Hebraicis nōnihil succurrat. Operis summa succrescet ad octoginta ferme terniones. Certum est Leoni decimo dicare. Epistolam ad illum scriptā opinor te uidisse: iam enim typis excusa est, in qua tui quoq̄ memini. Hieronymus gnauiter procedit sed opus imensum. Bene uale. Basileæ, decimo Calend. Ianuar, M. D. XIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMÆ MORO S. D.

I AM ad iter accincto, bine simul mihi reddita sunt literæ, neq̄ puer ullus, neque mercator nos uisit. Marussi syngrapham exhibui Gaspari, ea iubet dari ducatos largos iusti ponderis, aut ualorē. Agnoscis non Castrense, sed Mercuriale uerbum. Rogauī quis esset ualor. Respondit Stuferos, 37. cū dimidia to. At mihi, inquam, ualor nihil aliud significare potest, quam publicā principis æstimationem. At nos, inquit, hunc habemus morem. At ista inquam, ratione nos fallimur, qui uestrum morem diuinare non possumus ex syngrapha. Recepi syngrapham meam. Admonebis igitur hominem non esse mihi consilij quindecim florenos pendere in sexaginta angelatis. Rogabis archiepiscopum, ut pecuniā tibi tradat, tu collocabis apud Germanos Sterlingen. & scriptum huc mittes, quo hic recipiā: nisi erit per quē huc mittas rectius. Exhausti loculos omnes dū me uestro. Crede mihi mi More, effudi supra quadringentos florenos. Iam periculum est, ne bene uestitus fame moriar. Si Tunstallus hic hyemat, illi me adiungam, nam id impensissime cupit. Adijt, hæc cum scriberē, Petrum Aegidius hospes Anglorum, offerens precia librorum, ceterū de nostra pecunia nullum

nullum trerbum. De Vrsauico fac istes. Hieronymus intra biduum aderit cum ingenti sarcina literarum ad me. Vbi accepero, faciam te certiorē, si quid erit quod te scire oporteat. De insula deq; ceteris curabuntur omnia. Hæc scripsi inter componēdum sarcinas mox equum conscensurus. Bene uale charissime More cum tuis omnibus. Antuerpiæ postridie Calen. Octob. An. M. D. XVI. Curavi ut Cantuariensis, Coletus, Roffensis, Vrsauicus, & tu si uis, inter primos accipias Hieronymi uolumina. Rursum uale. P. Aegidius planē te deamat. Nobiscum assidue uiuit. Mire fauet tuæ Vtopiæ, teq; ualde salutat cum tuis omnibus.

THOMÆ CARD. EBORACENSI ERASMVVS ROT. S.

R EVERENDISIME pater salutē plurimam. Tameſi nō ignorabam antea celsitudinis tuæ in me fauorē, tamen id plenius hodie cognoui ex oratione clarissimi Montioij. Eram corā acturus gratias, sed hic uetus & libri iam pridem relictī, me iam dudum reuocāt. Et sciebam quantis negociorum undis in præsentia iactetur exerceaturq; tua sublimitas. Quod superest huius negocij, literis traſigetur. Vbi uobis decretū erit, quantū meo ocio satis esse putetis, meū fuerit dare operā, ut ita dimittat a principe meo, sicuti par est ab optimo & bene merito discedere. Ceterum quicunq; erit euentus, pro regia in me indulgentia proq; celsitudinis tuæ propensissimo studio semper debiturus sum: quam utranq; incolumem in multam ætatem tueatur omnipotens. Londini, M. D. XV.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

L VPSETVS existimat se nostra renatū opera, planeq; ab inferis emerſisse. Magistri moluntur omnia, quo retrahant adolescentem in suum piſtrinum. Nam statim eodē die sophisticis libris distrahctis, Græcos emerat. Vide, ut cū inciderit opportunitas, gnauiter agas parteis tuas. Nihil huius ingenio gratius, nihil amantius. Bene uale. Verto librum Plutarchi de discernēdo adulaforem ab amico, longiusculum, sed quo nō alius mihi magis placet. Absoluam fauētibus superis intra dies octo. Videtur mihi hoc propemodum magis ad rem pertinere, quam di gladiari cum Vigilatio, duce Hieronymo. Rursum uale. Si uideris Lazarum nostrum hominem plane Musis & Gratijs natū, quaſo salutes diligenter hortare, ut perscribat mea quæ habet in manibus. Nam habeo quædam plus quam noua, quæ non dubitem illi futura gratissima. Milies uale, Cantabrigiæ, Anno M. D. X.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

N VPER fasciculum epistolarū ad te miſi unā cū exemplo Vtopiæ per quendam tibi uehemēter ut aiebat, amicū, onerassē pluribus, sed uerebar. Nūc alium nactus, mitto Reuchlinicā in uno libello, quem ita cōmunicabis Roffensi, ut quā primum legat, ac remittat. Nam quædā sunt quæ nusquam reperias. Tu lege propositiones planē Theologicas, abyſſales sapientias, & articulos Arnoldi Tungrēnsis. Mitto unam epistolam ad Marlianum, quod is si spicatus esset priorē librum Vtopiæ à me profectum; id nolebam serpere, quum sit nihil uanius. Dialogus ille Iulij & Petri, ut intelligo, iam *ἡ περὶ τῆς μακροῦς μεγάλου* in manibus est, & unice placet. Moriam in dies expectamus. Vtopiam tuam recognitam huc quā primum mittito, & nos exemplar aut Basileam mittemus, aut si uauis, Lutetiā. Si quid habet Ammonius, curat ut quā primum ad nos ueniat. Nam princeps abitum adornat, & nos quō aut quando profecturi, incertum habemus. Exigitur à populo ingēs pecunia eaq; præfens. Postulatio recepta est ab optimatibus, ac prælatīs, hoc est, his qui soli nihil curant. Nunc ciuitates consultant. *ἡ ἀποκρίσις* alias *ἀνομιὰ*, nunc adest manu magnifice armata, & agri passim explantur militū gregibus, sed unde, aut cuius nomine ueniant, incertum. O miseram hanc regionem, à tot uulturbus arrosam; o felicissimā, si ciuitatum inter ipsas esset cōcordia. Significa num eodem animo sit in me Cantuariēsis & Coletus, atq; item Roffensis, de quo tibi nuper scripsi. Pater eius qui has reddit, nos laudissimo prandio accepit, ut diues ac probus, multa testatus de tuo erga se officio. Adiuua me, quaſo, tuo consilio. Budaicam postremam ad te mitto. Precor Maruffo quo dignus est, cum sua syngrapha. Nam Saulos istos nusquam licet cōprehendere, ni Brugas proficiscar. Bene uale More suauissime, Antuerpiæ Calen, Martijs. Adest isthic Frācisus, si nondum

nōdum Hieronymus expletus est Cantuariēsi ab hoc exigat; debet enim. Remitte excenti paria epistolarum quas nunc mitto, & quæ reddidit Lupsetus, sed per hominem certum. Rursum uale cum tuis. M. D. XVI.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

M IS duas literarum sarcinas, alteram per negociatorem quendam, alteram per filium Ioannis Crullij, cui tu operam tuam nauaueras. Ei cōmendauit cōdicem, in quo erāt Reuchlinica, quæ misere desiderabat Roffensis. Per priorē miſi libellum Reuchlini, uersum meo sumptu. Mitte Vtopiam ubi primum licebit. Est Antuerpiæ senator, cui usque adeo placet, ut eam memoriter teneat. Epistola Dorpij, cui tu respondisti, sic à tuis descripta est, ut ne Sibylla quidē possit legere, uellem mitteres minus male scriptam. Quæſo te ut scribas de omnibus diligenter, cū primū licebit. Nam hic magna rerū mutatio uidetur instare, nisi me animus fallit. Bene uale cum tuis omnibus. Qui has perfert probus est iuuenis, ei pmisit nescio quid Sixtinus. Is ea fiducia pctit Angliam: ignarus ex simplici promisso non nasci actionem. Sed tamen extimula hominē ut magis ei faueat. Si Pollio crebro fuit apud te, facile cōiectabis quid ego passus sum Bruxellæ, cui quotidie cū tot saluatoribus Hispanis fuerit res, præter Italos & Germanos. Rursum uale Antuerpiæ. Postridie nonas Martias, Anno M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. PETRO AEGIDIO S. D.

O PTIMI patris mortē ut doleo, ita felicē existimo qui sic decesserit: quando hac forte nascimur omnes, nihilq; diuturnū in rebus humanis, nedum perpetuum. Quod conualueris gaudeo, atq; uti perpetuum sit opto. Quāquā Iacobum onerā multīs mandatis, tamen unum quiddam oblitus sum, quod maxime coram oportuit, scribit ad me archiepiscopus Cantuariēnsis, ut hic ab amico quopiam uiginti libras Sterligē, accipia, & syngrapham mittam, se protinus resoluturum. Quando igitur ut audio non licet exire, accerſe ad te Ioannem Crullum, aut si quis est magis idoneus qui tibi numeret pecuniam ac syngrapham meam recipiat, aut mihi negociū cōmittat, curabo ut in Angliā pecunia numeretur ei, cui uoluerit is qui dedit. Quod si archiepiscopus non dederit, quod tamen fecus fore scio, ipse reddat. Tu si postulat fideiubeto, quod erit tibi bonum atq; commodum, quando pecunia manebit apud te. Mea refert ut hoc quamprimum fiat, Scis quam obrem: Quo mox ad proximum paschale liceat honestius iterū petere. Quam obrem hoc agas uelim, quod meo bono, nullius incommodo fiet. Mortis adhuc est Caletī, magno ut apparet tum tedio, tum sumptu, & in negocijs longe odiosissimū. Sic reges beant amicos. Hoc est à Cardinalibus adānari. Sic & Pacium iam supra biennium apud Eluetios relegatum detinent. Epistolam illius fac habeamus. Vt in tuo fiat cōmodo, ut hic nobiscum hybernes. Assatim confere remus fabulas nostras. Paraphrasis iam ad calcē decurrit. Triginta sex Philippeos, & ut opinor, præterea non nihil reliquū apud Nicolaum, ut solueret pro stragulis, & ita reliquū, ut soluta pecunia reliquū tibi restitueret. Et memini me scripsisse super hac re: tu tamen nihil respondes. Fac ut scia. Ne remittas N. suos libros, priusquam uiderimus, agit Cantabrigiæ, illic Græcas professurus literas. Dissimula illius literas tibi redditas. Medicus petijt inducias quatuordecim dierum. Tu si forte uideris hominem, finge te pudefactum apud me, nisi non alio modo potueris, ut dicat Nicolaus, qui audierit eum sic deserantem. Optassem sigillum de beris miſsum fuisse. Sed ut inuicem impites, cōmignas quomodo tuas agas negotia. Inclutans literis syngraphas meas, & epistolam Cantuariēnsis. Si aut abest, aut fignēt Crullis, confido Franciscum non grataturum. Bene uale cum tuis. Lotuani decimo septimo Calen. Decembris. Anno multimo. ~~reſiſto decimo octavo~~

ETHELWVS ARCHIEPISCOPVS CANTVARIENSIS

ERASMO ROTERODAMO S. D.

E RASME, si ualentibus dicimus salutē in capite literarū, multo magis cōuenit agrotanti tibi optare salutē. Tameſi fausto om̄nie auguror, te iam pridē calculis purgatū, saltē posteaquam celebratiūis memoriā purgationis Mariæ. Quid sibi uolunt taxa in corpusculo tuo? aut quid super hanc petranā inædificandum est: non enim cōstruendo es magnificas domos uel eiusmodi quipæ

di quippiã, ut opinor: quo circa quã non sint è re tura calculi, cures quamprimum te super fluo oncre liberare, desq; pecuniam ut auferantur ij lapides, secus quã ego quotidie do pecuniam, ut lapides afferantur ad mea ædificia, Id quod ut facilius facias, nec tibi desis, dedi filio cuiusdam aurifabri Londinẽsis triginta angelatos, quos in decem legiones mutatos uelut id auri pharmactum nonnihil energie in se cõtinet, eo utere ad salutem, quam tibi emere multo pluris cupiam. Restant enim multa ~~opera~~ opera per te ædenda, que nisi ualeas, obire non queas. Cura ut ualeas, nec nos defraudes per ægritudinem tuam, ~~per~~ ~~conueni~~ ~~episcopum~~ ~~Theatinum~~ ~~conueni~~ ~~episcopum~~ ~~Theatinum~~. Ex Londino quinto Feb. M. D. XII.

ERASMVVS GONELLO SVO S. D.

S
EMPER equus meus ad me redit & habitior, & alacrior mi Gonelle, satis pre se ferẽs nutricij sui tum diligentiam, tum felicitatem. Quare te maiorem in modum rogo, uti pergas, quemadmodum cepisti curare baiulum nostrũ. Quid ni nostrum appellem, cũ amicorum cõmunia sint omnia. Dabo operam ne officium tuum in hominem parum memorem, partimq; gratũ collocaſſe uidearis. Bene uale Gonelle charissime. Cantabrig. Sexto Cal. Octob. M. D. XI.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S.

V
TINAM essem sanior animæ tuæ pars, quẽadmodum tu uocas. Nunc ipse parum ualens, ægroto inorbo alieno, & tamen ob negociũ Noui testamenti non uacat ægrotare. Non uideo spẽ, nisi primũ imperes tibi ipsi, deinde se seipias iter aut huc aut Gandauũ. Illic est Clauus medicus maledicus, e te commendabo si uelis, ut te uel conuictis adigat ad curandam salutem. Abſtine à pharmacis deſicientibus naturæ uires. Expãtiare comite Nicolao aut simili amico ſi do ac iucundo. Quicquid est litium procul abijce. Prudentis est ante omnia uitæ cõſulere. Bene uale. Ita & ego mitis in commode ualitero. Loua. Tertio nonas Mar. M. D. XVI.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

C
ÆTERIS ægroto, tibi uni bene ualeo. Gratia superis, reuerſus ſum in colu mis Antuerpiã tertio calend. Iunias. Deliberatũ erat iter facere per Lothoringiam: iamq; ad montẽ Cæſaris, oppidum in alſibus ſitum, perueneram. Verum ubi uiderem paſſim milium greges, ruſticos paſſim ex agris in oppida commigrare, & rumor eſſet aduentare manũ ingentẽ, uerũ cõſilium, & periculũ non effugi, ſed mutaui. Colonia nactus ſum oratores Italos, quibus adiuncti, cõfecimus ferẽ equites octoginta. Nec hoc numero ſine periculo fecimus iter. Episcopus Baſilienſis uir admodũ natus grandis, integer & eruditus, dictu mirũ qua me ſit humanitate proſecutus, homo alioqui multorum cõſenſu non admodum benignus. Nam hunc neuum reperiũt in tam formoſo corpore. Inuitauit, complexus eſt, ornauit teſtimonio uocis ſuæ, obtulit pecuniam, fortunam, donauit equum, quem uix portari egreſſus, ſtatim quinquaginta florenis aureis uendere potui. Parauerat poculum argenteum, uerum auri ſaber illi uerba dederat, id quod indigne tulit. Eloqui uix poſſum, quantopere mihi placeat hoc cœlum Baſilienſe, quantopere genus hominum: nihil illis amicus, nihil ſyncerius. Quot me comitabatur equis abeuntem, quibus lachrymis dimiſerũt? Quanquam & aliunde conditiones non inhoneſtæ offerebantur. Vnam epiſtolam miſi, ex qua poteris conſpicere me non omnino fingere. N

~~Placuit epiſtola quã Antuerpiã reuerſo reddidit Petrus Aegidius. De Ruſſo demiror, quid homini uenerit in mentem cuiſmodi nugari nugas, depoſui apud hominem centum, & uiginti angelatos eximios, pro his ſyngraphã tradidit: tamen ea res citra periculũ illum conſici poterit. Scripſi Cantuarienſi per hunc tabellionem, mihi reddidã eam pecuniam, opera Ruſſi. Is huic tradat chirographum ſuum per quod poſſim in his regionibus accipere pecuniam. Eo apud te depoſito, recipiat ab archiepiſcopo pecuniam. Id ſi parum probatu~~

Placuit epiſtola quã Antuerpiã reuerſo reddidit Petrus Aegidius. De Ruſſo demiror, quid homini uenerit in mentem cuiſmodi nugari nugas, depoſui apud hominem centum, & uiginti angelatos eximios, pro his ſyngraphã tradidit: tamen ea res citra periculũ illum conſici poterit. Scripſi Cantuarienſi per hunc tabellionem, mihi reddidã eam pecuniam, opera Ruſſi. Is huic tradat chirographum ſuum per quod poſſim in his regionibus accipere pecuniam. Eo apud te depoſito, recipiat ab archiepiſcopo pecuniam. Id ſi parum probatu

probatu, ſac ipſe recipias eam pecuniã, & ſcribe tuis ut hic mihi reſtituant: ſimulq; mihi ſyngrapham mittito, per quam eam repoſcam. Nam literas ad Cantuarienſem ſic temperabo, ut utruq; liceat. Submonuit hic Petrus unoculus, optimũ eſſe committere pecuniam negociatori cuiſpiam Germano, per cuius ſyngrapham Antuerpiẽ recipiam. Pro ita de ſcribam, ut tibi tradat pecuniam, per memox ad te uenturã. Mire mihi placuit illa tua ad me epiſtola, teſtis animi in nos tui: præterea declarans te proficere dicendi uirtutibus. Apologia pro me tuam, nondum totam legi, ex qua intelligo quid Martinus Dorpius ſcripſerat. Admiror quid homini uenerit in mẽtem. Sed tales reddit hæc Theologia. Cantuarienſem ſalutauit. Aderat forte fortuna tum in cœna præpoſitus ille Caſſiletanus, uir iuxta doctus, atque humanus. Adeſt & epiſcopus Theatinus. Er dum hæc ſcriberem expeſtatur Tonſtallus, quo ſalutatio Montioium conueniam, & Abbatem: apud hos tantisper tempus ducam, dum hic monophthalmus huc ſe recipiat. Mox cum principe agam. Si ſenſero frigere negociũ, ut eſt huius regionis erga literas ingenitũ, recta Baſileam, niſi ſi quid tu diſſentis. Scribito de ſingulis diligenter, ſi quid eſt, quod ad rem meã pertinet. Si Pacæus adeſt, admone ut per hunc remittat omnes commentariolos meos, quos apud illum depoſui Ferrariã. Conueni epiſcopum Theatinum, cumq; eo cœnaui. Is toto per cœna nos amat, ac miratur: agit apud Carolum principẽ, comitaturus eum in Hiſpaniam. Hodie cœnaui apud Tonſtallum, ut compendio dicam, tui ſimillimũ. Cura ut requiſcaſ; nam audio te periculofe laborare. M. D. XVIIII.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

C
HARISSIME Petre Aegidi, ex aula recepi adhuc centum florenos, reliquum promittunt breui. Si certus aliquis tibi contingeret, aut ſi Iacobus huc uenerit, mitte mihi pſalterium octaplum tuum. Nam hic penes neminẽ eſt et eo opus eſt, in Apologia quam paro aduerſus Fabrum. Medico me uicice commendabis. Miſiſſem illi ſuam grammaticam, ſed Apologia nonnihil abſtituto deduxit. Bene uale mi Petre ſuauiſſime. Patri & uxori ſalutem dices. Nos, gratia ſuperis, mediocri uale tudine ſumus. Virge Quintinum ut perficiat, quod ubi erit factum aduolabo conſultaturus, quomodo poſſit commode tutoq; mitti in Angliã, ſimulq; Quintino ſatiſfaciemus. Dum cum Fabro litigo, dies perdidit iam octo. Rurſum uale, imò da operam ut quã optime ualeas. Nicolao ludimagiſtro multam ex me ſalutem dicito, qui quoniam me ſibi obſtrictum eſſe uoluit, circunſpice quanam in re queam illi uiciſſim gratificari. Dederam Ioanni tuo negocium de ſella Bruxellæ emenda, quid actum ſit, ſcire cupio. M. D. XVIIII.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

C
ALENDIS Maij uentis inualeſcentibus, iamq; etiam aduerſis, medio noctis ſcapula nautica, non ſine periculo in rupes quaſdam eieci ſumus, in Galliam haud procul à Bolonia. Mox uenti aſperrimi, quos reliquo itinere litus uicinum nobis exaſperauit. Ii multos apud nos Cynanche & pleuretide occiderunt & occidunt. Petrus Aegidius & ego pingimur in eadem tabula. Nam tibi doctus, uerũ in hoc incommode: quod reuerſus Petrum offendit, neſcio quomodo laborantem grauitate, nec in periculum, unde nec ad hæc ſatis remouit. Nos bella ualebamus, ſed neſcio quomodo medico uenit in mentem, ut purgandæ bili iuberet me pilulas aliquot ſumere, & quod ille ſtulte ſuaſit, ego ſtultus feci: tam pingi ceperam, uerum à pharmaco ſumpto cum ad portum reuerſem, negatũ eundem eſſe uultum: dilata eſt igitur pictura in dies aliquot, donec ſum paulo aſterior. Epigrammata, & Vtopiam miſi Baſileam per propriũ miniſtrum, quem in hoc aliquot menſes hic alueram, unã cum meis aliquot lucubrationibus. Tonſtallus huc ſiue uale, imò triumphat, Tatum hic nactus eſt ueterum nomiſmatum. Panegyricum quo Philippum laudauit, Budæi aſſem totum excuſſit, & ad eum ſcripſit. Verum ille nondum quicquam reſpondit. Cardinalis Gurſelis hinc ante dies aliquot abiit, Cæſare, ut audio, non admodum æquo. Card. Sedunenſi hinc diſceſſit, apud quẽ eo die prandiũ egi: qui cum mihi longa fuit diſputatio de nouo Teſtamento

A mento

mēto, tum de bellis palam debacchatur in Gallos, & ut Heluetium decet, ingenue. At
bat Germanos eō tendere, ut omnes reges subsint imperatori. Caesar Moguntiam adit,
nam illic, ut ferūt, conciliū futurum procerum Germaniæ. Carolus noster Grandiū cōci-
lium agit, quōd Cæsar nō accessit. Aiunt abire nondū satis placatū. Dī boni, quis unquā
iratus fuit hoc felicius? Pax coitura fuerat etiam cum Ghelrijs, & quidē conditionib. Cæ-
sari quoq; equisimīs. Verum id ille impediuit, ne nullum usquā esset nobis bellum. Phi-
lippus episcopus Vltratraiectinus urbē suam ingressus est, & auspicijs felicissimis, & insi-
gni pompa; dux Ghelriæ dicitur octo milibus hominū contractis Phrysiam adoriri. Tom-
stallus gaudet sibi tandem peractam fabulam illam motorā. Is si redit ad uos, hæc frustra
scripsimus. Sin manet, certū est, ubi ubi futurus est, tempus hoc cū illo trāsigere. Alioquin
consiliū erat Louanij astutare, Theologis etiā id magnopere flagitantibus. Solus N. mur-
murat adhuc nescio quid, gloriæ causa, ut ne parum uir constans uideatur. Caue fraudes
me ista tua epistola, quam inabsolutā mihi ostendisti. Si epistola Iustiniāni oratoris Vene-
ti apud te est (nam mihi perijt) fac huc redeat: sin minus, roga humanissimū Nicolaum se-
cretarium illius, ut exemplar rursus huc mittat, unā cum ea, qua ipse Marco Musuro gra-
tulatus est. Scribam fusius intra mensem, cum mittam tabellam. De equo nihil adhuc au-
dio, at qui nunc fuisset usui. Bene uale cum suauissima coniuge, liberisq; dulcissimis. Pe-
trus Aegidius unā cū Cornelio laura te tuāq; plurimū saluere iubet. Anno M. D. XVII

ERASMVVS ROT. CORNELIO BATTO S. D.

HARRISIME fili, tuam erga me pietatē lubēs amplector, faciamq; pro ut-
riusq; mea portione, ut intelligas defuncti Batti neq; memoriā, neq; charitatem
apud me intermortuā, tu modo cura, ut optimo doctissimōq; patri literis ac
moribus respōdeas. Ego nunc Basileā adeo, Sic enim res postulat. Si istic es
tolerabili conditione, perdura usque ad reditum meū. Redibo enim uolente

Christo, mense Octobri: Sin minus, conueni Louanij Ioannē Hontiscotantū Liliensis præ-
dagogij moderatorē, & ex illius consilio pete Brugas, conuenturus Marcū Laurinum co-
adiutorem, ut nunc loquuntur, Decani s. Donatiani, cui de te scribam hodie. Optimū, &
humanissimum patrem Gosuinū meis uerbis saluta diligenter. Optarim te literis Græcis
operam dare, & euoluendis bonis autoribus. Accipies his literis inclusum nobilem Flan-
dricum aureum, animi in te mei pro tempore qualecunq; pignus. Bene uale mi Cornelii.
Louanij, Tertio Calend. Maias, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. ANTONIO CLAVÆ S. D.

VPER uidebaris optare Græcum Herodotū: eum ad te dono mitto, Nam
facile mihi reperietur alius in hoc itinere. Bene uale. Robertum Cæsarem
uix possum salutare, qui nuper nos tam superbe destituerit in coena. Loua-
nij, Tertio Calend. Maias, Anno M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. MARCO LAVRINO S. D.

CRIPSIT ad me Batti sincerissimi quondam amici mei filius Cornelius
Battus, iuuenis bene linguarū, satisq; doctus, sed loripes, is tenetur huius re-
gionis desiderio: nam Gruningæ agit hypodidascalum. Si forsitan te adierit
expende num tibi possit uti. Noli ut mea causa quicquam agas aduersus animi tui contentam. Bene uale. Scri-

bam alias copiosius. Louanij, Tertio Calend. Maias, Anno M. D. XVII.

ERASMO ROT. PETRVS ÆGIDIVS S. D.

IDE ð te occupabitur, qui ad quaternas meas literas non respōderis. Ven-
nit nuper ad nos tabellio quispiā, cum literis ad Ioan. Neuium tuis. Aherat
Franciscus in Britannia cum illo adesset: delatae sunt tandem ad me eam epi-
stola quadam Frobenij, quam sum apprime exosculatus. Borsalus Decana-
tum ut uocant, nactus est, hac proficiscens in Selandiam nos inuisit, te Basile-
eam peruenisse narrauit. Quisquam mihi nescis sum gauisus. Et quid ni gaudeā quod
tuis sit mentio gestire, tripudiare & subsilire soleo. Quæro te Erasme mi, si quando da-
bitur occasio, ut Pyladi tuo, sic enim me non minus ex animo q̄ uere nūcupas, aliquid li-
terarū mittere ne graueris, Admiratus su nō parum, quod minime rescriperis, præsertim

tum cum tu interea tēporis bis ad Neuium literas miseris. Badius fuit apud nos, uiximus
genialiter super Fabro Stapulensi facta est mētio in cōuiuio, pœnitet se unquam Erasmi
iritauiſſe, nec respōditurus est, nisi ad Calendas Græcas. Paulus Aemilius reliquos historia-
rum suarū libros formulis excudendos Badio tradidit. Intellego item Budæum epistolas
colligere, nimirū curabit eas adendas, non sine doctorū omniū & admiratione & fructu.
Est apud nos, si superis placet, sycophanta ille Hypsistrotus instar ululæ inuisus omnibus,
is nunc rem agit alienā profus a sua sodalitate, uendit libellos illos suos ineptissimos, qui-
bus indidit titulū Apologiæ, hos minutuli isti libelliones circūforanei, tanquā præcones
uendūt: cōpendiolum autē quantulū est scabiosus & miser accipit Hypsistrotus. Hæc ne-
mo dignatur colloquio, nemo uel salutari, nisi fortassis insanae quædam & ueneficæ lenæ,
quanquā ne hæc quidem suo nebulonē dignatur cōmercio. Corradit undecunq; potest pe-
cuniā, sed nil præter autū Tolosanum. Dialogus nescio cuius autoris, profus tamen eru-
diti, de lulio hic passim uenditur: hūc nemo nō emit, nemo nō habet in ore, hūc te uidisse
maxime uellem, quanquā non dubiū, quin istic quoq; uenundetur. Ferdināduſ illustris/
mus princeps faustis auib; applicuit, paucis ex nostratibus comitarus. Aiunt hunc non
falsi autores, comi & affabili esse ingenio, moribus optimis, & ad miraculū usq; Latine do-
ctum, nec ineloquentem. Marcus Laurinus apud me ueneratus est dies aliquot, de te torus
noster fuit sermo, tota confabulatio, iussit te oppido quam saluere. Sixtinus ad me literas
misit. de Moro nihil audio. Franciscus ex Britannia Lutetiam petijt. Beatus Rhenanus
si belle ualeat, impendit gratulor. Bene uale mi Erasme. Vxorcula mea iam partui proxima,
te plus milies salutari. Antuerpiæ. XI Junij, Anno M D XIX

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

TINAM istam animi impotentiam possis uincere, & tuæ ualitudinē perni-
ciosam, & ad res gerēdas adeo inutilē, ut uehemēter etiā officiat. Quid opus
erat aperire stomachū aduersus medicū? Sciebā illum nihil daturū, tantum
iubebat comedā agere. Nūc si faciem perficuerit, ne tantulum quidē spei
fuerit, & incipiet palam esse hostis. Quod si certa spes fuisset, malim ego cen-
tum fraudari cyathis, quam te semel acerbus commoueri. Crede mihi nisi ab his duobus
temperaris, animi perturbatione, & intempestiuo coitu, non lubet eloqui qd tibi timeam
mi Petre charissime. Quare te maiorē in modū oro, omnia postposito tuæ salutē. De ad-
uentu nostro ad Christi natalem medici gratia scripserā, nō serio, ne uel tu frustra speres,
uel uxor frustra metuat. Certū est enim hinc nō migrare, donec quod est in manibus ab-
soluero. Paraphrasis quæ exorsus sum in tabula, iam absoluta, excudi formis cœpta est.
Adest Ioānes Borsalus huius collegij cōtubernalis, conuictor omniū festiuissimus. Vti-
nam tibi integrū esset torā hyemē nobiscū agere, & istis negocijs que te frustra cruciant,
iuberes uenire. Placent Mori carmina. Appulit huc Hebræus quidā Matthæus,
suæ linguæ egregie peritus: spero fore, ut hic illi salariū decernatur ex Buslidij legato. Si
me amas, omnibus posthabitis, da operā ut ualeas. Magna morbi tui pars ab antio pen-
det. Si commodū est, accerse ad te Franciscū, & uide utrum uelit facere quod scribit Lachne-
rus, an non: sed uerbis benignis, ut mihi, si nolit, alia uia prospiciā: non enim sinā ut impu-
ne me luserint. Si Linacri Galenus aduectus est e Lutetia, rogo emas. Bene uale cum tuis
omnibus amicorum suauissime. M D. XVIII

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

E his quæ nobis attulit Iacobus, omnia recte habent: nec diffido quicquā de
Nicolaio, sed mirabar tibi pecuniā non esse redditā. Doleo te angustiorē:
at ego non ob aliud repetebā mea, nisi ut tibi sollicitudinē adimerē. De sigil-
lo nihil accuso, tantū extimula hominē per famulū tuum. Vtinā scissem Pa-
cæum isthic adesse, nam id ex illius intellego literis, protinus aduolassem. Epi-
stola ad Dorpiū me non ualde cepit: quanquā eam nō dum perlegi. Quæro quod officiū
mihi offerunt Franciscus & Crullus, ut pro me scribant Archiepiscopo: aut quid diffi-
dent: cū pecunia sit mansura in manibus tuis, te fideiussore? Neq; tibi est ullum pericu-
lum, nisi ut eandem pecuniā reddas, si quid accideret. O festiuos nugones, & bellos ami-
cos futuros, si incidere necessitas. Offecit Crullus Cantuariensem non esse Cancellariū,
alioqui uel donaret opinor. Si grauatur, sine illos: sin facient, facient sine ullo suo periculo
A 2 rem

rem gratam, sed opus est festinatione. Medicū mi Petre negligē, & fabulā nobiscum age. Extremā literē magis ac magis scurrām olent, uerū hæc bene erunt. Tu tantum cura, ut suauiter uiuas, teq; rebus meliorib; serues, nos satis ualemus. Mitto Paraphrasim unam emendatā. Vxorculę bene precor, cæterisq; tuis omnib; Louanij, Anno M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

D EMIROR quid illi furcifero meo uenerit in mentem, ut isthinc tam subito discesserit; nam eodē die scripserā ex Mechliniā, quid fieri uellē. Obambularat animi causa nebuloso, isthinc Mechliniā, inde Bruxellam, inde Louanium, illinc demū in Diest, post mensem huc peruenit, perditis uestibus, & consumptis decē aureis, itaq; abiecti portenti. Cura ut hæc epistola reddatur Cæsarario, quā tuæ adiunxi. Adidimus aliquot epistolas, & inter has illam, qua Dorpio satis facimus, & illius epistolam adiuncturū, si ministro cōmississes, uti iusserā. Libellum adferet bibliopola. Excusum est Enchiridiū, additis alijs quibusdā. Nouū Testamentū ceptum erat, sed rursus intermissum ob inopiā castigatori; simul atq; uel paululum dabitur oei; tuum edemus epithalamium. Sedebimus hic usq; ad mensem Nouembrē. Bene uale cum tuis omnibus, amicorū optime. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

A CCIPIES ab hoc nauta Antonio mea scrinia, unum quadrum ligneum funibus obtinctū, tria Gallica corio sullo superne contexta, repones uel apud te, uel allicubi in tuto, donec ipse aduenero. Nautæ, si uidebitur, solues, nisi si forsitan hic à me pecuniam exegerit, nondum enim cum illo sum pacius. Salutato Mōriolo, & aliquot amiculis, mox adero, fauentibus superis, & omnibus de rebus coram confabulabimur. Illud demitor, Franciscum bibliopola huc absq; tuis uenisse literis. Fac ut meæ res in tuto sint, quas eadem tuas esse ducito. Bene uale amicorum optime. Londini, Anno M. D. XIII.

ERASMVVS ROTEROD. PETRO ÆGIDIO S. D.

D EVM immortalē, quid imprecer istis comperendinatoribus? Si Hieronymus nondum est cōcinnatus, fac modis omnib; extrimules Callipides istos: sin est, cura ut quāam primum ad me ueniat. Petrus Cocles fortasse decumbit, nam audio non modo spoliatum, uerum etiā delumbatum: id si uerum est, doleo uicem hominis. Iam Coletio scripsi, ut succurrat homini. Tonstallus item ex animo dolet. Nolim te huc uocari tuo incommodo: quod si est, cur huc te recipias, uerines gratissimus Tonstallo, tum adferes tecū argentum, relaturus aurum. Franciscus soluit, ut ait, cæterum pro Petro negat se fideiussisse. Accepi syngraphā à Maruffo, qua non nihil auxit estimationem ducatorum. Vtopia in manibus est typographi. Bene uale cum dulcissima coniuge, optimū parentem meis uerbis salutato diligēter. Bruxellæ decimo quarto Calend. Decemb. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

T E filia auctum gaudeo, tum cōpatrem Tonstallum tibi gratulor, quo uiro nihil habet hæc ætas, nec eruditius, nec melius, nec humanius. Age ad istum renorē uices gignendi fac serues, ut æqualis sit numerus filiorum ac filiarum. Mihi iam non uideo uiuere, adempto Tonstallo, nec uideo tamen quō futuram. Montioius abest longius. Louaniū tamen cum Theologis utcumq; reditum est in gratiā, durius tamen nos acciperet quadragesima. Hic sedere diutius, omnino non est animus: si citra tuum incommodum cedere potes cubiculum unū, quod habes latrinā, fortassis istuc immigrabo, paraturus quæ mittā Basileam: quod supra solitam rationē impenderis, mihi uolo imputari: ita nec te magnopere grauabo, nec tu me. Fac igitur ut sciam q̄ primum, sed caue ne quid moueas domi tuæ, donec abs te factus certior, te uicissim reddidero certiorē. De pecunia nihil adhuc audio, & tamē mea nōnihil refert, ne ea diutius sit in manib; fœneratorū. Vxorculę tuæ suauissimæ, fausta omnia precor. Fabulæ rerum nostrarū prolixiores sunt, q̄ ut literis cōmitti possint. Nuper apud Cancellariū prandēs, honorificā tui feci mentionē, & accepit satis pronis auribus. Patri optimo, iā bis patri, multā ex me salutē ducito. Bene uale. Bruxellæ pridie Agnetis. M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

O PTO parenti tuo optimo, id quod est optimū. Iterū atq; iterum te rogo charissime Petre, ut quod mutari non potest, seras certe moderate, neu te conficias dolore, tibi exitabili, tuis graui & acerbo, mihi Morosq; acerbissimo: Serua te tibi, serua te tuis, serua te rebus prosperioribus. Siue pater est incolumis, siue secus, scio te grauius occupari, non luctu solum, uerum etiā negocijs. Proinde nequid ex meis etiam accedat, nisi Iacobū meū, ut quod habes rerum mearum, huc adducat: si quid tibi potest esse usui, tolle & scribe quid sustuleris. Atque utinam summa omnium quæ habeo, patris tuamq; salutem queam redimere. Venissem ipse, sed metuo pituitam, & sum in restituendo nouo Testamento totus. A Moro binas acceperas. Cura ut ualeas, & te fortē uirum præbeas. Si quid erit in quo tibi queam facere gratum, facito periculum, an ex animo te diligam. Louanij pridie Martini.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

S OLES ultro me tuis prouocare literis, at nunc nec laesisset respondes. Scripseram de cōmentarijs, de quibus cum Badio pactus eram, habebam Franciscum nōnihil suspicium, quod parum integra fide rem tractasset, itaque cupiebam tuis literis certior fieri. Dicit non potest quāam doleam, nostros paulatim his inuolui bellis, tot iam bellis, uel ut uerius dicam, latrocinijs, diuexatos. O Theologos elingues, o mutos episcopos, qui tales rerum humanarum pestes taciti spectant. Scribito mi Petre, ac uale.

ERASMVVS ROT. GONELLO SVO S. D.

L ONDINI salutauī Mœcenates meos, Archiepiscopum & Montioium, ad hæc amicos aliquot destinaram munusculo adoriri & in his regium Eleemosynarium, nunc episcopum Lincolniensem, sed offensus Londino, nondum enim illic uersari tutum est ob pestilentiam, in aliud tempus distuli. Rex laborabat cum illic essem, hoc est, Richemōdiæ, sabbato proximo, sed medicus aiebat eum euasisse periculum. Adest Londini summi Pontificis nunciū, episcopus Theatinus, uir, ut aiunt, undequaq; doctissimus, de pace inter principes tractaturus, sed frustra. Is magis nō fallor, suum ager negocium quāam nostrum. Proximo Maio rex traiciet, unaq; sororem Mariam secum abducat, nupturam principi nostro. Equum remissi, mone sapius, ut pater eum bene tractet. Est apud me quod putem tibi gratum fore, sed mirum quanta hic scriptorum inopia. Bene uale charissime Gonelle. D. Creanum meis uerbis saluta. Anno M. D. XV.

ERASMVVS ROT. PETRO ÆGIDIO

S ALVE charissime Petre. Per omnia sacra te, ut fortem humanam conditionis forti seras animo. De patre bene spero, sed tamen si quid accidat, caue ne duos simul amittam. Quid iuuat inanis, imō noxius dolor? Mone Nicolaum in primis, ut rem dissimulet, neq; cuiquam effutiat ad quem adeat in Angliam, aut cuius nomine accersitus: etsi non ea, tamen taceat: fingat causam à uera alienissimam. Rem ex secretarij literis, & ex Iacobi mei sermone cognosces. Bene uale amicorum optime, & uirum te præbe, immo memineris hominem esse te, & uitæ huius fabulam age. Bene precor tuis omnibus, & in primis optimo patri. Scripsi Basilio. Louanij tertio Nonas Nouembr. Mi anime, post istas procellas insignem aliquam serenitatem expecta, atq; illi te serua. Rursum uale. Si quid opus erit, in tuo negotio, el in negotio Nicolai, ipse aduolabo. Anno M. D. XVI.

ERASMVVS ROT. PACÆO SVO S. D.

P LANE confido, qui tui est ingenij candor mi Pacæe te perpetuum amicum futurum: nec ob id desicces ab amicitia, quod tanto sis felicior. Ad utinam sis multo etiam felicior. Si cōmentarij nostri iam aduecti sunt, ut pater, fac diligenter recondas, aut quod malim, apud Morum deponas, donec opportuna. Linacrū fac in amicitia retineas, & si fieri potest etiam Grocinum. A 3

hæc scribo, quod uel metuã aliquid, uel quicquã ab illis expectem cõmodi, sed quod tales uiros perpetuo uelim amicos. Non egent illi meis præconijs, illud tamẽ ausim dicere, nec inter Anglos esse, qui de illis uel senserit magnificẽtius, uel prædicauerit honorificentius, quã Erasmus. Et non libet meminisse, quid uterq; haud scio quorũ inli inãiu, in nos molius fuerit, id quod ipsa re comperi, non suspicione contecti: quanquã olim iam idem olseceram. Sed homines sumus, ego semper ero mei similis, & huic iniuriã tot opponã illorũ benefacta. Linacri feci honorificã mentionẽ in scholijs Hieronymianis. Nil magnũ sit, si contemnam contemptus: si oderim, odio habitus. Illud literis est dignius, officijs certare, non odijs. Apud Cardinalem Eboracensem quoties inciderit commoditas, fac Pacæum agas. Cura ut recte ualeas. Basileæ pridie Nonas Septemb. Anno M D XIX

ERASMVS ROT. PETRO ÆGIDIO S. D.

I recte uales, est quod plurimum gaudeã. Diutius cõmoratus sum in itinere quã putaram: nam & Gandau triduũ remoratus est Cancellarius principis illustrissimi: Tornaci Montioius meus, qui nunc ei præfectus est urbi, regias agens uices: apud diuum Audomarũ abbas Bertinicus. Traiectio sumptuosa fuit, & periculosa, sed tamen uelox. Vas meum quod fratri Francisci cõmiseram, nondũ aduectum est, qua re mihi nihil potuit contingere infelicitus. In eo sunt omnia in Hieronymũ cõmentaria, quæ nisi mature recepero, cessabunt Basileæ qui excudunt, non sine magno suo malo. Id si casu factum est, factũ est infelicitissime: in arte & data opera, quo uetera sua prouerbia prius extrudant, factũ est inimicitissime: nihil enim est, in quo me magis lædere potuisset. Exhibiturus eram episcopis suos libros, eos nunc saluto uacuis, & dimittor item ab illis uacuis: quod si uas misissent, sicut erãt polliciti, iam nunc istic adessem. Ad sunt Brugis duo totius Angliæ doctissimi, Curbertus Tonstallus archiepiscopi Cãtuariẽnsis cãcellarius, & Thomas Morus, cui Moriã inscripsi, uterq; mihi amicissimus: si quid forte inciderit, in quo possis illis gratũ facere, rectissime collocaris officitũ. Admone Franciscũ super hisce rebus. Vt spero, ante Iuliu uos reuisam. Interim cura ut recte ualeas amice incõparabilis. Londini nonis Maij, Anno M D XIII

tionem eruditū, & citra fucum humanissimū, ac Maternū niuei pectoris amī ū, diligēter salutabis meo nomine. Bene uale Ioannes amice nō uulgaris. Basileæ. Anno M. D. XVI
ERASMVVS ROT. GVLIELMO MONTIOIO.

ALVE Mœccenas optime. Biduum apud abbatem commoratus sum, eos dies multa cū hilaritate transegitus, dimisit non sine Xenio, pollicitus item
S amantissime multa. Deniq; læta omnia, & ecce subito me fortuna perdidit, docuitq; nulli rerum successui fidendum esse. Vix egressus sum diuersorium quoddam, quod est medio ferme spacio inter Rusellam & Gandauum, cum

equus meus uisis pannis aliquot humi stratis, consternatur, dumq; inflexus paro nescio quid dicere ministro, rursum territus equus in diuersum fertur, atq; ita distorquet inam dorsū spinam, ut repente magnis clamoribus cruciatum intolerabilem testari cogerer. Co- nor ex equo descendere, non possum, minister manibus exceptum deponit, scilicet dolor, nullis explicandus uerbis, maxime si corpus inflexissimū. Erectus minus affligebat, sed ta- men ipse me non poteram erigere, semel incuruatus. Eram illic in agris, nulla diuersoria, nisi frigidissima & rusticiissima, & aberam à Gandauo sex maximis passuum milibus, Sen- si ambulatione minus sauire malum, & tamen longius erat iter, quam ut uel à sano pedū- bus confici posset. Cogita quid mihi hic fuerit animi. Vouit dno Paulo, me cōmentarios in epistolam ad Romanos absoluturum, si contingeret hoc percussu euadere. Aliquan- to post cum desperarem, coactus sum experiri, num equum possem cōscendere; conscen- di præter spem, ambulo lente, fero, iubeo ministrum progredi paulo celerius, fero, tamen si nō sine cruciatu. Gandauum peruenio, descendendo ex equo, ingredior cubiculum, ibi do- lor se totum prodit, maxime à quiete. Stare nō poteram, nisi à duobus utrinq; sublatus in altum, idq; ualide; quod si uel paulum me remisissimū, intolerabilis redibat dolor. Nec se- dere poteram, tacens nec tantulum me poteram mouere. Accerso medicum & pharma- copolam. Ita modis omnibus affectus fui, ut nihil nisi de morte cogitarem. Mane dum al- uum paro deijcere, paulum conor me mouere lecto, procedit, sto, moueo, sedeo, nullo su- stinente. Ago gratias Deo & Paulo. Manet adhuc sensus mali, maxime si corpus distor- queam. Itaq; Gandauī dies aliquot commoratus sum, amicis retinentibus, et malo ita sua- dente, de quo nondum securus sum. Neque enim uulgare fuit, quicquid fuit. Offendi hic præsidem Flandriæ, utrum in omni literarum genere doctissimum, & consiliarios duos, Antonium Clauam et Gulielmum Vualam: nam Cæsarem & alios quosdam antea no- ueram. Nunc Antuerpiam pergam, si modo per morbum licebit, & ubicunq; locorū ero, reddam te de ualitudine mea certiore. Bene uale. Principem Veriensē salutauī Ber- gis unā cum matre, sed offendi sollicitum; nam uxor à partu nonnihil agrotabat, & nutri- ciabatur ex Selandiā parum læta. Salutauī illum tuo nomine, & admonui de fauore quo- usus esses in illi subditos. Basileam ueni post annunciationis. Germania tanto honore me- excepit, ut propemodū puderet. Nunc inclusus æstuarijs Germanicis, curo ædendas nu- gas meas, non minus tumultuans in hoc negotio, quam Cæsar in expugnandis Venetis. Reditum maturabo quātum licebit. Faxit Deus, ut uos omnes offendam incolumes. Ba- sileæ tertio Calend. Septemb. Anno M. D. XV.

DES ERASMI ROT

EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS.

ERASMVVS ANDREÆ AMMONIO S. D.

IS NOS exhilaras Andrea suauissime, dum uino iucundissimo literas addis multo iucundiores, planēque tuum ingenium, tuosq; mores respicientes, quibus mea quidem sententia, nec fuit unquam nec erit quicquam mellitius. Quare duplici nomine tibi gratias agi- mus. De pecuniā mentione quod succentes, equidem non igno- rabam animum tuum, regia fortuna dignum, uerum exultimabam te missurum utrem maiusculum, in menses aliquot duraturum: quanquam hic quoque maior erat, quam ut ab homine modesto gratis accipi possit. De
Graeco

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI KI-
RHERO S. D.

VM ipse doctissim⁹ tot habeas eruditos amicos. demiror cur hoc à me tam
C ambitiose quærendū putaueris optime Kirheri. Quid autē est tam arduum,
quod Maternus hospes meus nō uel trib. uerbis à me impetret, si modo sit eius
generis, ut præstare possim? Sed de ratione numerorū qui gestu digitorum
olim notabantur, ex Bedæ fragmentis nōnihil annotabimus: quod hic repe-
tere ploniam sit, cum breui sit exiturū uolumen. Quancūq; mihi non admodū probatur hu-
iusmodi arguta curiositas in numeris explicandis, neq; satis liquet, an eadem ratio quā tra-
dit Hieronymus fuerit apud Hebræos. Studiorū ac laborum moles in quibus uersor, non
sinunt ut in præsentia pluribus respondeam. Thomam Truchses uirum & citra ostenta-
tionem

Græco epistolio risimus affatim. Iniquissimus sim, nisi Moro dem ueniam, tam feris occurrerem negoij. Demitor te sic perpetuo nidum premere, nec usquam auolare. Hanc Academiam si quando libeat reuifere, multis gratissimus ueneris, mihi in primis. Quod iures me istuc redire si perduret languor, nihil uideo quod mihi blandiatur Londini, præter duorum aut trium amicorum consuetudinē. Verum his de rebus alias. Audio Iulium maximum uita defunctum. Vale optime Ammoni. Frequenter ad nos scribas rogo, gratius mihi facere potes nihil. Cantabrigiæ è collegio reginæ. Decimo sexto Calendas Septembris, Anno M. D. XI.

ERASMVVS AMMONIO S. D.

MALO quodā genio meo non licuit tecum, cum istuc adesset proxime, congređi mi Andrea; nam cum primū aduenirem, nihil minus suspicabar, quam te etiam num apud Morum agere, præsertim cum Iodocus bibliopola mihi confirmasset, te iam in collegio diui Thomæ uersari. Postridie mane pulsauit fores cubiculi tui, nec eras domi. Vbi redisset à sacro, sensi strepitum equitum; iussit Linacrū prospicere: nam ego scribebam nescio quid: ille nunciat te discedere. Sed postea quā iam abieras, multis modis cupiebam tecum colloqui, uerū id alias licebit. Rogo facias me certiorē, quid de aduentu Monteioiui isthic feratur: præterea num pestis tanta, quantā prædicat: postremo si quid est de rebus Italicis Gallicisque, quod tuto literis committi possit. Bene uale. Cantabrigiæ. tertio nonas Octobres. M. D. XI.

ERASMVVS AMMONIO S. D.

NIL erat noui quod scriberemus nisi quod mihi decretū est, neminem, qui modo certior contingat, nostris ad te literis inanem hinc dimittere. Scripseram ante dies pauculos. Cupio scire quid ualeas, num Monioius meus iam redierit: tum quid procedant res Italiæ: quid agat inuicissimus Iulius. Sub brumam ad uos superis uolentibus remigrabo, si modo rigor hyemis pestem restinxerit, quam audio istuc increbescere: nec ea quidem longius hinc abest. Hactenus prælegimus Chrysoloræ grāmaticæ, sed paucis, fortassis frequentiori auditorio Theodori grāmaticæ auspicabimur: fortassis & theologica lectionem suscipiemus, nam id nunc agitur. Quæstus minor est, quā ut me moueat, tamen interim & benemeremur de studijs, pro nostra quoque uirtuti: & menses aliquot, ut Ouidiano utar uerbo, decipimus. Cura ut recte ualeas mi Andrea, mortalium omnium mihi charissime. Fac uti frequenter ad nos scribas. Cantabrigiæ postridie Idus Octob. M. D. XI.

ERASMVVS ANDREÆ AMMONIO S. D.

DE præfatione carminū quid fieri uelis, quā primum rescribere mi Andrea: nam Monioius omnino non probabat. Prouerbum quod isthic ostendisti, annota: nam mea hic denuo imprimuntur. Aldina habentur uenalia, & quidem mediocri precio, hoc est sesquicutato, cum pluris Romæ uenirent. Si qui uolent, petant ab Italo illo qui solus Aldinos libros distrahit. Reuerendo patre episcopo Dunelmensi modis omnibus me facies commendatum: cui scribam, ubi & occurrerit, & nuncius paulo certior, Lutetiæ. V. Cal. Maias. Anno M. D. X.

ERASMVVS ROT. ANDREÆ AMMONIO S. D.

GAUDEO N. ereptū è carcere regio, id si tuo quoque bono factū est, duplici nomine gaudeo. Amo Coleti tam Christianū animum: nam eius unius opera liberatum audio, cum is semper à Coletio inter amicissimos habitus, cum iam amicus urgeretur episcoporum calumnijs, ab illius aduersarijs steterit. Epistolas quas ad Leonem & Cardinales scripserā, addidi, sed locupletatas, si quid responsum est, aut si quid est, quod mea refert scire, quæso scribas per hunc unoculum Petrū, quem hac gratia meo sumptu misimus in Angliā, mox huc rediturum: nam febricula repete aborta uetat, quo minus trañciam, & est quod Carolo sit ad dies aliquot gratificandum. Superior illa Germania sic mihi modis omnibus arisit, ut uehemēter doleam tam sero mihi cognita. Nihil non detulit honoris Erasmo episcopus Basiliensis, uir omnino

omnino frugalis, ut ferunt, alioqui, obtulit pecuniam, obtulit fortunam, equum coegit ut acciperem, quem mox urbem egressus, aureis quinquaginta reuendere poteram: sed præstat coram hunc Thrasonem agere. Bene uale, ac scribe, saltem quid ualeas. Apud diuina Audomarum, nonis Iunijs. M. D. XIII.

ERASMVVS ROT. ANDREÆ SVO S. D.

VIDE quæso insignem impudentiam meam. Mitto ad te Icaromenippum, ut aut ipse describas, si citra tædium aut incommodum queas, aut agas cum Moro, ut fratri transcribendum committat. Nam escas aliquot paro in Calendas Ianuarias, etiam si frustra, ni fallor. Et hic (ó Academiam) nullus inueniri potest, qui ullo precio uel mediocriter scribat. Sed omnia potius mihi Andrea, quā ut mea gratia tædium ullum capias. Literas oro reddendas cures ipsas ad quos destinatae sunt. Cura ut te quā optime ualentem offendam. Cantabrigiæ quinto Calendas Decembres. M. D. XII.

ERASMVVS ANDREÆ AMMONIO SVO S. D.

REMISI tadem cenophorum tuum unā cum uersiculis male natis. Antiga confirmat se reddidisse Moro, quod id temporis aberas. Ad Calend. Ianuarias istuc remigrabimus, ut uel totu mutuo minus algeamus: nam hic aestiua re malim quā hybernare. Postremo non expedit diutius tam procul abesse à Ioue meo: quanquam hic locus non omnino mihi displicet. Tum quæstus uideo non nihil, si quis ardelionem possit agere. Perquam cupio scire quo animo Vintoniensis & Dunelmensis meas acceperint literas, ad hæc si quid aliud est noui. Gratum mihi feceris, si has literas, quas tuis adiunxi, in Italiam perferedas cures: nunc planè est illud Homericū, *ἄσπετος ὄμβρος*. Opinor auditas à Ioue preces istius, cuius libellū tibi tradidit, qui fontes, fluuios, lacus stagna, ad lachrymis deplorandam Italiæ calamitatem inuitat. *ἢ μὲν λόγος εἰδὲ πρόσθε*, ut nutibus sit loquendū. Tanta est raucedo. Bene uale, ac frequenter ad nos scribe. Cantabri. IIII. nonas Nouē, M. D. XI.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO SVO S. D.

AUT egregie infaustus est minister meus, ut quicquid per eum agatur, male cedat, aut uulgo Cantabrigienſe barbarte inhospitales illos Britannios accedit: ita omnium officiorum est ignarū, & omnis prorsus humanitatis expertus, cuiusmodi uideri aliquot opto illam longam ex se literā facientes. Nesciunt isti fere quid sit epistola suscipere, quid postea nō reddere: nesciunt (ut lenis sine dicam) quot homines sua uoluptate defraudent, quot ut inofficiosi iudicentur, efficiant: nesciunt porro non unius tantū hominis salutem ex unis quandoque literis pendere. Conatus sum simul atque tuas literas accepi, eis quæ celerrime potui respondere, ut si non sit lo, at saltem officij celeritate placerē. Dedi pro literarū uectura id pauillū quod petiere. Remissi postremo cum epistola Græcanici alterā lagenam, unam tamen literas ad te solum perlatas fuisse uideo: & unā cum officio curā, si quam in scribendo adhibui, perijisse. O hominum mōstra, quæ (ita me deus amet) iam iam discerpi libenter spectarē. Vnum tamen me solatur, quod ita meū erga te animū perspectū tibi esse puto, ut licet tibi nunquam scriberē nihilominus tui me studiosum & amantem existimares. Nouissime literas, & alteram, ut dixi Græcanici lagenam ei qui tuos libros isthic aduexit, meus Thomas credidisse se ait, alias uero quibus dederit nescio. Vinum si epotum est, da operam ut lagenam saltem recuperes. Sed faceſſat hæc bilis qua profecto totus ferueo. Tuas literas Vintoniensi & Dunelmensi in manū reddidi, ambo uultu sanè quā hilari excepere, ~~ut tibi scriberem~~ Vintoniensis te accusare uidetur, quod exterum secum agas, nec unquam ad se accedas: respondi, ut in buccam tunc uenit, subrustica quadā ue recundia te id agere, ipsi tamen quod sciebam esse deditissimum: nonnulla quæ alia pro tempore. Sed hæc antequam epistolas tuas legerent. Post illa fuerunt ita publicis rebus occupati, ut interpellare de te non fuerit uisum. Verum suo tempore non omittam. Tuus Me coenas, ut audiui, neque enim adhuc uidi, iam triduo fuit urbanus. Iupiter est nobis iratissimus, die pluit, nocte pluit, raro cessat. Pestis modum sauitiæ ferre imposuit. Sed fames nisi magistratus remedium aliquod adhibeant, subsequetur, malum nihilo peste mitius. Lignorum

Lignorum precium auctū esse non miror, multi quotidie hæretici holocaustū nobis præbent, plures tamen succrescunt; quin & frater germanus mei Thomæ, stipēs uerius quam homo, sectā (si dijs placet) & ipse instituit & discipulos habet. Sed ad Italiam transeamus. Fœdus Romæ inter pontificem, regem Hispaniarum & Venetos iustum palam fuit, his legibus: Rex Hispaniarum equitibus cataphractis, quos lanceas uocat, mille & c. leuis armaturæ itidem mille, peditibus decem M. Pontificem iuuabit. Pontifex uero equites cataphractos D. peditum octo M. habebit, in stipēdiū præterea auxiliorum aureorum quadraginta M. in singulos menses dabit. Veneti exercitum quem poterūt, cogent. Concilium Pisanum male coit. Ferunt Cardinalem sanctæ crucis autorem schismatis impetrata per regem Arragonum Pontificis uenia in Campaniā se proripuisse. Licet, quod præterieram, intra quadraginta dies cuiuscūq; Christiano principi idem fœdus inire. Postea arbitrio pontificis admitterent. Nostri quid acturi sint, ut cōiicitur, magno remigum compendio nondum deliberauerunt. Imperator huius rei spectator solum erit. Rumor est Florentinos à Gallis defectionē parare. Flabes de rebus Italicis quæ hæcenus ferantur. Tuam raucedinem si hic fuisses una potiuncula extemplo curassem. Doleo spem tui ad nos rediū ad Calendas usq; Ianuarias produciam. Gaudeo tamen istam tibi prouinciam nō male obtigisse, desiderium tui cōmodorum tui magnitudine solabimur. Reliquæ tuæ literæ in Italiā cras sedulo perferentur: in tempore enim, ac prope in ipso tabellarij discessu aduenere. Cura mi Erasme, ut ualeas: & Bouillum nostrum terq; quaterq; meo nomine saluere iube. Iterum uale. Londini sexto Idus Nouembris.

ERASMVVS AMMONIO SVO

S. D.

PRIDIE Martini reddita sunt mihi tuæ literæ, si notam quæris, stomachantes, una cū lagenam uini Græcancicā semiplenam. Qui attulit, poposcit duas drachmas, dedi denarios sex; deinde literis tuis diligentius inspectis, animaduertit lagenam non cum proximis literis, quas ad vi. Idus Nouembres scripseras, sed cum superioribus fuisse missam, nam id etiam uini color indicabat.

Quin cum primū mitteres, admirabar te non obsignatum misisse per eos quibus nihil est obsignatum. Planè cum hoc hominum genere nobis hic res est mi Andrea, qui cum summa rusticitate summam maliciā coniungere: nec est omnino quicquid, quod mihi huius secessus nomine gratuleris, uerum solus pudor querimonij finem imponit: sed hæc coram in sinum. Non expectabā alteram lagenam, nisi quod tu, ut es mire ciuili, cum laudarem uinum, quasi denuo rogarem, interpretaberis. De recuperandis literis tuis magis laboro, quæ de uino aut lagenam, quod quidem ad me pertinet. Nam si non nisi unam et alteram lagenam misisti, neutra perijt. Remisi priorem, & eandem, ni fallor, cum proximis tuis literis accepi. De meo auriga mihi narras: quid si uidisses mea scriinia undiq; lacera: quid si audires fucum de equo, tum diceres, & caluus ille nebulo nunquam hic in conspectū prodijt: proinde uide ne sit ineptum, ab his monstris ullum hominis officium requirere. Sed non potui temperare à risu, cum uideo Andream quoq; charitibus & amicitie lenitatis natum, bilis potuisse efferuescere, quum ipse iam Mitionem mediter, posteaq; iam propemodum mea me uictum docuit fortuna dolere, coepitq; placere Vergilianum illud: Vna salus ut cæcis nullam sperare salutem. Deniq; nullo infortunio nō dignus mihi uideor, quoties succurrit, qualem Italiani, & quæ mihi arridentem Romam reliquerim. *οἱ μοι τὸ ἀμοιβῆς, ἀλλὰ δὲ τὸ τῆς οὐχ ἐν ἡδονῇ.* De rebus Italicis mihi parum læta nuncias, non studio Galli, sed odio belli. Etenim quotidie uideamus, uel leuissimum latrocinio uix multis annis conexpectandum erit, si bellum tam graue semel motum fuerit: neq; tamen habeo cui succenseam, nisi uerpo illi *τὸ ἀχρηστὸς τῶν ἰσθμῶν*: qui equitum parum est artifex, aut prorsus effœta sunt Anticyræ. Sed ipsa fata uiam inueniant. Istis hæreticis, uel hoc nomine sum iniquior, quod instante bruma nobis auxerint lignorum precium. De fame non perinde laboro, liceat modo uiuere. Habeo gratiam & pro redditu Vintonienfi ac Durnelmensi literis, & pro tuo tam amico patrocinio, & pro uino, etiā non expectanti, misso: & pro literis tam diligenter in Italiam transmissis. Sed quid ego paucos recenseo titulos, cum tu nulla in re non agas Ammonium, hoc est, candidissimum amicum: Prius quæ istuc me recipiam, parandū est aluearium aliquod tepidum, in quod me condam hæc bruma. Mallem

Mallem non abesse longius à Paulo: nam ades Montioiscas, donec obsidebit cerberus ille, certum est uitare: quanq; nec illic locū uideo satis idoneum brumæ, ni uelim ipsum herum depellere. Fortassis apud Augustinenses aliquod est. Fraciscus Patavinus me ad suas ades inuitat literis suis, ac uitā Italicam pollicetur: super hæc re si quid habes quod conuicias, impart. Gratulor domino Montioio felicē reditū, rogo cures ut accipiat literas meas. Scripsērā per eundē, qui proximas attulit, & episcopo Rhophensi: si dabitur occasio, cognosce, num sint redditæ. Apud reliquos duos agas obsecro, quod coepisti: expectabo literas tuas prius quam hinc me moueā. Resalutat te Bouillus, mirum in modū lætus tua salutatione. Si quando fuerit obuius Morus percontare, num meas literas archiepiscopo reddiderit, & num quas ipse ad me dederit suas, uel alienas. Bene uale amice singularis. Cantabrigiæ III. Idus Nouembres. M. D. XII.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO S. D.

VNC una, nunc alia causa factū est, ut per istos nebulones uestros ad te bis iam non scripsērim, dedi tamen nūdus quartus, aut quintus cuidā sacerdoti ad te epistolā, quā prope re absolui, quod ille isthuc se properare aiebat. Si significauit Vintonien, amicissimū in te animū præferre. Sed idē est ita his rerū turbantibus occupatus, ut agra rebus alijs uacare queat. Verum tamen si uirgere me uelis, nō cessabo, sed cogita utriū expediat te adesse, meo iudicio multū moueres. Nihil est si huc ueneris quod ualitudini timeas, omnia sunt hic saluberrima, ne nomen quidem pestis auditur. Præterea si cerberū illum Montioicū omnino reformidas, aliquid alicubi, quod tibi nō penitus displiceat, breuī tina cubiculo inueniemus. Nam mihi pro Erasmo non facile aliquid placeret, si solus perquirerē. Accepimus literas ex Italia, quibus intelligimus Gallorū partes adhuc præualere. Hispanos uero raros, eosdemq; macros, & excalceatos cōparere, cōuentū Pisanum procedere, Cardinalem sanctæ crucis, Cōsentinū, Baiocēn, & Narbonēn, ordine in publico senatu motos, ac sacerdotijs omnibus priuatos; postremo famē, pestem, credem, rapinam à Bononien, meritas perfidie pœnas exigere. Hæc tantum ex Italia. Cura mi Erasme ut ualeas, & Bouillum nostrum meis uerbis saluta. Londini III. Calend. Decemb. M. D. XII.

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

VÆ literæ faciunt mi Andrea, ut isthuc aduolare gestiam, quo tam dulci amico propius fruiliceat; at rursum eadem faciūt, ut hic durare possim, propterea quod tam crebro me mellitissimis cōfabulationibus reficiūt, ut mihi non uidear abesse Londino. Sed quid isthuc obsecro: Itane meā fortunam cum tua, hoc est rosæ comparas anemonā? Quæso te quānam in re tu non multis stadijs Erasmi præcurris; nam famæ, si qua est, nihil aliud acceptum ferre possim, nisi quod ceu face prælata, non sinat me clam esse miserū, ut iam grauius sit pudere quam pigere fortunæ. Sed hæc cicatricē nolo refricare. Sit mea fortuna me digna: sic enim libet interpretari. De tua iure optimo quereris, si quis dotes tuas expendat: has si quis metiatur, quis tibi non uel summū pontificium tribuat? Sed nosti mi Andrea fortunæ cæcum illum ludū, quo minus te debet ex cruciare, quos illius temeritas in fastigium euexit. Quod si omnino uoles emergere, nō nihil abijciendū est eius, quod te uel maxime bonis omnibus cōmēdat, puta modestiā. Ego te iam nūc, etiā si nihil accesserit, tali patria, forma, ætate, ingenio, moribus, optimi cuiuscūq; fauore, fortunatissimū existimo. Et ni prorsus fallor aurgurio, nō procul abest dies ille, qui pulcherrimas dotes tuas sit pulcherrimis fortunæ ornamentis æquaturus. Quod Romā relictam deploras, quid attinet undas præteritas numerare, *ἀλλὰ τὸ τῆς οὐχ ἐν ἡδονῇ.* Porro cur pili *λοδοῖ* te tātopere crucient, uideor mihi propemodum ariolari. Metuis puellarū conuiciū, o quā acerbum & plane *τὸ ἀχρηστὸς τῶν ἰσθμῶν* eorum. Et te & Vintoniensem amo meritissimo, te qui tam amice rem meā egeris, illū qui tam impense faueat. Sed caue urgeas ullo modo. De cubiculo tantū optem nidum aliquē probe defensum à uentis, & foco luculento, uictum more solito adornabimus. Ad tēpus nolim te loqui quicquā hac de re, tamē si quid offeceris, uelim cognoscere nū meus Mœcenas resolverit uiginti nobiles illos Bernardo; quæ res facit, ut non nihil abhorream à Londino, quippe qui nihil oderim æque, atq; appellari. Tamen de domo licebit cum eo

B. agerg

agere, si forte incidere. Misi nudius tertius lagenam unam cum literis breuissimis. Accepisti teras tuas binas, ad quas his unicus respondeo. Quod nime sic torqueret Hieronymus, non solum uerficulis, sed iustis uoluminibus, rectum agere. Verum intra decem dies absoluero mentem. Bouillus ad te scripsit. Si forte uideris Coletum, & orta fuerit mentio mei, offer operam tuam, si quid uelit ad me scribere. Sixtino, si fuerit obuius, dices illius literas mihi longe gratissimas fuisse. Mihi adhuc septem aut octo dies in hoc pisistrino sudandum, tum ocio si iucundissime cogerrabimur. Vale amice unice, Cantabrigie. IIII. Nonas Decemb. Scripsi & alteras ad te literas, quas opinor, Gerardus quispiam bibliopola tibi reddidit. M. D. XII.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO ROT. S. D.

I Tane tandem Erasme tuum Ammonium ludos & delicias facis? quæris quid sit, in quo non stadiis multis Erasmi præcurras, infra quem uel centum para sangis me positum esse non ignorem. Sed si possent omnia permutari, saxo actutum quod modo ais, neges. Nam ex tempore ad permutationem te prouocarem. Iam pontificio & quidam amplissimo dignum me arbitraris? aut tam tu me amas quam cupio, aut certe *ἐγὼ μὲν ἰοκαίρῃς* iocaris. Quod me & si nihil accesserit fortunatissimum censes, sicutum rhetoricum agnosco: quod uero bene ominaris, licet id potius a tua uoluntate, quam a certa aliqua coniectura proficiscatur, per gratum tam est. Sed heus uates diuinasti tandem cur *ἀδελφὸς ἡπίχτης* deplorem, quasi ista puella capillos, & non loculos potius inspectent. Aureus hercle nummulus qui summis digitis resulerit, ipso me Nireo pulchrior reddere potest, non ea de causa tristior, sed quod uideo me *ἄχρηστον* consensisse. Bene rursus mones, *ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἰσχυροῦ*. Sed iter mihi monstres uelim, dum non plane philosophis. Vintoniensem iterum de te admonui, *ἀλλὰ ἀκαίρως*. Verum quum tu aderis, aliquam egregiam oportunitatem inueniemus. De cubiculo quid uelis propemodum intelligo, sed non respondes an libeat apud Griphum diuersari. Sixtinum conueniam, & de literis quod mandas renuntiabo, alloquar & Montioium, ac quam potero apte, an illi aut rei fuerint persolui odorabor. Ac nescio, an intellexeris Alanum ipsum hic esse, quod sepe tibi significare constitui, & semper tamen excidit: Fuit sub specie quadam honoris reuocatus, re autem uera, quoniam Archiepiscopi Cantuariensis negocium Romæ parum, ut audio, prudenter agebat. Opto istos octo dies, quibus isthic te adhuc futurum scribis, plus quam brumales, noctesque pares diebus, ut una citius uel inuita Nortia nagemur, & ego Erasmi hilaritate perfruar. Accepi a bibliopola binas tuas cum Icaromenippo literas, ad quas etiam respondi. Bouilli epistola, lagena, & illarum breues literæ mihi reddita nondum fuere, da operam ut ualeas. Londini. Nonas Decembris. M. D. XI

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

I Tame omnes oderint musæ, mi Andrea, si quid de tua fortuna *φουδιω* uideas. *ὁ θυμὸς ἀπαυται*. Nos die conceptæ uirginis Mariæ grauer parturimus, ac scopulos aliquot peperimus. Quin tu igitur inter felicitatis nostræ calculos, hunc quoque calculum ponis? Cum Vintoniensi uide ne quid *ἀκαίρως* consilium a me petis. Age docebo sus Mineruam, nec admodum, quod tu uetas, philosophabor. Principio perfrica frontem, ne quid usquam pudeat. Deinde omnibus omnium negociis te misce. Protrude quæcumque potes cubito. Neminem nec ames, nec oderis ex animo, sed omnia tuo compendio metiare. Ad hunc scopum omnis uitæ ratio spectet. Ne quid des, nisi unde speres foenus: assentare omnibus omnia. At ista uulgaria sunt inquis. Age, quando ita uis, accipe peculiare consilium, sed heus in aure. Nostit *τὸν Βενταννικὸν ἑλοτυπικόν*: hac in tuum bonum abutere. Duabus sedeto sellis. Suborna diuersos procos qui te ambiant. Minare & appara discessum. Ostende literas quibus magnis pollicitis auocaris, subducito te nonnunquam, ut subtracta copia desiderium acuat. Cum N. mihi nihil est negocij. Qui si quid prudenter egisset, homo *μαρτίας ἀντὶ μαρτύριου*, mihi ostentio loco fuisset: at successit non multo sapientior. Griphus mihi mire placet per omnia, sed magis placet libertas. Auriga affirmat sese literas & lagenam reddidisse. Bene uale optime Ammoni. Cantabrig. postridie conceptionis. M. D. XII.

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

P RECOR ut istæ uenationes tam sint faustæ uobis, quam mihi fuerunt infatistæ: iam primū enim regem mihi adiunxit, deinde profecto Cardinale dies aliquot

quot me sunt remorata. Ad hæc Vrsenuicum misso nouo testamento captaram: equum promissum literis petieram. Hunc cum die lunæ uisurus peto, ille comodum se uenatum proripuit, non rediturus ante septem dies. Ad hunc modum is thynnus elapsus est. Deum nunc te mihi præripuit uenatio. Proinde quod coram uolebam, literis ago. Epistolam a puero scriptam ad pontificem, si uoles resigna: mihi uidetur parum apte scripta. Si iudicabis ad rem pertinere, cura denuo describendam accuratius, ut & hoc interim addas officij. Salutem meam tibi commendo. Nec rogo diligentius, cui toto pectore confido: nec polliceor magnifice, cui re si queam, gratias referre malim quam agere. Et mihi certe spes est successurum quod agimus, non solum quod agitur per hominem mihi charissimum, uerum etiam per Ammonium Erasmo felicissimum. Bene uale. Poterant hæc duæ causæ me dies aliquot in Angliam remorari, spes equi ab Vrsenuico, quem haud dubie daturus erat, & tuum colloquium, nisi iam me tæderet Britannia, & sentirem me uetulum iam hospitum uxori Moricæ supputere. Utinam mature felix oraculum per te redeat. Rursum uale. M. D. XI

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

M AIOREM in modum te rogo, si quid isthic extiterit noui, cures uti quam primum sciam. Nam cum Londino discedebam audiebam oratorem ex itinere reuocatum regis literis, quod pontifex denunciasset, ante Nouembrem non futurum generale consilium. Nouum fabule genus, lagena tua etiamnum stat Cantabrigie una cum uino, ut audio, sed iam uiciato. O stiptes, si quid erit magni, quod mea ualde parabis interesse, ne graueris aliquem cum equo mittere, sed re prius comunicata cum Coletio. Bene uale. Ioanni bene precor. Cantabrigiæ. Decimo sexto Feb. Anno. M. D. XI.

ERASMVVS ROT. ANDREAE AMMONIO SVO S. D.

M ITTO ad te literas ad Bombasium scriptas. De statu meo nihil adhuc noui est quod scribam, nisi iter fuisse incommodissimum, & ualeitudinem adhuc subdubiam esse a sudore illo. Videor mihi saltem ad dies aliquot in hoc collegio commoraturus. Auditoribus nondum copiam mei fecit, cupiens ualeitudinem inferuire. Ceruicia huius loci mihi nullo modo placet, nec admodum satisfacit uina, si possis efficere, ut uter aliquis uini Græcanici, quantum potest optimi, huc deportetur, plane bearis Erasmi tuum, sed quod alienum sit a dulcedine. De pecunia nihil sis sollicitus, mitetur & ante tempus, si uoles. Iam hoc comodorum quæ ex bullis sanctissimis capiuntur, initium est, siti necamur. Tu conijcito cætera. Et nondum traiecimus. Bene uale charissime me Ammoni. Ex collegio reginæ, postridie Bartholomei. M. D. XI.

ANDREAE AMMONIO ERASMVVS S. D.

S I QUID est certum moris apud uos, quæso ut nobis impartias. Nam magno pere uelim audire, num uere Iulium agat Iulius, & num Christus antiquum obtineat morem, ut quos maxime suos uideri uelit, eos maxime aduersa fortuna pro cellis exerceat. Ego mi Andrea, pro feliciterum ecclesiasticarum successu uotum suscepi. Iam scio religionem probas. Visam uirginem Vualfangamicam. Atque illic Græcum carmen uotiuum suspendam. Id si quando te illo contuleris, require. Bouillus gnauiter Græcatur, ac te diligit unice. Ioannem omnis humanitatis antistitem diligenter meo nomine saluta. Petro Carmiliano meis uerbis gratias ages, quod tam amater de me mentitus est, in eruditissimis illis suis ad Brianum literis, in quibus me doctorum doctissimum appellat: eam laudem quo minus agnosco, hoc magis debeo illius in me beneuolentia studioque tam non uulgari. Mihi certe & honorificum fuit, & iucundum laudari a uiro laudatissimo. Bene uale doctissime atque humanissime Ammoni. Cantabrigiæ, septimo Idus Maias. Anno M. D. IX.

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

G RATIAS, Veneres, lepores, denique Musas, ac literas omnes tam mihi iucunditas imprecor, quam sunt Carmiliano, si quicquam accidit hoc anno tuis literis iucundius. Hoc iusiurandum sanctius esse puta, quam si tibi iuret Iuppiter Stygij per flumina fratris. Has unas accepi. Superiores mihi reddita non sunt. Et te crebrioribus onerasset literis, uerum spes non erat posse perferri: eam simulatque fecisset Ioannes tuus, nihil mihi iucundius fuit quam tecum qua licuit confabulari

bulari. Quod nec in tanto rerum tumultu tibi exciderit Erasmus, quo deq; frivola mea tam officiose curaris, tamen si tu quidem nihil facis noui; tamen ego quasi nouum aliquid feceris, & admiror animi tui candore, & exosculor tuum erga nos studium. E quidem perinde habeo gratiam, quasi uinum acceperim. Demitror tamen te nebulonibus his quicquam istiusmodi credere, perfidia illorum non semel experti. Auriga qui reddidit literas, negat sibi sinum fuisse traditum. Respondit ὁ δὲ ἄλλοτε, sed ὁ δὲ πρὸς ἐπὶ. Quum urgerem autem percontando, eo uultu quasi libenter discederet ab eo sermone. Opinor, inquit, esse apud τὴν τριτοῦ, uerum certum non scio; moxq; redibat ad intermissas fabulas. Erga τὴν βασιλῆα animum ἄποδῶν palam prae se ferebat, quum à me nulla daretur ansa. Verum hæc ἀποδῶν. Quo minus ante natalem Christi Londinū me conferam, partim pestis est in causa, partim latrocinia, quorum nunc apud Anglos metus est. Pridie quam tuæ mihi redderentur, scripseram per Brianum. Is hanc Gallorū historiā uoluntate complexus est. Carmiliani epitaphium uidi, Quumq; legerem pullulare, hic, inquam, scabies est; deinde quum sciscitanti respondissent esse Carmiliani, respondi, sane ipso dignum est. Id quidam sic acceperunt, quasi dixissem Scotorum rege dignum; quibus plusculum erat nasi, subtrahere. Sed nā tu homo nimium es candidus, qui belluæ istius famæ consulas. Ita me deus amet, magno emerim, si siluisses. De Baptista miror tantum in literis tuis esse silentium. Nam Bouillus mox adfuturus nunciatur. Age sanctissimū me uocas, at non sine summi pontificis iniuria. Quod autem epitheton rectius quadrabat in militem & uictorē quam fortissimū? Etiam si nugarum ἀμύγας habeas, non modo sacculos, nunquam tamen animum meum explebis, si contigerit tecum colloqui. Video Ioannem tuum, inō nostrum, in curandis literis nostris diligentissimum fuisse. Itaq; pluris hominem facio quamquam & antea mihi charum. Is uti narrat, non ambit medio cria, sed meras episcopas, Vtinā succedat, uidetur amici candidiq; animi. Nos mi Ammoniam menses aliquot plane cochleg uitam uiuimus, domi contracti cōditiq; nullam in studijs. Magna hic solitudo; absunt pestilentiae metu pleriq; quamquam quum adsunt uniuersi, tum quoq; solitudo est. Sumptus intolerabiles, lucrum ne teruncij quidem. Puta me iam hoc tibi per omnia sacra deie rasse. Nondum quinq; menses sunt, quod huc me cōtulit, interim ad sexaginta nobiles in sumpsi. Vnum duntaxat ab auditoribus quibusdam accepi, eumq; multum deprecans ac recusans. Certum est his hibernis mensibus πέντε μῆνας, planeq; sacram, quod aūt, ancoram soluere. Si succedit, nidum aliquem mihi parabo; sin minus, certū est hinc auolare, incertum quō; si nihil aliud, certe alibi moriturus. Bene uale. Cantabrigiæ, quarto Calend. Decemb. Anno M. D. XI.

ERASMVVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

A M dederam ad te literas, quas nunc opinor esse redditas. Sed perquam gratum mihi fuit, quod in tuis ad Ioannem literis Erasmi tui feceris mentionem, & quidem tam amanter. Ὑγιεινὰ πρὸς ἀγαθὰ μακαρ, quæ quondam sacerorum seniorum magistro nuncupauit, nuper Londini sunt excusa formulis non omnino inueniunt, Ioannes pollicitus est se ad te missurum unum aut alterum codicem. Si is cui dicaui libellum in castris adest, & incidet opportunitas, quæso, ut hominē meis uerbis salutes, ac libellum exhibeas. Sic enim emēdauit, ut uix eundem esse sit crediturus. Londini nō minus saeuit pestis, quam isthic Mars. Itaq; Cātabrigiæ nos tenemus, quotidie circumspectantes, ut cōmode auolemus. Sed nō datur opportunitas. Et retinent triginta nobiles, quos ad Michaelis expecto. Sixtinus iam euolauit in Brabantiam. Ad Hieronymū emendandū & scholijs illustrādum, ita mihi feruet animus, ut afflatus à Deo quopiam mihi uidear. Iam pene totum emendauit collatione multorū ac ueterū exemplarium. Atq; id ago incredibili meo sumptu. Risi affatum Castrensis uitæ formam tam graphice in tuis ad Ioannem tuum literis depictā; adeo hinnitus, clamores, equorum concursus, tubarum clangores, bombardarum tonitrua, fulmina, uomitus ægrotantium, gemitus morientū, oculis subieciisti. O te felicem, si quod deus optimus faxit, incolumis nobis redieris. Quam iucundas in omnē uitam fabulas, malorū istorū experientia ministrabit. Sed te per Musas & gratias etiā atq; etiam oro mi Ammoni, memineris, id quod proximis admonui literis, uide ut tuto pugnes. Calamo quantū uoles ferocias, & decem myriadas hostiū eodem cōsodias die. Rem nostris succedere, in tantū gaudeo, ut nec lūgu

gua

qua, nec literis liceat explicare. Si quando uises diuum Audomarū, & incidit cōmoditas salutabis Abbatem diui Bertini, singularem patronum meum. Præterea œconomū illius Antonij Lutzenburgum canonicū apud diui Audomarū; tum medicū abbatis & urbis Guisbertum, duos candidissimos amicos meos; Ad hæc Decanū eius ecclesie, singularem probitate uirum, & literarum amantissimū. Cum quo si contingeret colloqui, rogo percontare quid actum sit de Mauricio meo quondam ministro: cui profecto lubens si quid possim benefecero. Non ausim abs te tot uexato tum malis, tum uti cōsilio, negocijs petere, ut aliquando scribas ad nos quoq;. Tamē si quādo non grauiaberis, erit id mihi tam gratum, quam quod gratissimū. Vt Ioanis tui negocio faueas, & ut quā felicitissime procedat adiutes, sciebam necesse non esse, ut quisquā te roget, nedum ego. Noui quantū hominem facias. Ille te diligit unice, & non consueuit Ammonius amore superari. Precipua negocij spem in te fixit. Baptista meo nomine, ut diligenter salutes, te etiam atq; etiam rogo, à quo iam non nisi Græcās expecto literas. Precor ut beneuolens deus aliquis uentos mittat magis secundos, ὁ δὲ γὰρ ἀνέμου ὅτι μόνου ὅτι πλείου ἐσ. Bene uale. Londini. Calendis Septemb. Anno. M. D. XI.

ERASMVVS ROT. ANDREÆ AMMONIO SVO S. D.

epistola familiariter iocosa.

MVSIS & opibus pulchre sane philosophatus es in tuis literis. Ac mihi uidetur Pacæus noster, & ipse data opera bonas dissimulare literas, & nec scio quod dictionis genus affectare, quod Midis placeat potius quam Musis. Quod si hac iter est ad diuitias, ut ais, si quis sit a Musis alienus, certe non in postremis foret Erasmus, uel iudice Carmiliano. Nam quod te ipsum in hoc numero ponis, quis non uidet te palam ludere? Porro splendida illa uocabula, Musa rum delitium, atq; id genus alia, sic interpretor, ut existimem te uel hallucinari amore nostri, uel tuo candore largiri, quod non promereor; uel quod esse uerissimū arbitror, amicum parum felicē istiusmodi laudatiunculis erigere consolariq; uelle. Vt cunq; est, uel deo tuo in me studio, uel ingenij benignitatē amplector, uel officij amo. Quod seruo moribus, ut fortunā ambiam, agnosco uerum & amicū consiliū, & experiar, tamen si uehementer animo reclamante, nihilq; prosperum ac lætum præfagiente. Si me fortunæ a lege exposuissent, uterer lege lusus, & repulsus boni consulerem, non ignarus hunc esse fortunæ ludum, ut alios erigat alios reficiat, ut cunq; lubitū est. Verum existimabam me id curasse, ne mihi res esset cū hac hera tam procaci, cum Montioius nos ad portum ac rem factam accerferet. Nec me uel tantillum cruciat fortunæ benignitas in alios, quantumuis indignos, ita me deus amet; tui uero tuiq; similitum successus ueram ac non uulgarem adferunt mihi uoluptatem. Denique si ad meritum calculum ac rationem uocandus essem, hanc ipsam fortunam puto supra meritum esse. Metior enim ipse me meo pede, non tuis laudibus. Vnum illud male habet animum; quod is uerba dedit, cui unū tam uerba nice fidebam. Et rursum licet grauissimum sit onus paupertas, præsertim χαλεπὸν ἂν γὰρ ῥα ὁ δὲ, tamen pudore magis commoueor quā inopia. Quamquam hic quoque mihi concoquendus dolor, & perfricanda facies; si his fatis natus sum, non est meum θεομαχῆν. Quod tuas res mi Ammoni feliciter prouehit φέρων ἀνεμῶς τε καὶ ὕδωρ, maximopere gaudeo, non solum quod ista contingunt amico, uerum etiam quod promerenti. Quamquam quid adhuc in te contulit fortuna, uel istis literis, uel istis dignum moribus? Subuerer, ne tuæ felicitati blandiri uiderer, ni nossem tibi satis perspectum esse ingenium meum; qui te satrapis quidem soleam assentari, Verum aut me fallit animus; aut summi honores manent Ammonium. Vide, quæso, quā sim φιλαυτῶ in Adagijs meis, ut nemini putem esse nota; nisi mihi. Siquidem suspicabar fugere te pro uerbum illud ὁ δὲ πρὸς ἐπὶ. Huic autem errori meo ansam dedit τῶν pronomen abs te additum, & ni memoria labor, πρὸς omisissimū. Nam in præsentia non erat ad manū epistola tua; ἔπειτα enim facile coniectabam, ἐπιπέσειν te uoluisse scribere. Non redditas fuisse nec tuas illas priores, nec Baptista literas, hoc certe nomine gaudeo, quod interim curam doloremq; lucrifecerim, quem morbus illius nunciatus attulisset. Neque uoluptatis lucro frustor, quod reuixerit, simulq; mihi gratulor, qui domi remanserim. Istos hostes magis metuebam quā Gallos; quamquam anceps bellorum exitus. Quod offert hospitij mei

B 3 fideq;

facq; cōmunionem, & amo & habeo gratiam. Video totū illi mutātū esse consiliū, postea quam accersit filios. De Carmiliano nō modo satis facis, sed pietatem etiam laudo, qui neglecto nebulone patriæ consulas honori. Sed utinam omnes hominis mendas possis tolerare, magis consideres patriæ, hoc est, ἡ δὲ ἀνελάν κεντράδου. Demiror te posse succedere tuo Thomæ famulo tam prudenti tamq; uigilanti, ut rebus tuis melius consulat quam tu ipse. Rogo ne hoc illi, sed meis fatis imputemus. Nunc ad Panegyricū tuum accedo, cuius me, si dijs placet, iudicē facis ac censorē, tantumq; potestatis permittis, quantum Homerus tribuit Ioui, ut nutu ac renutu probem quæ uelint, iugulem quæ lubeat. E quidem non mihi tantū arrego, uel ingenij, uel eruditionis, ut tua uel emendare possim uel censere. Illud ingenue fateor, nihil esse quod abs te proficiscatur, quod nō uehemēter admirer, siue mihi contingat hoc iudicio (quandoquidem de summis operibus iudicant nonnunquā & mediores artifices) siue sensu quodam ingenij. Amore certe non labor, qui hunc amorem ex admiratione scriptorum tuorum hauscrim. Verū uti diuersis oculis aliæ atq; aliæ placent formæ, diuersa palata cibus alius atq; alius delectat: sic opinor & in ingenijs uariū quendam esse sensum, & arcanā quandam cognationem, uel etiā disiduum. Ostendemat olim Hæstus noster, nescio quas schedulas de nihilī reb. sic neglectū abs te scriptas. Ex harum gustu protinus conceptam admirationē & amorē ingenij tui mecū in Italiam extulit; eamq; rursus uenam in Montionij cis literis agnouit: tamen mantis penitus exciderat. Habes sententiā meam de tuis omnibus. Iucundum autem est tua non eruditis modo placere, quibus nisi sint inuidentissimi, non uehementer probari non possunt, sed summa tibus etiam uiris, atq; adeo Archiepiscopo Eboracensi. Quod eruditorum calculis approbaris, non possum isto nomine te uocare felicem. Felicissimum autem iure dicam, qui isti tantopere placeas uero, plurimumq; debes Rhamnusia. Sed ut iam dudum iudiciū efflagitas exactius, atq; hanc clamas laudationem esse non censuram. Age ne parum morigeri uideamur amico, cui nihil negare sit fas, ἡ λεοντὶο φιδὶ θωμ. simulq; censoris & uirgulam summam & supercilium. Ita rem gestam narras, ut ex nullius commentarijs potuissim plenius cognoscere. Primū de latronibus interceptis: deinde quem admodū frustra regē conati sint hostes intercludere; deinde cum reditum esset ad pugnā, quam turpiter fugerint, ducibus ipsis captis; præterea Morinū captum. Scotos interim duobus prælijs ad internitionē pene concisos; ad hæc inuitante scilicet cœli ferentate, qualiq; suadentibus superis captum Tonacum; Super omnia maiestatis imperatoria: in castra tam familiarem aduentum. Sunt qui poema nō putent, nisi deos omnes è cœlo, mari terraq; subinde aduocet, nisi sexcentas infulcias fabulas. Mihi semper placuit carmen, quod a profa, sed optima, non longe recederet. Quæ admodum Philoxenus suauissimos iudicauit pisces, qui pisces non essent, & iucundissimas carnes quæ carnes non essent. Rursus amoenissimam existimauit navigationē iuxta littus, ambulationē iuxta mare: ita me uehementer delectat poema rhetoricum, & rhetor poeticum, ut & in oratione soluta carmen agnoscas, & in carmine rhetoricam phrasin. Alijs longius petita placent, at mihi uel præcipue probatur, quod orationē ex ipsis rebus sumis, nec tam studiosus es ostentandi ingenij, quam ostendendæ rei. In pauculis uersibus desidero compositionē paulo meliorē, uerum id accidere solet, aut quoties non uacat sæpius eadem recudere, aut cum maioribus intenti uirtutibus, illa negligimus. Vnum carmen mihi uisum est humiliter: Ut possis oculum gallis exculpere utrumq;. Hæc iam si nimium libere facere uideor; tibi imputabis qui mihi personā hanc imposuisti. Carmen hoc impendio nobis arrisit: Dum tu absens procul & regno diuisus ab Anglo, Gallorum dirringis opes & uictor oberras; propterea quod mire rem mihi certe subiecerit. Iam enim uidere uidebar Alexandrū illum magnū ultra Indos armis grassantem, & transmissō oceano alitū orbem quarentē quem uinceret, ac uictoricibus copijs per omnes nationes late uagātem, passim capi, uinci, dedi, quicquid obuū. Fuere quos seruo uersus hic offenderet; Nostrorū princeps tam re quam nomine regum. Itaq; qui transcripsit, Vachanus homo doctus & candidus, mutauerat cunctorum; De quo subiecit, nullo rum, non placuit: rursus alius mutauit stultorū; ne id quidē. Rursum Deo: Non re, sed nomine, reiectum est; nec re, nec nomine, abnuerūt. Deniq; quādo nec hoc placet, quod abs te positū est, nec quod ab alijs mutātū: ipse uideris, quid scribi uelis. Arrisit & proximijs uersus, Augusta nuper qui maiestate remissa. aiunt enim qui rerū arcanas uires scrutantur

tantur, hanc esse uim ἡ δὲ ἁρμόδι, ut astricta laxet ac dilaret. Item ille, In tra felici se comulic omine castra. εἰς οἰωνὸς ἀεὶς ὁ ἁρμόδι, præsertim ἀεὶς ὁ ἀεὶς. sunt & alia permulta digna quæ notentur astericis: quæ si scholijs aliquot in carmen tuum additis indicauero, ecquid erit precij? Illud apprecor, ut quam crudite, quamq; ingeniose ἡ δὲ ἀρμόδι, tam idem facias feliciter. habes Aristarchi de carmine tuo iudicium, at uicissim huius iudicij te iudicem facio. Ex Pacæi literis intelligo te Scotici conflictus historiam descripsisse: eam legemus, quum aduenerimus. Pacæi tam candidum in te animū esse summo opere gaudeo: nihil est eo uiro nec amantius, nec integrus. Lusimus & nos pridem in fugam Gallorum, sed Musis & Apolline nullo, carmē ad te misimus: non potest nisi semel esse molestum, quum sit breuissimum. Qui te meis onerauit literis, haud fecit ex animi mei sententiā: ipse literas ad omneis efflagitarat, iactās sese nusquā non iturum, ac tantum nō uniuersam lustraturam Angliam. Si dabitur cōmoditas, redde: sin minus, cōiijcito uel in ignem, potius quam ut eo graueris officio. De literis quas me negabam accepisse, nihil ad dubitabam: tamen lucro fuisse tuam suspicionē gaudeo. Neq; enim medio cre solatiū adferunt tuæ literæ, præsertim in tanto rerū tēdio. Includimur pestilentia, obsidemur latrocinijs, pro uino bibimus uappam, & si quid uappa deterius: truncatur census, Io triumphæ, sic ouamus orbis uictores. Carmen tuum & hic passim rapitur, transcribitur, ac laudatur ab omnibus ut eruditum & ingeniosum. In negotio prouerbiorum pessime sum acceptus ab istis bibliopolis. Quidam ea formulis excudit Tubingæ, sed ita imitatus ædificationem Aldinam, ut parum attentis eadem uideri possit. Commiseram exemplar emendatum ac locupletatum Francisco, qui libros ferme omnes solitus est huc importare, ut uel Badio, uel ex illius sententia committeret alij. Is bonus uir, rectā Basileam deportauit, ei in manus dedit, qui iam excuderat, ut hæc tum demum ædat cum sua diuideret, hoc est, post decennium. Complures item libellos ex Plutarcho ac Luciano uersos, commiseram Badio tradendos, ut superioribus quos habet adiungeret, & hos illi, uti suspicor, tradidit, utq; plures mittam rogat. En Sicambriam fidem. Sed est quo me ulciscar: seruatum est Adagiorum exemplar, & quidem aliquanto copiosius eo, quod ille abstulit. Cretissabimus cum Cretensi. A natali statim isthuc aduolabo, nisi Iuppiter nos alligari domi. Laractū, uirum omnium quos in Angliā nouerim, humanissimum, candidissimumq; quæso uti meis salutes uerbis. Rogo ne graueris in proximis ad Pacæum literis ascribere, uti tibi significet, quid actum sit delibris meis, quos Ferrariæ reliqueram: non nihil suspectum est mihi illius silentium: non quod quicquam de fide illius addubitem, sed quod uerear, ne quid acciderit commentarijs meis, quod ambo nolimus. Bene uale Ammoni. Cantabrigiæ natali diui Thomæ. Anno M. D. X.

ERASMVS ANDRÆ AMMONIO S. D.

XPECTO iam magnifica illa stratagemata: tum quantum in zonis sit allatum, Scripseram ad te in castris agentem, semel & iterum per Ioannem Lothoringum. Nobis interim non minus ac rebellum fuit cum mendis Senecæ ac Hieronymi, quam tibi cum Gallis. Quāquam nō fuimus in castris, tamen de Gallis manubijs decem coronatos dedit Dunelmensis. Sed hæc quum te uidero: interim literas tuas expecto militares. Bene uale amice singularis, Cantabrigiæ, sexto calendas Decembres.

NON est necesse rogare te, quod semper tua sponte facis, tamen rogo, ut si quando incidere oportunitas, commendatione uocis tuæ iuues res nostras. Certum his mensibus paucis, sacram iacere ancoram: si succedet, imaginabor hanc esse mihi patriam, quam Romæ prætulit, & in qua me senectus deprehendit: sin minus, abrumpan me; nec magni refert, quod certe alibi moriturus. Superos omneis testes inuocabo fidei, qua me is quem scis, perdidit. Quod si tribus uerbis essem pollicitus, quod ille toties tam magnificis recepit: scio quid pollicear: summa præstabo fide: dispeream, ni mori malim, quam hominem ex me pendentem destituere. Tibi mi Ammoni gratulor, cui fortuna, sicut audio, feliciter aspirat, non usquequaq; iniqua qualis qualis in nos est. Rursum uale. Anno M. D. XI.

B

ERASMVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

R EMITTO lagenam tuam, quam tu tuam diutius apud me detinui, quo uel
odore uini fruterer Græcanici. Tu pro optimo uino, uersiculos accipies persi-
mos, hoc est plane, *ἡ ἀγέλη ἐκείνη, ἥ ἀλλὰ χρυσίου. Πορὸν ἰαμβί με αὐ-*
tore iam discunt ἐγκωμίζεσθαι. Carmina ascribam.

Quicumq; dotes reputet Ammonii tuas,
Oculisq; totum lustret admotis prope
Orisq; decus, proceritatem heroicam,
Vultusq; toto, & uniuersis corpore
Bene temperatam dignitate gratiam,
Nitentium blandum uigorem luminum,
Linguaeq; plectrum tam suauè tinniens,
Mores dehinc, horas ad omnes commodos,
Faciles, amicos, melle melleos magis,
Veneres, lepores, gratias, risus, iocos,
Mitē indolem, mentisq; candorem nouum
Miręq; mixtam simplicem prudentiam;
His pectus adde, fordido auersum lucro,
Dexteramq; quam pro sorte largiusculam;
Iam quam benigni uenâ diues ingeni:
Quot animus unus expolitus literis;
Ac rursus his par additâ est facundia,
Demum uniuersa hæc rara condit comitas,
Et improbiuoris arcet fascinum
Modestia iucunditas, cum dotibus
In tam superbis, nil superbum in moribus.
Hæc quisquis inquam pensitet, tot affatim
Congesta in unum; non merito dixerit:
Soli parentem fuisse naturam tibi,
Contra, nouercam cæteris mortalibus,
Horum ipse quamuis debeas tibi pleraq;
Restant tuæ fortuna iam partes, uti
Dotes ita amplas, opisbus exæques tuis,
Nisi tuis uideri aut cæca plane, aut inuida.

Rogo ut has literas, quas tuis adiunxi, reddas episcopis ad quos scriptæ sunt, ubi uel
ipse uiles regiã, uel certū hominē nactus eris. Cura ut recte ualeas. Iubet te saluere Bouil-
lus, cædidus, ac tui nō dissimilis amicus. Expecto literas tuas; nã unas adhuc dūtaxat acce-
pi. Si incidit occasio apud tuos episcopos, fac is sis, qui semper in Erasmo tuū esse
cōsueuisti. Si tua carmina uenerint Londini, rogo & libellū tuū huc mittas. M. D. XI.

ANDREAS AMMONIVS ERASMO SVO S. D.

ICISTI Erasme tuis literis omnē meam expectationē, desiderii tamen nō
explesti. Scripsisti ad me sæpius, ut uerū fatear, quàm te facturū putabā, mul-
to tamē quam exoptabā, rarius; quod amantissimū tuum officii tantū apud
me est, quod eo me tibi penitus, penitusq; obligasses, si deuinctior esse po-
tuisssem; nã tuis literis nihil accipio suatius; & me haud uulgariter abs te ama-
ri, hoc (mea sententia) nō leui argumēto perspexi; id quod sane antea credebā, nunc uero
mih iudeor plane scire. At nō licuit mihi esse erga te perinde officioso, partim regis (ui-
de quam gloriosam excusationē prætedā) & intricatissimis amicorum negocijs; partim
culpa eorū, quibus alteras ad te literas dedi, quas intelligo tibi nō fuisse redditas, licet pro-
uectura nō nihil dederim. Ego tres tuas epistolas accepi, duas plenas faccarū, tertā neq;
ris, quā ex inscriptione, & uini Græcanici mētionē primo ad me scriptā nō dubitauī; sed
mox ubi ad carmina perueni, suspicari ocepī, quando ea quæ illic extollis, mea esse non
agnoscerē, ad aliū aliquē te scribere. Sed ubi te dubio procul de me loqui perspexi, mecū
cōtinuo, quid times Erasmo de te credere, cui & uitam crederes? *ὃς τὸν ἔραστον
ἐμὸν ἰν μέ*

~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
Literas tuas episcopo Vintoni
ensi & Dunelmensi intra paucos dies in manu spero me redditurum: quod si tanta ora-
tione cōmendatiorem te illis facere poterō, ipsum Tullium uincam. Quem enim quam-
uis infantem tam bona causa non modo disertum, sed etiam eloquentē non redderet? De
rebus Italicis hæc habentur. Hispanus apertum propemodum cum Gallo bellum gerit,
cuius Angli non erunt, ut conijctur, tantummodo spectatores. Iulius Maximus ad tem-
plum Deipare in Laureto se contulit, salutem suam diuæ gratulaturus. Veneti supra quin-
gentos, sic fertur, Gallorū equites ex insidijs deleuere. Imperator ita friget, ut ex suis hy-
pocaustis prodire non audeat. Florentini Pisaniq; diris detestationibus sunt acti, quod cō-
ciliabulum schismaticis illis cardinalibus præbent. Cardinalis Rheginus in fata concessit.
Nos hic in gratiam cum peste nondum rediimus. Ego in collegiū diuī Thomæ tandem
immigraui, ubi sum nihilō magis ex sententia mea, quam apud Morum. Non uideo *τὸ ἀρ-*
πὴς τὸ ἀρχαίου ῥήμας, sed multis alijs offendor, ut nesciã ita me Deus amet, quo in An-
glia iam pacto sim uicturus. Primum apud nostros mercatores, quod animo meo gratum
esset, honeste me negant esse posse; tum istorum sordes, quas iam satis sum expertus, mi-
hi omnino non placent; domum uero conducere. & ut uelim uiuere, paupertas non finit,

Quis regiam petam, tuamq; rem sedulo illic curabo, & negociū alicui dabo, ut quum
Bouillum miles resaluta meis uerbis. Cura iterum huc uenies, uenies, ama. Londi-
ni sexto Calendas Nouemb. Anno M. D. XI.

ERASMVS AMMONIO SVO S. D.

ANDEM ad octauū Calēdas Decēbrias mihi reddite sunt tuæ literæ: quas
sexto Calendas Nouēbres scripseras, prorsus mi Andrea, ut breuissime lati-
dem, te dignas, hoc est, iuxta candidas atq; doctas: ad quas si breuius respon-
deo, diuo Hieronymo debes imputare, quē interpretandū suscepi, provinci-
am *ὃς τὸν λόγον ἐπίδραθεν, ἐκ μέγας ἐλέφαντα τὸν δὲ ποιῶν*. Quos equidē
nime mēdaces existimo, hac sane in re *δὲ οὗτωσὺν ἄ te dissentiēs*. Nec carminis eius ar-
gumentū aliunde, q; à teipso sum mutuatus. Itaq; Ammonii depinxi, optimis quidē co-
loribus, quippe tuis, sed artifex non optimus, nec optimo penicillo. Sed quid istud est ob-
secro, quod scribis te ceu rē magnā perspicere, Andream amari ab Erasmo? Nã si istiusmō-
ῆς, ἢ ἢ τῆς τῆς ὄρας, hoc est, *ὁ ἀφροσύνη*, & quem uel ipsi Tauroscytha barbarum,
ipse

sed facerdotium nodum datum: ille subridens, interrogauit, tum illa spes alere te possit: subrisi uicissim; at qui in qua auri, & temporis dispendio hanc spem Erasmus emittit: tunc ille iussit me hac de re secum alias commodius loqui, quod mihi haecenus non est usum; sed gauisus uehementer sum Vintoniensem tam de te amater sermonem habere: quod reliquum est, opera dabo ne quod officium meum desideres, de alueario quod te recipias, quid certi scribam, non habeo. Apud Augustinenses nullus est cui conuictor esse queas: nescio an uelis caecum poetam a me rogari: sunt illic, ut audio, quaedam inania cubicula, quae conuicti possent, sed supellectile opus esset. In hoc conuictorio, in quo ipse sum, facta omnia esse autem: praeterea mensa est infra mediocritate. Circa eadem Pauli collegium est, ut nosti, quorundam doctorum, quos aiunt laute uiuere, ego puto in cloaca habitare. De Francisco periculum facere, nil fortassis noceret, sed mihi uidetur Iro miserabilior. Denique quid in hac re pronunciet, nondum habeo: si quid in mentem uenerit, intelliges. Quid te Giphii benignitate percontor: nunc praesertim cum Io. Baptista Boncantus abest: Rescribe quid uelis, interim si redeas, cubiculum non deerit. Mortum haecenus non uidi, nec putauit dedita opera interrogandum esse, an literas illas reddiderit, quas non reddere uix potuit: quotidie enim Archiepiscopum aut uidet, aut alloquitur. Ex Italia noui nihil, sed nec literarum quidem aliquid habemus. Bouillum nostrum postquam tanti salutationem meam facit, plurima rursus meo nomine impertias uelim. Gratum in primis mihi feceris, si modis omnibus curaueris, ut pulcherrime ualeas. Londini XIII. Calendas Decembres.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO S. P. D.

AM discesserant uestri caruarum, quum tuam epistolam sine aliqua ad Montioium, Io. Morus mihi attulit, ideoque expectandus est illorum nebulonum reditus, aut casus aliquis, qui mihi *χρηματόφορον* obijciat, cui has ad te *ἐπιπέτα* dem. Intellexi te lagenam resignatam & semiplenam, tandem nequaquam gratis accepisse: nam sex denarijs eam uappam, carnificum reliquias, chare te emisse arbitror: noui praeterea, quam ille caluus contingerit caluere. Sed recte mones, non esse ab his monstris officium aliquod hominis exigendum: uerum si Socrates cum beluis istiusmodi fuisset aliquando confectus, neque animum, neque uultum semper eundem seruare potuisset. Ceterum non idcirco uinum remisi, quod tu id laudasses, sed quod negotia tuo bene cesserat. *χρυσία* enim acceperam, *χάλυκα* qui dederam: & idcirco rursus tentabam, an alios uersiculos haberes, quos eodem pacto uelles permutare: non quod eorum mendacius delecter, sed elegantia, suauitate, tuoque illo amico errore, quo aliam me prius quam ego sum. Ex Linacro audiuimus, tuum *ἀρχιερῆς* opem tibi argentariam destinasse: & certum solum ad te habendum quaerere: id si ita est, querimonias tibi minuet, si quae tamen supererunt, in amicum effundes sinum, & foenus a me accipies, nam beatum te iudico praeter me. Ego ad ultimos usque Britannos post fortunam curri, nec unquam assequi potui: nam subinde longius me fugit, imo uero & magis me terret. Duos homines, qui me unice amabant, sed qui omnium sententijs & coniecturis pauperes abiectique semper fore existimabantur, miris quibusdam modis, quasi in inuidiam solummodo meam, alterum Romanae ecclesiae uice cancellarium, alterum modo summum poenitentiarum fecit, gradumque ad amplissimum prouexit: & nunc mihi uterque stultitiam, quod se, fortunaeque sedem urbem Romam Britanniae postposuerim, exprobrat, neque uicissim contemnit, nec omnino immerito. Ego nisi apud hos, quos multo labore, longo tempore, non paruis sumptibus demerisum conatus, aliquid malae utati uaticum coegero, quod confugiam nescio, quum plane in his *κινεῖς* *σπορταίς* consenserim: ante annos enim cani (quos mortis aquiliferos dicunt) agminatim toto uertice mihi erumpunt: sed longa est naenia, hoc foenus tibi seruo. Montioium nondum salutauimus, ita mihi accidit, dum officium de die in diem produco. Episcopus Dunelmensis operam & studium suum tibi pollicetur. Vintoniensis minus publica locutus est, sed magis amica: putabar sacerdotium te habere: respondi, spem quidem sacerdotij tibi datam, sed

sed facerdotium nodum datum: ille subridens, interrogauit, tum illa spes alere te possit: subrisi uicissim; at qui in qua auri, & temporis dispendio hanc spem Erasmus emittit: tunc ille iussit me hac de re secum alias commodius loqui, quod mihi haecenus non est usum; sed gauisus uehementer sum Vintoniensem tam de te amater sermonem habere: quod reliquum est, opera dabo ne quod officium meum desideres, de alueario quod te recipias, quid certi scribam, non habeo. Apud Augustinenses nullus est cui conuictor esse queas: nescio an uelis caecum poetam a me rogari: sunt illic, ut audio, quaedam inania cubicula, quae conuicti possent, sed supellectile opus esset. In hoc conuictorio, in quo ipse sum, facta omnia esse autem: praeterea mensa est infra mediocritate. Circa eadem Pauli collegium est, ut nosti, quorundam doctorum, quos aiunt laute uiuere, ego puto in cloaca habitare. De Francisco periculum facere, nil fortassis noceret, sed mihi uidetur Iro miserabilior. Denique quid in hac re pronunciet, nondum habeo: si quid in mentem uenerit, intelliges. Quid te Giphii benignitate percontor: nunc praesertim cum Io. Baptista Boncantus abest: Rescribe quid uelis, interim si redeas, cubiculum non deerit. Mortum haecenus non uidi, nec putauit dedita opera interrogandum esse, an literas illas reddiderit, quas non reddere uix potuit: quotidie enim Archiepiscopum aut uidet, aut alloquitur. Ex Italia noui nihil, sed nec literarum quidem aliquid habemus. Bouillum nostrum postquam tanti salutationem meam facit, plurima rursus meo nomine impertias uelim. Gratum in primis mihi feceris, si modis omnibus curaueris, ut pulcherrime ualeas. Londini XIII. Calendas Decembres.

ERASMVVS ROT. ANDREAE AMMONIO SVO S. D.

RECIBVS extudit Roffensis, ut decem dies secum comorarer, at in speionis plus decies poenituit, ut hic quoque *ἀλυσσῶν* fererim prouerbiū *ἐγγὺς πῆρας ἀγῆ*: interim e Latino Graecum reddam. Hanc *μεταμόρφωσιν* me recepi. Captaram Vseuicū misso Nouo testamento, hac spe, ut ille mihi uicissim nouum mitteret equum; quod uetus ille bibendo perisset, Fladrice nimirum peste. At dum ille abest in uenatu, mea frustra fuit uenatio. Hac gratia puerum meum isthuc remisit, simulque ut te conueniat: quo si quid aliud fors in mentem uenit significes: nam hinc non discedimus ante huius finem hebdomadis. Scripsi ad te per Morum discedens, relicto exemplo epistolae ad Leonem, sed parum apte descripto. *πῆρς ἡ μῶσδον* mi Ammoni: tu, quod soles, amicum praesta: ego memorem & gratum praestabo animū. Bene uale. Roffe XVI. Calend. Septemb.

PLVRIMVM, mihi crede, gratiae accedet, mi Ammoni, isti beneficio ex celeritate conficiendi: nam & citius hac sollicitudinis nubem ex animo discutietis: & si quid forte extiterit Tragoediae, tutiores erimus. Rursum uale.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO ROT. S. D.

TAVISUS mihi fuisti trans equor properare, ut ne bidui quidem moram abs te petere fuerim ausus. Sed audēdū esse uideo, tamen scio non omnes esse Roffenses, *ἐγγὺς πῆρας ἀγῆ* istam spolio nem *ἐγγὺς πῆρας* futuram nihil ambigo. Venationem tibi male cecidisse quis miratur: homini non eiusmodi saltibus uenari assueti. Ceterum id tibi foeneratum dices. Noua certe *μεταμόρφωσις*, libros in equos uertere, sed quando uideo te equo egere, alio equo (scis quanti hoc olim fuerit) a me donaberis ex Iuerna ultima aduecto. Accipe qualemcumque tibi nunquam imputandum. Literae quas Moro reliquisti reddita mihi fuere, fat fore arbitror, prioribus ad Leonem literis. De tuo negotio nihil aliud, quam quod inter nos conuenit, occurrit. Commentum illud constanti proba, de eius autem cura, sane quam uelim in aures te, ut dicitur, utraq; herede non minore studio a me curabitur, quam si de meo ipso ageretur. Verumtamen celeritatem non est quod eximia expectes, nam itine sunt tabellaris impedita, *ἐγγὺς πῆρας ἀγῆ* multos de te uenari assueti. Ceterum id tibi foeneratum sum me studiosissimi tui officium praetermissurum. Vale & Roffe VII. Calend. Septimo. Sextiles ex Vuestmoñ. M. D. XIII.

ERASMVVS AMMONIO SVO S. D.

LANE uapulaturus erat Ioanes meus, ni Morus illi in tempore commodus patronus aduisset. Nam is simulatque rescituit nos haesisse Roffae, accurrit iterum uisurus Erasmus, quem uereri uidetur, ne breui non sit uisurus post. Is igitur

Is igitur famulo in consilio fuit abducendi equi, posteaqua tua sponte offerres, Video circumspicius tecum agendum: adeo captas omnem donandi ansam. Remissurus eram munus tuum, etiam Moro dissuadente, ni ueritus fuisset, ne suspicareris aut parum mihi piacere, aut me Ammonio parum libere debere, cum nulli debere libentius, ut nec amo quem qua effusius. Disperet Ammonio, ni istum in animu tam excellsum, tamque amice amici, pluris facio, magisque amo, quam uniuersum strepitum Potestatis fortunae, nec mihi possunt unquam parum uideri fortunatus, quoad istiusmodi amici erunt incolumes. Perplacet equus eadore insignis, at magis animi tui candore commendatus. Malueram in alios quosdam predone agere, in Eboracensem, Colerium, Vrsuicium: uerum illi sapit, quanta Vrsuicium pollicetur insigni equum, nec addubito quin sit praestiturus, idque ad Calendas non Graecas, sed Octobres. Bene uale doctissime et idem humanissime Ammonio. E Brabantia scribit Eboracensi & Larcho, Rossae XI, Calendas Septembres, Anno M. D. XIII.

ERASMVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

BELLE haecenus mihi fuit usque ad nidorum hypocaustorum, quae nuper incendi cepta sunt. Hieronymus in processu est. Nouum testamentum iam aggressus est: ego nec manere possim ob intolerabilem nidorum aetuariorum, nec abire ob opus inceptum, quod sine me nullo pacto possit peragi. Heluetij nostri magnopere stomachatur aduersus Gallos, quod sibi in acie non cesserint ciuilibus, ut olim cesserat Anglis, sed machinis suis multos dissipauerint. Redire domum aliquanto pauciores quam exierant, laceri, mutili, sauci, signis dilectis: proinde pro epini cibus celebrant parentalia. Epistolam ad Leonem, cum alijs nonnullis curatum uisum uendendam, sed locupletatam: si quid responsum est, quod ad me uehementer pertinet, significata tuis literis, sed caute. Si ualetudo patietur, commorabimur hic usque ad natalem Christi: si minus, aut Brabantiam repetemus, aut Romam recta. Eboracensium tionauit me praebenda Tornacensi, sed ad illorum, si quid nouentur res. Huius commissarius, schedis publicitatis affixis, fuit excommunicatus in Flandria, tanta illic Eboracensis reuerentia. Uiuat, ualet, ac triumphat episcopus eius loci, uir nobilis, doctus, ac potens. Accepimus tamen: nihil enim facilius quam amittere. Optarum Epigrammata tua si fieri possit, quod & ante hac scripsi. His literis facile ignoscet, si scias, quibus eiusdem generis obruar laboribus. Bene uale doctissime Ammonio, & Erasmo facili qui fuisti semper. Basileae, postridie Calendas Octobres, Anno M. D. XIII.

ERASMVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

VIn ridere: ubi Bruxellae reuersus, Cancellarium Moeccenatem meum salutassem: ille ad consiliarios adstantes uersus. Ille, inquit, nondum nouit, quatus sit. Rursum ad me. Princeps, inquit, conatur te episcopum facere, & iam contulerat episcopatum, haec alpernanda, ea enim in consilio cognita est, illam e referuarum, ut uocant, catalogo non esse: proinde scripsit pro te summo Pontifici, ut patiatur te potiri. His auditis, non potui tenere risum, & tamen placet animus principis erga me, uel potius Cancellarii, qui re ipsa princeps est. Utinam oeconomia huius comediae feliciter cedat: nam eodem ferme tempore & nos scripsimus ex Anglia, & hic Brabantia. Sitio audire, quo pacto succedat negotium. Hybernaturus sum Bruxellae. Quicquid Tostallo miseris, mihi protinus reddetur: quod mihi cum homine perpetua sit consuetudo. Animus est a Louanio alienior: illic mihi meo sumptu obseruendum foret scholasticis: obganniret asistue iuuenes: castiga hoc carmen, emenda hanc epistolam, alius hunc auctorem flagitaret, alius alium: neque quisquam est illic, qui mihi uel ornamento, uel subsidio possit esse. Nuper exortus est quidam qui mihi propemodum tragicordiam excitauit: in quo plane ut ait *ὄτρων τὸν λύκον ἔχο, ὃτε κρατεὶν διδάμνο, ὃτε ἀφέναι*. Blanditur coram, mordet absens: pollicetur amici, praestat hostem. Utinam magnus ille Iupiter uniuersum hoc hominum genus recudat ac retingat: qui cum nihil adferat, quo uel meliores redamur, uel eruditiores, tamen omnibus facessunt negotium. Hieronymus Antuerpiae probat, etiam cum illic essem. Ita Franciscus temperat huius comediae scenas, ut ubique sumum

suum agat negotium. Ne literas quidem meas uoluit exhibere, prius quam sibi prospexisset, tantum dixit, e Germania ingentem esse sarcinam literarum, etiam ab episcopo. Impartiar nugarum portionem aliquam, simulatque recepero. Antuerpiae recepi nuper, quae tu Basileam miserat, a Pacaeo, sicut opinor, allata: & tamen ipse ne uerbum quidem. Bene uale Ammonio doctissime. Bruxellae pridie Nonas Octobr. Anno M. D. XIII.

ANDREAS AMMONIUS ERASMO ROTERODAMO S. D.

RISI equidem serio tibi isthic quoque Moeccenatem contigisse, & eum Moeccenatem, qui apud istum principem uno omnium ore aeque possit ac uelit: quod nobis non nisi tua unius causa potest placere. *καὶ τὴν ἀποστολὴν*, ut nihil aliud ad praesens succedat, permultum sane est, tantorum uirorum talem erga te uoluntate perspexisse, quam tibi ex animo gratulor, spei iam solidae plenus, ~~et tuam in ea fortuna diutius iniquissimam non futuram.~~ Si Pontifex *τῶν τῶν τῶν ἐπισκοπῶν* tibi dederit, magis ipsi tibi, quam principis commendationi dedisse arbitrabor, sed uereor ne id officiat, quod non dubitabit, quin princeps hanc in te uoluntatem sit constantissime seruaturus, & breui iuris eius futurum, ut ad aliam episcopum te prouehat: quod si fecerit, spero fore, ut ipsemet pontifex eum roget, ut qui te honestatum, scio, peruelit: at de alieno potius quam de suo. Scripsi ad eum, & episcopum Viugorniensis, haud multo postquam discesseras. Quod Bruxellae hymaturus, consilium probo, tum ut Louaniensium scholasticorum molestias effugias, tum ut frequens in aula ista luce conspiciaris, tuosque tui coram submoneas, & suspirantis fortunae statum contempnas: poteris & tibi, & patriae esse utilis, si propius uestrum louem accedere non grauebitis: non longus erit labor, & aliquid ferendum, & studijs non nihil detrahendum esse censeo, ut reliqua uitae commodis & dignitati consulat. Habes aulicam sententiam. Lupum istum si dimiseris, quod citra ullum periculum meo iudicio facere potes, Euripideus omnino exitus eum manet: ~~sed tu ab ea scabie ungues abstineto, quam hoc magis foueris, quo magis scalpseris. Βάλλε τῶν τῶν λῦκων τὸν ῥακάειν ἢ πρὸς τοὺς λύκους.~~ De tuo Hieronymo gaudeo istuc esse allatum: breui enim ad nos transfuectum iri scio. Proinde fac, ut nec paginam quidem ad me mittas, nihil propero: siquidem haud ratum oculus mihi est, ut uel Ciceronem bis uno mense legere queam. Vis noui aliquid? aduenit huc Cardinalis Sedunensis ille Heluetius, quem sum allo cutus, & uideretur mihi homo ingeniosus, impiger, acer, facundus, strenuus, & admodum Theologus. Morus tuus bellissime habet. Tostallo diligenter me commendabis, cui gaudeo te esse tam familiarum. Beatus mihi uideretur, si uestris colloquutionibus liceret interesse. Cura mihi Erasme ut ualeas. Ex Vuestmoen. Calend. Nouemb. Anno M. D. XIII.

ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE

AMMONIO S. D.

MALE precor isti *τῷ ἀρχιεπισκοπῶν* secessui, qui meam remoratus sit felicitatem. Crede mihi optime Ammonio, nunc *ἐμπερὶ μὴν λιχίλασαι ἀγχινα, ἡ δὲ πᾶς ἐξήν πῆλα βύβλο*: qui si parum ex sententia ceciderit, *πεπρακται*: si succedit, debito summam tuo animo & humanissimi Viugorniensis, si minus, agnosca familiarillum & nimum mihi notum genium meum. Praebendam arte confluat in pensionem. Quod hortaris, ut louem propius ad eam, enitar, ac tum magis, ubi certum uigilans audiero oraculum, unde rerum mearum summa pender. Scis quam sum crasus, in hisce praesertim rebus. Quod si quid censeres faciendum mihi, quod gratum futurum sit Viugornienti, quaeso submoneas. Itidem ne quid addubites *καὶ τῶν ἁρμοσίων*: etiam si destituat *ἰ λαντῶν ἐκῶν*, sunt hic a quibus unico nutu possim impetrare. Maximum hic in praesentia rerum omnium aucupium est: at ego nunc *ἄχερος ἔμει*. Hoc male me habet. Italos, Hispanos, Getas, Danos candidiores experior in me, quam meos: famelicum hominum genus, & soli uentri natum. Cancellario debeo plurimum: at non ego solum, uerum omnis haec regio. Tostalli consuetudinem merito mihi gratularis: nihil ad huc expertus sum hoc homine amicus. Ei legi tuam illam maiorem epistolam: magnopere delectatus est ingenio tuo. Mihi subinuidere uisus est, quod tu illi tam *λακωνικῶς* scripseris: sed cum excusarem occupationes tuas, facillime accepit. *τῶν λῦκων* iam reliqueram, ~~et tuam in ea fortuna diutius iniquissimam non futuram.~~

Volumina Hieronymi iam hic diuendita sunt. Franciscus affirmat se duo m/...

THOMÆ CARD. ET ARCHIEPIS. EBORACENSIS ERASMVVS

ALVTEM plurimā reuerendissime præsul. Doleo mihi non licuisse fami/...

ERASMVVS VRSEVVICO SVO S. D.

ac reuexit incolumem, itinere licet periculossimo, nō solū longo. Sapit iam...

ERASMVVS AMMONIO SVO S. D.

propter hanc diuisionem, sic & illam tibi propriam ac perpetuā esse uelint superari...

ERASMVVS ROTERODAMVS AMMONIO SVO S. D.

N MERITO nos obiurges nondum liquet, certe consolariis tum amantissimi...

ERASMVVS ANDREÆ AMMONIO SVO S. D.

IX CREDAS mi Ammoni, quā penē hic inuidia conflarim. Louaniū gladiatorio animo...

ERASMVVS ANDREÆ AMMONIO S. D.

VM Douarię per occasionem ostendissem Mœcenati nostro tua poemata, ingenium...

ANDREAS AMMONIVS ERASMO THEO-
LOGO S. D.

V IDEO mihi ~~quod~~ Erasme, ineptiarum mearum praefationem Montois (quod tu ~~diu~~ iudicio coniecistas) minime probari. Ideoq; aliam ad te mitto: at equidem recenti fortuna mihi uidetur minus mala quam altera erat, & si ~~tu~~ tua lima dignaberis, ausim sperare bonam. Sin uero manus tua mertam istam refugiet, mihi certum est non amplius, ut in hoc tibi placeam, laborare. In re tua uel capitis discrimen subire possum. Vt cunque mi Erasme meum nomen quantulumcunque est, tibi iterum atque iterum commendo. Si uides has nugas commiserationem mihi aliquam allaturas, pone illis, rogo, modum quem uoles, & in summa tui amicali honori cofule. Scio te plus in re mea, quam egomet sapere, nec ueeor quin tantudem sis effecturus: noui enim quam sis amicus amico, ideoq; uerbum non amplius addam. Tua Adagia istic rursus excusum iri gaudeo, quamquam ego Aldina exemplaria malim, cum ob latinorum tum ob *ελληνικὰ χαρακτηρισμῶν χάριν*. Verum ad quem Italum me alleges non intelligo, neque enim quenquam Italum bibliopolam hic noui: sed perquiram diligentius, nam ualde cupio emere. Episcopo Dunelmē. te quam potui diligenter commendauit: gauisus est nuncio, & tibi gratiam habet, interrogauitq; quando esses rediturus: respondi, quantum ego conijcerem, breui. Ceterum male lit illi cui tuas literas ad me dedisti, eius enim ~~factum~~ factum puto, ut cum tu quinto Calend. Maias dederis, nō ante xvi. Calend. Iunias mihi redderentur, ut sane uerear ne serum iam sit ad ea quae scribis respondere. De rebus Britannicis quod o pereprecium sit scire, noui ferē nihil est, preterquam de ipso rege qui diuiniorem indies se praebet. Sed hoc uetus tibi est: de te uero mirum me hercule desiderium, obtundor his uocibus, quoniam me tibi contubernalem norunt: Quid de Erasmo quando reueniet? ~~quod~~ si redeat: & multa alia, quae scribere nolo, ne quid postea in me referas. Morus noster mellitissimus, cum sua facillima coniuge, quae nunquam tui meminit, quin tibi bene precetur: & liberis, ac uniuersa familia pulcherrime ualet. Linacer sacerdotio auctus est, pro quo omnes Musas fortunae gratias egisse arbitror: tuus Leucophæus saluere te iubet, tu cura ut ualeas, & ad nos sospitem te referas, *ἀλλ' ἐπεὶ πλεῖστον τοῦ ἑλπίσθαι πολλὴ χάρις ἔσται ἡς, ἡδὲ τὸ συμβόλαιον ἡδοναῖς τῆς αἰσθητικῆς*. Londini. Decimoquarto Calend. Iunij. M D X V.

ANDREAS AMMONIVS ERASMO S. P. D.

T ERNAS à te in castris literas accepi, quibus ne Gallorum quidem fuga mihi gratior extitit. Primis respondi castrensi dictione, nescio utrum literas acceperis: ad tuas autem nouissimas, quia sub nostrum ex Gallia discessum, uide licet cum ad ouationem reuerteremus, mihi fuerunt reddita, nihil rescriptis: quae tamen mandasti curauit. Nam Bertinico Abbati diligenter te commendauit, etq; omnem illam tuam nomenclaturam de tuis apud eum amiculis perlegi, ille mirum quam ad Erasmi nomen fuerit continuo exhilaratus, Hercule non secus ac mater uirgula ad peregrinantis filiolū nuncium: apprehendit me, & cum multi adessent, seorsum abduxit, ac multa de te amantissime percontatus, postremo ut tibi Britannia incidisset, quae fuit: respondi, quod erat, ~~quod~~ ad summam uisus est tui qd studiosissimus. Porro scriniorum magistrum conueni, quae de eo scriberes, ipsi ostendi, & Plurarchi libellum obtuli, paucis gratias egit, & quoniam erat (ut uidebatur) occupatissimus aliò se proripuit, eius postea alloquendi non fuit commoditas. Simulatq; Anglicum solum tetigi, ubi locorum esses rogare coepi. Siquidem Cantabrigiensē pestem fugere te scripsisti, unus tandem Sixtinus mihi dixit, te quidem Cantabrigiam ob pestem reliquisse, & concessisse nescio quò, ubi cum uini penuria laborares, & eo carere peste grauius duceres, Cantabrigiam repetisse, atque inibi te nunc esse. O fortem Bassareū comilitonem, qui in summo periculo ducem deserere nolueris: quam ob rem mitto ad te imperatoris tui munusculum, uini Cretensis sinum, sed quod Iupiter cum in ea insula educaretur, suo periculo eminxit, hoc est nescio quid ex lacte & neclare profectum: quod si matre huc te receperis, licebit tibi aliquanto largius haurire. Ceterum quod auctiam fortunam mihi gratularis, haud amice facis, nisi & tibi pariter gratuleris, & si ea perinde ut tua nō ueris: & ego uicissim cū de multis alijs rebus, tum de *ἄνευ δαμάσκει* tibi

tibi donauit gratulor, non tam muneris gratia, quam quod ille non nisi in eos, quos unice amat & suspicit, ea liberalitate uti solet, at quod de me interroganti *οὐκ ἔστιν ἔτι ὄντως ἔτι* non miror, & causam tamen nescio, nam paulò antequam è nostris castris discederet quondam mihi indignationem significauit: sed unde eam conceperit, nequeo diuinare, dum ipse quod mei fuerit officij fecero, & culpa uacauero, quo animo hic, ille in me sit, nō ero magnopere sollicitus. Habeo praeterea multa quae ad tuas literas respondeam, habeo & plenum sacculum nugarum, quem cupio in tuum sinum effundere. Proinde ubi ubi primum huc reueneris, fac ex templo ut sciam: sed hoc pretereundum non est, P. Carmilianū regis Scotorum epitaphiū nuper ædidiisse multebribus maledictis refertum, quod P. Insonicis characteribus excusum propediem leges: eo Carmilianus magis sibi placet, seq; magis miratur quam Catullianus ille Suffenus, et tamen nisi ego admonuissem pullulare prima correpta posuisset. Vt cunque multa restant quae rideas, & in primis aliquos inueniri qui eiusmodi ineptias serio laudent. Vale mihi ~~quod~~ Erasme, & me ut facis ama. Londini. Septimo Calend. Decemb. M. D. XV. Quod me fortissimū appellas parte talione percutiam.

ANDREAS AMMONIVS ERASMO S. D.

C OCLITEM discessisse arbitratus, amico cuidam meo traicenti, & Bruxelles (quo te uenturum coniecisti) profecturo tres uersus ad te confestim dedi, unā cum exemplo literarum, quas tibi iam pridem scripseram, & per nostrum Pacæum miseram, quibus iunxeram Pōtifficis Max. ad te Breues appellatas, alteras eiusdem exempli apud me retinui, quas tibi per tuum Cocliem nunc mitto: sed Breue quo idem Pont. Max. regi te studiose commendat, tibi seruo, quoniam tameri isthic haberes, huc tamen esses relaturus, & circumlatum posset excidere. A uero Germanicis gerias ex te audire, quanquam quid mirum si terra illa quam Tacitus informem, caelo asperam, tristem cultu, aspectuq; nisi si patria sit, tibi arrisite qui possis Riphæos montes serenare, feras & saxa mollire, cui si propius accedas, non minus qd suo Orpheo Hæmus aduletur, in quem nihil potest tam magnificum conferri, quod meritis comparatum (ut ita dicam) paruificum non sit habendum. Sed coram (ut tu ais) melius de his nugabimur. Valde hic non à me solum, sed ab omnibus expectaris, ipse quoq; Larchus, qui est apud Eboracē. summus, munusculum tibi aduentitium destinauit. Ceterum cura te amabo diligenter. Sexto Calend. Quintiles, odi enim Iulianum nomen. Ex Vuestmoñ. Anno M. D. XV.

ERASMVVS ROGERIO SVO S. D.

I NTER multos amicos, quos mihi dulcissimos Britannia conciliauit, tu mihi Rogeri uel in primis occurris, qui me tam constanter amasti, sic tua consuetudine delectasti, sic officijs iuuisti, ut quocunq; terrarum mea me fata deferrent, Rogerij mei iucundissimam memoriam mecum sim ablaturus. Atque utinam eam libertatē tua tibi fortuna permetteret, uti nos in Italiam consequaris: possideres totū Erasum, quem iam multis modis tutissimū, ut ita dixerim, effecisti. Iter sat bene uertit, nisi quod odiosa fuit nauigatio. Quatuor enim noctes de uentorū ac fluctuum arbitrio pependimus: unde & capitis dolore contraximus, quo quidem breui leuabimur, spero. Mirum quam mihi arrideat Gallia, hoc dulcior, quod iam diu non uisa. Vti Britanniae desiderio teneat, illud potissimum facit, quod in ea reliquerim amicos, tam multos, tam doctos, tam integros, tam amantes, tam officiosos, tam iucundos, deniq; sic de me promeritos. Inter quos tu praecipuo loco ponendus. Quare fac ut in amando Erasmo tui similis esse pergas. Ego uicissim in cōplectendo Rogerio me ipsum quōtidie uicero. Vale Parisijs posttridie sacramenti. Anno M. D. VII.

ERASMVVS ROGERIO VVENTFORDO S. D.

A TER Ioannis cum apud nos esset, significauit mihi, se filiū alteri uelle committere, nec uerbo sum reluctatus. Prescripsit ille spacium ad omnium sanctorum: accepi. Adieci si uel ipso momento uellet abducere, me boni consulturum. Non possum illi succensere, quippe qui sciam quicquid huius facit, in sinu facere alieno. Olim abduxerat: deinde reddidit, te autore, non admodum C 3 dum

dum cupienti, cum semel animum aliò flexerã. Rursum cū dies quatuordecim abstaxisset, ipse rediit, passurus ut me traicientem quoq; comitaretur. Educatus est apud me liberaliter, & meo quidem sumptu: & tamen si nō profecit quantum ego cupiebam, tamen illud audacter affirmabo, illū plus scire latinitatē, quā fuerit in ulla schola, ne Liliānam quidem excipio, triennio consecutus. & scis primos profectus minime apparere: tantum abest, ut omnino temporis iacturam fecerit. Sed quoniā uideo patris simplicitatem instigationibus huc & illuc impelli, & matrem inepte amare: non est animus perdere officium. Nihil autem æque perit, atq; id quod confertur in ingratos: non eos existimo ingratos, sed magis etiā perit, quod confertur in non intelligentes. Nam ingratus etiā si dissimulat, tamen apud se obnoxius est, & aliquando uel pudore gratiam refert: is qui non intelligit beneficium, etiā sibi deberi putat. Ut igitur stultū est, bene mereri de ijs qui non intelligunt, ita benefacere inuitis, extrema dementia est. Dixit hic cuidam mihi intimo: quo minus discat puer, ob stare quod Anglice nesciam: imò hoc ipsum in causa est, ut maxime discat latine, uelit nolit. Quorsum ista, inquis? nempe huc, cum pater super hac re mecum ageret, propemodum certus eram de quodam ministro, is mutata sententia traiecit in Brabantiam, rediturus tamen ante natalem. Si ipse traiecero, id quod futurum est paulo post calendas Nouembres, relinquam Ioānem ubi uolet. Sin minus, patietur hunc esse apud me donec meus ille redeat, ne ob exiguum tempus sapius ministrū mutem. Id mihi illi persuadebis. Quod si omnino nolit, quanquā non dubito quin sit nō grauatiū passurus, agat ut lubet. Ego minus moleste feram iacturā officij, quod in bonam indolē operam collocarim. Bene uale mi Rogeri, & aliquoties ad nos scribito. Iam & illud mihi uentem, cur unus ego uidear ei idoneus, qui filium suum meo sumptu & doceā & uestiam, & aliam. Minus subijt sordidū ministrū, quā apud te subiturus fuerit. Habitus est liberaliter: nihil mihi scripsit. Nec alui sordidū, nec uestiū, nec doctū indiligenter. Et si ille tam fuisset audius discendi, quā ego docendi, iam nihil opus haberet ullo literatore, aut plagofo grammatisa. Et puto meas literas non esse posthabendas uulgarium doctorum literis. Non hæc dico, quod admodum laborem de pecunia, sed quod ego præter cæteros uidear idoneus qui sic traierit: ac deinde nulla gratia spoliar ministro. Verum de his aliās latius. Rursum uale Rogeri charissime. M. D. XIII.

ERASMVVS ROGERIO VVENTFORDO S. D.

Q UOD Copiam nolis adī, nisi te gloria: mea ratio moueret: equidem gemino argumento tuam in me beneuolentiam agnosco: primū quod amoris magnitudine cæcutiens tantū facis nugas Erasmi tui, ut ueluti thesaurum exitimū uulgo prophano cōmunicari nolis: deinde quod usq; adeo mei nominis es studiosus, ut rursus affectum istum tuū affectu uiceris, & quasi clauū clauo pepuleris. Quanquam ego meæ famę magis arbitror interesse, si neq; transcribatur à quoquam, nisi sumo labore elimata, quę ego odi cane peius & angue, maxime cum uideam hinc nihil recipi fructus, præter lippitudinem, senium pramaturum, esuritiones, ac paulum modo gloria, cum plurima inuidia coniunctum. Nam quod de statu meo cupis cognoscere, equidem aureis promissis plane diues sum. Cæterū fortiter esurio. Quod crumenam inanem tantopere deplorat, magis deplores, si scias me istuc distentā attulisse plus septuaginta duobus nobisibus, & ne tantulum quidem superfuisset. Ex his coniecturam facias licebit, quemadmodum hic dilabantur nummi, ubi nihil nō meo sumptu geritur, & est mihi res cum duabus Charybdibus uoracissimis. Quod tam benigne, et ut mihi persuasum est, ex animo, pecuniam tuam offers, amplector et osculor Rogerianum illum animum, mihi iam olim & perspectum & exploratum, cui utinā fortuna parem facultatē addidisset, & additura est aliquando, nisi planē bonis ingenijs infesta est. Istic nisi cū Grocino nō uideo quo pacto possim uiuere, & certe cum nemine omnium uiuo libentius, sed pudet esse sumptui, præsertim cum nihil sit in quo gratiam referre queam, & ille pro sua benignitate nihil impendit patitur. Nec admodum cupide istinc diceis, uerum hic scrupulus præter cætera mouebat animum meum. Interea ne nihil agam perficio opus de Conscrubendis epistolis, Copiā quoq; castigaturus, interim subinde deuouens literulas meas tam steriles. Vale mi Rogeri unus mortalium omnium charissime. D. Grocino cōmuni patrono ac præceptori plurimam ex me salutem dices. M. D. XIII.

ERASMVVS AMMONIO SVO S. D.

A LEATIVS hic qui isthuc Mediolanensiu nomine orator aduolat & has adfert, intra mensē hac redire cogitur: nos hic ad calendas Martias sedebimus, per hunc quæso te, scribe si quid est, quod me scire oporteat. Eboracensis bello somnio me bearat, de præbēda Tornacensi: magis dolet ludibrium quā dispēdium. Nouum testamētum ferme iam est absolutum, surger ad octoginta ferme codicillos, Leonī dicabitur. Cum Pacæo qui hic agit literis tantum tū collocutus. Bene uale ac scribe. Basileæ decimo Calendas Ianuarias. Anno millesimo quingentesimo decimo septimo.

ERASMVVS ANDRÆ AMMONIO S. D.

D ES tuas non semel adī, quo dulcissimo amicorum omnium supremum dicerem uale, simulq; tua consuetudine, quoad liceret, fruerer, qua quidem haud scio an quicquam in uita cōtigerit suauius. Fraus prosperrima fuit sed anxia mihi duntaxat. Mare placidissimum, uenti secundū, cœlum blandissimum, hora cōmodissima. Soluimus enim ad septimam ferme. At maritimi prædones illi manticam lucubrationibus suis onustam, in aliam quandam natū deportant. Idq; studio faciunt, ut si comarō de liceat, furentur aliquid: sin minus, numulos aliquot extorqueant, & tibi tuam rem uendant. Itaque cum tot annorum uigilias perisse crederem, tantum animo pensens dolorem, ut existimem, nullum parentem e libero rursus obitu maiorem sentire. Atque in reliquis quidem omnibus ita tractant aduenas, ut fatius sit in quosuis Turcas, quā in illos incidere. Sæpe mecum demiror, huiusmodi fecem hominum à principibus Anglię tolerari magna cum hospitiū molestia, nec sine summo totius insule dehonestamento, dum quisque domi narrat quā inhumaniter fuerit acceptus, & cæteri ex illorum prædonum factis gentem æstimant. Nescio an tibi retulerim, ipsum me regiam salutasse maiestatem. Accepit uultu prorsus amicissimo: deinde presul Lyncolniēsis iussit esse spe optima certissimaq;. De munere nec meminit ipse, nec ego sum ausus ingerere mentionem, ne uiderer improbulus. Dunelmensis abeunt sex angelatos dono dedit, idq; sponte, & iam ni fallor, quartum: Archiepiscopus ultro quaesita occasione, tantundem addidit, Rossensis regalem, Hæc summa omnium quæ mecum efferro. Hoc te scire uolui, ne quis existimet me huius abitus prætextu magnam pecuniam uim contraxisse. Ago nunc in arce Hammenis, pauculos dies cū meo Montioio commoraturus, deinde Germaniā aditurus in transitu salutatis amiculis aliquot. Si fortuna respondebit & meis optatis & aliorum promissis, maturabimus reditum: sin minus, consilium ex re capiemus. faxit deus optimus maximus, ut incolumis reuersus Ammonium meum offendam non solum incolumem, uerum etiam lautissimis fortunę muneribus autum. Si quando incidere occasio prouehendi res Erasmi tui, non dubito quin sis eī prestaturus absentis, quem semper hæcenus præstitisti & absentis & presentis. Bene uale amice singulari. Ex arce Hammenis. Postridie nonas Iulias. M. D. XIII.

ERASMVVS ROTEROD. IACOBO BATTO S. D.

D E M I R O R, qui tandem tibi in suspicionem uenerim, tanquā in literis quas ad te scribo logodædalum agam, id est, non simplicem ac syncerum, sed fictum & dissimulantē. De me optime Batte sic uelim semel statuas: nihil mihi æque ac Hypocritisim esse inuisum, neq; ipsum me apud amicos fingere quicquam, neque figmentis alienis delectari. Iusseram ex Anglia scribens, ut ad umbratis literis me scilicet eriperes. Ea fraus non in te, nō enim fallebaris, sed in Anglum tendebatur. Cæterum eas literas, quas postea mihi de meo consilio, emoriar, nisi ex animo scripsi. Tuas itē, quas tu postea falsus es mihi reuerso, te ut fictis fictas retulisse, ego ex animo scriptas credidi. Iam uero quas ex Aurelia scripsi de rebus meis angustissimis, satis apparet pari arte scriptas uideri: quod ni esset, non hunc Lodouicū nobis tribus scilicet atque latis oneratum remisisses. Prudens hic prætereo Batte, & quanto alia expectarim abs te, & quantū hac re meam felicitatem auxeris. Si ludere tibi uideor in epistolis, cum sic scribo,

nihil esse causae puto, cur unquam ad te scribam, sed haec missa. Quonia non dubito optime Batte, quin tu amantissimo animo facias, quaecumque facis, quae so ut totum illum Batrum ad me beandum explices. Conficies haud dubium, si modo fatalem illum animum concipies. Euestigio Ludouicum ad dominam mitte, & si commodum, ipse proficiscere, nostras literas tua facundia aditurus. Adolphum instiga, ut primarum precum religione maternum animum obtestetur, sed caue nugatorium quicquam optet. Eadem enim opera uel maximum quiddam exorabimus: si Erasmi tui fortunae ex animo tibi curae sunt. Sic agas, dominae pudorem meum amabilibus uerbis excusabis, tanquam ingenium meum non sit passum, ut illi ipsi meam egestatem aperirem. Tu uero scribes me iam in summa egestate uersari, eo quod haec fuga Aureliana mihi magno sumptui fuerit. Recedendum enim erat ab iis a quibus compendij nonnihil capiebam. Nec usquam doctoris titulum rectius accipi posse, quam in Italia, nec Italiam ab homine delicato posse adiri sine summa uel pecuniae maxime quod mihi ob literarum qualemcumque opinionem fordidius uiuere ne liceat quidem.

Hac ubi pro tuo ingenio amplificaris, deque meis moribus, deque mea spe, de charitate in dominam, de uerecundia multa scripseris, tum addes me scripsisse, ducentis francis omnino mihi opus esse, ut posteri anni salarium in praesentia largiatur. Id quod ego Batte nequam fingo. Nam centum francis nec iis quidem integris Italiam petere, non mihi tutum uidetur, nisi rursus in seruitute cuiuspiam dedere me uelim. Id priusquam fecero, emoriar potius: tum quantulum referet eius, in praesentia ne an post annum donet, & mea quidem refert plurimum: deinde suade ut sacerdotio mihi aliquo prorsus consulat, ut reuersus habeam, ubi in literis quiescam. Neque solum hoc suade, sed etiam ratione a te ipso excoGITARAM quam poteris commodissimam ostende, uti ex multis primum mihi promittat, si non optimum, tolerabile certe, quod mutem, ubi amplius contigerit. Neque nescio multos esse, qui sacerdotia petant: uerum me esse dices, hominem unum, quem si cum omnibus caeteris componat, &c. Scis more tuum antiquum effusissime mentendi de Erasmo. Haec eadem ut scribat Adolphus tuus curabis, te scilicet preces dicente blandissimas: continuoque curabis ut centum francorum promissio confirmetur, & si fieri potest cum Adolpho tuo communicetur, ut si quis casus matrem, quod omen absit, eriperit, a filio sumam. Adijcies in fine, me in literis esse questam id quod Hieronymus in epistolis queritur non semel, studium oculos mihi eripere, eoque rem spectare, ut cum Hieronymo auribus & lingua tantum studere incipiam, & quam poteris facetissimis uerbis persuadebis, ut si alium alique aut gemmam oculis confirmandis utilem mihi mittat. Quae uero gemmae eam uisum habeant, scripsisse ipse, sed non aderat Plinius, tu e medico tuo expiscare. Haec mihi Iacobe, neque improba, neque desperanda mihi uidentur, si modo tu poteris animum illum tuum mihi fatale induere. Et nunc maxime mihi uidetur ~~laqueus~~ ille capillo arripiendus, cum tam honesta offertur anfa. Quae so te mi Batte, hoc etiam atque etiam tecum cogita, tanta esse nostram necessitudinem, ut si uteruis alteri uel graui suo incommodo prodesse queat, tamen nihil recusandum fuerit: nunc cum Erasmo, quem semper amore etiam uicisti, citra ullum incommodum tuum tantum possis adferre emolumentum, in ea re negare operam, non tam quidem parum amici, quam omnino inimici mihi uidetur. Neque est quod ille scrupulus animum tuum mordeat, si hoc nunc dat domina, qua fronte petam quae mihi met sunt petenda. Scio enim tibi uehementer dominae liberalitate esse opus. Verum id uelim tecum ipse reputes, simul utrunque non recte confici posse. Nunc quum oportunitas datur tuo dilato, amici negocium age, tuum suo loco acturus, & acturus nihilo incommodius. Neque uereare ne tantilla res dominam exhauriat. Simul illud cogita, tibi quotidie petendae oportunitatem dari, mihi non item. Tu fortassis bene mecum agi putas, si mendicantem effugio

effugio. Ego uero sic sum affectus, ut aut prorsus abiicienda putem studia, aut comparandum undecumque, quod literae postulant. Postulant autem uitam non omnino sordidam & afflictam. Quanquam quantulum a mendicitate aberamus, imò etiam absumus, quum ne reruncius quidem in loculis sit, reliqua pudet scribere. Circūspice, quot alii omnino nullis literis quas opes possideant, & magnum uidetur, si non esuriat Erasmus? Adde, quid si morbus incidat, quando febris iam penè anniuersaria recurrit quotannis, quid si multa alia, quae in hominum uitam incidere & ipse expertus es? Et quid adhuc a domina praeter spem accepimus? At perijt, inquit, res in Britannia, non tua quidem, sed nec mea rursus culpa perijt. Ego enim neque temere Angliam adijt, neque inconsulte exitum sum molitus. Verum fatales casus nobis in manu non sunt. Quod uero clamas, me nihil mittere, equidem medicus fidius miror: quasi uero aut ego sim celaturus, si quid apud me esset, quod mitti possit: aut hic dormiam ut mihi extimulatore sit opus. Crede mihi non cessatur hic, imò uix etiam ualitudini parcitur, dum amicis do operam, dum alijs compono, alijs prolego, alijs castigo, dum mihi legum colligo, dum emendo, dum compono, dum Graecas literas utique difficillimas, meditator. Et postea tu nostrum oculum ex tuo mensus, clamas, scribe huic librum, scribe sexcentas epistolas, quasi ingenium habeamus adamantinum. Credo tibi ista perfacilia uideri, quod non admodum hac in palestra sudasti. Experire ipse quid sit librum scribere, & tum si uidebitur me tarditatis incusa. Admisses in epistola quaedam ut tibi uidentur faceret, ut mihi contumeliosa, aut certe ~~incommoda~~. Quae so te mi suauissime Iacobe, temperemus ab huiusmodi salibus, Momum non lepores sapientibus. Quod si iuuat interdum eruditus iocunditate, ita his utamur sermonibus, ut dum tempus feret, in re nihil ab alterutro cessetur. Teque per nostram amicitiam obtestor, ne tibi ueniat in mentem, ut libeat periculum facere, num possim etiam istam spem, quae mihi sola est reliqua, contemnere, neue iucundissimum nostrum amore in tempestiuis nugis obscuremus. Ego toto pectore nihil aliud cogito, nisi ut quam absolutissimam doctrinam mihi comparem, eoque trivalem hanc maximo animo contemno. Video enim iam dudum uideo uulgi insaniam. Sed libri mei non statim euolabunt, malo mihi gloriam paulo serius contingere, sed solidam, quam maturius, uerum peotentendam, id quod non paucis euenisse uideo. Quare te quae so, sine me meo arbitratu hanc rem agere. Mihi neque studium, neque animus deerit, tu cura modo, ne mihi omnino desit fortuna, quod quidem tu potes citra tuum incommodum, fortassis etiam magno tuo modo efficere. Neque ego haec scribo tanquam te putem stimulis ullis egere, hoc opus erat, ut maximum animum sumeres. Ab optimatibus nihil minuti petendum, & pro amico nihil non honeste tentaueris. Et mihi crede, si rem prudenter institueris, bene procedet. Quod si omnino desperas, ne me uana spe lactaueris, sine me alias spes circūspicere. Haec tu mi Batte non durius a me scripta, sed simplicissime, in bonam partem accipies. Erat enim in re seria scribis uerbis utendum. Audi, quid etiam amplius te cupiam moliri, ut ab Abbate muneris aliquid auellas. Calles hominis sensum, finge uerecundum quoddam & blandum argumentum ut petas. Dic me magnum quiddam moliri, ut Hieronymum totum, quantum scriptum est ~~deprauatum, mutilatum, confusum~~ (nam non pauca in illius scriptis adulterina subditiciaque deprehendi) restituum, Graeca reponam. Antiquitates ~~de artificiose a me dicere, a nullo ad huc intellectum aperiam.~~ Ad hanc rem non paucis libris esse opus, deinde ~~ut non erant quibus ad huc restituum, Graeca reponam.~~ Nam hoc in toto omnino ~~quod ad huc restituum, Graeca reponam.~~ rum confido, remitto illico Ludouicum ad nos. Sin decem aut duodecim Scutos tantum dabit, aut nihil, ne redeat. Ludouicus, sed Ioanni perferendum quicquid erit tradatur, nisi forte puer ultro sese ad iter offerat. Ioannes ad quem diem in Selandia futurus sit, Ludouicus ipse scit. De ueste quod scribis nimis contumeliose, fac ut uidebitur. Mihi tamen ridiculum uidetur puerum alere & non uestire. De domina huiusmodi minutulas res emendicare, mihi non placet magnopere, sed ut dixi tu uideris. A domina si non quantum uis accipies, tamen hoc cura, ut saltem aliquot Scutati una tua cum pecunia ad me perferantur. Magna librorum penuria, ocium nullum, ualetudo parum firma. I tu & inter haec libros scribe. De Ioanne tabellone uideo rem parum esse certam, quare an huc Ludouicum huc redire malis, ipse statues, sed caue miseris cum uno aut altero angelato. Matura, quae so, mi Batte. Augustini libros Ludouico trades, qui Veriam ad Thomam illum nostri amantissimum perferat. kat. 156

rat, ut & in itinere si quos possit uendat puer, reliquos Thomas per certum nauitam Gau-
dam transmittat ad N. ut is partim apud se distrahat, partim Gulielmo distrahendos q̄
primum mittat Hærelem. Et per Tabellionem scribam. Bene uale mi charissime atq; op̄i
me Batte, & in hanc rem totum Battum effunde, amicū illum dico, nō etiā cessatorem.
Aureliæ. Anno millesimo quingentesimo.

ERASMVVS ROTERODAMVVS BATTO SVO S. D.

EDDIDIT mihī colax ille alteras literas tuas, si dijs placet, sed superioribus
illis nihilo minus tum ineptas, tum contumeliosas. Aut ego fallor mi Batte,
aut aliquis malus genius, bene cōcordibus amicis iratus, machinatur, ut nos
R tanta beneuolētia suauiſſime copulatos distrahat. Quod per me certe stabit
nunquā, per te uide ne steterit. Primū quid opus erat ut Ludouicus huc re-
curreret, quasi mille angelati essent, ac non potius octo franci? non poterat ea pecuniola
per alium quemuis mitti? Deinde quum mitteres, cur e tantillo aceruo aliquid etiā de-
trahendum putasti? ne scilicet ego pecuniosus factus, officij mei obliuiscerer, aut uerisset
unus aut alter aureolus, cuius gratia denuo legatum aliquem huc mitteres? Nā quod de
literis obijcis, mihī crede, sine his literis omnis res non minus cōmode confici potuisset,
modo tibi animus non defuisset, & poteras has ipsas literas per alium poscere, neq; tu un-
quam intelliges, quantum hic recursus incōmodi attulerit. Sunt tres aut quatuor menses,
quos mihī ex anno solido febris ad studij usum relinquit, itaq; tā magno animo opus. De
epistolis, quod deformauimus olim dedolabā, uel potius recudebā. Prescripserā mihī pen-
sum graue sanē & laboriosum, interea adest hic cum tuis epistolis plenis cōuiciōrū, cum
pecuniola etiā mutilata: quæ res ita me cōmouit, ut quod erat in manibus abijcerem, iuue-
nem sine literis remissurus, nisi me Iacobus Tutor multo suasu in diuersam sententiā red-
xisset. Emoriar aut, si quid unquā in uita sic repugnante animo scripsi, ut has nugas, imō
Gnathonismos, quos ad dominā, ad Præpositū, ad Abbatem scripsi. Hic morositatem
meam inculabis scio, at non facies Batte, si & conditionem meā recte perpendes, simulq;
cogitabis, q̄ durū sit animū ad magnū opus scribendum impellere, quanto porro durius,
iam flagrantem ad alias nugas deuocari. Hæc quia ipse non periclitatus, existimas nobis
ingeniū semper esse integrū, semper alacre, ut tibi est in summo uersanti ocio. Non intelli-
gis nullū esse grauius tædium, q̄ ingenij scribēdo defessū, neq; reputas mihī hic his satisfa-
cere oportere, quorū beneficijs utor? Postremo magnas librorum sarcinas poscis, neq; cu-
ras ut mihī ocīū detur, quod ad cōscribendos libros requiritur. Postremo nō fat tibi est, si
nostram amicitia, si dominæ munificentia libris æditis aliquando nobilitauero, nisi quoti-
die sexcentas epistolas scripseris. Iam abiit annus, ante quē promissa erat pecunia, in inter-
rea nihil nisi merā spem literis tuis adfers: Non despero, causam tuam gnauiter agā: & hu-
iusmodi mihī iam nauisā facientia, toties nimitū auribus meis inculcata. Postremo deplor-
ras domina fortunā. Videre tu mihī de alieno morbo ægrotare. Illa suā fortunā negligit,
& tu scilicet angeris: Illa nugatur & lusitat cū suo N. & tu ringeris: Nihil habet quod det.
Hoc unum ego perspicio, si ob istas causas nihil dat, nihil unquam dabitur, quā-
enim huiusmodi causæ defunt magnatibus. Quantum id erit momēti, in tam immenso
numero rerū planē pereuntiu, si ducentos mihī francos donauerit: ~~Et hoc quod cōtinuo
dabitur, quod cōtinuo dabitur, quod cōtinuo dabitur, quod cōtinuo dabitur, quod cōtinuo dabitur
et cetera~~ Incidit quidem illa in multas angustias, sed suapte culpa, quæ se maluit
bello illo homunculo stirpare, quā uiro aliquo graui ac retrico, ut & sexum illius, & ætatē
tem decebat. Ego iam lōge maiora incōmoda prospicio, nisi mentē istam abiecerit: quan-
quam hoc ego in illam non scribo inimice, quam sic amo, ut debeo optime de me meritā.
Sed quid, obsecro, hoc ad illius fortunā, si ego ducentos francos accipior qui ubi septem
horas fuerint dati, illa iam nec meminerit. In hoc omne negociū est, ut auellatur pecunia,
si non præsens, uel à mensario, ut hic Lutetiā petam. Tu iam multis literis ad illam de hac
re scripsisti, omnibus mandas, significas, innuis. Quid inutilius? Expectanda erat si non
optima, mediocris certe opportunitas, tumq; semel res prudenter instituta, fortiter confi-
cienda, nunc idem uel fero faciendum. Pereā, ni rem ex sententiā confeceris, siquidem ma-
gno animo fueris aggressus. Potes ipse in amici causa esse paulo impudētior, ut mei tamē
pudoris

pudoris obtineas rationem. N. quantum sit indicandum tute statures: uerum antequam
proficiscaris, aut mittas, mitte per quempiā non incertū reliquos aureos. Vide quemad-
modum ea pecuniola defluxerit, accepi octo francos, tanti enim hos angelatos mutauit: ex
ijs puer duos abstulit, aut non multo minus. Ut de uicū interim taceam: ais restare duos
angelatos, à quibus etiā is qui adferet, non nihil deducat, oportet. Ioannes ille, quem in
Angliam miseris, fugit nisi fallor, non sine furto, eum Augustinus est equo Aureliā con-
sequutus: hic erit, ut uideo, turbarum plena omnia, cætera Ludouicus narrabit. Vale mi
Batte, & hæc à me non cōmote aut ~~transmissis~~ scripta, sed ut par erat apud hominē unum
ex omnibus amicissimum simplicissime, in bonam partem accipies. Puerū Ludouicum
tractabis, non ut Adrianum scurrā, in quo detrimenti nihil poterat fieri, sed ut meliore
mente natum, & multas ad res utilissimum tibi futurum. Oblectabit solitudinē tuā, ha-
bebis cui legas, qui cum de literis garriat, qui cum postremo te exerceas: quare de uestre
non quidem pugno, sed tamen si dederis, feceris gratissimum, neq; iniquum. Vale Lutetia
 sexto Calend. Feb. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS BATTO

SVO S. D.

ECVLVM exiisse mihī uideē suauissimē Batte, quod nihil abs te redditur:
& hoc solo nomine istam male oclī, quod perraro occurrunt, qui aut
istinc ad nos, aut hinc ad uos cōmeent. Quod si Louanij, aut in Selandia age-
res, assidua uicissitudine literarum nostrum desiderium leuaremus. Ludouicū
cum puerum quondam meum, unā meis cum literis ad te misi: is quoniam
non reuertitur, aut hæuisse istic, aut aliō se conuertisse uidetur. Sed quoniam neq; ipse me
uolebam hiberno itinere committere, cum ualitudini parcens, tum ne componendi labo-
rem, in quo sum totus, denuo intermittere, & res uehementius opinione premebat, hunc
etiam mercede data conduxi. Quid autem uelim, paucis exponam. Augustinus Pa-
risios remigravit, amicus an inimicus, haud dum etiam exploratum satis, neq; fronti, neq;
uerbis satis tuto creditur. Verum non pessime spero, malo enim in hac re candidior uide-
ri, quā suspiciosus. Mihī quoq; reinigrare, non solum commodissimū, uerum etiā ne-
cessariū: tum ut quod Græcis in literis institui, pergā: tum ut quæ in manibus sunt, ab-
soluam. Sunt & aliæ causæ, quas epistolæ cōmittere nolui, & uacuus neq; hic sedere pos-
sum, neq; abire, nisi forte tu auctor eris, ut post tam capitales iras, atq; adeo rixas, etiā ama-
rulentas, supplex ultro ad Augustinū redeam, scilicet me uictū indicans, & ferre non
posse, ut ille me suo more deludat. Quod si animo sim usque adeo demisso, ut ista perpeti-
queam, id est, ut nihil non queam pati, tamen haud etiam scio, an ille supplicem sit admis-
surus, ut mori sit fatius, quā huius rei subire periculū. Quicquid dabit accipiemus quic-
dem. A quo enim potius beneficium accipiamus, quā ab eo, de quo sic meriti sumus, &
qui meo beneficio est quicquid est: uerum nihil minus cōmittēdum puto quā ut in eas
angustias descendamus, ut aut illius opē suppliciter implorare cogamur, aut cū maximo
uolūtū pudore, tum incōmodo carere. Quare non sine tædio quodā, sed tamen obfir-
mauimus nos, atq; hic resedimus, donec tu pecuniolam aliquā misisses, ut Lutetiā reuerso
liberū esset, uel Augustini uti benignitate, siquidē ille syncere & ultro deferret, aut cōtem-
nere uicissimq; uleisci, si personata fucataq; beneuolentia, sese aliqua prodidisset. Quæ res
ut uel maxime ex animi sententiā cadat, id quod non tam spero, q̄ omnino non desperos,
tamen undecunq; mihī nummōrū aliquantulū erat corradendum, qui me uestiā, qui Hies-
ronymī, in quē cōmentarios paro, lucubratiōes omnes, qui Platonē redimā, qui Græcos
libros comparem, qui Græci operā cōducam: hæc omnia quantopere ad gloriā meā, imō
ad salutē pertineāt, etiā si puto te perspiciere, tamen oro ut mihī e re ipsa cognita, affirmatū
credas. Incredibile dictū est, q̄ mihī flagret animus omnes nostras lucubratiōculas ad um-
bilicum ducere, simul Græcæ facultatis mediocritatem quandam assequi, itaq; deinde me
totum arcanis literis dedere, ad quas tractādas iam dudum mihī gestit animus. Valetudi-
ne sum, gratia superis, mediocri, & futurū spero: quare hunc in annum omnes intendendā
nerui, ut & quæ cudimus, in lucem exeant, & Theologicarū literarum tractatione zoilos
nostros quorū maxima turba est, ad suspendiū, ut digni sunt, adigamus. Iam olim magna
minantem, aut nostra desidia, aut fatum aliquid iniquum, aut ualetudo retardauit. Nunc
nunc

nunc tandem est suscitandus animus, nunc omnes cōtendere neruos oportet, ut aliquando cum Flacco nostro gloriamur: Inuidia quia maior, Et iam dente minus mordeor inuidio: hoc est, ut inuidētissimorum hominum malignitatem, ~~ut inuidētissimorum~~ obruamus: id quod ego superis bene fortunantibus futurum confido, modo triennium uiuere detur. Sed omnia penē mea fata in te uno sita sunt, quapropter pari studio conantes nos adiutes oportet, id quod plurimis de causis præstare debes: tum quia felicitatis nostræ abs te profecta sunt auspicia: tum quod tam arcta necessitudo nos iam olim copulat, ut copulatio inter duos mortales esse non possit: tum quod tui nominis immortalitatem cum æternitate scriptorū meorū uides esse coniunctā, ut siquidem nos ingenio libros nostros ab interitu potuerimus asserere, tui quoque candoris memoria nunquā sit interitura. Eia age mihi iucundissime Batte, peccius istud tuum candori & gratijs consecratū excita, omnes beneuolentiae uenas excute, ut si unquam de Erasmo tuo iuuando, amice cogitasti, id quod nunquā facere delisti, nunc toto animo incumbas. Sed nā ego nostræ necessitudinē grauem iam dudum facio iniuriā, qui quidem te rogem tam diligenter, quæ admoneri plus satis fuerat futurū. Non orabo igitur, ut me ames: non enim potes ardentius: non ut fortunis meis faueas, quas tuis ipsius anteponis: nō ut in curandis rebus meis fidem studiumque tuū prestes, quibus me ipsum quoque uincis: sed quod est omnium leuissimū, id unum ut exorem, permagni refert, ne quæ a nobis nostris de rebus ad te præscribuntur, logodadala credas esse, & arte conficta, quo nostris commodis inseruiamus. Quod si quando per oculum aut iocis lusimus, aut pro re nata quid adumbrauimus, habent illa mihi Batte suū tempus. Nūc ita res habent, ut salibus indulgere neuiquam uacet, & nihil sit causæ, cur quispiam mentiar. Ita uelint superi nos ambos mutua charitate feliciter consensescere, & apud posteros quoque amoris nostri sincerissimi memoriā quam diutissime uiuere, ut nullum ego apicem his inferui literis, qui cum hoc pectore dissideat. Quid enim est quod tecū, id est, meo cum animo, cōmunicare non aut tuto possim, aut libere debeā? Proinde te oro mihi Batte, ne quid horū quæ scribo, pro fūco accipias, cum a me quidem magis etiam serio dicatur, quam uteruis nostrum uelint: ne planē planum illum referam Horatianū, & crure uere fracto, ridear ab omnibus, subleuer a nemine: quod unū si persuadeo, cætera tibi curæ fore scio. Domina si quid misit, id uelim certo tabellioni, aut Ludouico cōmittas unā cum Britannica pecuniola: aut huic denique, si certior non occurrerit, recte committi arbitror: habet Aureliæ uxorem cum liberis, & complurium literas perfert. Quod si uel a domina nihil est allatum, uel tabellio non placet, tamen huic Britannicos nummulos fac tradas, quibus me Parisios referā, id quod a ferijs natalicjs facere cōstitui, & cautes nulla me potest esse nudior. Quid igitur tuus Iacobus, inquit, facit? Omnia mihi Batte, quæ a te ipso solent, eo uultu, eo pectore, quo soles ipse. Amat effusissime, miratur unice, laudat sine fine. Fortunulas suas ita alacriter, ita libenter impartit, ut nemo unquā tam libens beneficiū acceperit, quam hic dat: nihil alleuādi gratia dicam, aut idem est qui tu, aut alter certe Battus: ita adamusim tuum candorem, tuam charitatem: breuiter, tuum istud sincerissimum niueumque peccius representat. Sed erant permulta, quæ me Parisios reuocabant, tum pudoris erat mei, amici tam integri, tamque parati fortunulas nō grauate. Expectat enim magnam potius fortunam, quam possidet: & habet tamen sibi quidem in medio, mihi alendo fortassis angustā: quanquā ego illud uel præcipue candidissimo unione signandū arbitror, quod hic mihi contigit amicus nō blandissimus, ut sunt permulti, sed certissimus, ut per pauci, aut fortasse nulli. Is te, mihi crede, iam non minus ardet atque me ipsum, Battus illi in ore plurimus: uidere cōplectique, quoties te laudo, gestit. Redamabis igitur hominē, Iacobus Iacobū, candidissimum candidissimū, doctus eruditum, Erasmi admiratorē admirator penē nimius. Deposce me si operā luseris. Mitte pariter quod est in sarcinula de epistolarū præceptionib. hoc enim opus a me perficitur: præterea Augustinū in membranarū scriptum, tum orationis ad uirginem matrē exemplar, nam meū Augustinus auertit. De domina quid spei, quid nos amet præpositus, quid Abbas a fratre nō amico reuersus de nobis sentiat, ecquid Adagia nostra placeant, ecquid ab Anglis noui, expecto, ut ait Cicerō, *τίνα τῶν ἡμῶν*. Scripsi etiam per hunc Antonio, a Disma nimirū Abbatis fratre compulsum, hac quidem de causa. Adolecens ipse mente est optima præditus, ita ut nihil me minuerim in uita uidisse aut ingeniosius, aut modestius: studia miratur unice, dignusque est omnino

omnino, qui uulgari ista eruditione uideatur indignus: sed uiuit in tutela, ut appellat, quaedam neglectus, uictu immundo & sordido, inter scurras potius quam studiosos, quos gladiatorum usus, delectat potius quam librorum, quicquid pulchrius ducunt non sumis grassationibus, Bacchanalibus, quam ad librū lucubrare, & scis quam facile ætas illa improbo conuictu deprauetur. Adolecentulus partim ingenij bonitate, partim consuetudine nostra literas magis ac magis ardet, misereque cupit ex illa hara ociosorū iuuenum, ad mentis laborum emigrare. Amant enim inter se mirum in modum, cupit ille quæpiam uulgi dissimilem, qui toto pectore bonas literas amplectatur, cui doctrinam suam cōmunicet: cupit alter, apud quem munde & totus in literis uiuat. Quare tu quoque si quid usu uenerit, operā accōmodabis tuam, ut Abbas hūc ex ea eximat familia, & Iacobo Tutori meo cōmittat: & adolecentem bearis, & Iacobo nostro fueris gratificatus, & Abbas non dubium quin nobis omnibus hanc ob reē maximā sit gratiam habiturus. Ergo Antonium ad quæ scripsi, excitabis, ut Abbatem cōmoneat. Abbati ipsi murata sententia nō scripsi, nec scribere consilij est, donec tuis literis certior ero factus. Adibis Audomarū ipse, quo melius omni de re cognoscas. Gulielmi nostri ad me scriptam epistolam, ad te transmittito, scilicet ut rideas, est enim per quā faceta & technologia. Vide obsecro, quibus ille anfractibus circumuehitur, quam huc atque illuc cursum fleuit, ut tanquā aliud agens, eō denique euaderet, uti Adagiorum libellos aliquot miserem, meo uidelicet periculo, se bona scilicet fide sortem remissurū, haud stultus mercator siquidē aliena pecunia, alienoque periculo suū lucrum facere nouerit. Iacobus meus illi Græcā grammaticen dono misit, Percupio enim illum has literas degustare, tuum erit eundē tuis epistolis frequenter excitare. Est per se lentior, tum genus illud uitæ, nullus studiorū comes, nullus æmulus, nemo mirator, nemo fautor, nullus honos, nulla præmia, quæ tandē ista non uel ex diligentissimo, ignauissimum reddat? Opus de epistolas scribendi præceptionibus præ manibus est, id si uidebitur, tuo principi Adolpho dicabimus, de copia item tentabimus absoluerē. Tabellarius qui has reddidit, mihi non incertus uidetur: quare recte, quæ uoles, cōmiseris. Si iam Ludouicum remiseris, tum scribito quid rerū illi mandaueris. Petrum tuum candidissimum cum optima cōiuge meis uerbis salutabis per diligentem. Adolpho tuo me facies cōmendatū. Iacobus hic alter tu, alterū se, id est, te plurimū saluere iubet, cupitque tibi quā cōmendatissimus esse, & est dignus mihi crede, quem tu ames, non aulico sed Battico amore. Vale mi optime ac suauissime Batte. Aureliæ tertio Idus Decemb. antelucano. Anno M CCCC XCIX.

ERASMVVS ROT. PETRO NOTHO S. D.

Q UOD tam officiose res nostras curas Petre humanissime, deamo te, et gratiā habeo plurimam. Iam pridem istic me uideres, nisi Abbas Bertinicus, iam iam abeuntem, iam accinctum remoratus esset. Palterium fac emas, si modo castigatum est, & integrū, & si character mediocris: adero istic dubio procul ad paschales ferias. Pecuniam missurus eram, sed cum has scriberem literas, puer haud etiā certus erat, num istuc esset iturus, quare de pecuniā iubeo te securum esse. Vale, & nos ama. Anno M CCCC XCIX.

ERASMVVS ROT. LVDOVICO SVO S. D.

M I T T O ad te tres preces, unam ad Iesum filium uirginis, duas ad uirginem matrem, quas facito ut diligenter perscribas, quantum potes. Prima est perturbatio, sed errare non poteris, si lineas indices sequare. Semel quam primum describi omnes cupio, propterea quod is cui sum donaturus, intra quadriduum, aut etiam fortasse maturius, Parisios iturus est: de reliquo consultabimus, ubi nos uiseris. Aut si tibi est ocium, ut sæpius perscribas. Vtere charta quam potes optima, nitidissimis lineis deformata, marginibus spaciosioribus quam meæ sint, et uersus inter se latiuscule distent. Scribe quæ potes politissime, non feceris gratis. De Franci sci libro, si parū tibi spatij est, cura ut sciat, qui possit alium notarium sibi comparare: nam a me posthac non deerit quod scribas, si tibi quidē ocium nō defuerit. Si tibi per tuos libit, post biduum aut triduum, ubi semel trāscriperis, nos uisito ut colloquamur. Pileum meum uelim adferas, nam pileum Adriani quod est apud me, saluū est & intactum. Nam simul atque hic recepi, nunquā sum usus: deinde adito N. fac ut scias quanti possit emi tale capitale

capitale linteum, quale perijt à D. Bertino: ut aut emptū recipiat, aut si malit pecuniam qua emat: adito hominem, rogatoq; utrū malit, aut potius ipse emito cōsilio uiri, ut plane illi satis fiat, reddam tibi ubi ad nos ueneris. Humanissimo Adriano patrono tuo simulq; Edmondo mihi fratris loco dilecto, multis modis facies me cōmendatum. Vale. Si quid à Parisijs ab Antonio noui est, fac ut sciam. Medico, ubi cōmodum erit, salutem multam dices meis uerbis, & Guardiano, si iam redijt. Anno M CCCC XCIX

ERASMVVS ROT. BATTO S. D.

ITV ruiq; recte ualeis Batte iucundissime, est ut cupimus, quod uehementer gaudeamus. Quanquam de amore nostro tibi perspectū arbitror, tamen etiam atq; etiam tibi persuadeas uelim, nihil esse uno me Battī amantius, nihil illi deuotius. Quod si tu me amas, aut bonas literas miraris, hunc hominē tuo more, id est, perbenigne & comiter accipe: quo neq; charius mihi, neq; literatius quicquam. Et quod his temporibus perquisitū est rarum, summæ eruditioni summam modestiam adiunxit. Hunc domina Veriana, hominis & ingenio & pudore delectata, unice complectitur: quare & tua humanitate dignum, & nobis omnibus uehementer gratum feceris, si hic ostenderis quanti nos facias. De nostro statu nihil erat quod scriberem. Sibillant, ut solent, nonnulli quos tu non ignoras zozili, sed spero nos aliquid ex his scopolis euoluros. Te cū uniuersa familia q̄ rectissime ualere cupio. M.CCCC. XCIX.

IACOBVS BATTVS GVLIELMO MONTIOIO S. D.

XPECTATISSIMVS optatissimusq; mihi erat Erasmi mei reditus, nō quod eum tibi inuiderē, sed quod sine modo amarē. Nō potui tamen nō grauius excruciarī, ubi ille mihi acerbiſsimam illam suam Tragediam denarrauit, quam ego multo ante animo præſagieram. Quid illi non metueram? quoties grauiora etiam somnaueram? & iam tum de illius fortunis anxie cogitabam, quum mihi eius epistola redderetur. Vt cunq; euenit, gaudeo gaudeo humanissime comes, quod tam dulcem animæ meæ partem, uel mutilam atq; uexatam receperim: tamen si nō ita improbe illum amo, quin maluerim integrum apud te remansisse, quam sic spoliatum, & tam insigni cōtumelia spoliatum, ad nos redisse. Deum immortalē, ne Musas quidem ac literas ab Harpyis illis tutas esse possit. Platonī apud Aeginetas profuit in crimine capitali, quod esset philosophus. Phalaris immanissimus ille, erga medicū suum Pythagorā philosophū, & Stesichorum poetā, summa uisus legitur tum humanitate, tum liberalitate. Verū quid in re desperata feræ profunt querimoniae? Ferendū, nō culpandum, quod mutari non potest: præsertim quod pudendum existimem, cum ipse suam calamitatem tam infraſcio, tamq; præſenti animo ferat, me infraſcio esse animo. O rem præclarā philosophiā, quam ille semper & coluit & prædicauit. Meū erat officium, illius ægritudinem oratione lenire: at ille ridens, meas lachrymas reprehendit, bonoq; animo esse iussit. Nihil se poenitere etiā dicebat, quod Angliam petisset, non perisse illam pecuniam sine maximo questu, propterea quod istic eiusmodi esset amicos nactus, quos uel Cræſeis opibus anteponeret. Duas noctes unā pernoctauimus. Bone deus, quāto ille affectu prioris Richardi humanitatem, Coletī eruditionē, Mori suauitatē, oratione ~~hanc~~ representauit: ut si mihi liberum esset, cuperem & ipse tam doctā, tam candida pectora uisere. Te autem totum optime Montioie, ita à capite, ut aiunt, ad calcem usq; depinxit: ut quanquā antea tuū amore uehementer flagrarim, nūc in te amando, nec Erasmo quidem ipsi cedam, qui te tamen plus suis oculis amat. Tibi adeo nihil imputat, ut tuā quoq; uicem apud me deplorauerit, qui ad tantos tum sumptus, tum labores sua causa fueris adactus. Postremo cū à nobis digrederetur, hoc mihi etiam atq; etiā mādauit, ut tibi quā sapissime scriberē: quod quanquā pro tua singulari doctrina, meaq; imperitiā facere uererer, tamen ne officio defuisse uiderer, has qualescunq; literas ad te dedi: quibus si te non offendi animaduertero, agam tecum sepius. Et utinam id faxint superi, cuius spem nonnullam Erasmus ostendit, ut te propius paulo fruermur. Pro summa tua in Erasmi meū tum humanitate, tum benignitate, immensam gratiam & habeo, & dum uiuā habebo. Plus enim me illi debere putato, si quis quid de illo benemereatur, quā si in me ipsum conferat. Generosissimā domnam coniugem tuam, focerum optimū, reliquamq; familiam bene ualere precor. Ex arce Tornensi. Anno M CCCC XCIX

DES ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER NONVS.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO MONTIOIO S. D.

QVOD locupletiorē quandam, absolutiorēq; de cōscribendis epistolis rationē à nobis efflagitasti Gulielme adolescēs ornatissime, pudentius tu quidē pro tua modestia, sed tamē ut facile intelligerē, quāto per re eius rei studio arderes: tū animus iste tuus nos haud mediocriter delectauit, tū iudiciū etiā non uehementer probare nō potui. nam et agnosco in te perlibetē, quod repēte tot priuatis publicisq; negocijs implētus, tum nouis nuptijs ut par est, occupatissimus, ueterē tamen illū tuum erga bonas literas amorē nō mutaueris. Siue ut his de rebus cōscriberemus, tua ipsius interesse putabas, uidelicet ut ueterum principum exemplo, si quod uel absolutis negocijs, aut etiam inter ipsa contigisset ocij, id totum non nugis, quod uulgo faciunt, sed honestis studijs impartires. siue ut hoc nostro labore, qui tibi totus defudat, Angliæ tuæ studia pro tua uirili iuuaret, in qua uideres Latinas literas indices magis magisq; efflorescere. Mentem istam tuam mi Gulielme, & te dignam, & omnibus bonarum literarū studiosis, cum uoluptati, tum præsidio futuram, & laudo, ut debeo, & agnosco ut dixi libenter. Nec minus iudicio tuo prudenti sanē & acri gratulor, qui utrunq; recte perspexeris: & nondum antehac ex multis, qui de scribendis epistolis præceperunt, huic tantæ rei fuisse satisfactū: & nullam esse ex omni studiorum genere partem hac una, uel quæ latius pateat, uel quæ tantundem habeat aut usus, aut uoluptatis: quo magis sunt reprehendendi, qui de re tam ubere, tamque necessaria, tam ieiune indiligenterq; ut ne dicam in erudite, conscripserunt. Vt enim interim de his taceam libellis, qui iam diu in ludis literarijs soliti circumferri nuper politiore literatura reſoreſcente, tanquam nebulæ, sole emergente propemodum euanuerūt: quo tandem consilio legitur à pueris Franciscus Niger, cuius non modo præceptiones truiuales sunt, neque ex intimis (ut oportebat) rhetorum fontibus petite, sed nulla etiā exrat epistola, non dicam elegans & uenusta, sed ne Latina quidem. Tum illud quod Marij Philēphi nomine circumfertur opus, confusaneum mihi planē perturbatumq; uidetur: & si dicendum liberius est, parum tum eruditum, tum ad id quod promittit, accommodatum. Nam præterquam quod synonyma habet nūmūm puerilia, dicendi genera in singulis epistolarum generibus, ferendum erat quod odioſe inculcat, ni id & imperite faceret, qui eam gratissimam epistolam iudicauit, quæ uerbosissima esset, & quā maxime alieno repetita principio. Tum in ipso operis limine, quorū attinuit rhetoricæ præcepta toties perſcripta repetere: An ut reiectis Ciceronis et Fabij libris, huius nugæ pueri lectitarent? Nec Sulpitij Perotiq; doctrinam contemno, quibus in eis libris, quos grammaticos ipsi uocant, haud Rhetoricos, facultatis huius degustamenta quædam præbere, consilium erat, &c. Bene uale. Anno M CCCC XCVIII

ERASMVVS ROT. EDMVNDO SACERDOTI OPTIMO S. D.

ADIDI me in uillam humanissimi principis à Courtemburne, hybernis his mensibus in arcanis literis mussaturus: & utinam id te comite mi charissime Edmundo, Gardiano duce, licuisset. Sed hac in re, itidem ut in ceteris uulgato præcepto libenter utemur: Quando non potes quod uis, id uelis quod possis. Cæterum tuæ fuerit charitatis, Adrianum extimulare, ut me libris aliquot instruat. Mittat oro in Paulum, Augustinum, Ambrosium. Origenem à Bertinicijs in tempore petat, certaq; fiducia pro me fideiubeat: nō enim fallitur. Præterea percipiā, si fieri possit, ut Origenis homilia unā mittantur, quas habet Gardianus. Lyrantum, aut si quis alius in Paulum scripsit, & eum ad nos uenire uelim. Mittetur sabbato uehiculum, quo omnia huc perferantur: interim curabitis, ut libri sint in eum diem parati. Si quando

D 2 uel

uel Adrianus, uel Gardianus dignabitur nos inuisere, cupide uidebimus utrumlibet. Vale mi optime Edmonde, & hac in re quæso diligenter operam tuam naues. Ex arce Cortenburnensi. M D

ERASMVS D. ADRIANO IN CHRISTO AMICISSIMO S. D.

VNC Ludouicum puerum hæcenus Iacobus Battus mei respectu aluit in arce Tornehenfi: nunc ita libitum ijs, qui in præsentia tyrannidem obtinent, ut alio concedat, qui Batti fratrem expulerunt, ipsum etiam Battum expellere conati. Quare monui adolescentem, ut te primum uiseret, quem si in familiam tuam receperis, rem feceris & mihi uehementer gratâ, & erga iuuenem officiosam, erga deum piâ: postremo tuis commoditatibus non inuilem. Est enim iuuenis mediocri doctrina: scribendi artifex egregius: moribus & fide integerrima: id quod ipse facile comperies, & ipse meo periculo non dubitem affirmare. Vale. de libris communicatis habeo gratiam: referet autem is qui pietatis officia multo cum scenore solet remeiri, deus. Ex arce Cortenburnensi. Anno M D

ERASMVS EDMUNDO UT FRATRI DILECTO S. D.

BERTIOR per te fieri cupio, num iam redierit noster Gardianus, aut quam mox expectetur adfuturus. Adrianum orabis meis uerbis, ut de libris suis patienter agat: nam post paucos dies aliò me conferam, sed non prius quam codices multa cum gratia restituerò. Mirum quàm mihi gratuler, qui hunc laborem susceperim: confido enim me posthac toto peiore in arcanis literis libenter uersaturum. Meus Franciscus intra dies ferme octo in patriam redit, quare Ludouicus recte fecerit, si paginas, si quas habet, de Laurentio miserit: de mercede nulla fuerit contatio. Præterea de tabellione ecquid cognorit, ut sciam, faciat: tum de sudario quod perierat, quid egerit. Exemplar precatationum mearum, si desijt uti, iube remittat. Vos oēs iam dudum expecto, sed frustra. Cum primis pio, mihiq; plurimis nominibus obseruando uero Adriano salutem meis uerbis annuatiabis. Ipse recte ualebis, ac nos tui amantissimos uicissim amabis, nosq; pro mutua charitate, mutuis apud deum precibus adiuuemus. Ex arce in qua diuersor raptim M D

ERASMVS ROT. R. P. HENRICO A BERGIS episcopo Cameracensi S. D.

V M hominis coniunctissimi dignum immortalitate ingenium quàm celebratissimum efficere cuperem ornatissime præsul, id ita demum fore existimauit, si celeberrimi tui nominis titulus operi nouo uelut fax quædam præluceret: non quod hoc muneris tuæ præstantiæ aut aptum, aut magnopere dignum iudicarem, uerum ut nouo auctori tuis laudibus nonnihil tum gratiæ, tum autoritatis accederet: id quod mihi abunde uideor assequutus. Tanto enim ardo re meus Gulielmus ab uniuersis huius Academiæ alumnis legitur, rapitur, tenetur, ut dictu prope sit incredibile: tam passim in publicis auditorijs, in collegijs Gulielmi mei nomen perstrepat. Hoc munere si te nihil offendi sensero, sat pulchre procedo: sin gratiam etiam in eo, planè triumpho. Donamus em̄ aliena: nihil em̄ ipsi excudere potuimus Theologiæ studijs occupati: & Hieronymi monita sequuti, discimus quod doceamus. Breui tamen aliquam studiorum nostrorum frugē expecta: quam tui nomini propriâ faciemus. Me morbus prorsus exhaust, & cutis & oculi laxissimi sunt: illa carne, hi numis farcendi: pro tua consuetudine facito, ac bene uale. Parisijs, M CCCC XCVIII

ERASMO ROT. CHRISTIANO QUI OPERA AVGVSTINI SCRIPSERAT FACIAT.

ALVETO quantum uoles. Ita me deus amet, haud expectaram abs te tantum elegantia: uel potius eloquentia: nam elegantem futurum facile prospexi. Quare tuæ literæ uoluptati mihi in primis fuerunt. Proinde te hortor, ut isto cursu pergas, propediem tui præceptoris simillimus euasurus, sed genus aliud quod dicēdi tanquam signum tibi proponas, censeo, ne uaria, suiq; dissimilis nascatur oratio. Id autem genus potissimum eligendum, ad quod te potissimum natura composuit

composuit: de te coniecturam sumere licet. Videris ad Timonis propius quàm ad Ciceronis formam accedere: equidem malim Ciceronis. Atticū erat præstantissimū. Ab Africano longe abes. Rhodium nihil est quod petas. Punicum referre uideris, uel Allobrogicum potius: quod quidem longe temperatissimum esse constat, uidelicet ex Arabico & Iberico medio mixtum, Caleno interim rubetam dissimulante. Verum inapte hæc te doceo sus, cum tibi Minerua sit domi. Verum is, ut est noua quadam humanitate, dabit uentiam, si meam falcem in ipsius messem misero: mittā enim sapius. Non displicet istud descendendi genus, ut ille materiā tu uerba ministras. Idem olim Crassus facitauit orator haud uulgaris, sed hic ex præcis. Vidi ipse corniculam Horatianam, cuius te simile esse nolim. Eris aut, si præceptoris quàm simillimus esse studueris. Quod me amas, nihil scribis noui: sciebā enim antea. De nostro certamine Christiane, nihil est quod labores: tu tanti es, nisi mihi Augustinus mentius est, quod non solet. Bene uale cum tuo Dædalo. Lutetiæ Anno M CCCC XCIX

ERASMVS GAGVINO.

EREALES & Anabasi qui sint apud Hieronymum in Ruffinum, non satis intelligo. De cerealibus somnio, nescio quid. Vtroque uestigatores quoquo uersus dimissi, significari uidentur, tu me doceas uelim. Dialectica Laurentij iam pridem desidero: quæ si tibi sint, obsecro cōmodes: sin minus, commontres à quo mihi sint petenda. Bene uale. M CCCC XCVIII

GAGVINVS ERASMO.

EC Cerealium, nec Anabasiū permittit me acerbissimus morbus meminisse, tam sum doloris impatiens. Dialecticem tibi demitto, quam remitti aliquid quando prouideas cum oratiunculis, quas à me habes. Vale melius Roberto tuo. Anno M. CCCC. XCVIII.

ERASMVS ROT. EVANGELISTÆ S. D.

ERBVM illud, accensos, quod nos offendebat, apud Vegetium reperit: cuius hæc sunt uerba. Ad obsequia tamen iudicum uel tribunorū, nec nō etiam principialium deputabantur milites, qui uocabantur accensit: hoc est postea additi, quàm fuisse electio completa, quos supernumerarios uocāt: Hęc ille. Manifestissimum igitur est, accensos ab accensendo dictos, hoc enim communicatum uolui. Vale M. CCCC. XCVII.

ERASMVS ROT. ROBERTO PISCATORI.

IDE quàm sit auidum & querulum foeminarum genus. Nudiūstertius puer meus ab hospite nostra ueteri plurimum retulit querelarum. De nostrum utroque nescio quid maritus murmurabat. Mater ne Normana planè non esset, querebatur se pro laboribus, quos mea causa cepisset, nihil gratiæ recepisse. Filia te permaligne soluisse aiebat, & pristinae tuæ consuetudinis oblitum fuisse. Ego decuplo beneficium emo: redimo enim cumulatissima mercede officium, & nihilominus beneficium debeo. Hos mulierum mores cum mecum reputo, tum gauideo me in hoc uitæ genus incidisse: si casu, feliciter: sin iudicio, sapienter. Habes ieiunā epistolam, argumentum mihi ieiuna illa mulier ministrauit. Tu si bona ualitudine frueris gaudemus, nos optamus quidem, imò iam speramus: cepit enim morbus paulatim remitti. Lutetiæ. Anno M CCCC XCVIII.

ERASMVS ROTEROD. THOMÆ GREIO S. D.

I quid unquam tibi gratum aut feci, aut uolui, quæso ut hoc mihi gratiæ referre non graueris. Huic iuueni, quas ad te literas scripsi, tradito: ubi meis uehementer efflagitantibus copiam fecero remittam. Bene uale. 1488.

ERASMVS ROT. THOMÆ GREIO S. D.

AMETS I essem occupatio suauissime Thoma, tamen ut intelligeres, quoties ad te scribendum erit, nullam prorsus excusationem me mihi permitturum esse, uel interpellantibus negocijs tecum per literas loqui libuit. Caue post hac à me expectes, ut in singulis epistolis, uel meam in te beneuolentiam testificer, uel ingenium tuū prædicem. Semel hoc tibi persuasum uelim, tuo isto in me animo, tam propenso, tam candido, tam modesto, tam ardenti, tam amico non esse mihi neq;

charius quicquā, neq; iucundius: meq; planè sic affectum esse, ut tam dulce bonum nolim uel cum uniuersis Arabum opibus cōmutare. Porro de meo uicissim in te amore, hoc perinde ut Apollinis oraculum accipias uelim, dum tu & uirtutē & bonas literas (id quod facis) amplecti perges, nulla consuetudinis intermissio, nullus casus hunc in te animum mutabit. Solidus enim amor à uirtute profectus, tam finem nescit, quam uirtus ipsa. Etenim quos cupiditas amicos facit, necesse est, ut idem amoris lucrifq; sit finis. Quos uero uoluptas ad amandū allicit, ibi finē amandi faciunt, ubi satietas subterit. Qui deniq; puerili impetu animorū sese beneuolentia prosequuntur, pari leuitate ab amicitia desciscunt qua accesserant. Nostra necessitudo longe melioribus initijs profecta, nō paulo solidioribus columinis innititur, quippe quos non cōmodi ratio, non uoluptas, nō iuuenilis affectus, sed honestus literarū & cōmuniū studiorū amor copulauit. Est enim inter bonos studiososq; uiros uel publica quaedam, sed constantissima necessitudo, è similitum rerū admiratione conflata. Et quoniā uirtutis studium nec satietatē nouit, nec casibus fortuitis subiacet, nō potest honorū beneuolentia non esse perpetua. Hoc igitur amoris genere cum sumus iuncti, uereri non debes, ne quid in nostrā amicitiam incidat, qualia uulgaribus amicis multis passim cuenire uidemus. Quanto tu innocentia & literarū eris amantior, tanto mihi charior es futurus. Equidem abunde magnū amoris in te mei fructum tulisse uidebor, si praeclaram uirtutis indolem, quā in te primus animaduerti, mea opera ad frugem peruenisse uidero. Ad quod ut manibus pedibusq; enitaris, te mi Thoma etiā atq; etiā hortor. Id facies, si optimos quosq; autores tibi legendos proponas, lasciuos & obscenos nō secus ac pestem quandam fugeris, praesertim ista adhuc aetate, quae sua sponte lubrica, non tam ad recta capiēda propensa, quam ad nequitia procliuis est. Quorum autē attinet istos cum morum detrimento legere, cum neuitquā desint qui doctrina non paulo plus profint, obsecantate nihil noceant. In quorum numero Vergilium in primis leges, Lucanum, Ciceronem, Laetantium, Hieronymum, Salustium, Titum Liuuiū. Inuitus finem facio, ita mihi uideor dum haec scribo iucunde tecum fabulari. Et uide, quae so, quantulum id sit quod de nostra familiaritate corporum dissociatio detraxit. Animo te uideo, literis colloquor, fortasse etiā iucundius quam lingua. Quare gaude ac uale. Ne literarū nouum colorē diutius miteris, amantium sanguine scriptas esse noueris. Atramenti penuria, mori succo scripsimus Parisijs Anno M CCCC XCVII

ERASMVVS ROT. THOMÆ GREIO S. D.
Scripsit Iuuenis.

I AM pridem isthuc meae uenissent literae, adolecens generosissime, quo uno ex uniuerso hominum genere nemo uiuit mihi charior: nam si quo minus iucundissimus appellari possis, fata inuiderunt, at charitatem fortuna neq; eripuit, neq; poterit eripere. Pridem, inquam, tibi scripsissem, quod & ego pro mea in te beneuolentia maxime cupiebā, & te pro mutuo in me amore maiorem in modum expectare sciebam: sed ueritus sum, ne uulnus acerbissimū, quod recens acceperissem, adhuc crudum exagitarer: quod tātum aberat ut ulla omnino tractationem admitteret, ut nūc quoq; leui admonitu recrudescere sentia. En dolor iustissimus uberes mihi lachrymas excutit, iam cicatricem duxisse uulnus sperabam: Nulla est intolerabilior contumelia, quam quae pro benefactis rependitur. Vtinam liceat tantum è lethæo haurire amne, ut totus ille senex cum suis iniurijs, meis officijs animo effluat, cuius quidem memoria quotiens mentem subit, totiens non solum irascor, uerū multo magis admiror, tantum ueneni, tantum inuidētia, tantū perfidia, tantū impietatis humano pectori insitum esse. Ita me deus amet, cum hominis animum sceleratissimum contemplor, uidentur mihi poetae, homines alioquin in describendis hominum ingenijs tum acuti, tum eloquentes, huiusmodi uirus aut non uidisse, aut dicendo assequi nō potuisse. Quem enim lenonem tam perfidum, quē militem tam gloriosum, quem senem tam morosum, quod deniq; portentum tam inuidum, amarulētum, ingratum ausi sunt unquam fingere, quam hic senex fucatusissimus, qui religiosus etiam sibi uideretur, uitijsq; suis splendida nomina fingit. Verabis me dolere. Ego mi Thoma rem pro sua atrocitate modestissime fero. At nō possunt non dolere incōmoda quae praeter expectationē accidunt. Quando ego unquā pro meo

meo candore, pro meis meritis, pro fide, pro amore penè fraterno, ab homine cano ut appareat, nobili ut iactat, religioso ut fingit, tam insignem cōtumeliam expectare potuissem? Summam ingratitude iudicabam officium officio non reponere. Legeram & hominum esse genus, quos tutius esset offendisse, quam officijs demeruisse. Non credebam, donec experientia fidem fecit, multo esse periculosius, malis bene facere, quam bonis male. Nam quum nebulo ingratusissimus deuinctorē sese mihi sentiret esse, quam ut gratiam referre posset, à literis quas iam diu misere uexauerat, oclum sibi sumit, studiumq; omne huc transfert, ut suis nefarijs machinamentis me perditū eat: quem postquam laboribus confici posse desperat (nam id iam frustra tentauerat) lingua Tartareo ueneno imbuta conatur extinguere, & extinxit quantum quidem in ipso fuit. Quod uiuo, quod etiam ualeo, literis acceptum refero, quae me docuerunt, nullis fortunę procellis cedere. Indigne fert homo scelere natus, se parum nocuisse. Parum est isti, tanta rabie in me praesentem debacchatum esse, ab animo meo distraxisse me, fugientem eminus ueneno petit, atque mei odio in te charissimam animae meae partem sauit. Sauiit, inquam, eo telo quo inter mortales unus plurimum potest, maledicentia. O uipereum malum quouis aconito, quauis Cerberi spiritus nocentius. Eiusmodi ne portentum solem purum aspicere? Istiusmodi monstrum auras haurire, imò inficere uitales? Tale dedecus cōmunem sustinere terram? Nullum tam terrificum, tam execrandū malum poetarum ingenia excogitare potuerūt, quod monstrum istud non facile uincat. Quis enim Cerberus, quae Sphinx, quae Chimæra, quae Tiphone, quae larua cum isto malo conferri iure possit, quod nobis Gothia nuper euomuit? Quis scorpis, quae seps, quis basiliscus uenenum habet praesentius? Vena ferè nō nisi iritata nocent. Leones benemeritis officium rependunt, Dracones officijs mansuescunt. Huic seni summa mea merita rabiem faciunt. Habes animum uirulentum. Iam ut solidum ostentum intelligas, si uultum truculentum, si totius corporis habitū paulo contemplare diligentius, nōne tibi uidearis omnium scelerum quasi simulacrū quoddam intueri? Et hic laudanda est naturae prudentia, quae deformem animum digno corpori includit. Latent sub superciliorum hispida sylua oculi refugii, toruum semper tuentes. Frons saxea, ne in malis quidem ulla sanguinis uerecundi nota: nares polypum spirant, fetis syluescentibus occupatę. Buccae pendulae, labra liuida, uox erumpit, non promitur, tanta est animi impotentia: latrare iures cum loquitur: ceruices intortę, crura incurua. Nihil est denique quod natura non aliquo insigni stigmate notauerit. Sic sceleratos ac maleficos inurimus, sic canibus mordacibus nolam appendimus, sic bouem cornupetam foeno alligato signamus. Mene huic turpissimo monstruo meas literas communicasse, huius causa tantum aetatis, tantum ingenij, tantum operae trivisse? quae si perissent, minus essent miser. Nunc draconis dentes seuisse me uideo, qui in meam perniciem renascantur. Plus est quam perdere beneficium, amicum praestando, hostem infestissimum parare, ubi enim tyrannus mea sit abusus opera, cui gratiam referre neque posset parem, neque uellet ullam, nouum exitij genus homo ad maleficiū tantum ingeniosus excogitauit, quo & me cui de uinctum esse nō libet, & te pariter, cui turpiter iuueni puer quinquagenarius inuidet, funditus euerteret. Haec cene est illa qua ad nauseam omnium gloriari solet, generositas? hoc illud totiens iactati generis specimen? Hic scilicet est animus magnis natalibus dignus? Quis istum uel humano sanguine progenitum credat? Quis non Vergilianum illud illo dignum iudicet? Duris genuit te cautibus horrens Caucasus, hircanęq; admorunt uerbera tigres. Et audet homo mortalium omnium impudentissimus, se multa de te, plurima de me meritum praedicare, nosq; ultro ingratitude accusare. Non tot meorum in se officiorum testibus, non suarum in me iniuriarum cōscientia mouetur. Audet cum his factis inter homines uiuere, modestius facturus, si Timonem illum imitatus ex uniuerso hominum coetu in remotissimos fluctus demigraret ac belua cum beluis aetate ageret. Sed doctori quanquā iustissimo frenum stringamus. Tamen si in acerbissima contumelia me illud nō medio critere consolatur, quod hæc adeo nō sit impune ablatum, ut iam praesentes mihi poenas pendere coeperit: daturus olim grauiore. Quas, inquis, nam ille quidē sibi plaudat? esto. An nō tibi abunde satis supplicij uideretur esse, quod & stultissimus est, et inuiden-
tissimus, q; utroq; miserimus? An grauius ullū supplicij genus excogitari possit inuiden-
tissimae quae ipsa sui carnifex est, atq; ut poeta dixit supplicij suū. Quare epigrammaticus ille et

docte & facete inuidentiſſimo cuidam nebuloni, noſtri, ut arbitror, ſenis ſimiliſimo, eam ipſam inuidentiā tanquam extremum malorum imprecatus: Omnibus, inquit, inuideas inuide, nemo tibi. Equidem hominem nōdum tam capitaliter odi, ut tantum mali uelim imprecari. Quanquam ille quidem digniſſimus eſt, cui aut hoc, aut ſi quod eſt dererit uſ eueniat. Nec dubito iam dudum eueniſſe, ſi uere Plautus dignis euenire digna ſcripſit. Cui enim ille non inuidet miſere? qui quod tu diligentius in literis ageres, cuius uirtuti debebat gratulari, adeo inuidit, ut repente in morbum capitalem incidit. Quid autem habet ille, quod non miſericordiā potius quā inuidiā ſit dignum? ſi miſericordiā mereatur obſtinata malicia. Iam alteras pœnas accipe, quas nemo unquam nocens effugit. Quas tu furias in illo tor ſclerum conſcio peſtore ſœuire reris; quæ illic ſtridere uerba, quas intentari faces, quos ſtimulos impingi? Pœna autem uehemens & multo ſauior illis, quas aut Ceditius grauis inuenit, aut Rhadamantus. Recte eſt & hoc ab æquiſſimo rerum autore cōparatum, quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Hi ſunt æterni cruciatuſ, quos poëtæ apud inferos exerceri magno ingenio ſinixerunt. Quare ſi ægritudinē uindicta mederi poteſt, iam omni dolore leuatus eſſe deberem. Verum ego uindictæ genus, tum honeſtius, tum generoſius puto, iniuriā negligere. Nam nocentes ultro ſua pœna ſequitur. Quanquam ſi me moleſtiæ ſenſu carere dicam, plane mentiar. Hoc tamen affirmo, me nō mea magis cōtummeliā, quā acerbior eſſe non poteſt, permoueri, quā tūc conditionis miſereſcere. Mecū præclare actum, qui tandem ē medijs uenenis effugerim. Sed ō me miſerum, qui non totus euolarim, te dulciſſima mei portione relicto. Tene mi Thomā, iſto animo tam ingenuo, iſto ingenio tam pudico, tam manſueto, iſta indole tam felicitatiſſimo beluis inſeruire? Iſtancine mentem literis, uirtuti, maximis rebus natam deliriſ ſentis inuidentiā ſepeliri? Optimum in peſſimum incidit, iuuenis ingenioſus, in ſenem ſupidum, candidus in inuidentiſſimū, humaniſſimus in ſpinoſiſſimum, & iuxta uetus prouerbium: Auribus lupū tenes. O fata iniqua, ō ſidera inimica, ō ſuperos male propitios. Maſte uirtute adoleſcens, quæ ſaga, quæ ſcabinatrix tuæ præſtantī nocuit in dolis? An ſuas ipſa dotes tibi inuidiſſe natura credēda eſt? quæ alioquin in te fingendo omnes ſuas opes effuſiſſe uideretur, ne quid in abſoluto opere deſideraretur. Formoſo corpori, animū ſelicem inſeruat. Morum gratiā nō inamabilem adiecerat. Genus, opes, ingenium contulerat. Breuiterq; talem edidit, quales antiquitus deorum filios ſolebant appellare. Et ō miſerande iuuenis, qui genus malus, quod fatum te in iſtud barathrū coniecit: Itane præclarum iſtum ingenij ſtorem ſenex rancidus extinguet? Peribit illa feriſſimi ſoli ſpes: Interibit uenæ tam diuitis expectatio? O ſenilem inuidentiā, qua quid dici aut fingi poteſt monſtroſius? Poſtquam ipſi, ut dignum illis fuit, in luſtris ætate exegere, tibi & adoleſcenti & ingenio ſeliciorē & ætate aptiorē, quod maturius te ad optimas literas cōtuleris, miſere inuidet. Inuidet quod tibi feruidus ſanguis circum præcordia ſaliat, cum ipſi nihil niſi plumbum in peſtore geſtent. Proin quem ceſſantem incitare debuerant, præcurrentem remorari moſtuntur; ipſi cum ſequi nequeant, præcedere conantur. Sed heu quō me doloris abripuit impetus? Multis proſecto modis iniurius in te ſum candiſſime Thomā, cuius calamitatem cum mitigare conſolando debuerim, ultro etiam querelis meis exaſpero. Iam hæc dolori dederimus, cætera rationi tribuemus. Ego te ſuauiſſime Thomā, te, inquam, unum ex multis delegerā, in quo abſolutū aliquod artis meæ monumentū reliquerem, ad quod iam materiā q; maxime ſelicem mihi naſtus uidebar. Sed utrum te mihi, an me tibi fortuna inuidit? Me forte petijt, tibi certe plus nocuit. Certum eſt tamen mihi opus ē manibus extortū, uel repugnāte illa quā licet perſequi. Nam ſi quā adfert noſtra diſiunctio iacturam, eam ſcribendī frequentia facile ſarcieinus. Tu modo fac magno animo pergas, tibi inſtes, tibi te præceptorē præſtes. Ad literas tuas uenio, quæ mihi tam uoluptati fuere, q; tu mihi charus & fuiſti, & es, & futurus es. Placuerunt uerba non torta, non affectata. Placuit ſententiarum robur maſculum, & ita placuit, ut in dubium uenerim: num ea tuo Marte confeſiſſes, an auxiliariſ copijs adiutus. Quod te mei deſiderij um ferre grauiſter ſcribis, nihil eſt mi anime quod te afflictes. Nam ſi pro tuo in me ſtudio noſtrā uicem doles, ſine cauſa doles. Ego enim non aliter ſum affectus, q; ſi nunc demum ab inferis emerſiſſem: hoc uno miſer, quod Pirithoū chariſſimū non unā licuerit educere. Quare ſi nobis mutuo amore reſpōdes, gratulari tuo Erāſmo debes, quod uix tandem catherinā duriffi-

duriffimam abruperit. Nec tua quidem cauſa quur tantopere te maceres, uideo. Nam ſi illud te male habet, quod noſtra liſ doctriſna priuatus, non incommode permutaſti præceptorem, recepiſti pro deſecto integrum: pro parum diligenti diligentiffimum, fortaliſſis & doctiorem, nam amantiorem non credo. Qui ſi etiam qualiſcunq; contigiffet, quantum erat hoc damni quod mea migratione feciſti? Iam tum cum tecū eſſem, maligne me fruebaris, et prope carebas. Quid ego te dignum dicere poterā, cum mihi aſinus ad ſyram aſſidue addeſſet? Deniq; ſi quid damni factum, id mutuis literis facile nō compenſabimus modo, uerum etiam ſuperabimus. Tu modo ne tibi deſueris caueto, noſq; ſic deſideres, ne de ſtudioſorum tuorum contentione quicquam remittas. Equidem memini te dicere ſolitum, ſimulatq; ego uos reliquiſſem, te omnes ex animo literas deleſturum. Cupio te mi Thomā uel una iſta in re uanum inueniri. Neque tam religioſus uideri uelis, ut hic mea cauſa mētiri pudeat. Omni religione te ſoluo, & ſi quod erit ſtuculū admiſſum, in caput meum reuoco. Neglige iniuriā, contemne ſenilem moroſitatē, me quoq; ſi uoles ex animo deſeto, modo nihil præter literas cogites. Nullus neque odiū, neque amor tantum apud te ualeat, ut à bene cœptis deſiſtere uelis. Senis & linguam & animū ita oderis, ut ferre uelis, imitari nolis. Te tibi propone, quæ tuo genere, quæ tua indole, tua mente digna ſint curato. Præceptorem habes tam te dignum quā ſene indignum. Eum obſerua. Cum Roberto ne pugnaſ, hominem mihi amicum cupio. Senem ſi non oderis, modeſtiæ & patientiæ uideberis meminiffe: ſi in euſmodi monſtrum unquam amare poteris, omnium moralium leuiſſimus fueris. Nam ſi ex animo facies, ſtuliſſimus eris: ſi in adulatione, turpiſſimus aſſentator. Tam inſanum eſt hoſtem complecti, quā in gratum, amicum negligere. Bene uale. Pariſijs, Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.

ERASMVVS ROTERODAMVVS BATTVS

S. D.

VL TIS nominibus tibi gratias agere debeo mi Batte, q; uigiliās meas, hoc eſt opes, miſeris, cum mature, quod nō ſoles, tum optima fide, ut conſueuiſti facere: denique per tabellionem non modo diligentem, uerum etiam facundum: ita ut mihi non illius labori modo, uerum etiam orationi fuerit referenda merces: uerum arte arte luſimus, & iuxta uetus prouerbium, contra Cretenſem Cretiffauiſimus. Anglica fata Pariſios uſq; nos ſunt perfecuta. En tibi alteram narro tragœdiā, priore etiam atrociorem. Pridie Calend. Februarias Ambianos peruenimus, bone deus quā duro itinere, Iuno opinor aliqua ruſſa Acolū in nos excitarat. Ego cum iam de uia ita eſſem affectus, ut morbum etiam metuerē, cœpi de equis conducendis cogitare, nō paulo præſtare ratus, corpusculo q; nummulis parcere. Et hic ſunt ad pernitiē ſecunda omnia. Dum diuerſorū ſolitum peto, obiter forte ædes prætereo quaſdam equis locandis inſcriptas. Ingrediōr, a quo catur locator, homo effigie & habitu ita ad amuſſim Mercurium referens, ut mihi primo quoq; congreſſu furis ſuſpicionem dederit. Conuenit de mercede, conductis duobus equis, iter ſub ueſperum ingredimur comitanſ te iuene quodam, quem generum eſſe ſuum aiebat, qui iumenta domum referret. Poſtridie ad uicium quendam cui diuo Iuliano nomen eſt, peruentū eſt, & quidē multa adhuc luce, locum latrociniō deſtinatū. Ego ut pergeremus hortabar. Ille latronis diſcipulus cauſari, equos non eſſe ſupra uires deſatigandos, ſatius eſſe illic pernoctare, ac poſtridie id diſpendij anticipata luce ſarcire. Non repugnabam magnopere, nihil etiam num ſcleris ſuſpicans. Iam propemodum cœnaueramus, cum miniſtra iuuenem illum unā nobiſcum accumbentem, à conuiuio ſeuocat, alteri equo neſcio quid mali eſſe dicentis. Diſcedit adoleſcens, ſed eo uultu, ut aliud nunciatum intelligeres. Ego continuo puellam reuocans, Heus, inquam, filia uter equorum male habet, meus ne an huius? Nam aderat Anglus itineris mei comes. Et quid tandem eſt mali? Illa cōſcientiam conſtanter diſſimulare nō ualens, ſubriſit, & figmentum confeſſa, ueniſſe notum quendam aiebat, qui iuuenē ad colloquium euocaffet. Nec ita multo poſt locator ipſe, qui iugulos noſtros uictimæ deſtinarat, cœnaculum ingreditur. Nos admirari, rogare quid nam accidiſſet, quod tam inexpectatus atq; improuiſus addeſſet. Ait rem adferre ſtebilē, filiam ſuam eius iuuenis uxore ita ab equo calcibus percuffam, ut iam animā propemodū ageret. tumultuario itinere ſe accuriſſe, ut eum domū reuocaret. Mihi iam tunc cōmentū obolere cœpit. Vtriuſq; uultū & geſtus

& gestus curiosius obseruo. In locatore illico incōstantiam quandam animaduerto, in iuvene stuporem, qui è regione accumbebat. Ac mecum protinus Ciceronianum illud, nisi fingeres, non sic ageres. Iam mihi nihil agendum putabam, nisi ut ab homine absoluerer, quippe qui nihil usquam uiderem, quod non latrocinium saperet. Augebant antea cōspicione, quod quum Ambianis de mercede cōuenisset: ille data opera me rogauit, quas nam esset pecunias accepturus. Subito aderant, nec scio unde emerferant, qui sermonibus adiuuabant fabulam. Mihi laudabant locatorem, gratulabantur de tali comite, me uicissim locatori commendabant. Rogabat semel atq; iterum locator, eequem haberem postulatū, id est nomisma rarius. Nego mihi esse. Deprompsi scutatū unum atq; alterum, qui tametsi satis probarentur, tamen blandius efflagitabat, ut è multis quos habere me putabat, unum aliquem bellissimum darem. Est enim hoc huius sceleratissimæ artis caput, explorare quātum quisq; uiator secum portet. Ostendebam quos tum habebam, è quibus ille bellissimum sibi retinuit. Accedebant ad maleficij coniecturā quædam à iuvene in itinere dicta ac facta: quæ consilio soceri de composito præparata uideri possent. E duobus equis alter erat ignauissimus, ut in fuga nihil futurū fuerit praesidij. Is cui ego insedebam, in collo uulnus ingens habebat, adhuc unguentis oblitū. Non ita præcul aberamus ab urbe, rogat iuuenis, sibi liceat à tergo meo in lumbos equi cōscendere, iumentū assuetum ferendis duobus ne quid metuerē equo. Sero, inquit, exiimus, hoc celerius perueniemus. Passus sum, oritur sermo uarijs de rebus. Sic loquitur de socero, quasi non optime de illo sentiret. Est & hoc unum è latronum mysterijs. Interea crumena mea defluit in tergum, in erant autem octo ferme coronati aurei. Is reponit ad umbilicum. Rursum defluentem reponit, admonens, ut crumena semper sit in oculis. Ego ridens, quorsum, inquit, attinet referre uacua? Obscura iam nocte nemus quoddam emensi, tandem in uicium quendam emerimus. Iuuenis circūspectans, fingit se nescire ubi nam locorum esset, ducit nos in ades nescio quas. Lubeo ut iuuenis ipse se curēt suo more, nos utriq; ieiunij cubitū imus. Anglus hoc religioni dabat, ego ualetudini: nam grauius è stomacho laborabā. Accedit mulier nobis ut putabat altum dormientibus, multa cum ignoto illo ut simulabat, iuene familiarissime collocuta est. Tandē iuene submonente, reliquus sermo sibilis peractus est, ut exaudire non possem. Ante lucem extrudo eos ad iter. Toto itinere tracto iuuenem sane comiter. Vbi peruentū est ad oppidum, cui nomen Claro monti, paro ingredi, non illic acturus noctem, sed aurum cōmutaturus, ne quid ea res esset in mora in uico pnoctantibus. Dissuadet iuuenis, affirmās sibi satis esse monetæ argenteæ. Itaq; ad leuam oppido relicto pergit. Iam uico proximi cum essemus, forte præcesserat Anglus unā cum iuene, ego sequor, sicut meus est mos, nescio quid meditans nugarum & totus in illis. Interim imprudente me descenderat Anglus. Iuuenis adduxerat equum ad fores, ubi nunq̄ fuerat diuersorij. Vbi fensi, demitror quid cogitet. Ille circūspectans, negat se illic intra quatuordecim fuisse annos. Rogat quod mihi placeat diuersorij. Quid si huc, inquit, diuertamus? Et ostendit domum destinatā. Non abnuo, memor quod illic olim sat commode acceptus fuisset, sed ignarus hospitem esse mutatū. Datur ex more cubiculum. Apponitur uinū, sed male respondens palato. Atqui uix eramus ingressi, cum uideo ignoto illi iuueni in culina uinum in uitro appositū, eo colore ut mihi gratularer. Hæc igitur spe frustratus descendo, ex postulo cum hospite: Mutatur uinum. Hæc iam tum mirabar magis, quam habebam suspecta. Quare ut ad intermissum narrationis ordinem redeam, iam certa suspicione latrocinij, id agere coepi, quo me cultro subducerem. Quid igitur, inquam, tibi in animo est? ego, inquit, fortasse uos Parisios deportabo, uerum huic genero planè domum est recurrēdū. Imo, inquam, cōmodius dabo cōsiliū. Quādo casus tam acerbus uobis accidit, ut tu filiam, hic uxorem prope perdidideris, illud uestra causa faciam: habes à me scutatū sole insignem, restant pass. quatuordecim millia, diminue de ratione mercedis, quātum de itinere superest, ac redite. Nos reliquum iter aut pedibus conficiemus, aut equos mutabimus. Caput quatuebat homo, deinde descendit, iuene relicto, mira latrocinij peritia, ut quid nobis esset sententiæ per hunc explicaretur. Hic ego accito adolescente: Heus, inq̄, quæso, uerum dicas, quid nam de uxore tua cedo? Confessus est rem cōmentitiam, uerum socero necessariū esse iter Parisios, ut creditum repeteret. Ne quid, inquit, illius oratione cōmoueat, Quin uos cras summo diluculo equos conscendite, nos utriq; conse-

consequemur. Atqui non temere est, inquam, quod nos tāto itinere tam repente assequitur, & quidem noctu, tum die tam sacro. Erat enim posttridie uirginis matris purgatio. Es quorsum, inquam, attinet tot concinnare mendacia? Iussit me adolescens bono esse animo, se omnia ex mea facturos esse sententiā. Quod si quid ille graueretur, inquit, ego nō deseram te, donec mihi rumpatur cor, atque hæc uultu illo stupido. Ita ad simulabat sese, tanquam furtim mihi cōtra socerum studeret; deinde descendit & ille, quid, nisi ut præceptor suo rem renunciaret. Interea solitudinem nactus, Anglum rogo: quid tandem ipsi uideatur. Is præter latrocinium paratum nihil se uidere respondit. At quid, inquam, consilij? nam nox erat profunda. Venit interea cauponaria lectos instratura, rogo ubi nā essemus cubituri, lectum ostendit. Et ubi reliqui duorū in altero, inquit, hoc lecto, qui cōmuni cubiculo continebatur. Tum ego, est mihi, inquam, quiddam nugarum transigendū cum hoc meo comite, sine nos in hoc cubiculo cubitare solos, dabitur merces utroq; pro lecto. Ibi uenefica mulier, & quid ageretur haud ignara, primum suadere coepit, ut unā potius cubaremus; eos esse uiros probos, nec causam esse, quo minus illos in cubiculo dormire uellemus: si quid inter nos haberemus communicandum, id sermone nostrate licere fieri, si pecuniæ nostræ timeremus, illis seruandam committeremus, ouem (ut aiunt) lupo. Et ut malefica dignum erat, manifestaria uanitate reliqua cubacula iam hospitibus occupata ementebatur, cum præter nos nemo in illis ædibus esset hospes. Quid multa? argumentis uicta, obstinate sese id facturam negabat. Lubeo fores igitur aperiat, ac nos aliquid efficiat. Ne id quidem se facturam affirmat, descenditq; irata ac submurmurans, & homicidæ illi rem omnem renunciat, me de gradibus subauscultate. In Anglo nihil erat neq; animi neque consilij, neq; linguæ. Nam Gallice prorsus nesciebat. Mihi primū illud uisum est esse consultiusimum, obice ferreo occludere cubiculi ostium, obiecto & ingenti scamno queruor: uerum id consiliū mox displicuit, reputanti nos in tam uastis ædibus solos obijci pluribus; & iam multa nox erat, nec usquam uociferatio potuisset exaudiri, nisi qua parte cubiculum spectabat utam publicam. At illic obstabat templum monasterij cuiusdā. Interea dum circūspicio melius aliquod consiliū, nec satis occurrit, puella pulsat fores. Ego clamulum submoto scamno, rogo quid uelit. Respondit nescio quid adferre, sed uoce alacri. Aperio fores, blandior & adludo puellæ, quo metum dissimulem. Sedemus interim tanquam duæ uictimæ mactatorē expectantes. Conuenit tamen inter nos, ut ociose sobrieq; fabularemur ad ignem absq; potatione, donec in uisum caligatq; uicissim dormiremus ac uigilarem. Paulo post ingreditur bonus ille uir, tanq̄ omnium rerum ignarus, obseruo hominem oculis diligenter. Quo fixus contemplor, eo certius latronem uideo: qui cum tandem se unā cum suo tyrone lecto composuisset, cōsequimur & nos, nec ea nocte quietam sensimus, nisi quod experreuius Anglus gladium quem ad puluini locauerat, longe amotum in extremū usq; cubiculi angulū repperit. Nam duobus nobis unicus duntaxat erat ensis, ac chirotheca loricata. Hæc erat nostra panoplia. Ego multo ante diluculū confurgo, fenestras ac fores cubiculi apertio, iam lucescere clamo, strepo, familiares expergefacio. Dum finem non facio, ibi latro uoce, quam diceres esse non somnolenti, quid paras, inquit? Vix dum est hora noctis undecima. Ego cōtra clamo, coelum esse densissimis obductum nebulis, mox clarum diem emicaturum. Atque hæc potissimum in fenestris. Quid multis? adfertur lucerna. Interea ut obseruarem quid ageretur in inferioribus ædibus, decurro, obambulans ac circūspectans, offendo latronum equos stantes ephippijs impositis, quomodo necesse erat eos totam steterisse noctem, cum præter modo excitatam puellam nemo nō esset in stratis: tandem surgunt & nostri carnifices. Ibi res quæpiam incommoda ut uidebatur, nobis salutū fuit. Nihil enim latronem illum exciuerat, nisi quod nos quàm pecuniosissimos esse existimaret: at hæc una res illi fidem facere potuit, nos tenui pecunia esse. Minusculum erat argenteæ pecuniæ, q̄ ut cauponi pro cœna atq; equis omnium satisfacere possem. Aut igitur ille aureum mutaret iussi, aut locator meo nomine quinq; duodenarios (tantū enim deerat) redderet, apud diuū Dionysij à me recepturus. Cauponaria neq; sibi lances domi, neq; qui mutaret aurū, esse iurabat. Latro ille ait se ea quidem lege facturum, si sibi aureū pignoris loco tradidisset: hortabatur impendio id ut facerem cauponaria, mulier ut scelestas, ita impudens & stulta. Vnde multa ac longa inter nos rixa. Poscebā mihi fores aperiret, me ipsum mutādū auri causa monasterij priorem quod

quod è regione est, aditurum, illa negabat. Rixatum est ad lucem usq; eadem iussu sumus aurum quod mutatu uellemus proferre. Protuli, tibi alij nūmo pondus deerat, alius adulterina materia dicebatur, alius parum solidus, hoc nimirum consilio, ut si quid reconditi esset auri, id proferre cogere mur. Ego cum sancte adiuuisssem, mihi prater eos nullos esse aureos. At comitē, inquit, quin tu suos proferre iubes? Video enim illū belle esse nummarum, idq; iam blandius cœpit poscere. Ego uero uultu & uoce, ita ut solēt et uera & ex animo loquentes, nihil comiti prater syngraphā esse defero. Profertur deniq; libripens, prodit & caupo, tibi libratum est sesquithoram, nec aureus erat, cui non aliquid scrupulorum deesset. In alijs deerat ponderi, in alijs causabantur materiā. Animaduerti tandem & lancibus subesse fraudem & ponderi. Et forte fortuna id quod erat grauius manu corripio, caupone etiam imprudente. Reliquum erat, ut altero ponderaret, & repente utraq; lance aureus propōderabat. In utramcunq; lancem translatus esset, eam inclinabat. Erat enim nummus peruetustus, cui supererat ultra legitimum pondus, ut in his decrescunt omnia. Iam iugulis nostris utcunq; consultum erat, nihilq; agebatur, nisi ut lucelli aliquid per calumniam abraderent. Tum latro ille spe propemodū frustratus sua, uel quod parum magnifice nos nummatus intelligeret, uel quod se iam in certam suspicionem nobis uenisse uideret, meq; nonnihil etiam minitantem; deniq; quod iam multus esset dies, cauponem sibi nimisq; familiarem à nobis se uocat. Quo nam inquis, in thalamum ipsum si dijs placeat, in quem latro ille solum se receperat. Vide ut propemodū sit inter fures, quam inter reliquos mortales fides maior atque humanitas. Aureū inter sese mutant, pro cœna & equis retinent quantum libuit. Accepi uigintitres denarios, equidē lætus tum metu, quantum mea fert simplicitas, dissimulato, quin, inquam, iam equos conscendimus? Stabat etiam non ociosus locator ille. Quid tibi, inquam, in animo est? cur non hinc fugimus? An ire ne nunc quidem paratus es? Non sum, inquit, nisi uniuersam summam reddideris. Et quantum tandem poscis, inquam? nam supra scutatam tres ad illum duodenarij redibant, poscit impudentissime quantum libitum erat, & quantum poscere cōueniebat impudentissimum latronem. Duc igitur, inquit, ita ut recepisti me Parisios, atq; illic ratione inita quod tuum erit accipies. At ille quid, inquit, mihi Parisijs des, qui hic etiam mecum pugnas? Sa piebar, nō passus est se à suo latrocinio extrahi. Nam à me quidem ista fugebantur, quippe cui nihil minus fuerit in animo, q̄ cum carnificibus illis itineri me committere. Paulisper rixatus, cum ille nihil se cōpugneret, ad sacrum me ire fingo, uerum rectā trāsmisso flumine Parisios peto, nec prius latronis licam timere desinimus, q̄ Dionysium q̄ Chibus suis exciperet. Postridie Calend. Februarias Lutetiam peruentimus, itinere uentis exhausti pecunijs, ubi cum mihi nihil esset negotij, nulli ut tunicam reposerem, hoc ipsum parum expeditum offendimus. Gallorum sanctimoniam accipere. Falco discedens scripserat mandauerat, ut mihi reuerso uestis quā primum redderetur. Venio, reposito. Aiunt homines illi religiosi (ut uideri uolunt) uestem pignori relictam, si Fracum darem, ad me redituram esse. Me uero rem accuratius exploratū pergente, restitunt unā cum scripto, quo semet manifestissimā uanitatē arguebant. Supersunt mihi tres scutatī iniquissimi ponderis. Hospitiū adiunxi cū Augustino uetere amico: uiuimus in literis tenuiter quidem, nec tuam tamen tibi arcem inuidemus. Quod dominā mittere mus erat nihil, eaq; gratia iuuenem hunc in Britanniam extrusimus, si quid forte queam à comite abradere: sed nihil bene mihi animus ominatur: uideo impudentius esse consilium, & à meis moribus uehementer abhorrens, uerum maximū telum necessitas omnia cogit experiri. Quod si ille mittet pauillum, tu interea cura uel à domina, uel aliunde auellere nonnihil, ut triginta conficiamus aureos. Non temere mi Batte hæc tantopere molior. Intelligo periculosum esse corpori meo diutius in his regiōibus cōmorari, ne si quid (quod deus auertat omen) acciderit, ego unā cum omnibus meis literulis periero: quod si profertur doctioris insigne, uereor ne animus me deficiat, priusquā uita. Quare te obrestor atq; adiuro mi Batte, ut si quid igniculi ueteris in nos amoris superest, toto animo de nostra salute cogites. Tu ut es animo suauis & lento, beasse nos tibi fortasse uideris: at ego nisi prospectū erit, mihi sic uideor perisse, ut æque nuncq; antehac, quādo N. largitur nihil. Dñā in diem promittit, Antistes etiā auersat, Abbas iubet bene sperare: at interea qui det nemo exorist, prater unum N. quem ego iam miserū ita exhausti, ut nō sit quod prater ea largiatur, & à quaestu in quo uno

uno, ut dixi, spes erat, pestis depellit: multa mihi interea animo obuersantur. Quò fugiam nudus, quid si morbus accidat? Esto nihil istiusmodi eueniat, quid in literis potero sine librorum copia? que mihi licebit optare si Parisios reliqueror? Deniq; quid erunt citra autoritatem literæ, an ut cuiusmodi portenta, quale apud diuum Audomarum uidimus, me rideant, atq; oratorem uocent? Hæc scribo, non ut te querelis meis exanimem, sed ut dormiantem excitem, ut quod iam diu frustra molimur, aliquando tandem efficiamus, redeamusq; tandem ad felicissimum illum conuictum nostrum. Bene uale mi Iacobe. Per tabelionem qui sarcinulam attulit rescripti. Si literæ quas istic ad Montioium scripseram, adhuc penes te sunt, ut huic tradas adolescenti, rogo. Salutem dic quibus oportet. De iuuenis huius fide nihil dubitabis, si quid forte cōmittendum erit. Augustinus opus Adagiorum palam enarrat, auditorio quidem frequentissimo, pulchre adhuc principia habet. Si putabis te apud diuum Audomarum aliquot codices posse diuendere, eos è sarcina exime. Rursum uale. Lutetia. Anno M CCCC XCVIII

ANTONIO A BERGIS ABBATI SANCTI BERTINI
ERASMVVS ROT. S. D.

E N tibi pater humanissime, a sellum illum Aesopicum nostræ referunt literæ, quibus quidem festiuitatem tuam atq; facilitatem iterum atq; iterū expertis tantum fiducia accreuit ut audeant ad tuam amplitudinē & extemporales uenire, quæ antea ne multa quidem cura comptæ id facere audebant. Quam tamē negligentiam nolim securitati nostræ tribuas, sed literarijs lucubrationsibus, quæ me cum semper, quatenus per ualetudinē licet, totum possident, tum in presentia ita distringunt, ut ne ualetudini quidem parcant. Nam Græca quedam forte fortuna sum nauis, in quibus futurum transcribēdis & pernox sum & perditus. Roget quis, quid ita me Catonis censorij delectet exemplum, ut hoc cæcatis libeat Græcarum. Siquidem puero mihi pater optime aut hæc mens fuisset, aut non defuissent potius mihi tempora, longe felicissimus essem. Nunc ita statuo, satius esse uel serius discere, quam nescire, quæ cū primis oportet tenere. Delibauimus et olim has literas, sed summis duntaxat (uti aiunt) labijs: at nuper paulo altius ingressi, uidemus id, quod sepe numero apud grauissimos autores legitur, Latinam eruditionem, quamuis impendiosam, citra Græcissimum mancam esse, ac dimidiatam. Apud nos enim riuuli uix quidā sunt, & lacunæ lutulentæ: apud illos fontes purissimi, & flumina aurum uolentia.

~~Quis enim in psalmo illud intelligat? Et peccatum meum contra me est semper, nisi Græca legerit, quæ sunt huiusmodi, *ὁμοῦ μὲν ἔστι θεοῦ πρὸς θεόν*. Hic mihi Theologus quispiam longam texuerit fabulam, quomodo caro cum spiritu pugnet assidue, præpositionis scilicet contra, deceptus amphibologia, cum illud *ὁμοῦ μὲν*, non pugnam, sed situm significet, perinde ac si dicas, è regione, id est, in conspectu: ut significat Prophetæ, culpam suam usque a deo sibi displicere, ut eius memoria nunquam ab animo recederet, sed semper ueluti præsens obuersaretur. Quod autem alibi est, Bene patientes erunt ut annuncient: quis non figurè lubrico decipietur, nisi à Græcis didicerit, quemadmodum Romani sermonis consuetudine benefacere dicimus eos, qui beneficio quempiam afficiunt: ita Græcos *εὐπαθῆναι*, bene patientes dicere, qui beneficio afficiantur: ut sit sensus, bene patientes erunt ut annuncient, bene cum illis agatur, & beneficijs meis iuuabuntur, ut meam in se beneficentiam prædicet. Sed quid ego è plurimis & maximis, paucissima quedam & leuicula repeto, cum mecum stet sacrosancta Pontificij senatus autoritas: cuius decretum extat adhuc in epistolis decretalibus, ut in præcipuis (uti tum erant) Academicis parentur, qui Hebraicas, Græcas, Latinasq; literas perfecte possent tradere, quod sine his diuinas literas percipi posse negarēt, multo autem minus tractari. Quod saluberrimum sanctissimumq; senatusconsultum a deo contemnimus, ut uel primis Latini sermonis rudimentis abunde simus contenti: sic persuasissimè, uno è Scoto, ueluti è quodam Coptæ cornu uniuersa peti posse. Quo cum hominum genere nō equidem pugno: sit per me suum cuiq; pulchrum, ducat Cæcus Cæcam:~~

E mihi

mihī placet hac ingredi, quō me diū Hieronymus cum pulcherrimo tot ueterum cœtū uocat: quibus cum uiris, ita me bene amet superi, infansire malim, quā cum neoterico- rum uulgo theologorum quantumuis sapere. Præterea molior arduum quoddam & ut ita dicam, Phaethontēū facinus, ut Hieronymianos libros partim ab ijs semidoc̄is deprauatos, partim ob rerum antiquarum, & Græcæ literaturæ inficitiam aut obliteratos, aut truncos aut mutilos, aut certe mendosos, & portentis plenos, pro mea uirili restituam: neque restituam modo, uerum etiam commentationibus illustrēm: ut apud se quisq; lector agnoscat, Hieronymum illum, quem unum habet ecclesiasticus orbis utraq; doctrina sacra & gentili, ut uocant, iuxta absolutum, ab omnibus legi posse, at nō nisi ab eruditissimis intelligi posse. Id quoniam impendio conor, & Græcitanitatem in primis asciscendam uideo, mentes aliquot Græcū didascalum audire de crenti planē Græcū, uel potius bis Græcū, semper esurientem, & immodica mercede docentem. De maleficiis nihil habebam quod scriberem, nisi quod ē Tutoris mei literis cognoui, uirū aeterno carceri addictū, mero pane & aqua simplici saginandū: uxori trimestrem carcerem pœnam esse: puellulam in monasterium ablegatā, si sua sponte, beatam: sin minus, utroque parente damnatā acerbis: libri, gladius, cæteraq; maleficij monumenta signi exurentur. Sed auguror h̄ ciuili supplicio temperatum, quod omnis maleficij proditio ab ecclesiastico profecta sit indice: cœtera negat ab officiali cognosci potuisse. Bene uale Aureliē. **M. CCCC. XCIX.**

ERASMVVS ROT. ANTONIO LVTZENBURGO SVO S. D.

Et si mihī tecum per pauca dierum consuetudo intercessit Antoni humanissime, tamē nescio quomodo fatali quodam amore erga te ducor: mihī crede non aliter quā a Magnete ferrum trahitur, adeoq; incredibili tui amore flagro, ut Battum ipsum quā te non amem effusus, quem tamen meis p̄o etiam plus diligo. Neq; uero dubito mi Antoni, quin mutuo id faciā: ita benignam tuam indolem & animum ad complectendos amicos propensum, quum isthic agerem, multis modis perspexi. De statu nostro si cupis cognoscere, Aurelia relicta in ueterem nostram Lutetiam remigrāuimus, peste uidelicet quæ nos fugauerat, extincta. De Disma malui ad te quā ad Abbatem scribere: tum ne librum illi, nō epistolam misisse uiderer: tum ut hac in re tua quoq; auctoritas, qua uales apud Abbatem plurimū, adolecentis optime saltem m̄i gerere, m̄i ad Antoni, si quid omnino credis, non scribā magas: sed quæ magis per te in me tamē, per me ut imperatoribus quorundam res ab Abbate inchoantibus, negotiis, ut etiam in similibus accipiunt, aditibus diligenter im̄o p̄o p̄o de Dismo ḡto in re reddidim: mihī p̄o non quidem ad gratiam, sed quod re ipsa sic repperit in illa uita esse m̄o in dole generosius, amabilius, felicitius: uere iuxta sapientis uerbum, animam ille fortitū est bonam, ut natura illum maximis rebus finxisse uideatur. Plurimum ingenio pollet, mira discendi celeritas, memoria fidelis, mores uerē dī, modesti, suauē. Miratur bonas literas, cumq; his uersari gaudet, unde semper abeat doctior: nihil habet in quotidiano conuictu durum ac molestum. Nos itaq; (coluit enim nostram familiam) eius frequentia sumus maiorem in modum delectati: nec fere quisquam Aureliæ fuit, de quo præcipuam aliquam spem conceperim, præter hunc unum: quem quoniam natura ad res maximas dotibus omnibus instruxit uideatur, uestræ partes esse uidetur, curare ne tam egregium ingenium, & tam bene natum, contagione uitiorum, aut etiam desidia ad uulgarem indolem degeneret. Neq; enim parum periculi uideo, propterea quod uiuit adolefens in tutela quadam, ut uocant, nimis profecto tutelariter, uictu parum mundo, supellec̄ile sordida, neglectus, incuratus, inter nebulones nescio quos, ociosos, male moratos, in compositos, qui nihil peius oderunt quā bonas literas, iuris inconsultissimos, graffatores nocturnos, potores diurnos: unde præter nequitiam nihil possit discere. Et Dismas quidem iam (ut scis) lubicum ephēbic ingredi tur. Neq; ignoras quā facile ista ætas quāuis bona, trahatur ad uitium. Affricat enim, ut inquit Seneca, morum suorum scabiem conuictor corruptus: & ut scripsit sapiens quidam Hebræus, Non potest non inquinari, qui picem cōtretrauerit. Neq; ego de alienis moribus hæc scripturus erā, nisi res adeo palam esset ut nemini possit dubia uideri. Habes igitur periculum, nunc quomodo succurrendum, accipe. Est Aureliae Iaco

Iacobus Tutor Antuerpiensis, apud quē tres menses, quos illic egi, sum diuersatus: uir (ita me deus amet) integritate incredibili, eruditione minime uulgari, studio flagrantissimo, iuris Pontificij iam pridem licentiatus, sic enim appellant: hunc ipsum officialis, homo scilicet uita laudatissima, perinde atq; fratrem cōplectitur, & cum eo optimus quisq; is Dismam partim propter ueterem consuetudinem, quam cum eo Louanij habuit non secus atq; filium amat, & amatur ab illo ut parens. Cum hoc ego Dismam coniungendum cen- seo, idq; quā primū: ne si diutius ista ætate in tutela hæreat, ad deteriora defleatur. Alit hic Iacobus noster domi suæ aliquot adolescentes generosos: atq; in primis duos fratres Bredanos, cognominatos de Nassauen, moribus optimis, & tanta concordia, quantum antehac inter fratres nō uiderim. Eorum alter sacerdotium habet ecclesiæ Bredanę, inter hos si uixerit, nihil uidetur indignum se, & habebit Iacobum uitæ moderate: qui, cum studiosissimus sit, gaudebit sibi contigisse, cui suam doctrinam libenter communit. Habebit Dismas qui cum perinde uiuat, ac si cum parere uiueret: cuius ex- emplo atq; familiari hortamine, ad honestissimas res incitetur. Hæc ut scriberem mi Antoni, partim ipsius adolescentis ingenium commouit, partim cum istis generis omnia de- berem, non putauī hoc posse me sine summo scelere præmittere: alioquin hæc in re mihi neq; feritur neq; meretur. Vale Antoni charissime, nosq; humanissimo patrono tuo cō- commendatissimos facio. Dixi tui hanc ad te epistolam, non scripsi: tum quo stomacho parcerem, tum quod essem iam scribendis literis defatigatus. Lutetiæ sexto Calend. Fe- bruarias. Anno **M CCCC XCVIII**

ERASMVVS ROT. ANTONIO LVTZENBURGO S. D.

Et mihi lucundissime Antoni, te tantum ut hominem humanissimū, & optime de me meritum amabam, nūc etiam ut literatum amplector, id quod ego nūc demum tuis literis cognoui. Caue me putes assentari, maiorem in modum delectauit stilus ille simplex & naturalis: uerba nō ascita, sed una cū ipsis sententijs coherentiā: sensus sani ac solidi, nihil neq; in uerbis, neque in sententijs aut portento sum, aut distortum, aut coactum, aut imminutū deniq; aut redun- dans. De Disma sic habe, extat & apud Varronem & apud Gellum per uetustū adagium huiusmodi, Malum consiliū consultori pessimum: at ego confido hoc optimo consilio nos omnes gauisuros: in primis humanissimum Abbatem patronum, si pateris, mihī te cum cōmunē: qui charissimo adolescenti pulcherrime cōsuluit: me, qui bene monuerim: te, qui fidelem & amicā nauarū operam: Dismam ipsum, qui iam nūc mihī gratias agit maximas: deniq; & Tutorē, qui talem nactus est, cui libenter literas suas cōmunicet, & apud quem industria suā bene colloceat. Est is, mihī crede, unius omnium, quos aspicit sol, integerrimus uir, & cādidissimus. Purgabis me Abbati, quod tam incōposite scripserim. Battum excita ut Battus sit, nunquam enim fuerit opportunius. Bene uale mi Antoni, Lu- tetiæ **XXVII. Calend. Aprilis. Anno M CCCC XCVIII**

ERASMVVS ROT. ANTONIO LVTZENBURGO S. D.

Et cepti simul & Abbatis munus, & a Batto missam pecuniosam, qua de re si nunc parum accurate gratias ago, ne putes id inde esse, quod parum hoc munere sim latus, sed erat negocij quiddā, & ualetudo admodum agitata. Cæterum quantum & te, & Abbatem, de hoc dono pro meis meritis, quæ nulla sunt, deamem, breui declarabo. Valebis, & tui similis mi Antoni esse perges. Anno **M CCCC XCIX**

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

Et morbo tuo spero equidem uideri esse, metuo tamen non nihil, ut sunt res mortalium. Nostra causa nihil est quod te angas anime mi, nostra chari- tas ut non ceperit a commodis initium, ita his sublatis non euanesceat: quod autem fors fert citra nostram culpam, id ego atq; adeo magno animo ferē- dum. Vt inam ualetudo tantum nobis prospera cōtingat a superis, cætera ipsi perumpemus, sed ea mi Batte iam nunc uacillat admodum. Illa quæ se negauit olim mihī sceminam fore, cur nunc etiam plus sit q̄ scemina uehementer admiror: sed durū te lum necessitas, quare musitata res, & tempori seruendum. De D. semper mihī male
E 2 prælagit

præfagit animus, sed hæc ab exitu spectabuntur. Desino iam mi Batte, de mea fortuna queri, quando sperare desij; hoc unum pudeat, rem tam late manasse, non sine multorum (ut opti nor) inuidia. Tu mi anime, facito te confirmes, tibiq; quam primum cõsulas. Vides enim rerum aulicarum qui sint æstus. Annotationes scripsi in officia Ciceronis: hæc propediem excudetur. Dicaturus eram Adolpho, sed nihil uideo causæ. Ludouico meis uerbis dices, gratissimū mihi facturum, si quæ sunt apud te epistolæ, diligenter perscripserit. Vale opti me ac suauissime mi Batte. Lutetiæ nonis Aprilibus. M CCCC XCVIII

ERASMVVS ROTEROD. IACOBO TVTORI S. D.

RIDIE quam has scriberem, iam alium quendam literis ad te datis oneraturam, uerum certius existimaui, si quid forte fortuna accidisset, alteras per hunc addere, nõ isdem quidem uerbis, sed eodem fermè argumẽto. In Hollandia plus sesquimensum non sine maximo sumptu contriuimus, contriuimus inquam, nihil enim æque perijt. Rursus in Selandia pueri mei morbus complures me dies remoratus est, non modo summo cum tædio, quod alio properarem, uerum etiam non mediocri periculo ualitudinis. Nihil enim adhuc eo cælo sensi asperius, meoq; corpusculo inimicius. Cetera mi suauissime Tutor, sic euenerunt, ut Erasmi tui res cõsueuerunt. Antistes Camera cõsis sui simillimus est. Veriana duris fatis premitur, ut subleuanda potius quam oneranda uideatur. Nunc ego in Battis mei complexibus, & in literis ac quiesco; neq; tamen omnino sine te, adeo multus in sermone nobis est Tutor; neq; ego fabulor quicquam libentius, neq; rem ullam audit Battus auidius. Iam te deamat, iam ardet, iam uidere gessit. Mihi crede, si quid omnino credis, tantum ego fucorum, tãtum perfidie in hominum amicitijs reperio, nõ his modo uulgaribus, uerum his quoq; quas Pyladeas uocant, ut mihi iam non libeat nouarum periculū facere. In Batto uno mortalium omnium beneuolentiam perspexi, uti synceram, ita constantem. Hunc ego amicū fortunæ non debeo, quippe quem mihi uirtus una conciliauit; hunc item non uereor ne mihi fortuna præripiat. Cur enim afflicto amare desinat, qui amare cõpuit uel afflictiissimum? Hunc tu doctissime Iacobe, quem admodum prænomine, ita candore miraq; simplicitate refers. Itaq; de uestro duorum animo ita sentio, ut si (quod omen auertant superi) uestra me fides fefellerit, ne ipsi quidem fidei fidẽ sim habiturus. Valetudine sumus, gratia superis, mediocri, & firmiuscula quam isthic eramus. A Romanis musis ad Græcanicas penè desciuimus, neq; conuiescemus donec ad mediocritatis metam aliquam peruenerimus. Ardebat supra quam dici possit animus, in tuam remigrare familiã: uidebar enim iam citra tuū sumptum posse & te frui, homine hominum qui uiuunt suauissimo, & mei uicissim copiam facere, sed absterrebat pestilentia, quæ Lutetiã me eiecit, & hoc in exilium protrulit. Quid enim hic usquã quod me capiat, præter unum Battum, quo ne ipso quidem toto fruor, quod magnã sui partem impendere cogitur aulicæ seruituti. Disnam tibi commendo, etiam si tibi pluribus nominibus quam cõmendatissimum esse scio, uel quod ingenio moribusq; suis tibi iucundissimus est, uel quod incredibile es gratiam reportaturus, si quam optime finxeris adolescentem, dignumq; omnium expectatione reddideris. Est enim pene totius generis Bergenensis publica de isto expectatio, tamẽ nostro quoq; nomine calculus aliquis charitatis atq; diligentie uelim accedat. Probam nactus es materiam, tu facito probum artificẽ præstes. Si quid istic opus erit, tu quod soles optime Iacobe, Erasmi tui famam summa uide defende, & lupum illum quam clarissimo audacissimoq; latratu deterre. Grammaticen Græcam summo studio uestigauit, ut emptam tibi mitterem, sed iam utraq; diuẽdita fuerat, & Constantini quæ dicitur, quæq; Urbani: Testis erit huius rei Nicolaus Benferadus certissimus, cui uel iniurato tuto credas. In reliquũ quid statuerim, iam accipe. Nonnunquam de repetenda Britannia cogito, ut meo cum Coletio mælem unum aut alterum in theologia sacris uerfer: neq; enim ignoro, quantus ex ea re fructus mihi capi possit, sed terrent infames scopuli adhuc, ad quos olim naufragium feci. Italiã uisendi nunc nos habet ardor, qui semper: sed ut ait Plautus, sine pennis uolare haud facile est. A Gallia pestis nos arcet. In Hollandia cælo quidẽ iuuor, sed Epicureis illis comestationibus offendor: adde hominum genus sordidum, incultum, studiorum contemptum præstrenuum, nullum eruditõis fructum, inuidiam summam: maxime quod id taciti omnes mei flagitare uidentur, ut autoritate confirmatus, & tanquam cõtra indoctissimorum hominum arrogantiã

gantiã armatus redeam. Nullo itaq; certo consilio pendemus adhuc, quò uenti secundi uocabunt, in eam partem cursum flexuri. Tu si quid in amici negotio aut perspicias acutius, aut prospicias sagacius, consilio iuua. Quicquid erit apud uos, quod me scire oportere putabis, id scribito diligenter. Vale cum familia. Bredanis adolescentibus optimis ac festi uissimis, meis uerbis salutẽ annunciabis. Ex arce Tornehenfi, Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROT. BENSERADO SVO S. D.

CRIPSIMVS heri de rebus omnib. humanissime doctissimeq; Benferade, sed quoniam alter datur tabellio, rei summam modo reperam. Ex Hollandia reuersus, apud Battu totus in literis uiuo, maxime Græcanicis. Misimus ad te Euripidem & Iocratem, missuri plura, sed metus erat, ne pestis istinc te iam aliquo propulisset. Si quid est noue Græcanitatis, uestem citius oppignerauerimus, quam non potiamur: maxime si qua Christiana, ut *Λαμοι*, ut Euãgelistã. Opes meas apud te depositas, tibi commendo. Scripsimus & Augustino, de quo quid sit, cupio discere, nihil em̃ adhuc inaudiuimus. Vtinã mi Benferade nostras Musas liceret cõiungere, sed hac de re, alijsq; omnibus scribes copiose. Summam tuam in me humanitatem optime Nicolae, neq; apud me patiar interciderẽ, neq; dissimulabo. Enitar pro uirib. ut si grati nomen nõ possim assequi, saltem ingrati hominis notam uidear effugisse. Vale. Salutac te ex animo Battus, toto pectore tuus. Ex arce Tornehenfi xv. Calend. Augusti. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROT. ANTONIO LVTZENBURGO S. D.

VASI parum fuerit, quod cum isthic essemus, tam improbe tibi negotium fecimus, absenti quoq; faciemus. Verum istud Antoni festiuissimẽ, non impudentiã nostræ, sed tuæ singulari facilitati imputes oportet. Scripsimus Iacobo Tutori, partim, ut ueterem hospitem nostrũ hoc tanq; xenio donaremus, partim ut illi ueluti stimulos subijceremus: quo magis curando, summa ut, studio, ingenio, fideq; annitatur, ut talis redeat adolescẽs, qui possit Bergenli stirpi facite omnium ornatiissima tum eruditione, tum moribus, splendoris accessionem aliquam adiungere. Ad eam rem tame si nihil ambigo, quin ille suapte sponte summo nisu incumbat, tamen meas partes, esse puto, meoq; in omne istud genus amore, illiusq; in me beneficijs dignum, ut subinde uel curret, quod aiunt, calcar addere curem. Eas literas Antonio tabellioni studiose trades, cõmendabisq; ut qua solet cura, fideq; Aureliam perferat, profecturum enim audio. Ceterum humanissime mi Antoni, si quid etiam ualeamus, libet cognoscere, agimus certe feliciter atq; suauiter: uel quod Batto fruimur, cuius ego animo certissimo candidissimõq; sic me oblecto, sic pascor, ut nolim uel uniuersas Arabũ gazas cõ hac una felicitate commutare: uel quod toto pectore in literis sumus, & tãquam ab omni negotiorum strepitu longe femoti, in intimis Musarum recessibus abditi latemus. Deortũ planẽ uita, si plusculum adesset librorum. Hunc igitur animum cũ literulis meis debeam mi Antoni, nõnne tibi uidear ingratiissimus, si studiorum meorum me capiat pœnitudo, tanquam quæ nullam frugem attulerint. Inaurentur alij, in fastigium euehantur, mihi Musæ meæ nihil præter uigilias, & inuidiam reportent, nunquã tamen harum pœnitebit, dum hic mihi perseverabit animus, fortunæ uolubilis contemptor. Neq; uero me clam est, hoc quod sum sequutus studiorum genus, alijs alienum, alijs infinitũ, alijs infrugiferum, alijs etiam parum pium uideri: nempe uulgo omnium qui nunc literas profitetur. At ego tanto magis accendor, cum utrunq; cognitũ habeam, neq; uulgo unquam optima placuisse, & hoc studij genus, paucissimis quidem, sed tamẽ eruditissimis probari maxime. Si Hieronymus insanus fuit, si indoctus, iuuat cum huiusmodi uiro despere, iuuat huic indoctorum gregi potius, quam istorum deorum choris annumerari. Quod si etiã huius cursus nostri metam non contingemus, contendisse certe ad res longe pulcherrimas, nõ illaudabile fuerit. Hanc meam mentem, si non approbabit homines, deus opinor, & probabit, & iuuabit. Resabit fortuna, at ille quod antehac fecit, aspirabit. Probabit olim & homines, certe posterũ. Sed ut ultra metas epistolæ porrigo, dum tuo amore uelut amabili quodam furore debacchans, mei oblitus, rapior, A deo mihi nõ epistolam scribere, sed tecum fabulari uideor. Quod humanissimo amplissimoq; præfati patrono tuo nõ scripsi, id neq;

ignavia, neq; ocij inopia factum est: sed neq; argumentū erat illo heroe dignū, simulq; uere bar patri benignissimo quidē illi, sed omnino plurimis maximisq; negocijs occupatissimo, scholasticis nugamentis (qualia fere nostra sunt) obstrepere. Ceterū mi Antoni scito, mihi nihil perinde in uotis esse, q̄ ut liceat illius amplitudini quocunq; officio meo gratificari. Sed aliud est amiculo quicquid in buccam uenerit, scribere: aliud summorum uirorum heroicās mentes epistola compellere, quas religiose etiam à salutantibus, adiri debere Plinius scripsit. In presenti igitur tute mihi apud augustum patrē, epistolę uice fungeris: dein de summa humanitate uiro Georgio priori meq; Battumq; summo studio commēdabis. Medico, ac Iacobo Plumioni canonico, uiris amplissimis deq; nostrū utroq; optime meritis plurimam salutem annūciabis uerbis utriusq;. Valebis optime Antoni. Ex Tornezhen. xv. Calend. Augusti. Anno M. cccc. xcix.

ERASMVVS ROT. IACOBO TVTORI S. D.

RECTA ad uos migraturus eram optime Tutor, Lutetia, nam quo libētius Et iam nummolorum nonnihil contraxeram, ut sarcinam nō fuerim tuis fortunis allaturus: sed cum audirem istic quoq; morbum subnasci, horum uel a uertere coacti sumus. Parētes tuos optimos, tuosq;, ut par est, simillimos, Antuerpię uisimus. In Hollandia ferē bimestres non sedimus quidem, sed ut in Aegypto canes, assidue cucurrimus ac bibimus. Equidem malim uel apud Phæacas uiuere. Gulielmum nostrum hominem suauem, quum nullis stimulis ad studium posset excitari, sic reliquimus, ut ne nunc quidem illius desiderio teneamur. Tuo certe nomine sic oburgauī, ut me penē inimicus inimicū dimiserit. Si Epicurus ipse renatus, illud uitæ exemplū aspiceret, sibī ipsi terribis Stoicisq; uideretur. A Dordracō periculo summo nauigauimus pridie sacramenti. In Zierzee dum pueri causa, qui febricitari ex nauigatione conperat, complures dies cōmoramur, ipsi penē in morbum incidimus: nisi quā ocyssime à Selandia, id est, ab inferis euolassemus. Episcopū nostrum salutauimus. Is suo more causas nouas comminiscitur, ne quid det. Apud dominam Veriensis oppidi res hoc erant loco, ut nec colloqui sine summo periculo potuerim, nec abire sine graui suspicionē. Nostri causam prępositi, qui ut nunc in uinculis est, ita domina in tutela. His ergo spebus liberatus, miserimū enim puto inaniter pendere, recta ad Battum meum contendo. Hoc uno me oblecto. Græcamur hic, sed solitānam Batto nec ocij satis suppetit. & est Romani sermonis amantior. Hoc in loco ad mensem unum aut alterum ancoras figere consilium est. Deinde quocunq; uenti uocabunt, soluemus. Iam dudum expectas, e qua tandem humanitate R. P. nos amplectatur ē proximo. Nihil habeo mi Tutor quod hic scribam: nam non Euripus ipse tot æstibus recipitur, quot huius animus. Paulo inaequam huc uenirem, sic ardebat, ut Ludouicum tumultuatorem illum, nostri accersendi gratia in Hollandia emandarit: largitus insuper aureos duos in sumptum uaticū. Vbi uero uenissē ipse, sic frigebat homo, ut monstri simile dicas. Quare de his æstuaris admiratoribus mihi nō esse pendēdum censeo. Domina forte in uis obuia, dextra porrecta, uultuq; perbenigno, ueteris in nos animi non obscurum argumentum prębuit, sed sperare uix ausim. A deo uigilant canes excubitores, qui iam ipsi lupi quoq;. Itaq; Erasmus se iam alit, suisq; uestitur plumis. Ut Gulielmum meum uiserem, imō ut Græcum facerem, magna cum librorū sarcina Harlem usq; profectus sum, haud dum scio, maiore ne sumptu, an labore & periculo. Verum omnem hic tum operā, tum impensam lusimus. Perierūt eo itinere coronati duodecim, perijt una amicus unus. Nam eiusmodi hominis animum perspexi, ut antea mihi de illo mihi met uerba dedisse uidear: sed sapientus uel puerorū exēplo, uerberibus admoniti, & nobis potius quā alijs sapientus. Habes mi charissime Tutor, omnib. ferē de rebus Erasmi tui. Nefas enim putauī, si Erasmicum quicq; Tutor ignoraret. De Disma magno opere confido te tuum officium facere, quare audacter tum tuo tum illius nomine polliceor. Restquum, ut tu de tuis fortunis omnibus facias me certiozem, quid agāt Bredani fratres, quos equidem arcissimo freno continendos esse censeo, ne quid in studijs nimis. Quid de Augustino nostro noui, de quo nihil adhuc quiui cognoscere: præterea Benseradus meus quid agat. Breuiter de omnibus rebus quæq; ad me, quæq; ad te pertinebunt, scribito diligenter. Battus meus sic te amat, ut ne meipsum quidem ardentius. Hoc mi Tutor

tor cas

tor tate putes *Ἐὐβλογοῦν*, nihil est omnino uerius. De Italia hoc autumno petenda cogito, uel somnio potius, nihil enim usq; affulget spei. Audio Hieronymū Besontini pręsulis fratrem eō proficisci destinaſſe: hominē ipsum studiosos in precio habere, ne de meo quidem ingenio pessime sentire; quod nisi mihi isthic mens omnino læua fuisset, aliqua certe rima in hominis familiaritatē irrepsissem. Bene uale. Lutetia. M. cccc. xcviij

ERASMVVS ROT. NICOLAO BENSERADO S. D.

REQVENTES huc, certissimiq; rumores quotidie adferuntur, pestilentiam istic maiorē in modum debacchari, nihilq; reliqui facere. Qua re quod metuebā, ne tu iam aliquo profugisses, non putauī uel pluribus scribendum, uel plura mittenda, ne scilicet multū periret operæ, si tu abuisisses. Rerum autē modo summa attingam capita. Hic primus datus est B. per quem scribere mus. Euripidem & Isocratem ad te mittimus, paratur alia, quæ posthac ad te ibunt: de Mioniana defensione dabimus operam, ut tuæ satisfiat uoluntati, simulatq; orationem & libros ad id necessarios erimus nacti. Si quid istic rerum est natum, quod me scire iudicabis oportere, fac ut sciam. Augustino, si iam reuersus est, has quas tuis coniunxi, reddes. Nugas meas quas apud te deposui, tibi etiam atq; etiam cōmendo. De nostra cōiunctione si quid excogitasti, habebis me ad istud facilissimū. Intelligis, opinor, quid dicam: id quanto pere cupiam humanissime Nicolae, uix tibi persuasero. Sed ut sperare uix audeo, ita suadere nequa q̄. Illud me cruciat, animū istum tuum tam niueum, tam philosophicū, nunc uix deniq; mihi perspectū esse: de quo tamen si nos nunq; non optime & sensimus & prædicauimus, tamen nescio quo modo id accidit, uel nostra utriusq; modestia penē nimia, uel aliorum opera, ut intimam familiaritatē Benseradi non sim mihi ausus polliceri: & q̄ esse soleo in colendis amicis pertinax, tam sum in asciscendis uerecundus. Si quid nouæ Græcanitatis istuc aduectum est, onera & hunc hominem sarcina, & me beneficio. Neq; metuas Nicolae, ne tuis in me meritis parum respondeam: crede mihi, non defatigabor, neq; conquiescam, donec pro uiribus æs omne dissoluero. Quum æs dico, non eos modo nummulos dico, quos mutui nomine abs te accepit: nullo enim leuore nomine me tibi pu to astricū: sed multo magis tuum istum in me animū, summaq; officia, quorum apud me nunq; est intermissione memoria. Hæc mi B. boni consules in præsentia, ubi certum cognouero te istic agere, curabo ut subinde aliquid studiorū meorum monumentū ad te proficiscatur. Epistolam ad Iacobum Tutorem scriptam, uelim per certum hominem cures Aureliam perferendā. Bene uale. Ex arce Tornensi. Anno M. cccc. xcviij.

ERASMVVS ROT. IOANNI CANONICO BRUXELLANO S. D.

PER Fortunas obsecro te mi candidissime Ioannes, purga me humanissimo hospitii, patronosq; meo Vicario, quod libellus pueri obliuione istic relictus est. Ita me ament superi, ut nihil iam multis annis accidit, quod æque doluerim. Si quid habes nouarum rerum uel de Augustino, uel de Benserado, uel de episcopo patrono meo, uel de Ludouico denique, qui istas in regiones est emandatus, ut me accerseret: per nostram amicitia te etiam atq; etiam oro, facito me tuis literis certiozem. Erit istud inter plurima tua in me officia non ingratisimū. Tabellionem habes ex Antoni Nothi familiaribus certissimum, cui quicquid uoles, rectissime cōmiseris. Veritæ offendi res omnes eo loco quo tu prædixeras: domina forte fortuna in uia facta obuia, dextram porrexit, uultu nō inimico. Cæterum à quibusdā non male cupientibus, ut arbitror, deterritus, à colloquio abstinui. Puer meus Dordraci febrī arreptus est, et quidem tertiana. Ea res me maiorē in modum sollicitum habuit, ita ut eius gratia Zierzee nauigarem. Illie enim matrē habet. Valemus adhuc, præterea nihil est quod fortunæ graulemur. Valet Battus, & te salutatur oppido: amat is quæcunq; Erasmus amarit. Cura ut q̄ optime ualeas humanissime mi Ioānes, & amiculum, uel potius clientulū addicissimum Erasmus tueri amareq; pergito. Ex arce Tornehsis tumultuantissime ad multam noctem. Iiii. Idus Iulias. M. cccc. xcix.

IACOBO VICARIO CAMERACEN. EPISCOPI ERASMVVS S. D.

CVM nullum omnino meum in te officium extaret adhuc uir nescio humaniorne an eruditior, certe ornatissime: tuq; is erga hunc homuncionem fueris, ut me prope incredibili quadā humanitate tua maximis beneficijs ueluti

E 4 sarcina

farcina grauiore obrueris, gaudebam impendio, uel tandem obieciam mihi qualem esse oportunitate, qua possem si non referre gratiam, certe propensam promptamque animi uoluntate quali quali officio meo declarare. Non potui non implicabiliter commoueri, quod puer meus iterum atque iterum admonitus, & quidem accuratissime, libellum tuum ornatissimum istuc reliquit: neque id persensimus, priusquam Antuerpiam iam peruentum esset. Sed humanissimam celsitudinem tuam, per tua in me merita, perque meum hunc in te animum obtestor, ut huic qui has literas reddidit, codicem ad nos perferendum tradas: aliquot menses hic sedere consilium est. Est autem iste de grege familiarum clarissimi principis Antonij Nothi, iuuenis fide diligentiaque spectato summo in nos studio. Mihi ipsi non rectius in manus dederis. Tantum facito, ut ille intelligat rem non nullius esse momenti, neque citra periculum negligi posse. Efficiam ut ad te aut mecum, aut certe per hominem certissimum redeat. Apud amplissimum patrem patronumque meum praesulem Cameracensem, morem obsecro antiquum obtineas, ut illi nos aut facias commendatores, si uetus illa gratia etiam num uiuit: aut in gratiam reponas, si refraxit. Deum Opt. Max. testor, qui specus omnis humani pectoris perspicit penitissime, me non minus flagrate amare illum, quam primis illis mensibus, cum & ille me paterna quadam pietate complecteretur, et ego illum supra modum tum mirarer, tum amarem. Quo magis cupio tuo in libro meam pro uirili nauare operam, quod plane intelligo, gloriam istam, imo fructum potius atque utilitatem, communiter ad te hospitem meum humanissimum, & ad illum patronum, & studiorum, id est, uitae auctorem meae pertinere. Bene ualebis ornatissime praceptor, & hunc clientulum tibi toto pectore deditissimum ita, ut soles, amabis. De tabellionis huius abitu, ad nonam demum horam uesperum factus certior, & ille sub gallicinum parabat iter: mihi tres epistolae, & sera nocte, & largiter coenato, scribenda: & ad eos quidem ad quos ne accuratissime quidem citra periculum scribi solet. Sed haec meam fiduciam tuae ipsius humanitati imputabis. Ex arce Tornehenfi. quarto Idus Iulias. Anno M. CCCC. XCIX.

HENRICO A. BERGIS PRAESVLI CAMERACENSI
PATRONO SVO ERASMVVS S. D.

D EVM mihi maximum optimumque iratum habeam, si fortuna alioquin insigne inferens, uulnus unquam animo meo infixit acerbius, quam quod proximo congressu humanissima tua me sublimitas ingratitudinis subinculcauit: uel quod tibi uni probari malim, quam reliquorum multis milibus: uel quod in primis ab uno isto uitio non solum instituto, sed ingenio naturaque semper abhorrit: nihilque in rerum natura tetrius, nihil foedius, nihil execratione publica dignius existimaui, quam beneficium acceptum, non saltem uoluntate memoriaque rependere. Quam equidem obiurgationem ita tuli, non ut ab inimico laesus, sed ut a parente medicoque amatissimo castigatus. Reliquum est, ut te obtester meum praesidium, meumque dulce decus, perque tuum pectus istud exorabile ac mitissimum, perque nostras fortunas, ut si quid antehac peccatum est, imo quia peccatum est, id uel simplicitati meae, uel imperitiae condones: nam malitiae certe mihi non sum conscius. Impudentiam & inscientiam tuam hac in re, tum alijs multis in rebus agnosco. Omnia dira huic capiti precor, nisi semper eo animo tuam beneficentiam accipis, quo probum & officij memorem clientulum oportuit. Amaui toto pectore, suspexi, teneratus sum, celebraui, memini: nullum a me sacrum hunc usque in diem sit, quo non deum immortalem orem, ut quae in me contulisti, ille qui potest unus, multo cum foenore in te refundat. Praeter haec autem quid possum? Id si nondum adduci potes ut credas, illud quae so mihi concedas persuadeasque tibi, me iam hoc esse animo, futurumque dum haec me destituet animula. Fortunam praestare non possumus: at hunc animum eiusmodi in te polliceor, ut nulli tuorum sit concessurus. Sauiant in me mea fata, afflictissimum facere possunt, ingratum neque facient, neque poterunt. Quod si tua benignitas quod antehac largita est, id satis nunc putat, ego uero praesul optime cumulatissimum etiam existimabo, cum tu permulta & sponte et humanissime donaris, ego promeruerim nihil. Neque uero sum a deo rustice ingratus, ut quid accipere mea postulet necessitas, respiciam potius, quam quid praeter meritum omne meum tua benignitas profuderit. Postremo cogites uelim, initio Erasmi non ita clementiae tuae fuisse traditum, ut potentem hominem, ut opulentum, ut magno loco natum, hoc enim nemo ipsi largitur, sed ut studiorum admiratorem. Is nunc etiam perseverat

uerat animus, longe quam fuit unquam flagrantior. Hunc totum tibi dedico consecroque. At o me terque quaterque felicem, si qua unquam dabitur oportunitas qua hunc non modo non ingratum declarem, sed gratissimum fuisse demonstrarem. Hic si ego studium ullum, si laborem, si uigilias ullas defugero, non recusauerim teterrimo isto carbone denotari. Interim Erasmo tuo fias oro propitius. Quod si non impetro, tamen ego patronum uel inferum amare uenerarique non desinam, ac sycophantis istis qui nos dirimunt, precabor quae talibus digna sunt. Apud meos in Hollandia plus mensum sum uersatus. His placuit ut annum etiam studijs impartiam: suo quoque nomine pudendum putant, si tot annis nihil omnino autoritatis affecturus reuertar. Bene uale humanissime ornatissimeque praesul. Ex arce Tornehenfi. Quarto Idus Iulias. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

Epistola familiariter iocosa, & Ironijs plena.

V IDEO literas meas stomachum tibi fecisse, quas tu morosius scriptas ais: ego iocofus puto, aut si quid erat aloes, id non in te, sed apud te iustissimus animi dolor effudit. Etiam si peccatum agnosco: neque id simplex, quippe cui neque mea conditio perditissima, neque tua felicitas in mentem uerit. Neque enim conuenit hominem afflictissimum facetum uideri uelle, sed supplicem, dica-

rem & petulantem multo minus, maxime apud eum quem fortuna secundis uentis rapiat, cuique sis aliquot nominibus obaratus. Tum id proprie quodammodo aulicum esse scio, ut ab ijs quos abiecit hera fortuna, quosque beneficiolo quoquam seruos fecerunt, non modo contumeliam nullam pati queant, uerum uitae etiam supplicem uocem ac timidam ferre, gratiam ultro expetentes, ubi miseros ipsi plagis occiderint. Verum quod in magnis morbis solet euenire, ut homines sui sensum amittant, id accidit mihi in acerbissima animi molestia, ut cum essem afflictissimus, miserum tamen esse me non meminerim. Et credebam apud Battum Erasmo omnia impune licere. Nam amaui te haecenus tantum, cur enim non fatear, non timeui, nec ignoras ardentissimum amorem cum metu non coherere. Verum euexit me paulo longius amor uere caecus, & peccatum uideo, neque poenam deprecor atrocem, nisi uitium mutaro. Posthac ita Battum meum amabo, ut amicum, ut bene meritum, ut eruditum. Ita reuerbor, ut praepotorem, ut regem meum, cui in manu sit me uel perdere, uel beare. Vel sustigari non recuso, si posthac uerbum ullum meis in literis deprehenderis, non dicam procax, aut licentiosum, sed omnino non blandum, non supplex, non quod seruum non dedecet, qui modo crucem metuat. Quin insuper habeo gratiam mihi patronae, quod me mihi in memoria rederis, fortunaeque admonueris. Nunc ad humanissimam tuam epistolam ordine respondebo, quae te oro, ut placidus propitiusque audire ne graueris. Primum morem illum meum morose scribendi prorsus abiiciam. Et si parum putas poenituisse erroris, nullum ego supplicium deprecor, modo me in gratiam recipias, non eam qua fuimus olim, non sum tam impudens ut id rogare audeam: maximum fuerit, si uel extrema parte haerebimus. Quod praepotens ex animo mihi bene cupit, meritum quidem meum nullum agnosco. Tuum erga me studium quo tanto me uiro commendasti, adoro exosculorque. Quod apud dominam nostro nomine gnauum fidemque patronum te fore polliceris, quid ego tibi uicissim ornatissime Batte pro ista tua in me pietate polliceor? Quid aliud quam me ipsum? At iam olim sum in tuis mancipijs. Quod autem Gulielmi epistolam ad me misisti, uisus es mihi mandare, ut quam primum arborem suspendio deligam. Actum de me iam dudum intelligo, si quidem ille successit. Sed quid ego malum meum tam impotenter fero, quod mea mihi stulticia accersuerim ipse. Iam me etiam si in crucem sustuleris feram, quanquam id quoque leuius duco, quam Gulielmum mihi praelatum conspiciere. Hoc unum te supplex, & per tuam felicitatem, & per deos mihi iratos oro, si tibi decretum est me perdere, ne longo differas cruciatu. Quod abbati non scripsi, quae so ne ignauia meam in causa fuisse putes. Neque enim argumentum ullum excogitare quini, & tarditatem meam non ignoras, damnam quidem, sed quid facias asino? Tum ita cogitabam, illum in Brabantia diutius absuturum. Antonio scripsimus, ne nos omnino in officio cessare putes. Ne nunc quidem occorrebat argumentum quale oportebat. Scio enim perniciosum esse scribere, quibus curiositatis est plurimum, doctrinae non perinde multum. Sed urgebant me oburgationum tuarum stimuli, scripsi que illi, si non ut uolui, certe ut potui. Malui enim illum male scriberem

scribendo offendere, quam non scribendo te iratum habere. Quod elapsus est quem hæreticum faciebant, primum filia gratulor, cuius pia lachryma mentem meam excruciant; deinde tibi quod non irrita uota filia nomine susceperis; postremo uiro etiam ipsi, si quidem mentem mutauit. Quanto magis eo supplicio dignus, scelestus ille suffraganeus dominicanus quo nihil contaminatius, nihil auarius, nihil arrogantius. In huius etiam odium, diligētius homini sum patrociniatus apud abbatem. Quod Terentios aliquot emittes unā cum Gulielmanis odis, faciā ut me frangi mancipiū dixeris. Sed ignosces quod ipse non Parisios emendi gratia recurrem, cupiebam quidem, sed ingens pluuia repente coorta impediebat. Et est iter, simulatq; cōmaduit, uix etiam caballis superabile. Tum tabellarius sibi stanneum abs te nummū datum affirmabat, eumq; se domi reliquisse. Mihi neque erat aliquid quod darem, neq; erat a quo mutuum peterem. & me ipsum in ignota urbe oppignerare non quīui. Experiar tamen, si quis me deus seruatum uelit, ut quæ petis, possim mittere. Quod me in arcem inuitas, si pestis hinc nos exigit, uitæ spem reddidisti Batte clementissime. Cur ego hic non genibus aduoluar tuis, non pedes pronus exculer? Seruatum me uis uideo, nō uis inedia perire. Quod enim supplicium aut acerbius, aut turpius? Mihi patrone iam nos hic pestis premit, iam in istam beatam arcē gestio aduolare: ita ut nō in cœlum æque. Verum ignosces timori meo, metuo adhuc nescio quid, ne nondum ira ista tua in me deflagarit: id ubi certum sensero, tum demum aram ego hanc relinquam. Interim sine me pudoris causa aliquandiu abesse: deinde adhibitis precatoribus rediero. Quod Gulielmi tui carmen tantopere scribis placuisse, rursum ego me concidisse intelligo, nec habeo quem inferum aut superum implorem, præter te unum qui mihi cuiusuis numinis es loco. Caminadus maximas tibi gratias agit, quod in ornatissima tua epistola sui mentionem dignatus sis facere: simul atq; edictū accepit tuum, uniuersam euerit supellectilem, quarens quod tibi mitteret. Is mihi crede nihil habet, quod idem tibi non sit, præter sermones quosdam quotidianos, quibus in congressibus & conuiuijs utimur. Eos si tibi mitti imperas, mittentur, ubi erunt tum emendati, tum aucti. De epistolis scribendis opus ad limam uocabo, & id quoq; si iubebis mittam. Præterea si qua iubebis, parati operiemur. Hactenus ad tuam epistolam, nunc extra epistolā pauca. Emiseramus iuuenem libris oneratum, is anteq; ad te peruenisset, tuam epistolā iam scriptam fuisse conijcio. Scripsi deinde per Adrianum, sed o me miserum qui scripserim. Scripsi enim (quod poenitet pudetq;) morosius: nondum tuam epistolam acceperam. Sed ignosce obsecro, ita te semper in ista aula beatam ac diuitem uiuere contingat. Bene uale: Nos hic ut digni sumus, esurtemus satis. Audomari. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS BATTO S. D.

Epistola iocosa.

N IHILOpus ut te gaudere iubeā, cum iam dudum te abunde gaudere sciam, qui quidē me molestam sarcinā humeris tuis excusseris. Adrianus etiā nunc ad se inuitat. Gardianus palam suadet, ut apud abbatē potius uerfer, si comode queam: Medicus contra, ut apud Adrianū. Vterq; facit opinor, quod canes solent, qui focū in culina nullum amant. De Gardiano an per omnia syncerus futurus sit, subhæsito. Nam subarrogantē esse sentio. Neq; de Adriano unq; uerbum apud te fecit, cum per illum res hæc potius confici debuerit. Nos quicūq; erit exitus magno animo excipiemus. Tu cura ut ualeas mi Batte. Mitte ut primum cōmoditas dabitur, nostra omnia, nostrosq; Dialogos omnes, si libeat forte perficere. Ludouico in ista, ut quantū potest omnes meas epistolas transcribat. Vale. Nō remoror Ludouicū dehor tante medico, ne magis in me murmurent isti cucullati. Audomari. M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

S ALVE plurimū suauissime Batte. Res nostræ sic habent, ut iam uelamētus blandiri, uel iocofius stomachari neq; libeat, neq; liceat. Res meas accipies: quare te queso, ut Batticum illum animum adhibeas. Iuuenis ille quem ad te libris onustū miseramus, intra quatuor hebdomadas reditū pollicitus, iam octo hebdomadas desideratur. Neq; ego nescio plura solere iter facientibus præter opinionem obtingere, morbum, latrones, noua negocia, mille deniq; morarū causas. Verū non temere mihi summus incessit metus, ne quid ista in re magne subit fraudis.

Prin

Principio Augustini ingenium, & uetera facinora nosti: deinde audio iuuenem apud nos non paucis obratum, tum neq; sapientem admodum, neq; certum, ad hæc Augustino iatim consilijs coniunctissimum: ea nunc demum emerferunt: ita ut sit, post festū, ut aiunt. Equidem sæpenumero tecum sum admiratus, quod illud esset tam repentinū in Augustino proluuium: quæ subita hominis metamorphosis, ut qui semper aliena furari consueueris, nūc sua largiretur. Nam nunc demum paulo plus insumpsit, quam a me acceperat. Suborta est nonnumq; animo suspiciuncula, me inescari, ut semel captus omnem rem soluum aucupi. Ea suspicio nisi plane fallor, me nunc ne utiq; faller. Id ut ita esse intelligas, quid acciderit, cognosce. Concessimus pestis metu Aureliam. Ibi statim post dies cōpluresculos iuuenem alter quos alit Augustinus, in morbum incidit, haud scio an cōragiosum, necdū certum scimus. Nihil enim difficiliter, q; loriginem illam suis se tenebris inuoluentem deprehendere. Verum cum puer iam quatrīduū & amplius assidue uomisset, alioq; assidue cita ueretur, ueritus ne quid ex his scætoribus ualitudinis contraherem, Augustino exposui, cōmodus esse, si quinque aut sex dies aliquō concederem, ipsi locum facerem, & naribus meis consulerem: deinde redirem. Statim Augustinus uelut ansa arrepta, in imice id tulit, etiam si magnopere id dissimulabat. Negauit sibi esse quod mihi suaderet, face-re iussit quod uideretur, sibi neq; mentem esse, neq; consiliū. Id eo spectabat, quod mihi tum temporis ne obolum quidem esse putaret, & citra pecuniā nihil posse, ut aut mane rem inuitus, aut in magnum inciderem malum. Adiunxi me Antuerpiensi cuidam M. Iacobo Tutori iuris pontificij professori, iuueni perhumano, nostricq; cupientissimo, literarum nostrarum studiosissimo & admiratori & prædicatori, sed ita adiunxi, ut ad Augustinum iuuenem recreato redirem. Hic Augustinus nō modo irasci, sed etiam inuidere huic cepit planeq; partim obticēdo, partim ænigmaticis illis suis figuris significare, mihi reditum ad se interclusum fore. Id tamen pridem senserā, libebat magis magisq; explicari. Si mulabat ille multa, ut est homo, uerum qui multa mentuntur, non queunt semper sui memores esse. Quid multa? deprehendi animum hostis, proditoris, latronis, & ut uerbo absoluam, omnia Augustini, ueteris inquam illius Augustini, quem tibi ex parte descripsi. Olfacio illum amara, perfida, subdola, denique se digna cogitare: illudq; in primis quod dissimulat maxime, ut iuuenem in Angliam quem misimus, me clam excipiat, pecunias literasue si quas adferat, auferat. Quid tum postea? Deinde eundem alio ablegat, multas scio causas quibus id facillime possit. Mihi uerba dabitur, profugisse iuuenem, nusquam comparere. Interea fiet aliquid. Aut ipse Augustinus aliquō se in fugam conijciet, aut certe nos aliquo pacto perdet. Mihi crede Batte, nihil ab eo expecto, nisi quod a perfidissimo sicario solet expectari. At misere uereor, ne iam redierit iuuenis, ac prædam prædo possit deat, captatam certe scio, uel hoc argumento. Nam ipsi Augustino nuper exciderat multa mententi, ut solet, se nescio quid de iuuenis aduentu inaudisse, illum iam in itinere esse, nec Parisijs, sed alia uia rediturū. Id eo spectabat, ne nos occurreremus, redeuntēq; intercepere. Ego continuo urgere cepi, a quibus nam id accepisset. Primum homo nugabatur, alias res interijciebat: deinde ubi non desisto sciscitari ac premere, ait se ex quodam accepisse, eumq; nominat. Ego protinus ad eum mitto, ecquid de Ioanne audisset. Ait nihil, nisi quod ab ipso Augustino instructus uidebatur. Expostulo cum Augustino, quid mihi eum uicij autorem cōmonstrasset, cui narrasset ipse. Variat homo colorē, murat sermonem, tandē premente me, ait, ebrium fuisse qui id dixisset: nam se quicquid esset illi dixisse. Huiusmodi technas permultas possem cōmemorare. Verū hoc habe mi Iacobe, nihil unq; mihi fuisse exploratus, q; Augustinum, si clam possit perniciem mihi moliturum, in primis his pecunijs insidiaturū. Quare si me saluum uis, neq; indormisces hac in re, neq; ulli labori aut sumptui parces. Nam si hunc scopulū præternauigaro, cetera tuta fore confido. Hoc igit est quod te uolo facere, aut si quid habes melius. Si iuuenis nondū redijt ex Angliā, potest fieri ut ille alio littore transmiserit in Galliam, uidelicet a magistro suo admonitus. Quare si libros aut pecunias ex libris collectas penes te habes, caue e manu emittas: serua quod habes: sin eum in Selandiam, aut alio emisisti, isq; nondū redijt, enitere omni cura, ut iuuenē ad te reuoces, & quicquid habet eripias, maxime quod ad me pertinebit, ne nummulum quidem cōmiseris. Dic te certū habere, me isthic in pauculos dies ad futurum. Et si honesto prætextu potes, etiam Augustini res detine, nondum enim res omnes

omnes meas ab illo recepi. Si iuuenis iam redijt, & apud te fuit, tu continuo per certissimos tabellarios transcribe, & quo die à te discesserit, & quid pecuniarum, & quo nomine, & quas literas habuerit, ut Augustino lupo possim negocium exhibere. Adde in epistola eiusmodi stimulos, qui possint hominem etiam confidentissimum, ut hic est, terrere: aut Adrianum mitte, qui si uidebitur, nos saluret, & omnia fugitiui iuuenis uestigia odoretur. Hac in re mi Batte quicquid in te est doli, quicquid opis, quicquid diligentiae, id totum effundas oro. Iam si iuuenis ad te ex Angliā redeat, omnibus rebus bona fide peractis, nihilominus omnia quae mea sunt apud te serua, ne plumā quidem credideris, hoc quidem quo dixi pretextu. Tum si iuuenis pridem isthinc discessit, & pecuniarum aliquid attulit: nec dubium uidetur, quin Augustinus artem exercuerit suam, tu continuo in Angliā mitte, qui rem olfactet. Quicquid autem à iuuenē receperis, id per tabellionē diui Audomari mittito, & quidem probe instructum & praemonitum, ne ad Augustinum diuertat, sed aut ad Dismam abbatem fratrem, aut ad Iacobum Antuerpiensem, qui cum uiuo, aut si causa uidebitur Adrianum mittito. Vale mi Batte optime ac suauissime. Per hunc iuuenem qui praetoris filium huc adduxit, nihil scripsisse demiror, cum tanta esset scribendi causa. Bene uale. Salutat te Iacobus meus familiaris. Libera me quam primum hoc metu, si fallor, malo: si recte, suspicor, Aureliā. Anno M. CCCC. XCIX.

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

V O die has scribebam literas, Aureliacum eram profecturi. Nunquam abest aliquis malus genius, qui nostra studia inturbet. Ad te quidem magis inclinabat animus, tum quod isthinc patriae futurus eram uicinior, tum quod occasio uidebatur oblata, qua tua studia nonnihil possem uel adiuuare, uel certe excitare. Verum ex aduerso in mentem ueniebant multa, uix isthic patere locum idoneum: nam eum quem apud Petrum ostendebas, probo quidem, caeterum est ea in re scrupulus quem scis: non quod meae uel continentiae, uel famae metuum, sed ne quid inde ad Petrum amicum suspiciosi rumoris redeat. Odit enim (ut scis) uulgius, maximeque aulicorum, literarum professores: & libentissime de nobis eiusmodi loquitur, cuiusmodi ipsi facitant. Tum fore reputabam fortassis, qui mirarentur me totiens isthuc currere. Postremo occurrebat & frigus tuus: propterea quod meminisses te, ut isthuc confugerē, frigidius ac penē timide monuisse. Et haud scio an etiā delectent iam literae. Quandoquidem in nouum amoris genus incidisti, in quo blandimenta desiderium foueant, nec copta tamen ut in caeteris fastidium adducat. Scis quid dicam. Iam non adeo me clam est, quod in Guilhelmu factus es propensior, totoque animo de illo ornando cogitas. Id quod adeo non inuideo, ut etiam debere me hoc nomine tibi fatear. Verū me cuius salutis fundamenta ieceris, nunc destituere, quid aliud est, quam filios uelle gignere, et susceptos exponere? Domina Guilhelmū magnifice uatico instruxit, me uacuum remisit, cum ille in patriam rediret, ego à patria recederem: ille ad cōpotationes properaret, ego ad libros. Respondebis dominam sat esse beatam, quae utriusque benefaciat. Sed tu non ignoras aulicorum ingenia, scis muliebrium mentium auras, praesertim, sed taceo. Vt cuique est, si ego promissis fraudor, gaudeo si in Guilhelmū meū trāsferuntur. Sin falso haec suspicor, quod quidem peruelim, & tu Battus es qui soles, fac ut domina quae promissit confirmet, praeterea sacerdotium largiatur: id tibi donatum puta, non mihi. Sic enim fuerit inuenta ratio, qua sacerdotiū possideas non sacerdos. Haec quam ob rem tantopere cupiam, dicam. Gestio quam primum Franciam relinquere. Gestio apud meos uiuere. Id uideo fore & ad famam utilius, & ad ualitudinem tuendam conducibilis. Nunc enim nostrates qui isthic sunt, credunt me libertatis gratia libenter abesse: qui hic sunt, suspicantur me à meis non desiderari, & tanquā eiecūm hic uiuere. Postremo si nulla sit alia, haec est causa grauissima, ut te, ut Guilhelmū meum septicule uideam. De libro excuso sic habeto, hic iam diuendū non posse, propterea quod ab interpretatione destitit Augustinus, & passim ob pestilentiam fugitur: & tamen nisi quāprimū diuenditur, non inuenero operi meo de literis, quod nunc praemanibus habeo, formulatōrē. Quare facito hac in re mi Batte, omni conatu, omnibus neruis, omni ingenio annitere. Scripsi domino praeposito paulo accuratius, misique codicem Adagiorū meorum, misi & odas Guilhelmi, misi & nugas meas olim excusas de casa natalicia. Iudocum ubi redisse sensero, tum & illi scribā & Abbati. Repperi enim argumen-

gumentū utriusque idoneū. Misimus in Angliā iuuenē cum libris aliquot distrahendis: eum miramur nondū ad te peruenisse, tum cum isthinc medicus discederet. Is ubi ex Angliā redierit, quoniam certissimus est, & nos haud dubie Aureliacum consequetur, per eum diligenter omni de re ac spe nostra perscribas. Ego ut quicquid in libris absoluero, statim ad te transmittam, ut si quis me casus interceperit, tu ingenij nostri monumenta emori non sinas. Doctoris titulum accipiam, si quid aut Moniolus mittit, aut domina: sin minus, spem eius honoris abijciam, & quacunque etiā conditione redibo ad uos. Iam pridem sum Franciae satur. Bene uale optime Batte. Nos ut quimus ualeamus, non ut uolumus. Misi ad te carmen in Delsū, sed extemporale, neque lectu dignū, nisi forte semel & cursim. Puta hoc de uide donum esse genere, semel edisse plus fuerit satis. Adolpho tuo Adagiorū codicem unum misi: eum si uidero literis delectari, posthac propria quaedam dicabo. Verum Graece te scire mi Batte percipio, tum quod sine his literas Latinas mancas esse uideo, tum ut conuictus noster sit iucundior, si omnino istidem studijs delectabimur. Adolpho quoque tuo prima elementa monstrā. Mitte, inquis. Veniunt hic, & quidem paulo. Sed respondeo breuiter, mihi ne semibolum quidem esse. Caetera tute diuinabis, quam ego seruitutem seruiam, & animū meū non ignoras, quā sit seruitutis impatiens. Verum ego exitū omnium rerum harum cuiusmodi sit futurus expecto, bene tamen confido. Porro cui nos filiae causa studebamus, absolutū esse gaudeo. Vale iterū atque iterum, imò semel uale Batte suauissime, & bene uale Lutetiae. M CCCC XCVIII

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

NON me clam est optime Batte, quā tibi praeter expectationē eueniat, quod non continuo adularim, praesertim cum res felicius etiā ceciderit, quod uteruis nostrum optare fuisset ausus. Verum ubi consilium meum cognoris, mirari desines: intelligesque me non minus tibi, quā mihi ipsi consuluisse. Dici uix potest, quantū uoluptatis tua mihi epistola attulerit. Iam nunc felicissimi illius conuictus nostris simulachrū fingo: qua libertate unā nugabimur: quibus modis cum Musis nostris uicabitur? Iam gestio ex hac odiosa seruitute euolare. Cur igitur contaris? inquis. Non temere factum intelliges. Nuncium non tam repente ad futurum expectaueram. Debetur mihi hic aliquanta pecuniola. Sed quid mihi non maximū uideri debet? Sunt aliquot conditiones cum quibusdam imperfectis, quas sine detrimento non poteram relinquere. Cum comite mentis iam coeptus est. Cubiculi locationē perfolui. Cum Augustino nonnihil mihi rei est. Pueri mei libri nescio quō aberrauerunt: eius nomine neque literas, neque pecunias ullas accepi, rationes nonnihil habent controuersiae. Haec omnia mi Batte sine dispendio uides me non posse relinquere. Quod si rebus imperfectis hinc migrassem, nihil mihi expectandū uidebam, nisi ut illa perirent. Nosti illud Terentianū, ubi eras: cur passus? Haec quidem mihi non negligenda fuisse uides, illud uero multo maxime me mouit, quod si subito me hinc rapuissem, perissent ea, quae de conscribendis epistolis composui, propterea quod penes unum Augustinum sit copia. Ne Laurentius quidem sperandus erat, neque quicquā scriptorū meorum. Nihil enim minus sperandum, quod uti ille tibi sua mittat, dum ego absūm, cuius unius nomine facturus est, si quid faciet. Vix summa ope natus, ab eo extorsit, ut Laurentij partem tibi mitteret, & ea quidem lege, ut tu uicissim huc aliquid nostrarū literarum remittas. Aequum ille postulat. Manus enim manum fricat. Da aliquid, & aliquid accipe. Quibus rebus adductus hoc cepi mecum consilium, ut hic me adhuc mensē contineā, donec aēs alienum recepero, conditiones absoluerō, mea scripta recuperauerō. Hoc consilium si probas, me non poenitebit: si minus, facies me quāprimū certiore: ex tua sententia faciā omnia. Audies ex hoc tabellario noquam Tragoediam. Is ubi ad me diuertisset, equo in pandocho relicto, seque in sella pecunio iam abdidisse diceret, iussit in diuersorium recurreret, pecuniamque eximeret. Iuit, ubi redit crepusculo, adorantur eum satellites, trudent, proculcant, uulnerant. In carcerē ducunt, pecuniam eripiunt. Primū suspicabar, nactum quibus cum potitaret. Vbi postridie non reuertitur ad multum etiam dici, me nescio quid eiusmodi diuinante, cōmodum ille redit, lutatus, cruentatus, & miseris tractatus modis. Nos recta ad aduocatū, inde ab urbis praefectum, noua proflus illic auis, Malim quamuis cloacam, quā illud antrum subire. Ipse

F apud

apud iudicem expostulo, ille profert ensē in medio fractum. Id satellites detulerant factum, dum ille nescio cui brachium amputaret in uia, atque in eo facinore cōprehensum. Aderant nobis testes, qui docerent illum gladio fracto urbē fuisse ingressum. Nam id acciderat, non ab asino, sed ab equo delapso asino. Iudex respondit se ius diciturū, ubi sceleris autores produxissent. At illi, nam aderam suo iudici, simul atque nos uiderent ingredi, subduxerant sese. Id Adrianus admonuit, sed illis iam egressis. Ita causam reliquimus. Poteram iam hoc omne terreri. Eum apud me retinere cupiebā, quod uulneratus esset, sed te quā primū de nostro consilio certiore fieri uolui, & tuam sententiā quā celerrime cognoscere. Præterea tot occupationibus premebar, ut uix somno tempus suppeteret. Ei octodecim duodenarios ad augendum uaticū dedi. Aiebat enim se non plus triginta abs te accepisse, & quod erat, a satellitibus creptū est. Præterea iuueni cuidā scutatū mutauit aureum, quod tabellarius aurum eius auro in itinere mutasset. Cura ut cum rursus illi pecuniæ mittentur, mittentur autem ut audio breui, iusta moneta mihi reddatur, ego illis nostram restituam, ut isthuc referant. Non es admonendus mi Batte, Noui enim & fidem & diligentiam tuam, ut & emolumento & dignitati meae consulas. Terret me non nihil aulæ natura, & fortunas meas agnosco, quā sint malignæ. Dominam isto in me animo esse plurimum gaudeo. Sed quo animo erat antistes? quā spem ostendebat? quid nunc frigidius? Malim ego certam aliquam stipem in literis tuis, quā amplissimam nominatam. Non tibi obijciam Vergilianum illud, Varium & mutabile semper foemina. Ego enim istam non inter mulerculas, sed utragines numero. Sed quotusquisque isthuc literas nostras miratur? Tum quis etiam omnem eruditionem non habet inuicem? In te quidem summa fortunarū mearum sita est. Sed si (quod omen magnus auertat Iupiter) res secus ceciderit, quā uterque uolumus, tu cum are tenearis alieno, præterea tuo quodā etiam fato sis hac in parte infelicitior, quid amiculo succurrere possis? Non tibi concedam, ut tu magis nostri, quā ego tui desiderio flagres. Sed etiam atque etiam uidendum consueo, ne nimium hoc caleat modo. Hæc scribo nō quod uel sententiā mutauerim, aut animo uacilem, sed ut tuam uigilantiam excitem: res enim cōmunis agitur. Quod nisi optime de tua tum fide, tum prudentia, tum etiam diligentia existimarem, ita ut tibi mandata prouincia, mihi in utramuis aurem dormire licere putarem, iam hoc rerum principio, tanquam omnine parum fausto terreri potuissim. Mittitur equus mercenarius obolo emptus, tum uaticum non contractum modo, uerum penè nullum. Si principia frigent mi la cobe, feruebunt scilicet extrema? Quando erit tibi honestior & iustior petendū meo nomine occasio, quā nunc cum sum asciscendus, & ex hac urbe, ab his conditionibus? Ego tantula sum, mulla ne pedes quidem uenire poterā: quid duobus comitatus & eques? Quod si res domine pecunia ministratur, ut optior, principū non placet: sin tua, multo etiam minus delectat, quod geritur non solum iniqua, uerum etiam aliena pecunia. Quid alienius a tali uero, qualem tu me isthuc descripsisti, quā statim ad primū nutum aduolare, præsertim talibus conditionibus? Quis non me aut leuem, aut stultum, aut certe miserimum iudicet? quis non cōtemnendū putet? Nisi te effusissime amarem mi Batte, & ita ut quauis etiam incōmoda tui conuictus felicitate cōpensem: hæc me ab instituto, consilio poterant auocare: sed nihil etiam mouent. Te modo admono, ut dignitati nostræ diligenter consulas. Quid igitur censes? inquis. Dicam, nos hic omnia studiose apparatus, scripta nostra colligemus, negocia absoluemus. Vos interim isthuc quod mittimus transcribetis. Per puerum quem propediem huc profecturū studij causa accipio, de omni sententiā perscribes accurate: deinde ubi transcriperis Laurentium, post tres hebdomadas, si uidebitur, per hunc ipsum puerum remittes, Adrianū loquar, qui & Laurentiū referat, & uaticum adferat & literas certissimas, uaticum, in quā, me dignum. Meo enim sumptu uenire nec possum, utpote nudus: nec par est, quippe hic satis amplas condiciones relinquam. Præterea equum meliorē (si fieri possit) mittas uelim. Non peto magnificū bucephalum, sed cui nō pudeat uinum insidere. Es scis mihi duobus equis opus esse, nam puerum omnino adducere statui. Hunc igitur alterum puero destinavi. Hæc tu dominæ facile persuadebis. Causam habes optimā, & faciendā tuam noui, quā soles etiā ex pessimis causis optimas facere. Quod si facere grauiabitur, qui quæso stipē dabit, quæ uaticū negat. Habes causas cur necessario nostram conuictionem distulerim, quā in capite epistolæ aperui, eam scio

tu probabis. Habes quibus rebus meæ dignitati possis cōsulere. Nunc reliquū est, ut rem quantū potes matures. Ego hic haud dormiā, tu isthuc uigila. Ioannes Falco milites te resalutat, Augustinus bene precatur. Omnes te amamus. Domine quæ meo sis nomine dicitur, non es admonendus. Bene uale mi Batte. Vide etiā atque etiam te uirum præbeas: nam comitem iam absolui, multa rogantem ac pollicentem, quo cōmodius omnia mea colligere rem. Pluribus te mi Batte monerem, nisi tuæ fidei plane confiderem. Petrus Franciscum medicum tuosque pueros generosissimos nominatim meo nomine salutabis. Bene uale, ac uigila, Parisijs tertio Calend. Decembres, Anno M. CCCC. XCVIII.

ERASMVVS ROT. IACOBO BATTO S. D.

ON I consules pro ueteri tua humanitate, quod secus atque statueramus, hic permanemus, non temere mutato consilio. Nam principio nihil erat uaticū, nisi quod mutuo sumpsissem: deinde iam a morbo reualueramus, tum hermo itinere non nihil terrebar, maxime hoc anno & multum & infeliciter peregrinatus. Et pestis, ut audio, iam propemodum sopitur. Adde huc hominum maleuolentium fabulas, si totiens istuc recurrerem. Postremo Iacobus hic tui non tam nomine, quā animo similis, ea charitate me cōplectitur, ut si ceterorum nihil esset, hæc una possem compe de uincti. Abbas porro adeo me inuitat, ut propè etiam ne ueniam, deterreat. Qui si maxime nos amet, haud etiam scio, quā in partem sit nostrum hunc merum accepturus: tum ut est animo non plumbeo, ne dicam leui, si amat, melius amabit absentem. Sin fratrem imitabitur, expedit quā longissime abesse. De cuius quidem mi Batte leuitate dicā an inuidia, pudet me tibi queri. O infelices literulas meas, quibus talis Antimoxenas contigerit, qui non solū non foueat, sed impense etiam inuideat. Redijt nuper, ut scis, e Louanio Ioannes Standonck unā cum paupere quodā magistello Mechliniensis. Huic antistes ille grauis negocium dedit, ut Parisijs quā sagacissime omnes uitæ meæ latebras uestiget atque olfactet, ad seque deprehensa transcribat, magnificum etiam præmiū pollicitus delatori. Addidit homo impudentissime leuis, se admirari, quā fronte Parisijs sedere ausim a se exautoratus. Infanissimus si hæc cogitasset, quāto dementior, qui hæc scholastico, & pauperi communicet. Auguror hominū bilem augeri, partim quod negligi se putat, partim atque adeo maxime, quod fratri, aut alijs, a quibus forte meo nomine male audit, queri de se me putet. Verū hæc adeo animū mihi non eripiunt, ut magis etiam libeat Parisijs insigne aliquod facinus ædere, quo illi rum pantur ista. Habes quibus adductus causis ad te non uenerim, alioqui ueniendū audidissimus. Id consilium, ut spero, comprobabis. Ceterum Ludouicum puerum olim meū ad te eman dau i hoc quidem nomine, ut Iudoco inseruiat, quem ego iam redisse puto: qui si nondum redijt, peto ut in retea adolescentē alteri cuiuspiam cōmendes, aut certe quod ille malit, ipse recipias, si quomodo possis. Est ea fide, ut nihil illi non concedi possit, id quod est in puero maximum. Tum scribit & expeditissime & polite, Gallice simulque Latine. Literatus mediocriter, patiens laboris, obsequentissimus, mente minime mala. Posset tibi quoque in libris transcribendis usui esse. Quare si illi per te erit prospectum, & mihi feceris gratissimum, & puero iam destituto subueneris. Quod si apud te locus erit nullus, uide ecquid apud Abbatem uacet. Sed si retines isthuc puerum, fac tabellario qui est in ditio Audomaro, pecuniolas nostras quā primū cōmittas ad me perferendas una cum Aurelio Augustino, qui est in membranis, & si quid præterea, quod mihi usui fore putas. Cum Augustino iam dudū me ipsa res reduxit in gratiā: agnoscit nomina, uerum negat esse sibi quod det, & credo propemodum. Huic Iacobo meo iam scutatos aliquot debeo. Quare nō omnem modo pecuniā, quā habes meo nomine, mittas, uerum etiam si quid ipse mutuum potes Erasmo commodare. Vnde recepturus inquis? a domina, quæ adeo non erit dura, ut natalem patiatur præterire. Sic est necesse mi Batte, si me saluum uis. Haud temere hæc scribo. Si uero desperas te puero huic posse cōsulere, caue isthuc hæere sinas, sed continuo remittas, tuis literis pecuniāque & libro, præterea si quid est aliud, oneratum. Non potes aut scribere aut mittere per certiorē. Laudo quod tam es in literis cautus, uerum per hunc, mihi crede, quiduis garrire potes. Adde illi de nostra pecunia uaticū loco decem aut duodecim duodenarios. Siue autem isthuc retinebitur, siue remittetur, uestem illi nigrā, quæ apud

te est, meam donabis, ut habeat aliquod ex me ministerij sui præmiū, nisi iam erit alienata. N. ut scribis per quā parce, id quod ego stolidissimo illi Galbæ imputo, cuius eiusdem stultitia pecuniæ meæ in Angliā perierunt. Verum id interea musibimus. Erat aliquando referendæ talionis locus. Nos nihilominus in literis instituto pergemus itinere. Poeniter Adagia istuc distrahenda misisse, cum hic & pluris ueneant & frequentius. Iacobus hic meus alter planè Battus, tanto affectu se tibi cōmendatum fieri cupit, ut maiore nequeat. Dignusq; est mihi crede, quem tu toto pectore cōplectare. Amat te effulsissime, tu ne comitte, ut in amore uicius uidearis. Vale mi Batte. Scripsi neglectius, ne quid teneram ad huc ualeitudinem exagitarer. Aureliæ, Anno M CCCC XCIX

ERASMVVS IACOBO BATTO

ALVTEM tibi precor mi Batte, quam ipse desidero. Ex quo Parisios redij, tenera omnino & delicata ualeitudine fuimus: tantos enim hyberni itineris labores, quos terra mariq; obiuiimus, non cura sed assidua lucubratio excepit, ut laborem nō posuerimus, sed mutauerimus. Accessit hoc tempus tum per se difficile, tum meæ ualeitudini mirū in modum inimicū. Memini enim posteaquā in Galliam sum profectus, nullam adhuc præterisse quadragesimā, quæ mihi morbum non attulerit. Nuper autē mutato domicilio, ita sum ea nouitate offensus, ut pōcturnæ illius febris, quæ nos ante biennium Orco fere demiserat, manifesta uestigia senserim: nos contra omni cura, medicorumq; opibus pugnamus, uixq; effugimus. Dubia enim adhuc planè ualeitudine sumus. Quod si denuo ea febris me arripuerit, actum de tuo mi Batte fuerit Erasmo. Non pessima tamen in spe sumus, diua Genouefa freti, cuius præsentem opem iam semel atq; iterum sumus experti: maxime medicum nati Gulielmum Copum non modo peritissimū, uerum etiā amicum, fidum, & Musarū quod rarissimum est cultorē: etus extemporalem epistolā ad te misi. De sarcina quod meam diligentiam requiris, ego uicissim tuam memoriā desidero. Præsentes enim tibi exposuimus, eam à nobis non nauatæ, sed Arnoldo Eduardo iuriconsulto cōmissam, qui nauatæ qui primus idoneus occurrisset, traderet peruehendam. Eius nomen nemo toto Londino non nouit: habitat in ædibus paternis Eduardi mercatoris super pontem Londinensem. Nihil refert utrum ad hunc mittas, an ad Thomam Morum. Is agit in collegio Lincolnensi. Miror hunc Arnoldum tibi esse ignotum, cum literas meas ad illum scriptas, ad te dederim per facundum illum tabellariū, per quem Laurentium miserā. Ei negocium dederam, ut de la trone illo nostro sciscitaretur, nec ille mihi quicquam renunciat, nec tu mihi scribis. Cupio enim eum furciferum non quidem ad crucem adigere, sed tamen ex urbe deterritum eijcere. Laurentij reliquos libros quos petis, Augustinus tibi esse affirmat: non quod ille grauetur mittere, uerum inspicere quid tibi desit, id continuo mittetur. Quod reliqua quæ petis, tibi non mittam mi Iacobe, quæso, mihi ignoscas. Vtinam ita res haberet, ut hic meum officium iure possis requirere. Iustiore quàm uellem causam habeo. Primum, quorsum tantopere ad rem attinet, me longas epistolas scribere, cum tu sis ipse præsens, & uia, ut aiunt, uoce rem acturus? Quid ego uel elucubratisimis literis possim, quod tu sermone non longe melius possis? Tum si maxime ad rem pertineret, non ausim omnino ualeitudinem interdicto scribendi labore uexare. Expertus noui quanto facilius morbus declinatur, quàm admissus eijcitur, quem ego iam nimium notis argumentis ad rem sentio. Et opus Adagiorū, quantum possum, paro, statim post pascha, ut spero, euulgandum: opus, inquam, neque breue & infiniti laboris. Collegimus enim ferè prouerbia octingenta, partim Græca, partim Latina: id si uidebitur, tuo Adolpho nuncupabimus. Quod ad dominā properas, gaudeo, præsertim uocatus: neq; dubito, quin mea causa partim te uocauerit: rem enim omnem illi male Gallicè perscripsimus. Sustinebimus igitur nos adhuc mensē ære alieno, donec abs te boni quippiam adferatur: alioquin ipsi istuc reddissemus. Indue, quæso mi Batte, ueterem illum animum tuum: scio te nihil non perferaturum, si modo annitaris: sed unum hoc mihi in te displicet, quod posteaquam ex Angliā tibi semel fictitiam epistolam scripsimus, tu omnia à nobis fingi putas. Quanquam in ea epistola, quam tu fide scripram arbitraris, moriar, si quicquam finxi. Quare abijce istam de nobis opinionem, & caue quicquam credas, à nobis, apud te præsertim, non uere, non

ex animo scribi. Est mihi in animo, hoc absoluto opere ad dialogum absolundū toto conatu accingi, totamq; hanc æstatē componendis libris dare. In autumno, si licebit, Italiam petemus, doctoris insigne paraturi: tu quæso mea spes, fac ut sit libertas, ut sit ocium. Ad Græcas literas totum animum applicui: statimq; ut pecuniā accepero, Græcos primū auctores, deinde uestes emam. De Adriano, aut alio quouis in Angliam mittendo, fac sententiam tuam cognoscā. Mihi quidem multis nominibus non prætereundum uidetur. Quod simulatq; significaris, exemplar scriptum unā cum literis ad te mittemus. Gelrium illum epigrammatum scriptorem comprehendendum ego & in uincula conijciendum censeo: est enim haud dubie scurra perfricta facie, & qui nullum scelus non audeat. Vale mi Batte, & Erasmmum tuum serua: ubi ualeitudinem serferimus, nihil à nobis præteribitur. Parisijs pridie Idus Apriles, Anno M. CCCCXCVIII.

ERASMVVS BATTO SVO S. D.

ER quem mihi meas lucubrationes miseris, per hunc ego tibi Laurentij partem unā meis cum literis remisi. Tabellioni, ita ut iusseras, octo denarios dedi: præterea nihil erat quod scriberem noui. Euenit mihi quod uulgo solet, ut uulnus illud in Angliā acceptū, nunc demū dolere incipiat, posteaquā in ueterauit: & hoc magis dolet, quod cum indignissima sit cōiunctum contumelia, nulla tamen à me talio referri potest. Quid enim ego aut cum Angliā uniuersa dimicet, aut cum rege: nihil illa cōmerit. Et in eum scribere, qui possit non solū proscribere uerū etiam occidere, dementiae extremae puto. Quare hac in re cum Themistocle obliuiscēdi artem opto. Sum quidē totus in literis, & Adagiorū præcorum collectanea meditator conscribere, tumultuario quidem opere. Video Chilliades aliquot futuras, uerum duas duntaxat, aut tres ad summū centurias emittere est animus, Eas tuo Adolpho dicabo. Miror te per hunc Francisci fratrem nihil scripsisse. Vide ut sarcinam diligēter meam exceptes: nam Galba ille ut scis, harpyia est: exceptam diligenter ad me mittas. Est in ea tunica, partim nigro, partim subnigro suffulta: est chlamys abs te empta, est caligarum uiolaceo colore par, est Augustini Enchiridion in mēbris scriptū: sunt Pauli epistolæ: sunt alia nescio quæ. Græcæ literæ animū meum propemodū enecant: uerum neq; precium datur, neq; suppedit quo libros, aut præceptoris operam redimā. Et dum hæc omnia tumultuor, uix est unde uitam sustineā: hoc literis nostris debemus. Bene uale Batte charissime. Quæso te ne quid nostræ querelæ moucant: libuit enim ut soleo, apud te animi curas effunderet: cæterum animū non temere abijciemus, & iuxta uetus adagium: dum sperabimus, sperabimus. Lutetiæ, M. CCCCXCVIII.

ERASMVVS ROT. BATTO SVO S. D.

VAS iam epistolas ad te scripsi, quarum alterā ignoto cuiusdam cōmissi, altera perijt, eaq; uerbosissima: quare rem omnem quàm potero paucissimis perstringam. Iter habui infortunatū. Epomis sella alligata excidit, nec diu quæ sita potuit recipi. Erant in ea uestis linea, pileum nocturnum lineū, aurei decem, quos in hoc deprompserā, ut permutarē si licuisset, erant & preces horariz. Is cui pecunias hinc digrediens commiseram, egregie dissipauit, alias mutuo dedit, alias sumpsit sibi. Henricus, cuius uxori mutuum dederā, Louanium aufugit, uxor consequita. Tertius, excusor librorum absentis nomine pecuniā recepit de chartis uēditis, nec reddit obolū. Ghisbertus hinc iam abierat. Permutandi auri uix tolerabilis cōditio offertur. Augustinus nondū redijt: absens omnia perturbauit, pecunias missas interceptit, minacem epistolā misit, metuit enim ne eas iam inuicassent. Video mi Batte summā iam defluxisse, & minorē quàm credas factā. Equum quatuordecim ferè dies saginatum, quinq; aureis uendidi: pedibus laborabat. Iter distuli, nō solum quod uaticū deesset, sed multo etiā amplius, quod preces perissent. Cum comite uiuo uetere conditione, in qua me minime difficile præbui, quo essem liberior, amat me & colit. Cum Fausto mihi, & altero quodam nouo poeta summa familiaritas: cum Delio certamen acerrimum. Totum me libris dedo, sparsa colligo, cudo noua: nihil ocij relinquo, quantū per ualeitudinē licet, quam duris itineribus non nihil fractā intelligo. Quo in statu res meæ sint, habes: nunc quid in po-

F 3 iterum

sterum statuerim paucis accipe. Statui in Augustū iter Italicum reijcere, si queam interim ea comparare, quæ tantū iter postulat. Comes & ipse decreuit, si mater permittat, Italiam uisere, sed post annum deniq; neq; de me ducendo uerbum intercessit. Memini quā magnifice fuerim iam antea spe huiusmodi delusus; & si hic annum expectē, quando tandem meum Battum reuifam? Et dictū incredibile, quanto pere ad tuam consuetudinē animus reuolare gestiat. Quare uisum est potius, profectioem, quantum licebit, maturare. Opus de conficiendis epistolis recuditur, id absolutum propediē ad te mittetur: & quidem tuo Adolpho dicatū. De Copia, de Amplificationibus, de Argumentationibus, de Schematis adijcietur. Hæc quoniā scholastica sunt, puero, tibiq; cōmuniter dicare placuit: quod quidē excusum mittere malim, & dabo operā. Contraxi aliquot scripta, quæ nouo quodam fato e latebris prodierunt. Ea castigata ad te missurus eram, si tabellarius certus contigisset. Quare fac Adrianū quā primū mittas, qui omnia mea secum adferat, caue quicquam relinquantur. Natalis minorita theologus apud me fuit, per eum dominæ & cæteris scribam. Piquardus dominā ad pentecosten reuifere statuit, qui quidē homo nihil me delectat: ipsa est theologia, in dō scabies ipsa. Adnitere quæso mi Batte ut Louanij unā uiuamus quā primum: perfice quod cœpisti. Pudet me dicere, quā me res ipsa urit. Video mihi summā, quæ iam magna ex parte dilapsa est, esse faciendam, quæ & indices singulos deceratur necesse est. Nec est in ullo mortalitū aliquid solidæ spei, nisi in uno Batto. Tum quantū possis, re ipsa comperi, modo fatalis iste animus non desit. Quid cupiam efficere, uides. Neq; est pudoris me, hominē, à quo tantum beneficiorū acceperim, precibus orare. Si manū porrigis, annitar & ipse: sin minus, quò fata uocant sequemur. Non deerit petendi argumentū, uel quod iter necessarijs de causis differēdum erat, uel quod fatius sit librum meis sumptibus excudi. Tu quid spei aut animi habes, facito me certiozem. Bene uale Postridie Calendas Maij, Lutetiæ. M. CCCC. XCIX.

ANTONIUS DE BERGIS ABBAS BERTINICVS, IOANNI
de Medicis cardinali, per Erasmus Roterodamum.

ALVTEM quam amplitudo mihi tua scripsit, equidem maximi muneris instar accipio, eamq; tibi plurimo scœnore cumulatam rescribo. Ex epistola tum eruditionis, tum modestiæ plena, humanissimi pectoris istius, & omnino Medicum gente digni simulachrū libenter agnouit, id quod antehac cum apud nos ageres, perspexeram. Quod autem hospitoli nostri non solum ministri, uerum etiā tam diligenter pro eo gratias agis: quodq; tam benigne tuam inuicem operam offers, animū quidem istum tuum tam propensum, uolēs gaudensq; amplector, meritū meum nullum agnosco. Quod enim nostra mediocritas, cum cognoscendi studio in his regionibus nostratibus uelut Vlysses Homericus, aut Solon Herodoticus peregrinum ageres, qualicūq; sedulitate accepimus, nulla hic nostra prædicanda est humanitas, sed summa barbaries inhumanitasq; nec fuisse, fuisset. Utinam autē uel tuæ dignitati, uel nostro animo satisfactum esset. Mea quidem tecta iam aliquot annis hospes nullus subijt uel ornatior, uel iucundior, ut hoc nomine me tibi beneficium debere potius existimem, quā credidisse. Porro opera tua, si quando erit usus, tanta omnino libertate utar, quanta tu benignitate offers. Libuit autem interim & hac in re præscum referre morem, ut tuæ præstantiæ non solum hospitalis epistolę, uerum etiam xeniorum uice non nihil adderem. Mitto autem cantiunculas mulicas duas: quod ego munus, tametsi perquam exiguum, ac Ciceroniana etiā leuidentia leuissimum, tamen haud ingratum fore confido, uel quod es ipse huius artis antiquissimæ, omniumq; consensu diuinæ longe scientissimus, itidem ut aliarum omnium: uel quod cantilena recens est & nuperrime nata, & ex eo quidē nata, qui se quondam in clarissima Medicum familia prædicat alitum fuisse, quæ mihi nimirū ingenijs excitandis, ornandisq; studijs cœlitus data fuisse uidetur. Is est in nostra urbe mulicæ artis princeps. Præposito Vuateni salutem tuam tuis uerbis annunciauit eam incredibili accepit cum uoluptate, suamq; largiter ascribi iussit. Præstantissimā amplitudinem tuam florentem & incolumem tueantur superi. Apud diuum Audomarum III. Calend. Augustas, Anno à Christo nato supra millesimum quingentesimo primo.

CLARISSIMÆ ANNÆ BERSALÆ PRINCIPI VERIANÆ,
ERASMVVS ROTERODAMVS S. P. D.

RES Annas ueterum literæ prodiderūt posteritati: eam, cui cognomen Perenna, quam ob egregiā in Didonem sororē pietatem, in cœlitū numerū reulatam antiquitas credit: alterā Helcanæ uxorem: cuius ad laudē abunde factis est, quod & anus, & auspice deo, Samuelem pepererit, non utiq; sibi, sed Deo quidem sacerdotem religiosissimū, populo uero iudicem incorruptissimum: tertīā uirginis matris parentē, ac Iesu dei & hominis auā, ut ne hæc quidem iam alijs egeat præconijs. Et primā quidem Romanæ Musæ immortalitati consecrarunt. Secundam Hebræorū annales multa laude nobilitant. Tertīā Christiana pietas adorat, Roderolphi Agricolæ, Baptistæq; Mantuanī facundissimis literis celebratam. Nunc o si meæ quoq; tantū literæ ualeant, ut tuum istud tam piū, tam niuē, tam castum pectus posteritas norit, & tribus Annis quartam te annumeret: & fiet profecto, modo tuæ uirtuti nostrum ingeniolum respōdeat. Equidem adducor, ut credā nomen istud non sine mente, ut ait Maro, nec sine numine diuum tibi cōtigisse, adeo multa uideo tibi cum illis esse cōmunia. Nobilissimę illæ, tuis uero imaginibus quid habet nostrū hoc regnum illustrius: Illæ pietate insignes, & tua gratissimæ cœlo pietas: illarum afflictissimis rebus multum facta, multū spectata patientia, quod tibi cum illis cōmunis etiam quā uellem. Erat enim tua ista integritas & uirginea simplicitas, fateor, perpetua prosperitate dignissima. Verū quid facias: Hic est uetus ille fortunæ ludus, indignos in altum euehere, & innocentia negocium faceffere. Tu uero mea patrona, palmæ arboris exēplo, ne cede malis, sed contra audentior ito, quā tua te fortuna sinat. Ego uero quanquā pro incredibili mea in te charitate, uel pietate potius (salutem enim illi omnem debeo, cuius beneficio mihi cōtigit in literis uiuere, sine quibus ne uiuere quidē possim) casus tuos acerbe omnino fero, tamen hoc me non mediocriter recreat, quod istiusmodi procellæ nonnunquam à superis propitijs immittitur, non ut obruant, sed ut uirtuti segetem quandam & materiam suppeditet, quo uidelicet magis magisq; splendet. Sic Hercules & Aeneę Vlyssisq; uirtus effulsit: sic lobi probata tolerantia. Non igitur tantum capio dolorē, quod ista obijciuntur, quantum uoluptatis, quod obiecta sic feras: fers autem, id quod ego non semel sum admiratus, adeo non dicam toleranter, sed omnino alacriter, ut ego me iam tuo exemplo (dicā enim simpliciter) confirmē magis quā uoluerum, homo pene ad infortunata natus: quippe qui iam annū solidum aduersis uentis, aduerso flumine, irato cœlo nauigem. Fit etiam, ne scio quo modo (nam cur non audeam tibi fateri) ut te hoc quoq; nomine peculiaris diligam, quod Rhamnusiā illam, quā ego semper iniquissimam tuli, ne tibi quidē satis æquā esse uideo, ut inter mortales, & malorum societas aliquoties conciliat beneuolentiam: quanquam quid hoc simile? Nam tua quidem dignitas iam prope extra fortunæ est aleam, & te quidem nonnunquā uellat: at in me sic constanter debacchatur, scilicet hoc uno sui dissimilis, ut possit in literas meas coniuasse uideri. Succurrit has literas exarati. Cui enim potius infelicitatem meam aperiam, quā quæ sola & possit & uelit mederi? Succurrit inquam, hunc ipsum solem iam anniuersarium illuxisse, quod in Britanico litore pecuniola mea, studiorū meorum alimonia, naufragium fecit: à quo quidem die, ut memini, perpetuam malorum catenam, trahentibus inuicem anlis, in hanc usque lucem fortuna porrexit: etenim simul atque nudum me Britannica Charybdis orbi nostro reuoluit, sæua tempestas, atque ob eam iter longe durissimum, deinde in iugulos nostros acutæ latronum sicæ exceperunt, tum febris, postea pestis, quæ tamen fugauit tantum, non afflauit. Adde his domesticas curas, quas non parum multas quotidie mortalium uitā paritat. Sed partim pudet, ita me deus amet, me uirum utcūq; literarum præsidio munitum, ac philosophiæ præceptis armatū, animo consternari: cum tu, quā & natura cœminam finxit, quā fortunę indulgentia summo loco genuit, maximis delicijs educauit, non nihil habes quod feras, & feras tam nō muliebriter: partim quod quantumuis in me detonaret fortuna, nullam esse causam statuerem cur literas deserā, animoq; frangar, dum tu mihi ceu certissima quædā Cynosura præluxeris. Si quidem literas fortuna ne potest quidem nobis eripere, pecuntolam uero, quātulam hoc ocium desiderat, opes tuæ animo scilicet tuo pares, facile possint suppeditare. Et fortunæ quidem tuæ debes, quod uales:

animo tuo ego debeo, quod uis, & uis etiam libenter Musas meas alere, ex te nimirum una pendentes, te unam respicientes, tibi uni consecratis. Aluit Choerilum malum ferreumque, ut ait Lucilius, scriptorem Alexander Magnus. Maronis et Flacci tenuitate Meccenatis inexhausta benignitas fouit. Plinianas lucubrationes Vespasiani studium acuit. Semigræculas Ausonij musas Gratiani Cæsaris humanitas etiam consilium Romano decorauit. Hieronymi piam facundiam Paulæ & Eustochij nobilitas ornauit. Nuper etiam Politiænum seculi nostri delicias, Laurentius Medices tanquam gremio suo educatum, extulit. Et ne iuxta Græcorum dictum harenas numerem, suus cuius ingenio contigit Meccenas. Neque gratiam adeo poenitendâ sibi mihi uidentur suis patronis retulisse, quorum memoriam æternitati libris suis consecrarunt. Ego uero mea nutricia ne Meccenatem quidem ullum, aut Cæsarem tecum sanus permutauerim, & quod ad reponendam uicem attinet, quantum hoc ingenioso potero contendere, pro mea quoque uirilitate, ut & meâ Meccenatem postera secula nouerint, mirenturque unam extremo orbe foeminâ extitisse, quæ bonas literas partim imperitorum inscitia corruptas, partim principum uitio iacentes, partim hominum desidia neglectas, sua beneficentia studuerit excitare, quæ Erasmi literulas à splendidis pollicitatoribus destitutas, à tyranno spoliatas, omnibus fortunæ casibus oppugnatas, passa non sit egestate concidere. Quod uti instituisti, ita pergas, supplices tibi manus tendunt literæ meæ, alumna tuæ, teque & per tuam obtestantur fortunâ, quam & secundam summa cum laude contemnis, & aduersam fortissime tulisti, per suas item fortunas semper iratas, contra quas tuo uicinis patrocinio consistunt, & per excellentis illius reginæ, nempe ueteris theologiæ amorē, quam *ἡ ἀρχαία φιλοσοφία* ille diuinitus afflatus, æterno regi dextram assistisse scribis, interprete Hieronymo, non fordidatam, non pannosam, qualis nunc uisitur in ludis sophistarum, sed in uestitu deaurato, circumamictâ uarietate, cui ab situ recipiendæ uigilantiæ nostræ omnes defudant. Quam ad rem duo quædam perne cessaria iam dudum sentio, alterum ut Italiâ adeam, quo scilicet ex loci celebritate doctrinulæ nostræ nonnihil autoritatis acquiratur; alterum ut doctoris nomen mihi imponâ, in eorum quidem utrunque. Neque enim, ut inquit Horatius, statim animū mutant, qui trans mare currunt, neque me uel pīlo doctorē magni nominis umbra fecerit: uerum ut nunc tempora sunt, ita morem geras, quando nunc non dicā uulgo, sed etiam ijs, qui doctrinæ principatum tenent, nemo doctus uideri potest, nisi magister noster appelletur, etiam uertante Christo theologorum principē: cū antiquitus non ideo quis pro docto haberetur, quod doctoris nomen esset mercatus, sed ij doctores dicebantur, qui libris editis, manifestum doctrinæ specimen dedissent. Verum, ut diximus, frustra bonâ fabulam egerimus, quam nemo non explodat. Quare leoninam pellem induamur oportet, quo fides fiat, & nos literas didicisse, istis qui de uocabulo non de libris (quippe quos non intelligunt) hominem censent. Il sunt homines quidam præposteris literis imbuti, magna nimirum mercede docti nihil scire, crassa Minerua, sensu uix etiam cōmuni, sed Deum immortalē, quā ceruicosa arrogantia, quanto supercilio, quippe qui sibi unā cum inani nomine consummata doctrinæ falsissimā persuasionē induerunt. Il Philoxenum & Gnathonē turpissimos gulones referentes, disciplinas omnes culinarij sermonis sordibus & tanquam emuncto mucro foedant, quo generosis ingenijs nausea deterritis, ipsi soli rerum potiantur. Cum his quoque monstris mihi decertandū est, & Hercules alter præstandus: quare si tu Erasmi tuum armaueris, ut possit cum his portentis paritum animo, tum autoritate contendere, non nos modo, uerum etiā ipsæ literæ se tibi debebunt. Armandus autem, mea princeps, Homerici Glauci armis, sed quæ dedit, non quæ recepit. Hoc ænigma quid sibi uelit, ex Batti mei litteris cognosces, cui citra fucum omnē sortem meā aperui. Perfricui faciē contra morem meum, contraque ingenium, contra uirginem illum literarum pudorem, sed ut ait ille, durum telum necessitas. Misi te tibi, Annam Annæ, carmen uel rithmos potius à me puero admodum lufos, nam iam inde à tenellis unguiculis eius diuæ pio studio flagraui. Misi præterea obsecrationes quasdam, quibus ceu magicis precaminibus possis non lufam illam, sed eam quæ iustitiæ solē genuit, celo uel inuitâ, ut ita loquar, deuocare: quam quam ea quidē solet esse facillima, si uirgo uirginis uotis uocetur: nā te quidem non tam in uirginibus, quæ in uirginibus pono: siquidem quod olim puella admodum nupliti, id quidem partim parentū autoritati, partim generi propagando datū: & eiusmodi fuit coniugium, ut

ut non tam sit imputanda uoluptas, quæ patientia spectata. Quod autē nunc ista adhuc a te uirenti, & penē puellari, nulla procorū instantia possis à continentie proposito diuellis, quod in fortuna tam affluenti, tam nihil indulges tibi, id ego nō uirginitatem, sed uirginitatem existimo: in quo si, ut confido, perseverabis, ego te, mihi crede audacter, non in adulescentularum choro, quarum, ut ait, scriptura, nō est numerus, non in octoginta Salomonis cōcubinis, sed in quinquaginta reginis, & Hieronymo quidem, ut spero, approbante annuauero. Est iam dudū in manibus de epistolis, & item de uarianda oratione opus, Adolphi filij tui studijs adiuuandis destinatū, tum præterea de literis, tuo uidelicet nomine consecrandū. Quæ si forte serius uoto prodibunt, non meam tarditatem, sed fortunam accusabis, aut si maui operis difficultati imputabis: nā malos quidem libros emittere, in fanissimum; bonos edere, longe difficillimū. Bene uale, & Musas nostras tibi commendas habe. Datum Luteciæ sexto Calend. Februariar. Anno M D

DES ERASMI ROTE

RODAMI EPISTOLARVM LIBER DECIMVS.

ANTONIO A BERGIS, ABBATI DIVI BERTINI
ERASMVVS S. P. D.

VVM incredibilis humanitas tua pater amplissime, cumulationibus beneficijs me sibi teneat obæratum, quā ut (etiam si capitis huius auctionē fecero) uel forti soluendæ par esse possim, ego tamen grati animi conatū cuperem officio literarū utcumque significare, ne pessimum nomen iure uideri possem, si æs alienū, uel qualicumque opera redimere dissimularem. Contatio me quædam aliquantisper tenuit, uerentem uidelicet nonnihil, ne grauisimis istis, sanctissimisque occupationibus, quæ quidem non sum nescius, quā celsitudinem tuam domi, foris, priuatim, publice distringant, nugis meis intempestiuis obstreperem, ac dum impense officiosus studeo uideri, fierem odiosus. Eleganter enim Græca parcemia dictum est, *ἡ κατὰ τὸ ἴσως ἔχουσα εὐφροσύνη*, qua uere significatum est, nihil interesse, maleuolentiæ, an beneuolentiæ sis molestus. Verum ubi è diuerso succurreret ista corporis heroica species, ac ualetudo felicissima, quibuslibet etiā laboribus facile par, tum animus isto scilicet corpore dignus, *ἄσπυς*, id est, albus & bene natus, in gens, amplius, tantarum simul rerum capax, dexter ad quiduis, uersatilis, & tanquam ad omnia factus: miraque naturæ indulgentia tibi contigisse, ut tam multiplex negotiorū facina, quorum pars quantalibet alii quemuis facile obruat, te uix etiam leui sensu perfringat: id quod ego ceu stirpi tuæ genilitatē olim & in pontifice fratre tuo Mœcenate meo, quum in familiaribus eius essem, animaduerti, neque raro sum admiratus, unicum illud peritius, tot pariter rebus sufficere. Est istud quidem Herculeum animi robur, tibi cum cæteris gentilibus tuis cōmune præful humanissime, cæterum in te, nescio quo modo, præter cæteros peculiariter elucet mellita quædam morū suauitas, & ea quidem summa cum maiestate cōiuncta, ut in obeundis negocijs publicis nihil uno te sit augustius: rursum in cōiuetudine familiari nihil comitius, nihil popularius, nihil elegantius: ut illic nulli non admirabilis, ita hic omnibus amabilis, utrobique dexterrimus: usque adeo tibi in promptu, quam uelis personam aut exuere, aut sumere, parique decoro uel cum purpureis tyrannis agere, uel cum mei similibus infimæ classis homunculis, plebeia quadam affabilitate uti, ut haud sciam an in ullum mortalē melius quadret Græcus ille *ἡρώδης* uersiculus (feret enim me tua æquantimitas nimis fortassis & ineptius in epistola Græcantem, quod huius linguæ nuper esse candidatus cepti) *ἡ παντα τοῖς λαοῖς ἀνεφοῖτον πρῆξι*, cuius hic quidē est sensus, Tui similes egregios uiros nihil non decere. Eandem ingenij dexteritatem in Aristippo celebravit Flaccus. Omnis, inquit, Aristippum decuit color, siue regali purpura cōispiciuus incederet, siue Cynico pallio sordidatus ingrederetur: quanquā tu quidē inæqualis nusquam, mira quadam harmonia, & in amplitudine humanissimus, & in humanitate amplissimus

amplissimus. Sed quorsum ista tam multa iniquis. Probe profectio mones sulciēda enim quae pender adhuc periodus, & claudendus uel sero μακρολογίως, quem mihi non natura loquacior, sed iucunda quaedam tui simulachri contemplatio facit. Ergo, quum mihi succurreret, inquam, ista noua corporis animiq; tui felicitate fieri, ut tanta tranquillitate summa obires negocia, quanta uix alius quisquam summo in ocio uerfetur, tibi summas occupationes pro ludo esse: non putauit me magnopere uereri oportere, ne quid his literis nostris intempestiuus interpellatus offenderis; maximeq; quod ex Batti mei literis cognouissem, quam serena fronte superiores illas accepisses; quanquam ne in praesentia quidem erat adeo quod scriberem, nisi mihi cum Rhamnusia illa lucram esse assiduam: me tamen sic esse animatum, ut si literas assequi non queam, certe cum Philemone libris immori cupiam. Tum tuorum in me meritorum memoria apud me non modo non confesceat, uerum ita quotidie animo obuerfari, ut ne tum quidem quum praesens experirer, aut recentior, aut etiam iucundior humanitatis tuae sensus esse potuerit. Proinde nihil mihi perinde in uotis esse, ut ansam quamptiam per te praebet, qua possim hoc ingenio, si quod est, meo, & literarijs uigilijs tuae amplitudinem quammaxime demerere: sed hoc ipsi cum spectabimus. Interea ne non longam epistolam legas, Tragediam accipe, recentior rem quidem illam, sed ita atrocem, ut cum hac uel Medea, aut Thyestes, uel ueterum quaeuis collata, Comaedia uideri possit. Anno superiore Magduni, id est oppidulum haud ita procul ab Aurelia, maleficus quispiam decessurus uxori mandat, ut quicquid esset apud se librorum magicorum, reliquaq; eius sacri arma, cuius cuiddam Aureliano tradat, propediem uidelicet perituro, quod hunc sceleris conscium ac participem habuisset. Is haec omnia Aureliam transfert: iam ipse sacerdos domi suae plus triennium nefandum facrum & quauis idololatria execratus non insciente uxore, filia uirgine etiam adiutante peragitat. Quibus uero caeremonijs, quoue ritu sacrilegium hoc consistit, paucis referam, ita ut a certissimis hominibus accepi. Corpus illud adorandum uindicis nostri Iesu in pyxidula quadam saligna conditum, sub lecti stramentis abdiderat. O diuinam patientiam, mihi referenti frigidus horror membra quatit. Id ante triennium a sacrificulo quopiam famelico & impio (cuiusmodi hic nimis magna copia fuerat mercatus, & quidem minoris, opinor, quam olim Iudaei Christum: ut sceleratissimus ille sacerdos Iudam nobis non reuulerit solum, sed etiam uicerit: & illum quidem rumor est, subitanea morte impietatis poenas dedisse. Ergo quoties ueneficus ille rem non diuinam, sed diabolicam facturus esset: depromebatur prophanis manibus coeleste mysterium, atq; e stramentis erutum, nudatumq; exponebatur. Filia puella, neq; dum uirum passa, ensem nudum manu sublata tenebat (quod id muneris nisi a uirgine obiri rite non possit) mucronem in sacrum illud corpus intentans, scilicet minitanti similis. Tum caput quoddam proferebatur, ex nescio qua materia, triplici facie caelatum: nempe monadem illam triforem, & triadem uniformem representans. Id nouies reducto ambitu cingebatur. In his mille figurae Tau, inauditis angelorum nominibus inscriptae: postea totidem ambitus cacodaemonum horrendis uocabulis distincti. His ita compositis, maleficij antistes, explicitis libris, execratis illis precibus, Hecate dicente, primam adorandam triadem, & angelorum quam plurimos suo quoque choro: deinde cacodaemonum sexcenta nomina citat, neque finis, donec daemones ille praesto fit, praesensq; uocanti respondet. Is erat ingentium thesaurorum aut opifex, aut certe monstrator. Promiserat sceleratus ille sacrificio suo Persicos montes, largitus etiam non nihil: sed adeo infra spem, ut uirum iam operae, quippe triennis, coeperit poenitere. Itaque promissorem suum solitis precaminibus uocat, exoptulatq; se iam pridem laetari, & spe modo duci, neque ullum operae precium facere. Purgat ille se contra, negans id sua culpa accidere, uerum deesse quiddam caeremonijs, quod hominem literis praeditum desideraret: quem si nancisci posset, se thesauros indicaturum omnium uotis ampliores, Simulq; percontanti, quis esset ad eam rem potissimum asciscendus, suadet, priorem monasterij monachorum, qui se Praedicatores appellant, id est pone moenia Aureliana, adeat, & cautum uirum pertentet. Est uero hic theologiae Baccalarius, ut uocant, formatus, apud uulgus opinione non incelebris, & concionator non omnino pessimus, ut nunc quidem sunt theologi. Ceterum ut mihi post uisum est, & fere sunt huiusmodi, famae perquam audis. Sed haud etiam coniectura consequor, quid genus ille malus captarit, uti ne sacerdotem suum iam iam

ad

ad defectionem spectantem, recta in perniciem induceret: quod ita serio sibi promiserat, theologi mentem praemij propositi magnitudine posse corrumpi: hac opinor fiducia, quod, ut diuinitus scripsit Maro, Quid non mortalia peccora cogit Auri sacra fames: tum quod uti aiunt ij, qui cum istiusmodi hominum genere familiaris sunt uersati, sub illis cucullis & mendicitatis nomine, deploratissima nonnunquam mentes latitent, intolerabili arrogancia, & extrema pecuniae cupiditate flagrantes. Verum hoc quidem in medio relinquimus. Vir igitur persuasus, hominem conuenit, utq; pedetentim illius animum praetentaret: fingit sibi codices aliquot esse domi, inutiles quidem sibi, quippe idiotae, uerum homini literato longe utilissimos, Rogat num quos emptos uelit. Theologus proferri iubet, inspicundos scilicet. Promittit ille Vetus testamentum, quam uulgus Bibliam uocat. Gallice uersum. Eum codicem ubi contempsisset theologus, e quos alios haberet percontanti, grauatim quidem, ac detrectanti similis, alium quendam sinu abditum producit: quem euolutum, ubi animaduertisset improbatum artium esse magistrum, haud etiam scio an nouitate captus (ita ut sit) curiosus in specularet, an ut fraudem, qua subesse sentiebat, prorsus expiscaretur. Rogatus itaq; quid nam ille placeret, respondit, maleficium sibi uideri librum. Tum ille silentij fidem obtestatione stipulatus, ait eiusdem generis aliquot domi sibi esse, sed eruditi hominis operam desiderare. alioqui thesauros immentos posse his libris conflare. Ibi arrectior theologus, orat ut eos quoque ad se perferat inspicendos: sibi rem hanc uehementer esse cordi: nec omnino in negotio tam diuino indormiendum, sibi spem esse certissimam feliciter euenturum. Ergo datus in uicem dextris, miser ille reliquos libros adfert. Theologus expiscari non desinit, donec homo iam eius animi securus omni de re palam facit: postremo etiam de Christi corpore. Ibi ille tanquam uehementer gauisus, impensius obsecrat, ut res tantas sibi ostendat, se iam toto peccore de maturando negotio cogitare. Hic hominem domum suam deducit: uxorem mysterium illud, reliquaq; item maleficij arma depromere iubet. Proferuntur, inspecantur. Monachus longe aliud simulans, ut narrat ipse, recta inde ad Officialē, quem uocant, uirum profecto summa uita: integritate, & absoluta iuris utriusq; prudentia speciatissimum, nostri maiorem in modum amantem. Is uero in re tam prodigiosa nihil etiam conrandum ratus, hominem, prodente theologo, per regios ministros in uincula conijcit, non sine uxore & filia, Protinus in aedes irruptum, mysterium illud adorandum, honore, quo conueniebat, prolatum, dieiq; eius quod erat reliquum & nox omnis a clero monachisque pernoctes excubias agentibus, solennibus cantionibus & precibus celebrata. Postridie indicta solennis supplicatio, uestiuntur tapetibus utriusq; uiae, quaeq; ibatur, quaeq; ad templum redibatur: perstrepebant urbe tota templa sacris tintinnabulis. Procedit clerus uniuersus cum suis quisq; reliquijs, tota ciuitate ad spectaculum effusa: dignaq; pompa sacramentum e consceleratis aedibus sublatum, in templum salutiferae cruci sacrum deferretur. Ibi theologus tam frequentij concione, quantam antea uisam fuisse negant, rem omnem, non sine gloriae suspensione exponit: identidem obtestans Christi corpus inibi sub dio appositum, ut erat ex aedibus malefici deportatum. Fecerat idem postridie, facturus item deinceps, & ut quidq; illi in uinculis fuissent confessi, ita quotidie populo renunciaturus: quod sibi credo certissimam parandae immortalitatis materiam oblatam esse iudicaret, nisi Officialis uir mihi me stultus, theologo iam uentoso gloriae curru uolitantem, silentium imposuisset. Excusantur & audiuntur assidue a theologiae Lutetia in hoc ascitis, adhibitis item duobus iureconsultis. Narrauit nobis Officialis prodigiosa quaedam in quaestionibus a uiro aperiri, sed quae nondum pro certis referri possent, quod ipsum sibi parum adhuc constare diceret: mulierem noctu miseris modis a cacodaemone uexari, pungi, caedi, raptari, peneq; exanimari: filiam uero sui securam, neq; quicquam supplicij metu commoueri, quod sibi quotidie cum luce praesto fieri affirmat nescio quem, qui consolando dolorem illi omnem adimat, animoq; tranquillo esse iubeat. Tenetur & Magduni malefici, cuius supra memini, uidua. Eamus nunc & Medeam, Thyestem, Neronem, poetarum nugas esse credamus, cum Christiana impietas eiusmodi piacula protulerit, quorum ne nomina quidem norit antiquitas. Quod enim tandem huic monstro uocabulum indemus? Nam Chaldaeorum, genethliacorum, mathematicorum, maleficorum, Pythonicorum, diuinorum, haruspicum, augurum, ariolorum, necromanticorum, geomanticorum, sortilegorum, incantatorum, uti leuia nomina nihil etiam ad huius sceleris atrocitatem facere mihi uidentur. Augur praepetes abium uolatus, & solistimum tripudium

tripudium obseruat, haruspex extorum fibras rimatur, Chaldeus sydera consulit, ueneticus herbas incantatas colligit, incantator precaminibus agit, Pythonicus manes euocat, chironantis manuū rugas contemplatur. Atrocitas sunt ista, quæq; uix aures ferant Christiana: sed quid obsecro ad Aurelianā Tragœdiam? Quid unquam simile Thessalia maleficijs infamis designauit? Et manium quidem consultores, Hebraeorū leges capitali supplicio damnāt. Imperatoriæ uero haruspiciū & augurum superstitionē & atrocissimis uerbis insectantur: quippe quos naturæ peregrinos & humani generis hostes appellent: & ipsos quidem ultori gladio, incendio feraliq; pesti (his enim uerbis Constantinus utitur) addicunt: consultores autē in insulam deportari iubent, bonis omnibus spoliatos: id quod apparet in codice, titulo de maleficijs & mathematicis: ubi & glossema uere, ut Accursianus loquuntur isti, notabile, sed atro carbone notandum, quippe quod haruspiciem pro mentorū & autū obseruatore, nimis ridicule interpretatur, tum sacerdotē pro necromantices doctore exponit: & item alia quædā, nescio magis ne barbare an inerudite, omnino tamen deridicule: quæ mihi tamen neutiquā sunt noua, cum toto digesto istiusmodi portenta ita passim occurrant, ut assueto mihi ne risum quidem iam moueant, nedum stomachum. Sed ad rem: Decreta uero pontificia & item epistolæ quas decretales uocāt ubi de fortilegijs & id genus damnatis superstitionibus meminerūt, huiusmodi maleficiū ne uerbo quidem attingunt: siue quod ea secula ne suspicionem quidem tantæ impietatis habuerunt: siue quod quæ ea literis prodiderunt, mortalium auribus parcendum esse putarūt. Nouum hoc & inauditū portentum, non Nox Eumenidum mater, ut poeta fabulantur, sed scelerum omnium parens Auaricia produxit, & portentum non simplex, sed ex superstitione, impietate, idololatria, sacrilegio, tanquā uarijs ex monstris conflāt. Et mirantur homines, si nostra ætas nunc bellis, nunc fame, nunc peste, nunc alijs atque alijs malis laboret: cum præter ea uitia, quæ iam propemodum uitia uideri deserunt, quod nimis uulgaria, Gigantes ipsos fulmine turbatos & Lycæoniā inhumanitatem diluuiō tanto uix expiatam nostris sceleribus longe uincamus? Miramur si quotidie nouis plagis afficimur, cum quotidie nouis uitijs Deum optimū maximumq; iritemus, ne quæ, ut ait Flaccus, per nostrum patiamur scelus iracunda Iouem fulmina ponere. Habes Iliadem humanissime pater, sed abripuit calamū penē imprudentē, partim grauis animi dolor, partim uoluptas quædā tua cum amplitudine miscendi sermonē. Ignosces igitur nostro uel amoris uel dolori. De Disma scripsimus Antonio facellano tuo: quod si persuadeo, futurū confido, & quidem propediem, ut ego me gaudeā admonuisse, & tu multo magis gaudeas monenti paruisse. Bene uale. Parisijs postre Idus Ian. M D

ERASMVVS CHRISTIANO LVBECENSI S. D.

V M te incredibili quodam ardore literarū flagrare minime dubitarem Christiane non uulgaris amice, hortatore nihil opus esse putauit, sed eius quam ingressus esses uia duce modo ac tanquam indice, id quod mei officij esse iudicauit, uidelicet ut tibi homini non modo copulatisimo, uerum etiā iucundissimo, uestigia quibus ipse à puero essem ingressus commonstrarem. Quæ si tu pari cura accipies, atque ego dicturus sum, futurum confido, ut neque me monuisse, neque te paruuisse poenituerit. Prima igitur cura sit, ut præceptorem tibi deligas quam eruditissimum, Neque enim fieri potest, ut is recte quenquam erudiat, qui sit ipse ineruditus: quem simulatq; nactus eris, fac omnibus modis efficias, ut ille patris in te, tu filij uicissim in illum induas affectum. Ad quod quidem cum ipsa honesti ratio nos debet adhortari (quod non minus debeamus his, à quibus recte uiuendi rationem, quam à quibus uiuendi inuisa sumptimus: tum mutua ista beneuolentia tantum ad discendum habet momenti, ut frustra sis literatum præceptorem habiturus, nisi habueris & amicum. Deinde ut te illi & attentum & assiduū præbeas. Contentione enim immodica nonnunquam obruuntur ingenta discuntium. Assiduitas uero & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis maiorem opinione aceruū accumulāt. Satieta cum omnibus in rebus, tum in literis nihil periculosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio. Intermiscendi iustus, sed liberales, sed literis digni, & ab ijs non nimis abhorrentes, immo medijs ipsis studijs perpetua quædam uoluptas est intermiscenda, ut ludum potius discendi

scendi quam laborem existimemus. Nihil enim perditū ferri potest, quod non agentem alii qua uoluptate remoretur.

Prima quæq; statim ac primū discere. Extreme est dementiæ discere dediscēda. Quod in curando stomacho solent præcipere medici, idem tibi in ingenijs seruandum putata. Caue aut noxiō aut immodico cibo ingenium obruas: utroque enim iuxta offenditur. Ebrardon, Catholicontem, Brachylogum cæterosq; id genus, quos percensere neq; possum neq; operapreciū est, ijs relinquito, quos barbariem immenso labore discere iuuat. Initio non quàm multa, sed quàm bona percipias refert. Sed iam rationem accipe qua possis non solum rectius, sed etiam facilius discere. Hoc enim in homine artifice præstare solet artis ratio, ut tantundem operis, cum rectius expeditusq; tum leuius etiam efficiat. Diem tanquam in operas partire, id quod & à Plinio Secundo & à Pio pontifice maximo, uiris omni memoria præstantissimis, facilitatū legimus. Principio quod caput est, præceptorem interpretantem non attentus modo, sed & audis auscultato: non contentus impigre sequi differentem, aliquoties præuolare cõtende. Omnia illius dicta memoriæ, præcipua etiam literis mandabis, fidelissimis uocum custodibus: quibus rursus ita confidas caue, ut diues ille ridiculus apud Senecam, qui sic animū induxerat, ut se tenere crederet, quicquid seruatorum quisquam meminisset. Noli committere ut codices habeas eruditos, ipse ineruditus. Audita ne effluant, aut apud te aut cum alijs retracta. Nec his contentus, aliquam temporis partem tacitæ cogitationi tribuere memento, quam unam diuus Aurelius tum ingenio, tum memoriæ in primis conducere scripsit. Conficiatio quoque & tanquam palestra ingeniorū neruos animi præcipue tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari si quid dubitas, nec castigari si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lubricationes atq; intempestiua studia fugito: nam & ingenium extinguunt & ualitudinem uehementer offendunt. Aurora Musis amica est, apta studijs. Præsus aut lude aut deambula, aut hilaris confabulare. Quid quod inter ista quoque studijs locus esse potest? Cibi non quantum libidini, sed quantum ualitudini satis sit, sumito. Sub cœnam paulisper inambula: cœnatus idem facito. Sub somnum exquisiti quippiam ac dignum memoria legito, de eo cogitantē sopor opprimat, id experrectus à te ipso repositas. Plinianū illud semper animo insideat tuo: omne perire tempus quod studio non impartias. Cogita iuuenta nihil esse fugacius, quæ ubi auolarit semel, redit nunquam. Sed iam hortator esse incipio indicem pollicitus. Tu suauissime Christiane hanc formam, aut si quam poteris meliorem, sequere, ac bene uale. Lutetiæ M CCCC. XCIX.

ERARDO A MARCA EPISCOPO LEODIENSI

ERASMVVS S. D.

REVERENDE præsul, mitto celsitudini tuæ qualecunq; animi in te mei documentū, Paraphrasin in duas epistolas ad Corinthios. Opus modis omnibus nouum est, si non meretur alio titulo cõmendari. Certamen erat inter typographum ac me, utrum ille plus excuderet singulis diebus suis formulis, an ego meo calamo describerem. Opinor opus uicturū, uel inuitis misoglotis. Tu pro tua humanitate boni consules. Qui codicem reddit, iuuenis est eruditus ingeniq; candidissimū, ab actis oppidi Antuerpiensis, melior animæ meæ pars: hunc quæso, pro tua humanitate complectere: Ac bene uale. Louanij undecimo Calendas Martias. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS COLLEGIO CANO

NICORVM METENSIVM S.

RENATISSIMI patres ac domini, ut quisq; uenatur quod amat, nonnullorum prædicatione didici apud uos esse bibliothecam non uulgaribus, sed eximij ac uenerandæ uetustatis codicibus differtam. Et quoniam ex euangelica lege iubemur suum quisq; talentum sic in usum publicum conferre, ut usum ram approbet, qui fortem credidit, ego studium meum ad hoc appuli, ut uel in uos aut in lucem erua, & à blattis tineisq; uindicem, aut deprauatos emendare, ut gratius est lectura nobis incertis, quod tantis ingenijs summi uiri prodiderunt: ita non extare uideatur, quod extat, sic mendis undiq; conspurcatur ut nec legi possit, nec intelligi. Nec dubito quin uestra quoque pietas publicæ faueat utilitati, nihilq; minus

aus probet, quàm canem illum praesepi incubantem, de quo est in Graecorū prouerbis, praesertim cum ita liceat istam utilitatem alijs communem facere, ut uobis nihil detrahar. Proinde uos oro ne grauemini bibliothecae uestrae indicem ad nos mittere, potissimum eos libros recensentem, qui uulgo non habentur, aut habentur deprauati, id quod usu uenit in omnibus propè uetustioribus. Ex eo deligam, quos existimem maxime profuturos. Hac in re si nostros conatus uestra pietas adiuuabit, primum rem faciet Christo gratissimam, deinde splendidissimo collegio uestro cum primis gloriosam. Neque enim commitemus, ut uestri officium ignoret posteritas. Incolumes seruet uos omnes Christus opt. maximus, domini in Christo plurimum obseruandi. Louanij pridie Idus Iulias Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTEROD. LVDOVICO VIVETI S. D.

PVD illustrissimum Ferdinandum in medio colloquio episcopus Leodiensis exposulauit mecum, quod à cardinali Croijo non retulerim responsum. Vix occurrebat quo me purgare. Nam suspicor eam epistolam illi non fuisse reddita. Ego in culpa, qui eam ipse non reddiderim. Literas quas tu mihi reddidisti plane fuerant resignatae. Quo sapius colloqui datur cū illustrissimo Ferdinando, hoc mihi indoles illius magis ac magis aridet. O utinam haec regio sub tali principe centū annos florere possit. Nunc ut apparet, relegatur in Germaniam, cuius lenta consilia nobis magno constabunt. Sed haec fati relinquamus. Admone tuum patronum, si quid iubeat rescribere praesuli Leodiensi, quem opinor hic ad quatridentū comoraturum. Bene uale. Mechliniae, natali diuae Ghertrudis M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. THOMAE LINACRO S. D.

VTE TIAM peruenimus, caetera quidem incolumes, uerum navigatione quatridentuana molestū quoddam malum cōtraximus collecto frigore, quod etiam nunc sinciput meum male discruciat. Tument utrinque sub auribus glandes, palpitant tempora, tinnunt aures ambae. Atque interim nullus adest Linacer qui me arte sua liberet. Tanti iam nūc cōstitit nobis *σωτηριον ιταλικον*. Nam mihi nihil unquam aequè fuerat decretum in uita, quàm ne quādo fluctibus, & uentis me cōmitterem, ubi terra pateret iter. Gallijs reuiximus, nam hic constans perpetuaq; fama dissipat Erasmi ad superos abiisse. Eum rumorē auguror è Milonis illius Galli morte per errorē natum fuisse, siquidem & ille è Gallia profectus, in Montioij familiariter concesserat, paucisq; post diebus pestilentia correptus, interiit. Huic autem error: nam omne nihil moueor: illud certe debeo, quod iam nunc uiuus peregustarim, quid sint superstitis dicendi de mortuo. Sic mihi aridet reuerso Gallia, ut dubium sit, utrum magis animo meo blandatur Britannia, quae tot, talesq; mihi pepererit amicos, an Gallia, uetere familiaritate, tum libertate, postremo propenso quodam in me fauore ac studio, dulcissima. Quo fit ut duplici quādā uoluptate perfundar, dum pariter iuuat, & Britannicā consuetudinis meminisse, praesertim quam breui sperem mihi repetendam, & Gallicos amicos reuifere. Non possis non ridere, si scias quàm auide meus Graeculus *Αδρου* illud à me pro calamis Cyprijs promissum expectarit, quoties *Αδρου* meminerit, quoties incularit, quod non mitteretur. Iuuat profecto sic coruū deluisse hiantem. At homo stupidus non animaduertit me scripsisse ad hunc modū: *πρὸς τὴν ἀδρὸν ἐστὶν οὐκ ἔστιν οὐκ*, id est, rem malam. Pro uinciam susceptam de Baptistae liberis instituendis, spero feliciter cessuram. Video enim pueros bene ingeniato, modestos, tractabiles, & qui iam nunc plusquam pro sua aetate sapiant. Clystone illo eorū curatore nihil candidius, nihil amantius, nihil officiosius. Vale doctissime atq; humanissime praceptor, & crebrius ad nos scribe, uel paucis, modo scribas. Lutetiae Anno M. D. VI.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMAE LINACRO MEDICO REGIO S. D.

AMETSI nouum non erat, tamen gratissimum fuit, quod ex Mori literis cognoui te tam amice nobis fauere, licet immerentibus. ~~...~~ Febricula subito oborta fuit in causa, quo minus me nauigationi commiserim, praesertim disfluente medico Ghisberto. Maiorem in modum te

dum te rogo, ut pharmacum, quod quum proxime essem Londini, sumpsit te autore, de quo descriptum mihi transmittas: nam puer schedulam apud pharmacopolam reliquit. Erit id mihi longe gratissimum. Caetera ex Moro cognosces. Bene uale. Ex diuo Audo-maro, nonis Iunijs.

CRocus regnat in Academia Lipsiensi, publicitus Graecas docens literas. Utinam prodirent tuae lucubrationes, fidem omnibus facturae meae praedicationis, qua nusquam non utor, uel quod ita res habet, uel quo magis nostros ad studium inflammem. Si quid erit huius negotij, in quo tibi quoque gratificari, senties hominem ad obsequendum promptissimū. Rursus uale. Grocino facito me cōmendatum, quem a deo nō odi, ita me deus amet, ut ex animo uenerer etiā ac suspiciam, Rursus uale Anno M. D. XIII.

ERASMVVS IOANNI COLETO SVO S. P. D.

IVEL amicitia nostra, doctissime Colete, uulgaribus causis cōiisset, uel tui mores quicquam unquam uulgi sapuisse uisi essent, uererer equidem non nihil, ne ea tam longa tamq; diuturna locorum ac temporum seiuersione, si nō interisset, certe refraxisset. Nunc quoniam te mihi doctrinae cuiusdam singularis admiratio amorq; pietatis, me tibi spes fortasse nonnulla, uel opinio potius harum rerum conciliauit, non puto metuendum esse, quod uulgo uidemus accidere, ne ideo desiderium esse in animo, quod absim ab oculis. Quod autem compluribus iam annis nihil à Colete reddidit literarum, uel occupationes tuas, uel quod certum non scires ubi locorum agerem: deniq; quiduis potius in causa fuisse mihi persuaserim, quàm obliuionem amicitiae. Sed ut de silentio nec debeo, nec uelim exposulare tecum, ita maiorem in modum te oro obsecroq; ut posthac tantillum ocij suffureris studijs negocijsq; tuis, quo me nonnunquam literis tuis compelles. Miror nihil dum tuarum commentationum in Paulum atque in euangelia prodixisse in lucem. Equidem non ignoro tuam modestiam, uerum ista quoque tibi aliquando uincenda, & publice utilitatis respectu excutienda. De doctoris titulo, ac decanatus honore, neq; non alijs quibusdam ornamentis, quae tuis uirtutibus ultro delata esse audio, non tam tibi gratulor, quem certo scio nihil inde sibi praeter laborem uendicaturū, quàm ijs, quibus tu ista gesturus es, quàm sp̄is honoribus, quum demum hoc nomine digni uidentur, quum inciderint in promerentem neque tamen ambientem. Dici nō queat optime Colete, quàm uelis equisq; properem ad sacras literas, quàm omnia mihi fastidio sint, quae illinc aut auocant, aut etiam remorantur. Sed fortuna iniquitas, quae me perpetuo eodem aspicit uultu, fuit in causa, quod minus me quauerim ab his tricis expedire. Hoc itaque animo me in Galliam recepi, ut eas si nequeam absolueri, certe quocunq; modo abijciam. Deinde liber ac toto pectore diuinas literas aggrediar, in his reliquam omnem aetatem insumpturus. Quamquam ante triennium ausus sum nescio quid in epistolam Pauli ad Romanos: absoluiq; uno quasi impetu quatuor uolumina, progressurus, ni me quaedam auocassent: quorum illud praecipuum, quod passim Graeca desiderarem. Itaque iam triennium ferme literae Graecae me totum possident, neque mihi uideor operam omnino lussisse. Coeperam & Hebraicas attingere, uerum peregrinitate sermonis deterritus, simul quod nec etas, nec ingenium hominis pluribus rebus pariter sufficit, destiti. Origenis operum bonam partem euolui: quo praepatore mihi ut deor non nullum fecisse opera precium. Aperit enim quasi fontes quosdam & rationes indicat artis Theologicae. Mitto ad te munusculum literarium, lucubrationum aliquot meas: in quibus est & concertatio illa de reformatione Christi, qua quondam in Anglia sumus conflictati: quamquam a deo mutata, ut uix agnoscas. Praeterea, quae tu responderas, quaeq; ipse retuleram, non quibus inueniri. Enchiridion non ad ostentationem ingenij aut eloquentiae cōscripsi, ~~...~~ Conatus autem sum uelut artificium quoddam pietatis tradere, more eorum, qui de disciplinis certas rationes conscripserunt: reliqua omnia pene alieno scripsi stomacho, praesertim Paena & obsecratione, quod laboris datum est animo Batti mei, & affectibus Annae principis Verianae. A Panegyrico sic abhorrebam, ut nō meminerim quicquam fecisse me magis reluctante animo. Vi-

debam enim genus hoc citra adulationem tractari non posse. Ego tamen nouo sum usus artificio, ut & in adulando sim liberrimus, & in libertate adulantissimus. Si quid tuarum lucrationum uoles excudi formulis, exemplar tantum mittito, reliquum à me curabitur, ut emendatissime excudatur. Et scripsi nuper, & meministi opinor, de centum Adagiorum libris, nostro sumptu in Angliam transmissis, idque ante triennium. Scripserat mihi Grocius se summa fide summaque diligentia curaturum, ut ex animi mei sententia distraherentur. Neque dubito, quin promissa praestiterit, ut est uir omnium quos alit Britannia integerimus, optimusque. Dignaberis igitur & ipse hac in re operam tuam mihi commodare, admonendo atque extimulando eos, per quos putabis negocium oportere confici. Neque enim dubitandum, quin tanto spacio diuenditi sint libri, & necesse est pecuniam ad aliquos peruenisse: quae mihi in praesenti sic usui futura est, ut nunquam aequae. Quauis enim ratione mihi est elaborandum, ut mensis aliquot totus mihi uiuam, quo me aliquando ab his extricem, quae in literis profanis institui, id quod hac hyeme sperabam futurum, nisi me tam multae spes elulissent. Neque admodum magna pecunia redimi poterit haec libertas, nimirum paucorum mensium. Quare te obsecro, ut me ad sacra studia uehementer anhelantem quod potes adiuues, atque ab his literis, quae mihi iam dulces esse desierunt, absteras. Non mihi rogandus est comes meus Gulielmus Montioius, tamen neque ab re neque absurde facturus uideatur, si sua benignitate non nihil adiuuerit me, uel quod sic semper fauit studiis meis, uel quod argumentum est ipso autore susceptum, ipsiusque inscriptum homini, nempe Adagiorum. Poenitet enim prioris additionis, uel quod typographorum culpa sic est mendosa, ut studio deprauata uideatur, uel quod instigantibus quibusdam praecipitauit opus, quod mihi nunc demum ieiunum atque inops uideri coepit, posteaquam Graecos euolui auctores. Decretum est igitur altera additione & mea & chalcographorum culpam sarcire, simulque studiosis utilissimo argumento consulere. Quamquam autem interim rem tracto, fortassis humilior, tamen dum in Graecorum hortis uersor, multa obiter decerpo, in posterum usui futura etiam facis in literis. Nam hoc unum expertus uideo, nullis in literis nos esse aliquid sine Graecitate. Aliud enim est conijcere, aliud iudicare, aliud tuis, aliud alienis oculis credere. En quod creuit epistola: uerum sic loquacem amor non uitium facit. Vale doctissime atque optime Colete. Sixtino nostro quid acciderit, cupio cognoscere: tum quid rerum agat praesul Richardus Charnocus, animus tuus. Quo certius ad me perferantur ea quae scripturus missurusque es, iubebis reddi Christophoro Fischero tui amantissimo, omniumque literatorum factori summo, in cuius familia diuersor. Lutetiae, Anno M. D. IIII.

ERASMVVS ROTEROD. COLETO SVO S. D.

AM nunc subodoror genus hoc hominum, de quo memineras: quae de re plura coram. Quum proxime essem Londini, non adij te, ne quid tibi molestus essem: nam erat statim à prandio equitandum. Petrus unoculus, casu mihi factus obuius, indicauit te proximis literis meis respondisse, uerum eas nondum accepi. Nisi me deterreret pestilentia, sub Decembrem me ad uos reciperem, praesertim si redeat Montioius, ut liceat mihi domo illius uti, quod nunc per Cerberum illum non licet. Bene uale praceptor unice. Cantabrigiae tertio nonas Octob. M. D. XI.

ERASMVVS ROTEROD. COLETO SVO S. D.

TIBI risum mouere possunt nostra infortunia mi Colete, est quod abunde rideas. Nam praeter ea quae iam Londini contigerant, equus ministri mihi re claudicabat, mutarat enim auriga eum, quem Bouillus miserat: deinde toto itinere nihil erat quod ederetur. Postero die, perpetua pluuia usque ad prandium: à prandio fulgura, tonitrua, hymbres, equus ter collapsus in caput. Bouillus consultis astris, ait se deprehendisse, Iouem non nihil iratum. Hoc mihi tam nunc placet, uideo uestigia Christianae paupertatis. Quae sum usque adeo non spero, ut intelligam hic demum effundendum mihi quicquid à Moeenatibus queam auellere. Est hic medicus nostras, qui praesidio quinta essentiae prodigiosa designat facinora, e senibus iuuenes, è mortuis uiuos facit: unde nonnulla spes est futurum, ut reuiuenscam, si modo liceat quinta essentia degustare: quod si contingat, non omnino poenitebit huc aduenisse. De quaestione nihil

nihil uideo, quid enim auferam à nudis, homo nec improbus, & Mercurio irato natus. Bene uale praceptor optime. Vbi coeperimus profiteri, significabo quo pacto res succedat, ut magis etiam rideas. Cantabrigiae collegio reginae, natali diui Bartholomaei. Audebo fortassis & Paulum tuum aggredi. Audaciam Erasmi tui specia. Rursum uale. Anno M. D. XI.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMAE HALSEYO S. D.

ANDEM expugnauimus omni machinarum genere & ego & Bernardus. Montioius resoluit triginta ducatos. Si praesul Rophensis in tempore cognouisset animi meum & ego illius, fortassis iam istuc adessem. Aut egregie salior, aut is uir est unus, cum quo nemo sit hac tempestate conferendus uel integritate uitae, uel eruditione, uel animi magnitudine: unum excipio Cantuariensem tanquam Achillem: qui solus hic me retinet, etiam si non admodum uolentem. Saluta Pacaeum nostrum, & ingenij mei foetus illi comenda, ne pereat. Scripsi iam senas literas, nullae adhuc ad me uenerunt, praeter unam Pacaei, & eas equidem apertas, & sero. Saluta humanissimum illum oratorem Pannoniorum (nam adesse suspicor) Ioannem Polonum collegam tuum, ac reliquos amicos. Bene uale. Londini, sexto idus Febr. M. D. XI.

ERASMVVS ROT. SVO S. D.

ANTONIO A BERGIS ABBATI DIVI BERTINI

ERASMVVS ROTERODAMVS

ALVTEM plurimam pater reuerende. Parum absuit, quin ipse uos reuiscerim, huius Britannicae legationis comes. Nam reuerendus episcopus Rophensis, uir non solum admirabili integritate uitae, uerum etiam alta recon-

G 3 ditag

ditaq; doctrina tum morū quoq; incredibili comitate commendatus, maximis pariter ac minimis, me tamen si nihil omnino sum, pro sua humanitate, singulari favore semper est prosequutus, & huius itineris comitem uolebat: sed ferius mihi fuit indicatū, quam ut uacauerit res meas componere. Quare putauī officij mei esse, ut tam singularem patronum, saltem per literas salutarem, praesertim cum proxime reuersus ē Lutetia, in salutato te discesserim. Quod ipsum tamen casu sic euenit. Nam arbitrabar me menses aliquot in arce Hammenli comoraturū: quae me res plane fefellit: quemadmodū optime nouit Ghysbertus medicus tuus. De nostro statu, si quid cupis cognoscere: iam Erasmus prope totus est in Anglum transformatus, tam insigni benignitate me prosequuntur quā alij permulti, tum praecipue Mecœnas ille meus unicus archiepiscopus Cantuariensis, imò non meus, sed omnium eruditorum, inter quos ego postremas teneo, si modo ullas teneo: deum imò mortalem quā felix, quā fecundum, quā promptū hominis ingenium: Quanta in maximis explicandis negocijs dexteritas: quā non uulgaris eruditio: Tum autē quā inaudita in omnes comitas: quanta in congressu iucunditas: ut quod uere regium est, neminem a se tristem dimittat. Ad hanc quanta quamq; alacris liberalitas: Postremo in tanta fortunae dignitatisq; praecellentiā, quā nullum supercilium: ut solus ipse magnitudinem suam ignorare uideatur. In amicis tuendis nemo neq; fidelior, neq; constantior. In summa, uere primas est, non solum dignitate, uerum & in omni genere laudis. Hunc quā habeam propiciū, quid est quo minus mihi uidear egregie fortunatus, etiam si nihil accedat: Sed o terq; quaterq; felicem Carolum illustrissimum principem nostrum, qui talem sit sponfam habiturus. Nihil à natura fingi possit uenustius, nihil absolutius. Nec minus superat omnes bonitate prudentiaq;, quā forma. Bene ualeat R. T. Londini, postridie nonas Februarias M. D. XV.

ERASMVSVS ROT. IOANNI BAPTISTAE S. D.

CUM superioribus diebus, tanto amico xeniolum aucupanti, forte incurrisset in manus Luciani de astrologia commentarium, ipso statim titulo delectatus, maiorem in modum optare coepi, esset eiusmodi quod dignum uideri possit, primum & tuis in me meritis, & meo in te animo: deinde dignū eo uiro, qui singulari doctrina sua, fide, prudentia, primi medici locum tot iam annos meruerit, idq; apud duos seculorum omnium primos Angliae reges, Henricum septimū inaudita sapientia principē, & huius filium, non nomine tantum & specie, sed omnibus rebusq; dotibus ita patrem nobis referentē, ut ille non decessisse, sed in hoc repubuisse uideatur. Postremo dignū eo qui in hac excellentissima astrologiae disciplina sic excellat, ut reliqui qui tecum collati, umbrā uolitare uideantur, quemadmodum inquit Homerus. Sed minusculum hoc qualecunq;, primū offerentis animus apud te commendabit: deinde tui candoris erit, atq; adeo mortis, e pulillo amplum, ē mediocri praclarum atq; eximium redderet ita fiet, si quidem exhibit libellus in lucem, non modo Baptistae calculo commendatior, uerum etiam lima tersior. Nobis quidem in eo potissimū arrisit antiquitas, ceterum tu quo es oculator, hoc plura perspecturus es, quae probari mereantur. Nam à Luciano nihil fere triviale solet proficisci. Nos interpretis haud infidelis officio functi sumus: tu pariter de autore, & de interprete sententiā ferēs. Bene uale. Londini, natali diui Martini M. D. XII.

ERASMVSVS PETRO AEGIDIO S. D.

NIL unquā mihi accidit mi Petre tuis literis mellitius: ad quas si breuiter respondeo, facile tu quidem ignoscēs, si scias quantis studiorum laboribus penē confectus essem: à quibus simulatq; dabitur ocium, Aegidium meum non literis modo, uerum etiam iustis uoluminibus onerabo. Dabis operā, ut haec quā primū ad Iodoci Badij manus perferatur. Parauī Prouerbiorum opus, & ita locupletauī, ut prorsus aliud reddiderim: at multo, ni fallor, melius cum esset non admodum malum. Quare nihil est, quod aliorum timeat aeditiones. Couenerat cum Francisco bibliopola, ut illi exemplar comitterem, uerū in salutato me discessit. Precium quod in suis literis praescripsit, libens accipio: nec enim magnopere commoueor lucello. Ipse pareat omnia, ut opus sic exeat ex ipsius officina, ut non facile sit cuiuspiā emulati. Absoluam

Absoluam castigationem Noui testamenti: absoluam epistolas diui Hieronymi, & si dabitur ocium, emendabo & Senecā. Fieri potest, ut ipse uos reuisam à pascha: quod si non licebit, mittam in primis Prouerbia, cum certus aliquis dabitur, per quē mittam. Non nihil sollicitus sum, ut Graecis formulis huic operi satis faciat, quod semigræcum est. Proinde quanta potest cura praeparet omnia, atq; ipse sese in Graecanicis literis non nihil exerceat: Id quod in alias quoq; librorum aeditiones erit usui futurum. Non mittat huc pecuniam neq; libros, priusquam ad illum quid uelim, perscripsero. Dialogos Luciani, quos ad eum misi, nondum prodire uideo: uideo quosdam ex illis excusos Louanij: qua de re cupio certior fieri. Verū complusculos Plutarchi libros, quos emendatos remittimus. Accepi postremas Badij literas per Anglum quendam, in quibus scribit Moriam à se formulis excusam, quam tamen hic non uidi. Bene uale. Louanij. M. D. XII.

ERASMVSVS ROTEROD. ADOLPHO PRINCIPI VERIANO.

SALVE multum ornatisime princeps. Iam pridem melior hinc ad uos euolare, retinet adhuc quorundam singularis quaedam in me benignitas, praecipue Cantuariensis episcopi. Guilhelmus Montioius praefectus Hammenlis amatissimus tui, in his belli tumultibus semper fauet tuis, eisq; pro uirili subuenit. Verbis consequi nequeam, quā ex animo doleam, tantos rerum humanarum motus exoriri, idq; nemine obsistente. Magis autem doleo, nostram patriā paulatim his implicari malis, praesertim tam diutinis bellis non uexatam modo, sed propemodum extinctam. Vt nam hisce de rebus, quae sentio, liceat tuto literis committere. Quoties poenituit me, fortunam quam ante triennium mihi Louanij offerebas, non amplexum fuisset: Sed tum quidem amplas spes me ferocem reddiderant, & aurei Britanniae montes animo concepit: sed eam cristam mihi depressit fortuna, nunc si uel mediocris istic detur, cupio cum Vlyse patriae fumum subsilentē conspicerē. Te rogo, ut me iam olim tuum Erasmus adiuues, potes enim, nec minus uis: tantum ut memineris. Bene uale, Londini Anno M. D. XII.

ERASMVSVS IOANNI COLETO S. D.

MITTO quae petis, officium Chrysofomi, & epistolam, in qua ni fallor, erunt quae non probabis, propterea quod tu rationem & artem contēnis: ego his non nihil tribuo praesertim in praepatore. De Linacro caue, ne cui temere credas: nam ego certis argumentis habeo compertum, illum obseruantissimo in te esse animo: & de reiecta grammatica, non magnopere laborante: quanquam id est hominum ingenium, ut suis quisq; scriptis, ceu parentes filijs, impensius faueant. Quod si quid etiam ea res hominem mouet, tuae dexteritatis erit dissimulare, neque refricare eam cicatricem, uultuq; & consuetudinis alacritate magis quā excusatione, praecipue per alios facta, reuocare: hoc pacto, si quid illi dolet, tempore sensim euanescet. Sed nā ego egregie impudens, qui haec tibi, hoc est, sus Mineruae. Nondum occurrit, quem existimem idoneum hypodidascalum tuae scholae: pergam inquirere, & simulatque reperero, certiore te faciam. Bene uale praepator optime. Est hic mihi nonnunquam dimicatio pro te cum his Thomistis & Scotistis, sed de his coram. Coepi uertere Basilium in Esaiam, mihi quidem opus ualde placet. Exhibebo gustum episcopo Roseni, experiarq; num is uelit hos labores nostros aliquo praemio lenire. O mendicitatem: iam rides, sat scio. At ego me ipsum odi, planeq; decretum est, aut aliquam nancisci fortunam, quae me ab his mendicabulis eximat, aut prorsus Diogenem imitari. Rursum uale, Cantabrigiae Idib. Septemb.

Si quas pecunias habes in manibus, in hoc commissas, ut dentur in subsidium, rogo mittas aliquot nobiles Richardo Croco, quondam ministro ac discipulo Grocini, qui nunc Parisijs dat operam bonis literis. Iuuenis est bonae spei, & in quem recte beneficium collocaueris, nisi me plane fallit animus. Rursum uale uice praepator. Lutetiae. M. D. XIII.

ERASMVSVS ROT. IOANNI COLETO S. D.

IN absoluēda Copia mea nunc sum totus, ut iam anigmati instar uideri possit, me simul & in media Copia, & in summa uersari inopia. Atq; utinā liceat utraq; pariter finire: nam Copia breui sine imponā, si modo Musae melius fortunatus

fortunarint studia, quam hactenus fortuna rem. Atque id quidem in causa fuit, quo & breuius, & indigentius tuis literis responderim. Cum Scotistis inuicissimum hominum genere, & quo non aliud feliciter sibi placeat, non admodum dimico, ne oleum perdam, & operam: tum autem crabrones irriterem. A Basilio uertendo propemodum alienatus est animus, non tantum ob id quod subolet aliquot coniecturis opus non esse germanum, uerum etiam quod episcopus Roffensis, ad quem degustationem mihi instituta translationis, epistola testatus, me hoc agere, ut Basilius illius auspicijs, atque adeo ut ex illius Academia in manus Latinorum ueniret, uisus sit non admodum audis: & ut ex amico quodam cognoui, suspicatur me non uertere à Græco, sed ab alio uersum expolire. Quid non uenit in mentem hominibus? Quod de Diogene rides, equidem gaudeo me tibi quoquo pacto uoluptati esse. At ego serio Diogenem agam, si pergat fortuna: non ut mihi rex regum maximus uidear, sed ut plane uitam ipsam contemnam: alioqui quid aliud sit hac aetate, atque hac ualitudine Diogenem agere? Quid autem non postea contemnat, qui uitam negligat? Verum id quouis loco licebit uel apud Garamantes, tamen hoc quoque feliciter cessurum arbitror, quam hanc ambitionem multo infelicissimam, etiam si foeda non esset. De Croco scripsi, non quod mihi persuasum esset, apud te pecunias esse alienas, ut quem sciam & ultero traditas abieciisse, sed existimabam in Angliam te libentius collocaturum, si quid forte esset: præterea in iuuenem rectius etiam collocari beneficium, si modo bonæ sit spei: & destituitur ille à nonnullis, qui promiserant subsidium. Porro quod mihi tuas offers pecunias, agnosco ueterem tuum in me animum, & gratiam habeo quam possum maximam. Sed pupugit non nihil animum meum uerbum illud, quamlibet ioco dictum: Si humiliter mendicaueris: fortasse significas, & uere significas, quod sortem nostram tam iniquo ferimus animo, id totum ab humana superbia proficisci: nam uere mitis animus & Christianus omnia boni consulit. Hoc magis admirror, quo nodo humilitatem cum inuerecundia copularis. Sic enim scribis, si humiliter mendicaueris, & si inuerecunde petas. Nam si uulgari more humilitatem uocas, quæ pugnet cum arrogantia, qui conuenit impudentiæ & modestiæ: Sin humiliter appellas feruilliter atque abiecte, longe distentis à Seneca mi Colete, qui putat nihil constare charius, quam quod precibus emittitur: Nec eum omnino amici officio fungi qui ab amico uerbum illud humile, rogo, expectat. Socrates aliquando cum amicis confabulans: Emissem, inquit, hodie palli, nisi mihi pecunia defuisset. Sero dedit, inquit Seneca, qui post hanc uocem dedit. Alius quidam amico cum & egeret & egrotaret, utrunque tamen pudore quodam dissimulanti, pecuniam sub ceruicale dormienti subiecit. Ego cum hæc adolescens legerem, mirum quam alterius uerecundiæ fauerim, alterius candorem amauerim. Sed obsecro, quid me potest esse inuerecundius, aut quid abiecius, qui iam diu publice mendicem in Angliam? Ab archiepiscopo tantum accepi, ut plusquam improbissimum sit, ab eo quicquam, etiam si offerat, accipere. Ab N. satis audacter petij, at ille impudenter rogantem, impudentius reppulit. Iam etiam Linacro nostro uideo parum uerecundus, qui cum sciret me Londino discedere, uix sex instructum angelatis, & ualitudine optime norit, ad hæc instantem hyemem: tamen sedulo monet, uti parca archiepiscopo, uti parca Montioio: sed ipse potius me contraham, & assuescam fortiter ferre paupertatem. O amicam consilium. At qui hoc nomine uel maxime odi fortunam meam, per quam non liceat esse uerecundum. Cum uires ferrent, libebat dissimulare inopiam: nunc non licet, nisi libeat & uitam negligere, quanquam non usque adeo perfricui faciem, ut omnia petam ab omnibus. A cæteris ne frustra petam: à te uero qua fronte, quælo petam præsertim cum ipse hoc opum genere non admodum abundes? Attamen si tibi probatur inuerecundia, finit epistolam clausula quam possum, impudentissima. Nec adeo possum perfricare faciem, ut nullo titulo abs te petam: nec adeo superbus tamen sum, ut munus rejiciam, si quis talis amicus libenter dederit, præsertim hoc rerum statu. Vale. Sum oblitus breuitatis, quam proposueram.

Venit in mentem quiddam, quod ridebis, scio. Cum inter magistros aliquot proponerem de hypodidascalo, quidam non infimæ opinionis subridens: Quis, inquit, sustineat in ea schola uitam agere inter pueros, qui posset ubiuis quomodocumque uiuere? Respondi modestius, hoc munus mihi uideri uel in primis honestum, bonis moribus ac literis instituire iuuentutem

iuuentutem, neque Christum eam aetatem contempsisse, & in nullam rectius collocari beneficium, & nusquam expectari fructum uberiorē, utpote cum illa sit seges ac sylua Reip. Addidi, si qui sint homines uere pii, eos in hac esse sententia, ut putent sese nullo officio magis demereri deum, quam si pueros trahant ad Christum. Atque is corrugato naso, sub sannas: Si quis, inquit, uelit omnino seruire Christo, ingrediatur monasterium ac religionem. Respondi, Paulum in charitatis officijs ponere ueram religionem: charitatē autem in hoc esse, ut proximis quam maxime profimus. Reiecit hoc tanquam imperite dictum. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, in hoc est perfectio. Non reliquit, inquam, omnia, qui cum possit plurimis prodesse labore suo, detrectat officium quod humiliter habeatur. Atque ita, ne lis oriretur, hominem dimisi. Vides sapientiā Scotisticam, & habes dialogum. Rursum uale. Cantabrigiæ, postridie Simonis & Iudæ M. D. XIII.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

T NVS QVAM cessant sycophantæ mei, ut nullum non mouent lapidem, quo noceat Erasmo: persuaserant Colonia uni atque alteri libellum illum ridiculum de Iulio cælis excludo, à me conscriptum fuisse, persuasuri pluribus nisi præfens impudentissimam calumniam retudissem. Quod si quid huius suspitionis apud uos quoque subortum est, ut solet in huiusmodi negocijs per multos obambulare diuiniatio: mitto ad te exemplar literarum mearum ad Paulum Bombasium: nam perlongum sit, eadem pluribus scribere. Nihil pudet istos sycophantas, & nescio quomodo quæ fallissimas sunt, libentius credit uulgus. Pridie erat in animo submonere Pontificem summum, ut huiusmodi licentiæ in dies magis ac magis gliscenti, finem imponeret, sed nondum incidit commoditas: Antonium tamen Puccum oratorem admonui Basileæ, & recepit se curaturum: nam illi quoque res non dissimulanda uidebatur. Cum tu duodecim Angelatos mittis pro nouem, non uideo quid lucri facias. Video futurum, ut fortunæ secundus status te nobis auferat: sed hoc moderatius fero, quod tu interim felix es, quæ licet nostræ sunt facta. Vetus est, amicis conualescentibus soteria mittere: at isthinc nec litteræ mittuntur, cum à tot morbis reuixerim. De theologorum quorundam sycatissimis technis perlongum sit scribere: ex literis meis ad Roffensem, fabulæ partem intelliges, nam harum exemplar ad te mitto. Bene uale. Calend. Ian. Basileæ M. D. XV.

CARDINALI NANETENSI ERASMVVS S.

REVERENDISSIME pater, hisce literis tantum illud testari uolui, me nec esse adhuc, nec futurum unquam immemorē humanitatis qua me nihil pro merito tua sublimitate, tum in itinere, tum Romæ comorantem est profectu qua ut urbs liceat obliuisci: quærendus est mihi fluuius aliquis Lethæus, ne me diutius cruciet eius desiderium: nam non possum non dolere, quoties in mentem uenit, quod cælum, quos agros, quas bibliothecas, quas ambulationes, quam mellitas eruditorum hominum confabulationes, quot mundi lumina, quam fortunam, quas spes tam facile reliquerim. Lenit tamen hoc desiderium Guillelmi Vuarami archiepiscopi Cantuariensis inaudita quædam in nos non humanitas modo, uerum etiam benignitas, ut si pater esset aut frater, nihil possit amari. Complectuntur & cæteri complures huius regni præfules, inter quos præcipuus iste episcopus Roffensis, uir præter summam uitæ integritatem, doctrinam quoque uaria reconditam, tum animo minime sordido, & ob has dotes hic summo in precio habitus. Huius comes Romam adissem, si paulo tempestiuis factus fuisset certior. Si quid erit negocij, in quo seruii infimi opera non grauetur, mihi mandet ac præcipiat amplitudo tua. Modo dictus archiepiscopus Cantuariensis, non titulo tantum ac dignitate primas Angliæ, sed eruditione, integritate, fide, humanitate, modestia, modis omnibus primas tenens, me licet immerentem, singulari fauore complectitur. Is Romanæ sedis ornamentis ita fauet, ut nemo omnium magis: quanquam totum hoc regnum propensissimo in eam est animo. Precor deum, ut sua sancta pace omnia conciliet et conglutinat. Bene uale. Londini VII. Idus Februarias, Anno M. D. XV.

IOANNI COLETO ERASMVVS ROTEROD. S. D.
 OSTEA QVAM relicta Britannia, Gallias repetij, difficile dicitur, quam uarie fuerim affectus. Neque enim facile iudicari, utrum lætior fuerim, qui pridem relictos in Gallia amicos reuiderem, an tristior, qui nuper in Anglia paratos reliquerim. Nam illud uere possum affirmare, nullam esse regionem, quæ mihi uel uniuersa tam multos peperit amicos tam synceros, tam eruditos, tam officiosos, tam splendidos, tam omni uirtutum genere decoratos, quam multos una peperit urbs Londinensis: quorum quisque sic in amando me, iuandoq; certauit, ut nesciam, quem cui debeam præponere, necesseq; habeam omnes ex æquo redamare. Horum desiderio non possum nõ ex cruciari: at rursum recordatione recreor, dum illos mihi perpetua cogitatione quasi præsentem reddo, dumq; spero propediem futurum, ut eos reperam, haud unquam postea relicurus, nisi si mors una diuiserit. Id quo fiat ocyus atq; commodius, confido te pro tuo in me amore studioq; cum reliquis amicis daturum operam. Dicit non potest, quam mihi placeat in doles liberorū Baptistæ, nihil modestius, nihil tractabilius, nihil in literis diligentius: quibus rebus futurum confido, ut & paterno animo, & meo studio respondeant, magnumq; olim Britannia decus adferat. Vale Parisijs, postridie sacramenti. Anno M. D. XVI.

GVLIELMVS LATIMERVS DES. ERASMO S. D.

Quod autem uoluntas ad me de episcopo Kottenti scribis, linguarem iane erga eum amorem ac beneuolentiam ostendis, & simul promouendi literas Græcas mirum desiderij, qui eas tam insignes & in omni genere doctrinæ excellenti pontifici labores reddere familiares: In cuius patrocinio non modo à maledicis & detractoribus tutæ, sed gratæ etiam ac gratiosæ uniuersæ ferè Britannia futuræ sint. Quis enim ausit oppugnare, defendere episcopo, aut quis noluerit amplecti, si eas intellexerit tanto præfati placuisse? Quo loco desiderari à te ac Moro nostro uideo officij meum, qui me nonnihil fortassis adiuuenti huic rei præstare & posse, & etiam debere, pro mea in patriam pietate censetis. Qua in re primū illud spero, atque etiam abs te peto Erasme, ne me tam difficilem atque inciuilem putes, neque tantum ab omni humanitate alienum, ut uobis amicissimis meis rogantibus, pigeret unius libelli enarrationem suscipere, aut mensis unius subire laborem. Quibus me longe plus debere intelligo, quam ut possim uel pluribus mensibus persolvere: deinde neque tam imprudentem, ut nolim apud tantum uirum beneficium colloasse, & episcopū præterquam singulari doctrina, & uitæ sanctitate, etiam auctoritate ac gratia florentem, tam paruo labore demereri, hominem, ut tu scribis, & multi prædicant, & ego etiam facile credo, gratissimum: postremo neque tam negligentem, ut uelim tam bonæ deesse occasione, cum possim in hoc uno uiro & bonas literas multum iuuare, & patriæ etiam minimo labore magnum ornamentum afferre. Sed aliud est Erasme, quod me reuocat, atque ab honestissimo uestro proposito dehortatur, quod sciam me tam paucis diebus neque uestra, neque Episcopi satisfacturum expectationi: nam res est multiplex & uaria (ut scis) & nonnihil etiam impedita: & licet laboriosa magis quam difficilis, tamen quæ tempore egeat, saltem quo memoriæ commendetur. Nec me existimes uelim, ex mea tarditate aliorum ingenia metiri. Credo enim, id quod à multis audiui, singulare esse Episcopi ingenium, & maioribus quam de quibus nunc agitur, rebus aptum. Tu de uoluntate eius scribis, & quanto istarum literarum ardeat desiderio: unde futuram quoque diligentiam

diligentiam clare perspicio: ex quibus mihi uideor tantū posse sperare profectum, quantum ab homine excellenti ingenio, summa diligentia, incredibili desiderio quisquam sperare possit. Verum is quantus sit futurus in tam exiguo spacio, non facile dixerim, tu magnum sperare uideris, & ego quoque pro tempore magnum, sed in summa parū futurum puto. Nam & Grocino memini, uirum ut scis, multifaria doctrina, magno quoque & exercitato ingenio, his ipsis literis duos continuos annos, etiam post prima illa rudimenta, solidam operam dedisse: idē sub summis doctoribus, Demetrio Chalcondilo, & Angelo Politiano: Linacrum item acri ingenio uirum, totidem, aut etiam plures annos, sub iisdem præceptoribus impendisse: nam de me ipso nihil dicam, quem post sextum aut septimum annum nihil pudet multa ignorare. Tostallum etiam & Pacium prætereo, quos diutius fortassis quam eorum ingenia exigebant, præceptoris dimittit uel ignorantia, uel negligentia. Morum ipse nosti quam acutus sit, quam uehementi ingenio, quantis etiam si cœperit, uiribus incumbat: in summa, quam sit tui similis. Nolo iam propius accedere, nam de se ipso, & excellenti tuo ingenio te admonere cum superuacuum fuerit, tum assentationi fortassis proximū: sed tamen neuter, opinor, meliorem est, qui se tam cito hæc salebrosa dicit percurrisse, ut post unum aut alterum mensem potuerit quod uellet sine duce progredi, præsertim cum tot flexus, tot diuerticula ubique occurrant, ut possint uel expertos ducere in errorem. Quapropter si uis ut proceperat episcopus, & ad aliquā in his literis frugem perueniat, fac peritum aliquem harum rerum ex Italia accersat, qui & manere tantisper cum eo uelit, donec se tam firmum ac solidum senserit, ut non reperere solum, sed & erigere sese, ac stare atque etiam ingredi possit. Nam hoc pacto melius, mea sententia, futura eius eloquentiæ consulēs, quam si ballutientem adhuc & pene uagientem, ueluti in cunis relinquant. Vale. Habes mi Erasme epistolam bene longam, qua præteriti temporis silentium nimia loquacitate compensaui: sed tamen hoc ipsum tibi ipse imputabis, qui toties ad me de his rebus scripsisti, ut necesse haberem pluribus uerbis respondere. Iterum uale. Oxonij. III. Calendis Februariis.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO LATIMERO S. D.

Tu mihi ad me literis, doctissime Latimere, suauissimum illud ingenij tui candorem, ac pudorē plusquam uirgineum, cum Christiana prudentia coniunctum agnouisti. Nullius nomen attingis, nisi cum laude. Quanta uero in laudando prudentia. Iam cum in aliorum dotibus prædicandis, tamen non parcus sis ac malignus, quam ipse tibi nihil sumis. Cæterum in excusando officio, malebam te non perinde disertum esse. Nam cum ego mihi uiderer multum argumentorum haud leuiter collegisse, quo tibi persuaderem, ut in Nouo testamento recognoscendo nobis suppetias ferre uelles. Deinde, ut incomparabili præfili Græcas literas ceu Colophonem quandam absolutissimæ suæ doctrinæ cupienti adiungere, uel mentis operam largiretis, utroque publicæ studiorum utilitati cōsulturus, tu tam densis & confertis argumentorum agminibus me premis, ut prorfus intellexerim, quam essem infans ac ieiunus ad te collatus. Sed tamen optime Latimere facile patiar, ut hic eloquentiæ palmam auferas, modo uicissim per te nobis liceat auferre officium quod flagitamus, quod quidem hoc erit gratius, si non extortum argumentis, sed ultro meraque animi propensio ne donatum uidebitur. Ac de me quidē tandem polliceris propemodum, & accipio promissum, etiam si uereor, ne ista copia nihil plus nobis sint opitulaturæ, quam olim Rhessi Troianis. Iam dudum enim exemplar flagitat officina Frobeniana. Porro quod ad episcopum Roffensem attinet, magis etiam abs te dissentio. Satius esse ducis omnino non tentare negocium, ni ceptum absoluas. Moneo ut accersatur ex Italia Græcicæ literaturæ insigniter peritus, qui non relinquat episcopum, nisi prouectum & aduultum in hoc studio rum genere. Sed ista mi Latimere, quoniam optare magis licebat, quam efficere, placuit illud Comœdiæ, *ὡς ἄνθρωπος*. Procul abest Italia, quæ nunc aliquanto pauciores habet in literis insignes, quam habebat cū tu illic ageres. Et periculum erat, ne pro accersito insigni, ueniat ardēlio quispiam. Nec ignoras Italorum ingenium quam immenso præmio conducī postulent, ut ad barbaros demigrent, etiam hi qui mediocres sunt. Ut ne dicam interim, quod quibus literis instructi ueniunt, mores nonnunquam non perinde bonos secum

secum adferant. Et nosti præfili integritatem. Itaque fit, ut dum dispicimus, quis potissimum sit accersendus, dum de præstituendo salario hinc atque hinc consultatur, dum adornatur iter, bona pars temporis effluat. Scio prudenter ac uere dictū, Antequam incipias consulto opus esse, ubi consulueris, mature faciendum quod statueris: sed uideo multos nihil aliud quam consultare, ut iam serum sit exequi quod tandem decreuerint. Quemadmodum quibusdam dum consultant uelint ne uxorem ducere, deinde quam uelint de multis deligere, sicut autolans ætas, prius sit inidonea matrimonio, quam possint aliquid certi decernere. Neque uero suspicari libet, te cōfinem esse uulgarium quorundam affectui, qui nihil mirantur, nisi quod e longinquo petitum sit. Mihi Italus est, quisquis probe doctus est, etiam si sit apud luernos natus. Mihi Græcus est, quisquis in Græcis autoribus diligenter ac feliciter uersatus est, etiam si barbam non habeat. Equidem faueo gloriæ Italiæ, uel ob hoc ipsum, quod hanc æquiorē experiar in me, quam ipsam patriam: sed ut ingenue dicam quod sentio, si mihi contingat Linacrus aut Tostallus præceptor, nam de te nihil dicam, non desiderarim Italiam. Proinde etiam atque etiam uide, primum ne parum cōsultum sit, quod domi est, rogare foris. Deinde rem mediocrem qua sit opus aspernari, propterea quod summa non contingant, aut fortē qualemcumque reiicere, ni quis de amplissima uisura fide iubeat. Ipse Grocino cuius exemplum adfers, nonne primū in Angliæ Græcæ linguæ rudimenta didicisse? Post in Italiam profectus audiuit summos uiros, sed interim lucro fuit illa prius a quibus secum didicisse. Eximij ingenij, saepe uel uiam indicasse maximus profectus est. Illud mihi tecum conuenit, in primis optandum, ut elementa quoque prima discantur ab artifice summo, si modo liceat. Verum si id non datur, præstat utcumque coepisse, quam plangere uideam manere, præsertim in hoc genere. Non nihil est negocij, ut prompte noscites elementorum figuras, ut expedite pronuncies, ut declines, ut eō iuges. An nihil egisse uideatur, qui hoc tædij deuorauit? Atque ita mensurā operam abs te petimus, ut taciti speremus trimestrem, etiam si pudor est flagitare. Quod si minus cōtinget, bona spes habet nos, interim aliunde exoriturum qui fundamentis abs te factis superstruat. Ea spes si maxime nos falsos habuerit, tamen ea est ingenij uis, is ardor discendi, ut fiducia sit illum suis præfilijs certe ad mediocritatem eluctaturum. Et fortassis ille mediocritate contentus est, quippe qui non ob aliud ambit Græcas literas, nisi ut maiore cū fructu certioreque iudicio uersetur in sacris libris. Denique ut nihil horū contingat, quid fuerit dispendij? Ut minimum profuerit episcopi studijs, tamen non minimum profuerit ad extirpandos iuuenum animos, tam eximium uirum amplecti Græcitatē. Iam cum in omni disciplinarum genere refert, ut mature initiaris, tum hic peculiariter me hortatur ætas præfili, ne recraftinetur negocium. Finem faciam, illud unum si te monuero, ne pudor iste tuus immodicus, modestaque penē dixerim immodesta, non nihil auocet à iuuandis studijs publicis. Quidam mei similes, plus satis audent, sed nondum mihi liquet utri magis peccent, hi qui nihil aggrediuntur, ne quid peccent, an qui dum in cōsultis prodesse student, labuntur alicubi. Alteri multa præclara docent, quanquam non omnia succedant ex sententia, Deinde suo studio aliorum excitant ac uicissim studium. Alteri dum quod habent, habent sibi, magis mea sententia reprehendendi sunt, quam infames auari, pecuniarum custodes uerius quam domini. Siquidem ab illis congestam pecuniam, si nihil aliud, certe mors transfert in usum aliorum: ab illorum rogo nihil redit ad hæredem, nisi suas cogitationes literis mandant. Id uereor mi Guilhelme, ne quādo nostro eueniat Grocino, sed idem in te nolim accidere. Bene uale. Optime simul ac doctissime, & quod pollicitus es matura. Antuerpiæ. Anno M. D. xviii.

ERASMVVS ANTONIO A BERGIS ABBATI
BERTINICO S. D.

REVERENDE pater, cum proximē essem Gandauī, sero cognoui tuam amplitudinem adesse, cumque iam conarer meo fungi officio, dictū est eam abesse. Post hæc accepti a nonnullis, quod me uehementer cōmouit, te mihi necio quid subira sci, opinor ob Moriā, quam uir clarissimus Georgius Haloinus, me dehortate ac deterrente, fecit Gallicam, hoc est, ex mea uiam fecit, additis, detractis & mutatis quæ uoluit. Ad hæc argumentum ipsum per se ioculatum est, nec tamen illum hominum genus infector odiosius, neque quenquam nominatim taxo;

H. nisi

nisi meipsum. Postremo opus hoc qualecunque est, placet eruditissimis totius orbis omnibus, placet episcopis, archiepiscopis, regibus, cardinalibus, atque ipsi Leoni Pontifici maximo, qui à capite usque ad calcem totum perlegit. Quod si quid etià ineptissimum in hoc opere, & alijs forent offensus, sperabam tuam celsitudinem uel unam mihi patrocinio futuram fuisse, uideletur tui similem, cuius tantam humanitatem semper expertus sum, ut ipsa humanitas non possit esse humanior. Proinde nondum adduci possum ut credam esse uera, quæ mihi quidam super hac re narrarunt. Scio uulgo multa factari inania, & mores tuos candidissimos iam multis annis expertus sum, quibus plus habeo fidei, quam aliorum orationi. Scio quantum intersit inter Bertinicum & Briselotum, etiam si ab eadem litera uocum est initium. Quicquid est, rogo pergas amare tuum Erasmus uel ob hoc ipsum, quod iam olim amaueris. Quod si unquam promeriturus sum tui similitudinem fauorem, aut sim hoc fiducia mei magis quam arrogancia dicere, me nunc maxime promereri: quod fortassis extincto me posteritas rectius iudicabit; quanquam nec hac ætate desint qui perspicant. Versor in collegio Liliano, unde est hic, qui has reddit, Theodoricus iuuenis festiuo felicitate ingenio, ac summa spei; quare si quid erit, in quo requireret fauorem amplitudinis tuæ, quaeso ut experiatur. Bene uale Mæcenas optime, Louanij, natali Lucia Anno M. D. XVII.

GERARDO NOVIOMAGO ERASMVVS ROT. S. D.

VIDE tibi imprecer mi Gerarde, ~~quod tibi imprecer mi Gerarde~~ precor ut breui magno aliquo sacerdotio onereris. Dixeras, at non solus, R. præfulem nostrum non ante quartum aut quintum diem abiturum; ego iuxta uulgarem morem eum numerum conduplicabam, existimans ante octauum diem non mutaturum locum, & erat hic quod agerem. Videbam occupatissimo principi non uacare tum temporis, præfagiebam uos sero præsuros, & mihi iam stomachus latrabat. Proinde subduxi me, testatus apud te, domi expectaturum eo die, si quid iuberet. Nihil denunciatum est, post die mane transcurro Louanium, quod arbitrare haud multum interesse, hic, an istic agerem, quod ad conueniendum præfulem attinet. Relinquo domi epistolium, quo testatus sum me ad omnem nutum paratum fore. Hodie propemodum decreueram recurrere, & ecce Paludanus uetus copotor tuus nunciat hodie dominum proficisci, quod si uerum est, egregium patronum agas oportet, ne quid secus suspicetur ille quam res est: imò tu potissimum in ius uocandus, in te cudenda faba, qui me tuis dictis fefelleris. Crede mihi mi Nouiomage, nullus est in orbe princeps, cui magis ex animo cupiam gratificari, quam Philippo præfule, non solum ob id quod illius sublimi ditioni, uerum etiam quod exitus sit modis omnibus, quod nostro faueat ingenio; denique tacito quodam & arcano sensu mentis ad eum obseruandum impellor. Aulicis officijs haud sane multum ualeo; cæterum quæ ualeo, declaraturus sum quâ opere celsitudinem illius & suspiciam & amem. Id nolum mihi credi, nisi propediem ipse comprobato. Non ausus sum ipsum toties meis epistolis interpellare; tu fac apud illum mihi epistolæ sis uice. Si uocat, aduolabo, sin minus, hoc impensius maturabo profectioem, quo liceat redire celerius. Arbitror me reditum fore ante mensem Octobrem; tum extricatus his spinetis theologicis, uacuo tranquilloque animo Musis & amicis uacabo. Neque susciperem hoc iter periculosissimum, nisi me ratio famæ compelleret. Vbi cumque gentium futurus est Erasmus, certum polliceor, & præfule celsitudo clientulum habitura est, ex animo deditum addictumque, & tua sanctitas amiculum minime fucatum. Bene uale patrono ~~meo~~, Louanij xv. Calendas Maias. Anno M. D. XIII.

RICHARDO PACÆO ERASMVVS ROT. S. D.

OTVS hic annus mihi fuit nigerrimus. Faxit Christus Opt. Max. ut succedant candidiores. ~~τὸν ἡμετέρον καὶ ἰσχυρὸν~~ partim ex meis ad Beatum literis cognoscere quarum exemplar mihi Tostallo. Iam olim ~~χρονὸν~~ expecto de reditu tuæ bibliothecæ, miseremque metuo ne nostræ nugæ perierint. Libellus tuus a uide legitur apud Germanos, sed tamen offendit nonnullos Constantiensis, quod uidearis illis adimere literas, tribuere temulentiam. Statueram uos hoc autumno inuisere; amplexurus quod regia benignitas ultro defert. Extincto Cancellario, nihil est quod sperem à nostris. Gallie nouum hospitem fieri non libet. Si accederet quod offert rex, nihil

nihil ambirem præterea. Tandem apud nos profectio cepit Galenus à Linacro uersus, qui mihi supra modum placet. Posthac & medicum fieri iuuat. Decimarum negotium Germaniæ non placet. Egregie ~~τὸν καλὸν λόγον~~ πολυμήχανοι μὲν αὖ. Bene uale doctissime Pacæe. Linacrum meis uerbis saluta, & ad reliquas suas lucubrations adendas extimula Louanij xi. Calend. Nouemb. M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. ÆGIDIO BVSLIDIO S. D.

IR ornatisime huc accessi ut pluribus agerem cum oratore regis Angliæ Ricardo Pacæo, uiro utriusque literaturæ callentissimo, sed incommoditas cœli facit, ut domi me contineam. Mitto dono libros Galeni, opera Thomæ Linacri melius Romane loquentes, quam antea Græce loquebantur. Tres posteriores magis te capient, nam tres primos consumit ferè in unguendo, lauando, fricandoque, nunc puerum, nunc adolescentem, nunc iuuenem. Nouum testamentum felibus auspicijs exiit in lucem; quo minus huc adduxerim, oblitio fuit in causa. Theologi mitescunt, imò respiscunt. Exire non audeo. Tuam excellentiam uocare audeo ad cœnulam tribus ouis apparatus. Ad eam hoc uenies gratior, quo parcius est. Bene uale. Colloquar antequam abeam. M. D. XVIII.

AMBROSIVS LEO NOLANVS MEDICVS ERASMO S. D.

ACTENVS Erasmus charissime, nugas illas esse putari, quas de Pythagora & Proteo scripsere ueteres; illi sæpe ad has uitæ aras reuersum fuisse, totidemque mortem oppetisse; hinc in uarias formas mutasse sese, cum libuisset. Factum enim alterius ab altero parum differre nostri. Nunc uero non nugas, non fabellas illas ridemus, historias credimus, quandoquidē in te uno utriusque contigisse nouimus. Pauca enim intra tempora tam sæpe obisti & redisti ad uiuos, quam se forma in formam uariam nouamque mutatus es. Primum enim audiuius etiam ab Aldo, te in Gallia obisse, paucos post annos reuixisse in Germania. Deinde relatum est, te desideratum esse in Germania, qui paulo post in Italia apparuisti. Postremo intelleximus, oppetisse te apud Britannos, nunc ab Auerno reuocasse gradum in Gallia, unde & ad nos nostratesque uiros & literas dedisti, & salute multa impartisti. Quamobrem alterum uisus sum uidere Pythagoram. Quinetiam non modo ex Italo mutatus es in Galliam, & de Gallia in Germaniam transisti, tanquam de uitulo in aurem, & de aue in frumēti genus, quod seipsum apud Plinium male legunt; uerum etiam de poeta in theologum inuersus es, ac de Theologo in Cynicum philosophum transmigrasti; item demum Cynicum cum oratore commutasti, quæ miræ metamorphoses Protei illius solius uidebantur. Vidimus enim innumeris libris tuos impressos, quibus memoratas uel hominis uel ingenij personas & formas uariasti, ~~id est, ut unus idemque sententiarum auctor foret, sed~~ non ut unus idemque sententiarum auctor foret, sed tanquam tres quatuorue auctores illarum essent. Quinetiam ob tuas eiusmodi transmutationes illud mihi contigit. Siquidem iam pridem ridebam Pythagoram, qui renascendo & agnosceret & memoraret, se alio tempore uixisse, quoniam Aristoteles demonstrat, nihil in morte remanere memoriæ eorum, quæ ante acta essent in uita. Nunc uero ubi uidimus, te toties oppetisse rediisseque ad lumina solis, nostri ac amicorum memorem, memoriamque seruantem, aspernati sumus Aristotelis fallacem diligentiam. Veruntamen & si ita habeat, uereor Erasme mi, si etiā mutationes istas delectatus experiaris, aliter euenire que proposueris, quancumque in alijs transmutationibus contigerat. Quam ob rem hortari te uelim, ut in isto, quo fruieris, uitæ genere teipsum contineas, teque omni ope, qua potes, serues; periculumque nullum mutandi in eas: ne tibi, quod urinantibus accidere solet, contingat, qui dum sepius ab aquis, in quas intrepide insillere, emerisissent, aliquando securi sub aquis quæ natarent, nusquam exisse uisi sunt. Atque adagium tuum illud in memoriam reuocet: Ne temere Abydum. Siquidem mutatione, quæ fit aut de uita ad mortem aut de forma in formam, periculosiorem uideo esse nullam. Hinc autem, quod gratis à nobis audias, nihil scribere ualemus. Næque præter literaria munera nulla res est, quæ ad te pertinere uideatur. Litera uero ipsa ubique gentium frigit, horrentque ut iam iam interitura: Magni enim sonitus Turcicorum armorum in Italia audiuntur, qui & in Aegypto & Syria & Perside exciui sunt, qua pro re Musæ metuentes (sunt enim ut nostri nudula puellæ) interitum cogitant.

H cum

cum quibus casuras esse etiā literas omnes, necessum est. Sed tamē ut mutiamus aliqua scias in senatu Veneto sancitum esse, atq; etiā præconio publicatū, eligendum esse luciforem Marco Musuro, qui publice Græcas literas auditores doceat: stipendūq; centenorum aureorum decretum. Eam ob rem quam plurimi se parant & cōpetunt. Namq; statutum est tempus duorum mensium, quo cōpetitores & nomina dent, & legendo & aperiendo Græcos autores, ostendant qui uiri sint, & quantū lingua & ingenio polleat. Si quis ergo forte fuerit, qui per ista climata nomine & scientia Græcarum literarum clarifceret, huic ipsi significato memoratum decretum, ut si animo ei sederit cōpetere aperi- req; Græcanicos libros, huc intra duorum mensium curriculum se cōferat. Adhæc nostri magnam auditorum turbam, qui ueluti pullicini sub glöciente Musuro pipiebāt, illorum non pauci iam pullastri magni euaserunt, nec pipiūt, sed pipant & cātillant, ijdem magno animo sunt etiā ascendendi suggestum præceptoris. Atq; inter eorum elegātiores unus Petrus Alcyonius multa e Græco in Romanū sermonem elegātissime uertit. Nam ora- tiones pleriq; Iocratidis ac Demosthenis tanta Arpinitate expressit, ut Ciceronē ipsum nihilominus legerē uidearis: Aristotelisq; multa uertit tam candidè, ut Latium gloriabun- dum dicere possit. En Aristotelem nostrū habemus. Idem ipse iuuentis, ut est literarū opti- marum utrarūq; maximus alumnus, ita tui quoq; amantissimus, ac studiorū tuorum digne. In calce de me iā sene & amico etiā senties aliqua. Nam ita uicimus postq; hinc soluisi, ut uiuebamur tui, quū nobiscū eras, ut nosti, cōtinuo summus sitando cum libellis utrisq; idq; ut fortū aliquē Leone dignum senescendo cōciperemus, non ut mulie- res, quæ dum puellæ sunt, statim tēpore grauidæ esse uolūt, atq; paulo post fortificare gau- dent, quarū filij imbecilles nascuntur, nec diu uiuere queūt. Conceptimus aliquos, quorū quosdam parturimus, quosdā peperimus, inq; lucē adidimus: opusculum enim in tris di- stinctum libros de Nola urbe patria nostra composuimus, quod impressum est: alterū ma- gnum opus sectum in libros sex & quadraginta ex Peripatetica disciplina cōfecimus ad- uersus Auerroem, quod etiā excusum est, ut intelligas, nos etiā haud contriuisse noctes in culcitris. Ad hæc aliquid literarum ad nos etiā des, uelim: eas enim magnopere cupi- mus, non solum ut intelligamus, te bene agere, quod summo opere optamus, sed etiā ut a te audiamus aliqua eorum, quæ sunt apud eos, qui ex hac uita commigrare, atq; utra sit regio ad manendum accommodatior, Calles enim utriusq; conditionem, quippe qui sæpe iam mortem cum uita, & cum morte uitam commutasti. Vale & nos ama, ut soles. Venetijs decimo quarto Calend. August. Anno M. D. XVIIII. apud speciarum taber- nam coralli.

ERASMVVS ROT. AMBROSIO LEONI IN SIGNI MEDICO S. D.

Vominus expectate uenerunt tuae literæ Ambrosii doctissime, hoc mihi plus uoluptatis attulerunt. Sic enim mihi totam illam nostræ consuetudinis me- moriam renouarunt, ut eas legens apud Venetos mihi uiderer agere, uete- res amicos meos tueri coram & amplecti, Aldum, Baptistam Egnatiū, Hie- ronymum Aleandrum, M. Musurum, te cum primis amicorum omnium sua- uissimum. Agnosco lepidissimos tuos mores in epistola tua, quæ tota iocis ac salibus sca- tet. O te felicem cui contigerit in pulcherrimis studijs, & in urbe facile omnium magnificē- tissima, inter patricos & eruditos uiros consensere: cum me meus genius pluribus cas- bus atq; erroribus exeruerit, quam unquam Neptunus Vlyssē Homericū. At ne quid horum tribuas inconstantia animi, in tanta fatorum uarietate semper idem ac sui similli- mus fuit Erasimus. Nec unquā alius fuit, quam sum, sed ita ferebat fabulæ ratio, alia subin- de erat agenda persona. Et tamē tum demum mihi Pythagoras, ac Proteos obijceres, si nosles omnes fabulæ nostræ scenas. Quoties enim post illa me sepelierūt isti, quoties ipse mihi sum superstes? Bonarum literarū hostes me prope singulis annis efferūt, sepeliūtq;. Quoties adita mihi Basilea per medios latrones, per medias pestes? Cum quibus mon- stris mihi luctandū fuit? Qui sudores exantlandi? Diceres Erasimum illum olim uitreum, nunc adamantinum esse factum. Quid faciam? Sic est fatum meum. Tu felicitior, cui licue- rit in honesto tranquillōq; ocio cum philosophia mussare. Nec uille tempestates inciderūt, quæ te a tenore uitæ transuersum aliō raperent. expectamus auidiissime foetus istos nō so- lum Leone dignos, ut tu uocas, uerum etiā Ambrosio dignos, ut non minus habeāt iu- cunditatis

cunditatis quam roboris, & Nestorem illum Homericum, mellita faecundia scatentē, no- bis referat. Pie tu quidem, quod Nola patriam tuam illustras, cui quondam Maro no- ster famam inuidebat. Atq; utinam prodisset ingens illud opus aduersus Auerroem im- pium καὶ τοῖς κατὰ πρόσωπον. De problematis rerum naturalium, quod opus iam olim habebas in manibus, mihi scripsisti, ne de Græcis quidem literis, quas iam canescens, & tamen feliciter amplexus es, graui exemplo, ne postquam uisum esset adolescēs. Quod mones: ne temere Abydum, utinam in tempore monuisses, nunc postea quam se- mel me uentis ac fluctibus credidi, horum arbitrio ferar necesse est. Attamen in tantis mo- tibus quos quotidie nouos excitant, in meliora studia coniuuati sycophantæ, rationis ac philosophiæ faburra melibro, arteq; quantum licet, cū tempestate pugno. Turcicos mo- tus nihil est quod formidemus, si modo Christianos principes iungat concordia. Et o pe- ctus uere philosophicum, prædijs ac pecunijs non times, studijs times. Ad quorum exi- stium nihil opus est Turcis, Molluntur isthuc summa uī monachi quidam ac Theologi. Quotam enim studiorum portionem relinquit, qui præter Sophisticam Theologiam, ac perturbatam legum cognitionem nihil uult sciri: qui linguas explodit, qui semel quicquid est postioris literaturæ damnat? Sed nihil agunt homines impudentissime stolidi. Tota Gallia, tota Germania, atq; ipsa quoq; Britannia, flagrantibus etiā animis optimas lite- ras amplectitur summo fauore principum, atq; etiā præsidio. Marcus Musurus episcopus esse maluit, quam professor, sed huc festinantem Roma absorbit: non opinor quen- quam apud nos tam impudentem esse, qui uelit in isto teatro sui specimen ædere, & Gal- lus aut Germanus cum Italis, imò cum Musuri posteris inire certamen, quid nisi fibilos ac rissum lucrifactorus? Pergratum Petri Alcyonij per te nouisse nomen, utinam & lucu- brationes hominis uidere liceret, præsertim quæ uertit ex Aristotele. Cupio totum homi- nem propius nosse, præsertim cum nostra non aspernetur, quod haud faceret, ni foret in- genio longe candidissimo. Lacessem eum alias literis meis, nunc uiro meis uerbis dices salutem. Est apud Britannos uir undiquaq; doctissimus Thomas Linacrus, tibi iam olim ex Aldi nostraq; prædicatione cognitus, tuæ professionis, ac ni fallor ætatis. Is idem agit quod tu: Multis annis elimatas lucubrations suas uicissim adit in lucē. Prodiit Galenus ἰατρικῆς ἰστορίας, tanta fide, tanta luce, tanto Romani sermonis nitore redditus, ut nihil us- quam desideret lector Latinus. Imò nihil non melius reperiat, quam apud Græcos habea- tur. Successerūt libri Therapeutices, quos scis quales antea habuerimus. Expectamus proxima foetura libros Aristotelis Meteorologicos, non æstimandis sudoribus primum emendatos, deinde felicissime ueros. Sunt illi permulta in scripijs, magno usui futura stu- diosis. His monumentis uir ille consuluit immortalitati sui nominis, his ornat suam An- gliam, his aulam regiam illustrat, atq; ipsum in primis principem, cui medicus est prima- rius. Apud Gallos item magnus ille Guilielmus Copus nouis subinde libris rem medi- cam nobis asserit. Budæus per iureconsultorum libros obambulans, Augeæ stabulum re- purgat. Gaudēt omnes admoneri, soli Theologi nolumus meliora discere. Fac ualeitudi- nem tuam Ambrosii doctissime tuare diligēter, quo & diu prosis optimis studijs, & mul- tis annis senex sene frui possim. Nam ipse præcurrentem te sum assequutus, totus fermē canus. Aldus in familiaribus colloquijs non sine uoluptate solitus est imitari senis decrepi- ti balbutiem, qua olim putaret futurum, ut alter alterum consalutarem. Quomodo ua- les, inquit, domine Erasme? deinde uoce æque balba, sed exiliore, me uidelicet agens, re- spondebat: Si uales, ego ualeo. Hæc iucunde quidem somniabat, præsertim si sermo acce- deret de extruenda noua Academia, sed fidem non præstitit. Reliquit nos ante balbam il- lam ætatem: etiā si me multo grandior erat Aldus, annis, ni fallor, plus minus uiginti. Nam ipse nunc annum quinquagesimum secundum, aut ad summum tertium ago. Iuuat plura tecum confabulari, optime Leo, sed aliō me uocant negocia. Tuum nomen semper extabit in meis Prouerbijs, si tamen his ipsis contingeret extare. Neq; uicissim in tuis luca- brationibus grauaberis Erasmi meminisse. Optimum Baptistam Egnatiū meo nomine salutato diligenter: item Asulanum cum sua familia, nominatim Manutiolum qui nobis isthuc puellus ludebat, cū adesset. Bene uale. Louanij Id. Octob. Anno mille- simo quingentesimo decimo nono.

ERASMVVS ROT. VLTRICO HVTTENO S. D.

VOD Thomæ Mori ingenium sic deamas, ac penè dixerim deperis, nimirum scriptis illius inflammatus, quibus ut uere scribis, nihil esse potest neque doctius neque festiuus, istuc mihi crede ~~est~~ Huttene, tibi cum multis commune est, cum Moro mutuam etiam.

Hæc uidelicet est illa Platonis omnium maxime amabilis sapientia, quæ longe flagrantiores amores excitat inter mortales, quam ullæ quamlibet admirabiles corporum formæ. Non cernitur illa quidem oculis corporeis, sed & animo sui sunt oculi, ut hic quoque uerum cõperiat illud Græcorum *ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν γινώσκου ἀνθρώποις ἐρεῖν*, per hos fit aliquoties, ut ardentissima charitate conglutinentur, inter quos nec colloquium, nec mutuus conspectus intercessit. Et quæadmodum uulgo fit ut incertis de causis alia forma alios rapiat, ita uidetur & ingeniorum esse tanta quædam cognatio, quæ facit ut certis ingenijs impense delectemur, cæteris non item. Cæterum quod à me flagitas, ut tibi totum Morum uelut in tabula depingam, utinam tam absolute præstare queam, quam tu uehementer cupis. Nam mihi quod non iniucundum fuerit, interim in amici multo omnium suauissimi contemplantione uersari. Sed primum, & *πρῶτον ἀποφύξασθαι* omnes Mori dotes perpexisse, deinde haud scio an ille laturus sit, à quolibet artifice depingi sese. Nec enim arbitrari leuioris esse operæ Mortuum effingere, quam Alexandrum Magnum, aut Achillem, nec illi quam hic noster immortalitate digniores erant. Tale argumentum prorsus Apellis cuiuspiam manum desiderat: at uereor, ne ipse Fuluij Rubæque similior sim quam Apellis. Experiar tamen tibi totius hominis simulacrum delineare uerius quam exprimere, quantum ex diutina domesticæque consuetudine uel animaduertere licuit, uel meminisse. Quod si quando fiet, ut uos aliqua legatio committat, tum demum intelliges, quam non probum artificem ad hoc negocij delegeris, uereorque plane, ne me aut inuidentiæ incuses aut cæcitiæ, qui ex tam multis bonis tam pauca uel uiderim lippus uel commemorare uoluerim inuidus. Atque ut ab ea parte exordiar, qua tibi Morus est ignotissimus, statura modicæ corporis est infra proceritatem, supra tamè notabilem humilitatem. Verum omnium membrorum tanta est symmetria, ut nihil hic omnino desideres, cutis corporis candida, facies magis ad candorem uergit, quam ad pallorè; quanquam à rubore procul abest, nisi quod tenuis admodum rubor ubique subleget, capilli subnigro flauore, siue mauiis, sufflauto nigrore, barba rarior, oculi subcessij, maculis quibusdam interspersi, quæ species ingenium arguere solet felicissimum, apud Britannos etiam amabilis habetur, cum nostri nigrore magis capiuntur. Negant ullum oculorum genus minus infestari uitij. Vultus ingenio respondet, gratam & amicam festiuitatem semper præ se ferens, ac non nihil ad ridendi habitum compositus. Atque ut ingenuè dicam, appositior ad iucunditatem, quam ad grauitatem aut dignitatem, etiam si longissime abest ab ineptia scurrilitateque. Dexter humerus paulo uidetur eminentior læuo, presertim cum incedit, id quod illi non accidit natura, sed assuetudine, qualia per multa nobis solent adherere. In reliquo corpore nihil est quod offendant, manus tantum subrusticæ sunt; ita duntaxat, si ad reliquæ corporis speciem conferantur. Ipse omnium quæ ad corporis cultum attinent semper à puero negligētissimus fuit, adeo ut nec illa magnopere curare sit solitus, quæ sola uiris esse curanda docet Ouidius. Formæ uenustas quæ fuerit adolescenti, nunc etiam licet *καλάμῃ* conijcere; quanquam ipse noui hominem, non maiorem annis uiginti tribus, nam nunc non multum excessit quadragesimum. Valetudo prospera magis quam robusta, sed tamen quæ quæuislibet laboribus sufficiat, honesto ciue dignis, nullis aut certe paucissimis morbis obnoxia; spes est uitaecem fore, quando patrem habet admodum natu grandem, sed mire uirenti uegetaque senectute. Neminem adhuc uidi minus morosum in delectu ciborum. Ad iuuenilem usque ætatem aquæ potu delectatus est, id illi patrium fuit. Verum hac in re ne cui molestus esset, fallebat cõuiuas è stanneo poculo ceruissiam bibens, eamque aquæ proximam, frequenter aquam meram. Vinum, quoniam illic mos est ad idem poculum uicissim inuitare sese, summo ore nonnunquam libabat, ne prorsus abhorreere uideretur, simul ut ipse communibus rebus assuesceret. Carnibus bubulis, salsamentis, pane secundario, ac uehementer fermentato libentius uescebat, quam his cibis quos uulgo habet in delicijs. Alioqui neuiquam abhorrens ab omnibus quæ uoluptatem innoxiam adfer-

adferunt etiam corpori. Lactariorum, & eorum foetuum qui nascuntur in arboribus semper fuit appetentior; estum ouorum in delicijs habet. Vox neque grandis est, nec admodum exilis, sed quæ facile penetret aures, nihil habens canorum, ac molle, sed plane loquentis est; nam ad Musicam uocalem à natura non uidetur esse compositus, etiam si delectatur omni Musices genere; Lingua mire explanata articulataque, nihil habens nec præceps, nec hæsitans. Cultu simplici delectatur, nec sericis, purpura uel, atit catenis aureis utitur, nisi cum integrum non est ponere. Dictum mirum, quam negligens sit caeremoniarum, quibus hominum uulgo æstimat morum ciuitatem. Has ut à nemine exigit, ita alijs non anxie præstat nec in congressibus, nec in conuiuijs, licet harum non sit ignarus, si lubet uti. Sed muliebrem putat, uicque indignum, eiusmodi ineptijs bonam temporis partem absumere. Ab aula principumque familiaritate olim fuit alienior, quod illi semper peculiariter inuisa fuerit tyrannis, quemadmodum æqualitas gratissima. Vix autem reperias ullam aulam tam modestam, quæ non multum habeat streptus, atque ambitionis, multum futuri, multum luxus, quæque prorsus ablit ab omni specie tyrannidis. Quin nec in Henrici octauæ aulam pertrahi potuit, nisi multo negotio, cum hoc principe nec optari quicquam possit ciuilius ac modestius. Natura libertatis atque ocij est auidior, sed quemadmodum ocio cum datur libens utitur, ita quoties possit res, nemo uigilantior aut patientior. Ad amicitiam natus factusque uidetur, cuius & sincerissimus est cultor, & longe tenacissimus est. Nec illi metuit *πρὸς ἑλπίω* ab Heliado parè laudatam. Nulli non patet ad necessitudinis foedus. Nequaquam morosus in deligendo, commotissimus in alendo, constantissimus in retinendo. Si fors incidit in quempiam, cuius uitij mederi non possit, hunc per occasionem diuitit, distrens amicitiam, non abruptens. Quos synceros reperit, & ad ingenium suum appositos, horum consuetudine fabulisque sic delectatur, ut in his rebus præcipuam uitæ uoluptatem ponere uideatur. Nam à pila, alea, chartis, cæterisque lusibus, quibus uulgo procerum temporis tegdum solet fallere, prorsus abhorret. Porro ut propriarum rerum est negligenter, ita nemo diligentior in curandis amicorum negocijs. Quid multis? Si quis ab solutu teræ amicitia requirat exemplar, à nemine rectius petierit, quam à Moro, in conuictu tam rara comitas, ac morum suauitas, ut nemo tam tristi sit ingenio, quem non exhilaret; nulla res tam atrox, cuius tædium non discutiat. Iam inde à puero sic iocis est delectatus, ut ad hos natus uideri possit, sed in his nec ad scurrilitatē usque progressus est, nec morositatem in qua amauit. Adolescens comædiolas & scripsit, & egit. Si quod dictum esset falsius etiam in ipsum tortum, tamen amabat, usque adeo gaudet salibus argutis, & ingenium redolentibus, unde & epigrammatis lusit iuuenis, & Luciano cum primis est delectatus, quin & mihi ut Morias encomium scriberem, hoc est, ut camelus saltarem, fuit auctor. Nihil autem in rebus humanis obuium est, unde ille non uenetur uoluptatem, etiam in rebus maxime ferijs. Si cum eruditjs & cordatis res est, delectatur ingenio; si cum indoctis ac stultis, fruitor illorum stultitia. Nec offenditur morionibus, mira dexteritate ad omnium affectus sese accommodans. Cum mulieribus fere, atque etiam cum uxore, non nisi lusus, iocoseque tractat. Diceret alterum quendam esse Democritum, aut potius Pythagoræ cum illum philosophum, qui uacuis animo per mercatum obambulans, contemplatur tum multus uendentium atque ementium. Nemo minus ducitur uulgi iudicio, sed rursus nemo minus abest à sensu communi. Præcipua illi uoluptas est spectare formas, ingenia & affectus diuersorum animantium. Proinde nullum ferè genus est auium, quod domi non alat, si quod aliud animal uulgo rarum, ueluti simia, uulpes, uiuera, mustela, & his consimilia. Ad hæc si quid exoticum, aut alioqui spectandum occurrat, auidissime mercari solet, atque his rebus undique domum habet instructam, ut nusquam non sit obuium, quod oculos ingredientium demoretur; ac toties sibi renouat uoluptatem, quoties alios conspiciat oblectari. Cum gras ferret, non abhorruit à puellarum amoribus, sed citra infamiam, & sic ut oblati magis frueretur, quam captatis; & animo mutuo amaretur potius, quam coitu. Bonas literas à primis statim annis hauserat. Iuuenis ad Græcas literas ac philosophiæ studium sese applicuit, adeo non opitulante patre uisito alioqui prudenti, proboque, ut ea conantem omni subsidio destitueret; ac penè pro abdicatione haberet, quod à patris studijs desciscere uideretur, nam is Britannicarum legum peritiā profitebatur. Quæ professio, ut est à ueris literis alienissima, ita apud Britannos cum primis habentur magni, clarique, qui in hoc genere sibi pararunt au-

coritatem, nec temere apud illos alia uia ad rem ac gloriā parandam magis idonea. Siqui-
dem plerumque nobilitatem illius insula peperit hoc studiorum genus. In eo negant quen-
quam absolui posse, nisi plurimos annos insudarit. Ab hoc igitur cum non iniuria abhor-
reret adolescentis ingenium, melioribus rebus natum, tamē post degustatas scholasticas
disciplinas, sic in hoc uersatus est, ut neque consuleret quenquam libentius litigatores, ne-
que quæstum uberiorem faceret quisquam eorum, qui nihil aliud agebant. Tanta erat uis
ac celeritas ingenij. Quin & euoluendis orthodoxorum uoluminibus non segnem ope-
ram impedit. Augustini libros De ciuitate dei publice professus est adhuc pene adolecēs
auditorio frequēti, nec puduit nec pœnituit sacerdotēs ac senes à iuvene profano sacra
discere. Interim & ad pietatis studium totum animum appulit, uigilijs, ieiunijs, pre cationi-
bus, alijsq; consimilibus progymnasmatīs sacerdotum meditans. Qua quidem in re non
paulo plus ille sapiebat, quam plerique isti, qui temere ad tam arduam professionē ingerunt
se, nullo prius sui periculo facto. Neque quicquam obstabat quo minus sese huic uitæ ge-
neri addiceret, nisi quod uxoris desiderium non posset excutere. Maluit igitur maritus es-
se castus, quam sacerdos impurus. Tamen uirginem duxit admodum puellam, claro gene-
re natam, rudem adhuc, utpote ruri inter parentes ac sorores semper habitam, quo magis
illiliceret illam ad suos mores fingere. Hanc & literis instruendam curauit, & omni Mū-
ces genere doctam reddidit, planeque talem pene finxerat, qui cū libuisset uniuersam ætatē
exigere, ni mors præmatura puellam sustulisset è medio, sed enixam liberos aliquot, quo-
rum adhuc supersunt puellæ tres, Margareta, Aloysia, Cæcilia, puer unus Ioannes. Neque
diti coelebs uiuere sustinuit, licet aliō uo cātib; amicorum consilijs, paucis mensibus à su-
nere uxoris uiduam duxit magis curādæ familiæ, quam uoluptati, quippe nec bellam ad-
modum, nec puellā, ut ipse iocari solet, sed acrem ac uigilantē matrem familiæ, qui cū ta-
men perinde comiter suauiterq; uiuit, ac si puella foret forma quantumlibet amabili. Vix
uillis maritus à sua tantum obsequij impetrat imperio atq; seueritudine, quantum hic blan-
ditijs iocisq;. Quid enim non impetret, posteaquam effecit, ut mulier iam ad senium uer-
gens, ad hoc animi minime mollis, postremo ad rem attentissima, cithara, testudine, mono-
chordo, tibijs canere disceret, & in hisce rebus quotidie præscriptum opere pensum exi-
genti marito redderet cōsimili comitate totam familiam moderatur, in qua nulla tragoe-
dia, nulla rixa. Si quid extiterit, protinus aut medetur, aut componit. Neque quenquam un-
quam dimisit ut inimicum, aut ut inimicus. Quin huius domus fatalis quædam uidetur fe-
licitas, in qua nemo uixit, qui non prouectus sit ad meliorem fortunam, nullus unquā ul-
lam famæ labem contraxit. Quin uix ullos reperias, quibus sic conuenerit cum matre, ut
huic cum nouerca, nam pater iam alteram induxerat, utramq; nō minus adamauit, ac ma-
trem. Nuper induxit tertiam, hac Morus sancte deierat se nihil unquā uidisse melius. Por-
ro erga parentes ac liberos, sororesq; sic affectus est, ut nec amet moleste, nec unquā de-
sit officio pietatis. Animus est à sordido lucro alienissimus. Liberis suis semouit è facultati-
bus, quod illis satis esse putat, quod superest largiter effundit. Cum aduocationibus adhuc
aleretur, nulli non dedit amicū uerumq; consiliū, magis illorum cōmodis prospiciens,
quam suis. Plerisq; solitus persuadere, uti litem componeret, minus enim hic fore di-
spendij, Id si minus impetrabat, tum rationem indicabat, qua possent quam minimo di-
spendio litigare, quando quibusdam hic animus est, ut litibus etiam delectentur. In urbe
Londinensi, in qua natus est, annos aliquot iudicem egit in causis ciuilibus, id munus ut
minimum habet oneris (nam non sedetur nisi die Iouis usq; ad prandium) ita cum primis
honorificum habetur. Nemo plures causas absoluit, nemo se gessit integrius, remissa ple-
risq; pecunia, quam ex præscripto debent, qui litigant. Siquidem ante litis cōtestationem
actor deponit tres drachmas, totidem reus, nec amplius quicquā fas est exigere. His mo-
ribus effecit, ut ciuitati suæ longe charissimus esset. Decreuerat autē hac fortuna esse con-
tentus, quæ & satis haberet autoritatis, nec tamen esset grauib; obnoxia periculis. Se-
mel atque iterum extrusus est in legationem, in qua cum se cordatissime gessisset, non
conquieuit serenissimus rex Henricus eius nominis octauus, donec hominem in aulam
suam pertraheret. Cur enim non dicam pertraheret? Nullus unquam uehementius am-
bijt in aulam admitti, quam hic studuit effugere. Verum cum esset optimo regi in animo,
familiam suam eruditis, grauib; cordatis, & integris uiris disertam reddere, cum alios
permul-

permultos, tum Morum in primis acciuit, quem sic in intimis habet, ut à se nunquam pa-
riatur discedere. Siue scrijs utendum est, nihil illo consultius, siue uisum est regi fabulis a-
mcenioribus laxare animum, nullus comes festiuor. Sape res ardue iudicem grauem &
cordatum postulant, has sic Morus discutit, ut utraq; pars habeat gratiam. Nec tamen
ab eo quicquam impetrauit, ut munus à quoquam acciperet. Felices res publicas, si Mori
similes magistratus ubiq; præficeret princeps. Nec interim ullum accessit supercilium. In-
ter tantas negociorū moles, & ueterum amiculorum meminit, & ad literas adamasas sub
inde redit. Quicquid dignitate ualet, quicquid apud amplissimum regem gratia pollet, id
omne iuuandæ reipub. iuuandis amicis impendit. Semper quidem adfuit animus de cun-
ctis benemerendi cupidissimus, necq; pronus ad misericordiam, cum nūc magis exerit,
quando potest plus prodesse. Alios pecunia subleuat, alios autoritate tuetur, alios com-
mendatione prouehit; quos alioqui iuuare non potest, his consilio succurrit. Nullum un-
quam à se tristem dimisit. Diceret, Morum esse publicum omnium inopum patroum.
Ingens lucrū sibi putant accessisse, si quem oppressum subleuauit, si perplexū & impedi-
tum explicuit, si alienatum rededit in gratiam. Nemo libentius collo cat beneficij, nemo
minus exprobrat. Iā cū tot nominibus sit felicissimus, & felicitatis comes ferē soleat esse
iactantia, nullū adhuc mortalitū mihi uidere contigit, qui longius abesset ab hoc uitio. Sed
ad studiorum cōmemorationem redeo, quæ me Moro, mihiq; Morum potissimum cor-
ciliant. Primam ætatem carminū potissimum exercuit, mox diu luctatus est, ut profana
orationem redderet molliorem, per omne scripti genus stilum exercēs, qui cuiusmodi sit,
quid attinet commemorare? tibi præsertim qui libros eius semper hab eas in manibus. De
clamationibus præcipue delectatus est, & in his materijs adoxis, quod in his acriter sit in-
geniorum exercitatio. Vnde adolescens etiamnum dialogum moliebatur, in quo Plato-
nis communitatem ad uxores usq; defendit. Luciani Tyrannicidæ respondit, quo in ar-
gumento me uoluit antagonistam habere; quo certius periculum faceret, ecquid profe-
cisset in hoc genere. Vtopiam hoc consilio addidit, ut indicaret quibus rebus fiat, ut mi-
nus commode habeant res publicas, sed Britannicam potissimum effinxit, quam habet pe-
nitius perspectam cognitamq;. Secundum librum prius scripserat per ocium, mox per
occasionem primum adiecit ex tempore. Atq; hinc nonnulla dictionis inæqualitas. Vix
alium reperias, qui felicitus dicat ex tempore, adeo felici ingenio felix lingua subseruit. In-
genium præsens, & ubiq; prærolans, memoria parata, quæ cum omnia habeat uelut in
numerato, prompte & incontinenter suggerit quicquid tempus aut res postulat. In disputa-
tionibus nihil fingi potest acutius, adeo ut summis etiam Theologis sæpe negocium fa-
cessat, in ipsorū arena uersans. Ioannes Coletus uir a cris, exactiq; iudicij, in familiaribus
colloquijs subinde dicere solet, Britannia non nisi unicum esse ingenium; cum hæc insula
tot egregijs ingenijs floreat. Vere pietatis non indiligens cultor est, etiā si ab omni super-
stitione alienissimus. Habet suas horas, quibus deo litet precibus, non ex more, sed è pe-
ctore depromptis. Cū amicis sic fabulatur de uita futuri seculi, ut agnoscas illi ex animo
loqui neque sine optima spe. Ac talis Morus est etiā in aula. Et postea sunt, qui putet Chri-
stianos non inueniri, nisi in monasterijs. Tales uiros cordatissimus rex in familiam suam,
atq; adeo in cubiculum nō solum admittit, uerum etiam inuitat, nec inuitat modo, uerum
etiā pertrahit. Hos habet arbitros, ac testes perpetuos uite suæ, hos habet in consilijs, hos
habet itinerum comites. Ab his stipari gaudet, potius quam luxu perditis iuuenibus, aut
mulierculis, aut etiam torquatis Midis, aut insynceris officijs, quorū alius ad uoluptates
inceptas auocet, alius ad tyrannidem inflammet, alius ad expilandum populum nouas te-
chnas suggerat. In hac aula si uixisses Huttene, sat scio rursum alia aulam describeres, &
miliaulos esse desineres, quamquam tu quoq; cum eo principe uiuis, ut integriorē nec o-
ptare possis. Neque desunt qui rebus optimis faueant, ueluti Stromerus ac Copptis. Sed
quid ista paucitas ad tantū examē insigniū uirorū, Montioij, Linacri, Paeci, Coleti, Sto-
schleij, Latimeri, Mori, Tunstalli, Clerici, atq; aliorum his ad similitudinem quorū quencumq;
nominaris, mundum omnium uirtutum ac disciplinarum semel dixeris. Mihi uero spes
est haud quaquam uulgaris, fore, ut Albertus unicum his temporibus nostræ Germaniæ
ornamentum, & plures tui similes in suam allegat familiam, & cæteris principibus graui
sit exemplo, ut idem & ipsi suæ quisq; domi facere studeant. Habes imaginē ad optimum
exemplar

exemplar a pessimo artifice non optime delinatam. Ea tibi minus placebit, si contingerit. Mori nosse propius. Sed illud tamē interim caui, ne mihi possis impingere, quod tibi minus paruerim, ne uē semper opprobres nimium breues epistolas. Etiam si hęc nec mihi scribenti uisa est longior, nec tibi legenti, sat scio, proluxa uidebitur: id faciet. Mori nostri suauitas. Verum ne nihil ad postremam tuam epistolam respondeam, quam prius excusam legi quam scriptam, Clarissimi principis Alberti humanitatem ex ipsius etiam ad me literis intellexi. Sed qui quæso factum, ut patera prius ad omnes peruenerit tuis literis quam ad me? Certe per neminem certius mittere poteras, quam per Richardum Pacæum, serene Anglię regis oratorem, siue me haberet Brabantia, siue Britannia. Tu, quantum uideo, & calamo & ense belligeraris. Nam apud Cardinalem Caetanum audio te magnam etiam inisse gratiā. Capnioni bene esse gaudeo. Francisci Sichni nomen non sinent emori literę, nisi uelint ingrati tudinis postulari. De rebus nostris alius: nunc illud tantum. Res hic fordidissimis sycophantijs agitatur, quibus artibus ut imparē me fatear necesse est. Si quis est isthic qui cupiat artē sycophanticam discere, indicabo illi quendam huius disciplinę mirum artificem quē huic rei planē natum dicas, Minus bonus orator Cicero, quā hic sycophanta: & reperit dociles multos apud nos. Nondum tempus est, uerum breui uobis hominem cōmendabo, ut quo dignus est, quodcūq; misere ambis, omnium eruditorum literis celebretur, portentum uerius quam homo. Bene uale. Antuerpię Decimo Calend. Augusti. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GVILHELMO
NESENO S. D.

TE terq; quaterq; felicem optime Nefene, cui contigerit, sub Cypriano TALEO, uiro non literis solum ac morum integritate, uerum etiā rara prudentia, miroq; rerum usu insigni, merere Musis: cui cū Gracitas etiā accesserit, nō uideo quid hominis dotibus possit adiungi. Nam in omnibus honestis disciplinis ille iam olim sic est absolutus, citra professionis supercilium, ut non uideam, quem eum eo conferre queam: proinde etiam atq; etiam uide, ne ipse tux delis felicitati; fac nunc Germanum agas, uince, spolia, nuda Galliam bonis literis: ita futurum est, ut nec illam relinquo pauperiorem, & tu pulcherrimis mercibus locuples in patriam redeas. Hic hic nos fortes & inuitos prestemus, neq; committamus, ut Germani Gallis ingenio celsisse uideamur. Maiorē in modum te rogo, adeas meo nomine Petrum VITERIUM, is agit in collegio Nauarrę, ut sciam quid ualeat, quid rerum agat: nam iam diu scribit nihil. Tum fac sciam, quid agat Thomas GRETIUS, mutus & ipse. De Fabri APOLOGIA, quam quidam aiunt eum adornare, nihil sanē formido: tantum molestum est bonas horas in talibus nugis collocare, cum melioribus rebus uix sufficiam: tum uideo literarum hostes hoc studio moliri, ut nos committant, arte planē tyrānica: siquidem tyrannis nihil formidabilius bonorum cōcordia. Quid uelit ipse uiderit, pro uetere nostra cōsuetudine doleo, quod me prouocans non optime consuluerit famę suę. Quod si cuius instinctu de nouo prouocabit odiosius, fortassis non quibo imperare animo meo similem moderationem. Quid cum huiusmodi rixis, is qui gratijs ac Musis sacra faciunt: imō qui Christi mystas profitetur? Quāto fatius est, certare mutuis officijs? Sed nemo pugnat acriter, quam qui nolens & inuitus ad pugnam pertrahitur. Utinam mihi semper in uagina conditum pereat rubigine ferrum, aut si stringendum est, ne cogar in amicū exerere. Penē rursus absolui nouum testamentum, in quo quoties quam honorifice Fabri facio mentionē: nisi prorsus contumelia est illi dissentire, cum ille dissentiat etiam ab omnibus. Tu fac hominem ames ac suspicias, nec pīlo tibi sit ingrator ob hanc inter nos conflictatiunculam. Bene uale amice singularis. Ioannes Smithus meus iubet te saluere, scripturus, sed nō licuit nec per negocia, quibus nullis distringitur, nec per ocium, quo abundat. Louanij. Anno M. D. XVIII. XV. Calendas Februarias. Ex Lilio.

DES ERASMI ROT

EPISTOLARVM LIBER VNDECIMVS.

THOMÆ CARDINALI ERASMVVS ROTEROD.

OST PLVRIMAM salutem R. D. non infimum decus augustissimi ordinis Cardinalicij: quod hactenus non reuiserim Meccenates meos, quos eximios, nec hos sanē paucos habet mihi Britannia, studiorū onera fuerunt in causa, quæ me propemodum opprimunt, dum onus onere cumulatur, uelut unda superuenit undam; ut Nasonis uerbar uerbis: sed præcipue tamen ualetudo ex multis grauibus ac diutinis morbis adhuc tenerior, quam ut ausim me molestæ nauigationi cōmittere. Porro quod nec literis salutarim amplitudinē tuam, partim puduit eam tot arduis negotijs tum regni, tum ecclesię dissentam, meis nœnjs interpellare; partim deteruit eiuſdem magnitudo, cui religioſe scribunt & maximi, Cæterū cū, qui isthic huc cōmeant, miro consensu prædicarent, quanto studio, quantoq; successu tua prudentissimā pietas Britannia ex ærea auream facere moliat, nō potui mihi temperare, quin & istum animum tibi, & te Britannia nostræ gratularer. Siquidem ut omnium testimonio celebratur, inter tot præcipuos orbis monarchas, iam olim optatā pacem archissimis foederibus cōglutinasti, cum Leo Pont. Max. pacis alioqui cupientissimus, de quinquennibus indicijs duntaxat ageret. Britannia omnē a latrocinijs, grassatoribus, ociosis erroribus repurgas, ut iam nō tutior sit a uenenis aut perniciosissis feris, quam ab hominibus nostris. Lites perplexas autoritate tua dissecas, nō minus feliciter quam Alexander ille magnus nodos Gordios. Magnatū dissidia cōponis, monasteria passim ueteri religionis disciplinæ restituis: clerum omnē ad laudatorem uitæ formam reuocas: quin & liberatum disciplinarū studia, nonnihil hactenus collapsa, sacris: politiores literas cum ueteris inscitia patronis adhuc colluctantes, fauore tuo fulcis, autoritate tueris, splendore ornas, benignitate foues, magnificis salarijs inuitas eruditissimos quosq; professores. Comparandis bibliothecis, omni bonorum autorum genere locupletissimis, cum ipse certas Ptolemao Philadelpho, magis hacre quam iplo regno celebri. Tres linguas, in quibus māca est omnis doctrina, nobis reuocas. Nam hoc beneficio quod nūc præstat in clytæ scholæ Oxoniensis totam Britanniam felicem iudico. Quin & illud fore confido, ut hoc pulcherrimum exemplum nostrorum quoque principum apertissimos expergeficiat aliquando. Uideo, uideo prorsus seculum quoddam aureum exoriri, si principibus aliquam multas tuis iste incelsat animus. Reponet iusta præmia sanctissimis tuis conatibus is, cuius auspicijs hæc geruntur. Nec erit ingrata posteritas. Nouam hanc felicitatem orbi per te partā, loquetur olim eruditorum hominum litera. Tuum istud peccus iuuandis mortalium rebus natum, celebrabit æternis monumentis Latina pariter ac Græca facundia. Istiusmodi columnis, istiusmodi pyramidibus & paratur & seruatir honesti nominis nūq; inter mortuorum memoria. Ego interim publicæ gratulans felicitati, meum nomen luce recentiorū obscuri gaudeo, nimirū passim iam efflorescentibus, ad quos ipse nec scire literas, & infans esse deor. Mihi sat est, quod hoc laudis fero, si tamen promere eor, ut dicar unus ex eorū numero fuisse, qui crassissimā barbariem, ac pudendā infantia, quas hactenus nobis opprobabat Italia, ab hisce regionibus depellere conati sunt. Id q̄ feliciter fecerim, nescio, certe nō absq; inuidia mihi tentatū scio, quæ non secus atq; umbra lucem, egregios conatus solet comitari. Tamen si mitescunt pleriq;. Tantum adhuc rebellant pauculi quidam grandiores quam ut sperent, crassiores quam ut possint, arrogantiores quam ut uelint meliora discere. His persuaderi non potest, quin semel collapsura sit omnis ipsorum autoritas, si sacros libros habeamus emendatiores, & horū intellectum ab ipsis petamus fontibus. Tanti faciunt suam maiestatem, ut malint ignorari multa, multa perperam legi citariq; in diuinis libris, quam ipsos quicq; nescisse uideri. Quoniam autem sentiunt se impares argumentis, & si libris agant, nihil aliud assequi se, quam ut suam traducant inscitiam pariter ac stultitiam, ac se ipsos eruditus deridendos propinent, aperto Marte diffisi, ad artes con-

fugiant, sycophantijs onerant bonas literas, ac bonarū literarū assertores, meq; in primis quem arbitrantur ad hæc studia reuocanda non nihil attulisse momenti. Quicquid prodit inuidiosum, Erasmo impingunt. Dicas hic & calumnie ingenium esse, miscent bonarum literarum causam cum Reuchlini Lutheriq; negotio, cū hæc nihil inter se cohæreant. Mihi sane neq; Caballa, neq; Thalmud unquam arrisit, cum Reuchlino semel duntaxat congressus sum Francfordiæ, nec aliud inter nos intercedit, nisi ciuiliis amicitia, qualis ferè inter studiosos omnes solet; neq; uero me pudeat cū eo uero necessitudine iunctum esse. Habet meas literas, quibus nondum defacie notum admoneo, temperet à manifestis conuictijs, quibus illius apologia satis Germanice debacchatur in aduersarios, tantum abest ut famolis scriptis unquā fauerim. Lutherus tam ignotus est mihi, quam cui ignotissimus, nec adhuc uacauit hominis libros euoluer e præter unam & alterā pagellam: non quod fastidierim, sed quod per studiorum occupationes non datum sit ocium: & tamen hunc quidam, ut audio, confingunt mea aduatum opera. Si recte scripsit, mihi nihil debetur laudis: si secus nihil mereor probri, quando in omnibus illius lucubrationibus ne apiculus qui-

~~...~~ Ego bonas literas ut nunquam assequi potui, ita semper amantissimè assertoribus faueo, quibus optimates ubiq; fauent, præter Midas aliquot, quos aliquando describet quispiã. Atqui sic his faueo, ut tuear quod uirtutis est, non si quid adsit uitij. Quod si quis expendat, quibus uitijs macuerint, qui pridem apud Italos & Gallos renascentibus priscis studijs opitulati sunt, non poterit non fauere his nostris, quorū mores eiusmodi sunt, ut theologis istis censoribus imitandi sint magis quam reprehendendi. Ab his quicquid prodit, meum esse suspicantur, etiam apud uos, si modo uera prædicant negociatores huc isthinc proficicientes. Equidem ingenue fatebor, ingenium non possum non amare, calamitiam in nemine non improbo. Pridem lusit Huttenus librum, cui titulus Nemo: nemo nescit argumentum esse ridiculum: meum esse dicebant theologo Louanienfes: qui sibi uidentur plusquam Lyncei. Mox prodijt Febris: mea erat, cū tamē totus genius, totaq; phralis à mea dissentiat. Prodijt oratio Petri Mosellani, qua patrocinatur tribus linguis aduersus *ἡνωφωμᾶσις*: in me putarunt eudendam fabam, cum ego nondum scirem oratio

orationem esse natam: quasi uero si quid huic aut illi in mentem uenit scribere, mihi proxi- nus sit omnium nomine reddenda ratio: aut quasi parū sit meo periculo tueri quod ipse scri- bo. Germani sunt, iuuenes sunt, calamū habent, nec carent ingenio, nec defunt qui sitent suis odijs, nec defunt qui incitent ac frigidam suffundant. Omnes hos meis literis admo- nuī, ut libertatē inmodicā temperent: certe à summatis ecclesiæ uiris abstineat, ne illo- rum animos prouocent in literas, quorū patrociniō stant aduersus hostes suos, neue hac inuidia oneret positioris literaturæ uindices. Quid faciam? Monere possum, cogere nō possum. Meo stilo cōperare, mihi in manu est, alienum calamū præstare non est meum. Imò quod maxime ridiculū est, opus quod nuperrime cōscripsit episcopus Roffensis ad uersus Fabrum, meum esse suspicabatur, cum tanta sit orationis dissimilitudo, imò cum tantum ablim ab illius diuini præsulis eruditione: nec defuerunt qui Mori Vtopiam mihi adscriberent, adeo quicquid prodit nouum, uelim nolim meum est. Prodijt ante mēses aliquot, & prodijt malis auibz, libellus quidā ridiculus, quem in schismate proximo scri- ptū esse, satis arguit ipsum argumentū, sed à quo incertum est, nisi quod liber indicat eum quisquis fuit, fuisse Gallis. Suspicio per multos obābulat, præsertim apud Germanos: nam apud hos uarijs titulis habetur descriptis. Hunc igitur cum ante complures annos hic comperissem haberi furtim, ac libellum degustassem: nam percurri uerius quam perle- gi: multi testes sunt, quanto pere sim execratus, quantoq; studio egerim, ut æternis tene-bris abderetur: id quod in alijs quoq; libellis à me factum multi fatebuntur. Testatur & epistola quædam mea ad Ioannem Cæsarium, quam quidam Colonia furtim descriptā euulgauerunt, & audio quosdā isthic esse, qui huius quoq; libelli suspicionem mihi conan- tur impingere. Adeo nihil intentatū relinquit isti, qui dolent restitescere linguas, ac me- liora studia: impingunt autem, non alio freti argumento quam stili, qui tamen mei non ad- modum similis est, nisi meus mihi parum est cognitus: quanquam quid mirū adeo foret, si quid illic aut alibi cum mea phrali congrueret: cum nemo ferè scribat hūc temporis- bus, qui non aliquid mei stili referat, propterea quod meæ lucubrationes multorum ma- nibz terantur, adeo ut in horum etiam libris qui scribunt aduersum me, nō raro stili meū agnoscam, meq; meis pennis transigi sentiam. Nullum adhuc opus conscripsi neq; con- scripturus sum, cui non præfigam meum nomen. Lusimus olim in Moria, sed incruente, licet fortasse plus satis libere. Cæterum illud semper caui, ne quid à me proficisceretur, quod uel obscœnitate uitaret iuuentutem, uel aliquo pacto officeret pietati, uel seditio- nem aut factionē gigneret, uel ullius famæ notam atram alliniret. ~~Quædam enim...~~

~~...~~ Verum de his nimis multa, de quibus tamen nihil omnino scripturus eram, ni Britannus quidam negociator, isthinc adueniens, satis pertinaciter asseuerasset, esse qui conati sint hæc suspi- cionem omnium falsissimā tuæ amplitudini inducere: cuius tamen singularis prudentia mihi certissimam addit fiduciā, te nec aures nec animū tam impudentibus calumnijs præ- biturum. Imò si quando dignabitur cominus facere periculum, experietur Erasmus toto pectore seruientē dignitatē sedis Romanæ, præsertim Leonis decimi, cuius pietati quan- tum debeat, nō ignorat, toto pectore additū his uiris qui bonarum literarum, ac Christi- anæ religionis negocium agunt, inter quos primas tenet tua celsitudo. Mito nouum Te- stamentum, cui multū ornamentū iudicabo accessisse, si tua dignaberis bibliotheca. Bene ualeat tua pietas, cui me totum dedo confectroq;. Antuerpiæ 15. Cal. Iun. Anno 1518

eam mea causa gaudeo, quam eruditorum omnium: quando mihi non alio nomine fauet quam quod sibi perfualit, Erasmus in literis esse aliquid. Non sum audus laudum, tamen ut quod res est, ingenue fatear, à tali principe laudari nec dolet nec pudet. Bene uale mi Pacae amicorum doctissime, & doctorum amicissime. Louanij Idus Martias, ANNO M D XVIIII

PAVLVS BOMBASIVS ERASMO SVO S. D.

ERASMVVS ROT. RICHARDO PACÆO S. D.

I uera sunt quæ de paraphrasi scribis, gaudeo sanè uigilias meas non usque
~~quæ in infelices esse. An non mera felicitas est, exiguo labore magnam inire~~
~~gratiam. Etiam si libere operam cum opera comparare uisibile. Paraphra-~~
~~sis ludus est præ his laboribus, quibus in hæc uita non potest carere. At~~
~~quæ in uigiliis tuis, quæ in uigiliis tuis, quæ in uigiliis tuis, quæ in uigiliis tuis,~~
~~conyocata fone dulcescu. Paraphraze uigilias tuis, quæ in uigiliis tuis, quæ in uigiliis tuis,~~
~~fuerit. Nolite autem paraphrasibus meis tantum tribuere, his quæ quilibet negliget~~
~~interpretum cõmentarios, præsertim uetustiorum; imò spes est fore, ut ad hos diligentiùs ex-~~
~~cutiendos meus expergeficiat labor. Nec enim deerunt, opinor, curiosi, qui periculum fa-~~
~~cere uelint, ubi cum interpretibus consentiam, aut dissentiam, & erunt fortasse, qui uena-~~
~~buntur quod carpant. Paulus boni consulit, quocunq; animo prædicetur Euangelium,~~
~~modo illustretur Christus: nec mea magni refert, quocunq; animo mea Paraphrasis lega-~~
~~tur, modo hac occasiõ Paulus omnium studijs cõmendetur. In stilo secutus sum Senecæ~~
~~consilium, nõ affectans sermonis apparatus, sed eo qui ultro ad manum adest, sum usus.~~
~~Non enim arbitror tantum esse tribuendum istis, qui hoc ipso se iactant, quod ad prodi-~~
~~giũ usq; barbari sint & Solæci, ut in illorum gratiã affectanda sit orationis spurcicies, præ-~~
~~fertim si nobis non minus sudandũ sit, ut ipsorum more loquamur, q̃ illi laborant, si quan-~~
~~do conantur emendate dicere. Quod hortaris ut pergam quod institutum est absoluerè,~~
~~σὺ γὰρ ἀνέδουρα καὶ ἀνδρὶ δὲ φύεις. Nihil adhuc uidi pertinacius hac in bonas literas con-~~
~~spiratione. Cibiporus, somni, citharæ, choreæ, similibusq; uoluptatum omnium satietas~~
~~est, ut inquit Homerus, his τὸ σὺν ἄνθρωποις ἢ πᾶσι πᾶσι. Et quod proceres docue-~~
~~runt, adeo gnauiter reddunt minores, ut non alibi magis locum habeat illud, ni fallor Eu-~~
~~ripideum, πολλοὶ μὲν τοῦ ἡλίως οὐρανὸν ἀσπάζονται. De nauigatione suscipienda faciam quod~~
~~mones; ualitudinem in cõsilium adhibebo. Quod is regis animus in me perseverat, non~~
~~tam~~

non tibi Georgius aut Marcus rogandi
~~tuerunt, quorum hic iam pridem ab urbe aperi, ille uero proximis diebus autumnatum se~~
~~cessit, cum Cardinalem meum sancti. quatuor, doctorum omnium fautorem egregium re-~~
~~rumq; huiusmodi arbitrum ac magistrum, ut nemo alius, propitiũ habeas, qui de tua uo-~~
~~luntate certior à me factus, Breuis archetypum à me formatum probauit, idq; in membra-~~
~~na transcriptum Leoni pontifici biduo ante ab urbe profecto, æstimandum, & nisi displi-~~
~~ceret, obsignandum misit. Sed tuum quæso hic fatum agnosce, nisi meum dici maus. Nã~~
~~cum Siluius quidam philologus, iuuenis Gallus, tui (ut præ se ferebat) apprime studiosus,~~
~~ad ipsum Pontificem esset iturus, Cardinalis mei commendatitias habens, postridieq; se~~
~~inde rediturum diceret, nullum ego sperans aptiorem mihi dari posse, cui negotium tale~~
~~committeretur, ei Breue consignauit, ac literas ad secretarium Pontificis dedit, quibus illũ~~
~~Cardinalis nomine rogabam, ut Breue obsignatum statim per eundem Siluiũ remitte-~~
~~ret, qui alioquin febriculofus & ualitudinarius, in cõmodo aliquo (ut suspicor) in ipso iti-~~
~~nere præuentus, Breue ac literas secretariõ præmisit; ille nihil moratus, Breue & cõmen-~~
~~dationes Pontifici statim reddidit: qui uiso & obsignato Breui, literisq; perlectis, eum qui~~
~~cõmendabatur, ad se uocari, & cum nusquam appareret, omni diligentia perquiri iussit,~~
~~nec ille usquam locorum potuit hæcenus reperiri. Ego qui intra paucissimos dies nego-~~
~~cium confectum iri speraueram: pluribus iam lapsis diebus, cum nihil actum uiderem, ite-~~
~~rum ad secretarium scribo, eum negligentia atq; etiam iniuria postulans, quod singulis~~
~~propè horis innumera Breuia ad urbem remittens, Erasmicum tam diu retineat. Nuncij~~
~~quam tibi retuli, adhuc incertã latebrã, pluribus ille scribit, Breueq; ad nos per tabellari-~~
~~um nescio quem remissum affirmat: quod diu quæsitum cum nusquam reperiretur, con-~~
~~simile aliud expediendum curauit, quod nisi *καὶ ἀλλοιῶν* alius interciperet, ad te tandem per-~~
~~feretur. Habes de breui longam satis, & odiosam fabulam: nec tu diem datae miratus fue-~~
~~ris, quam ego ut multo auspiciorem futuram potius Romæ quam alibi usquam esse uo-~~
~~lui. Gaudeo epistolam tuam qua meæ respondisti, excusam: meq; nominis fama nõ nihil~~
~~auctum fuisse: modo ne mea illi sit addita, quæ (ut ego meminisse possum) uix digna erat~~
~~quæ semel ab amico legi posset, ac uulgari cuius, nedum optima tuæ componeretur. La-~~
~~scaris in Gallia nunc agit, proptereaq; à me conueniri non potuit. Si qua uiri docti, qualẽ~~
~~describis, facultas mihi se obtulerit, tuæ uoluntati pariter, ac illius cõmodo inseruiam. Me~~
~~à literaria professione non tam mea uoluntas, uel (ut tu suspicaris) fortuna melior auoca-~~
~~uit, quam incertus ille, cui pleraq; tam mala quam bona debentur, casus eripuit. Boerij am-~~
~~bo Romæ agunt, teq; inuicem salutant. Bernardus incidit in quartanam, sed non admo-~~
~~I 2 dum~~

dum grauem. Ianuam se discessurum minabatur. Puccium legatum iam istinc pedem mouisse, iterq; Romam uersus facere non dubito, & propterea Breue ipsum non ad eum, sed ad protonotarium Caraciolum Pontificis apud Caesarem legatum dirigo, quem in eo ad te protinus transmittendo, nec inhumanum nec indiligentem futurum spero. Vale mi Erasme, ac Beatus & Amorbachios, caeterosq; istic doctos meo nomine saluta. Roma ex palatio Apostolico. Calend. Octob. M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. PAVLO BOMBASIO S. D.

PECTVS Musis Gratijsq; natū. Obruis me tot officijs, ut partim me pudeat tibi toties gratias agere, & agere tantum; partim non occurrat formula subinde noua qua id faciā. Cardinali s. 4. hoc magis debeo, quo minus quicquam de illius celsitudine sum promeritus. Marinus Caraciola Apostolicus apud Caesarem legatus, rem summa diligentia curauit, adiectis etiam amantissimis suis ad me literis. Prius exemplar miror quis interceperit; nam huiusmodi literarum genus non uideo cui possit esse uis, praeter eum cui mittuntur: secus esset, si de optimo episcopatu, aut alioqui splendido sacerdotio, ageretur. Molestū est animo meo, quod occupatissimo tibi tantum accedit ex me molestie; sed tamen uolopratū est, quod his occasionibus animi tui sinceritas in dies mihi fit exploratior. Vtinā haec nostra regio uel paucos haberet Bombasios. Quis unquam sincerius aut constantius amauit quam uis exitium amicum, quam tu aptas Erasmi gratias, humilē, tenuem, unde nullas officij uices sperare possis; ad haec tanto eum eruditior, tum felicior? Non quo fatis coniectare, quia fuerit Gallus ille, quem scribis euauisse, nisi forte Christophorus est? Longolium uero ut ex illius intelligo scriptis, cum ad omnes bonas disciplinas, tum ad eloquentiā factus. Hic, ni fallor, unus est eorum, qui mox Erasmi nomē obscurabunt. Verum ea res mihi uoluptati est, quando mei nominis iactura, lucrum est Reipub. literaria. Demiror quare re Ioannem Lascarem à Roma potuerit auellere, praesertim Leone praesidente rebus ac studijs. Fratres Boerios etiam atq; etiam iubebis saluere meo nomine. Epistola tua non offendit me Basileā, nec id tēporis aderat Antonius Puccius, summi Pontificis legatus; tamen hac de re scripseram ad illum agentem Turegij; nam ut adirem hominem, quem admodum & ille uehementer cupiebat, & ego propemodum receperam, nec ualeo uero sinebat, quae uexationem equestrē nondum patiebatur, nec occupationes literariae. Nauigatione tamen non caruit suis molestijs, tamen paulatim factus sum confirmatior. Apud clarissimum Hermannum comitē à Noua aquila, cū dies ferme quinq; suauissime uixissem adeo mihi placuit, ut mihi planē uiderer renatus: sed mox in praesens exitium coniectus sum adeo ut uix semiuuus deportatus sim Louanij: siue id malis uentis debeo, qui sum pestilentissimi pariter ac uehementissimi flabant: siue mea stultitia, qui per mediam Coloniā urbem id temporis undiq; funestam auius sum iter facere. Chirurgus unus atq; alter pestem esse confirmabat: tres carbunculos excidisse negare non possum. Mihi nec agrotare libuit, nec pestē credidi; & profuit nō credidisse, sed reualeco, fauētibus superis: at interim male precantibus ijs, quibus dolet efflorescere passim rectiora studia. Bene uale. Louanij Id. Decemb. Anno M. D. XVIII.

GVILIELMO CROIO CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO TOLETANO ERASMVVS ROT. S. D.

VANQVAM nō prorsus abhorret à uero praesul optime, idemq; princeps cum primis illustris, quod olim placuit Stoae cultoribus, felicitatis humanae summam in habitu uirtutis esse sitam, tamen Peripateticorum sententia mihi magis uidetur ad cōmunem hominum sensum pariter ac uitam congruere: qui negant beatitudinis circulum absolui posse, nisi tres bonorū ordines inter sese cōsentiant, sibiq; mutuis praesidijs, & adminiculis famulentur. In his ea quae uocantur animi, ut caeteris magis merentur appellationē bonorū, plurimumq; momenti ad ferunt ad summā felicitatis, ita maxime nostra cura, nostraq; parantur industria, ut praecipuam beatitudinis portionē nulli secundum deum magis debeamus quam nobis, si quid tamen debemus nobis. Porro naturae dotibus, quoniam citra nostram industriam nobis ceu

ceu dormientibus obtingunt, mea sententia non tam beati sumus quam fortunati, licet haec quoq; cura studioq; uel seruantur, uel etiam augentur. Si quidem Demosthenes, cum & uoce esset perquam exili, deinde spirituosus, ad haec impeditiore linguae organo: deniq; forma parum felici, quae res in oratore non nihil habet momenti, tamen improba cura, meditationeq; nihil harum difficultatum non uicit. Et Marcus Tullius ualitudinem aliorum qui imbecillum, sic motus ac uictus moderatione confirmauit, ut quamlibet magnis laboribus par esset, idq; in multam etiam aetatem. Porro fortunae commoda, quae uelut organa sunt ad uirtutem uel parandam, uel exercendam, plerisq; sero cōtingunt. Nam in honoribus parandis, aut opibus, aut fama, dignitateq; multis tota ferme aetas conteritur, ut immensis ac diutinis curis nihil aliud uideantur allequuti, quam ut locupletes aut optimates moriantur. Ita fit, ut nec ipsi suis bonis admodum fruuntur, nec alijs magnopere sint praesidio. Quo sanē nomine tua sublimitas mihi lōge fortunatissima uideri solet: cui quicquid uel à natura dari, uel à fortuna cōferri potest, contigerit ultro, contigerit assatum, contigerit mature, quo nimirum, & ipse tuis bonis diutissime frui possis, & de pluribus quam optime mereri. Nam praeter ingenij felicitatem, praeter corpus ad omnem uirtutis usum functionemq; probe sculptum & concinnatum, tantum autoritatis, tantū dignitatis, tantum opum, hinc summi pontificis indulgentissimus fauor, hinc clarissimi principis Ciae rij patris tui plusquam paterna pietas in te congescit, ut amplius uix optari queat, nec super sit ullum dignitatis fastigium, nisi quod uni tantum optari possit. Caeteris igitur multis in rebus lucrandum est, si uelint ad felicitatis fastigium emergere: tibi cum caetera suppediata sint omnia, nihil superest nisi unicū studiū, unicaq; cura, uidelicet ut id quod facis facias, animi decora tibi pares, istius fortunae magnitudine digna. Haec sola non largitur nec naturae fauor, nec indulgentiae fortunae, sudore, studioq; redimatur oportet: haud alio precio superi mercem hanc mortalibus uenale esse uoluerunt, ne monarchis quidem aut saetrapis. Neq; enim quisquis imponit diademata, idem mentem addit rege dignam. Generis claritas, aut populi fauor imperium dare potest, peccus imperio dignum non potest: & tamen hoc si desit, qui mandauit honorem, sarcinam addidit, non dignitatem. Verum ita demum admiranda quaedā & eximia dignitas exoritur, si naturae fortunaeq; decora sic animi dotes illustrent, ut ab his uicissim lucē accipiant: imò si fieri potest, obscurētur. Ille deniq; uere magnus est, qui uel adempto diademate, magnus esse perseveret. Multis obstat generis obscuritas, aut res angusta domi, quo minus ad eximias uirtutes, quae non nisi paucis, quos aequus amauit Iupiter, contingunt, queant elucrarit: aut si peruenerint, non perinde licet alios benemerendo subleuare. Caeterum si quis extiterit, in quem unum non secus atque olim in Pandoram deorum omnium omnia munera collata sunt: simul horum bonorum chorus cōpetierit, is mihi uidetur numinis cuiusdam instar habere, superum benignitate in hoc datus, ut beneficentiam suam quam latissime diffundat in omnes. Fungetur autem officio suo, primum si agnoscat dotes suas: sunt enim iuxta poetam eximium, qui parum norint sua bona: deinde si meminerit, quicquid adest bonarum rerum, id omne domini esse peculium, in hoc creditum, ut iuandis proximis impēssum, copiosam usuram referat domino, talium lucrorum auarissimo. Sed in primis adsit animus excelsus, & rerum leuicularum, quas sordidum uulgus admiratur, contemptor, quicq; ceu murus abeueus ab honesto deflecti non possit. Atq; hanc ubique regulam sequutus, uniuersam suae felicitatis παροπλεια in reipublicae subsidium conferat, quando hoc in primis numini peculiare dixit antiquitas, lauare mortalem. Ad hanc imaginem proxime accedant necesse est, quos aeterni numinis fauor in isto rerum fastigio collocauit. Addet calcar animo, si se cogitet uelut in amplissimo theatro consistere, totius orbis oculis in unum coniectis, nihil expectari ab ipso plebeium aut uulgare, in exemplum rapī quicquid dixerit aut fecerit. Etenim si histriones habet sollicitos, quomodo susceptae fabulae, quomodo theatro respondant: quanto magis cura debet esse magnatibus, ut dignitati suae, ut orbis expectationi respondeant. Quo te pluribus titulis ornauit fortuna, hoc impensius enitendum, ut forti lucrum respondeat. Neq; enim clam esse potest, quid expectetur ab abbate, quid ab archiepiscopo, quid à cardinale, quid ab eo, cui natalium imagines ac decora praesent: deniq; quid à duce. Non ita magnum est dignitatem amplissimam suscipere: susceptam ueri ac sustinere longe difficillimū est. Recte dictum est illud. Pulchrius esse nonnunquam

absoluerim, quod si id per immensa non licuerit negotia, certe ut confu-
lis melioribus me dedam disciplinis, atq; ijs ad quas meapte spōte & natura feror, ad man-
fuetiores Musas, ad elegantiam sermonis Latini, non nihil etiā Græci, ad eam philosophiam
quam in ciuitates domosq; inuexit Socrates, Ethicam appellant, quæ mihi ad gerendam
Rempub. multo cōmodissima semper uisa est. Iuuat etiā uerba quædā tua recēdere: Sed
quò raptor oblitus epistolam scribere me, & scribere principi tam excellenti: oblitus cer-
te es mi dulcissime Erasme, te scribere et cui si literas dares tota Italia longiores, nondum
ipsum legendo tua fatiāres, non auferres dulcedinem tuarum rerum, auferes potius sem-
per. Quod uero de famulatio loqueris, nō opus est eiusmodi uerbis tu agas mecum, socium
te appella meorum studiorum, aut melius te præceptorem, me discipulū. Porro quod de
Gulielmis dicis, gaudeo mihi nomen tibi amicum contigisse, neq; uero me pudebit unq̄
clarissimum & omni uirtutum numero consummatum Gulielmum Varamum archiepi-
scopum Cantuarien, socium quauis in re habere, non illustrem & strenuum principem
Monteioium, quos tu ita passim cōmendas, de quorum uirtutibus ego tam multa à ple-
risq; accepti, ut adduci non possim, quin existimem summos illos esse uiros atq; excellos.
Quid loquar de Gulielmo Budæo, amoribus atq; delicijs Musarum & Græcarum & La-
tinarum, cuius laudandi nunquā Viues meus finem facit, cuius Budæi studia, monumen-
ta, ingenium, eruditionem, linguam, mores colo, suspicio, ueneror, admirror, adoro. Inter
hos malim multo me annumeres, quā inter quosuis alios opulentissimos principes hor-
rum dissimiles. Vale mi Erasme, & loquacitati nostræ ignosce, simul quum fuerit ocium
rescribe. Quoniam existimaui te haud facile meum characterē lecurum, idcirco usus sum
amanuenti. Louanij, Anno M. D. XVIII.

REVERENDISSIMO DOMINO D. GULIELMO CROIO
Cardinali & Archiepiscopo Toletano Erasmus Rotero-
damus S. D.

R. EVERENDE præsul ac princeps illustrissime, proximis literis iocabar ue-
rerit me ne tibi prouocasses Arihabium tibicinem. At idem uersis rerum ui-
cibus in me recidisse uidetur. Adeo non solum omnibus quamuis proluxæ
illius epistolæ partibus respōdes, uerum etiā oborto collo in latissimū phi-
losophicæ disputationis campum trahis, argumentum non unius uoluminis
ordiens. Quod ni mihi perspectum esset ingenium tuum ad omnia uersatile, non nihil ad-
dubitarem, ne tibi ista scribenti sophista quispiam in consilio fuerit, adeo quædam arte de-
torques, alioq; quā dicta sunt rapis. In præsentia non congregiar tecū iusta acie, sed pau-
cis attingam pauca, non immemor epistolam scribere me. Porro quādo testaris te utcum-
que disserueris sentire mecum, non possum non & ipse tecum sentire, utcumq; disseruero.
Sic aiunt & Peripateticos rebus ipsis conuenire cum Stoicis, uerbis duntaxat ac ratione
præceptendi discrepare. Porro cum idem doceant, tamen Peripateticos hoc nomine præ-
fero Stoicis, quod illi paradoxis utantur multum abhorribilibus à uita sensuq; communi,
hi ueluti demittāt se magis ad popularem captum, non aliō tamen spectantes quā spe-
ctant Stoici. Sic Plato uult suum sapientem ab illa mirabili luce rerum quæ uere sunt, ad
umbras uulgi descendere, quo magis prodesse possit: sic aterna sapientia nobis ubiq; fere
balburit. Nec ideo protinus optimū est, quicquid infimæ feci uulgi maxime placet: huc e-
nim detorques, sed uolente uerius q̄ apposite. Quem aut mouerit, si quis Stoicus clamet,
regnū, opes, prosperā ualetudinē, nullo pacto bona esse: Rursus, seruitutē, paupertate-
tem, morbū, senectutem, mortē, nihil esse malū: Oēs felicitatis numeros cōclusos, in habi-
tu nescio quo sapientia: Hæc certe frigent & apud eruditos, apud uulgos hominū etiā
ridicula sunt. At si quis neget hæc anxie quidē expetenda, uerū si forte obtigerint uerten-
da esse in materiā organumq; uirtutis: huius oratio placabilis descendet in aures aiosq;
nō dicam, cerdonū, sartorum, culinariorū, quos tu cōmemoras, sed magistratum, princi-
pum, episcoporū, addam etiā theologorū: nam hæc in re nec Latomū à me dissensurū opi-
nor, quantūuis in negotio linguarū dissentire putat. Neq; tamen cōtinuo probat uulgus,
quicquid frequentissime sequit, nemo non damnat inhonestā uoluptatem, nemo laudat
temulentiam. Nos de iudicio loquimur, nō de cupiditatibus ac morbis animorū. Sed ne
prolixi simus, primo loco sic ratiocinatis. Si corporis ac fortunæ cōmoda bona sunt, quò
copiosius

copiosius ea contingunt, hoc feliciorē reddant necesse est. Primum meminisse debes,
hoc genus bonorum quantumuis accumulēs, non adferre beatitudinē, sed accessione
beatitudinē quam sola uirtus præstat absoluere, certe quod ad usum uirtutis attinet. De-
inde quanq̄ ista conferunt ad felicitatem, nō continuo sequitur iuxta modum horum &
felicitatem accrescere. Cibus ac potus conducit ad hominis uitam tuendam, at non con-
tinuo maxime uiuit, qui plurimo utitur cibo. Præter unam sapientiā nihil est in rebus hu-
manis tam cōmodum, quin fiat incommodum, si sit immodicū: forma moderata multos
cōmendauit, multas exitio fuit immodica. Pythagoræ, Scipioni Africano, Traiano Cæsa-
ri non parum autoritatis conciliauit formæ dignitas. Iam uero tibi uidetur etiā impius,
cui Socrates uel pilo felicior uideatur, si quis deus illius animo formā, opes ac genus ad-
iunxisset. Ut nihil aliud, certe pluribus profuerit. At uirtutis finis est in usum multorum
diffundī, nunc illius uirtus paucissimis ciuium bono fuit, ipsi etiā exitialis. Porro quot
parangis præcurrat his bonis instructus, non est meum metiri, mihi satis est aliquam fe-
licitatis accessionem adiungi. Rursus expendere conuenit hæc bona non numerare, quod
tu facis, qui uirtutem hinc rebus destitutam, uix unum factis gradum ad felicitatem. Vna
uirtus tantū habet momenti, ut sola conficiat felicitatē: tantoq; præstantior est cæteris bo-
norum generibus, ut nec in appellationem bonorum recipiantur illa, nisi quatenus uirtu-
ti famulantur. Ex quibus satis liquet hoc loco, non satis in tempore Neronem sceleratissi-
mum tyrānum cum Epicteto philosopho integerrimo cōparari. Ut Neroni non profuit
imperium aut opes, quo minus esset infelix: ita si Epicteto optimo uiro hæc comoda ac-
cessissent, fuisset ad exercendam uirtutem nō paulo instructior. Ad hæc ratiocinatis hunc
in modum. Si bona sunt, cur horum præsidio nemo sit melior: Primum qui suas opes à ma-
ioribus relictas, aut alioqui bene partas effundit in subsidium pauperum, aut si quis opum
usus sanctior, nō huic opes admiculo sunt, ut indies seipso melior euadat: nisi forte non
putamus accessione benefactorū, & uirtutis gradibus adiungi non nihil. Deinde non su-
git hoc tuam prudentiā, non eadem ratione opes, formam, ualetudinē, aliāq; id genus
bona dici, qua uirtutem. Sic enim hæc bona uocantur, quemadmodū regum caduceato-
res reges dicimus, quod regibus seruiant. Quæ Stoici fortassis appellarent cōmoda, Peri-
patetici dilatata ratione nominis, bona quædam appellāt. Virtute nemo potest abuti, his
abutuntur multi, sed suo non rerum uicio. Rursus sunt quædam pro incomodis mala uo-
cata Peripateticis, quæ sæpe tamen uertuntur in materiam uirtutis, & fortassis plures cor-
rumpit paupertas quā opulentia moderata. At Cicero demiratur à præcis Latinis rem
familiarem bona dici, sed nisi fallor, Stoici personam agens hoc demiratur. Aliter deus di-
citur bonus, aliter uir probus, aliter equus, aliter nummus. Quorsum autem attinet mira-
ri, corporis sanitatem, ac uires bona dici, quum iuxta philosophos prorsus in eadem com-
petat entis ac boni appellatio. Nec de ijs loquor quæ luxu repperit, etiam si hæc quorū-
male reperta, nihil uetat in meliores usus uertere. Illud falsius est quā argutius, si felix
non est, nisi cui color est candido rubroq; mixtus, nullus Aethiops felix. Non enim conti-
nuo formosus quisquis hoc colore sit, neque quicquam uetat quo minus Aethiops apud
Aethiopes suo nigrore formosus sit. Christo si nihil accessit, quid est igitur quod toties pe-
tit à patre: quid est quod gloriatur sibi datam potestatem in cælo & in terra: sed Christum
huic disputationi, quando ita uidetur, non admisceamus. Quod Apostolos pauperes es-
se uoluit, non docet opes esse malas, sed noluit euangelij gloriam huius mundi præsidij
ascribi. Nec inficior sæpe incidere ut hæc sint abijcienda, si id postulet pietas. Nunc mi-
hi uicissim responde, si hæc bona non sunt, qua fronte ea publicis etiam precibus flagita-
mus, ab eo qui nihil largiri nec uult, nec potest, nisi bona. Absit autem ut dicamus mise-
ros, qui uirtute præditi sunt, immo felicissimos dicimus, sed consummatius felices, quibus
hæc adsunt uel sponte oblata, uel cum laude quæsitæ, nisi quid secus postulet temporis ra-
tio. Desinam philosophari, si unī etiā rogati uinculæ responderis. Finge mihi duos, alte-
rum forma Therstem, paupertate Irum, ualetudine miserissima, lingua balba, futili memo-
ria, ingenio plumbeo, genere pudendo, inuisum omnibus, exulem, denique senem decre-
pitum: alterum uirenti ætate, formæ dignitate uenerandum felici ualetudine, lingua uo-
canti & pedita, memoria fideli, ingenio dextro, potentem opibus, clarum natalibus, po-
tremo summa dignitate suspiciendū omnibus: fac interim adesse tibi mentem uiro probò
dignam

dignam, quæ primum amet optima; deinde quæ cupiat de omnibus quàm optime mere-
ri, adesse deum aliquem, qui iubeat ut utrum malis eligas, nam cōtinuo futurum te, quod
delegeris, dic mihi bona fide hūc an illum eliges? Et videtur indignū boni nomine, quod
uir bonus potius esse duxerit. Sed urgebis si bona sunt, cur ea iubemur cōtemneret. Con-
temnit qui hæc præ uirtute negligit, cōtemnit qui nō his fidit, contemnit qui sibi nō possi-
det, contemnit qui benigne erogat, contemnit qui non affligitur ablati, si quando fortu-
na quod suum est repetit. Felix non est qui his tantum sibi felix uidetur. Felix non est, qui
his orbatus, felix esse desinit, *ἀλλ' ἂν ἔλεος ἔστω δ' ἄριστος ἄλιος.* Quod tua celsitudo nō gra-
uatur, uel à nobis admoneri, non possum non probare modestiā animi tui, quam ne tātus
quidem fortuna splendor potuit uitare: quanquā à nobis illa nō tam monēdi studio dicta
sunt, quàm excitādi stili tui gratia. Quod sic affectus es erga disciplinas maximo principe
dignas, magis isto nomine te felicē iudico, quàm ipso galero, quantū uis augusto. Quod
famulitij uocabulum prorsus rejicit tua modestiā, liberum tibi facio, ut quocunq; me no-
mine uoces, modo inter tuos numeres. Ut humanitas tua non fastidit Guillemorū trium
contubernium, ita non dubito quin illi tui nominis accessione gaudeant obscurari, si ta-
men istud est obscurari, ac non potius accessione lucis illustriorem fieri. Suffuratus sum
unam aut alteram horulam ne uiderer prorsus officio meo defuisse. Breui uti spero copio-
sius studium animi nostri erga tuam celsitudinē declarabimus, quam opto semper quàm
optime ualere. Louanij, Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. ALBERTO CARDINALI MO-
GUNTINENSI S. D.

N TAM immensis studiorum laboribus lassescenti nonnunquam nō mo-
do calcar, sed & robur addit adeo propensius tuæ celsitudinis fauor, cui in ne-
gocio, cum per se omnium maximo (quid enim maius, quàm orbi dare Cæ-
sarem?) tum multis etiam difficultatibus transuersim incurribus, uehemen-
ter perplexo tracauerit, & nostras tam inconditas literas legere, & lectis non
indiligenter respondere. Gratias agerem celsitudini tuæ pro tam singulari in hunc hominem
acionem ciuilitate, nī magis gratulari liberet orbi Christiano, cui sapientissimorum princi-
pum, & in his tua præcipue opera Carolus imperator cōtigerit: unus hac tempestate me-
rito uisus idoneus, qui cum tantam imperij molem sustineat, tum Maximiliano succedat.
Et fortasse minus erat difficile reperire qui oneris magnitudinē par esset, quàm qui Cæsa-
ris demortui uirtutibus responderet. Omnibus uero summa spes est, fore ut Carolus no-
ster aucta decora nobis referat æquetq; non enim ausim dicere superet, sed tamen ausim
optare tacitus. Deinde ea est Caroli felicitas, ut imperij titulo, qui superioribus aliquot se-
culis plus habuit iuris quàm autoritatis, par responsura uideatur potestas. Nam complu-
res magnos reddidit cōmissum imperium, Carolus ipsi imperio dignitatē adiunget. Alijs
imperij nomen adferbat ius orbis, Carolus orbis principatum adferet imperio. Deniq;
ea est ætate, ut propitij numinis præsidio spes sit fore, ut sub eo principe quàm diuissime
floreat orbis Christianus. Et eiusmodi regnis imperat, ut nemo magis sit formidādus bar-
baris Christianæ religionis hostibus. Illud omnium uotis optandum à superis, ut hanc ex-
ximam uirtutis indolem, quam nunc præ se fert Carolus, & seruent, & semper in melius
prouehant, quo profligatis ab omni repub. Christiana bellorū impijs tumulibus, Chri-
sti populus iugi pace tranquilloq; ocio lætus, honestissimis artibus ac pietatis studijs exi-
mie floreant, aut certe si res ita poscet, concordēs nostrorū principum uires et arma in Chri-
stiani nominis hostes conuertantur. Quod si quid etiam Carolo gratulandum est, duplici
nomine cum primis gratulandū arbitror, & quod uestro iudicio sit ascitus, & quod Fran-
cisco Galliarum rege tūto uidelicet cōpetitore, sit imperij fastigium assecutus, ipse prome-
rens magis quàm ambiens; ut quemadmodum olim Hectoris uirtus, Achillis uictoriam
illustrauit

illustrauit, quæadmodum Turnus uir fortissimus Aeneæ laudem auxit: ita summus rex
eiusdem honoris æmulus, Caroli gloriam reddiderit illustriorem. Mandatum est, nō uen-
dum imperium, & mandatum est ei, qui quàm fortissime possit obire, mandatum est
ei, qui uelit quàm sanctissime administrare, nihil superest, nisi ut summus ille princeps, cui
uni cor regum omnium in manu est, & uestrum iudicium, & Caroli conatum, & nostrū
uocum bene fortunet. Ad id omnibus pro sua cuiq; portione est adnitendum, quando ne-
gocium agitur omnium. Nō pœnitebat antehac libelli, quo quod sit principis munus ut-
cunq; præscribimus, quem libellum Ferdinandus noster adolescens uirtuti natus, semper
habet in manibus, Nunc etiam magis gaudeo, quod sperem eam, si qua est, utilitatem ad
inuersum orbem peruerturam. Etenim quemadmodum plurimum lædit, qui fontem in-
ficat, unde bibant omnes: ita latissime patet illius beneficium, qui pectus instruit omnibus
imperatorum. Ricardus Pacæus optimi regis orator optimus, non dubitabam, quin tibi
modis omnibus esset placiturus. Atq; ille reuersus ad nos, dici uix queat, quantopere sibi
gratulus sit, cui contigisset talem principem, non minus integritate morum, q̄ imaginē
bus maiorum, fortunæ dignitate clarum & nouisse & uicissim innotuisse. Quàm ille ge-
stiens, quàm ardentē oratione, plurima cupidissime percontanti, totum te mihi depinxit.
Ego porro, quid dignitatis aut adiumenti possim adferre sacris literis, alij uiderint, nobis
certe propositum est, hisce laboribus immori, quos Christo non ingratos esse cōfidimus,
uel hoc certe nomine, quod simplici animo in illius gloriam à nobis suscipiuntur. Quid
ni boni cōsulat hanc nostram sedulitatem, qui pauperculæ uiduæ quadrantem omnibus
omnium diuitum muneribus prætulit: Alijs alij benefactis Christum demerere studet:
nos quando nihil possumus, hac illi uictima litabimus. Iam uero uide quantum benignit-
rati tuæ, & Hutteni nomine debeam, de quo *Secundus quædam oratione, hoc in epistola uo-
cabatur, & tunc adhibita summo. Quod nihil te commouet error eius, qui dicato li-
bello, sedulo uerius quàm prudēter studuit alte. gratificari, eam tibi animum uere ex-
cessum, & tanto principe dignum arguit. Munus nondum, est allatum, ubi redditur esse,
mihi semper ut res quæpiam sacra seruabitur, atq; etiam ostentabitur, ut tui erga me ani-
mi pignus, tuiq; de me iudicij monumentum. Bene ualeat tua sublimitas, cui semper com-
mendatus esse cupio. Antuerpiæ, XVIII. Calend. Septemb. Anno M D XIX.*

ERASMO ROT. NICOLAVS BERALDVS S. D.

EDI superioribus diebus optimo atque humanissimo uiro Francisco Cal-
uo, Budæi, Deloini, simul & meas ad te literas Erasme ~~de Budæo~~: quas
nihil dubito quin is tibi etiam si ferius, certo tamen fideliterq; reddiderit.
Nunc & si nihil erat quod scriberem, proficiscenti tamen hinc ad uos huic
tabellario non potui non aliquid literarum ad te dare: præsertim petente id à
me, atq; adeo procaciter instante Gulielmo Nefeno tuo, simul ut intelligas quantopere
literæ hic tuæ à nobis expectantur, simul ut epistolam aliquam tuam ad optimum ac docil-
simum uirum Gulielmum Hueum Parisiensis ecclesiæ Decanum euocarē. Is enim in hac,
ut sic dixerim, palæstra prouocari abs te mauult, quàm te prouocare: uir alioquin in quo-
uis scribendi genere non mediocriter antehac uersatus, bonarumq; omnium, sed diuina-
rum præsertim literarum adeo studiosus, ut quem huic præferamus, habeamus profectio-
nem. Eius nomine interim tibi salutem adscribo, rogo insuper, ne hominis integerri-
mi simul & humanissimi familiaritatem asperneris, qui cum multis nominibus tum hoc
præcipue dignus est amicitia tua, quod eam tantopere, tamq; prope dixerim, ambitiose
expetit, quātō uis precio empturus, nisi Erasmus cunctis obuius, gratisq; expositus esset.
Salutat te Deloinus, Ruzæus, omnes. Budæus cum hæc scriberem, ruri cū uxore ac liber-
ris agebat, propediem in urbem rediturus, simul atq; ut puto, uxor parturiens pepererit,
Budæiq; familiam auxerit. Vale Lutetiæ XII. Cal. Iulias. M D XVII. K

ERASMVVS ROT. NICOLAO BERALDO S. D.

T TRIBVS epistolis tuis postremis unica respondeā, hoc est, de una fide-
lia plures dealbem parietes: scio me frequenter ad te scripsisse, sed ita *laetitia*
v *ultra*, ut tibi uidear non scripsisse: ita cogit mi Beralde studiorū moles, qui-
bus obruor. Si rationem incas, quid dandum sit pietatis officijs, quid som-
no, quo largiore utar oportet, sub auroram redormiscens, quid ualetudini,
quid scribendis recognoscendisq; libris, facile colliges quantulū super sit temporis, quod
te *avertis* *quod* omnibus impartiam: quāquam mea studia non eō spectant, ut Thomam
aut Scotum e scholis publicis explodant, uetereq; possessione depellant, quod nec mea
rum est uirium: & si esset, haud scio an sit optandum, nisi iam paratū uideamus doctrinae
genus aliquod hoc praestantius. Quid alij moliantur, ipsi uiderint: ego nunquam futurus
sum huius autor tumultus. Mihi sat est, si theologia magis sobrie tractetur, quā antehac
est tractata: & subinde petatur ex fontibus euangelicis, quod antehac e lacunis non un-
diquaq; puris solemus haurire pleriq;. Neque nihil hic profecimus, quibusdam huc addu-
ctis, quibusdā etiā compulsis, ut magis serio theologi sint. Ad laudes quas largiter effun-
dis in me, quid aliud respondeam, quā te ualde amanter hallucinari in Erasmo? Atq; ha-
cenus quidem ad epistolam quā Luteciae scripseras decimo Calend. April. nunc ad eam
quam reddidit Nefenus, amicus cum paucis fidus, ac syncerus. Quid Caluo commiseris,
aut quid ille mihi reddiderit, non satis cōmemini: certe Basileę nec unquam me conuenit,
neq; quicquā ab illo reddidit: Louanij extorserat a me prolixam epistolam ad Grolie-
rium praefectum Insubriae, pollicitus montes (ut aiunt) aureos. Vides euulgatam episto-
lam, tacitū ille respondisse Grolierū, cum ipse nōdum habeā certum, an Grolerio red-
dita sit epistola. Ais breui magnis de rebus ad me uenturas literas ab archiepiscopo Se-
nonenē. Stephano Poncherio. Mihi quidem hoc ipsum erit magnū, si uir tantus, animoq;
meo cum primis charus, ad me scripserit: alioqui nihil moror magnā fortunam cum one-
re pari cōiunctam. Mihi semper animus fuit ocij ac libertatis amans, & a strepitu rerum
abhorrens. Quid ad Dorpiū scripseris, adeo mihi nō indicauit Nefenus, ut ne hoc quidē
ex eo cognouerim, scripsisse te. Ante pauculos dies audiui literas illi redditas abs te per
Hermannū Phrysiū, nescio quid cū illo expostulātes. Si quid acerbū est, nolim mi Be-
ralde: nam Dorpius si quid peccat, magis obsequendi facilitate peccat, quā malicia
destinata. Quod theologi partim respiscunt, partim mitescunt, non perinde meo ut ipso-
rum nomine gaudeo. Iam ne nihil respondeam ad eas, quas attulit Hermannus Phrysius,
erat is adolescens mihi multorum literis cōmendatus, & quidem diligenter, quibus om-
nibus habeo gratiam, quod per eos contigerit nosse ingenū tot modis amabile. Nihil ille
petebat praeter colloquiū & congressum: neq; maligne mei copā feci, quatenus per stu-
diorum occupationes licuit. Eum tibi uicissim commendo, quo tuā in illum beneuolētia
non nihil accedat mea causa. Bene uale. Antuerpiae v. Idus Augusti. M. D. X V I I I.

LEONARDVS PRICCARDVS ERASMO ROT. S. D.

ERASMI ROT. ANTONIO PAPIPIO ABBATI
 GEMBLACENSI S. D.

ERASMI ROT. ANTONIO PAPIPIO ABBATI
 GEMBLACENSI S. D.

X INDICE bibliotheca uestra, cuius mihi iam pridem facta est copia, intelligo apud uos esse duos codices manu descriptos peruetustos, opuscula diu Cypriani continentes. Mihi certe gestit animus hunc autorem orbiter adire, repurgatum à mendis: deinde discretum ab his quæ illi falso inscribuntur, quando non alium uideo inter eos, qui latine scripserunt, qui ad apostolici pectoris uigorem propius accedat, Vbiq; sentias loqui pastorem, ac martyrio destinatum. Et huiusmodi uitos theologi sinimus obsolescere, quo magis miremur frigiditas recetiorum nantias. Nihil autem dubito, quin amplitudo tua, ut est ueræ religionis obseruantissima, faueat & pijs studijs, & Cypriano pietatis magistro. Neq; tamè gratis hoc officium flagito: redibit ad uos Cyprianus, & redibit non sine scenore, neq; patiemur interim, ut posteritas ignoret, cui bonâ huius beneficii partem debeat. Iam dudum pro ceruina missa debeo, sed longe plus debiturus pro missò Cypriano. Bene uale pater reuerendissime, cum sancto fratrum tuorum collegio, quorum purissimis precatonibus Christo commèdari cupio. Louanij, Calendis Iulij, Anno M D XIX

ANTONIUS PAPIPIUS ABBAS GEMBLACENSIS

ERASMI ROT. S. D.

ERASMVVS ROT. PETRO ZVTPENIO CASSILETANO S. D.

IDEO pleroseq; mortales in hac esse persuasione, ut felicitatis aut infelicitatis causas è supernis corporibus petant. Ego uero non arbitror ullum sydus affulgere cuiquam felicitus, quam syncerum ac tuo accommodum ingenio amicum: contra, nullum aduersus ac funestius, quam fucatum & insyncerum soldalem. Proinde stellas obseruent alij, si lubet, ego in terris quarendū existimo, quod nos felices aut infelices reddat. Cateri negociū aspiciunt, anxij considerant qua figura Venus, Iupiter, & Mercurius sese contueantur. Ego satius esse duco, perpendere quibuscum agas. Sunt enim quidam sibi tantum prosperi, ceteris omnibus inauspicati. Itaq; uix ullo sermone consequi queam Petre mortaliū cādidissime, quam optimū lucrum mihi putem obtigisse, quum te nactus sum amicum, quo non alium optare poteram magis ad naturam moresq; meos factum sculptumq;. Antehac abunde fortunatus mihi uidebar unico Petro Aegidio, quem amiculum ego nolim cum ullo Pylade commutare. Eam felicitatē mihi congeninauit accessio tui, adeo similis illi, ut dubitem utrum utri præferam. Nam omitto fortunā satis amplam, omitto literaturam haudquaq; uulgarem: omitto uim ingenij ad omnia negocia mirum in modum uersatilis: qui peccioris candor, quæ morum simplicitas, quæ cōsuetudinis suauitas, quæ modestia, quæ fides, quæ in officijs præstandis promptitudo. Vbi sunt interim qui temporū horum mores ut deploratos damnare solent, quando tales animas habent aulæ principum. Olim non ferebam, ingenia literis ac gratijs nata pertrahi in regum familias: nūc uideo uirtuti rectisq; studijs nullam esse plus honoris quam apud principes. Omnibus itaq; qui studiorū sacra colunt, expedit, tui similes aliquot in aulis uersari, ne non sint qui summates uiros ad fauendum literis ac probitati, suis dictis inflamment, qui ad benignitatem stimulos addant, qui submoneant, quibus artibus nunquā intermoriturum honestæ famæ decus paretur. Quanto studiorum omnium honore in regia Britannica uiuere credis Thomā Morum, Thomam Linacrum, & Richardum Pacæum: in Gallia Gulielmū Budæum: quorum felicitati gratulandum, quod in tales principes incidērint, officio habenda gratia, si tales reddūt. Scio tibi nihil esse dulcius ocio literario, nec deesse in aula, præter negotiorum tumultū, quod offendat animi tui puritatem: quæ omnia hoc moderatius ferre debes, quod sub optimo principe Adolpho meres, qui fauorē erga literas ac uiros uirtutibus ornatos, à teneris usque unguiculis olim haustum è Batto præceptore, in hanc usq; ætatem retinet, qui nos quoq; non ob aliud diligit ac tuetur, nisi quod persuasum habet his rebus præditū esse me, à quibus longissime absum. Is intelligens quantū referat primam ætatem principum optimo uiro formandam cōmitti, filiolum suum Ioanni Borsalo in gremium tradidit: uiro, ut compendio uirtutes innumeras complectar, Batti mei simillimo. Talis erat admouendus Ferdinando nostro, qua quidē in re demiror cessari à nobis, Midis opinor quibusdam id agentibus, quibus expedit principes ex sese nihil sapere. Ac ueror ne quis interim ingerat sese, qui præceptorē professus, aucupem sacerdotiorū agat, ingenti totius populū malo. Ambit hanc prouinciā theologū, & theologum esse decet, qui principem instituat, sed uere theologum, nec auariciæ, nec ambitionis morbo corruptū. Bene uale. Antuerpiæ, quarto Idus Augusti. Anno M D XIX.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO HVEO PARISIENSIS
ecclesiæ Decano S. D.

A GIT hoc miro conatu per literas Nicolaus Beraldus, homo Gratijs natus, ut nos cōmittat. Quod si certamē foret eruditionis, aut eloquentiæ, nō poterat magis deterrere, quam quū sic adhortatur. In hac, inquit, palæstra prouocari

caribus te mauult, quam te prouocare, uir alioqui in quouis scribendi genere non medio critere antehac uersatus. Quum inter pares semper impudētior habeatur qui lacessit, quis diceret, quicquam esse mihi uel frontis uel cordis, si Therites Achillem ausim lacessere? Nunc quum nulli sua obstet fortuna conditiōue, quo minus quum quālibet magnis amore beneuolentiæq; certet, & modestior habeat, quisquis hic lacessit prior, non uertus sum tu ac Beraldi animo morem gerere. His igitur literis lacesso uirum eruditissimum, minime doctus, uirum integerrimum non admodum probus, sed tamen amandi uicissitudine non cessurus, nec posteriores lacurus. Audio non sine summa uoluptate Parisiorum Academiā pristinis suis studijs, in quibus hactenus haud dubie primā laudem possidebant, ac etiam nunc possident. propensis animis trium linguarū addere cognitionem, & ad purissimos sacrorum uoluminum fontes subinde recurrere, neq; sentire cum istis aliquot libiparum amicis, qui putant has literas cum uera theologia pugnare, quum nullę magis omnibus honestis disciplinis famulentur. Id partim Gallici ingenij tribuo cādorū, partim eximij præulū Stephani Poncherij sapientiæ, uiri instaurandis optimis literis, ac ueræ pietati diuinitus facti: sed in primis optimo regi Francisco. Soli nos nondum hoc nomine possumus nobis gratulari. Sed tamen spes est nō pessima. Faxit Christus optimus maximus: ut quemadmodū principes passim fauent fouentq; recta studia, ita philosophiam amplectantur, dignam ijs qui Christi uices gerunt: hoc est, ut quam longissime absint à barbarica tyrannide, neq; per ambitionem labefactent orbis Christiani tranquillitatem, simul ac libertatem. Et quando suo fauore prouehunt eas literas, quibus principū gesta solent posteritatis memoriæ tradi, ea gerere studeāt, quæ mereantur omnium seculorum suffragijs celebrari. Bene uale uir optime, quē ego posthac inter Gulielmos illos meos fatales sum relaturus. Antuerpiæ, quinto idus Augusti. Anno M D XVIII.

GEORGIVS SPALATINVS ERASMO ROTERO/
DAMO S. D.

GEORGIO SPALATINO ERASMVVS ROT. S. D.

I quid uacat occupatissimo, & si fas est Theologo, audi quod rideas. Adijte me Petrus Alamirus homo non infestus, circiter calendas Augusti, anno M D XIX. Louanij reddidit epistolū ex Aquisgrano missum, sed affirmans sibi Antuerpię esse ingentes epistolarū fasciculos à summatibus amicis, de rebus hauquaq; uulgaribus. Huius interim uoluptatis, dies aliquot lucrum feci. Post decem ferme consero me Mechliniā, salutaturus episcopū meum, nempe Traiectensem. nam is forte tum aderat. *ὄραβη τὸν* obuius est Alamirus, admono de epistolis: ait esse in promptu. Cōdicitur locus in templo, simul & tempus. Profert multis circumstantibus in templo epistolas quinque, quasdam duplici tunica uacuaq; obuolutas, omnes item cōmuni contectas inuolucro. Accipio, gaudio gestiens. Actum quidem contentus ex episthographia didicisse, qui nam essent qui scriberent (nam aderant quibus cum erat quod agerem) ad prandij me recipio. Nam condixerā apud Ioannem Robbinū decanum eius templi, uirum prudentia singulari, summa integritate, sed ingenio perq; festiyo. Is est in quem collegij trilinguis præcipua cura inclinata recumbit. Inter epulas quum

K 4 animaduert

animaduertentem à cōiuiis desiderari rerum nouarum aliquid, quo tedium discuteretur, promo meas epistolae modo redditas, resigno, tua primum uenit in manus, in qua flagitas ut tuis literis aliquando respondeam, quas ut apparet illustrissimi ducis, atq; adeo publico Academię nomine ad me scripseras. Eas quā nō accepissem, & tamen ad proximas ducis, tuasq; literas paucis ante diebus respondissem, demiror quid tibi uelis. Tandem in spicio subscriptionem, & reperio scriptam ex arce Adelburgia, anno millesimo quingentesimo decimo septimo, idibus Nouēbris. Mox, ut par erat, ingens risus obortus, pro thesauro carbones reperimus, pro nouis uetera. Ibi frustratus, aperio literas Pirkhemeri, has comperio scriptas anno millesimo quingentesimo decimo octauo, calendis Octobribus. Maior etiam obortus risus. Resigno literas Ricardi Sbrulij Foroiuliani Cæsarij poetę, reperio scriptas item decimo octauo, idibus Nouēbris. Iam me suppedere cœperat. Soluo epistolā Georgij Behem, canonici Nurembergensis, scriptam decimo septimo die Februarij, anno decimonono. Vnus attulit omnes, & ita reddidit, quasi curriculo ex ultima Germania aduolasset, sed ita mundas omnes, ac si eodē die scriptę fuissent. O diligentiam. Post hac igitur huic mandabis, si quid epistolari recte seruatum uelis: si quid reddi cupies, mandabis alij. Non dubito quin optimus ille Ionas cum collega suo, & literas, & animū nostrum uobis retulerit. Male me habet, q̄ nomisma quo illustrissimi ducis imago mirè representabatur, mihi perijt unā cum epistola. Quum enim sensissem episcopum ac principem Leodisensem utriusq; uidendi percipidum esse, neq; tum forte haberem in crumena, & ille ad multam noctem tardaret in intimis consilijs apud Margaretam, Maximilianij Cæsaris filiam, postridie summo diluculo Germaniam aditurus, tradidit cuidam, qui nobis unā cum episcopo prandentibus, astiterat pocillator, ut illi ostensum utrunq; mihi restitueret. Post dies cōpures ex medico disco, & iuuenem abesse cum ceteris in Germaniam. Nec adhuc episcopus sese in aulam nostram recepit, e Germania reuersus. Mihi tamen magis dolet epistolę iactura, q̄ nomismatis. Ricardus Pacæus, uir in utraq; literaturā præcellēs, qui in electione Imperatoris, nomine serenissimi Anglię regis legatione fungebatur, reuersus isthinc, dicū mirum, quo pectore, quaq; facundia mihi Federicū totum depinxerit, grauitatem uiri, prudentiam, integritatem, eruditionem, quid multis & omnia magno principe digna. Is mea sententiā maiore cum laude recusauit imperium, quā quidam ambierunt. Et tamen nemo melius gerit principatū, q̄ qui pondus eius penitus perspexit. In nos magni nominis sarcina deposita est. Superest precari superos, ut nobis cum primis, mox toti orbi Christiano sit faustum ac felix. Ad primum rumorem qui Carolo destinatum imperium nuntiabat, tota hæc regio sese in gratulationem & gaudium effundebat penè immodice. Sed ut est rerum humanarum temperatura, non deerat huic uoluptati comes dolor. A pestilentia nusquā tuti sumus, quæ locis aliquot inclementissime saeuit. Ad hæc magna manus, opinor, ex his militibus, quorum opera profligatus est dux Wirtembergensis, obsidet nostra confinia, incertum quo duce, cuius iussu, aut quorsum tendens: hoc unum facile coniectant omnes, ingentem uim pecuniarum flagitari. Multos adhuc terret exemplū Asperę, ante biennū internitione uastatę. Iamq; pœnitet clementiæ, qua superiores exercitus dimisimus incolumes. Neque desunt qui suspicentur hunc exercitum consilio principum alij, ut sit in promptu quo populum premat, si quid grauentur audire iussis. & iubentur uix ferenda. Sed in his fata uiam inuenient: me miserę plebis miseret, & piget quorundam plus quā Turcicę tyrannidis. Postremo uideo rerum summam ad paucos cogi, paulatim antiquatis ueteris democratę reliquijs. Siquidem in Hispania Saracenicę imperij manifesta uestigia licet hodieq; cernere, nam Sarracenorum tyrannidem aliquando passā est ea regio. Vtinam illud principibus queat persuaderi, neminem splendidius regnare, quā qui liberis ac felicibus imperat. Albertus princeps Marguntinensis humanissimis literis nos ornauit, donoq; luculento cohonestauit, quod ego uel hoc nomine pluris facio, quod & à cordatissimo principe & ultro missum est. Nā que iudicio datur, testimonia sunt uerius q̄ munera. Aedimus Cyprianum, emendatum non mediocri sudore: ita me Christus bene amet: deinde auctum accessione libellorū aliquot, quos ex uerustissimis codicibus adiecimur, adiunximus annotatiūculas aliquot, sed paucas, notā semouimus à gressijs, & huius generis adeo nihil decidimus, ut non nihil etiam auctarij addiderimus. Illustrissimo principi me meaq; studia cōmendabis, & sodalitatē bonis

bonis literis adiuratam, meis uerbis salutabis diligenter. Amat uictoria curam. Bene uale, Antuerpię, septimo Idus Augusti, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS LVDOVICO CÆSARINO SVO S. D.

QVOD tam amicas literas ad me dederis suauissime Carine, gratiam habeo, quod tam eruditas, tibi gratulor. Vix em̄ mihi persuasit Nefenus, tuo Martę, quod aiunt, fuisse conditas: sed persuasit tamen, uel quia uir minime uanus, uel quia mihi tam pridem nota ingenij tui felicitas. Perge mi Carine, tibi solidam parare felicitatem. Id facies, si ueram eruditionem cum morum integritate coniunxeris. Cætera uel non ambientī dabunt cœlites. Bene uale. Louanij, Anno M. D. XIX. tertio Calendas Martias.

IACOBO MIDDLEVBURGEN. VICARIO EPISCOPI CAMERACENSIS ERASMVVS ROTERODAMVVS S. D.

EMIROR equidem te, non dico meum, sed cuiuspiam omnino suffragium præterea requirere, quum tantum habeas, tum suscipiendū, tum adendū operis tui autorem: nempe Henricū à Bergis Cameracensem episcopū, qui quidem uti te sibi uicariū genetalem, id est, per omnia uelut alterum se constituerat: ita prorsus tanq̄ alterum se deamabat, neq; rursus aliter q̄ teipsum Apologia hanc tuam cōplectebatur, efferebat, exosculabatur, quippe uelut primogenium quendam istius ingenij (quo tantopere delectabatur) scætum. Quam autem in amando te non falleretur, tam non errasse in laudando libello tuo consentaneum est. Quanc̄ exoculant quidem suum amorem poetę, mirum ni terrestris illius Veneris filium: nam altero illo, quem cœlesti matre prognatum scripsit Plato, nihil profecto perspicacius oculatusq;.

Non enim ideo parum perspexisse putandus est episcopus, quod te sic uice amauit, quin potius ob hoc ipsum tam amabat effuse, quod Lyncei (ut ita loquar) oculis tuas uirtutes penitissime perspexerat, uir, ut scis, cū reliquis in rebus planè (quod ait Placcus) emunctæ naris, tum in pensitandis ingenijs nequaq; ut Græci dicunt, λυκκί σάβμυ, sed omnino λυδὸς λυδός. Ergo quum tam grauem, tamq; doctum habeas autorem, qui tibi unus uel pro multis milib. esse debeat, tamen ut es incredibilis modestia, uelut Apelles quidam, meum, hoc est, uulgi quoq; iudicium captastuisq;, quod ille non ferebat, futorem & ultra crepidam audere: id quanc̄ uideo mihi uehemēter ineptum, in re quum ardua, tum à meis studijs aliena, quasi censoriam uirgulam sumere, tamen postea q̄ tu ita uis, cui nihil negare fas est, age iuxta Platonica parœmiam, τὴν λεοντῶν φιδύματα, meamq; sententiā solita libertate proferā, sed quæ nihil ab episcopi iudicio discrepet, nisi quod ille quo perspiciebat acrius, hoc laudabat impensius. Nos quædam penè suggillabimus, sed per pauca, ut uel hoc argumento cognoscas, cætera nobis magnopere placuisse. Iam primum igitur si tam illustre scribi argumentum tibi delegisses, prudentiā modo tua laudanda fuerat, nunc uero quoniam forte obiectum cōmode arripuisti, felicitati quoq; tuę gratulandum esse puto. Quod enim uel splendidius, uel magis p̄tum munus obuenire poterat, quā ut pro Cæsarea maiestate calamū sumeres, quæ pro omnibus sumit arma: eamq; ingenij tui clypeo à calumnię telis defenderes, quæ pacem Christianam à belli calamitate defendit. Tum autem muneri istī quanquā amplissimo adeo non defuisti, ut longe etiā superesse uidearis. Parum enim tibi uisum est, si inuicissimam potestatem, inuicis æque argumentis à calumniā uindicare, sed hinc arrepta uelut ansa, maius quiddam animo destinasti, ut eandem tuis literis tanquam immortalī quodam monumento decorares. Mihi certe hoc usu uenisse scio, ut quum semper magnificentissimę senserim de ea potestate, quā in rebus politicis deus secundum se uoluit esse pollutissimā, tamen simulatq; tuam et uolui de præcipue cuiusdam prudentiæ mihi uidetur, quod ubi factiosa quædam incidunt, uel arte prætercurris, uel si id non licet, tamen in periculosis questionibus, uelut inter Cyaneas cautes nauigans, ita docte stili cursum moderaris, ut neq; uerum taceas, neq; in factionem ullā impingas. Iam uero neminē fore puto, quin admiraturus sit in ætate tam grandi ingenium, studium tam ardens, tam uigilū, in fortuna tam lauta industriam tam infatigabilem, in tantis

tantis negocijs animum tam uigilantem, & uel ad minutissima quæq; attentissimum, uno in homine memoriâ amplissimam, & tantarum simul rerum capacem, in opusculo quum breui, tum penè tumultuario tam uariam omnigenæ doctrinæ usum, tantam utriusque iuris, tantam theologiæ, tantam historiarû, tantam scriptorum omnium, & ueterum, & recentium in omni genere noticiam, ut mihi tanquam sedula quæpiam apïs per omnia circumuoluitans nullum præterisse librum uideare, unde nò aliquid decerpseris, incredibili quidem sedulitate, at malim maiore defectu, neq; sine modo. Etenim quum aliquoties in re nec ita magni momenti, & iam dudum euicta, tantum testimoniorum inculcas, metuedum erat uetus illud lædorium, *πυλῶνον ἢ μεσημβρία*, non quod ea sint lectu uel inutilia, uel inane cæna, sed quod pro studio magis scriberis, quàm pro rei propositæ necessitate uidebuntur ascita. Quo fit & illud, ut quum ordine summo sis usus, tamen ipsa copia, sic obscuretur, ut attentum etiam & memorem lectorem fallat interdum. Verum quâdo nihil adhuc in rebus humanis exitit, sic arte, ingenio, curaq; elaboratum, in quo nò *μῦθος* ille Græcorum aliquid inuenerit, quod calumniaretur, nulla poterat honestior admitti reprehensio, quàm si dicaris utilibus superflue. Est enim ista ingenij feliciter luxuriantis laus potius quàm culpa. Porro stili humilitatem tatum abest ut reprehendam, ut illud uel præcipua laude dignum ducam, quod orationis phaleras, quas argumenti natura respuebant, ne affectaueris quidem, ne plane fieret, uel illud *ἢ ἢ φακῶ μύρον*, uel illud *πῆδος ἢ πρῶτος*. Sed quid ego hæc, quæ tu nò uno loco tam belle defendis? Videberis igitur rem indignam facere, si opus omnibus omnium eruditorem calculus laudatum, ut dignu oculis atque auribus studioforum, dignum luce, dignum posteritate, dignum deniq; uel charissimam tibi præsulis memoria, uel ipso decore Cæsareæ maiestatis premas atq; obliteres, præsertim in quo tantum olei operæq; consumpseris. Age iam sat superq; uerecundiæ datum; reliqua uel amicorum uotis, uel doctorum iudicijs, uel amantissimi præsulis uoluntati largire, neque quod uiuenti consecrasti, mortuo eripias. Patere tandem tibi excuti e manibus, exeat in lucem, prodeat bonis auib; uersetur in coronis: ut quantam tibi tantum amicum, mihi studioforum meorum Mecœnatem mors inuidit, saltem hoc solatio desiderium nostrum leniamus. Mihi sic prælagit animus, rem istam tibi gloriæ, studiosis usui, toti Germaniæ uoluptati atq; ornamento futuram. Finem faciam, si prius hoc unum munero, eam epistolam, qua quum tibi suscepta est dimicatio, Leonardi Aretini falso inserti, quam quidem ab alio quodam Aretino profectâ esse, quum libri castigatiores, tum stilius ipse Leonardino longe dissimillimus, facile indicat uerum cognomen ambobus commune locum fecit errori. Vale multum obseruande domine & amice singularis, nosq; tui studiosissimos mutuo dilige. In nobili Louanensium Academia, Anno M D II Idus Februarij.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER DVODECIMVS.

LAVRENTIO CAMPEGIO CARDINALI ERASMVVS
ROTTERODAMVS S. D.

E XIMIE domine, uirtutum tuarum insignium & eruditionis rarissimæ fama inflammatus, iam pridem gestio te, & nosse propius, & coram adorare. Sed hæcenus obstitit partim ualetudo, ex diutinis morbis etiamnum tenerior, quàm ut eam ausim navigationi molestæ committere, partim quod ante menses aliquot Christianissimi regis literis euocatus sum in Galliam, cui diutius excusare non licuit: uerum ne nullo interim argumento declararem meam erga te animi propensionem, mitto Nouum testamentum, magnis sudoribus denuo à me recognitum, quod pontifici Leoni dictum ipsius hortatu in lucem emisi, quemadmodum illius Breue testatur, additum in operis frontispicio. ~~Itaque ut~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
lapidem

~~Itaque ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
~~ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
labi possum. Quod si iudicium alicubi defuit, animus certe rectus non defuit. Omnibus nemo hæcenus placuit. ~~Itaque ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris, ut uolueris,~~
Sed uide, quæso, peruersissimam, immo ingratißimam quorundam maliciam. Ditißi libris & argumentis quidam, sycophantijs aggrediuntur: quicquid prodit libellorum, quibus hoc tempore quidam nimium licenter ludunt, mihi impingunt. Prodigiat Nemo, nam is est libelli cuiusdam ludicri titulus, meum esse calumniabantur: & persuaserant, ut autor iratus, sibi suum opus uindicasset. Exierant epistolæ quædam ridiculæ, non deerant qui me adiutore scriptas dicitarēt. Postremo prodijt, nescio quibus auib; opus Martini Lutheri, autor mihi tam ignotus est, quàm qui omnium ignotissimus, librum nòdum perlegi, & tamen initio meum esse dicitarant, quæ illic nec unus apiculus sit meus. Floru quæ nihil adhuc procedat, ipsa re reuicente mendacium, dotalogi cuiusdam suspicionem mihi moliantur impingere. Is ut ex argumento satis constat, scriptus est in odium diui Iulij pontificis maximi schismatis tempore, sed à quo incertum, ante quinq; annos degustauit uerius quàm legi. Post repperi in Germania apud quosdam descriptum, sed uarijs titulis. Quidam testabantur Hispani cuiuspiam esse, sed suppresso nomine, rursus alij Fausto poetæ tribuebāt, alij Hieronymo Balbo. Ego quid de his coniectem non habeo, subodoratus sum quoad huc, uerum nondum peruulgatum, quod animo meo faceret satis. Ineptij quicquid scripsit, at maiore supplicio dignus, quicquid euulgauit. Ac miror esse qui solo stili argumento mihi obtrudere parent, quum nec mea sit phrasis, nisi profus ipse mihi sum ignotus, nec mirum sit futurum, etiam si qui in oratione non nihil referrent Erasmiticum, quæ uerter in manibus omnium, et referimus ferè, in quorum assidua lectione uersamur. Neque desunt hic qui tacitent tuam quoque celsitudinem, propemodum in eam suspicionē adductam esse. Quod mihi certe nunquā persuadebitur, donec persuasum erit non esse uana quæ de doctrina prudentiæq; eius admirabili, passim à summis uiris prædicantur. Neque quicquam addubito, quin etiam si quid suspicionis occupasset animum tuum, facile sum excussurus, si coram detur colloqui, id quod aliquando licebit fauente Christo. Interim obsecro pietatem tuam, ut hoc sibi persuadeat, Erasmus huiusmodi libellos ab alijs conscriptos, & ædendos suppressisse, tantum abest, ut huiusmodi quiddam ipse uel ædiderit, uel æditurus sit unquam. Nec mirum si isthic sunt qui de me talia mentiantur, quum hic de proximo non pudeat quosdam improbissime de me mentiri. Omnibus omnium sycophantijs respondere non possum, hoc quod in me situm est, præstabo. Si quid ualet hoc ingenium, si quid hæc literæ, si quid industria, id totum Christo & illius sponsæ uisibus dicabitur. Idcirco esse re ipsa comperies, si quando dignaberis facere periculum. Mitto nunc librum nudum, utpote recentem adhuc ab officina, nec erat spatiu adornandi, post dies aliquot mittetur alter conuictus. Cardinali Eboracensi clientulum hunc non grauabitur celsitudo tua commendare, cui scripturus eram, nisi interim & uolumen & epistolam hæc putarem ei communem fore. Bene ualeat amplitudo tua, cui me totum dedico consecroq; Louanij, Anno M. D. XIX. calendis Maij.

LAURENTIO CAMPEGIO CARD. ERASMVVS ROT. S. D.

EVERENDIS SIME domine quid posthac nõ libeat audere, posteaquam hæc temeritas mihi tam feliciter cecidit: Ego id modo ambicbã, ut operi meo ob nouitatem apud quosdam inuidioso, si cõtingeret sic tuam bibliothecam reponi, quemadmodum olim libri, qui posteritatis memoriam promereri uiderentur, in Apollinis tẽplo collocabantur, dignitatis nonnihil accederet: sic enim futurum, ut eruditissimi cardinales, P. maximi Leonis oraculo subscribere uiderentur. Neq; enim ulla cedrus fidelius seruat à carie temporumq; iniuria studiosorũ hominum monumenta, quàm talium procerum autoritas. Nam illud sanè leuiter metuebam, ne quid apud prudentissimam eruditionem tuam, & eruditissimam prudentiam ualere impudentissimæ quorundam scycophantiæ, quas ridet atq; exhibent, si qui sunt ex media plebe paulo cordatiores. Hoc igitur quum agerem tantum, ecce quàm ingens lucrum præter spem obtigit, quàm ingentem prædam hæc attraxere retia. Primum tam insignem heros, & ecclesiæ Christianæ columen plenus uoluntate contigit: Deinde tam eximium patronum, atq; etiam, si fas est usurpare quod offers, amicuum mihi parauit. Vt unq; cui simularum mihi publica fama delinierat, uerum effigiem animi tui longe plenus expressit Riccardi Pacati, qui serenissimo regi primus est à secretis, oratio. Nam is ut egregias tuas dotes propius inspexit, ita non uulgaris est pingendi artifex, homo nimirum non minus facundus, quàm eruditus. Verum epistola tua ita te totum mihi representauit, ut mihi uiderer antehac tenuem modo umbram excellentiæ tuæ nouisse. Magnum quendam & eximium uirum ille descriperat: sed immane, quanto maiorem te tuæ literæ declarant: præter eruditionem pontificio legato dignam, præter humanitatem eruditione summa dignam, raram etiam uitæ integritatem, sacrarum etiam literarum amorem ac studium spirantes. Nam illud immodicæ cuiusdam benignitatis fuit, quod eum qui libros aduexit, tot aureis oneraris, uidelicet ut largius etiam potitarer additissimus Bacchi mystes, quum ego hominem iusto uatico instruxissem. Cæterum anulus quem digitis tuis detracti, ceu sacrum quoddam amicitie nostræ *μνημόσυνον*, imò si tuis uerbis utendum est, fraternæ charitatis pignus ad me misisti, adeo gratis est animo meo, ut recusaturus sim unũ illum uel cum uniuersis Atrali gazis commutare. Igneus auri fulgor, mihi tuæ sapiëntiæ prorsus cardinaliciæ symbolum semper erit, & Adamantis gratissima lux, nunquam antiquandã nõ minis tui gloriam representabit. Deniq; si mihi posset unquam talis patroni obliuio obrepere, suffragabit memoriam, quidq; Campegio debeam commonefaciet. De nostro ingenio uere Batauo, deq; studijs nostris non fuit ingratum quod tam erras amãter. Siquidem hic est oculus ille euangelicus, puri candidiq; pectoris, alienas dotes ex sese meties: cum oculo prauo uisitatoq; mala sint etiam quæ sunt optima. Nihil igitur, inquit, profecit mea laudatio: profecit nõnihil, certe stimulos addidit, ut posthac alacrius enitar fieri, quod me prædicas esse. Nec enim arbitror ullam ætatem seram ad id, ut quis seipso melior euadat. Quod prouehendis egregijs ingenijs fauorẽ propensum tam benigne polliceris, omnium nomine gratias ago, efficiamq; pro uirili, ut intelligant sese tuæ celsitudini debere. Porro quod in ornando iuandoq; Erasmo negas te commissurũ, ut aliorum quisquam tibi par esse uideatur, nimirum exoscalor istum animum tuum, meq; cum primis felicem hoc nomine iudico. Hæc tumultuanter effutiui uerius quàm scripsi, ne, quando significas tibi celeriter istuc abeundum, meæ literæ tuam amplitudinem non offenderent. Non ero contentus hoc argumẽto tuam in me benignitatem & meũ in te animũ declarasse: quod breui uti spero, uberiore magisq; uiuaci monumento docebitur. Bene ualeat tua sublimitas, cui Erasmus quantus est, mancipio dicoq;. Louanij, pridie Idus Iulij. M D XIX

ERASMVVS ROT. VLTRICO ZASIO S. D.

IX licuit tuas legere literas mi Zasi, quibus alioqui nihil accidere poterat iucundius. Quid ego librum tuum collaudem? cõpendio dicã. Zasianus est, hoc est, absolutissimus: dignus qui fiat orbi communis. Ad id adiuuabimus simulatq; uacabit: uacabit autem intra bimestre: ~~quæ quæ hæc quæ hæc~~ ~~liber de cirno. nam illud in quo dicitur, non est de cirno.~~ Verum id scio quibus tribueris, & feromallent alioqui perpetuum illum Zasianæ dictionis carum ac tenorem

tenorem dicendi. Erasmus nimis amāter citas, hoc est longe supra meritū. Bene uale. Bonifacium non uno nomine unice diligo, de quo sane summam spem cōcepti. Mitto & alterum epistolium olim ad te scriptum, sed obliuione ministri relictum apud me. Probat & Beatus librum tuum, tu cura ut absoluat: et si fieri potest, uelim ea quoque citas ex partem expolitīs autoribus, tamen Zafiano lepori conuestiri. Rursum uale.

ERASMVVS ROT. ZASIO SVO S.

I quo pacto liceret ex hoc euolare pistrino, quod quidem facerem cupidissimi mei: malim extra nuptiarū tēpus te uisere, quo totus toto te frui possem, nunc in tanta hominum turba, quantula tui portio rediret ad nos? Mitto Enchiridion nuperrime excusum. Beatus pari diligentia te resalutat: adest & Gerbelius & ~~Gerbelius~~. Bene uale uir eruditissime. Precor ut nuptiā filiatuæ tibi tuisque sint uoluptati pariter ac bono.

VDALRICVS ZASIVS ERASMO ROT. S. D.

Quod tibi tuisque sint uoluptati pariter ac bono.

nos, qui nihil sumus, politissimis literis tuis ad amicitiam protuocare, quantum ego felicitatis nec optare unquam ausus fueram: mox altera epistola crimen impudentiæ deprecari, quod tantulus ad tantum heros scripseris. Ut missas factam istas delicias, quibus apud Italos uulgo docti sese delinire cōsueuerunt, sed ut homo Germanus cū Germano germana illa & simplici ueritate agam, ipse me meo, quod aiunt, pede metior, & noui quam sit mihi curta suppellex, tantum adest ut laudes agnoscam, quas tu mihi tribuis. Caterum ex animo nostræ gratulor Germaniæ, quæ iam olim bellicæ rei gloria florens, nunc passim tot etiam eximij in omni literarum genere uiris illustratur, qua quidem gloria non alia neque uerior, neque diurnior: quos quantum omnes uehementer suspicio, sicuti par est: tamen nullius stilo magis capior quam tuo, non tantum ob id quod castissimus est, & ab omni neuo purissimus, uerum etiam ob id quod Politianicam illam Venerem ac delicias mire referre uideretur, cuius uiri ingenio semper ita sum delectatus, ut nullus æque. Porro quum in Politiano summa laudum sit eloquentia, quanto rectius te mi Zafio cōuenit suspicere, in quo, quod in tanto uiro summum, in te accessorium est, & uelut auctariū. Proinde debeo Beato, debeo Gallinatio, per quos te primum cœpi cognoscere, sed magis tibi debeo, cuius humanissimis simul & elegantissimis literis etiam in antiorum tuorum numerum cooperer: quare nihil mihi potuit accidere iucundius aut honorificentius. Neque uero commissurus eram, ut tu priores occupares, ut huic pistrino sic essem affixus & obligatus, ut uix sit ocium capiendo cibo. Adagiorum opus ita locupletatur, ut aliud uideri possit. Apparatur mox excudendus Hieronymus cum annotamentis & scholijs nostris. Adornatur Nouum Testamentum nostris purgatum & illustratum scholijs. Aeditur à nobis recognita Copia: aeditur & Similium liber. Opera que uerterā è Plutarcho, iam forquibus excusa sunt. Paratur & Seneca Annus, à me summis laboribus emaculatus. Cum horum unum quodlibet huiusmodi sit ut totum hominem, & quidem non Erasmus, sed adamantinum aliquid quem desideret, facile potes coniecturam facere, quam mihi nihil sit uacui temporis. Unde uentam des oportet: primum quidem quod ad tuas literas tam elimatas, tam inconditis respondeo, plane *χρόνια χελύων ἀμαβίδου*, deinde si posthac aut rarius aut paucioribus, quam tu uelles, tecum agere uidebor. Simulatque hisce me laboribus non nihil extrica uero, libebit uel iustis uoluminibus cū meo Zafio congreddi. Quod moliris in ius Cæsareum illustrandum, precor ut Musæ bene fortunent: scis, opinor, Budæum Parisiensem tale quiddam esse conatum: & Cuthbertus Tostallus Cantuariensis archiepiscopi cancellarius, uir utriusque literaturæ callentissimus, innumeros habet locos annotatos. Quod in tuis commentarijs nostri mentionem facis, meque paras immortalem reddere, magnopere gratum est laudari à uiro omnium laudatissimo, Vnum illud à te rogo, ne posthac tam inuidiosus titulis oneres Erasmus, ne quam nasutulis irridendi mei præbeas ansam. Quis enim non rideat Erasmus magnum appellari, qui nulla non parte minimus sit: ad hæc felicem, cui nihil est quod fortunæ possit acceptum ferre. Bonifacium iuuenem iuxta modestum atque eruditum, quæso ne graueris meo nomine resalutare. Resalutat te Gerardus Listerius noster, ut ex animo tui studiosissimus, ita dignus profecto quem tu mutuolicut facis diligas. Bene uale. Basileæ, nono Cal. Octobris. Anno M D XIII

ERASMVVS ROT. ANDREÆ HOCHSTRATO S.

D E FLEXI non nihil ab itinere meo, ut & te ueterem amicum meum uiderē, & urbis tam celebris cōspectu fruere, uerum utrunque frustra malo quodam meo fato. Nam et tu aberas, et urbs ita placuit, ut à nulla unquam discesserim iubentius. Bene uale. Leodij, M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. GERARDO NOVIOMAGO S. D.

C LARISSIMI principis Philippi à Burgundia p̄sulis Ultratrac̄tini, tui Meccenatis, & nisi inuides, mihi tecū cōmunis, inaugurationē adeo ~~graphi~~ perspicue depinxisti, ut minus uisurus fuero, si ipse p̄p̄s omnibus interfuisset. Perplacuit autem quod rē historica si depersequeris, secus quam uulgus scriptorum facit, qui in huiusmodi argumētis multa solent ~~admirari~~, hoc est, admittiri, ne dicam admentiri. An gratulari debeam Philippo, nondum statui, qui & ante susceptum honorem istum, suis ipsius dotibus erat maximus, & adeo non ambigit

L 2 ut recur

ERASMVVS ROT. ZASIO SVO S.

INGVLAREM eruditionē tuam cum pari coniunctam eloquentia, nuper e duobus eruditissimis, nec minus facundis, cognoui: primū ex Beato Renano, mox ex Ioanne Gallinatio. Facetiam tuam non uulgarem ex literis intelligo: siquidem quum tu uir omni uirtutum laude cumulatissimus, non grauat es esse

noa

ut recusaturus fuerit, ni hoc patriæ cōmodis, & Caroli principis affectibus dedisset. Certe diocesi gratulor, ad cuius communionem & ipse pertineo, cui talis contigerit & princeps & episcopus, qui pro singulari prudētia, proq; summa morum integritate, iuxta munus utrunq; sit expleturus. Id ut cōsidam fore, non solum ipsius natura facit, nihil nō egregium pollicens, uerum etiam pater Philippus Burgundiæ dux, quo seculis aliquot nullus contigit huic regioni princeps laudator, siue spectes uere regiam animi magnitudinem, siue raram quandam erga suos charitatem, siue pacis alendæ studium, siue morum comitatem, atq; ut summatim dicam ingenium ab omni tyrannide alienissimum. Auget hanc spem David ille magnus huius germanus, uir modis omnibus patri adsimilis, sed hoc precipue suspiciendus, quod ut ipse erat eruditissimus, ita summo studio adnitebatur, ne passim rudes & indocti in cleri gregē irreperēt, quod hactenus fieri uidemus. Igitur in spem uenio fore ut hic unus & optimum parentem, unde natus est; et optimum fratrem, cui successit, non referat modo, uerum etiā superet, tibiq; uberrimam encomiorum materiā suppeditet. Atq; ut hac in re me tibi riualem intelligas, iam dudum Pacis querimoniam illi dicauimus nostrū in illum studiū primitias. Excuditur Basileę libellus breui istuc iturus. Quē si sensero non displicuisse, fortassis maus aliquid audebitur. Bene uale. Gerarde, nosq; clarissimo præfili sedulo commendatos facito. Louanij. Anno M D XVII pridie Calendas Septembris.

ALBERTO ARCHIEPISCOPO

Ferr

NOUEN

MERCVRINO GATTINARIO CANCELLARIO SVM/ mo Rom. & Hispan. regis Caroli, Erasmus Rot. S. D.

MAGNIFICE uir, Ex aliquot familiaribus cōgressibus comperio hunc Ioannem Fabrū ordinis Dominici, multis eximijs dotibus præditū, religione nequaquam fucata, iudicio prudentiaq; singulari, eruditione solida, quarum rerum L 4 commen

cōmendatione Cæsari Maximiliano, uirtutum omnium, ut fautori candido, ita iudici exacto, cum primis charus fuit. Conuenit autem optior, ut quemadmodum Carolus noster in autum succedit imperium, ita uirtutum etiam auitarum hereditatem capellat. Porro quod peti, non solum æquissimum est, uerum etiam facillimum, uidelicet ut idem muneris quod habuit apud Cæsarem Maximilianum, apud hunc retineat. Atque id ut fiat, ad publicam rei Christianæ pertinet utilitatem, mea sententia, simulque sacri imperij dignitate. Id cuiusmodi sit, ex ipso rectius cognosces. Scio mihi non fuisse multum consuetudinis cum celsitudine tua, sed hanc fiduciam mihi præbet, partim animus iste tuus ad omnes res honestas omnibus expositus; partim quod confidam fore, ut quemadmodum te successorem habemus eximij uiri Ioannis Syluicij, omnibus ornamentis parem, aut etiam superiorem: ita hac quoque in parte sis illum relaturus, ut Erasmo faueas, qui nihil aliud agit in hac uita, quam ut suis studiis Christi gloriam ac bonas literas prouehat. Si qua in re potero uel tibi, uel Cæsareæ maiestati usui aut ornamento esse, nihil defugiam, quod modo præstare possim. Bene uale, uir omnibus modis eximie, cui quam cōmendatissimus esse cupio. Louanij quarto Nonas Octob. Anno M. D. XX.

BILIBALDE DE CŒLII MEI RATIONEM, CUIUS ME NŒDŪ ADMODŪ PŒNITET. ETIAM SI NULLIUS TEMPORIS IACTURA ME GRAUIUS AFFECIT, ILLIUS SESEQUIMENTIS, QUO LEI NANIAS NON MINUS INAMŒNAS, QUAM INDOCTAS AC UIRULENTAS, & LEGIMUS & REFELIMUS. PORRŒ QUOD UERERIS NE HEC MEA LENTITAS MULTORUM INUITET MALEDICENTIAM, EGO GRAUIUS ESSE PERICULUM ARBITROR, NE SI MALEDICENTIA MALEDICENTIA INUITET, NULLUS SIT INFANIENDI FINIS, QUANDO TAM PROPENSDŪ RES IN RABIE EXIST. HOC CŒLII DEUS UETUIT, NE QUIS DE CAIN SUMERET UIINDICIAM, NE RECI PROCTIS UIINDICIA UICIBUS NULLUS TANDEM ESSET FINIS. VTCUNQUE RES HABET, EGO SYCOPHANTARUM TURBA MALI OBRUI, QUAM COMMITTERE UT HANC GLORIAM AMITTAM, NEMINEM ADHUC SCRIPTIS MEIS FACTUM ESSE NIGRUM. NAM LEUS SIBI IMPUTER OPORTET, SI QUI MALE DE ILLO SENTIUNT. PORRŒ QUOD SUSPICARIS LEUM SUBORNATUM HISTRIONEM, QUAM FACILE CREDAM HUIUS ACTIONEM GRATAM FUISSE QUIBUSDAM, QUI MALE UOLUNT BONIS STUDIIS, TAMEN MAGIS ARBITROR ILLI POTISSIMUM IN CŒLII FUISSE PROPRIUM INGENIUM, AD HANC NATURAM PROPENSUM. NON ALIUM FUISSE PREDICANT, QUI NOUERE PUERUM; SEMPER FÆUUS ERAT AC UIINDEX, OMNIBUS INUIDEBAT, NON FEREBAT QUENQUAM PAREM, MULTO MINUS SUPERIOREM. SOLUS HABERI IN PRECIO UOLEBAT, GLORiarum sitiētissimus, suæ sententiæ mire pertinax. TALIS ERAT PUER, TALIS ADOLESCENS, TALIS IUUENIS, TALIS NUNC ETIAM UIR EST, NISI QUOD CUM GRATE FERÈ SOLENT ACCRESCERE UITIA. ATQUE UTINAM UEL SENEX FIAT ALIQUANDO SUI DISSIMILIS. QUOD MIHI PLURIMOS NON MINUS DOCTOS QUAM POTENTES AMICOS GRATULARIS, QUOD NOMINIS IMMORTALITATEM RECTE FACIS PARTAM, QUOD ME LITUORE MAIOREM FACIS, NIMITUM FACIS AMATER MI BILIBALDE, DUM AMICUM UNDIQUE IMPETENTIBUS SYCOPHANTARUM MACHINIS PERICLITANTEM, UT TU PUTAS, BLANDA CONSOLATIONE SUBLEUAS. EGO ISTAM IMMORTALITATEM NIHIL MOROR. RECTE FACTA NŒ AGNOSCO, TANTUM ADHUSUS SUM ALIQUA EX PARTE MEA INDUSTRIA PRODESSE STUDIIS PUBLICIS, & AD SINCERAM AMPLIENDAM CHRISTI DOCTRINAM EXCITARE MORTALIUM ANIMAS.

habebat omnibus locis in quos huius fabulæ scenas fuerat partitus, quorum nemo non strenue erat in negotio. His rebus tandem effectus est, ut hi quoque redderentur solliciti, qui me probe norant, & se Leum nosse putabant. Itaque si nihil respondissem, periculum erat, ne ad menses aliquot alienatis complurium animis periret nonnulla pars fructus, quem tot uigilijs uenabar. Nam mea gloriæ iactura sane leuiter mouisset animum meum. Cur enim uerear aliquam famæ partem Christianis studiis impendere, qui uitæ bonam partem impendat? Proinde sic Leo respondimus, ut & illi stultissime speratam gloriæ detraxerimus, & necesse non est, ut illi iactura sit. Habes epistolam Bilibalde cœliti mei rationem, cuius me nōdū admodū pœnitet. Etiam si nullius temporis iactura me grauius affecit, illius sequimentis, quo Leinianas non minus inamœnas, quam indoctas ac uirulentas, & legimus & refellimus. Porro quod ueraris ne hec mea lentitas multorum inuitet maledicentiam, Ego grauius esse periculum arbitror, ne si maledicentia maledicentia inuitet, nullus sit infaniendi finis, quando tam propensum res in rabiem existit. Hoc cœliti deus uetuit, ne quis de Cain sumeret uindictam, ne reciprocis uindictis uicibus nullus tandem esset finis. Vt cunq; res habet, ego Sycophantarum turba mali obrui, quam committere ut hanc gloriæ amittam, neminem adhuc scriptis meis factum esse nigrum. Nam Leus sibi imputer oportet, si qui male de illo sentiunt. Porro quod suspicaris Leum subornatum histrionem, quam facile credam huius actionem gratam fuisse quibusdam, qui male uolunt bonis studiis, tamen magis arbitror illi potissimum in cœliti fuisse proprium ingenium, ad hanc naturam propensum. Non alium fuisse predicant, qui nouere puerum; semper fæuus erat ac uindex, omnibus inuidebat, non ferebat quenquam parem, multo minus superiorē. Solus haberi in precio uolebat, gloriarum sitiētissimus, suæ sententiæ mire pertinax. Talis erat puer, talis adolescens, talis iuuenis, talis nunc etiam uir est, nisi quod cum grate ferè solent accrescere uitia. Atque utinam uel senex fiat aliquando sui dissimilis. Quod mihi plurimos non minus doctos quam potentes amicos gratularis, quod nominis immortalitatem recte facis partam, quod me lituore maiorem facis, nimitum facis amater mi Bilibalde, dum amicum undique impetentibus Sycophantarum machinis periclitantem, ut tu putas, blanda consolatione subleuas. Ego istam immortalitatem nihil moror. Recte facta non agnosco, tantum adhusus sum aliqua ex parte mea industria prodesse studiis publicis, & ad sinceram amplectendam Christi doctrinam excitare mortalium animas.

uiri stilum suum acuant. Quare sic arbitror plane esse, ita plane ludum ac iocum esse cu-
pio, quod minitatis Germaniam illi panegyricis annuis litaturam. Nam id si fiat ipse sibi
plane deus esse uideatur. In adornanda profectio Germanica, plane Calippidem agi-
mus. Regiam tuam cupide uidebimus, si modo citra magnum itineris dispendium liceat.
Mihii uero uel tugurium quauis regia splendidius erit, quod habeat Bilibaldū. Sed ais pe-
rem sub Caroli principis aduentum desitūā. ~~Quis nates istuc futurum praedixit. Quid
spes. In Quidam opto. In Quidam, prope illud, quod dicitur, Inuocam. In Quidam, ubi
delectando, ut in m. de, quod dicitur, Inuocam. In Quidam, ubi
delectando.~~ Video res humanas sic undiq; corruptas, ut nullis unq; seculis eum
plus licuisse impudentiæ, plus licuisse stoliditati, plus licuisse sceleri. Et nonnunquā liber
aliquo profugere, sed uereor ne quocunq; me uerterō, sequatur molestia. Proinde tutius
arbitror mali remediū ab animo petere potius, quam a loco aut uita instituto. Bene ha-
bet, quod Christus in tanta uitiorum caligine nobis Euangelicæ doctrinæ scintillas reli-
quit. Bene uale uir ornatissime. Louanij Nonis Septemb. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROF. IOANNI REVCHELINO S. D.
EYERENDVS Cardinalis Sedunensis, cum nuper apud eum præderem,
narrabat te uita defunctum esse. Mihii non libebat credere, quia non erat e re
literarum uerum esse. At mox latiora nunciarunt alij, quæ precor ut nobis
sint perpetua uir optime, idemq; doctissime. Vides fatalem esse tragediam
quæ nunc agitur, cuius qualis sit futura Catastrophe incertum. Qualis qua-
lis est futura: precor ut cedit in gloriam Christi & in rem Euangelicæ ueritatis. Ego huius
fabulæ spectator esse malim, quam histrio, non quod recusem ob Christi negotium ali-
quod subire discrimen, sed quod perspiciam negotium esse supra meam exiguitatem. Vti
nam tam possem præstare quod est optimum, quam opto. Non dubito quin tibi ad sint
grauis & amici consolatores, qui tibi omnem ægritudinem adimant, si quam animo con-
cepisti, ut mea consolatione non sit opus. Altius infixus es animis honorum utrorum
quam ut hinc ullis ~~inobedientibus~~ obreccationibus queas reuelli. Res est inuicta ueritas. Et
tacita bonorum iudicia perpetuam obtinent auctoritatem, etiam apud posteros suum ha-
bitura pondus. Mihii semper studio fuit Lutheri causam a tua bonarumq; literarum causa
seiuungere, quod ea res & nos uocaret in communem inuidiam, & illum ne tantulum qui-
dem subleuaret. Sed alijs aliter est uisum. Me quoq; tanta operarunt inuidia, ut parum ab-
fuerit, quin & ipse fuerim impetitus ab istis, qui in bonas literas ac doctrinam Euangeli-
cam coniurarunt. Obscurū non est quid agant illi. Id quo magis succedat, prætexunt splen-
didos titulos, iritant mitissimum pontificis ingenium, ut illius malo suis consulant cōmo-
dis. Utinam qui bonas literas colunt (nam in has tendunt isti) tam concordēs essent ad
honestarum rerum defensionem, quam isti deuoti sunt ad subuersionē honestissimorum
studiorum. Si Germanis nostris placuisset ciuilitas, ad quam ego semper amplectendam
M 3 hortatus

hortatus sum, res fortasse non processisset huc tumultus. Anglus ille episcopus, quo non alius in ea gente uel eruditior uir, uel praesul sanctior, sic te deamat, ut non ferat a quoquam laudari te parcius. Habet in animo uisere te astate proxima. Bene uale Capiton charissimi me. Coloniae VI. Id. Nouemb. Anno M. D. XX.

ICIDEE...

ERASMVS GODSCHALCO ROSEMONDO LOVANIENSIVM ACADEMIAE MODERATORI S. D.

NVITVS te toties interpello meis literis. Sed hoc tamen utriusque nostrum est commodius. Conticuerat ad tempus Phrysius ille praedicator, pridem Moritiae nostrae interpret, nunc Antibarbarorum, nullis conuiciis non debacchans in nomen ac famam meam!

Iam hoc opinor erit quibusdam uoluptati, si mihi tenerint aliquo agre etc. Ego quidem & maiora tuli, & adhuc ferre possum: mentiar tamen, si dicam me nihil hisce rebus commoueri. Minus indigne feram si me feriat mulus, aut homo furiosus: sed tamen malim non feriri. Ut uita, ita fama alienae dominus est, qui suae contemptor est. Cuius in procliu est laedere. Et absit ut ego uicissim, quid hac in parte possim, uelim experiri. Cum tot dies agerem Coloniae, nulli uerbo questus sum, fretus tua oratione, quod diceres te sperare futurum, ut in posterum consulesceret Egmondanus. Nam ab hoc Phrysius nihil expectabam noxae tempestatis. His malis autoritas tua uel uerbo potest finem imponere. An debeat, ipsa uiderit. Ego debere arbitror, si non mea causa, certe publicae tranquillitatis gratia. Antequam perficerem hanc epistolam, praesul cum Maximiliano Abbate Midelburgensi, quoniam erat in proximo, adij per occasionem priorem Dominicalium. Is negauit se scire quid ille dixisset, sed tamen uultu, gestu, totoque sermone declarauit, se conscio ac uolente haec fieri. Postridie eius diei uenit ad me Phrysius ille ueluti purgaturus sese, iuuenis mire confidens, & qui sibi uideatur nihil loqui nisi gemmas meras, meros flosculos, & oracula mera. Is falsus est se in die diuinae Catharinae plura dixisse, quam mihi fuerat delatum. Et in purgatione sui mira confidentia proposuit quaedam tam stulta, ut stultissimum fuerit respondere. Tamen respondi tribus uerbis. Egmondanus in auspiciando Paulo precatus est, ut quemadmodum Paulus ex ecclesiae persecutore factus est ecclesiae doctor, ita conuertantur aliquando Lutherus & Erasmus. Quid fiet istis? Nihil magis optent, quam ut aliqua ratione molesti sint. Et male habet illos quod Lutheranus non sim, ut re uera non sum, nisi feruiat gloriae Christi. Scio me esse linguae licentioris: nullus tamen audiuit me probantem Lutheri doctrinam. Libros illius nunquam studui legere, praeter paucas pagellas, easque degustatas uerius quam lectas. Disputationibus uestris aduersus Lutherum semper constantissime faui: sed multo magis scriptis, maxime Ioannis Turenholtij, qui docte & sine affectibus disputauit, ut audio. Cum exurerentur libri, nemo me tristiore uisit. Constante falsus sum, mihi displicere in eo permulta. Scripsi priuatim multa, & dixi multa, quae illum ab hoc seditioso scribendi genere compescerent: & Lutheranus uocor. Hioc, si uestrae placent Academiae, sum is qui possim ferre. Nam id malo quam ulcisci. Sed mea sententia praestiterit rem alijs rationibus agi. Imputat mihi Vincentius tumultum Hollandicum, quod illic post stultissimam concionem propemodum fuerit lapidatus a plebe, cum ego nulli Hollando, neque bene scripserim de Luthero, neque male. Bene uale in Christo Magnifice D. Rector. M. D. XIX.

ERASMVS ROT. GVILIELMO LATAMERO S. D.

ER LITERAS obtestor, humanissime Latamere, ut in Nouo testamento adiutes. Aeditum est pro temporis angustia satis accurate, uerum mihi praeter expectationem bona temporis pars praecastigandis exemplaribus, ac formis denique corrigendis erat infumenda. Tamen ad id muneris duo docti magno aere fuerant conducti. Sicut autem adiutabis, si admonueris per literas, quid mutandum esse ducas. Nam alteram mox adornabo aditionem. Verum caue ne cui hoc suboleat typographi gratia, cui domi manerent sua uolumina, si sentirent emptores. Quanto studio me complexa sit omnis illa Germania superior, non commemorabo, ne uidear gloriae causa id facere. Ambit me & nostra regio. Haec tantum abest ut affectem, ut pudeat etiam honoris, quo me noui indignum. Et tamen gaudeo subolescere bonas literas, ac spero breui futurum, ut Erasmus infans habeatur. Bene uale. Nonis Iunij. Anno M. D. XIX.

ERASMVS ROT. RICHARDO EPISCOPO VVINTONIENSI S. D.

EVERENDE praesul, Quod Eduardus Leus tam manifestis conuiciis debacchatus sit in famam meam, dici non potest quod displiceat probis omnibus. Nec enim tam mihi nocuit quam omnibus bonarum studiosis literarum, quorum utilitati

M 4 deludat

defudat haecenus nostrum ingenium. Tot amicorum literis, tot monitis meis non potui deterri; quo minus suae non minus quam meae famae maculam inureret. Exijt liber malis auib; nonnullo detrimento nominis mei; sed multo maiore ipsius. Ad obuia respodimus moderatius quam uellent quidam. Ad argumenta sic respondimus, ut ille nunquam sit responsum, fat scio, & tamē ubiq; tempero à conuicijs. Nec his contentus Leus; ador nauit ut alunt alterum libellum multo etiam uirulentiore, quem misit Lutetiā excudendum. Non audit amicorum sana consilia, nec unquam finem facturum est, nisi tua auctoritate coherceatur. Atq; utinam id esset factum antequam hoc incēdium erupisset. Subor nauit Londini Cartusiensem quendam, opinor nomine Ioannem Batmansōn, iuuenem ut è scriptis apparet, prorsus indoctum, sed ad insaniam usq; gloriosum. Quod si Leū ab his furiosis tumultibus compescuerit auctoritas tua, non meis tantum studijs consulat, sed etiam Eduardi, qui nunc & suum perdit ocium & meum. Bene uale. Louanij IIII. Nonas Maias Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. IOANNI COLETO S. D.

DEPISTOLAM ioco scriptā respondes serio. Non decebat fortasse cum tanto patrono iocari. Sed tamen mihi tū libebat cū amico tam singulari Atticis salibus ludere, magis humanitatis tuę memori quam magnitudinis. Tuę facilitatis erit nostram ineptiā boni consulere. Scribis me tibi debere, etiam si nolim. Omnino mi Colete durum est, ut inquit Seneca, debere cui nolis. At ego neminē noui mortalī cui libentius debeā, quam tibi. Et is semper in me fuit animus tuus, ut etiam si nihil accessisset officiorum, tamen debiturus tibi plurimum fuerim. Tantum autem accessit & officiorum & beneficiorum, ut si nō agnoscam, sim unus omnium ingratiſſimus. De tenuitate tua prorsus & credo & doleo: Sed mea tenuitas grauius me premens, coegit ut tuę tenuitati negocium facerem. Quod quā fecerim inuitus, uel hinc potes colligere, quod tam olim abs te promissum tā sero petij. Excidisse tibi promissum haud miror, quippe homini tot occupato negocijs. At in horto tuo cum incideret de Copta sermo, & indicassem mihi esse in animo, ut nuncuparem puerile opus principi nostro puero, rogabas ut nouum opus nouae scholae tuae dicarem. Respondi subridens, scholam tuam esse pauperulam, mihi opus esse quā aliquantulum daret in manū. Arridebas. Deinde cum multos titulos adduxissem sumptuum, nonnihil contatus negabas te posse suppeditare, quantum meae res postularent, uerum quindecim angelatos libenter daturum. Idq; cum alacri uultu repeteres, rogabā num satis esse uideretur. Respondebas etiā alacrius, hoc certe te libenter impensurum. Tum ego, & ipse, inquam, libenter accipiam. Ex hac commemoratione fortasse res redibit in memoriam tuam. Possem & alijs argumentis astruere, nisi tu mihi tua sponte iam fidem haberes. Sunt omnino quidam, ijsq; amici (Nam cum inimicis nihil mihi commercij est, nec eorum dicta pili facio) qui te duriusculum praedicent, & in distribuenda pecunia diligentiores. Idq; non accidere (Sic enim illis approbantibus interpretabar) uicio tenacitatis, sed quod improbe instantibus & urgentibus negare non posses ob ingenij uerecundiam, in amicos non molestos minus esse profusum, quandoquidem utriusque non posses satisfacere. Nec tamen haec res ad me pertinet, qui quanquam non sum admodum improbus ac molestus flagitator, tamen te semper benignissimum sum expertus. Non igitur hoc accipi à tuis obtreccatoribus, sed ab ijs qui tibi ex animo bene uolunt. Quorum tamen sententiae nec accedo, nec refragor, nisi quod tuam in me benignitatem singularem agnosco. Si reliquum promissi non grauaberis dare, equidem ut nunc res meae sunt, accipiam, non uti debitum, sed uti beneficium, relaturus si qua possim, certe gratiam habiturus. Inuicundus mihi fuit epistolarum tuarum finis, cum scribis molestia negotiorum te solito grauius uexari. Equidem cupiam te quantum potest longissime à mundanis negocijs semoueri, non quod uerear ne mundus hic, ut est hamatus, te sibi uindicet, ac manus iniiciat, sed quod malim istud ingenium, istam eloquentiam, istam eruditionem in solidum impendi Christo. Quod si non potes explicare te, cauendum tamen ne indies altius atq; altius immergaris. Vitici fortasse praestiterit, quam tantū emere uictoriam. Maximum enim bonum, mentis tranquillitas. Atq; haec sunt spinae, diuitiarum comites. Interim maleuolorum blateramentis oppone rectam & syncera

& synceram conscientiam, in unum illum & simplicem Christum te collige, & minus turbabit multiplex mundus. Sed quid ego sus Mineruā doceo, & aegrotus ipse medico me deri studeo? Bene uale praecceptor unice. Cantabrigiae. v. Idus Iulias.

ASolui collationem Noui testamenti; Nunc diuum Hieronymum aggredior. Quo confecto ad uos reuolo. Tuus ac uere tuus alumnus Thomas Lupietus, magno mihi est & usui & oblectamento, cotidiana consuetudine, & opera, quam mihi commodat in his castigationibus. Et operā opera penso: facturum idem copiosius, si per illius studia uacaret, à quibus nolim abducere adolescentem. Crede mihi nihil est eo tui amantius. Rursum uale. M. D. XI

CONRADO PRAESVLI VVIRTZENBURGENSI

ERASMVVS ROT. S. D.

RNATISSIME praesul, cum sim & natura uerecundior, quam ut plebeijs etiam hominibus ultro solem literis meis negocium facere, & nunc occupator quam ut uacet quicquam omnino scribere, tamen huius Draconis improbitas extudit hanc à me epistolam ad amplitudinem tuam, quam accipio cum semper optimis ac sanctissimis studijs delectatam, tum in praesentia singulari fauore prosequi literarum honestarum cultores. Inter quos utinam me iure queam commemorare. Certe uideor inter hos posse referri, qui sua qualicunq; industria, alijs addunt animos, quemadmodum faciunt, qui in acie classicum canunt, ipsi tamen interim à praesio semoti, qui ue in certaminibus suffundunt frigidam, cum ipsi cursu non certent. Haecenus sanè feliciter successit proventus ingeniorum, si modo absit discordia, aut certe sit ciuiliſſis. Si uetera studia cum his nouis mutua comitate coalescerent, possent utraque alteris esse usui. Nunc dum utriusque sic agunt, ut alterutra factio prorsus profligetur, sit ut utriusque sit male. Coniuratum est à stolidissimis agminibus in perniciem optimorum studiorum, pars deterior, numero superior est. Melior causa uincit. Et periculum est, ne iuxta Liusanum uerbum pars maior superet meliorem, nisi tuo tuncq; similitum fauore subleuemur. Ego non solum publico studiorum nomine gratias ago tuę benignitati, uerum etiam meo priuatim, qui candore quodam amico non aspernaris nostras qualescunq; nuntias. Si quid offendit hoc epistolium meum plusquam extemporarium, Draconi fac imputes, quo iuuenē ut nihil adhuc uidi melius, ita nihil uidi pertinacius. Castitudinem tuam incolumem ac florentem nobis quā diuissime tueatur Christus optimus maximus.

RECTORI INCLITAE SCHOLAE ERPHVRDIENSIS

ERASMVVS ROT. S. D.

IR EXIMIE non possum non amare te, quod ut ex Dracone iuuenē mihi me uano cognoui, doctissimus ipse, studijs melioribus impense faueas: atq; horum accessione Erphurdensem Academiam (cui tu felicibus praesides auspicijs) exornandam expoliendamq; cures. Illa tuę prudentiae laus est peculiaris, quod hoc absq; tumultu facis, quē alibi uidemus excitari quorundam imprudentia. Bonae literae sic debent irrepere in Academas, non ut hostes omnia depopulaturi uideantur, sed hospites potius paulatim in ciuilem consuetudinem coalituri. Mihi nunquam placuit tumultus, & aut ego parum perspicio, aut plus efficitur moderatis consilijs, quam uiribus impotentibus. Achonorum uirorum esse reor sic uelle prodesse, quam paucissimis noceatur, atq; adeo nullis, si modo liceat. Eo uanitatē procellerat tritigida illa disputatrix theologia, ut necesse fuerit ad fontes reuocare.

Dracōnem tibi commendarem, nisi esset moribus, ea ingenij suauitate puritateq; ut non possit non esse optimo cuiq; gratissimus. Scimus, quā nihil possimus. Tamen

Tamen si quid erit in quo queam isti Academiae uel usui esse uel ornamento, sic agam ut intelligas mihi quiduis defuisse potius, quam propensam animi uoluntatem. Bene uale. Louanij pridie Calendas Augusti M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI S. D.

ITVA pietas suspicatur me quicquam offendi, uel quod responderis Fabri, uel quod non miseris librum Lei, nondum nouit Erasmus. Et tamen hac de re iam ternis literis nescio quid significas, quod mihi crede nihil est. De animo in me tuo non magis addubito quam de meo ipsius. In priore libelli tui additione, crebrus, & ut uidebatur multis, aculeatus iocabaris in ecclesiam Fabri. In posteriore ut stilus est cultior, ita minus est stomachi. Tantum demirabar te tam anxie laborare, ut hoc negocium pertraheres ad causam fidei, qua re ualde grauat Faber: quem subleuari malim, praesertim cum ille te & suspiciat, & ueneretur. De Nouo testamento iubeo te bono esse animo. ~~De Leu. c. 24. quod monachas & iudaeos in domo dei non habent ad hoc ut uentilant linguam. Erasmus in epist. ad Leu. c. 24. Sed ubi prodierit ille iam diu iactatus liber, parturient montes, nascetur ridiculus mus. Non adeo delirat mundus, ut ad Lei iudicium sit tumultuaturus. Tantum prodeat liber, quod arbitror breui futurum. Cum Leo mihi concordia fuerit, si addiderit suum librum, quem iam pridem parturit. Nam ille nunquam erit sui dissimilis. An illi displicueris nescio, mihi certe nulla in re non magnopere placuisti. Videre mihi prorsus ignorare Leum, si illius uel ira, uel amore tantillum commoueris. Me non offendes, etiam si libris aditis a me dissentias. Quare te rogo, ut si quid huiusmodi suspicatus es haecenus, suspicionem omnem penitus ex animo eijcias, & Erasmus tibi persuadeas cum semper erga te fore, quem esse decet memorem clientulum erga patronum optime meritum. Bene uale. Louanij nono Calendas Martias M. D. XIX.~~

ERASMVVS ROT. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI S. D.

EVERENDE pater ac patrone singularis, Brugis doctor quidam utriusque iuris, Caezaris Maximiliani consiliarius quondam, uir eruditus & grauis, narrauit mihi Reuchlinum nostrum Ingelstadij agere, atque illic ducentorum aureorum salario Graece & Hebraice praelegere. Hac ratione illi consultum est ab amicis, quod tutum non esset agere in patria. Causa, si uera narrat, haec erat: cum periculum esset ne dux Vuirtembergensis, in quem scribit Huttenus, Stokardiam reciperet, Reuchlinus ciuibus aliquot erat autor, ut alio demigrarent, ipse comes illis futurus. Profugerunt illi. Reuchlinus mutato consilio mansit, consulens suae supelleculi. Deinde rursus profligato duce, per quosdam amicos impetratum, ne uictor exercitus saeuiret in domum Reuchlini. Sed ciues illi quos sefellerat, reuersi exhibebant seni negocium. Nunc sua omnia eduxit salua, & Ingelstadij tranquillam agit uitam. Haec nostri nescire te, Germania prorsus insanit in Leum: Tantum libellorum prorumpit. Et si Leus nullo non malo dignus est, tamen optarim eos conquiescere. Scribunt aperte, se non aliter mihi obtemperaturos, nisi quatenus abstineant a conuicio gentis Anglicae. Minatus sum me posthac Gallum futurum, nisi desinant me tam moleste amare. Adnitar equidem quod erit in me. Sed Leus consulto fecerit, si ipse aliquo scripto adito studeat illos delinire quos irritauit. ~~Adhuc in manu d. Barlandi & d. Barlandi. Vnde dicitur in epist. ad Barlandum. Bene uale. Louanij postidie Calend. Augusti, Anno M. D. XIX.~~

CLARISSIMO VIRO GEORGIO HALOINI COMINIQVE

DOMINO ERASMVVS ROT. S. D.

THI uero uehementer iucundum fuit, quod animo nondum excidit amiculum Erasmus, quem epistola quoque digneris uir tantus. Locus qui te mouet in Moria, quo sensu dixerim quaedam uere esse, perspicuus erit, si memineris fabulae Platonicae de specu, atque in hoc natis: qui rerum umbras pro ueris rebus admirantur. Quae sensu comprehenduntur, uere non sunt, quoniam neque perpetua sunt, neque semper eodem modo sunt. Sola uere sunt, quae contemplatione mentis comprehenduntur.

henduntur. Id cum Plato multis locis inculcat, tum Aristoteles in libris rerum ultramundanarum testatur. Et Paulus epistole ad Corinth. 2. ca. 4. Non contemplantibus, inquit, nobis quae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna sunt. Ut autem omnium perfectissime est deus, quia simplicissime est, longissimeque abest a crassitudine rerum sensibilium: ita quae ad illum proxime accedunt uerissime dicuntur esse. Sic uerius est anima quam corpus. Quamquam autem philosophus abducens sese a rebus sensibilibus meditatur contemplationem rerum intelligibilium, tamen ipsi non fruuntur perfecte, nisi cum animus expeditus organo materialibus, per quae nunc agit, totam uiam suam exerit. Porro tamen sunt uires quaedam quas exercet animus per organa minus materiae obnoxia, ueluti cum intelligit, cum meminit, tamen dubium est apud philosophos, an mens, quam Graeci uocant *ψυχη*, omnino quicquam agat in corpore, nullo corporis organo. Quod haecenus nemo tuo satisfacit animo, nec inter hos qui conscripserunt de ratione paranda lingua Latinae, nec ex his qui nunc complures libris proditis testantur, quantum assequuti sunt in lingua Latina, fortasse nec ipse Cicero satisfaciet animo tuo: ut non defuerunt, quibus Maro uisus est solocus, & barbarus Luuius. Ego nec hos probo, qui neglectis in totum praecipitationibus, ex autoribus petunt loquendi rationem: nec hos, qui praecipitis additi non uersantur in euoluendis autoribus. Praecipit uolo esse pauca, sed optima: quod reliquum est arbitror petendum ex optimis quibusque scriptoribus, aut ex eorum colloquio, qui sic loquuntur ut illi scripserunt. Haec uisa si cui non placet, non uideo quid super sit, nisi ut ad magicas ineptias, & polygraphias ridiculas confugiamus: quas non uidemus adhuc cuiquam usui fuisse. Porro quod eorum qui scribunt hodie, uideatur impurior oratio: fortasse in causa sunt aures eorum ad quorum iudicium scribimus: fortassis quod subinde cogimur in barbaris autoribus, quibus plena sunt omnia uersari: haud scio an & illud, quod orationi uere Romanae, ne apud Romanos quidem honos habeatur, atque ob id segnius huic ei datur opera. Alium anguem in herba latentem ego non uideo. Citius accederem tuae sententiae, si quis exoriretur qui sine ullis praecipitis mere Latine scriberet. Adest isthic Ulrichus Huttenus, ~~qui ad te scribit, ut eum ad hoc, ut scribas, cogas, & ad hoc, ut scribas, cogas.~~ cum eo melius hanc quaestionem tractabis. Ipse adero post biduum, si uires sinent. Nam a morbo uix adhuc satis firmus sum. Ea res causa fuit, ut hanc epistolam dictauerim non scripserim. Bene uale in clarissime. Louanij undecimo Calend. Jul. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. ADRIANO BARLANDO S. D.

NON libet credere quod quidam aiunt te nescio quid & stomachari & maledicere in Goclenium. Neque enim hoc ~~in Goclenium~~, ~~in Goclenium~~, ~~in Goclenium~~ meriti illius. Est uir egregio doctus, nec minus integer quam doctus, nullius glorie inuidens. Postremo conuenit hoc tempore ~~sympyry~~, qui colunt bonas literas, barbarorum phalangibus sic sese undique condensantibus. Non me fugit esse quosdam in hac schola, qui morbo naturae pessime loquantur, & de his a quibus nunquam fuisse laesi, imò quorum beneficentiam experti sunt. Qui si sanari non possunt, tu tamen mihi Barlande tui similis esse pergitto, nec horum consuetudine te contamina. Bene uale, cum uoles confabulabimur copiosius. Anno M. D. XVIII.

THOMAE CARD. EBORACENSIS ERASMVVS ROT.

VN C meritas do poenas stultitiae meae. Qui poteram isthic inter eruditos amicos, & suauiter & cum dignitate uiuere, si benignitatem regiae maiestatis ac tuam ultro oblatam, fuisset amplexus, nunc cogor cum ingratis quibusdam & impudentissimis sycophantis consistari. Ut sunt fatales corporum morbi, ita uideo & animorum fatales quaedam esse pestes, undecumque proficiscuntur: siue ab aetris, siue ab ipsis corporibus aliter atque aliter affectis, siue quod magis reor, ab humani generis hoste, qui nullare magis gaudet quam nostra discordia. Quis enim alius tantum ueneni studijs inuexit, etiam sacris? a quibus pendet tum incolumitas, tum dignitas Christianae religionis. ~~Quis enim alius tantum ueneni studijs inuexit, etiam sacris? a quibus pendet tum incolumitas, tum dignitas Christianae religionis. Quis enim alius tantum ueneni studijs inuexit, etiam sacris? a quibus pendet tum incolumitas, tum dignitas Christianae religionis.~~

cū summatis omnibus, tum optimo regi, longe charissimus: successit nuper in dignitate
rem Ioannis Coleti decani apud diuum Paulum, prouehendus haud dubie ad summas
dignitates. Quare uelim ut si quid animo conceperis irae in illum, penitus ejicias, uel mea
causa. Non enim poteris me ullo officio demerere magis. Ego uero posthac Botzemū in
amicorum fastis, uel inter praecipuos scripsero. Ad Zasij mentionem exilij. Utinam egre-
gius ille senex nobis diutissime superstit. Dorpio nostro literae tuae fuere longe gratissimae.
Erat responsurus amicis, sed in praesentia deerat ocium. Propediē respondebit omnibus.
Optimo patrono meo urbanissimo Urbano plurimam ex me salutem dico. ~~Et ornatis-
simo Ioanni Fabro. Haec scripsi plusquam occupatissi-
mus, scripturus alias accuratius.~~ Vale Louanij xvii. Cal. Iunias. M. D. xvii.

ERASMVVS ROT. PAVLO VOLTZIO S. D.

DIFFICILE mihi sit tibi dare consilium in ea re, in qua nescio qua parte pe-
dēt tuum torqueat calceus. Si quod uitae genus nosti, quod eā praebet tran-
quillitatem, quam animus tuus, ut auguror, humanorum tumultuum pertae-
sus, suspirat, indica mihi, iungā me tibi. Iam dudum enim satur sum omnium
quae uideo geri, ueluti fato quodam. Sed uereor ne in omne uitae genus se-
quantur nos molestiae. Quare si durare potes in isto uitae genere, malim te tranquillitatem
istam ab animo petere potius quam aliunde. Si non potes, precor ut Christus Opt. Max.
uelit esse faustum ac felix, quicquid agis. Moltur & Oecolapadius fugam. Et Vuinphe-
lingus portum suum spectat, ut scribit. Ego solus relinquo in his fluctibus. Coletus pra-
cessit, Christus addidit mihi Satanam eximium, qui rebus omnibus omissis, totus in hoc
est, ut orbem in me concitet, natus ad seditionem. Et tamen mihi interim laborandum est,
ne trahatur. Mi Volzi nunquam eram crediturus, tantum ueneni esse in pectoribus hu-
manis. Et tamen sacrificat frequenter. Minatur exitium omnibus, qui audeat bene loqui
de Erasmo: etiam si de ipso nihil loquantur mali. Bene uale pater & amice in Christo cha-
rissime. Anno M D XIX

ERASMVVS ROT. SYLVESTRO EPISCOPO
VVIGORNENSI S. D.

REVERENDISSIME praesul, expectabam te me uocares ingratisimū, quod
pro ueteribus tuis in me officijs nullam retulerim gratiam. Nunc o inaudita
tam humanitatem, etiam pristinis tuis in me meritis, sanē cumulatissimis, no-
uos adijcis cumulos. Redditum est mihi exemplar diplomatis. Magnopere
placuit. Nihil fingi potuit amantius, aut magis ex animi mei sententia. Sed
hac de re, ne quid ad me mittatur amplius, donec scripsero, quod uelim mitti. Nā spero fu-
turum, ut ipse Romae sacras istas manus tuas deosculer, idq; breui, nisi Caroli nostri redi-
tus adferat nobis noua consilia. Et scio, & memini quid debeam celsitudini tuae. Sed si ea
nosset quibus rerum procellis obruar, non solum daret ueniam, uerum etiam miseretur
nostri. Si uixerō adhuc annum, testabor me scire, quantum tibi sim deuinctus. Bene ua-
leat tua sublimitas, cui me totū ut debeo ita dedo, dicoq; Antuerpiae Id. Mart. 1520

ERASMVVS ROT. CARD. LAURENTIO CAMPEGIO S. D.

REVERENDISSIME D. Mitto libellum tuo nomini dicatum, qualectiq;
grati in me animi documentum. Quid facerem? Non dabatur occasio cōmo-
dior. Sed in posterum ut spero dabitur. Nunc mihi cum monstris compluri-
bus res est; nō Herculi, sed semihomuncioni. Spero fore, ut ante paucos me-
ses Romam olim adamatam reuisam, nisi si quid noui consilij Caroli nostri
ex Hispania reditus adferat. Faxit deus, ut eos incolumes offendā, quos maxime cupio.
Bene uale. Antuerpiae Idus Mart. M D XX

ERASMVVS ROT. FRANCISCO CHIREGATTO
protographi apostolico S. D.

HUMANISSIME Chiregatte, si pater esses mihi, quae so quid posses aman-
tius? Diploma mihi uehementer placet, sed nunc incertū, an hic sim diutius
commoraturus, nam uocor in Galliam. Itaq; ne quid tui mittatur, nisi literis
meis

meis significauero. Et fortassis intra mēses paucos adero Romae: interim cura, ut te offen-
damus alacrem. Eduardus Leus emisit in me librum, plenum conuicijs, nō sine dedecore
meo, sed maiore suo. Et nunc respondeo, sed absq; conuicijs. Id in causa fuit, ut tibi scribe-
rem parcius. Bene uale. Scio quantum debeam Reuerendo praesuli Syluestro patrono tuo.
Non ero ingratus, qua licebit. Rursum uale. Antuerpiae Idibus Martijs. Anno 1520

GVLIELMO ARCHIEPIS, CANTVARIENSI ERASMVVS ROT.

CVM ab ingratitude non secus abhorream, atq; Achilles ille Homericus a
mendacio, mecumq; perpenderem, quā in immensum, quod tuae deberē be-
nignitati, rursus & illud uiderem, mediocribus amicis, de mediocribus be-
nelicijs gratias agi conuenire, porro tam excellenti, uereq; primati, gratiam
referre conari, tantum abesse a grati hominis officio, ut potius ingratitude,
uel certe insolentiae genus esse uideatur: uidelicet optimū factū iudicauit, ut tibi literaria stre-
nua, ceu flosculo quopiam e musarum hortulis decerpto, animum memorem atq; aman-
tem utcumq; testificarer. Itaq; Saturnalia Luciani, latinitate donata, bonis ausibus mitto, li-
bellum nisi fallor, nec infestum, nec a me alteri dicatū, & in primis oportunum, si quan-
do ridere libebit. Imo si licebit, in tāto negotiorum agmine, quae tibi (ut Horatians dicam
uerbis) per caput & circum saliant lacus. Cur autem uicio detur summatis uis, si quā-
do curis delassatum animum risu reficiant: cum apud Hesiodum, rideat & maximus ille
πρωτος ἀνθρώπων θεός, uel Iupiter, praecipue si risus sit cuiusmodi hunc esse puto, nec illibera-
lis, nec inuisibilis, imo haud scio an aliquanto plus frugis etiam adferens, quam seria quidem
illa, sed permolesta negotia. Vale pater amplissime, & Erasmus tuum, ut facis, a monstro
illo plusquam Lernaeo uindicare perge, Anno M D XV

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XIII.

ERASMVVS ROT. SERENISSIMO ANGLORVM
REGI HENRICO S. D.

SERENISSIME rex cū nō minima pars uitae ac felicitatis huma-
nae sita sit in bonis literis, quo magis impetitur hoc tempore a sto-
lidissimis quibusdā, hoc magis subleuanda sunt fauore praesidioq;
principum, erga quos non sunt ingratae futurae. Praecipue uero fa-
uendum ijs studijs, quae conducunt ad pietatē Christi: principis
nostri gloriam. Hac in re utinā animū maiestatis tuae ceteri quo-
que reges ac proceres imitentur. Quanquam sunt quidā faciāt,
& spero breui futuros cōplures tuae pietatis amulos. Minimū esse fateor quod ego pos-
sum in literis. At tamen ita Christus sit mihi propicius, ut ego quicquid adhuc scripsi, aut
scripturus sum, in illius gloriam & scripsi, & scripturus sum. Certe haecenus industriam
nostrā probant optimi quicq;, & in his summus ipse pontifex. Conspirarūt tamen aliquot
quibus nimium assuetis ueteri uappē, non placet nostrum mustum. Pauci sunt, & stolidi:
sed tamen deuotis animis coniurauerunt, adeo ut uel periculo suae salutis, cupiant extincas
bonas literas, quas dolēt ubiq; tā feliciter reslorescere. Ab his suspicor instigatū Eduardū
Leum, ut in nos debaccharetur, cum ipsi non auderēt prodire in proscenium, iuuenem glō-
riae cupidum & sibi placentem subornauerunt, ut pro ipsis fabulam ageret. Qui utinam aut
aliter scripsisset, aut Anglus nō esset. Eduardo nihil debeo, sed tamen animo Christiano,
melius illi uolo, quam ipse uult sibi. Angliae debeo, quantum non alteri nationi. Mitto
Celsitudini tuae libellum quo illi respondeo, sed absq; conuicijs. Quem si uacabit inspicere,
uidebit quā res ipsa Lei pollicitis non respondeat. Non redibit ad eū uicia, si suo uo-
let honori consultum. Argumentis non arbitror unquam responsurum. Ea in re perdidit
dies ferme quadraginta. Quod temporis utinam collocare licuisset, in opus aliquod, quo
uel tuam egregiam uirtutem posteritati commendassem, uel Christi gloriam, pro mea uis-
sili

riti illustrassem. Precor ut Christus Opt. Max. generosos iuxta ac pios conatus maiestatis tuæ suo favore semper in malis meliusq; prouehat, mihiq; tantum uelut ætatis superesse, ut aliquando liceat declarare quantum per se sciam me debere benignitati tuæ uere regiæ, quæ dignabitur Erasmmum extremum clientulum suum solito favore profequi. Antuerpiæ, festo crucis exaltatæ. Anno M D XX

ERASMVVS ROT. ORNATISSIMO PRÆSVLI
ac principi Leodiensi.

ALVTEM P. ornatisime præsul. Qui has reddidit Ioannes Faber theologus insignis ordinis Dominicani cupit tuæ celsitudinî cõmendatus esse, ac mea sententiâ dignus est qui sit. Erat Maximiliano Cæsari cū primis charus ob egregias dotes quibus præditus est. Eruditio est recõdita, ingeniu promptum ac uersatile, lingua felicissima, mores faciles candidiq; animus ut mihi uideatur integer. Gratus est multis Germaniæ principibus. Et tamen habet qui illi male uolunt: ut nunquã caret æmulis uirtus eminens. Optime sentit de tua celsitudine: apud quã existimat me non nihil ualere. Si quid ualeo, id totum est humanitatis tuæ, nõ meriti mei. At spero fore, ut hominis uirtutes impetrent, etiam si mea non impetret epistola. Insuper ta est à principe pensio, me quidem nõ ambiente, sed hoc est gratius principis. optimi uirtus, & tibi tuisq; similibus plus debeo. Quorundam immo dicam licentiam sic gaudeo coerceri, ut uerear ne successus hic animet bonarum literarum ofores, ad opprimenda meliora studia: non enim dicam doctrinã euangelicam. Bene ualeat tua celsitudo. Louanij, postridie Non, Octob. Anno M D XX

ERASMVVS ROT. GVLIELMO ARCHIEPISCOPO
Cantuariensi S. D.

NCIDIT Erasmo tuo periculosa & omnium grauissima cum calculo cõstitatio. Deuētum in manus medicorum, & pharmacopolarum, hoc est carnicum & harpyiarum. Adhuc parturto. Malum in costis etiam num affixum est, quando parturus, aut quid parturus incertum. Suspicio hoc morbi debere me ceruicis, quam dies iam complures inopia uini bibi. Hæc nimirum primitiæ fructu, quos ex præclaro aduersus Gallos bello capiemus. Has literas disciui modo, nec id citra molestiam, tu cura ut quam optime ualeas, optime Mœcenas. Cantabrigiæ. Anno M D XV

ERASMVVS ROT. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI S. D.

XIMIE præsul, per scripturus eram, ut tua iusserat reuerentiâ, quæ adnotaram in tribus libellis, quibus Fabri refellis opinionẽ. Verũ id serum arbitratum sum, edito posteriori libro, quem sanè nondum legi, lecturus tamen prope diem. Miseret me Fabri, uiri nimirum optimi, qui Lutetiæ non mediocriter grauatur inuidia, potissimum ob hoc quod dicitur sit fauere Capioni. Optarim ut tua reuerentiâ contenta sit hac uictoria, quam eruditorum suffragijs adeptus diceris, opus emitur cupide. Quare posthac quicquid uoles cõmittere, lubens recipiet excudendũ typographus: nam initio mire difficilem sese prebuit, a deo ut uix hominem qui uerim percellere. Cum theologis facta concordia, ipsis uultro flagitantibus, quod utinam illis prius uenisset in mentẽ, & non lædere maluissent, quam reconciliari. Nunc Dodonæi lebetes semel moti, diu tinniunt, præsertim autem quorundam mira uirulentia, & ad insaniam usq; impudens calumniandi libido. Iacobus Hochstratus agit Louanij, profugus Colonia ob pestem, ut uideat, egestas nihil adhuc molitur, quid in posterum facturus, nescio. De Leo, pudet queri, precor ut Christus illi mentem inserat digniorem et sacerdote, & theologo. Nunquam magis fuit in negotio, quam nũc est, nec interim quicquam ab illo potest exculpi. Frobenius minatur se rursus excusurum typis nouum Testamentum, quare te obtestor, & per tuum sacrorũ studiorum amorem, & per tuã pietatem episcopo dignam, & per nostram amicitia, & per si quid omnino apud te ualet Erasmmus, ut si totius libri copiam facere non uis, quod tamen summo opere uolebam, saltem annotes ea, quæ iudicaris alticuius esse momenti, hinc (mihi crede) nulla nascetur tragœdia. Quod si tuæ occupationes obstant, quo minus hoc officium mihi queas præstare, saltem Moro detur

detur hæc prouincia, uel adiurato, si uideatur. Illud certissimũ est, Leum suas nantias non perpetuo pressurum. Hoc agit, ut opus ædat instructius, & tamen interim factat passim se id dare amicorum uoluntati meoq; honori quod premit. Quod si me uita functio librum euulgarit, utriusq; deterior erit conditio. Nam neq; me docebit aut corrigeret, & lōge odiosus illi respondebitur, quam si ipse respõdeam. Hæc igitur in re, te quæso, fac experiar animum illum in me tuum, quem semper præ te tulisti. Hæc scripsi mœrens ob Coleti decessum, qui mihi tam acerbus est, ut his triginta annis nullius hominis mors me discruciarit grauius. Scio bene actum cum illo, qui exemptus ab hoc scelerato pariter atq; erumoso seculo cominus fruitur suo Christo, quẽ uiuus sic deamabat. At ego publico nomine non possum non deplorare tam rarũ Christianæ pietatis exemplar, tam singularẽ Christianæ doctrinæ præconem: priuatim autem meo nomine tam constantem amicum, tamq; incõparabilem patronum. Quod unum superest, hoc illi parentalium uice persolgam officij: si quid mea scripta ualebunt, non sinam eius uiri memoriã apud posteros intermori. Dux Saxoniae Fridericus bis ad me scripsit, eidem meæ respondens epistola. ~~Ab omnibus delatum imperium ingenti animo recusauit, idq; pridie quam Carolus eligeretur, cui nunquã cõtingeret imperij titulus, nisi Fridericus deprecatus esset, clarior honore contempto, quam fuisset adepto, Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negauit sibi quenquam alium uideri tanti nominis oneri sustinendo parem, q̃ Carolum. Ob hunc insignem animum à nostris oblata triginta floren. milia constantissimè me reiecit. Quumq; urgeretur ut saltem decem milia pateretur dari famulis; Accipiant (inquit) si uelint, attamen nemo manebit postridie apud me, qui uel aureum acceperit: ac postridie cõsensus equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. hoc mihi ut compertissimum retulit episcopus Leodiensis, qui comitijs imperialibus interfuit. Dux Vuirtenbergensis nuper profugatus bellũ redintegrat receptis aliquot oppidulis. Nos Carolum nostrum proximo uere reducem operimur ex Hispanijs. Bene uale reuerendissime præsul, & Erasmmum hoc etiã magis amplectere, quod Coletus auulsum dimidiatum reliquit. Louanij pridie Lucae. Anno M D XIX~~

ERASMVVS ROT. PETRO MOSELLANO S. D.

EDDITÆ sunt mihi literæ, quibus deploras æditam epistolam tuam, ego uero non hanc tantum æditam doleo, plus officit mihi studium quorundam Germanorum, quam odium hostium; Quæso quorsum attinebat euulgare epistolam quam scripseram archiepiscopo Moguntino: Plus nobis sapiunt hostes qui celant omnia, & clam cõspirant, nos nihil tegimus. Adornamus alteram æditionem epistolarum omnium, ne quis rursus excudat, ut excusæ sunt, quædam abijciemus, quædam molliemus. Epistola quam Luthero scriptam isthic ediderant, delata est ad Leonem: alia quædam loca ad alios descripta sunt, ut eos in me prouocarent. Quis docuit istos cacodæmones hanc artem conspirandi: Honorem istum tibi gratulor, & auctam fortunam gaudeo. De Oecolampadio sciebã ex ipsius literis. Principi tuo scribam si dabitur ocium. Adorno profectioem in Germaniam. Leus nihil intentatum reliquit quo me subuerteret, sed nihil illi successit, nemo probus apud Anglos mihi nõ fauet. In superioribus literis tuis uidebare nonnihil blandiri Hephæsto: sed is est unus qui Noxum instigauit, quicq; nunc est huius Tragœdiæ caput, homo mire uirulentus ac pertinax: tales esse solent qui emergunt e sterquilinio. Vidi quædam epigrammata scripta in Leum, sit sanè dignus ille uel suspendio, sed tamen malim argumentis per graues uiros oppugnari hominem, quam istiusmodi conuicijs. Bene uale, Louanij, pridie Cal. Augusti, Anno M D XV

ERASMVVS ROT. STEPHANO PONCHERIO
archiepiscopo Senonensi S. D.

EVERENDE pater, quum nihil esset magno opere, quod te scire uellem, tamen huius humanissimi cõmendatoris præter spem oblata cõmoditas efficit, ut uel salutarice epistola declararẽ animum tui memorem, cui non igno-

ro quot modis debeat. Nos hoc caelo tam incommodo uix tuemur ualeitudinem huius corporis: & tamen praeter temporis incommoditatem tantis tempestatibus pulsati sumus, quas nobis excitauit hostes bonarum literarum, ut ego nihil unquam simile in uita nec legerim, nec audierim, nec expertus sim: tanta fuit omnium in unum Erasmus conspiratio. Nullis non machinis adorti sunt, imò totum orbem, quantum in ipsis fuit, in me concitarunt. Malum primum a paucis ortum, paulatim ita serpsit, ut omnes fere denique corripuerit: ego sola recti conscientia fretus, libraui memet in tantis sycophantiarum insultibus, quod parum esse Christianum ducerem, conuicia conuicij retalare. Tandem reliquerunt, & ultro mecum inire concordiam, nescio quam diu duraturam, certe per me non uiolabitur semel facta pax. Doleo Fabio negotium esse cum episcopo Rossensi, uiro pio cum primis & erudito, sed eo ingenio ut non facile desinat, ubi semel incaluit in certamine. Utinam in prioribus libris magis temperasset à dicerijs: adiecit alteros, hoc est, idem argumentum denuo retexit, quos nondum legi. Quis genius malus turbat studiorum tranquillitatem huiusmodi contentionibus? Quanto praestabat concordibus animis in Musarum campis ludere? Iam unis atque alteris literis Beraldus mihi minatur epistolam abs te: ea certe mihi gratissima futura est, quo cuncta fuerit argumento. Quae cuncta tellus habebit Erasmus, habebit clientulum tibi additissimum: id ipsa re declarabo, si contingeret uel annum adhuc superesse. Bene uale. Impudens sim, si tibi comendem Commendatorem, & Commendatori uelim esse commendator, cuius opera spero me tibi fore commendatorem, cui cupio esse quam commendatissimus. Louanij, postridie Cal. Octobr. Anno M D XIX. Copum medicum opto bene ualere.

ERASMVS ROT. CARD. GRYMANNO S. D.

EVERENDE domine, iam anni sunt aliquot, quod paraphrasim epistolae ad Romanos tui nominis auspicio in publicum emissem, idque meo iudicio satis feliciter, toties interim excusa est typographorum formulis. Auebam scire num meum officium animo tuo gratum fuisset. Nec enim aliam mercedem ambiebam. Literae quas aiebat Andreas Ammonius abs te scriptas, intercederunt: quare te rogo ne graueris alteris literis testari, nisi eo officio, tuo iudicio satisfecerim. Iam crebris literis me interpellat Guilhelmus archiepiscopus Cantuarien. ut uertam commendarios Origenis in psalmos. Horum exemplar si tua habeat bibliotheca, non aulim rogare ut huc mitras: tantum oro, ut patiare describi meo sumptu. Non committam ut in eo opere frauderis portione tibi debita laudis. Dedi negotium hoc domino Commendatori, uiro primarijs uirtutibus cumulado, & ob has suo principi longe gratissimo. Bene ualeat amplitudo tua, cui quam commendatissimus esse cupio. Louanij, postridie Calend. Octobr. Anno M D XIX.

ERASMVS ROT. IOANNI FEVINO CANONICO
apud diuum Donatianum Brugis S. D.

ACIT hoc quum multorum, tum tua praecipue patruique tui Caroli rara quaedam humanitas, mihi pauculis diebus degustata, ut & minus quam antea placebat Louanij, & magis lubeat animo Brugis uitam agere, si modo detur commodus nidus, ac mensa digna philosophico palato. Audeo Carolo ferme idem esse palatum quod Erasmo. Amat epulas elegantes magis, quam multas, & conuiuia lauta potius, quam longa. Nec locus deesse possit in principis uacuo palatio: neque non perspexi, quam sit in nos affectus animus patruus, nam de te nihil interim dicam. Porro ne congerrones quidem deesse poterunt, ubi adest, praeter alios, Marcus noster. Proinde si uidetur hac de re agito cum patruo, quandoquidem id licebit nullius omnino fraude. Si nihil obstabit alioqui, de precio inter nos facile conuenerit: sin erit quo minus id commodum sit, fac me per literas certiosem: ac bene interim uale. Salutem dices humanissimo Carolo, ac Roberto Affini, cum sua coniuge. Louanij, quinto Idus Septembres. Saluta collegas tuos omnes, sed in primis Cantorem, ac Nicolaum Fiftulam. Anno M. D. XVII.

ERASMVS GERARDO LYSTRIO SVO S. D.

MO tibi gratiam habeo, qui mihi fraterculi istius colloquium adornaris, tantum abest ut fuerit molestum: nam mihi hominis indoles maiorem in modum placuit. Vxor enim esse tibi ex animi sententia sane gratulor: faxit Christus, ut ista felicitas sit tibi perpetua. Quod nobis etiam fauet, non illi, sed tibi debeo: amat enim nos, sed tuo animo. Moria sic Gallice uerba est, ut alia dixerit interpretes, non solum aliter: & pleraque reliquit, quae non intellexit, quaedam assequi non potuit. His nudinis proximis exhibit nouum uolumen Epistolarum satis magnum: recognoscemus excusas, & additis alijs in iustum uolumen redigemus. Scribam Tilmanno ut iures, quum dabitur per quem id faciam, & dabitur propediem. De Enchiridio non satis intelligo quid uelis, si tu explicabis mihi pergratum fuerit. Si a me uis explicari, notes oportet, quae uidentur obscuriora. Si quid isthic tribuitur Erasmo, tuo candori potissimum debeo. Hic seruo agunt de facienda concordia, postea quam effuderunt omne uirus suum, sed tamen certum est animum Christianum ubique praestare. Demitror istos Euangelicam puritatem profitentes, tam non euangelice debacchari in famam hominis, de his rebus blaterantes, quas non intelligunt, & apud eos qui non intelligunt: quos oportebat non solum esse ludibrio pueris, uerum etiam foris lapidari publicitus: uincet tamen ueritas, ne dubita. Resaluta Simonem & Priorem Montanum, sed in primis suauissimam Iustinulam tuam, cui omnia laeta felicitate precor. Priorem sanctae Agnetis nondum uidi: nec enim licuit, tot tricis inuoluo. Bene uale Lystri doctissime. Louanij, tertio Idus Septemb. Anno M. D. XVII.

ERASMVS HENRICO GVILEFORDO REI EQVE/
stris regio praefecto S.

IDES ornauissime Guilforde, uirtute nihil amabilius, quae sic omnium animos ad se pellicit, ut nulla incantatio possit efficacius. Siquidem fragrantia honestissima fama, quae nusquam non diuulgat aulam Britannicam, praeter regem, omnibus absoluti principis dotibus egregie cumulatam, & huic simillimam reginam, tot insuper integris, eruditis, grauibus, cordatisque uiris abundante, principem Bergensem, uirum in primis prudentem, hoc est a tergo pariter atque a fronte oculatum excitauit, ut Antonium natu minimum ex liberis, quem natura uidetur genuisse uirtuti, non alteri scholae tradendum iudicaret: unde rediret, non solum incorruptus ab his uitijs, quibus fere sunt obnoxia magnatum aulae, uerum etiam hijs uirtutibus instructus, quae tam claris stemmatis, tantisque negotiorum molibus, ad quas haud dubie uocabitur, digna sint. Nihil agam si tibi iuuenem comendem. Ea est indoles, ea morum suauitas, is pudor ac probitas, ut optimum quencumque protinus in sui amorem rapturus sit. Atque hic quoque sentio mihi Rhamnusia infensam. Ante complures annos & regis benignitas, & cardinalis Eboracensis humanitas me ad aulae confortium non semel inuitauit, eodem pro uocauit Guilhelmi Montei uisum fidei semper & amicam consilium. Sed mihi leua mens erat, surdo cane batur fabula. Sciebam haud ulla usquam aulam ista esse incorruptiorem, at quis diuinare poterat principis domum tale Musarum domicilium futurum? Nunc id consilium sequar oportet, quod dant aetas ac ualeitudo. Vobis interim gratulabor istam felicitatem, quando meam infelicitatem deplorare nihil attulerit fructus. Bene uale uir ornauissime. Louanij, natali sancti Lucae. Anno M. D. XIX.

ERASMVS ROTERODAMVS RICHARDO PACÆO

Decano apud diuum Paulum Londini S. D.

IDEOR mihi dimidiatus uiuere, Coletio mortuo, quem uirum Britannias quem amicem ego perdidit Tibi gratulor, qui in eius fortuna successeris. Aueo scire si quid allatum de liberis tuis noui. Cardinalē Campegium uidi Brugis, nam me miro studio accersuerat. Nihil unquam uidi humanius aut sinceriorum. Rex minabatur responsurum, & item Card. Eboracensem, neque quicquam adhuc audio. Facito me certiosem, si quid est quod mea referat scire. Comigrat in aulam uestram suauissimè indolis iuuenis Antonius à Grimberga principis Bergani filius, nec illiteratus, & ex animo literarum ac literatorum amans. Non cupio ut ames adolescentem, tantum nosse uelis rogo: cognitum amabis uelis nolis, ea est morum & ingenij probitas. Pater, ut scis,
N 4 apud

apud nos ualet suo merito plurimum. E re mea fuerit, si is intelligat, mihi isthic cum filio suo amicos esse cōmunes, & tales amicos quorum conuictu talis euadat iuuenis, qualem impensissime cupit senex cordatissimus atq; optimus. Nos haecenus uix tutati sumus ualeuātinem, caelo tam incommodo. Hybernīs his mensibus reliquas paraphrasēs absolue-
mus ad iure Christo. Literas tuas iam pridē misere expecto. Bene uale. Louanij, postri-
die idus Octobris. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. THOMÆ LVPSETO S. D.

RIGINTA iam annis nullius mors mihi fuit acerbior, quā Coleti: Per-
cupio hominis memoriā posteritati cōsecrare. Sed hoc negocij tu pro tua
T in illum pietate capeſſes, ut me instruas, praesertim si qua sunt quae putes mi-
hi non esse cognita. Longolio penē totum tridū dedi; placuit omnibus mo-
dis, hoc uno dempto, quod nimitū Gallus est, quum sit nostras. Commigrat
isthic clarissimus adolescens Antonius à Grimberga, filius cordatissimi heroi à Bergis,
rara indole ac probitate, literarum ex animo studiosus, cui nec inuisus est Erasmus. Va-
leat hic tui Hermannus Phrysius, ac Nefenus cum Carino ceterisq; Vesculus nunquam
magis fuit in negotio quā nunc; sed omnia fucate. Mi Lupete, si uis me tibi immortalī
deuincire beneficio, cura quauis ratione ut liber ille ad me perueniat. Exemplar est isthic
apud tres aut quatuor, amici agunt ut premat, & interim hoc me laedunt, quod hic quo-
tidie reddit instructores suas sycophantias. Nihil enim minus sperandum est, quā ut il-
le perpetuo premat. Hoc officij si mihi praestiteris, repose uicissim quicquid uoles, nihil ne-
gabitur. Magnopere gratum feceris, si frequenter ad nos scripseris. Bene uale. Louanij,
postridie idus Octobris. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS INTEGERRIMO D. GVIL-

HELMO DANCASTRO S. D.

NOS miseros, qui talem praceptorē, talem patrōnū, talem amiserimus ami-
cum. Ploratur lachrymīs amissa pecunia ueris, hanc ego iacturam omnī la-
O chrymarum genere deplorandā censeo. Sed quid cōferunt singultus? quid
eiulatus? ille reuocari non potest, nos illum breuī sequemur. Interim Coletō
gratulandū, qui iam securus suo fruitur Christo, quem semper habebat in o-
re, semper in pectore. Mandabo literis uitam hominis, si tu tuiq; similes, quaedam me do-
cueritis, mihi fortassis incognita. Quod ut facias etiam atq; etiam rogo. Gerardum ceco-
nomum meis uerbis salutato diligenter, erga quem adhuc ingratus esse cogor, sic obruor
undiq; Cum theologis icium foedus, ipsi ultro flagitarunt, postea quā nihil ab illis non
tentatum est in meam perniciem, & uident conatus parum succedere. Si Christus pro no-
bis, quis contra nos? Bene uale mi charissime Guilhelme, meq; Christo optimo maximo
tuis precibus commendato. Louanij, postridie idus Octobris. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. GVILHELMO MONTIOIO S. D.

XIMIE Mœccenas, uix mihi tempero quin inuideam aulā uestrā, tot eru-
ditis differtā, cum nostra praeter Midas ferē nihil habeat, etiam si res ipsa co-
E git nostros Satrapas literarum habere rationem. Clarissimus princeps Ber-
ganus, ex multis cognita sinceritate uestrae aulae ac regis reginaeq; dotibus,
non aliō maluit emandare filium suum Antonium dominum Grimbergae,
iuuenem indole felicissima, ac moribus planē suo genere dignis; cum primis autem litera-
rum ex animo studiosum, & quod tecum habet commune, fauētē Erasino. Hunc quid
ego tibi commendem? quum & illum norim ijs rebus praeditum, quas tu non potes non
amare. Ducit secum praepceptorem suum Adrianum Barlandum, uirum haud uulgariter
eruditum. Quod non respondes meis literis, nihil aliud in causa suspicor, q̄ solitam tuam
hac in re pigritiam. Mors Coleti tam acerba mihi fuit, ut nullius his annis uiginti fuerit a-
cerbior. Sed quis usus querelarum, aut fletus? ille ad nos redibit nunquam, nos illū seque-
mur. Cum theologis facta pax, quam illi ultro expetierunt; quam sic admisi, ut nec meo ui-
tio sim uolaturus, nec illis tamen unquam fissurus. Nunquam audita fuit eiusmodi con-
spiratio, ex unius hominis bili nata: cuius etiam opera facta est, quum uideret & se impa-
rem tragœdiae, & me recti conscientia fretum non cedere, imō tandem etiā dentes aliquot
nudare, fauētū si porro perrexissent. Nos sat prospera ualeudine sumus, nisi quod
aetas

aetas semper aliquid decerpit huius corpusculi neruis, sed non recusarim immori literis,
Christi gloriam illustrantibus. Si tu solum in nos animum non mutasti, fac tuis literis ali-
quoties Erasmus appelles, tuum ubi ubi terrarum futurus est. Bene uale. Louanij postri-
die Idus Octobris. M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMÆ CARDINA-

LI EBORACENSI S. D.

VOD proximas literas meas tua sublimitas non solum boni consuluit, ue-
rum etiam alacri laetaq; fronte perlegit (nam id mihi Brugis narrauit cardina-
lis Campegius) gratiam habeo maximam: quod nondum respondit, nego-
ciorum undis imputo. Mihi tamen maximi muneris instar fuerat ~~causata~~
nis tuae literae, si promereat. Ut autem eam rursus interpellarem, in causa fuit
hic Antonius Grimbergi, clarissimi cordatissimiq; principis Bergani filius, q̄ in regina
Britannicā commigrat, uidelicet hoc agente patre, ut dignus euadat suo genere. Est au-
tem adolescens ingenij pudoris plenus, nec illiteratus, & literarum ac literatorum aman-
tissimus: in summa, ea indole, ut summam de se spem praebet, si naturae felicitate par accesse-
rit institutio. Hunc pater ob hoc etiam tenerius deamat, quod omnium liberorum mini-
mus, ueluti posteritatis sacra sit ancora. Scit uir prudentissimus quantopere referat, inter
quos aetas ea uersetur, sic in bluo uirtutum ac uitiorum consistens, ut leui momento huc
aut illuc impelli possit. Persuasum habet, non aliam aulam esse incorruptiorem, quā prae-
ter regem huius aetatis facile integerrimū, ac reginam omnis probitatis exemplar; tot ha-
beat uitos doctrinae praecellentes, morum innocentia commendatos, grauitate ueneran-
dos, prudentia consilioq; suscipiendos. Nec ignorat quibus illecebris aulae nostrae ad per-
niciem lubricae aetatis sint instructae. Proinde cordatissimus senex istam aulam ceti scho-
lam unicam delegit, quā iuuenem, non literas solum, uerum etiam mores, bono principe
dignos doceat. Neq; enim dubium est, quin iuuenis hic magnis rebus natus, ad longe ma-
tora sit euehendus, si uiixerit. Nihil addubito, quin ille sit uobis summorum principum li-
teris diligenter cōmendatus, ut planē superuacaneum sit, meam accedere commendatio-
nem. Tamen quādo id uerecūde significauit uerius quā petijt, uisum est celsitudini tuae
paucis illius imaginem adumbrare. Quanquam eum nemo commendauerit efficacius q̄
ipius mores & ingenium cum primis amabile ijs qui probitatem diligunt cum eruditio-
ne coniunctam, quorum tu citra controuersiam antistes es ac princeps: quem precor ut
propitiū deus rebus humanis quā diuissime seruet incolumem. Louanij pridie Lucae
Anno M. D. XIX.

ERASMVVS BVDÆO SVO S. D.

ONGOLIVS homo impense doctus, mihiq; multis nominibus iucundus,
pro literis ad me tuas ex postulationē attulit, quod duabus tuis epistolis pro-
L ximis, nihil adhuc responderim. Ex quo conijcio, postremas meas literas ti-
bi non esse redditas, aut tum certe redditas non fuisse. Literas ad Viuetem
hodie ab illo accepti, sed nondum legi: nec enim licuit per Longolium. Io-
annes Coletus uir optimus, mihiq; certissimus amicus Londini periijt hydrope. Tu cura
mi Budae, ut quā rectissime ualeas, nosque ut soles, ames. Louanij, idus Octobris. An-
no M. D. XIX.

ERASMVVS NICOLAO BERALDO S. D.

ONGOLIVS ex Anglia reuersus, tuas mihi reddidit literas. De crabroni-
bus nihil est quod metuas. Epistola illa tua felicissime cessit, Dorpius blan-
L distissime respondit. Theologi ultro mecum egerunt de pace, & facta est hac le-
ge, ut sit omnium superiorum amnestia. Dorpius etiam aedita oratione testa-
tus est se mutasse sententiā. Proinde de huius constantia planē confido. Cum
ceteris sic conuenit, ut tamen obseruem quid agant. Dabo operam, ne mihi rupti foederis
crimen possit impingi, sed excubabo, ne interoscitans opprimar. Scripsi ad te nuper per
Augustinum medicum Phrysicum, per quem misi & Dorpij orationem. Saluta Ruzae-
um, Deloium & Ruellium. Bene uale doctissime Beralde. Louanij idus Octobris,
Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ALOISIO MARLIANO EPISC. TVDENSI S. D.
 AIOREM in modum gaudeo reuerende pater, amplitudinem tuam nobis
 esse reddita, ne nullus mihi patronus sit in aula, postea qua obijt Syluagius,
 nec redijt Barbirius. Neque enim dubito, quin eum animum sis praestaturus
 Erasmo, quem haecenus semper praestitisti: quem ipsum non tam mihi praes-
 tabs, quam optimis studijs, quibus quoniam impense faueo, multos habeo
 qui mihi non fauent. Mitto Apologiam qua respondeo ijs qui me traducebant apud po-
 pulum, quod uertissem, in principio erat sermo. Vel ex hac re licet illorum stoliditate ma-
 liciosam agnoscere. Qui has perfert, est Huttenus. ~~Ille est qui me in
 hoc loco. Ita scilicet in hoc loco. Ita scilicet in hoc loco. Ita scilicet in hoc loco.~~ Pro confi-
 lio tuo tum amico, tum prudenti, quod ex Barbirij literis accipi, gratia habeo, & animus
 est sequi. Adissem ipse te, sed adhuc tenella est ualetudo, nam aetate superior, quem Phae-
 thon opinor, rursus ad motus solis curru nobis inuexerat, me propemodum consecit. Be-
 ne uale. M. D. XIX.

ILLVSTRIS SAXONIAE DVCI GEORGIO ERASMVVS S. D.
 LLVSTRIS DUX, Alberti patris tui laudem in re bellica non uul-
 gare, olim apud Batauos etiamnum adolescens accipi, uerum uniuersas
 ingenij morumque tuorum dotes, animi celsitudine uero dignam principe, ra-
 ram prudentiam, sobrietatem, moderationem, mentis incredibilem uim, iu-
 dicium perspicax, breuiter amabilem quandam omnium uirtutum harmo-
 niam, sic mihi pridem apud Anglos depinxit uir optimus ac modestissimus cancellarius
 tuae celsitudinis, ut proinus in amorem tui sim inflammatus. Non potuisti paterni nomi-
 nis gloriam magis illustrare, quam superando quicquid illi praeclearum habuit & exitium.
 Neque uero mediocre decus adiungit tuis laudibus apud posteros, quod nunc cum illustri-
 duce Friderico certamen longe pulcherrimum suscepis, cuius auspicijs feliciter efflo-
 scunt apud Germanos optimarum literarum studia. Quam paucis ille annis ex quam fri-
 gida Academia quam celebrare reddidit. Aut ego plane fallor, aut haec erit apud posteros
 inter illius laudes non minima portio, quod linguarum ac politioris literaturae praesidijs
 rem Christianam quum ornarit, tum iuuerit. Atque in hoc gloriae stadio non committis ut
 patre uidearis inferior. Tuis nimirum auspicijs tuaque munificentia Lypsienfis Aca-
 demia, iam olim celebris ac solennibus illis studijs florens, nunc politioris literaturae, ac lin-
 guarum accessione per te sic est ornata, ut uix ulli caeterarum cedat. Tua benignitas exci-
 tauit atque euexit ingenium Petri Mosellani, iuuenis magne iam eruditionis, sed spei lon-
 ge maximae. Eadem Henricum Stromerum, uirum integritate summaeque singulari pru-
 dentia iam pridem spectatum, allexit in istam urbem, ut & scholae decus esset, exitum do-
 ctus medicus, & ciuitatis senator grauissimus. Eadem Simonem Pistorium, ordinatum
 iuris professorem ornari ac fouet. Eadem Georgium à Breytenbach uirum non minus cla-
 rum iuris professione quam generis imaginibus. Atque optimi principis exemplum imi-
 tatur senatus pene uniuersus cum magistratibus caeteris, optimis studijs ac uirtutibus ho-
 norem modis omnibus habens: quos omnes tam procul semotos à nobis, tamen ex ami-
 corum literis, publicaeque famae praeconio cognoui. Prorsus iudicarem felicissima studia, nisi
 si discordia non nihil uitarentur. Ita uisum est fati, ne quid sit in rebus humanis tam undi-
 que felix, ut non aliquo neuo contaminetur. Vtrinque uideo peccari. Qui ueterem studio-
 rum rationem mordicus tenent, parum comiter excipiunt haec noua studia, & pro hosti-
 bus ducunt eos qui summam adferunt utilitatem. Rursus ueterum literarum instaurato-
 res malunt irumpere, uelut omnia depopulaturi, quam ciuilitate sese in hospitium & ami-
 citiam insinuare. Sed ut utrosque peccare fateor, ita multo inciuilius agunt, qui rabiose de-
 pellunt meliora studia, suis ipsorum commodis inuidentes: neque quicquam habent in
 ore praeter haereses, schismata & antichristos, in nugis atroces tragedias excitantes. Erit
 igitur hoc quoque tuae prudentiae princeps illustrissime, hoc studiorum dissidium tua pru-
 dentia componere. Id fiet, si suam quisque professionem ornet citra contumeliam alienae.
 Henricus Eppendorpius, rara indole iuuenis, reddidit mihi massam argenti rudem, e tuis
 metallis effossam, quae mihi non minus fuit grata, quam si talentum Atticum auri misisset.
 Quanquam mihi nihil non erat preciosissimum futurum, quod à tali principe uenisset.
 Enitar

Enitar ne penes hominem ingrati hoc beneficij collocasse uidearis. Celsitudinem tuam
 quam diuissime florentem nobis, ac bonis studijs seruet Christus optimus maximus. Lo-
 uanij, pridie calendae Augusti. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVS MATTHIAE, ILLUSTRIS,
 SAXONIAE DUCIS GEORGII DECIMIS S. D.

ELICITATEM istam tibi gratulor uir ornatissime, qui tandem manumil-
 sus ab ociosis & odiosis aulae negocijs, decreueris in optimis studijs consene-
 scere. Alberti ducis bellicae rei peritiae clari, quondam adolescens nomen dum-
 taxat accipi in Hollandia. Pridem quum apud Anglos agerem, Georgij du-
 cis mirificam quandam imaginem mihi depinxit illius cancellarius. Atque cum
 huius oratione mire contentebant publica fama suffragia. Porro Friderici ducis uirtu-
 res plus quam heroicis, non solum ex nostrorum principum praedicatione, uerum etiam
 ex ipsius ad me literis ac xenijs nuper cognoui. Reddidit mihi Henricus Eppendorpius
 rara indole iuuenis, & ipsa fronte generis sui nobilitatem praeseferens, tuo nomine tres ar-
 genti infecit massulas, ut e uestris uenis sunt effossae, quarum minima rubebat, maxima li-
 uebat, media pallebat. Maiorem in modum me delectabat rei nouitas, nunquam antea conspe-
 ctam. Tametsi, quod scribis me percupidum fuisse uenarum uestrarum, scito mihi nunquam
 antehac in mentem uenisse uestra metalla. In praesentia nihil est ad manum, quo tuam per-
 sem munificentiam, nisi quod tibi mitto Erasmus plumbeum, ipse plus quam luteus, aut
 si quid luto uisum. Porro cur mihi tuum nomen inuideris, admiror, quod in literis tuis nus-
 quam adscriptum reperi. Hoc ubi natus ero, inter amicos haudquaquam postremae fortis
 ascribam. Bene uale. Louanij, tertio calendae Augusti. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVS ALBERTO CARDINA-
 LI MAGVNTINO.

VBINDE motis aliis isthuc ad uoluntario reuerende praesul, ac princeps lon-
 ge clarissime, sed semper aliquid oboritur quod hic me alliget. Expectat in-
 dies Carolus noster, adornatur sub calendae Iunias congressus duorum re-
 gum, Galli & Angli, mirifico sane apparatu: admoner ne desim. Interim um-
 bram Erasmi mitto, nam tuae celsitudinis effigies apud me est. Minimum igitur
 tur abfuerit, quin totum habeas Erasmus. Potio rem imaginem meam, si quid tamen meum
 probum est, habes in libris expressam. Corporis effigiem insignis artifex expressit aere su-
 sili. Etiam si quid adhuc superest Erasmi, id totum sibi suo iure uindicare poterit tua celsi-
 tudo, cui sum & semper futurus sum addictissimus, quaecumque corpusculum hoc habitura
 est regio. Eandem florētissimam quam diuissime seruet Christus optimus maximus. Lo-
 uanij, decimo octauo calendae Iunias. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS HENRICO AFFINIO
LYRENSI S. D.

RATVLARI libet huic nostro seculo Henrice charissime, quo mire literarum optima studia passim efflorescunt. Id quod potissimum principum humanitati pietatiq; debemus, penes quos precium & honos egregijs ingenijs esse cepit: maxime postea quam ceu diuinitus immutatis animis, ad pacem orbis aeternis vinculis firmandam, omnia sua consilia cōferre instituerunt. Nam quemadmodum hyeme marcent, iacentq; omnia, regnatq; Boreas, niue, glacie, grandine fauiens: rursum solis accessu ueris amoenitatem referente reuiuiscunt ac reuifescunt uersa, & ad pristinum cultum reuocatur hominum antea torpentium industria, dum hic aruum profcindit, ille uitem putat, alius inserit, alius stercoreat: Ita belli temporibus inter moriuntur neglecta studia, quae principum fauore liberalitateq; solent reuifescere. Postea quam enim Leo pontifex, multis quidem ille, sed hoc praecipue nomine maximus, publica uoce Christianos omnes ad mutuam cōcordiam inuitat, atq; id totis uiribus agit non titulo tantum Christianissimus Galliarum rex Franciscus, optimi pastoris, optimi consilium gnauiter exequens, & eodem incumbunt, rex Catholicus Carolus, Caesarq; Maximilianus, respirant omnes bonae disciplinae, quae ut flores Zephyri, ita pacis alumnae semper esse consueuerunt. Accinguntur ad intermissas operas felicia ingenia. Hic rem theologiam restituit, ille rem medicam, alius situ perituros autores luci reddit, alius mendis oblitos repurgat, alius aliud molitur. Quid multis: dum passim opere omnia feruent, uelut sarcientium quod bello conuulsum erat, enitescit omnis illa sophia, quam tuus Galenus *ἰατρικὴ τῶν τῶν βέλων, καὶ ἀνθρώπων πνεύματι* definit, & suo quoq; seculo neglectam spre tamq; fuisse queritur. Caeterum quod tu pristinis astrologiae ac medicinae studijs, nuper graecanae literaturae studium adiungere cepisti: quum ad omne genus eruditionis, tum praecipue ad medicinae scientiam conducibilis: iudicium animiq; tuum summo opere probor: quod id mature coeperis, uirenti adhuc aetate, felicitati gratulor. Idem aggressi sunt eximij huius aetatis medici Guilhelmus Coppus, Ambrosius Leo Nolanus, Nicolaius Leoniceus iam etate grandiores, nec infeliciter tamen: nam Thomae Linacro & Ruellio maturius ista discere contigit. Porro Marcus Musurus gente etiam Graecus est, eruditione Graecissimus. Haud alia in arte errat periculosius. Quo fit, ut cordatissimi quiq; medicorum hanc studij partem adiungant, breuiq; futurum arbitror, ut impudens habeatur, absque hac medicum profiteri. Certe non nihil est principem huius artis Hippocratē, & huic proximum Galenum, Paulum Aeginetam, Dioscoridem, audire suapte lingua sonantes. Sed quemadmodum ciuilitatis est, non protinus suffragiorum ius adimere, uelutiq; de ponte deijcere eos quibus non contigit Graece discere: ita par est, ut huj se libenter admoneri patiantur. Bene uale. Antuerpiae, M. D. XVII.

ERASMVVS ROT. CVTBERTO TONSTALLO S. D.

VM catalalis icium foedus, ipsis id diu flagrantibus: nunquam neque lecta, neque audita fuit eiusmodi cōspiratio. Solus (ut ferunt) Noxus ille fuit, qui & olim instigauit Dorpium, & hanc totam tragœdiam excitauit: Id primum suspitione collectum, iam planè comperi: idem sarcinae pacis fuit autor, ubi sensit & me minari, ni desinerent, & alios ad bellum accinctos, et suam ualitudinem ob tumultum periclitari, & in suum caput recidere, quod in meum moliebatur. Scio tibi non placere meas Apologias, sed tempori fuit seruiendum, imò laudares meam lenitatem, si negocij nolles atrocitatem. Neque me clam est uobis auditoribus fieri, ut Leus premat suum librum, nec aliud tamen interim mihi praestatis, nisi ut ille opus edat instructius, ac me fortassis aut mortuo, aut procul absente. Nihil enim minus sperandum est, quam ut ille perpetuo premat, quod quotidie retexit, imò nunquam magis fuit in hoc negocio, quam nunc est. Mihi tamen non est animus cum uestra pugnare sententia. Dorpius etiam libello aedito, testatus est animū mutasse sese, ac caeteris in rebus talem se praebet, ut satis fidam. Cum caeteris in itum foedus, à me quidem non uolabitur, & arma deposuit: caeterum excubias non intermittam. Hac hyeme Paraphrases absoluam, si Christus adfuerit. Coleti mortem inconsolabiliter deplorare, nisi scitem nec illi, nec mihi profuturas lachrymas. Cōmigrat aule uestrae Antonius à Grimberga filius primarij uiri principis

principis à Bergis, iuuenis natus uirtuti, literarum ac literatorum amantissimus, indole mansuetissima pudorisq; plena: huic non grauaberis declarare, quantum faueas probitati. Longolius hic mihi totum biduum absumpsit. Cardinalem Campegium uidi Brugis, coenauit cum eo, mira hominis humanitas. Placere mores aperti, minimeq; fucati. Si fieri possit, cuperem mihi fieri copiam eorum, quae notauit Leus, nam adornant rursus tertiam aedificationem, ab ipso nihil potest extorqueri. De Rossensis animo nihil equidem addubitato, sed tamen hoc sycophanta nihil nec dolosius, nec improbius. Si quid me iubebis facere, promptissimum ad omnia reperies. Bene uale. Louanij, postridie idus Octob. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. NICOLAO PRÆPOSITO EDANO S. D.

IREximie, scribit ad me bibliopola, quidam Moguntinus, sibi ex quid nescio quid libelli de antiquitate agri Moguntini, in quo praedicat uis molem quamdam quae uocetur Drusiana, de ea si quid habes, aut in commentariolis tuis, aut in memoria, maiorem in modum te rogo, ut nobis impartias. Bene uale. Louanij, xliij. calendas Ianuar. Anno M. D. XIX.

APPENDIX.

AVdio uacare aedes quasdam uicinas scholae, & in tua manu propemodum esse situm, cui debeant cedere. Neq; nescit tua prudentia, quam incommode habiter Nicolaus Busciducus, quantaq; felicitatis portio sit, bene habitare, nec est necesse hominem uobis omnibus notissimum commendare. Rogo itaq; si citra tuum incommodum potes optimo uiro commodare, ut tui similis esse uelis, eodem officio me quoq; tibi deuincturus. Rursum uale.

ERASMVVS CVIDAM ἀβυρογλώττη S. D.

VNQVAM tam male de te sensurus eram, nisi te ipsum adeo palam declarasses, toties tibi dixi id quod res est, rem in mea manu non fuisse, nec integre te mihi loquentem de professione. Sed finge quod non est: executores totum negocium meae fidei concredidisse, meq; te praeterito Gocleniū, ut magis idoneum praetulisse, quid erat cur sic in me debacchareris, perinde quasi auum tuum ferro necassem: Hac me quidem leuiter commouent, sed tui me miseret. Si quid fuisset spei, non defuisset officio, sciebā executores nullo pacto propensos in te, etiā si de tuo addidisses duodecim libras, hoc tibi nolebā indicare, quid enim erat necesse? Crede mihi, ista tua improbitate, multorum animos abs te alienas: homines illici uolunt, non cogi. Nimirum isti sunt mores ob quos abbas tam parce tecum agit. Non ut opinor antehac sum male de te meritus, si nihil benemeritus. Etiam nunc te admono, ut in posterum rectius sapias, & sapias tibi. Nam minimum est in quo me possis laedere. Bene uale. Antuerpiae, pridie conceptae Virginis matris, Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI OECOLAMPADIO S. D.

Breuitur hæc tepetas inigne anque arunce deuacrat, qui negotij cursum moderetur, ut nec fluctibus obruatur, nec illidatur uadoso littori, & ita, quod a sunt, deuteet Scyllam, ne rapiatur in Charybdin, ita malum hoc amputet, ne qua possit excetra repullulascere. Censet igitur Faber noster, rei summā arbitris doctis, integris, & ab omni suspitione alienis delegandam, non quod Romanus Pont. sit cogendus in ordinem, & alieno subijciendus arbitrio, sed quod existimet illius pietatem, hoc sponte uolentemq; facturam, si cognorit ad publicam Christianæ religionis tranquillitatem conducere. Sed huius consilij uitam, ipse tibi copiosius exponet coram: quæ si probabitur, adiunges tuæ prudentiæ consilium, ut in Vuormaciæ conuentu statuatur aliquid, quod omnibus bonis approbetur. Quanquam non dubito quin hic Ioannes Faber, sit tibi pro suis meritis commendatissimus, tamen etiam atq; etiam oro, ut tuo in illum studio, non nihil etiam accedat ex mea commendatione. Non potes Erasmus parum æquum huic ordini: Talis animus, talis eruditio, tales mores mihi uehementer placent, sub quocunq; pallio, Bene uale. v. Idus Nouembr. M. D. XX.

ERASMVVS ROT. IOANNI ROBINO DECANO
MECHLINIENSI S. D.

IR eximie, uides humanæ uitæ scenas. Quid facias? Non aliter constat hæc fabula. Paulus gloriatur se uinctū esse Iesu Christi. Rutgerus gloriari potest se uinctum esse collegij trilinguis. Dissimulent quātumlibet, hoc collegium illos pessime habet. Atq; hæc auguria mihi portendunt, olim florentissimum futurū. Sic natū est Romanum imperiū. Sic creuit Hebræorū gloria: sic orta, sic propagata, sic constabilita Christiana religio. Nulla res egregia, nisi difficilibus initijs nata est. Argumentū omne cognofces ex Barptolemæo: qui fuit non modo spectator, uerumetiam affinis periculo. Ut sunt res humanæ non usq; quæq; puræ, etiam si quid commissum esset, tamen humanitatis uestræ fuerat aliquousq; fauere professori. Nunc & tali & innocentissimo, multo minus debetis deesse. Doctior an inueniri possit nescio, certe diligentiore, ac moribus puriorē uix inuenias. ~~Ut in eadem mensa, Et inter pocula quid uis garrimus. Ille tot modis fuit lacessitus. Hunc enim studio exoptant, ne quid offendant magis masculos. Nec unquam tam audiuimus illum quicquam impetius loquentem. Opectus uere Christianū. Modo cum Paulo contuli Rutgerū, qui hæc certe paruo incipit, quod qui Paulum affligebant, errabant, nimirū alieni a professione Evangelica. Hi proceres Christianæ doctrinæ, prudentes, de composito hæc designant. Inhibuerunt & Nesenium, aggressum Geographiæ Pomponij Melæ. Qui si domi suæ lupanar aliquod instituisset, tolerandus erat. O sanctam academiā, si cum alijs cōferatur, sed dignā alijs, quorū arbitrio temperetur. Mihi multis modis uidetur hoc mereri Rutgerus, ut illi salarium, quod iam aliqua portione est auctū, augeatur usq; ad octodecim libras. De professore Latino prospectum est, ni fallor, ex animi uestri sententia. De Hebræo nō possum iudicare, sed consuam eos, qui sine dubio possunt. Excellentiam tuam incolumē seruet Iesus optimus maximus. Louanij Calend. Decembr. Anno M. D. XIX.~~

ERASMVVS ROT. THEOLOGO CVIDAM S. D.
XIMIE uir, miratur Homerus mortalibus nullam esse belli fatietatem, cum rerum caterarum omnium sit saturitas. At ego magis demitor, nobis nullam esse tumultuandi fatietatem. Audio, uenuo magno studio quosdam nescio quid moliri in me, & inquirere in libros meos, quod nunq; istis uenit in mentem nisi cum irati cupiunt ulcisci. At sperabam Atenli mortuo, studia fore tranquilliora, nec sperabam fore, ut hac in parte Helias ille suos haberet Helizeos. Tu fac eum præstes, quem es pollicitus. In epistolis licet ante concordiam æditis, nihil est, quod

culisquam

culisquam lædat famam, nisi se prodar. Bene uale, & tranquillitati studiorum consule, quod magis in rem uestram est, quàm meam.

ERASMVVS ROT. IODOCO NOETIO CONSILIA-
RIO BRABAN. S. D.

R NATIS SIME Iodoce. Si clarissimus simul & prudentissimus Cancellarius fauebit in hac causa libertati studiorū, maxime faciet ex sententia regis nostri, qui haud dubie cupit suam Academiā quàm maxime florere honestis disciplinis. Quod obijciunt de supplicando, merum cōmentum est, & huius quosdā iam pudet, quantū alioqui satis perfrictæ frōtis. Res per paucos concuratos acta est, qui sua doctrina cōtenti magis student augendæ rei, quàm literis, nec curant quantū proficiant iuuenes, modo ipsi Louanij suo regnent arbitratu. Nusquā est Academiā quæ modestiores habeat iuuenes minusq; tumultuantes, quàm habet hodie Louanij. Horum bonitate iam diu abutuntur isti, & ingenuos iuuenes habent penè promptissimis mancipijs. At illi consul, consul non erat, cui ipse non esset senator. Si quid murmuris aut tumultus est, ab ipsis est, non à iuuenibus. Mihi hic nec feritur nec metitur, ipse nec lego cuiquā, nec audio quenquā. A nemine colligo quicquā, do nonnullis. Sed tamen mouet me publica causa studiorū. Nesenus hospes est, & linguæ nostratis imperitus, quo magis fauendū est uiro alioqui docto integro ac modesto. Mitto tibi dono uolumen epistolarum: quo cum erit ocium, fallas horas aliquot. Bene uale, meq; magnifico Cancellario commenda. Louanij postridie Epiphaniæ. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. MARTINO BRUXELLANO S. D.

T ad utrunq; tuum epistolium, unico respondeam, miror te solum nihil audire de Erasmo, cuius nomen per omnes etiā tabernas obambulat. Epistolarū uolumen dono tibi mitto. Leum tentasse, neq; tua mi Martine, neq; mea referebat. An tu putas Christianam charitatem, quæ nihil non complectitur, si nibus usq; adeo angustis esse sepiendam, ut non possis Leo amicus esse, ni mihi amicus esse desinas? Hi tumultus planè fatales nihil ad te pertinent, quo mihi uidere felicio. Proinde tu te sacris autoribus euoluendis oblecta. De recognitis prouerbis non est quod labores, Pauca quædam loca modo castigauimus, quæ tu facile describes in tuum uolumen. Bene uale, Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. GERMANO BRIXIO S. D.

V M curru uehor Antuerpiam, forte obuius eques quispiam Anglus tuas, mihi literas reddidit, quas tu tertias esse significas. Expostulas quod non rescripserim, sed grauius etiā, quod istuc me nō receperim, & nisi me purgem grauiorib; argumētis, uis in periculū uenire me, ne uidear exosos habere Lutecianos amicos omnes. Postremo non recusas cum Moro redire in gratiā, me quidē autore, cōtenti hoc præiudicio meo, quod illū eruditione præcellas. Sic enim interpretaris uerba quædam mea, nescio quæ, quæ scripserā ad Beraldum. Ad quæ ut paucis respondeā (sic enim postulat temporis angustia) Si uidisses eruditiss. Brixii, quantū negotij mihi fuerit in refellendis, tum aliorū tum Lei calumnijs, si uideres sarcinas epistolarum, quibus legēdis aliquoties uix suppetit ocium, si laborem quem assidue colloco describendis, emendandis, ac recognoscendis libris, sat scio quæ tua est humanitas, facile uenit dares nostro silentio. Ad hæc accessit aduersa ualetudo, ex æstu contracta, quæ me graui ter afflixit, & adhuc habet imbecillem, & aliqua ex parte sui iuris. Deinde nullus occurrit, qui se diceret istuc iturū. Iam singe pigritiā in causa fuisse, quo minus scripserim, non statim oportuit colligere, mihi exosos esse, quibus nō respōdeo. Omnes redamare possum, rescribere omnib; non possum. Vix aliū syncerius amo quàm Budæum, & tamen illius literis semel atq; iterū prouocatus, nondū respondi. Ceterum non minus mihi in uotis erat frui dulcissima consuetudine, Budæi, tua, Beraldi, Deloini, Rusei, Ruellij, Lafcaris, Pauli Aemilij, Cypriani, quàm uos estis cupidi uidēdi huius corpusculi, uti scribis. Sed ex trāsuerso repēte incidit Lei tragœdia. Cui rei dandus erat fere sesquimensis. Ad hæc reditus Caroli nostri, quædā item negotia Hispanica coegerūt me uertere consilium non animū. Nec ita tamē sum pollicitus me uenturū, quin huiusmodi casus exceperim, quos semper oportet tacite exceptos esse. Porro quicquid humanitatis mihi decreueratis præstare, nō

O 3 minus

minus libenter debeo, neq; minorem habeo gratiam, quam si iam usus essem. De diffidio quod meo magno dolore tibi cum Moro incidit, deieueram accuratius ad te scribere, nam Moro iam hac de re scripseram non indiligenter. Verum hactenus non licuit. Beraldo paucis scripsi, ne malum utcumq; natū glisceret in peius. Nec tamen id factum est uolente Moro, cui uidebam usq; adeo non esse formidabilem tuā Antimorum, ut quemadmodū scribunt, ipse eam curauerit excudendā formulis, idq; suadentib; aliquot optimis simul ac prudentissimis amicis, inter quos nonnullos esse scio, qui tibi ante libellum aditum fauebant; nunc in diuersum murati, desiderant in te ciuilitatē, humanis literis dignā. Neq; ideo uolui rem inter uos componi, quod existimare periclitari Mori famā ob huiusmodi libellum, quem hic penē nulli legunt, Certe neminē adhuc audiui qui laudaret; aut quod diffiderem Mori uiribus, si ueniendū esset in certamen: sed quod existimare hoc ad publicam studiorum dignitatē pariter atq; utilitatē pertinere, si bonarū literarum myrtae inter se consentirent, nec abessent à Musis Gratiae, praesertim cum tam acerbis odijs undiq; cōspiretur aduersus ordinē nostrum. Ocio Mori cōsulare uolui magis quam famā, si quidem maior est ille omnīū eruditorum calculis quam ut eiusmodi cauillatiunculis possit obscurari. Tuā uero famā cum primis consultū uolebam, cui faueo nō uulgariter, quamq; in dies in maius ac melius augetere cupiebam. Existimabā hoc & ad Galliae quoq; laudem pertinere, ex qua nihil adhuc prodijt, quod omnium iudicio tantū habeat amarulentiae, quantum tuus in Morum libellus. Prouocauit te Morus, sed prouocatus, sed tamen id fecit longe ciuilius quam tu respondes, quod tui quoq; fatentur Galli. Et ille scripsit in bello, tu rot iam annis rebus pacatissimis, nec adidit tamen ille quod scripserat. Sed amicis extorquentibus indullit, si modo recognosceret. Nec mirum est in homine poetico, si ueris assingat aliquid attollendae rei gratia, nec scēdum est admodū amore patriae hallucinari. Hoc tantū tibi impingit Morus, tu quam atrociter hoc moliris, ut illū apud regē deferas, ueluti paternae laudis suggillatorem. Nam, quae de carminis uicijis notatae, non erant digna tragedia. Iam nō ex cuncto qualia sunt, quibus illum uticissim taxas, nec enī est animus cum amico Brixio depugnare, nec opus est Moro nostris praesidijs, cuius mihi potius est opus suppetijs. Imō ne iudex quidem cupiam esse inter duos amicos, ne alterius fauorem cogar facere. Proinde magnopere miror mi Brixii, quid tibi uenerit in mentem, ut uerba nescio quae mea ex meis ad Beraldum literis sic interpretaretis, quasi meo prauidicio palmā eruditionis tibi detulerim. Ego cupiebam utruq; perpetuo amicum, nec erat consiliū alterū alienare meo calculo, praesertim cum adhuc inter uos ferueret contentio. Non satis memini quid scripserim Beraldo, illud ausim deierare, me nihil minus sensisse, quam quod tu interpretaris. Illud sentiebam, quando de literis cerramen erat, non oportuisse aliam captare laudem ex eo certamine, quam ut eruditione uinceret, utiq; si posses. Ostendit quid tibi conandū fuerat, nō quid esses assequutus. Quod si ego maximē tuā doctrinam Moricā praetulissim, tamen arbitror te modestiorē, ac prudentiorē, quam qui uelles agnoscere. Non pronunciaui uter esset doctior, nec est necesse ut pronunciem, & haud scio an meum sit de Mori, tuaq; doctrina censorē agere, quid aliq; censeant scio. Tua non admodum multa uidi, neq; cominus eruditionis tuae feci periculum. Mori plura legi, & cum eo fuit intima familiaritas. De illo sentio, quod nemo non sentit, qui pernouit hominem. Ingeniū est prorsus incōparabile, memoria felicissima, dicēdi facultas promptissima. A puero feliciter imbibit Latinas literas, Gracas iuuenis, idq; sub doctissimis praecceptoribus, cum alijs tum praecipue Thomā Linacro, & Guiljelmo Grocino. In sacris literis eō progressus est, ut nec magnis Theologis sit contemnendus. Liberales disciplinas non infeliciter attingit. In philosophia ultra mediocritatē progressus est. Ne quid interim dicam de professione iuris praesertim Britānicā, in qua ille uix ulli cedit. Prudentia rara & inaudita: quas ob res rex cordatissimū nō conqueuit, donec hominē ad penitissimā suā consilia petraxerit. Itaq; mi Brixii, planē friget cauillum illud tuū, quod subinde repetis, in Morus. Nullus est illi tam inimicus, quin prudentiae laudem assatim tribuat. Nā quod ubiq; uideri uis Morum ex alto despiciere ac uelut pro delectamento habere, uereor ne parum probaturi sint graues & eruditi uiri. Nam ut te numero inter eximios, ita non uideo qua parte Morus sit tibi contemnendus, siue fortunam species, siue naturae dotes, siue ingenium, siue mores, siue quodcumq; doctrinae genus. Et quo magis admiror Mori do-

tes

tes, quod ego non factio solus, hoc magis cupiebam inter uos conuenire, tua magis causa quam illius, imō mea quoq; causa, ne qua res nostram amicitia obnubilaret. Quod factū est infectum fieri nō potest, caeterum optarim hoc quicquid est tumultus aboleri. Quod autem credis uix fieri posse, ut tua Antimorus obsolescat, aut ego planē fallor, aut nullus est iterum aditurus, si tu conquiescas. Illud multis displicet, quod Morum rursus attingit in praefatione quadam, cum ille ad tuum libellum nihil adhuc responderit. Sed ut finiam optime Brixii, si uis me hoc agere cum Moro ut iungat uos amicitia, pergam id facere, quod coepi. Sin expectas ut Morus tibi supplex sit, planē falleris. Ut illius animū sentio, feliciter gessero rem, si hoc ab illo impetrem, ut nolit te odiosius imperere, idq; ut fiat, arbitror & ad communem studiorum dignitatē, & ad tui nominis honestatē pertinere. Quod adijcis animū ad res Theologicas, nostrasq; Paraphrases habes assidue in manibus, non possum non probare tuum consilium. Aedidimus proxima fortuna Paraphrasin in epistolas Petri duas, & unam Iudae. Hoc agentem morbus oppressit, sed paulatim reuiuiscimus. Bene uale Brixii doctiss. Saluta amicos omnes nominatim. Antuerpiae VII. Calend. Iulias. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. IACOBO VILINGERO ROMANI ET
HISPAN. REGIS THESAURARIO S. D.

Q UOD de nomine duntaxat tibi notus ad te scribo uir incōparabilis, non debet imputare meae impudentiae, sed tuae ab omnibus predicatae humanitati. Quod si me ab impudentiae crimine non absoluis, certe leuius damnabis, si cogitaris hanc improbitatē ab humanitate profectam esse. Nam ut sic audeam, extorsit à me huius egregij uiri Ioānis Fabri preces, uel merita potius. In quo cum tot egregias dotes perspexerim, raram morum integritatē, et uirtutionem haud quaquam uulgarem, iudiciū acre, fidem & humanitatē incredibilem, existimabā me gratiam etiam insurū apud tuam celsitudinē: qui tibi hominē efficerem notum, aut si iam notus est, efficerem notiorē, qui pro tua singulari probitate proq; fide erga principem, soles impense fauere ijs, quorum uirtutibus intelligis ornari simul & fulciri monarchias: inter hos uel me autore ponēs hunc Ioānem Fabrum, si quid omnino iudico, non uulgariter decus ordinis sui: qui uel citra nostrum officij se tibi suis dotibus abunde cōmendabit, ubi propius hominē inspexeris. De me ipso non uideo quid possim polliceri, animū certe ac studium fidemq; polliceor, si qua in re uoles Erasmi in te obseruatiam explorare. Bene uale. Louanij quinto Nonas Octob. Anno M. D. XX.

THOMAS MORVS ERASMO S. D.

D E puero cuius causam cōmendasti mihi iam ante cū patre eius egerā quam tu scripsisti. Rogarat enī pridē me per literas puer ipse, quod sibi persuaserat apud illum meā sententiā momenti aliquid ac ponderis habituram. Traclaus rem diligenter, quid profecerim haud satis cerro scio. Respondit mihi pater eius non omnino duriter, & tamē (ut noui hominē ad rem attentum) opinor respondisse tam cōmode, magis pudore quodā aduersandī mihi, q̄ quod ex animi sui sententia loqueretur. Summa erat, de filio se usurū consilio meo, sed interim nō obscure significabat, eum se nummatum malle quam literatum. At puerū ipsum sic animatum uideo, ut non rem paternam tantū, sed ipsum etiā patrem, citius relicurus sit quam se diuelli patiatur à literis, nimirū dignus cuius indolem talem foucant omnes, atq; omni ope promoueant. Louaniēsem illum scholasticū ita collocaui, ut non dubitem quin tibi perpetuo sit habiturus gratias. Eruditio eius perplacet herō, qui quum audiisset eū mihi cōmendatū abs te, rogauit ultro uti iuuenē ipsi permitterem, qua in re ego non grauatim illi sum gratificatus, utpote quod alio qui destinauerā petere. Nam apud me plurib; minis, stris non uacabat locus. Is dum primis illis diebus esset apud me, ostēdit mihi opera quaedam Lodouici Viuis, quibus neq; magis elegans, neq; magis eruditum quicquam iam diu uidi. Quorum enim quemq; reperias, imō adeo quem unum ferre reperias usquam, qui tam uirente aetate, (Nam tu eum uirente etiam nūm aetate scribis esse) tam absolutum cyclopeas orbem absoluerit: pudet me profecto mi Erasme mei, meiq; similitū, qui uno aut altero libellulo eōq; ferē inepro uenditamus nos, quū Viuem respicio tam iuuenem.

Q 4 tam

tam multa, tam excussa, tam disertis sermonis, tam abstrusæ lectionis ædidisse. Magna res est linguarū alterutra pollere, ille se probat utraq; peritissimū. Maius quiddam ac fructuosius præclaris imbutū esse disciplinis, at quis uno Viue se ostendit aut pluribus instructū, aut melioribus? Multo uero maximū est sic bonas artes imbibisse discendo, ut in alios eadem possis rursus docendo transfundere. At quis illo docet apertius, dulcius, efficacius? Non possum satis admirari uirtutes illas quas in declamatiōibus eius tu & acute perspexisti & expressisti luculenter, potissimū uero (quod in declamando potissimum est) non modo illorum historias temporū tam exprompta memoria complecti, quam non quiuis suarum rerum meminit, uerum hominū tot olim seculis fuñctorum fato affectus tam præsententes induisse, ut non è libris hausisse quæ declamat, sed uidisse, sensisse, in parte fuisse rerum uel prospere uel secus cadentū uideatur. Consilia deniq; non ex aliena conditiōe languidule, sed feruenter admodū ex suo ipse metu, spe, periculo, felicitatem metiri. Quod si in alterutra tantum parte præstaret, esset tamen admiratione dignum. Nūc uero talem se præbet in utraq; ut chamæleonta putes, uerso solo simul mutasse colorem. Vtinā experigiscantur Erasme atq; ad istud Viuis exemplar cōponant sese quidam qui nimium ambiciose uolunt haberi pro disertis, idq; eo magis titulo quod alia omnia contemnant, quam quod uel assequantur uel rite consequantur eloquentiā, utpote qui ne per somnium quidem concipiant ullam rhetorices imaginē. Hic quum cæteras artes negligant, quoniam studiorum nomine cohonestari postulant? Oratorē profectio uel rhetorem nemo iure uocabit eum, qui neq; ueras agat causas, neq; declamet fictas. Quin poeta perquam tenuis fuerit atq; exanguis, cuius poema nullis philosophiæ monitis, nullis rhetorū præceptis, nullis differendi exercitiamentis formetur. Viues quum in rhetorica talē se præstiterit, qualem haud ferme tam quisquā qui nihil proficitur aliud, tamen cæterarū artium omnium quæ quidem dignæ sunt scitu, nullā reliquit, in qua nō ita uersatus est, ut in ea sola ætatem omnem contriuisse censeas. Itaq; ut nihil est illius quod non mirum in modum delectet omnes, ita me profectio quæ scripsit in pseudodialecticos peculiari quadā uoluptate perfundunt. Non ideo tantum (quanquā ideo quoq;) quod illas ineptas argutias lepidis cauillis eludit, ualidis argumentis oppugnat, ineuitabili ratione à fundamentis eruit atq; subuertit, sed & præterea quod ibi uideo quædam isdem ferè tractata rationibus, quas & ipse mecum olim quum nihil adhuc Viuis legissem collegeram. Quæ mihi nunc non eo nomine placent in libello Viuis, quod meæ rationes ante arripserint mihi (solet enim placere, si quid afferre alios uidemus quod nobis ante in mentem uenerat) sed quod mihi plaudo quando quod ante suspectum habuerā, ne parum apte diceretur, nunc confirmor haud incertum esse, postquam Viui quoq; uideo placuisse. Iam illud me capit ac delectat maxime, quod quū uideam idem argumentū utriq; nostrum animum & cogitationē occupasse, tum sic utriq; tractatum, ut quanquā & fufius ab illo & elegantius, tamen in nonnullis non tantū res easdem afferamus, sed propemodum eadē etiā uerba, sic mihi libenter blandior, quasi cognati quippiam iyeris, animos inter sese nostros occulta quapiā ui & conspiratione cōcilliet. Hoc illi gratulor quod tantū habet locū apud Cardinalē suum. Spero fore ut illius numinis fauor iniquitatē fortunæ corrigat, quæ solet in eos esse pessima quicunq; merentur optima, & tanquam literis ac uirtutibus inuidens, indoctos ferè atq; improbos beneficijs suis euehere. Verum Cardinalis (cui beandi quemuis tam facilis ferè quam ipsi fortunæ facultas est) homini tali, quem inter penitissimos adsciuit, cui tantum eruditionis eximia (qua nunchaud paulo clarius quam ipso dignitatis fulgore splendet) acceptum fert, non insigniter esse beneficus, neq; pro insigni sua bonitate uolet, neque sine insigni apud posteros quoque traductione potest. Vale mi Erasme charissime, quem ego spero fore ut Caleti propediem præfens præsentem in hoc regum congressu complectar. Hodie appellit Imperator, Cras summo mane rex in occursum prodibit, imò fortassis hac ipsa nocte quæ iam nunc appetit. Non credas quanto gaudio non dico regis ac procerum, sed populi quoque sit acceptus nuncijs, per quem constabat Imperatorē huc appellere. Iterum uale, è Cantuarīa pridie Pentecostes. Quidam est mi Erasme de quo si mihi notus esset Viues admonerem illum. Nunc quoniam haud certus sum quo animo acciperet ab ignoto tam importunū officium, ipse potes per occasionem submonere, esse in ædibus legum atque item in eius somnio (quod alioqui multorum superat perurgilatas

latas uigilias) abstrusiora quædam quam ut pateant nisi doctissimis, quum fuerit in re literariam utile, illius omnia quam plurimis intelligi, ei rei uel explicando, uel adiectis in margine breuissimis scholijs, facile mederi fuerit. Adde item plurimum lucis declamationibus, si breuibus historiæ summam complexus uel una pagella præponat. Iterum uale, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO SVO S. D.

Æ ad istius exemplum peruersissimo iudicio uidemus esse patrum uulgus. Corpori liberorum anxie prospiciunt, animi possessionibus neglectis, cum frustra, imò cum suo malo possideat opes, qui nesciat uti. De puero nec ago gratias, nec tu noui quicquam fecisti, cum nunquam non sis tui similis. De Lodouici Viuis ingenio gaudeo meum calculum cum tuo consentire. Is unus est de numero eorum, qui nomen Erasmi sint obscuraturi. Nec alij tamen magis faueo, & te hoc nomine magis amo, quod huic tam candidæ faues. Est animo mire philosophico. Heram illam, cui sacrificant omnes, litant perpauci, fortiter contemnit. Et tamen tali ingenio, talibus literis non potest deesse fortuna. Non alius magis idoneus, qui profiget Sophistarum phalangas, in quorum castris diu meruerit. Adero Caleti si ualendo suppetet, ut amicos omnes extremum complectar, ac uale dicam. Bene uale amice incomparabilis, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. PAVLO RITIO S. D.

IBELLVS tuus eruditissime Riti me paulo æquiorē reddidit negotio Caballistico: quanquam antehac non eram admodum infensus, siquidem ignoscendum arbitror, ut humanum uitium, si quisque faueat ijs studijs, in quibus & plurimum insumpsit tēporis, & se præcipue ualere confidit. Cæterum istos quis ferat, qui quicquid non intelligunt, tam acerbis, tamq; pertinacibus odijs persequuntur? Neque uero nomine mihi placuit opus. Eruditio quæ tibi perpetua est, hic mihi non potuit esse noua. Sed imprimis arrisit candor ille & perspicuitas, quæ rem ita ponit ob oculos, ut cæco quoq; possit esse conspicua. Arrisit animus iste Gratijs & amicitia natus, qui tanto studio tuetur hominis eruditissimi innocentiam, aduersus impudentissimos sycophantas. Arrisit deniq; te, hoc est absoluto ueroq; philosopho, digna moderatio: qua sic fortiter patrocinaris amico, ut à cōiitjs in aduersarium temperes, magis reputās quid te, quam quid illo dignum esset. Nam breuitati non perinde faueo, cum mihi licet occupatissimo perfectum opus famem sui reliquerit. Bene uale doctiss, Riti. Agrippina, Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVS GEORGIO SPA

LATINO S. D.

ALEXANDER iuuenis longe candidissimus, reddidit mihi tuas literas exoptatissimas, unā cum duobus nomismatis, optimi principis tui uiuā imaginē nobis referētibus. Quo sanè dono magis sum exhilaratus, quam si mihi misisset auri talentum Atticū. Ille se mihi misit argenteum & aureum, ego me uicissim illi mitto æreum. Vtriusq; meritis respondet materia. Quid enim in isto principe non aureum? qui pro magnitudine animi plusquā heroica, cōtemplit ultro delatum imperiū, qui pro singulari fide & integritate sua nullis præmijjs uinci potuit, quo minus ei decerneret imperiū, quem oneri ferendo iudicasset unum omnium huius ætatis principū maxime idoneū, qui tantā auri uitā à nostris oblatā pertinacissime respuit: qui mira quadā prudentia dexteritateq; inaudita ditionem suam ornat ac locupletat, idq; nulla finitiorū iniuria, sed omninū potius publico bono: qui noua scholā rem Christianam auxit, quam annis perpaucis ex rara frigidaq; omni linguarū ac literarum genere florentissimam reddidit, ea moderatione fauens optimis studijs, ut tamen non sit ueteris doctrinæ patronis quod de illo queratur. Ingratissima literæ, nisi huius herois merita monumentis consecrent nunquā intermorituris. Debeo illi priuatim permultū, sed multo plus, publico studiorū nomine. Atq; utinam ea felicitas mihi contingat in uita, ut inelytum principem cum Academia florenti uidere liceat. Ni fallor, hoc autumno sum aditurus Germaniam, adnitar inuisere uos, si modo tuto liceat. Interim optimi ducis imaginem inter ea reponam, quæ mihi sunt charissima, mecumq; circumferam semper in delictis habiturus. Scripti

Bene uale uir optime, meq; principi tuo commendatum facito. Louanij prid. Nonas Iulij. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. RICHARDO PACÆO S. D.

ERO mihi redditum est tuum epistolium, iam te conscendente equos. Cupiebam tecum colloqui, & fortassis adhuc dabitur. Ex animo gratulor tibi noua dignitate aucto, cuius meritis nunquam par fortuna responderit. Si non dabitur colloqui, commendo tibi negotium non tam meum quam literarum. Quod enim molitur Leus *ὁ κερταρὸς*, non ad me proprie pertinet, fortassis ad uestram Britanniam pertinet, cuius non nihil refert, opinor, ut laudum suarum præconem habeat honestum. Scio perpusillum esse laudis, quod illi ex meis lucubrationibus accessit, tamen hoc ipsum illi Leus inuidere uidetur. *ἡ δὲ ἀπολογία ἡ ὑπερβυβλικὴ* cōmēti sunt aduersus collegium trilingue. Id cuiusmodi sit ex Mori literis cognosces. Bene uale patrone singularis. Antuuerpiæ M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVS ALBERTO CARDINALI MOGVNTINO S. D.

ESTIENTEM aduolare isthuc in tuos complexus, hæcenus aliquot negotiosa detinuerunt, uerum si posthac cœlum dabitur cōmodius adero breui Coloniae. Epistolam, quam tuæ celsitudini de Luthero scripseram, æditam doleo. Ego certe bono animo scripseram, sed non in hoc scripseram ut æderetur. Neq; cuiquam à me fuit exemplaris cōpia. Includeram eam literis ad Huttenum ob signatis, admonēs, ut si uideretur expedire redderet in tempore: sin minus premeret, aut aboleret. Quo magis admiror, quo cōsilio factum sit, ut & æderetur per typographos, nec tibi redderetur. Si hic casus fuit, fuit infelicissimus: sin perfidia, plusquam punica fuit. Utinā hic Ioannes Faber, ordinis Dominici, tuæ celsitudini tam esset commendatus, quam merentur hominis eximiae dotes, ingenium promptum & expeditum, iudicium excussum, eruditio solida & abstrusa, lingua felicissima, mores cædidi facilesq;. Video tyrannidem quorundā nimium succedere. Nec aliud mihi succurrit, quam precari, ut res tota cedat in gloriam Christi, ut cunctq; cederet nobis. Bene uale meum decus. Louanij postridie nonas Octobris. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. PETRO MANIO EX ORDINE DOMINICALI S. D.

IHI sanè nō uno nomine grata fuit tua epistola, uir optime, sed uariis quidam casus eam mihi nunc eripuit, nunc restituit, unde factum est, ut hæcenus illi nō respōderim. Principio cum redderetur, uix erat uel legendi ocis, post ubi nō nihil daretur ocij, inter literarū fasciculos ita delituit, ut mēsisibus aliquot diu multūq; quaesita, nō quita sit inueniri. Tandē ulro non quaesita ad manus uenit, & ut inquit Ouidius, nō inuēta, reperta est. Eam rursus seposui in primū ocis, quod obtingeret. Rursum perijt, nec diuinare possum quo pacto. Proinde ne suspicere mihi tuas literas partū fuisse gratas, aut me adeo fastidiosū, ut pigeat hominis, licet ignoti, tamen, ut ego conijcio, probi & eruditi literis respondere, ex mea memoria petā, quod eram ex epistola petiturus. Primum si satis commemini commemorabas, quanto studio, quanto applausu, quantaq; gratulatione totius populi, sed præcipue eruditorum sit acceptus publica concione Martinus Dorpius, & huius laudis portionem aliquam in me conabare

conabare transfundere, quod si sic quod de alio uir euasisset non nihil deberet meis lucubrationibus. Deinde narrabas istuc esse complures, qui mea summo studio complectentur, rursus esse nonnullos, qui pari odio auersarentur & Erasmi ipsū, & Erasmi libros: atq; in hoc numero quondam fuisse te quoq; priusquam nostras legeres, uerum euoluendiq; ac pensandis nostris uoluminibus, sic esse transformatū in alterum hominē, ut nullius scriptis æque delecteris, atq; unice iam adames illum prius execratū Erasmi. Sub hac ueluti iam familiaritate nonnulla mecum contracta, duo quædam rogas: primum ne quid Græci sermonis admisceā scriptis meis, ne lector eius linguae rudis *ἀλλοτὸς* sit: deinde ne patiar ut Gallia sibi me asserat, sed ingenue fatear Batauiā esse Germanicæ partem, uidelicet ne tanta gloria fraudetur. Ad quæ, ut paucis idq; præpostero respondeā ordine, Primo mihi nō admodum referre uidetur, quo quisq; sit loco natus, & inanem quandam gloriā arbitrors: si ciuitas aut natio se factarit, quod unum aliquem genuerit, qui suis studijs nō patriæ præsidijs magnus ac celebris euaserit. Iustus gloriatur quæ magnū fecerit, quàm quæ genuerit. Atq; hæcenus ita loquor, quasi quicquam sit in me, de quo possit sibi placere patria. Mihi satis est si non pudeat illam mei, quanquam Peripateticus non profum improbat eiusmodi gloriā, quæ calcar addere possit ad honestarum rerum emulationem. Huiusmodi si quid esset in me, optarem ut non Gallia modo ac Germania me sibi utriusq; uindictæ carent, sed singulae regiones, singulae urbes Erasmi sibi certatim assererent: utilis esset error, qui tam multos ad honesta prouocaret. An Batauius sim mihi nondum satis constat: Holandum me esse negare non possum, ea in parte natum, ut si cosmographorum picturis credimus, magis uergat ad Galliam quàm ad Germaniam, quanquam extra controuersiam est, totam eam regionem in cōfinio Gallie Germanicæq; sitam esse. Quod aliquoties non nihil Græcismi meis scriptis admisceo, non solum id facio doctorum penè omnium exemplo, siue ueteres, siue recentes expendas, sed etiam multo, ut opinor, moderatius cæteris, nunquā certe sine causa. Sunt quædam, quæ nisi Græce dicantur, aut emphasis uim, aut allusionis iucunditatem, aut schematis gratiā perdunt. Quin incidūt interitū, quæ nolim protinus à quouis intelligi. Et haud scio an expediat passim aliquid aspergi sermonis Græcici, quo magis omnes compellantur etiam ad linguæ, multis modis necessariae, cognitionē. Etenim si par esse iudicas ideo me in totum abstinere à Græcis, quod sint à quibus non intelligar, eadem opera uetabis, ne Latine scribā, quod plurimi sint qui Latine nesciunt: & tamen non inficior esse locum, ubi charitas se demittit ad captum simplicium, uerum ijs quatenus sit indulgendum, non est huius temporis persequi. Semper illis est adnitendum, ut ad meliora proficiant. Porro complures esse uehementer inensos nobis nostrisq; studijs, etiam si tu non scripsisses, tamen quotidianis rumoribus abunde discimus. *De quædam isthic solam memoratam ne fecerim*

de... in... quoniam... bene vale mecum... Bene vale mecum... tuis precibus Christo commenda. Louanij Calend. Octob. Anno M. D. XX.

DES ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XIII.

LAURENTIO CAMPEGIO CARD. ERASMVVS ROT. S. D.

ERASMVVS ROT. GODOFREDO RHODOSTEGRIO S. D.

V T ferius ad tua scripta responderim, Rhode charissime, turba me literis atq; etiam libellis interpellantium fecit, ne quam inhumanitatis, aut fastidij suspicionem de me concipias. Ingeris mihi meos labores, qui utinam aut tam utiles essent orbi, aut tam felices auctori, quam sunt numerosi. Sed quod mihi displicuit in tuo speculo, tam tuum mihi placuit ingenium. Neque enim illic te minus uidi quam me ipsum, ac libentius tuam faciem contemplatus sum, quam meam. Placuit ingenium sanum ac felix, sobrium, nihil habens ineptiae, placuit candor ac modestia, placuit phrasis nec affectatione molesta, nec inanibus uerbis redundans. Jam illud etiam uehementer sum admiratus, te in carmine quo uix aliud legibus astricimus, tam commode quod sentis eloqui, praesertim cum argumentum tractes & ieiunum & inanoenum. Et haud scio an hoc consilio sumpseris sterilem & infelicem materiam, quo maior esset ingenij tui gloria, qui potueris elephatum e musca facere. Nam illud mihi displicuit, quod immeritis & inmodicis laudibus, nihil aliud quam oneras Erasmus. Quanquam hoc iam adeo solenne est generi poetico, ut ceu iure praescriptionis id recte facere uideantur. Quod nisi fortuna tam iniqua esset, ut nemo possit a me ullum sperare officium, fortassis existerent qui sua suspitione non minus te grauarent, quam me te qui me laudibus captasses, me qui laudibus huiusmodi delectarer. Quo magis miseret me tui, qui tantum laboris absque fructu susceperis, quando quidem ne illud quidem gratiae redituru est a me, quod inuicem sibi praestant ac referunt iumenta, mutuum scabentia. Ne tamen nihil omnino rependam officij pro tam candido animi tui in me studio, consulo, ut post hac bonas horas in melioribus libris colloques, nec unquam in manus sumere uelis Erasmi negias, nisi quum nihil est bonorum uoluminum: ad hac si quando uoles exercere stilum, & exercere ueniam ingenij tui, deligas argumentum felicitus. Vale mi Rhode, tam habiturus Erasmus fauentem, quam tu de bonis literis bene mereberis. Louanij, Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMAE LI/NACRO S. D.

N O N sine magno animi dolore audio ex amicis, ualitudinem tibi factam in commodiorem; homini me hercle digno cum primis, quem nec senectus, ne tingat unquam, nec morbus ullus. Sed quando hac lege nascitur omnes, nec sunt ullo pacto exorabiles Parcae, enitendum est, ut qua licet etiam a fati ipsi nobis simus superstites. Porro ut a quioribus animis cedunt e rebus humanis parentes, qui uiderint liberos suos ad aliquem uitae statum euectos: ita non nihil est ad uitis uigilijs nostris, interim ceu praegustare, quid posteritas de nobis sit iudicatura. At tu si mihi permittis, ut libere tecum agam, sine sine premis uas omnium eruditissimas lucubrationes, ut periculum sit, ne pro cauto modestoq; crudelis habearis, qui studia huius seculi tam lenta torqueas expectatione tuorum laborum, ac tam diu fraudes desideratissimo fructuum uoluminum. Fortasse terret te nostrum exemplum, sed etiam atque etiam uide, dum studiosius uitas nostram culpam, ne in diuersum deflectas. De me quicquid tibi aude polliceri, scito semper fore promptissimum. Bene uale uir optime, idemq; doctissime. Brugis, Natali diui Bartholomei. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROTERODAMVS THOMAE LV/PSETO S. D.

V T acerbus mihi fuit rumor de morbo tuo mi Lupsete, ita uehementer gaudeo te nobis reuiuiscere. Coleti nostri uitam epistola complexus sum, si parum graphice uidebitur expressus, tibi partim imputabitur, qui me parum ad plenum instruxeris uiri coloribus, quod quidem nemo te melius poterat. Porro quod ad eius uiri formam uelutiq; praescriptum uitam instituis, non possum non uehementer probare, modo delectum adhibeas. Probum quidem exemplar tibi proponis, sed in optimis praecipua sunt imitanda, nec ea tamen nisi accommoda. Nec enim omnibus omnia congruunt. In illo praecipuum erat, quod synceram Christi philosophiam e purissimis Euangeliorum haustam fontibus gratis impartijt populo: ut non absque numine uideatur illi contigisse gentile cognomen. Siquidem Colethi Hebraeis dicitur concionator, quem Graeci uocant ecclesiasten. Eam ad rem si te toto studio contuleris, aut ego plane fallor, aut Coletus non inferior euades. Ceterum quod illius exemplo tibi caenis in totum interdicit, equidem non approbo, nec in illo probabam. Quod si sentis corpori tuo pro uigore aetatis frenis opus esse, mea sententia felicitus hoc praestabit moderatus usus cibi potusq;, quam multa perpetuaq; inedia. Bona continentiae pars est, certo animo uelle continere: huic si accesserit uehemens & assiduum studium sacrarum literarum, non erit opus carnificina ieiuniorum, quae fortasse premunt luxuriam iuuentutis, sed ita premunt, ut senectuti tradant ualitudinem inualidam, atq; ita coherent corporis calorem, ut laedant animi uigorem. Optima matri tuae precor Mercurium dextrum ac propitium, quae cum tot monstris linguacissimis sola depugnat sua lingua. Quod si mihi hic decem essent isti similes propugnatrices, liceret in utramuis dormire aurem. Profecto unam arbitror dignam quae repubescat. Optimo patri multam ex me salutem dicito. Cura ut quam optime ualeas charissime Lupsete. Saluta Guillelmos duos pari candore praeditos, Gonellum & Dancastrum. Praeterea Gerardum quondam Coleti oeconomum. Brugis decimo calen. Septemb. Anno M. D. XX.

BEATISSIMO PATRI LEONI EIVS NOMINIS DE/CIMO ERASMVVS ROT. S. D.

T AMETS I non metuebam, beatissime pater, ne tua bonitas impelli posset ad legendum infontem, aut tua prudentia temere crederet improborum calumnijs: tamen quonia eam uideo tot negocijs ex toto undiq; orbe inundantibus, pulsantibus simulq; considero inauditam quorundam improbitatem, qui coniurarunt in bonas literas, nusquam cessare, nihil non audere, nullum non mouere lapidem, arbitratu sum non nihil mea referre, hac ueluti antidoto praemunire sanctitatem tuam, oculatissimam quidem illam, sed pariter occupatissimam. Esse uideo, qui quo magis comunirent factionem suam, conati sunt causam bonarum literarum, causam Reuchlini, meamq; causam cum Lutheri causa coniungere, cum his nihil sit inter se commune. Atque id semper tum oratione, tum

feramur in Charybdim. Vrgent quidam, ut non nihil scribam in Lutherum. Vbi me extri-
 caro ab his in quibus nunc mire distringor, id autem fiet breui, accingar ad legendos om-
 nes Lutheri libros, & eorum qui scripserunt aduersus hunc. Neque enim temere res est ten-
 tanda. Hoc facto, conabor efficere, ut nec Pontificis Romani dignitati, nec Christianae re-
 ligionis tranquillitati uidear defuisse pro mea quidem uirili. Nos hic magnis studijs appa-
 ramus bellum in Gallos. Pontifex totus in ueteres amicos iritatus nobis sese adiunxit. Et
 interim Turca Hungariam populatur armis. Precor ut Christus Opt. Max. seruet ampli-
 tudinem tuam nobis incolumem. Reliqua cognosces ex Thoma Flascio, episcopo Elphi-
 nensi, quem semper expertus sum ex animo mihi fauentem. Brugis decimo calend. Sep-
 tembris. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS RICHARDO PACÆO S. D.

E nostris cōmentarijs nihil audio mi Pacæ, quæ res grauius ex cruciat ani-
 mū meū, q̄ cum in littore Douariensi semel periret uniuersa res pecunia-
 ria. Cui debeam hanc imputatē facturā nescio, certe tuo animo nec libet im-
 putare, nec possum. Librum quem Regia maiestas concitripit aduersus Lu-
 therum, uidi tantū in manibus Marini nunciij apostolici. Vehementer auco
 legere. Nec enim dubito quin dignus sit illo longe felicissimo ingenio, quod mire ualet,
 ubicunq; sese intenderit. Olim prodigiosa pietatis habebatur, & diuorum dignum Cata-
 logo, si princeps copijs & armis depulisset hostes à ceruicibus Christianorum. At Henricus
 octauus ingenio, calamoq; propugnat pro Christi sponsa, satis declarans quid præsta-
 turus sit, si res arma flagitarit. At interim quod nunc præstat, ut mea sententia multo diffi-
 cilius est, ita laudem solidiorem magisq; propriam illi pariet. Nam bellicæ rei laudem for-
 tuna partitur in multos, sæpenumero multo maximam partem sibi uindicans: hic quo-
 niam res omnis animi præsidij geritur, quicquid laudis est, uni proprie debetur. Hærico.
 Quotquot colimus aut amamus bonas literas, ingratiſſimi sumus, ni tale ingenium uener-
 remur atq; exosculemur, quod miris modis ornat commendatq; studia nostra. Porro con-
 fido fore, ut hoc pulcherrimum planeq; rarissimum exemplar multos principes prouo-
 cet ad æmulationem. An non pudebit posthac, ut nonnulli, ut in hisce uerbis, nihil sci-
 re rei theologice, quum uiderint regem tantum, iuuenem, tot negocijs districtum, eò pro-
 gressum in cognitione sacrarum literarum, ut libris æditis periclitanti Christianæ religio-
 ni patrocinetur? Nec addubito quin id aliquanto felicitus illi successerit, quàm nonnullis
 qui antehac in eodem stadio uires suas periclitati sunt. Sed hac de re certiora scribam, ubi
 librum deuoraro, cuius legendi me mira quædam tenet auiditas. Nam cardinalis Eboracensis
 pollicitus est, se facturum mihi copiam. Vehementer erat molestum, quod tu abesse
 ab hoc comitatu. Id tulissem moderatius, si uel epistola nos inuississet. Memento mi Pa-
 cæ, in cuius locum successeris, & quid nobis promiseris. Exspecto enim ut efficias, ne Co-
 letum magnopere desiderem. Tu maius etiam quiddam es pollicitus. Abunde satisfeceris
 & meis uotis, & tuis promissis, si per te licebit recipere nugas quas apud te deposui-
 mus Ferrariæ. Bene uale uir ornatissime. Brugis decimo calen. Septemb. Anno M. D.
 XXI. Marcus Laurinus Decanus apud sanctum Donatianum hospes meus, tui aman-
 tissimus, rogauit ut suis uerbis tibi multam salutem ascriberem.

ERASMVVS ROT. HENRICO GRVINGIO DECANO
 EMBRICENSI S. D.

REVIS epistola tua, paucis me non pauca docuit, in primis uirū esse te me-
 lioris literaturæ non uulgariter peritum. Deinde singulari modestia atq; hu-
 manitate præditum. Postremo bene uolentem Erasino, quem admones tam
 amice, neq; male de ipso sentientem, qui tam simpliciter admones, nimirum
 intelligens eum multum abesse ab ingenio uulgarium hominum, quos offen-
 dere solet officium, quo uix aliud præstari potest amicis. Quare posthac nomen tuum
 mihi scribetur inter selectos amicos. De loco mutato plane tuæ subscribo sententiæ, & pri-
 mo quoque tempore sartietur, nō sine honorifica tui mentione. Res agebatur per tumultum.
 Nec ualebam tam uasto mari historiarum excutere singula. De eo tibi uir optime,
 plus etiam debituus, si quod facis, facias frequenter. Bene uale. Louanij Nonis Martij.
 Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. THOMÆ CARDINALI EBORACENSI S. D.

ANTO itinere me contuleram Caletium, tot dies illic cōmoratus sum, ut
 cellitudinis tuæ colloquio fruere, uerum hoc mihi inuiderūt occupationes,
 T quas tamen si semper scio esse maximas, tamen id temporis maiores esse uide-
 bam, quàm ut auderem à prima salutatione, prolixiore colloquio interpella-
 re. Pro singulari fauore quo me hæcenus prosecuta est tua benignitas, habeo
 gratiam, quanquam hoc officij non tam mihi præstat, quàm bonis studijs, quibus mea de-
 sudant uigilia. Cupiebam aliquo monumento testari animū & memorem & gratum, sed
 hæcenus uoluntati nostræ defuit commoditas. Et tamen interim qualicūq; libello utcum-
 que declarauī propensionē animi mei. Eum spero pro solita tua mansuetudine non asper-
 naberis. Germania uelut cæstro percita fremit ac seuit in Leum sexcentis libellis. Obis-
 literis quantum possum. Negant se unquam parcituros Leo, genti parcituros, atq; hæc-
 nus tantum mihi morem gesturos. Mihi consultum uidetur, ut Leus aliquo scripto placet
 Germanos, quos odiosis in me cōiucijs irritauit. Ego uicissim admittar, ut huius tragediæ
 sit finis. Qui has reddit Christophorus Palæologus monachus est montis Sina, uir pro-
 batorum hominum testimonio, claro genere natus, ac mere Christianus, atq; ut ipse ex fa-
 miliari consuetudine comperi probus, modestus, nec infacetus, Cupit non nihil nummo-
 rum colligere, subleuando monasterio suo, quod nimium uere dictum experitur Hælio-
 domoxam esse malum uicium. Adeo à Sarracenis finitimis expilatur. Hic messis illi fuit
 admodum sterilis, uel quia tenacioris sumus, uel quia uehementer ubiq; fringere cœpit res
 indulgentiaria. Sperat istic fore aliquanto uberiorē. Nec dubito quin futura sit, si tua cel-
 situdo dextro nutu fauerit. Et fauebit uti spero, uel causa piæ, uel homini probo. Nō enim
 ausim postulare, ut apud tantum Heroa, huius homunculi cōmendatio pondus ullum ha-
 beat. Bene uale. Antuerpiæ septimo idus August. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. CONRADO SCHVTTERRANI ET LAVREN-
 TIO ETHONIS MONASTERIORUM ABBATIBVS Prouinciæ Brisgaudiæ S. D.

ASIVS ille nihil facit noui, qui dum sic ubiq; prædicat Erasmus, ut ex mu-
 sca plures elephantum faciat, non uobis solum, uerum etiam alijs multis im-
 ponit, sed prius ipsi imposuit amor quidam immodicus. Quanc̄ hac in par-
 te prorsus ignorat rerum mearum statum. Nullus est mortalis qui libentius
 abstinet ab aula cōmercio, q̄ Erasmus. Et illic ualere non potest, nisi qui sub-
 inde suo sultus choro, fabulæ partem agat. Ego nec factiones ambire possum, nec ingere-
 rememet, nec alium cubito protrudere, nec ignorat uestra prudentia, qualis sit aula Cæsa-
 ris, nimirum belua caputum innumerabilū, adeo ut si mihi incidat aliquid negocij, malim
 factura rei ocio meo consulere, quàm persequi. Ascitus quidem sum in ordinem consilia-
 riorum, sed ita, ut ne uocatus quidem adsum, tātum abest, ut memet ingerā. Et tamen non
 grauabor causam uestram pro uiribus adiuuare, si se dederit occasio, quanc̄ citra meam
 operam non dubito quin sit successura, nimirum iustissima, apud principem iustissimum.
 Habet enim Carolus præter alias egregias dotes, illud uel præcipue dignū imperio, quod
 nonnulli inuenimus est, & falli quidem potest, corrumpti uero non potest. Id eo magis
 cōfido fore, quod ut scribitis, iam uos cœperit illius clementia tueri aduersus uolentiam
 illius qui uobis facescit negocium. Bene ualete patres ac domini, cum primis colendi mi-
 hi atq; obseruandi. Louanij Calend. Octobris. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO HEGEN-
 DORFINO LIPSIO S. D.

AM ego absūm ab Vlyſſe, quæ me facis in literis tuis, quàm tu procul abes à
 Therſite, cui te cōfers. Doctrinæ laudē quā ad inuidiā usq; mihi tribuisti, to-
 T ties iam frustra deprecor. Hūanitatē & cādorē laudē libēs agnoscerē, si per
 occupationes & fortunæ malignitatē tantundem præstare possem, quātum
 cupio. Eruditione uolēs cedo quibuslibet, humanitatē officijs quod superior nonnunq̄,
 necessitas est in causa, nō natura. Quod si hic agit Eccius, hoc hic quidā agunt ma-
 ioribus etiam studijs. Sed huius fabulæ semper decreuerā esse spectator, sic, ut nec si bene
 cesserit

cesserit, mihi laudis aliquid postulem, nec, si secus, reprehēdi possim, fata uiam inuenient. Carterum quod in Eccium schedis affixis ludunt, multis modis mihi displicet. Primum exemplum periculosum est, quod in quemuis ilico possit recidere. Deinde quid stultius, q̄ eos prouocare, quos non possis coercere? Postremo quid minus decorum Germanis, qui bus præcipuā laudem olim peperit bellica uirtus, q̄ anonymis libellis pugnare, quorum interim suspicio multos grauat innocentes, cum aduersariorum causam reddant etiā me liorem. Vt armis rem gerere, nisi cum urget necessitas, non est mei consilij: ita libellis pugnare, nimis ineptum, nec satis uiris dignum iudico. Magis illud ad rem pertinebat, circumspicere rationem aliquam, qua sine tumultu totum hoc negotium possit componi. Nunc Lutherus eos prouocat, qui etiā si malā causam haberent, quod ego non iudico, ne possint quidē opprimi. Et interim bonas literas degrauat inuidia, in quas crabrones hos im mittit, uix tolerabiles, etiā cum res illis male succedunt. Quis autem feret gestientes uic toria? Aut ego nihil uideo, aut alio tendunt quā ad Lutherum. Musarum aciem expugnatum properat. Non recusauero uideri uanus, nisi res ipsa mihi fidem arroget. Bene uale. Louanij idus Decemb. Anno M. D. XX.

ERASMVVS N. VIRO PRÆPOTENTI S. D.

IR clarissime, celsitudinis tuæ literæ nos offenderunt occupatissimos laboribus, & redditæ sunt per hominem profus ignorum, cuius nulli in faciebat mentionem epistola. Et tamen uia ticti erat illi à me faciendū, quod se prædicaret à prædonibus alicubi spoliatū. Has ob causas nunc breuius rescribo, breui per Fucaros scripturus copiosius, si quid dabitur oei, aut si id te uelle sensero. Librum iam ante sex menses acceperam per duos Bohemos, tamen non dum uacauit perlegere, ac de dissidio mihi sat diligenter scripserat Ioannes Slechta. Quæ sanè res non mediocriter excruciauit animum meum, qui semper fauerim cum omni paci concordiaq̄ inter mortales omnem, si fieri possit, tum maxime inter Christianos. Quum enim deus iuxta Prophetæ testimoniū, regnare gaudeat in latitudine populū, cumq̄ uidea mus Christianæ religionis promœria usque a deo contracta in arcum, quis non discrucietur animo, hoc ipsum quod superest, tot opinionū morbis, tot morum corruptelis esse uiciatum, tot sectis diuisum atq̄ distractum? Egi super hac re non nihil cum cardinale Campegio, uiro nec indocto, nec inhumano, cum apud nos esset, ac post cum nuncio quodam pontificio. Vterq̄ sat benigne respondit, bonā spem ostendens faciendæ concordia. Mihi maiorem etiā spem facit huius Leonis nostri clemens ac pacis cupidissimum ingenium, si modo suo mallet uti ingenio, quā quorundam affectibus obsecundare, qui nec illius dignitati mea sententia consulunt, & publicam orbis utilitatem suis priuatis commo dis posthabent. Porro quod à me ceu regulam quandam petis, cui scribis plus autoritatis fore apud tuos, quā si Romanus pontifex obuibrat sua fulmina: me iam dudum abhor rētem à negotio, cui nec autoritate par sim, nec eruditione, magis etiā deterret. Et haud scio, an ullo queas argumento me magis alienare ab eo ad quod conaris inuitare. Quis enim ego sum, ut de aliena fide pronūciem, aut decernam aliquid præter id quod decreuit ac sequitur ecclesia catholica? Quod si uis obferre, per me obferat. Absit autem ut mihi quicquam decernendi fiduciam arrogem. Ego studijs meis nihil aliud conatus sum, quā ut bonas literas penè sepultas apud nostrates excitarē, deinde ut mundum præterea uisum ad ueræ & Euangelicæ pietatis studium expegererem. Postremo ut studia theologiae scholastica, nimium prolapsa ad inanum quæ stumularum argutias, ad diuinæ scripturæ fontes reuocarem. Nihil unquam assueuaui, semperq̄ fugi dogmatistæ personam, præsertim in ijs quæ iam essent inter articulos nostræ religionis recepta. Tamen si fateor quædā esse definita per theologos quosdam, quæ, mea quidem sententia, poterant absque iactura pietatis Euangelicæ relinqui in medio. Quod igitur præscribam, uir optime, non habeo, quod optem, habeo. Optarim enim pri mum istam omnem regionē sibi coniungi Christiana concordia, deinde cum cæteris omnibus citra contumeliam habere pacem ac societatem perfectam. Ac iam quidem summa maxima, certe optima regni pars agnoscit publicam ecclesiæ concordiam. Ad hæc, prodigiosam Nicolaitarum factionem, etiā uulgus isthic, ut audio, execrat. Superest sola

Pygar,

regardorū factio recōcilianda. Eius rei conficiendæ bonam uideo spem, si per uos, Pontificem, ac principē aliquot, ad eruditos aliquot spectataq̄ integritatis uiros, negotium hoc deferatur, & ab hoc libo istis, qui nulli negotio sese non admiscunt, cum longe aliud profiteantur: non quod illos oderim, si modo præstarent quod præstentur: sed ex his uidemus passim existere, qui sic clamoribus, tumultibus & adulationibus agūt, ut ipsis uideatur, Pontificis negotium, ut, mea quidem sententia, nemo magis officiat Pontificis dignitati. Sic enim uociferantur, ut idiotis etiā putetur insanire. Nec ulli magis affectibus populi cōmendarunt Lutherum, quā qui odiosissime uociferati sunt in Lutherum. Hi timent nescio quid, & ob id omnem mouent lapidem, quo regnum suum stabiliant. Hos igitur ab hoc arbitrio uelim omnino semoueri. Quod si res ageretur mansuetis ac moderatis rationibus, sperarim fore, ut & Leo Pont. auferret laudem clemētiæ pastoralis, & isti laudem uel fructum potius obedientiæ Christianæ. Nec enim ullo modo probandi sunt, qui Romanum Pontificem, uel exacerbant cōuicijs, uel oblatrationibus traducit. Etenim si Petrus merito obiurgat eos, qui glorias, hoc est, uiros publica potestate præditos aspernantur, etiā si sint ethnicis: quanto minus impetendus est, cui primam autoritatem deferunt omnes ecclesie? Nunc illud dicā, si Leo sciret, quæ nos uidemus aut audimus, aut prorsus me fallit mea de illo opinio, aut haberet illis pro sua sedulitate nō optimā gratiā. Cum Lutheri mihi nihil intercedit præter Christianam amicitiam, Quod uti uerissimū est, ita sæpenumero sum testatus. Ego nec autor illi sum, nec patronus, nec actor, nec iudex. Nec eadem scripsimus, opinor, nec eodē modo. De spiritu illius nolo, nec meum est, ferre sententiam. Nec sitas admodum multa legi, uidelicet meis studijs abunde distentus. Nihil illius unquam nec in pugnaui, nec defendi, tantum alicubi in illo desiderauī plusculū mansuetudinis Euangelicæ, nec tamē probaui sœuitiam ac tumultum istorum, qui libris illius nondum lectis stultissime uociferabatur apud populum, asinum, gruem, stipitem, hereticum, antichristum, pestem orbis identidem illum appellantes, cū interim nec docerēt hominem meliora, nec refellerent: nec aliud effecerunt suo tumultu, q̄ ut plures emerent, ac libentius legerent Lutheri libros. Nunc Bulla prodita, quæ nec ipsa potuit animos populū à Lutheri alienare, quanquam supra modum terribilis est, coniurati quidam foedere icto inter pocula, semper illius nomen cum meo coniungūt in cōcionibus publicis, quo uide licet me degrauent inuidia communi: quem ob id hostem iudicant, quod alicubi scripserim eos nō recte facere, qui sic argutijs Scotticis incūbunt, ut nō attingāt fontes diuinæ sapientia, quod aliquoties à Thoma dissentia in annotationibus meis, quod admonerim adulescentes non esse pellicendos ad uincula uitæ monastica, priusquam et sibi noti sint, & intelligant quid sit religio, quod admonuerim uerā pietatem nō esse sitam in cæremoribus, sed in affectibus animi, quod defendā bonas literas, quibus, illi iam olim indixere bellū.

Cum

Cum rogantur à concione, quid offenderint in libris meis hæreticū, respondent se non
 gisse, sed tamen periculum esse propter obscuram latinitatem. ~~Id est, si in
 libris meis hæreticū offenderint, respondent se non gisse, sed tamen periculum esse
 propter obscuram latinitatem.~~ Sed populus passim incipit sapere, & n̄ meliori-
 bus rationibus rē agant, nō uideo quid sint effecturi. Quod hortaris, ut Luthero me iun-
 gā, id facile fiet, si illum uidero in parte Catholice ecclesie. Non quod pronuncie illum ab
 hac alienū, neq; enim meum est damnare quenq;. Domino suo stat ille aut cadit. Quod si
 res deueniet ad extremū tumultū, ut utroq; nutet ecclesie status, ego me interim in solida
 illa Petra figā, donec rebus pacatis liquebit ubi sit ecclesia, atq; illic erit Erasmus, ubicūq;
 erit euangelica pax. Hæc habui uir eximie, quæ mihi in præsentia uenerunt in mentem, ne
 quas reddidit, omnino uacuis abiret. Epistola tua nec diē habuit nec annū ascriptum.
 Bene uale. Louanij v. Cal. Febr. Anno M D XXI

THOMAS MORVS ERASMO ROT. SVO S. D.

~~Id est, si in libris meis hæreticū offenderint, respondent se non gisse, sed tamen periculum esse
 propter obscuram latinitatem.~~
 Tuo premeretur te cēlente contra, ut tum potius cedere sineretur, dum expe-
 ctabatur assidue, ut aliquando posset ea finiri fabula, quàm sopita fama pau-
 lisper, post exiret tamen, noua suscitata tragœdia. Itaq; perpulimus uerius, quàm persua-
 simus, ut in ea pacta concederes, quæ quum tu te neges infregisse, Leus sancte sese seruasse
 deierat, interim tamen perpetuo ferè rumpebantur; per utrum uero, quando res me tam
 procul agente gerebatur, altero in alterum cōgerente regerenteq; uicissim omnia, certo
 dijudicare non possum; dolere tantum cogor, illud consiliū tantum apud utrūq; ualuisse,
 se, ut pax iniretur, quod ualiturum non erat ut seruaretur. Maluissim enim tum libellum
 editum, quum minus iritatis animis poterat ædi mitius, quàm nunc demum adactis
 odijs emitteretur acerbior. Prodiit enim, sed amarior aliquāto quàm uel sperassem, uel in
 rem fuisset studioforum, in quibus desideratur ea modestia, quam uel idiotas inuicem nō
 præbere pudeceret. At tibi certe mi Erasme conuenit, si causas quas allegat habuit, non
 mirari, si amarulentius affectum suū tam insigniter offensus effuderit: sin elusus est aliqua
 figura ueri, sic quoq; conuenit ignoscere. Neq; enim nos quicquam segnius credita mor-
 uent quàm cognita. Non es uel admonendus, opinor, uel hortandus, ut exhibeatur abs te
 uere Christiana modestia, ~~quæ in libris meis, uerum deus dat Christo, qui tibi solus ad hoc
 fidei et ueritatis, qui solidior est, et referas gratiam, quanto magis hic cedere non
 dus, neq; ingratus aieat, neq; gratias potest dācū in unā comoda quæ ueritatem
 modo propeffus, in quibus uolens dācū in unā comoda quæ ueritatem
 dia, tam apud inuidos, easq; tibi propeffus, in quibus uolens dācū in unā comoda quæ ueritatem
 suprad habere bonarum, malis, uel bonis, et familiaris Christi, quam non uolens
 possit in ueritate, quum si malis, uel bonis, et familiaris Christi, quam non uolens~~ Va-
 le Erasme animo meo charissime.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

NON ignorabam optime More cōsiliū istud uestrum quantumlibet incom-
 modum mihi, ab animo amantissimo proficisci, atq; ideo non potui non bo-
 ni consulere. Quanquam interim sedulo testatus sum uos Leo consulere nō
 mihi: perspectum erat hominis ingenium, huiusmodi tragœdijs natum. Sa-
 tis ardebat sua sponte, & tamen habebat qui quotidie oleum adderent cami-
 no. Ac sæpenumero mecū admiratus sum, uobis nō itidem animaduersam Lei naturam,
 qui familiaris cum eo uixeritis. Nec unquā eam pacem accepi, imò cū pacificus ille Pa-
 cæus, optimo quidem animo, sed consilio mihi parū felici, reuersus è legatione Germani-
 ca, conaretur nos in gratiā redigere, pertinacissime reclamauit; testificās eam pacē nullum
 Q 2 alium

alium fructum adferre, nisi quæ ego maxime fugerem. Nec enim alia re magis offendit Leo quam rumore libri aduersum me scripti, quem ille cum sine fine factaret, nunquam tamen æderet, paucis tantum iuratis comunicans, quo sic me uocaret in inuidiam, ut interim nec me doceret quicquam, nec ipse posset refelli. Nec alia mea fuit oratio apud ipsum Leum, quam fuerat apud Pacæum. Sed quum perspicerem uobis concordia consilio sic esse decretum, malui non seruire meis commodis, quam pugnare cum animis uestris. Etenim quum nunc talis prodierit liber, ut ijs etiã modis omnibus displiceat, qui hactenus illi fauebant, ut hoc organo in meã perniciã abuterentur: quos ludos nobis prebuisset facer ille liber, qui per paucos iuratos amicos & crassos Abbatulos circumferebatur, nec ostendebatur, nisi in iustis, quibus hic in quo non ab uno adiutus est, tot ineptijs scateat: Cuius rei si libet facere periculum, confer hæc quæ ædidi tibi, cum ijs quæ scripsit selectis amicis. Sed hæc sera iam sunt. Ceterum quod hortaris, ut meminerim Christiana modestia, sanè memorè mones: etiam si non dubito futuros, qui modestiam hanc, uel ignauia, uel formidinem, uel aliud quiduis interpretentur. Iam dudum ingressus sum illi respondere. Exijt operis aliqua pars, ea (ni fallor) docebit, me Leum magis uincere moderatiõe animi, quam eruditione. Ut hic mundus mihi gratia referat, nec anxie postulo, nec admodum exspecto. Verum admiror quorundam demeritiam, qui posthabitis rebus omnibus, unum illud deuotis animis agunt, ut quam minimum fructus e meis uigilijs ad studiosos perueniat. Atque hunc uitæ suæ fructum optimum esse ducunt, si commodis omnium obstant. Bene uale cum tuis omnibus uir immortalitate dignissime. Antuerpiæ postridie Cal. Martii. Anno M D XXI.

ERASMVVS ROT. LVDOVICO EPISCO. TORNACENSI S. D.

Æ mihi magnopere felix fuit reuerende Præsul illa mea ad Petrum amicum epistola, quæ quidem effecit, quod ego uix ausurus eram concipere uotis, ut tua celsitudo literis humanissime scriptis suum erga me studium testaretur, & singularem illam naturæ tuæ bonitatem, ueracem pietatis studium iam multo taret. Suffraganeo tuo facile ignoscerem quod alieno impulsu talia dixisset in famam apud populum, si uel leuis esset iniuria, uel eam gereret personam, cui uenia deberetur. Nunc quid atrocius, quam in populari, imò in sacra concione manifestis conuicijs, atque adeo mendacijs, incessere famam hominis immerentis, imò benemerentis, & quo nihil apud Christianos detestabilius hæreseos crimen impingeret? Atque hæc facit monachus, senex, Theologus, & episcopus: denique tuas, hoc est laudatissimi præsulis, uices gerens. Quis autem est scurra tam perfrictæ frontis, qui responsurus sit impudentius, quam ille respondit rogatus quid offendisset in libris meis hæreticum? Non legi inquit libros Erasmi, Paraphrases habebam in animo legere, sed uisa est latinitas tam profunda, ut metus sit, ne in he resim aliquam posset prolabi. Ita se purgabat magnificus ille Theologus apud hominem egregie cordatum, neque uulgariter eruditum. Ceterum quod autoritas tua literis admonuit hominem, ne posthac ita petulanter debacchetur in nomina eorum, qui bene merentur de sacris studijs, functus es tu quidem officio boni præsulis, sed alijs magis ista ratione consultum est, quam mihi. Utinam scorpis iste uenenum, quod infixit auditorum simplicium animis, ad se posset retrahere. Ex amicorum literis didici, monachum quendam apud Christianissimum Galliarum regem in concione magis etiam insanisse: qui dixerit iam aduenturum antichristum, cum extiterint quatuor præcursores, Minorita nescio quis in Italia, Lutherus in Germania, Iacobus Faber in Gallia, Erasmus in Brabantia. Hæc qui audent, nonne summos principes, aut pro stupidis habent, qui nihil intelligant, & credant omnia: aut pro pessimis, qui utulentis mendacijs oblectentur: aut plane contemunt? Sed tamen ad ista, quoniam pene quotidiana sunt, par est me iam pridem occalluisse: præsertim cum uideam illos in sanis tumultibus nihil aliud efficere, quam ut stoliditatem suam cum pari inscitia malitiaque coniunctam, prodant orbi. Equidem an utilitatis aliquid attulerim sacris studijs nescio, certe conatus sum enixissime, ut si uideor indignus gloria, saltem his contumelijs dignus uideri non possim. Argumentum operis, quod mihi suppeditat tua pietas, etiam si maxime probaretur, tamen in præsentia non uacabat aggredi, in adornanda tertia noui Testamenti editione, & recognoscendis diui Augustini libris, occupatissimo. Sed de hoc post consultabitur, cum se dabit ocium. Interim demiror tuam amplitudinem hoc

hoc e nostris lacunis petere, cum domi habeas uberrimum optimarum rerum fontem, Iodocum Clitoveum. Quod offers omne studium & officium tuum, nihil in præsentia peto, nisi ut pergas fauere melioribus literis ac sacris studijs, & Erasmus inter tuos ascribas. Habebis clientulum & amantem, & minime onerosum. Bene uale. Ex rure Anderlaco x. v. Cal. Iulias. Anno M D XXI.

ERASMVVS ROT. RICHARDO PACÆO S. D.

Æ officina Frobeniana scribunt eruditi quidam Polydori proverbia maiusculis formulis excudi, charta tam insigni, ut non aliud opus dignatus sit Frobenius maiore uel honore uel cura. Addet opus de rerum inuentoribus, simili dignitate. Idem facit hortatu, imò impulsu meo. Nam ille plane remisit opus Antuerpiam per Hieronymum silium, nec ullis rationibus adduci potuit, ut aggredereur. Exhibi utrunque proximo mercatu Francfordiensi bonis auibus. Eat nunc Polydorus, & credat futuroribus, qui factant me inuidere illius gloria. Intellego Morum e consiliario regis factum esse Theaurarium, quod munus cum honorificum est, tum salarium non poenitendi. Ut uideo, tam feliciter illi succedit aula, ut me illius miseret. Sed me re creat, quod iterum sui uideam spem aliquam facit in mensem Augustum. Verum illud mihi Pacæe me male cruciat, quod de commentarijs Romæ relictis nihil audio. Quæso ne quid te sumptus moueat, quo minus huc referantur: non fiet tuo dispendio, reddetur impedium, uel ad assem. Si redeat modo secundus liber Antibarbarorum, ceterorum iacturam facile patiar. Bene uale. Ex rure Anderlaco III. Id. Iulias. Anno M D XXI.

GVILHELMO ARCHIEPISCOPO CANTVARIEN. TO

tus Angliæ Primate Erasmus S. D.

Æ animo in me tuo diligenter mihi scripsit Zacharias Phrysius, quondam famulus ac discipulus meus, nunc cliens tuæ celsitudinis, iuuenis probus, ac fidus, planeque dignus, quem tua benignitas ad maiora prouehat. Ab Italo tandem extorsimus pecuniam, nec sine negotio, nec sine dispendio. Noluit aurum dare, sed stuferos, eosque uix dedit, ac plerosque monetæ improbatæ. Summam decimauit, pro centum florenis nostratibus dedit nonaginta, pro quinquaginta quadragintaque. Sic mihi deciduntur quindecim floreni. Non est negociator, sed conciliator, quo genere hominum non aliud sceleratius. Ipse nunc laborat scabie Gallica, sub malo medicamento non sine uita periculo. Vicarius illius eodem tenetur morbo, tum animi tum corporis. Cum mala scabie mihi res fuit. Sed tamen per apertos auili pecuniæ partem. Tuæ prudentiæ fuerit posthac dispicere quibus committat pecuniam, nam hæc fuit pessime collocata. Primus ille ætus nos ualidissima febris affecit, sed semel distaxat. Nec adhuc uacauit agrotare aut medicis uti, ita distingor necessarijs laboribus. Aula Cæsarea soluit primam pensionem pro sex mensibus exactis, hoc lætum est auspiciam. Siquidem ingens fauoris argumentum est, cum hæc dat aliquid præter uerba. Nec defunt qui faueant in aula, sed præstat agere quod ago. Et ualeto fit indies imbecillior, etiam si animo nihil deccedit. Ingentes turbas excitauit Lutherus, nec uideo finem, nisi Christus nostram temeritatem ita uertat, quemadmodum noctua solet Atheniensium stulta consilia bene fortunare. Vellem Lutherus aut tacuisset quædam aut aliter scripsisset. ~~Nam uerba nonnulla in concione dixit, quibus nonnulli peritiam in uerba sua iniecerunt. Sed hæc qui uerba dicunt, non dicunt, sed iniecerunt. Nihil non uideat, nec succedit, nihil superat, nihil uellet, cum exprobatum est.~~ Actum est de scintilla charitatis euangelicæ, actum est de stellula lucis euangelicæ, actum de uena coelestis doctrinæ. A deo turpiter isti adulantur principibus & ijs unde spes est commodi, cum summa iniuria Christianæ ueritatis. Ego sic rem omnem tempero, ut neque desim omnino bonis literis & gloria Christi, neque me seditionibus admisceam. Assulget aliquid bonæ spei ab æquitate Leonis nostri, fore ut ille Christi gloriam habeat sua potiore, uel potius, ut intelligat se tum demum fore Pontificem gloriosum, si nihil non conferat ad illius unius gloriam. Quod tam sollicitè metuis ne quid mihi desit, agnosco paternum quendam tuum in me affectum. Sed non facile premitur egestate, qui didicit paruo contentus esse. Quanquam nunc satrapes quispiam mihi uideor, alens duos equos curatiores quam sit ipse dominus, & duos famulos domino suo elegantiores. De sacerdotio quod pollicet tua benignitas, uereor ne per harpyias non liceat. Tot enim

enim ad sunt istis uultures, qui multis mensibus præsentiant cadaver futurum. Optatim
occasionem dari, qua liceat adhuc semel frui cōspectu colloquioq; tuæ celsitudinis, & for
tasse dabitur aliquādo. Vitam longiorē nec deprecor, si donet Christus, nec anxie deside
ro. Tantum ætatis optarē accedere, ut et animū in te gratum posteritati quæam testatū fa
cere, & mortalium animos ad synceram Christi philosophiam magis etiam excitare. Hoc
animo puto me maiorem gratiam initurum apud Iesum principem nostrum, quam si ter
dñi Petri limina nudis pedibus perreptarem. Bene ualeat tua sublimitas, cui cupio com
mendatissimus esse. Antuerpiæ. XXIII. die Maij. Anno M D XXI

IOANNES SLECHTA KOSTELECIVS ERASMO

ROT. S. P. D.

R EDDITÆ sunt mihi literæ tuæ tertie Idus Septēbris præter omnem spē:
nam cūm anno superiori literas meas per famulū bibliopola Lypsenis, qui
Pragæ libros impressos uenūdando agit, ad te dederā, pollicitus est mihi bo
na fide literas ipsas ad te usq; per certum tabellarium, ubicunq; locorū esses,
missurum & respōsum allaturum: quas cum sibi accepta ab eo fide tradidis
sem, et per hunc totum annum respōsum abs te diu expectatum nullum accepissem, pro
persuasio habui literas illas neuiquam ad te peruenisse, sed uel deperditas, uel ad aliquem
in uia detentas, uel ab aliquo interceptas esse. Tanto igitur nunc mihi gratiores & iucun
diores fuerunt, quanto minus speratæ uenerūt, & quidem à tali amico, qualom ego nimi
rum inter charos & raros charissimum habeo. Gratulor autem in primis prospere & in
tegræ ualitudinē tuæ, cupioq; ut amulī tui de mortis tuæ cōmentitio genere diu sic uerū
loquantur, quemadmodum superiori & præsentī anno hic & apud uos fecerunt: utq; ata
tem anno si Nestoris uluendo non solum adæques, uerum etiam superes. Quod uis uisum

4. Pragæ quamuis te nihil
negocij habere cognoscam, libenter te tamen cum inuis ams qui uidendi tui magno de
siderio tenebantur, & ipse uidissem conuenissemq;: sed cum id nunc partim occupationes
tuæ plurimæ, partim uero studiorum perpetui & indefessi labores non patiantur oportet
bit ut id in tempus aliud magis opportunum & idoneum seponamus, ubi te cum hic fieri
non potuit, alio loco & tempore concedente domino conueniamus. Quod autem patria
nostra

nostra in alias pergentibus regiones certo comitatu & cōductoribus securitatis gratia in
diger, mirari id amice charissime delines, si ab omni parte arduis & in altum surgentibus
montibus uallaram, densissimisq; syluis ac proceris arboribus late circumseptam cogno
sces, quales in sylua Ercinia sæpe multas uidere potuisti: in qua frequentissimi grassatores
delitescetes, & aditus uiarū obsidentes, sæpe multa damna uiatoribus minus cautis, ma
xime uero mercatoribus inferunt, nonnullos uero non solum rebus, sed & uita spoliāt.
Et quamuis ferè singulis mensibus ex uicinis urbibus & oppidīs infinitos id genus latro
nes capiant, & uario suppliciorum & mortis genere disperdant, nunquā tamen tam per
niciosum & noxium seminariū & extirpari & radicitus euelli potest: sed cum hi damnan
tur & delentur, protinus alij succedunt: haud secus quam fiebat circa Hydram illam Eler
culeam: uel adempta capita renascuntur. Scribis mihi postremo non sine certa admira
tione, quod attingeret ad dissidium illud fidei & religionis, quod in patria nostra in quo tempore
in patria nostra subortū durat: quodq; in tāto tempore nullus inueniatur neq; ex ecclesia
sticis, neq; ex secularibus principibus qui illud ad certam aliquam concordiam perduce
ret: causamq; huius non aliam q̄ pecuniæ studiū arbitraris. Quali ego opinioni tuæ absq;
ulla cōtrouersia subscribo. Quod uis uisum

Foran autem ab re non erit, si tibi & hoc obiter ostendero, cum sit
ide & religione dissidiū, ut cognoscas quot & q̄ uarię sint diuisiones
& causæ ipsius. Nam ne Iudæos & Epicureos qui animarū immortalitatem negant, simi
liter & quosdā Nicolaitas cōmemorem, ex ijs em omnibus non pauci apud nos inueniun
tur, totus populus regni huius & Marchionatus Morauie in tris sectas diuisus est. Prima
est eorum qui Romanū Pontificem in omnibus sequuntur & obseruant, uerumq; uicari
um Christi recognoscunt, quemadmodū faciunt Germani, & cæteræ nationes eidē ceu
pastori causæ dominicæ adherentes. Et ex ijs est maior pars procerum, magnatū & nobi
lium. Sunt & nonnullæ ciuitates regie cum monasterijs olim opulentis, nunc magna ex
parte dirutis & despoliatis uariorū ordinum. Alia secta est illorum qui Eucharistiam sub
utraq; specie populo dispensant. Cui ex proceribus pauci, ex nobilitate autem plurimi, ci
uitates uero regie prope triginta adherent. Hi sacramenta ecclesiastica omnia tenent, si
militer cæremonias ac ritus ecclesie nō aliter quā ipsi Romani: in solo autem usu cōmu
nionis differunt, & quod in sacrificijs sacerdotes illorum epistolā & euāgelium lingua do
mestica canunt: & huic utriq; consuetudinē pertinacissime adherent, asserentes se utrunq;
literis concilij Basiliensis (quas uocāt pactonis) confirmatū & approbatum habere. Ad
quod cum aliquando decem magistrōs theologos scholæ Pragensis, iussu imperatoris Si
gismundi tunc regis Bohemiæ misissent, & pro articulo illo de cōmunionē sub utraq; spe
cie cum theologis concilij conflictari essent, ostendissentq; cōmunionem talem à Christo
esse institutā, & à Paulo apostolo Corinthijs traditam, ab omnibus deinde priscis doctōri
bus tam Græcis q̄ Latinis ad annos circiter mille & ducentos inuolabiliter obseruatam.
Quibus conciliū singulis diligenter perspectis & rite examinatis, concessit eis prædictum
usum & cōsuetudinē cōmunionis ante memoratæ: his tamen cōditionibus, ut sacerdotes
illorum præsentēs & futuri Eucharistia populo cōmuni, ad hoc disposito, sub una uel sub
utraq; specie, prout quisq; ex fide cuperet, exhiberent, hac prius protestatione utriq; fa
cta. Vos qui sub una specie communicaturi estis, non minus uos accipere credatis quā
sub utraque specie: & qui sub utraque specie communicaturi essent, nō magis eos accipe
re quā eos qui sub una specie. In reliquis autem omnibus rebus ecclesie Romanæ cære
monias legitimas obseruare & sequi polliciti sunt. Similiter Pontificē Romanum cū suc
cessoribus suis pro ueris uicarijs Christi haberent & recognoscerēt, & dictis eorum absq;
Q 4 omni

omni repugnatione obtemperarent cum successoribus suis omnibus: quæ se omnia & singula facturos & opere cõpleturos bona fide promiserunt, qua ab ipsis accepta comprobauerunt eis cõmunionem ante memoratam literis concilij, quas pacis uocant. Sed erant hæc ab Eugenio summo Põtifice, qui tunc Romanæ præsidebat ecclesiæ, literis (quas uocant exequutoriales) cõfirmada & ratificada, qui huic cõcilio imprimis autoritatem dederat. Postea uero intellectis certis decretis in eodem concilio contra se, & futuros Pontifices cõclusis & determinatis, aboleuit & abrogauit omnia in eodem cõcilio conclusa & determinata: qua causa neq; hæc qua Bohemis in eodem concilio concessa & approbata fuerunt, literis suis approbare uoluit, ne uideretur iam dicitis decretis concilij autoritatem dare. Qua causa neq; hoc ab alijs Põtificibus Romanis hæcenus obtinere potuerunt, quæ ~~etiam ab alijs Põtificibus Romanis hæcenus obtinere potuerunt, quæ~~ nec pro ueris Christi uicarijs & successoribus Petri habere uoluerunt. Et ubi compromiserat maiores illorum, quod sacerdotes factionis ipsorum cõmunicaturi populum sub una uel sub utraq; specie alloquuturi erant populũ his uerbis quæ ante præfati sumus, iam illa omnia ceu falsa abiecerunt: neq; aliter illum ex cõmuni populo, quam sub utraq; specie communicare uolunt, reprehendentes in hoc uehementer maiores suos, qui ad illud conciliũ missi fuerant, quod tam stulti & temerarij fuissent, ut tam fallis et iniquis conditionibus à concilio oblati assentire uoluerint, cum apud doctores, ueteres Græcos & Latinos apertissime inueniatur aliam gratiam dari accipientibus corpus Christi, & aliam sumentibus sanguinẽ ipsius: & cum ibi donentur differentes gratias, quomodo hæc uera esse possunt, ut percipientes sacramentũ illud sub una specie non minus gratiarũ accipiant q̃ qui sub utraq; neq; qui sub utraq; sumunt, nõ plus sumant, q̃ qui sub una? Hæc subdentes, si ista quæ cõmemorata sunt, neq; ipsi tractatores antiqui sacrarũ literarum docuissent, tamen nõ erat altera pars sacramenti salutaris populo cõmuni supra institutũ Christi uel modo subtrahenda, cum hoc aliud nihil sit, q̃ merum sacrilegium: neq; plus sapere debuerunt supra illam priscam & sanctam ecclesiã, quæ hoc ad annos prope mille & ducentos inuolabiliter seruauit. Et ubi nostri certas causas & pericula quædam adducunt, propter quæ altera pars sacramenti cõmuni populo adempta est, dicunt inde illud inconueniens sequitur, ut isti sapientiores ipso Christo esse uelint, qui nesciuit & ignorauit pericula quædam futura circa illam partem sacramenti emeritura, quæ isti inuenerunt & cognouerunt, & istud est supra Christum scire & intelligere. Hæc & alia longe plura in tractatibus eorum contra cõmunionem sub una specie conscripta inueniuntur, quæ cõmemorare sicut longum, ita & tediosum esset. Quis igitur tantæ dissensionis idoneus apud nos arbitri inuenietur? Tertia secta est eorum quos uocant Pyghardos, hi denominationem à quodam transfuga eiusdem gentis acceperunt, qui huc ueniens ante annos nonaginta septem, eo tempore quo Ioannes Zizka homo sacrilegus & sceleratus, bellum hic ecclesiasticis & omni clero indixerat, & bona eorum diripienda inuaserat, ei adiunctus infecit imprimis ipsum ducem scelerum pestiferis doctrinis, et postea totum exercitũ eius quem ex latronibus, homicidis, proscriptis & reliqua fece perditorũ coegerat: qualis seges durauit ad usq; tempora regis Vladislai, qui annis istis proximis uitã cum morte cõmutauit, maximaq; incrementa sub ipso accepit: nam cum gubernacula regni Hungariæ suscepisset, plusq; ibi q̃ in Bohemia morã traxisset, parum curabat quid hic ageretur, dum modo pace omnes subditi sui fruerentur. Hi de summo Pontifice, cardinalibus, episcopis, & cæteris personis ecclesiasticis non aliud sentiunt q̃ de manifestis antichristis, Põtificẽ ipsum, nunc bestiam nunc meretricem illam Apocalypticam appellantes, & cum omnia contra doctrinam & traditionẽ Christi faciunt, quomodo possunt esse alicuius autoritatis & uirtutis in operandis sacris, sed quæcunq; ab officio eorum procedunt, neq; esse sacra, neque sacramenta, neque benedictiones, sed meras execrationes, abominationes & maledicta. Episcopos & sacerdotes ipsi sibi eligunt laicos rudes, & literarum expertes, uxores & liberos habentes, fratres se & sorores inuicem uocant, & salutant: autoritatem tantum ueteris & noui Instrumenti ex scripturis recipiunt. Doctores omnes ueteres & neotericos, & libros eorum cõtemnunt, nec doctrinã eorum quicquam tribuunt. Sacerdotes eorum cum officia missarum celebrant, absq; ullis id uestibus sacerdotilib; faciunt, nec ullis circa hæc

hæc preculis uel orationibus utuntur, præter solam dominicã orationem, qua panem fermentatum consecrant. De sacramentis ecclesiæ, uel parum, uel prope nihil credunt & sentiunt: qui ad hæresim eorum accedunt, coguntur singuli rebaptizari in aqua simplici, nec salem, nec aquam benedicunt, nec de oleo cõsecrato quicq; tenent: in sacramento Eucharistiæ nihil esse diuinitatis credunt, sed solum panem & uinum consecratũ, signis quibusdam occultis mortem Christi representantem affirmantes: & propterea in idololatriã cadere omnes quotquot coram illo genua flectunt & incuruant, uel illud adorant: quum in alijm finem à Christo sacramentũ illud institutũ non sit, nisi ad memoriã passionis ipsius recolendã, & non ut hinc & inde circũferatur, aut eleuatum à sacerdote uidentũ ostendatur: quoniã Christus ipse qui adorandus, & cultu latræ honorandus est, sedet ad dextram dei patris, sicut in symbolo fidei Christiana cõfiteatur ecclesiã. Suffragia sanctorum & orationes pro mortuis, rem uanam & ridiculam arbitrantur: similiter confessionẽ auricularem, et pœnitentiã pro peccatis à sacerdotibus intinctã, Vigiliã & ieiunã, sicutum & rectorium esse hypocritarũ: festa diuæ uirginis Mariæ, apostolorũ & reliquorũ diuorum, inuenta esse ociosorum affirmant: dies tamen dominicos, & festum Natalis dominici, Paschæ & Pentecostes celebrant. Multa essent alia illorum portentorũ perniciofa dogmata cõmemoranda, si non rationem meliorum et grauiorum studiorũ tuorum haberem. Si tamen superiores duæ factiones ad concordiam reducerentur, posset & ista nepharia secta (quamuis iam plurimum auicta, maxime uero propter uitam sacerdotũ nimium dissolutam) opitulante rege exterminari, uel in meliorem fidei & religionis formam reduci. Sed de his iam diu superq; satis. Rogo uelis æquiori animo ferre hanc meam tam immoderatam loquacitatem, qua erga te non alia causa usus sum, nisi ut factionum nostrarum multiplicum ueram & certam rationem acciperes. Literæ istæ cito ne te contingant profus nescio, cum Milinæ tela Apollinea passim uolitare dicantur. Quæ forte Iodocus noster rector Academia Erfordienfis euitare uolens, ad quædam sese loca remotiora receperit: nam & literæ tuæ quas ei ad me mittendas tradideras, ad quatuor menses apud eum retentæ fuerunt, non tamen alta causa q̃ quod fidelem tabellarium qui huc transiret, non habuit. Cupio te amice charissime diu & optime ualere, meq; ut cœpisti diligere, & cum opportumẽ erit non nihil rescribere, quod & ego me facturum recipio: etiam uale. Ex arce nostra Kofstelenfi x. Octob. Anno dominicæ incarnationis M. D. XIX.

ERASMVS ROT. IOANNI SLECHTÆ BOHEMO S. D.

D proluxam epistolam tuam optime Slechta, paucis in hoc tantum respondebo, ut intelligas eam mihi & reddita fuisse & perfectam, nec enim aliud in præsentia sinunt occupationes meae. Ad obrectatorum uoces, quando beneficijs etiam efferatur, iam pridem obsurdus. Antehac existimabam merarum humanarum mediocrem tenere peritiã, qui diuersis regionibus cum uarijs hominum generibus egissem consuetudinem: sed huiusmodi beluas inter Christianos repperi, ut nunquã fuerim crediturus, ni magno meo malo comperissem. Verum postea quam illi sui dissimiles esse non possunt, nos nostri similes esse studebimus, neq; desinimus pro nostro talento benemereri de omnibus, quod quidem in nobis erit. Fortasse sic deo uisum est, ut hoc modo luamus cõmissa nostra, quibus illum frequenter offendimus. Ignoscam illis, ut ille uicissim ignoscat mihi: nam uitæ sanctimoniam quam mihi tribuis oratione, utinam aliquãdo sua benignitate mihi tribuat Christus, omnis autor sanctimoniam. Quod nostris lubricationibus oblectas ocium tuum, facis tu quidẽ amice, facturus etiam utiliter, si modo nostra legas cum iudicio, neq; enim dogmata scribimus: deinde si tum de nique sumes in manus Erasimum, cum non adest meliorum uoluminum copia. At sanẽ totam istam regionem nobis admodum graphice depingis, ut plus prope uideam in oratione tua, quam cõspecturus fuerim, si isthic annos aliquot egissem. Quod uestra Germania passim latrocinijs est obnoxia, partim opinor in causa esse reliquias prisce feritatis: partim quod regio dissecta est in tot ditiones ac minutos principes, quorũ nemo uelit alteri concedere: partim quod nulla gens crebrius belligeratur stipendio conducta, ita latrocinijs exercendis bello se parant, & bello defuncti, belli reliquias exercent: iam cum nulla res sit tam incõmoda, quin alicui sit cõmodo, quibus ex deducendis hospitibus, aut negotiatoribus quæstus est, hi nonnunq; procurant ne tutum sit iter, ne ipsorum auxilio nõ sit opus.

Ac mea

Verum ut est obedientia popularis, obseruare quod a proceribus ecclesiae praescribitur: ita horum erat prudentia, non temere constitutionibus huiusmodi uel grauari populum, uel male consulere moribus publicis. Haecenus e tuis literis morbum cognouimus, nunc utinam medicina fidelis & efficax possit excogitari: & arbitror posse, si modo boni grauesque in hac totis incumbant studiis, praesertim cum Carolū habeamus Caesarem ad ea quae sunt Christianae religionis toto pectore propensum: cum Leonem habeamus in primis mitem & exorabilem, Pulchre cohibet concordia, si pars utraq; non nihil concesserit alteri. Fortasse finitimarum regionum querela facit, ut plerique istorum abhæreant à dominatu Pontificis Romani, quod se clamitent inclementer expilari, & uita eorum per quos geruntur pontificia negocia. Sed aut ego plane fallor, aut facile impetrabitur ab ingenio Leonis clementi iuxta ac pio, ut & perplexas superiorum temporum rationes omittat, & in posterum etiam quam minimum ab illis exigat, praesertim si sese sincero pectore illi ceu patri crediderint. Satis amplum lucrum esse ducet, si propulsato dissidio pacem & concordiam parauerit. Adiunget sese ad hanc rem Caesaris autoritas, quem Monarcham opinor agnoscit & Bohemia. Caeterum quod attinet ad ordinationes & sacramenta, nullo modo oportet à reliquis orthodoxis dissentire. Et fortassis de recentiorum definitionibus remittentur aliqua. De ritibus facile condonabitur aliquid, etiam si magis probarim, ut omnes ubique Christiani, & ritibus & precibus ipsidem uterentur. Nunc immodica uarietas est, dum pro suo quisque affectu haec comminiscitur, & aliud aliquid addit repperit. Quin & mea sententia, complures populos conciliaret ecclesiae Romanae, inquam nunc uelut in caput quoddam colliguntur omnes, si non passim quaelibet sic definiantur, ut uelimus ad fidei negocium pertinere: sed ea duntaxat quae euidenter expressa sunt in sacris literis, aut sine quibus non constat ratio salutis nostrae. Ad haec pauca sufficiunt, & pauca citius persuadent pluribus. Nunc ex unico articulo sexcentos facimus, quorum aliqui tales sunt, ut citra periculum pietatis, uel nesciri possint uel ambigi. Atque sic est mortalium ingenium, quod semel definitum est, tenemus mordicus. Porro philosophiae Christianae summa in hoc sita est, ut intelligamus omnem spem nostram in deo positam esse, qui gratis nobis largitur omnia, per filium suum Iesum. Huius morte nos esse redemptos, in huius corpus nos insitos esse per baptismum, ut mortui cupiditatibus huius mundi, ad illius doctrinam & exemplum sic uiuamus, ut non solum nihil admittamus mali, uerum etiam de omnibus bene mereamur: & si quid inciderit aduersi, fortiter toleremus spe futuri praemij, quod omnes pios haud dubie manet in aduentu Christi: ut ita semper progrediamur à uirtute in uirtute, ut nihil tamen nobis arrogemus, sed quicquid est boni, deo transcribamus. Haec potissimum sunt animis hominum inculcanda, sic, ut uelut in naturam transeant. Quod si qui uolent circa naturam diuinam, aut circa hypostasim Christi, aut sacramenta quaedam abstrusiora rimari, quo magis attollat mentem in sublime, & à rebus humilioribus abducant, haecenus liceat, ut non statim quod huic aut illi uisum fuerit, cogantur omnes profiteri. Quemadmodum ex loquacibus syngraphis citius nascitur controuersia, sic ex plurimis definitionibus nascitur dissidentia. Neque pudeat nos ad quaedam respondere, deus nouit quomodo id fiat, mihi satis est, quod credo fieri. Scio Christi corpus & sanguinem purum, pure à puris esse sumendum, qui hoc sacro sanctum signum ac pignus esse uoluit, & suae erga nos charitatis, & Christianorum inter ipsos concordiae. Excusiam igitur me ipsum, num quid sit in quo mihi male conueniat cum Christo, num quid sit cum proximo dissidium. Caeterum quomodo illic sint decem sacramenta, & quomodo transubstantietur panis, uel benedictio, & quomodo corpus idem possit esse sub uariis speciebus, ac diuersis locis, meo iudicio haud mirum condidit ad profectum pietatis. Scio me resurrecturum, hoc enim omnibus pro-

bus promissit Christus, qui primus omnium resurrexit: caeterum quale corpus futurum sit, aut quomodo possit idem esse, quod toties in aliud atque aliud redactum est, ut non improbarim suo tempore moderate uelut inuestigare, ita minimum conducit ad ueram pietatem in his multum operari ponere. Nunc his atque id genus alijs innumeris argutationibus, quibus se iactitant quidam, auocantur hominum mentes ab ijs, quae sola faciunt ad rem. Denique plurimum habebit momenti ad orbis concordiam stabilendam, si prophanis principes, sed praecipue Romanus Pontifex, absint ab omni specie tyrannidis, & auariciae. Nam facile resiliunt, cum uident paratam seruitutem, quum intelligunt se non iouuari ad pietatem, sed captari ad praedam. Si nos innoxios, si nos beneficos senserint, facillime sese credent nostrae fidei. Ignoscam ut rogas, loquacitati tuarum literarum, sed si tales saepe miseris, nam assueti facilius ferimus. Iodocus Ionas hoc ipso tempore mecum erat, cum Academia suffragijs rector designaretur, quo uero uix aliud quicquam uidi melius. Bene uale uir egregie. Louanij Calend. Nouemb. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS ANDREAE CNOPIAE
SACERDOTI OPTIMO S. D.

X TRIBVS epistolis, quas ais te mihi scripsisse, duas duntaxat accepi. Primum nemo dabatur, per quem responderem. Tandem Coloniae offerebat se nescio quis: is cum semel atque iterum me frustra conuenisset, non reuersus est, desperans opinor: nec tamen id accidit mea culpa, sed nec oculi dabatur tantum, nec solitudinis. Atque ut ingenue dicam, quoniam nihil uidebam in tuis literis, quod magnopere flagitaret responsum, non eram rescripturus, nisi tu tot obsecrationibus, tot obsecrationibus mecum ageres. Mentem istam tam piam tamque audiam Christianae doctrinae studium, uehementer exosculor. Nam utriusque testatur epistola tua. Quae quidem res hoc plus laudis meretur in te, quod haec facis inter eos, qui, ut scribis, magis agunt negocium uentris quam mentis, ad haec uicinus Rutenis, quos insonos, & impexos appellas, ob morum, opinor, cultusque barbariem. ut enim recte dictum est, cum egregie probum esse oportet, qui Athenis probus esset: ita qui uicinus haereticis, non desecit à fide Catholica, qui permixtus barbaris, gulae uentrisque mancipijs, totus uiuit honestis studijs, nec ullo malorum contagio corrumpitur, is insigniter bonus sit oportet. Porro si ex me quaeras consilium, nihil audies, nisi ut quod facis, strenue pergas. Nam ipsi si uiam uiam mihi uideris ingressus, qua perueniatur ad ueram felicitatem: neque enim dubito, quin huc quoque pro uirili contendas, ut quos possis ad tuos mores adducas. *Asspice*

Bona pars seruimus quaestui, aut uentris tantum est. Hoc illos alienat quos oportebat, mansuetudine, tolerantia, & officijs allicere: sed tamen bona quaedam spes habet animi meum, posteaquam uideo & istic esse, qui sic flagrent amore doctrinae Euangelicae. Paraphrases absoluimus in omnes epistolas, praeter eam, quae fertur ad Hebraeos. Addidimus Paraphrasin in epistolas Petri duas, Iudae unam, & Iacobi unam. Breui daturi quod superest epistolarum Apostolicarum: sic enim uisum est amicis eruditissimis. Non displicuit carmen tuum, quo mihi bene precaris: at ego tibi uicissim absque carmine, sed sincerissimo pectore precor immortalitatem. Bene uale uir optime, meque tuis precibus Christo comenda. Louanij pridie Calend. Ian. Anno M. D. XIX.

R

ERASMVVS ROT. IOANNI TVRZONI, EPISCOPO
VRATISLAVIENSI S. D.

VR ita uisum est superis, ut tanto interuallo disiungant montes & flumina, quos tāta copulat charitas animorum: Epistola tua post sextum demū mensē mihi reddita est, unā cum munusculis. Quorum nihil non fuisset gratissimum, etiamsi minimi precij fuisset, uel hoc nomine, quod a tali præsule, sed multo magis, quod a tali animo proficisceretur. Nunc & precij magnitudi-
ne, & ipsa nouitate, & auctoris titulo cōmendabantur, sed in his tamen nihil mihi tam charum est uisum, quod epistola tua non superaret, quam iam alteram accepi, tuis istis articulis descriptam, tuo isto ingento cōditam, quo magis etiam refert imaginē animi tui, deum immortalē qualis: Faxit deus, ut istud pectus imitentur complures episcopi, proceresq; & imaginibus suis tam eximium decus adiungant, & auctoritatem suam bonitatis ac sapientiae cumulent accessione. Quam ardentem uirtutis amorem spirant illae tuae literae, quantam sitim eruditionis Christianae: Ad haec quantum candoris, quantum modestiae praeseferunt. Quis credat haec, a tanto præsule, a tanto principe scribi? Nihil enim minus mirabilis est mihi tuus iste animus, quod me praeter meritum admiraris, siquidē hic error in persona est, non in re. Hoc erras, quod Erasmi esse credis id, quod non est: sed non in hoc erras, quod ea ueneraris & expetis, quae falso tibi persuades in nobis esse. Adnixi sumus mundum nimis ad scholasticas argutias prolapsum, ad ueterum fontes reuocare, ac ~~ad ueterum scripturam~~ ad ueterum scripturam, ad ueterum pietatis studium accedere. Atque utinam hic meus conatus tantū fructus attulerit alijs, quantum nobis attulit inuidiae. Meum incōmodum multo leuius ferrem, si cum multorum cōmodo uiderem coniunctum. Sed hoc uiderit ipse Christus, qui ni fallor, certe hunc animum probaturus est. Iam ut in tuis munusculis etiam nonnihil philosopher, gratulor tuae ditioni, è cuius uenis aurum tam elegans ac purum eruitur, sed tu beator, qui è diuinorum uoluminū longe felicioribus uenis, tam auide scruteris aurum euangelicae sapientiae, quo locupletes gregem tuae fidei conceditū, uelut opulentus quispiam paterfamilias, è diuite thesauro proferens noua ac uetera, multū dissidens ab episcopis plerisque, qui pulcherrimā functionis suae partem, in sordidos quosdam relegant, nec probatos, nec exploratos, quum ad id muneris neminē oporteat admitti, nisi quem eruditio Christiana, quem morū integritas, quem rerū usus, ac prudentia non uulgaris cōmendat. Duobus horologijs inscriptum erat, Festina lente, atque hanc quidem inscriptionem audit puluisculus ille per minutissimum foramen lente defluens, haec me scribente: sed magna celeritate uita nostra auolat, & addolat mors nihil lo segnius, etiamsi non defluat harenula. In altero superne inscriptum erat, festina lente, & inuersum horologiū ostendebat mortis imaginem: quae utinā tibi mi Turzo lenta ueniat, digno profecto qui sis immortalis, nō tantū longaeuus, nisi haec esset fortunae inuidia, ut si quid existerit in rebus humanis eximium, id quam ocysime tollat è medio. Quod omen abs te uelim quam longissime abesse, quem & ex tuis literis, & ex aliorum praedicatione, tam multis ac raris animi dotibus praeditū esse uideo, ut generis claritudo, ut opes, ut pontificia dignitas, minima portio sit tuorum ornamentorū. Pileum non poterit mihi esse usui, nisi domi. Nam & magnificentius est, quam ut conueniat homini tenui: nisi forte & hic erras, ut putes Erasmi esse aliquid: & alienius à more huius regionis. Olim, iuxta prouerbiū, bonos uiros decebant omnia, nūc non nisi potentes omnia decent: tamen seruabitur, & in hoc potissimum, ut Turzonis memoriam mihi refricet. Aureū numisma multos exercuit, alijs coniectantibus esse tres Noe filios ex arca reuertentes, & ex altera parte columbam oliuae ramum deferentē: alijs duces duos, qui medium captum ducerent, & aquilam lauri ramum in coronam deflexum gestantem. Subscriptionem nullus adhuc legere potuit, neque Graecus, neque Latinus, neque Hebraeus. Video quam sim ingratus, qui pro tot donarijs, proque epistola, tam eleganti, tam amica, praeter frigidum epistolium nihil rependam, sed alias dabitur occasio: interim cura ut recte ualeas praesul optime. Louanij pridie Calend. Septemb. Anno M. D. XX.

D. G. O. S. C. H. A. L. C. O. R. A. S. E. M. V. N. O. L. O. M. /

+ quare gratia dico
Franciscus

FRANCISCVS CRANEVELDIVS ERASMO S. D.

NON possum non agere tibi gratias, quod tu in meis literis pro tuo illo nuper in me collato beneficio, cuius erit apud nos sane memoria sempiterna, quod ego tanti aestimo, ut ne Cræsi quidem opibus redimi patiar. Quod inquis beneficium? Quod me ad suavisimum illum Morum tuum, imò nunc nostrum deduxeris, apud quem post tuam abitionem frequens fui, uocante quidem illo, cuius ego non tanti facio, quanti tibi debere me profiteor, cupioq; tibi grati animi signa demonstrare: deinde plurimum mihi dolet, quod quum adesses Brugis, tam rato te inuiserim, friuolis quibusdam negocijs occupatus, ut occasionem illam multa simul optimaq; discendi, sic è manibus elabentem, non uel mordicus apprehenderim. Memini quid tu dixeris de Flandricis moribus, sed uelim tibi persuadeas me totum esse tuum, nec his ipsis esse cõtaminatũ. Morus abies δαυτὸλιον χρυσῶν donauit uxori meæ, in quo uerbis Britannicis γέγραπται: Bona uoluntate censerit omnia. Mihi uero uetusta nomismata dedit, aureum argenteumq;: in altero est Tiberij effigies, in altero diui Augusti. Quæ te scire uolui, quia pro his etiam tibi me debere gratiam semper confitebor. Vale & me, si quid possim, utere. Brugis tertio decimo Calendas Octobris. Feuius noster ualet, & suo nomine salutem ascribi uoluit. Anno M. D. XX.

ut.

s
is
m
nt
:

ERASMVVS ROT. LEONTIO SVO S. D.

NONI consulam audaciam tuam, qui ignotus ad ignotum scripseris, si tu uicissim boni consulueris, quod occupatissimus tam parce respondeã, ut prope nihil respondeam. Quod Musarum cultor es, magnopere laudo; quod assidue depugnas cum amuis, non probo. Negligendi sunt, qui uinci nõ possunt: & ita sunt hæc studia cõmendanda, ne tamẽ odiose damnentur, quibus alij magis capiuntur. Certe non expedit iritare crabrones. Cæterum quæ nos scripsimus, non in hoc scripsimus, ut inuehantur templis, sed ut domi legantur. Atq; tuo studio immodico, nihil aliud mihi quàm inuidiam paris. Ego nihil honoris istiusmodi promereor, alioqui ne promeritis quidem aperiuntur templa, nisi à rogo, ut aicit. Ac mea quidẽ sententia, plus efficies, si quod operæ sumis in rixando cum aduersarijs, fortasse deploratis, id infusmas erudiendæ pubi, aut iuuenibus spei melioris. Felicius irrepent bonæ literæ, q̃ irumpent: ac facilius coalescent, si ciuilitate semet insinuent ut hospites, quàm si irruant ut hostes. Nos quod possumus, gratis ac libenter impartimus: si quis adferet meliora, non grauate cedimus. Porro cum clamoris rabulis certamen non nisi coacti suscipimus, imò ne coacti quidem. Porro uita nostra nihil habet memorabile, nisi quod opinor fortunam nulli constantius insensam fuisse. Proinde si me audies, aliud argumentũ tibi quaeres, imò quoduis aliud citius tibi sumes quàm hoc. Bene uale. Bruxellæ, M. D. XX.

ERASMVVS ROT. THOMÆ BEDELLO S. D.

E præsulis optimi in me studio, ut rem mihi longe gratissimam, ita minime nouam nuncias: sed quod toties obiurgas me, qui nihil ab illo petam, facis inclementer mi Bedelle. imò iam pridem oro, ut ingens aliquod sacerdotium coniciat in caput meum. Non dubito quin ille sic huc corpusculo superstes futurus, sed tamen in rebus humanis certum nihil est. Verum ne nihil impudenter faciam, in præsentia expebam mihi rursus numerari anni uenturi pensionem, aut certe syngrapham mitti, per quam hæc, aut apud Italos recipiam. Adorno enim protectionem in proximam quadragesimam, sed aestuaturus Basileæ, fortassis illinc repetiturus Italiam, nisi quid extiterit in hoc principum conuentu, quod me remoretur. ~~Non enim nisi famelici lapidari sum, hic ego quondam lapidator Dominici conuentus & conuoluitur in conuulsis, sed & nunc in hinc, & sic publice conuoluitur, sed nihil aliud est, nisi ut populo etiam intelligat, illos originari male facti.~~ Archiepiscopo, unico Meccenati meo, multam ex me salutem dicito, post hunc doctore Vuelles, & humanissimo cœconomio. Bene uale mi Pylades. Louanij, pridie Circuncisionis, Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. HENRICO GLAREANO S. D.

L ITERAS tuas Basilea huc allatas reddidit mihi Hieronymus Frobenius. De amore in te meo nihil remisi, etiam si de huius corpusculi uigore quotidie aliquid decerpit, quum aetas, tum studiorum semper increscens labor, sed multo maxime tædium, quod nobis adferunt ista rabularum, aduersus bonas literas, aduersus sinceram pietatem conituerati. Ioannis Lascaris consuetudine tibi profecto gratulor, non est ille sui dissimilis, semper candidissime fuit bonæ spei ingenij. Utinam cum uirum deus iuuandis optimis studiis quam diutissime superstitere esse uelit. Tu fac mihi Glareane, te modis omnibus instruas, ut nobis mox lampadem traditurus ita succedas, ut nomen Erasmi profusus obscures. Bene uale. Saluta Cyprianum Taleam, Nicolaum Beraldum, Hermannum Phrysiu, ac ceteros qui nobis istic bene uolunt. Louanij. M. D. XVIII.

ERASMVVS ROT. HERMANNO PHRYSSIO S. D.

E RVDITISSIME iuuenis, ostendi Moro in literis tuis locum, qui ad illum attinebat; ille simulatque gustat phrasim, totas perlegit, & amare cepit ingenium tuum. Amo Brixij ingenium non uulgariter, phrasim admiror, sed utinam exerceret utrumque in argumento plausibilior. Cõtemnit, ut scribis, ille Moro: at qui uereor, ne fero sentiat illum sibi non fuisse contemnendum: illud curandum Brixio, ita stilum temperet, ut non solum eruditus, uerum etiam uir bonus & equus habeatur. Consulat amicos suos graues & eruditos, Budæum, Deloindum, Ruseum, & Ruelium, potius quam iuuenilem animi impetum. Brixius interpretatus est dictum, nescio quod, ex meis ad Beraldum schedis, quasi ipsi priores tribuerim in eruditio nis laude: nec sum adeo indoctus, nec adeo Moro amicus, ut non perspiciam, quid inter eos interit: imò uolebam illum Musarum præsidij certare, non conuicij. Et confido me hoc à Moro impetraturum, ut & ille premat, quæ iam adornauit denotiora, quæ ut uel à Moro uel in Brixium scribi uelim. Etiam atque etiam te rogo, hortare Brixium, ut in alio potius argumento suum ingenium exerceat, ita rectius consulat suæ famæ. Bene uale. Saluta Beraldum meo nomine diligenter. Louanij. M. D. XXI.

ERASMVVS NICOLAO BERALDO S. D.

Q VANTVM apparet ex Budæi nostri ad Viuendum literis, fieri non potest, quin Morus ac Brixius pergant inter se conflictari. Amo utriusque ingenium, malim aliud par spectare committum, sed quod nobis in manu non est, factorum arbitrio permittamus. Tuus literis prouocatus, scripseram Hæro decano, & ille sic obtulit celsit, quasi sit offensus officio meo. Quod si est, fac mihi hominem recõciliare, cui me uolebas conciliare. Tanta hic est rabies quorundam monachorum aduersus bonas literas, ut tam tædia sint uerius quam studia. Ego Dominicanorum conuicij lapidorum quotidie, in publicis etiam concionibus, quasi paterer pro negocio fidei, non cessarem uel ipsi protomartyri Stephano. Semel ille lapidatus, sine inuenit malis; & saxis ille duntaxat impetitus est, ego nec uno in loco, nec semel lapidorum mendacij & conuicij letali ueneno tinctus: atque hæc dum agunt, ipsi semet produnt ac traducunt populo. Ac tales se præstant, quales si ego descripsissem, uix quisquam fuerat habiturus fide, nunc ipsi fidem faciunt. Et tamẽ tanta est cæcitas, ut uel suo malo lædere cupiant. Lutherus maxima inuidia grauat & nos & bona studia. Namque...

~~...moderatio...~~

Bene uale Beralde doctissime. Saluta patrones communes Ruseum, & Deloindum, nam Budæo scripsi. Hermannus Phrysius summæ spei iuuenis, iam ex me salutem dicit. Louanij. xiiij. Calend. Martias. Anno. M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. CLARISSIMO IUVENI ANTONIO A. M. A. CA. ABBATI BELLILOCI S. D.

P ERSVASERAT mihi ille quem nosti, me in futurum haud mediocrem gratiam apud tuam celsitudinem, si eam aliqua parte studiorum dicata prouocassem, sed

sed, ut uideo, res in diuersum exiit, Hoc ipso uideo alienasse, quo conabar deuincire. De ingenij tui candore, fide, constantiaque non libet suspicari, nescio utrum idem ille gratiam officij mei corruperit, qui ad officium instigat, an opus ipsum tuo iudicio parum arripeat. De promisso non grauo pudorem tuum, uolens atque ultro pollicebaris mihi, nec postulant, nec expectant, ego uicissim ultro uolensque fidem tuam libero. Non expostulabo quod res tentata non successerit ex animi tui sententia, modo id præstes, quod præstare tibi in manu est, ut Erasmi tui studiosum redames. Nunc ipsa res me docet, bonam scilicet citatis partem esse, nihil magnopere mirari: si anxie pependissem à tuis promissis, iam discruciarer frustratus, nunc ut leuiter sperabam, ita minimè sentio doloris adempta spe. Rex ipse mihi longe maiora detulerat, quam tu audebas polliceri. Tantum autem abest ut tibi succenseam, qui non præstiteris quod receperas, ut gratiam etiam habeam, quod optaris, quod conatus sis. Bene uale uir clarissime. Louanij. xiiij. Cal. Martias. M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. AVGVSTINO SCARPINELLO

NEAPOLITANO S. D.

T ALE iter hostibus eueniat, quale mihi contigit huc reuolanti. Qui uenti, qui nymbi, quæ inundatio Paru abfuit quin in ipsis montibus naufragium fecerimus, nam equis erat nauigandum. Equus famuli uix enatauit incolumis, nos enim alieno periculo malumus sapere. Aragonie regina iam progressa Aquiligrano sequimilitariu, coacta est in urbem redire cum suis. Ego uir fortis turpe ducens, si uelut uictus redirem unde ueneram, hospiti meo risui futurus, homini hominum qui uiuunt humanissimo: is est Leonardus Pricardus, qui nullis precibus quiuerat impetrare, ut eum diem adhuc darem amicis cupientissimis: perendo quod cœperam. Quid enim conuiciorum in me non dixisset ille, si quod tantus amicus, nec solus, quod dies dominicus, qui ferias impetrat & ab agricolis, non impetrasset, uentus & humber extorsisset. Totum ferme iter equitauimus soli, latronem nullum uidimus, etiam si multos terrebant saui rumores. Tu uero quid illi hererum geris? lamne satis Germanice spiras? Quo modo te beant æstuaria Germanicarum? O te felicem, qui in media bruma fruaris æstate: sed quid tandem agit amantius tuus Cicerone? Quæ spes habet te, fore ut ille totus aliquando reuiuicet? Verum etiam atque etiam uide, ne sic adames Marcum Tullium, ut cum Hieronymo flagris liuentes scapulas referas. Rides somnium, rat expertus ille somnium esse negat. Sed ego mi Augustine, serio iam laudo studiū tuū, qui totus in Cicerone uerferis. Quod idem si fecissem, fortasse meliorem gratiam retulissent ingenia candidiora, quam nunc referunt quidam, quibus benefacere periculosissimum est. Breuit me reddam uestro contubernio, interim salutabis meis uerbis mitissimum Seuerum, congerionem tuam, & insignem heroa Aloysium Marlianum Tudensem episcopum. Bene uale. Louanij. idus Decembr. Anno. M. D. XX.

ERASMVVS LIVINO ALGOTIO S. D.

I NCIDERVNT nonnulla præter spem, quæ reditum nostrum in dies cõplu sculos remorantur. Itaque quod iter ingressurus admonui, uisum est rursum inculcare literis. Vide ne committas, ut absentia nostra te segniorẽ ad studia reddidisse uideatur, quæ potius debuit acuerere. Nimirum quo plus tibi uacat temporis ab obsequijs, quibus præsentibus soles inseruire, hoc par est attentius inculcare literis. Hæc certe spe te reliquit Louanij, magis tuo commodo consulens, quam meo. Dabitur operam, ne me hæc fallat ratio, ac modis omnibus cauebis, ne quid reuersus offensa quæ reditus meus minus lætus esse uideatur, nosti illud Terentianum. Ita ut sit dominus, si sunt. Itẽ illud: Malo coactus qui suum officium facit, tantisper eauerit dum id rescitum, si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. Illud te dignius est: is, quem beneficio adiungas, ex animo suum officium facit, præsens absensque idem erit. Mihi semper placuit hæc Mithonis ratio, tuæ partes erunt adijci, ne me huius animi poeniteat. Non aliter quam pestem fugio quorundam cõsortia, in quos uere cõpetit illud Menædri, φθίρονον ἂν ἔσθ' ὀμιλῆαι κενῶν. A Carini latere dignum, nam ne discedito, 5 annis quidẽ haud ita multo maior est te, sed ea morum integritate, tanta sita literarum, ut uix alterius conuicium queas euadere uel melior uel eruditior. Natura dedit ingenium felix, quo nomine ut tibi gratulari possimus, ita laudari non debes, ni natura bonitatem ueluti solum felix, tuæ excolas industria, dedecus

dedecus ingens reportaturus, si tute tibi defuisse uidearis. Neq; te clam est quid abs te expectent pareres optimi, neq; nescis quid debeas Marco Laurino, qui te mihi prorsus affectu paterno comendauit. Vt ne comemorem interim quid mihi debeas, qui te semper habuerim non famuli, sed filij loco. Certe auget quoq; expectationem multorum, quod cum Erasmo familiariter conuixeris. His omnibus non potes, nisi summo studio respondere, & nunc atas est ut maxime docilis, ita laborum patiens. Alios a studijs arcet numerorum, librorum, aut praceptorum inopia, tibi quum nihil horum non suppetat ex amicorum benignitate, nisi talem te reddideris, qualem oportet, non erit quod praetexas, culpa omnis in te unum recidet. Haec tam multa quum satis opinor inflamment te ad studium egregiae probitatis atq; eruditionis, ramen hoc quoq; calcar addere debet animo non degeneri, quod Louanij uides tot pueros, tot adolescentes non minus feliciter, quam ardentem ambire laudem literaturae bilinguis. Postremo par est, ut gentis paterno cognomento respondeas, ne quod abominor, existant aliquando, qui *πρὸς γένους* per iocum uertat in *πρὸς γένους*, unius elemēti deprauatione, ex omnibono (nam id sonat gentile cognomen) omnimalū facientes. Quin huc potius manibus pedibusq; connitendum, ut hoc cognominis non fortuito, sed numinis alicuius consilio tibi contigisse uideatur. Haec tam diligenter admoneo, non quod diffidam ingenio tuo, sed quod ijs, quibus uehementer ex animo bene uolumus, etiam tuta timere soleamus. Si quid istic allatum est literarum, quas intelligis non esse magni momenti, eas seruato in reditum meum. Sin quid erit, quod prorogari non expediat, nec contingeret per quem certo mittas, ipse huc aduolato. Beneuale. Antuerpiae, idus Aprilis, Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. IODOCO IONAE ERPHORDIENSI S. D.

Q UOD tam impense rogas uir optime, ut tibi Ioannis Coleti uitam paucis uelut in breui tabella depingam, hoc faciam lubentius, quod suspicer te tibi quare egregium aliquod pietatis exemplar, ad quod tuum institutum attemperes. Equidem in *lona* charissime, ut fateor me cum multis habuisse consuetudinem, quorum integritas mihi ualde probaretur, tamē nullum adhuc uidi, in cuius moribus nescio quid adhuc Christianae puritatis non desiderarem, quoties ad horum duorum synceritatem conferrem aliquem: quorum alterum mihi nosse contigit apud oppidum *Artesiae*, quod uulgo dicitur sancti Audomari, dum huc me pestis, hac sanē in parte mihi felix, Lutetia propulisset, alterū in Britannia, quo me Montioij mei charitas pertraxerat. Lucrum facies, cuius scio te auidissimū, pro uno duos dabo. Prior dictus est Ioannes Vitrarius ordinis Franciscani: nam in hoc uita genus adolescens inciderat, meo iudicio, nulla ex parte posthabendus Coletus, nisi quod ob seruitutem instituti minus multis prodesse poterat. Annos natus erat ferme quadraginta quatuor quum hominē nosse cepisset. Ac statim adamare me coepit, hominē sui multum dissimilem. Erat autoritatis maxime apud optimos quosq; multis magnatibus gratissimus, corpore procerus & elegantis, natura felici, animo sic excelso, ut nihil esset illo humanius. Scoticas argutias puer imbiberat, quas nec prorsus improbabat, quod quaedam scite dicerentur licet sordidis uerbis, nec rursus magni faciebat. Caeterum, ubi contigisset Ambrosium, Cyprianum, Hieronymum degustare, mirum quam praehis illa fastidiebat, nullius ingenium magis admirabatur in sacris literis quam Origenis: quumq; cauillarer me mirari, quod hominis haeretici scriptis delectaretur, ille mira alacritate, fieri non potuit, inquit, quin hoc pectus inhabitaret.

nec cuiquam unquam fuit autor mutandae uitae, nec ipse quicquam huiusmodi molitus est, paratus omnia ferre potius, quam ulli mortalium offendiculo esse, Pauli sui exemplum in hoc quoq; referens. Nihil autem erat tam iniquum, quod ille pacis seruandae studio, non summa cum alacritate

tate perpetetur. Libros diuinos, praesertim epistolas Pauli sic edidicerat, ut nemo melius teneret unguis digitosq; suos, quam ille Pauli sui sermones. Dedisset initium ex quacunque parte, ille mox totam epistolam absque ulla lapsu fuisset prosequutus. Ambrosij pleraque tenebat memoriter. Vixq; credibile est, quantum item ex alijs orthodoxis ueteribus memoria complecteretur. Praestitit hoc illi partim memoria natura felix, partim assidua meditatio. Rogatus a me in familiari colloquio, quibus modis praepararet animum suum iturus ad concionandum, Respondit se solitum in manus sumere Paulum, & in eius lectione tam diu comorari, donec sentiret incallescere pectus. Illic haerebat, addens igneas ad deum preces, donec admoneretur esse tempus incipiendi: non diuidebat fere conciones suas, quod uulgus ita facit, quasi secus facere non liceat, unde fit ut frequenter sit frigidissima distinctio. Quanquam omnis illa distinctionum cura, frigus addit orationi, & artificij significationem praebens, fidem eleuat dicentis. At hic perpetuo quodam sermonis fluxu connectebat sacram epistolam cum Euangelica lectione, ut auditor domum rediret & eruditior & inflammator ad studium pietatis. Neque gestulationibus ineptie, nec uociferationibus tumultuabatur, sed totus apud se sic promebat uerba, ut sentires ex ardenti ac simplici, sed sobrio pectore proficisci: nec usquam immorabatur ad rædium usque, neque iactabat sese uarijs citationibus nominum, quemadmodum nunc è Scoto, Thoma, Durando, nunc ex iuris utriusque libris, nunc è philosophis, nunc è poetis ceteros frigidos confarcinant, quo populo nihil nescire uideantur. Totus sermo quem promebat, erat sacrae scripturae plenus, nec aliud ructare poterat. Amabat quod loquebatur. Habebat hominem incredibilis quidam ardor pertrahendi mortales ad sinceram Christi philosophiam. Ambiebat ex huiusmodi laboribus martyrij gloriam. Proinde quemadmodum ex illius familiarissimis cognoui, olim a suis autoribus impetrat uentiam ad eundem diuinas regiones, in quibus Christus aut ignoratur, aut imple colitur, se felicem fore iudicans: si hac obiens martyrij palmam meruisset. At è medio cursu reuocatus est, uoce uelut ceclitus audita: redi Ioannes, non defuturum est tibi apud tuos martyrium. Paruit oraculo: & reperit esse uerum, quod uox illa praedixerat. Erat illic monasterium sororcularum, in quo sic erat prolapsa omnis religiosae uitae disciplina, ut lupanar uerius esset, quam monasterium. Et tamen inter has erant quae sanari possent, & cuperent. Has dum crebris concionibus hortatibusque reuocaret ad Christum, octo deplorata ex eo numero conspirarant, & hominem obseruatum in locum semotum pertrahunt, atq; ibi facijs iniectionis praefocant. Nec finem faciunt, donec casu nescio qui interuenientes, impium facinus dirimunt. Atque ille iam exanimatus erat, uixq; reuocatus est, ut spiraret: nec tam è usquam hac de re questus est, ne his quidem quos habebat intimos, nec ullum officium praeremissi, quo solet illarum saluti subuenire. Imò ne uultus quidem unquam uisus est in illas solito tristior. Nouerat autorem huius conspiracy, *in Theologo Dominico episcopi Mericensis*, *in Theologo* *Domino* *episcopi Mericensis*, *in Theologo* *Domino* *episcopi Mericensis*. Nec huic unquam uerbo molestus fuit, tamen nulli homini generi erat iniquior, quam qui doctores ac duces pietatis professi, moribus ac doctrina impia populum à Christo alienarent. Nonnunquam septies concionabatur uno die, nec unquam illi deerat sermonis eruditi copia, quoties de Christo loquendum erat. Quanquam tota illius uita nihil erat nisi sacra concio. Erat alacer, minimeq; terribilis in conuiuio: sed sic, ut nullam unquam praerberet speciem leuitatis, aut ineptiae, luxus, aut intemperantiae multo minus. Miscebat sermones eruditos, plerumque sacros, & ad pietatem facientes. Talia erant colloquia, si quis illum adibat, aut si quem ille uisitet. Aut si quo faceret iter, habebat potentes amicos qui illi itinere multum alioquoties, aut equum subijciebant, quo commodius liceret confabulari, ibi promebat uir optimus exhilarato spiritu quae nullis gemmis poterant aestimari. Neminem ab se tristem dimittebat, immo neminem non dimittebat meliorem, & ad pietatis amorem animatorem. Nihil erat in quo sentire possis illum ulli suo commodo seruire, non uentri, non ambitioni, non auariciae, non uoluptati, non odio, non liuori, non ullis malis affectibus erat obnoxius. Quicquid acciderat, agebat gratias deo: nec aliud erat gaudium, quam si quos inflammasset ad studium Euangelicae pietatis. Nec irritus fuit illius conatus. Complures tum uiros, tum foeminas lucrifecerat Christo: qui quantum differrent ab hoc Christiano mortu uulgo, mors arguebat: uidisses enim huius discipulos summa cum alacritate spiritus mori, &

sub mortem vere cygneam canere cantionem, ea promentes quæ pectus afflatum sacro numine testarentur: quum ceteri peractis caeremonijs, & adhibitis solennibus illis protestationibus fidentes, diffidentes, exhalarent animam. Testis est huius rei medicus eximus eius oppidi Gisbertus, ac pertinax uerae pietatis cultor, qui plurimis utriusque scholæ morientibus adfuit. Pertraxerat aliquot & e sui gregis sodalibus, sed pauciores: quem admodum & Christus apud suos non potuit multas uirtutes facere. nam illis ferè placent qui sua doctrina plurimum commeatus conuehant in culinam, potius quam qui plurimas animas afferunt Christo. Quum autem ab omnibus uicijs abhorrebat animus ille purissimus, ac uere templum Christo dicatum, tum maxime à libidine, adeo ut odore talium grauissime offenderetur, tantum aberat ut turpiloquium ferre posset. In uita uulgi nunquam odiose debacchabatur, neque quicquam adferebat e secretis confessionibus: sed ita depingebat honestatis imaginem, ut se quisque tacitus agnosceret. In consilijs dandis mira prudentia, mira integritas, mira dexteritas. Secretas confessiones non admodum uolens audiebat, sed tamen in hoc quoque seruiebat charitati. ~~an ista adhibenda uideat, ne confessione peccata delinquantur. Super his etiam conueniunt, ut in horum uicijs uesceretur cibus quibuslibet sobrie, & cum gratiarum actione. Vestitus erat nihil ab alijs differens. Solet nonnunquam & ualetudinis causa suscipere iter aliquod, si quando fenferat corpus humore degrauari. Quodam igitur die, quum persolueret pensum precum matutarum cum suo sodali, sensisset stomachum fortassis ob pridianam inedia nauisatem, ingressus domum proximam, sumpsit cibi nonnihil, ac repetito itinere pergebat precari: ibi cum sodalis illius putaret omnia repetenda ab initio, quod primæ horæ precibus nondum dictis sumpsisset cibum, ille alacer negauit quicquam esse admissum, immo deo nonnihil fore lucri. Antehac, inquit, languidi & segnes precabamur, nunc alacribus animis illi dicemus hymnos spirituales, & eiusmodi sacrificijs ille delectatur, quæ ab hilaritate datore offeruntur. Ego quum id temporis diuersarer apud Antonium à Bergis Abbatem Bertinicum, nec nisi post meridiem illic pranderetur, neque meus stomachus ferret tam diuinam inedia, (erat autem tempus quadragesimæ) praesertim quum totus essem in studijs, solebam ante prandium sorbitiuncula tepida fulcire stomachum, quo duraret in horam prandij. Hac de re quum illum consulerem num liceret, ille circumspecto sodali, quem tum habebat laicum, ne quid offenderetur: imò, inquit, peccares nisi faceres, & obibulum ommitteres ista tua sacra studia, tuoque corpusculo faceres iniuriã.~~

Totus inhabitabat in lucrum animarum, cæterum ad instruendam culinam, aut extruendos parietes, ad illectandos dotatos adolentes segnior erat quam illi uellent: etiam si hoc quoque non negligebat uir optimus, duntaxat si quid ad subleuandam necessitatem pertineret, uerum non ut plerique præpostere curabat ista. Imò quendam etiam Thynnium alienaratis erat aulicus, ac prorsus aulicis moribus, foris per omnia cubilia se uoluens, passim matrimonia aliena contaminans, & uxore proderelicta habens, quam habebat & claro genere natam, & aliquot liberorum matrem. Per occasionem euenit, ut hæc quoque seduceretur: illico reiecit mulierculam primo lapsu, qui sibi tot lapsus ignouerat. Illa tandem longius etiam prolapsa, ad extremam deuenit calamitatem, præter infamiam, scabiei etiam, quam Gallicam uocant, obnoxia. Hic cum omnibus tentatis, quo uxorem marito reconciliaret, nihil ageret, nec durus ille, uel affinis respectu, uel liberorum communium affectu, uel sua ipsius conscientia, qui tota adulterijs, qui suo neglectu occasionem dedisset, flesteretur: reliquit hominem cæu deploratum. Is paulo post ex more, petasone aut armum suillum misit. Cæterum Ioannes, nam tum Guardia num agebat, mædarat ianitori ne quid reciperet nisi se uocato. Cum adesset munus, uocatus est: ibi famulis qui deferebant heri nomine, referte, inquit, onus uestrum unde attulistis, nos non recipimus munera diaboli. Itaque tametsi non ignorabant illius uitæ ac doctrinam esse seminarium egregium Euangelicæ pietatis, tamen quoniam non perinde conducebat prouentui culing, iussus est deponere Guardiani munus, quo nihil ille fecit lubentius: et suffectus est illi quidam, quem ego noui, aliunde alctus, homo non dicam qualis, aut quam alteri dissimilis, in summa is mihi uisus est, cui nemo prudens cauleum suum uellet committere: siue hunc obruserunt qui cupiebant abesse, siue is uisus est ad rem magis idoneus. Porro cum ex eius cõuictu subolesceret unus atque alter, qui simili spiritu raperetur ad studium consulendi pietati Christianæ potius, quam ad augendum penu, relegarunt hominem Curtracum in monasterium uirginum: ibi quantum licuit, sui similis docens, consolans, adhortans, diem suum feliciter obiit, relicta aliquot libellis, quos e sacris autoribus decerpserat gallice, quos non dubito tales esse, qualis erat hominis uita & oratio. Et tamen audio nunc à nonnullis damnari, qui putant esse ingens periculum, si populus aliquid legat præter ineptas fabulas historiarum, ~~aut somnium uocantur. Vnde hæc illius doctrina, cum illo tempore per orbem, quousque confecta, uita cæca uidebat hæc esset. Christianos, in iudicis. Sic enim opinari habuit esse. Ceterum illi singularis, quidam ex populo calidum, non igitur nihil adhibere, quia illi in hoc se malebat. Timotheus fuerit uerbum.~~ Habes uere gemmeum Vitrarium nostrum, ignotum mundo, celebrem & clarum in regno Christi. Nunc Coletum huic simillimum accipe. Alterum alteri depinxerã, & uterque alterius uidendi desiderio flagrabat, atque hac gratia Vitrarium in Angliam traiecerat, ac mihi post narrabat Coletus apud se fuisse minoritam quendam, cuius colloquio prudenti pioque mirum in modum fuisset delectatus, sed adhibitum alterum quendam eiusdem ordinis Stoicum, qui uisus indigne ferre, Christianum colloquium interruperit. Ac fortasse Coletus hoc nomine plus laudis meretur, quod nec indulgentia fortunæ, nec impetu naturæ longe alio trahentis, potuerit ab Euangelicæ uitæ studio depelli. Natus est enim e claris & opulentis parentibus, idque Londini. Siquidem pater bis in urbe sua præfecturam summam gessit, quam illi Maioritatem appellant. Mater quæ adhuc superest, insigni probitate mulier, marito suo undecim filios peperit, ac totidem filias. Quorum omnium natum maximus erat Coletus, ac proinde solus hæres futurus iuxta leges Britannicas, etiam si illi fuissent superstites: sed ex omnibus ille superfuit solus, quum illum nosse cœpisset. Ac cesserat his fortunæ commodis corpus elegans ac procerum. Adolescens apud suos quicquid est scholasticæ philosophiæ, diligenter perdidit, ac titulum assequutus est, qui septem liberalium artium scientiam proficitur. Quatum nulla erat in qua ille non fuisset

ignauiter ac feliciter exercitatus: nam & libros Ciceronis audivissime deuorarat, & Platonis Plotinijq; libros non oscitanter excusserat, nec ullam Mathematices partem intactam reliquit. Post tanquam audax bonarum rerum negociator, adijt Galliam, mox Italiam. Ibi se totum euoluendis sacris autoribus dedit, sed prius per omnia literarum genera magno studio peregrinatus, prius illis potissimum delectabatur, Dionysio, Origene, Cyrilliano, Ambrosio, Hieronymo, ~~Archiepiscopo, & ceteris nullis uerbis quibuslibet~~ Neque tamen non legit Scotum ac Thomam, aliosq; ~~quosdam~~ si quando locus postulabat. In utriusque iuris libris erat non indiligenter uersatus. Denique nullus erat liber, historiam, aut constitutiones continens maiorū, quem ille non euoluerat. Habet gens Britannica qui hoc praestiterunt apud suos, quod Dantes ac Petrarcha apud Italos. Et horum euoluendis scriptis linguam expoliuit, iam tum se praeparans ad praeconium sermonis Euangelici. Reuersus ex Italia, mox relicta parentum aedibus, Oxoniae maluit agere. Illic publice & gratis Paulinas epistolas omnes enarrauit. Hic hominem nosse coepi, nam eodem tum me deus nescio quis adegerat, natus tum erat annos ferme triginta, me minor duobus aut tribus mensibus. In theologica professione nullum omnino gradum, nec assequutus erat, nec ambierat; tamen nullus erat illic doctor, uel theologiae, uel iuris, nullus abbas, aut alioqui dignitate praeditus, quin illum audiret, etiam allatis codicibus: siue hoc laudis deberetur Coleti auctoritati, siue illorum studio, quos non puduerit fenae a iuvene, doctorum a non doctore discere: tamen post ultro delatus est doctoris titulus, quem ille recepit magis ut illis gereret morem, quam quod ambiret. Ab his sacris laboribus, regis Henrici eius nominis septimi, fauore Londinum est reuocatus, ac Decanus apud diuum Paulum factus, ut illius praesert collegio, cuius literas sic adamabat. Est autem dignitas eius nominis apud Anglos prima, tamen sunt aliae prouentu magis opimo. Hic uir optimus tanquam ad opus uocatus, non ad dignitatem, collegij sui collapsam disciplinam saluauit, & quod erat illuc nouū, singulis diebus festis in suo templo concionari instituit, praeter conciones extraordinarias, quas nunc in regia, nunc alijs atq; alijs locis habebat. Porro in suo templo non solum sibi carissimum argumentum ex Euangelio, aut ex epistolis apostolicis, sed unum aliquod argumentū proponebat, quod diuersis concionibus ad finem usq; prosequeretur: puta euangelij Matthaei, symbolum fidei, precepcionem dominicā. Et habebat auditorium frequens, in quo plerumq; primores suae ciuitatis & aulae regiae. Mensam Decani quae antea sub hospitalitatis titulo luxui seruierat, contraxit ad frugalitatem. Nam cum & ante annos aliquot in totum abstinuisset a coena, caruit uesperinis conuiuijs. Porro cum ferius pranderet, etiam tum minus habuit multos: sed hoc pauciores, quod & frugaliter esset apparatus, tamen nitidus, & breuis accubitus, deniq; sermones qui non delectarent nisi doctos ac bonos. Consecrata mensa, mox puer aliquis clara uoce distincte pronuntiabat caput aliquod ex epistolis Pauli, aut prouerbij Salomonis. Ex eo delectum locū ipse sepe repetebat, ac sermonis occasionem sumebat, scilicet ab eruditissimis, aut ingeniosis etiam idiotis, quid hoc aut illud dictum sibi uellet. Atq; ita sermonem temperabat, ut quāquam & pius & grauis, tamen nihil haberet tædij, aut supercilij. Rursus sub conuiuij finem, cum iam utcumque satisfactum esset non uoluptati sed necessitati, aliud argumentum iniecit: atque ita conuiuijs dimisit & animo & corpore refectos, ut meliores discederent, quam uenerant, & stomachum minime cibis onustum referrent. Impense delectabatur amicorum colloquijs, quae saepe differebat in multam noctem: sed omnis illius sermo, aut de literis erat, aut de Christo. Si grati confabulonis non erat copia (nec enim quibuslibet delectabatur) puer aliquis e sacris libris aliquid pronuntiabat. Me nonnunquam & peregrinationis comitem ascitit, nihil erat illic eo festiuus: sed semper libellus erat itineris comes, nec alij sermones, quam de Christo. Impatiens erat omnium sordium, adeo ut nec sermonem ferret solæcum ac barbarie spurcum. Quicquid erat domesticæ supellestilis, quicquid apparatus in cibis, quicquid in uestibus, quicquid in libris, nitidum esse uolebat, de magnificentia non laborabat. Non nisi pullis uestibus utebatur, quum illic uulgo sacerdotes ac Theologi uestiantur purpura. Summa uestis semper erat lanea ac simplex, si frigus hoc postulabat, interuulsis pellicijs se muniēbat. Quicquid e sacerdotijs redibat, id in usus domesticos oeconomo suo dispensandum reliquit: quod erat patrimonij (erat autem amplissimū) ipse in pios usus distribuēbat. Nam patre defuncto, cum ingentē pecuniam uim accepisset

accepisset ex hereditate, ne seruata gigneret in eo aliquid morbi, nouam scholam extruxit in cœmiterio sancti Pauli, puero Iesu sacram, opere magnifico: adiecit aedes magnificas, in quibus agerent duo ludi magistrī, quibus amplum salarium designauit, quo gratui to docerent, sed sic, uti schola non capiat nisi certum numerū. Eam distinxit in partes quatuor. Primus ingressus habet ceu Catechumenos. Nullus autem admittitur, nisi qui saniorit & legere & scribere. Secunda pars habet eos quos hypodidascalus instituit. Tertia quos superior erudit. Alteram ab altera dirimit uelum quoddā quod adducitur, ac diducitur quum libet. Supra cathedram praecceptoris seder puer Iesus singulari opere docentis gestu, quem totus grex adiens scholam ac relinques hymno salutat. Et imminet patris facies dicentis: ipsum audite. nam haec uerba me autore ascripsit. In postremo sacellū est, in quo licet rem diuinam facere. Tota schola nullos habet angulos, aut secessus, adeo ut nec coenaculum sit ullum, aut cubiculum. Pueris singulis suus est locus in gradibus paulatim ascendentibus, distinctis spacijs. Quaeque classis habet sedecim, & qui in sua classe praecellit, sellulam habet caeteris paululo eminentiorem. Nec quosuis admittunt temere, sed delectus sit indolis & ingeniorum. Vidit illud uir perspicacissimus, in hoc esse praecipuam reipublicae spem, si prima aetas bonis rationibus institueretur. Ea res quum confert immensa pecunia, tamen nullum in huius consortium admisit. Quidā legarat in eam struendam centum libras monetæ Britannicae, ubi sensit Coletus hac gratia sibi nescio quid iuris uindicare laicos, permittu episcopi sui, eam pecuniam contulit in sacras uestes templi. Reditus totiq; negotio praefecit non sacerdotes, non episcopum, aut capitulum, ut uocant, non magnates: sed ciues aliquot coniugatos, probatae famae. Roganti causam, ait, nihil quidem esse certi in rebus humanis, sed tamen in his se minimum inuenire corruptelae. Atque ut hoc opus nemo non probauit, ita multi demirabantur, quum magnificentiā mas aedes extrueret intra pomeria monasterij Carthusiensium, quod non procul abest a regia quae dicitur Richemonda. Aiebat se parare sedem illam suae senectuti, quum iam impar laboribus, aut morbo fractus cogeret se submouere ab hominum consortio. Illic erat animus philosophari cum duobus aut tribus amiculis eximij, inter quos me solitus est numerare, sed mors anteuerit. Nam quum ante paucos annos correptus esset sudore pestilentis, qui morbus peculiariter infestat Britanniam, & ab eodem tertio repetitus, utcumque tamen reuixit, sed ex morbi reliquijs contracta uiscerum tabes qua periit. Medicus unus hydropem esse iudicauit. Anatomia nihil indicauit noui, nisi quod epa reperitū est extremas fibras citris prominentibus hirsutū. Sepultus est ad australe chorilatus in suo templo humili sepulchro, quod in eum usum iam ante annos aliquot delegerat, inscriptio ne addita: I O A N. C O L. Finem faciā mi Iona, si pauca commemoraro, primū de ipsius natura, deinde de opinionibus paradoxis, postremo de procellis quibus explorata est hominis ingenua pietas, cuius minimam portionem debebat naturae suae. Siquidē animo praeditus erat insigniter excelso, & omnis iniuriae impatientissimo, ad uenerē ac luxum ac somnum mire propensus, ad iocos ac facetias supra modum procliuus: haec ipse mihi confessus est; nec omnino tutus a morbo philargyriae. Aduersus haec ita pugnauit philosophia, sacrisq; studijs, uigilijs, ieiunijs ac precibus, ut totum uitae cursum ab huius seculi inquinamenti purum peregerit. Nam quātum mihi licuit ex illius consuetudine, colloquijsq; familiaribus colligere, uirginitatis florem ad mortem usq; seruauit. Opes in pios usus dissipauit, aduersus animi celsitudinem ratione pugnauit, adeo ut a puero quoq; moneri se pareretur. Venerem, somnum ac luxum, abstinentia coenae perpetua, iugi sobrietate, indefessis laboribus studiorum, sanctisq; colloquijs profligauit: & tamen si quando sese obtulisset occasio, uel iocandi apud facetos, uel colloquendi cum foeminis, uel accubendi in opiparis conuiuijs, uidiſſes aliqua naturae uestigia. Et ob id ferē a laicorum consuetudine abstinuit, sed praecipue a conuiuijs: ad quae si quando cogebatur, me aut mei similem adhibebat, quo latinis fabulis declinaret prophana colloquia. Atq; interim sumpto ex uno tantum genere cibi pusillo, uno aut altero ceruiciae hauſtu contentus erat, a uino temperas, quo tamen delectabatur eleganti, sed temperatissime utens. Ita se sibi semper habens suspectum, cauebat ab omnibus, quibus esse posset offendiculo cuiq;. Nec enim ignorabat omnium oculos in se coniectos. Nunq; uidi ingenium felicius, atq; ob id similibus ingenijs unice delectabatur: sed ad haec se malebat demittere, quae praepararent ad immortalitatem uitae

futura. Nulla in re non philosophabatur, si quando se laxaret fabulis amcenioribus. In pueris ac puellis delectabat naturae puritas ac simplicitas, ad cuius imitationem suos uocat Christus, angelis eos solitus comparare. Iam ut alteram exsoluam partem, opinionibus à uulgo multum distidebat, sed mira prudentia hac in re sese attemperabat alijs, ne quos offenderet, aut ne quid labijs in famam contraheret, non ignarus quam iniqua sint hominum iudicia, quamque prona in malum credulitas, quantoque facilius sit maledicis linguis contuminare famam hominis. Quae benedicis sarcire inter amicos ac doctos liberrime profitebatur quid sentiret.

~~exce...~~ Cum apud Anglos mos sit, ut sacerdotes fere quotidie faciant rem diuinam, ille tamen contentus erat diebus Dominicis ac festis sacrificare, aut certe pauculis diebus extra hos, siue quod sacris studijs, quibus se parabat ad concionandum, & ecclesiae suae negocijs distineretur: siue quod comperiret se maiore cum affectu sacrificare, si id ex interuallo faceret: haud quaquam tamen improbat illorum institutum, quibus placeret quotidie adire mensam dominicam. Cum esset ipse doctissimus, tamen anxiam hanc & laboriosam sapientiam non probabat, quae ex omnium disciplinarum cognitione, & ex omnium aurosum lectione, uelut ansis omnibus absoluitur: dicitans, ita deteri naturam illam ingenij sanitatem ac sinceritatem, hominesque reddi minus sanos, & ad Christianam innocentiam, puramque & simplicem charitatem minus idoneos. Plurimum tribuebat epistolis apostolicis, sed ita suspiciebat admirabilem illam Christi maiestatem, ut ad hanc quodammodo sordescerent apostolorum scripta. Omnia fere Christi dicta, miro ingenio reuocarat ad terniones, unde & librum instituerat scribere

Recte loquendi copiam non ferebat perire praereptionibus grammaticorum, quas alleuerabat officere ad benedicendum, nec id contingere nisi euoluendis optimis autoribus, sed huius opinionis ipse poenas dedit. Cum enim esset & natura & eruditione facundus, ac diceret mira suppeteret orationis ubertas, tamen scribens subinde labeatur in his, quae solent notare critici. Atque haec, ni fallor, gratia à libris scribendis abstinebat, atque utinam non abstinuisset: nam huius utriusque cogitationes, quaecumque etiam lingua, proditas optarim. Iam ne quid defuisse putetur absoluta Coletii pietati, tempestates quibus agitur est accipe. Nuncque illi bene congenerat cum suo episcopo, de cuius moribus ne quid dicam, superstitiosus atque inuidiosus erat Scotista, & hoc nomine sibi semideus uidebatur: quod quidem ex genere cum alleuerat nocentem, quod nomen in episcopo non habere, naturam tamen illam quae in magno quidem gradu, possit prope dicitur Christianum. Nec admodum gratus erat plerisque suis collegijs, quod tenacior esset disciplinae regularis, ac subinde quiritabantur se pro monachis haberi, quamquam hoc collegium olim fuit, & in uetustis syngraphis uocatur orientale monasterium. Sed cum iam odium senis episcopi, erat enim non minor annis octoginta, atrocus esset, quam ut premi posset, ascitis duobus episcopis aequae cordatis, nec minus uirulentis, incipit Coletus negocium facessere, non alio telo quam quo solent isti, si quando cui exitium moliantur. Defert eum apud archiepiscopum Cantuariensem, articulis aliquot notatis, quos ex illius concionibus decerpserat. Quorum unus erat, quod docuisset non adorandas imagines: Alter quod sustulisset à Paulo laudatam hospitalitatem, qui enarrans illud ex Euangelio, pasce, pasce, pasce oues meas, cum in prioribus duobus cum reliquis interpretibus consentiret, pasce exemplis uitae, pasce sermone doctrinae, in tertio dissensisset, negans conuenire ut apostoli, qui tum erant pauperes, iuberentur oues suas pasce re subsidio temporali, & huius loco aliud quiddam substituisset. Tertius, quod cum in concione dixisset, quosdam de charta concionari (id quod multi frigide faciunt in Anglia) oblique taxasset episcopum, qui ob senium id solitus sit facere. Archiepiscopus, cui Coletii dotes erant egregie cognitae, patrocinium innocenti suscepit, & iudice factus patronus, cum ipse Coletus ad haec aliaque stultiora, responderi dedignaretur. Non contempsit tamen senis odium, tentaui aulam regiam in Coletum concitare, atque in primis regem ipsum, iam aliud telum nacti, quod publice dixisset in concione, pacem inquam praeferebam bello aequissimo. Id enim temporis adornabatur bellum in Gallos, & huius fabulae non minimam partem minoritae duo agebant: quorum alter fax belli, mitram meruit, alter bonis lateribus uociferabatur in concionibus in poetas: Sic enim designabat Coletum.

cum is à poeticis numeris esset alienissimus, alioqui nō imperitus musices. Hic rex egregius iuuenis dedit euidens specimen ingenij sui regno dignissimi, priuatim hortans Coletum, pergeret sua doctrina libere succurrere moribus eius seculi corruptissimis, neque subduceret lucem suam temporibus tenebricosissimis: se non ignorare quid in illum stimularct episcopus illos, neque nescire quantum ipse fructus attulisset genti Britannicæ sua uita, sacraque doctrina. Addebat sese sic cohibiturum illorum conatus, ut alijs liqueret non impune fore, si qui Coletum impeterent. Hic Coletus egit quidem gratias pro animo regio, cæterum quod obtulit, deprecatus est, negans se uelle, ut cuiquā peius esset sua causa, se potius cessurum munus quod gerebat. Sed aliquanto post data est illis ansa, ut sperarent iam posse cōfici Coletū. A pascha parabatur expeditio in Gallos: in die pasceues, Coletus apud regem & aulicos mire concionatus est de uictoria Christi, adhortans Christianos oēs, ut sub regis sui uexillo militarent ac uincerent. Etenim qui odio, qui ambitione mali pugnarent cum malis, seque uicissim trucidarent, nō sub Christi, sed sub diaboli signis militare: simulque ostendit, quā res esset ardua, Christianam obire mortem, quā pauci bellum susceperent non odio aut cupiditate uictati, quā uix consisteret eundem habere fraternam charitatem, sine qua nemo uisurus esset deum, & ferrum in fratris uiscera demergere. Addidit, ut Christum principem suum imitarentur potius quā Iulios & Alexandros. Multaque alia tum declamauit in hanc sententiam sic, ut rex non nihil metueret, ne hæc concio adimeret animos militibus, quos educebat. Huc uelut ad bubonem omnes conuolant mali, sperantes fore, ut regis animus iam in illum posset exacerbari. Accersitus est Coletus iussu regis, uenit, prorsus est in monasterio Franciscanorum, quod adharet regis Grienuuiceni. Rex ubi sensit, descendit in ortum monasterij, & Coletus prodeunte, dimisit suos omnes. Vbi solus esset cum solo, iussit ut tecto capite familiariter colloqueretur, atque ita exorsus est iuuenis humanissimus: Ne quid temere suspiceris Decane, non huc accersui te, quo turbem tuos sanctissimos labores, quibus unice faueo, sed ut exonerem conscientiam meam serupulo aliquot, tuoque consilio rectius satisfaciam officio meo. Verum notum colloquium repetam, quod ferè sesquihoram productum est: interim in aula ferociebat Bricotus ex Franciscano episcopus existimans periclitari Coletum, cum per omnia conueniret illi cum rege; nisi quod rex optabat, ut quod Coletus uere dixisset, diceret aliquanto explanatius ob rudes milites, qui secus interpretarentur, quā ipse dixisset uidelicet Christianis nullum esse bellum iustum. Coletus pro sua prudentia, proque singulari animi moderatiōe, non solum animo regio satisfacit, uerum etiam auxit gratiam pristinam. Vbi reditum est in regiam, rex dimissurus Coletum, alato poculo præbabit, & cōplexus hominem humanissime, omniaque pollicitus, quæ sint ab amantissimo rege expectanda dimisit. Iam aulica turba circumstantes, expectabat exitum eius colloquij. Ibi rex omnibus audientibus, Suus, inquit, cuique doctor esto, & suo quisque faueat, hic est doctor meus. Ita discesserunt quidam lupi, quod aiunt, hiantes, & præcipue Bricotus. Nec ab eo die quisquam est ausus impetere Coletum. Habes Iodoce duos quos ætas nostra tulit, mea sententia, uere syncereque Christianos, nō tam depictos, quā delinatos, quantum passa est epistolaris angustia. Tuum erit ex utroque decerpere, quod tibi uidebitur ad ueram pietatem maxime conducere. Jam si quæres utrum alteri præferam, mihi uidentur pari laude digni, cum dissimili fuerint conditione. Siquidem ut magnum erat, Coletum in ea fortuna constanter sequutum esse, nō quod uocabat natura, sed quod Christus: ita speciosior est laus Vitrarij, quod in eo genere uitæ tantum obtinuerit ac præstiterit spiritus Euangelici: perinde quasi piscis in palude uiuens, nihil trahat de sapore palustri. Sed in Coletus quædam erant, quæ testarentur illum hominem esse: In Vitrario nihil unquam uidi, quod ullo pacto saperet affectum humanum. ~~Quod si uiderem, non dubitarem, sed etiam in hunc modum scriberem. Felices animæ, quibus ego multum debeo, uestris precibus adiuuate luciantem adhuc in huius uitæ malis Erasmus, ut in uestrum contubernium remigrem, nusquam postea diuellendus. Vale mi Iona. Bene habet, si tuo desiderio feci satis: nam argumento scio nequaquam esse satisfactum. Ex iure Anderlaco. Idus Iunij. Anno M. D. XIX.~~

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

PER ABAM meas literas aliquid ponderis habituras fuisse apud Brixium. Sed ecce prodijt ac prostat hic Antimorus eius, qui liber, uellē autoris ipsius causa, cui faueo ob animū eius uel in bonas literas, uel in me (quod eius declarant scripta) propensum, aut perpetuo latuisset, aut certe Brixius fuisset imitatus tuorum epigrammatū modestiā ac ciuilitatē: quæ & ipsa tamē optassent nunquā potius essent ædita, quæ ut hic tumultus tragicus inter uos fuisset excitatus, nō sine dispendio bonarū literarū: quas non uideo posse consistere, nisi aduersus tam pertinacem barbarorū conspirationē illas defendat eruditorū numerus, iunctaque umbone phalanges. Verū quando fieri non potest, ut quod factū est fiat infectū, cupio uehementer, ut malum germen, quod parum faustis auibus enatum est, opera nostra curetur, ut si radicibus euelli non possit, saltem ne serpat latius. Quod ut ego mi More cupiam, non Brixij tantū causa, cui ualde faueo, me mouet: uerum etiā, cui multo adhuc magis faueo, tua. Non quod arbitrer esse periculum, ne Antimorus eius quicquā obliuiscat famæ tuæ, quæ utinā non plus nocuisset ipsius: sed plane metuam, ne si tu respondendo rationem in illum regefferis, fiat ut quod nunc de illo sentiunt oēs, idem posthac de utroque sentiant. Scio quæ difficile sit, ad tam aculeatū undique libellum respondenti temperare à conuicijs: & tamen si quid eam in partem pecces tu, nemo qui te noirit, tam facile putabit ignoscendum tibi, quā ignoscet Brixio. Nam ut nihil interim de utriusque eruditione dicam, tua certe conditio, tua dignitas, ac rerū usus exigat, ut eiusmodi rixas non minus ineptas, quā uirulentas negligas potius, quā ut conuicijs accurate retalies. Audio quotidie quid post æditum libellum eruditi loquantur de Brixio: quæ ut de illo non libet audire, ita de te multo minus audire uelim. Quam obrem quum sentiam, quā arduum sit tam uirulento libello lacepsitum, sic attemperare responsum, ut nihil indulgeas affectibus: optimum certe censeo, si rem totam, ita ut mereatur negligas, atque contempnas. Neque uero hoc tibi consulerem, optime More, si quicquam esset in Antimoro, quod tibi sic labem aspersisset ullam, ut operæ precium sit eam curare abstergendam. Sed omnia plane sunt eiusmodi, ut inter legendum quisque respondeat sibi. Nam omnes uident Brixium id in te reprehendere, quod tam temere tamque præpropere ædideris tua epigrammata, quæ tu nec adhuc ædidiisti: cum pleraque tibi ante annos plus uiginti scripta sint, omnia ferme ante annos decem. Vident illum uellicare pro erratis tuis, quorum alia sunt excribentis, alia typographi, & in his pleraque talia, ut nisi damnatis summis autoribus reprehendi non possint. Vident epigrammata tua quæ feceras in Chordigeram, iam olim esse scripta flagrante bello: nec fuisse causam Brixio, ut nunc tot annis post initam & confirmatam pacem, bellicum tumultum renouaret. Vident Brixium in epitaphio Abyndonij ludere manifesta calumnia dissimulatē quod dissimulari non potest, illic opera datā affectatā carminis ineptiam. Cæterum quæ parte infectatur id carmē, quo tu gratularis auspicijs regnum ineuntis principis, usque adeo nemo doctorum in Brixio non desiderat animi calamiq; moderationem, ut ego non pessimus, ut scis, amicorum patronus, haud alium inueniam colorem illius excusandi, quā quod ita senserit Britannicarum rerum ignorantia: quas si compertas habuisset, neque scripsisset ea, & uel iratus fuisset fallus, regem abs te laudibus uere regis magnifice laudatū esse. Hæc mi More, cum omnes & sentiant, & fateantur, quid restat causæ cur te torqueas respondendo, hoc est rem, quod aiunt, actam agas, non alio fructu, quā ut uentis in periculum, ne famæ iacturam, quam nunc solus apud eruditos patitur Brixius, tibi facias aliqua ex parte communem, si forte (quod haud facile uitare possis, ubi calamus ut sit incaluerit) respondeas inclementius, & conuicia repenses conuicijs. Non minima portio tuarum laudum est, ingenij lenitas, perpetuaque morum suauitas, unde nolim ego quicquam decedere. Sin tibi decretum est dicitur ingredi uia (nam audio librum tibi aduersus eum iam in manibus esse) uelim te excuses tantum, & maleuolentiæ crimen, prouocatoriæque perulantia, sic abs te depellas, ut in aduersarium non regeras, ac ratione pugnes non iurgijs, illius inuidiam tua cum mulaturus modestia: tamen, ut sic quoque rem geras, multo certe malim tacere te, ut quæ tota res obliteretur silentio. Quod ut illico fieri non potest, ita paulatim poterit, te ut spero uolente. Scripseram Brixio, ut Antimorum, quam tum audiebam eum meditari, præmeret: & si fuisset in tabellario diligentia, persuasisset, si uerā scribit Brixius. Verum (quod

(quod ex eius responsione uides) liber iam erat sub prelo, priusquam meam uideret epistolam. Abs te uero mi More mihi plus profecto, quam à Brixio polliceor, cui cum uideam persuasurum fuisse me, si me ad illum literæ uenissent in tempore, dubitare non deo, quin abs te facile sim impetraturus, ut mea causa tantum impetres ab affectibus tuis, ne cum qui & me amat, & uicissim amatur à me, magis etiam oneres nouis libellis. Ab alterutro proficiatur oportet huius contentione finis, nisi litem alterna reciprocatione perpetuam esse uelis. Et tua dignitas, tuq; mores hoc postulant, ut abs te potius sit huius rei initium, crede mihi mi More, tamen si Brixius hac in re ita se gessit, ut nunc fortassis etiam ipsum poeniteat, & si res esset integra, non sit facturus: neque enim quisquam tam felix est, ut omnibus horis sapiat: tamen is est, quem si nosset propius, hominis tum ingenio, tum literis delectareris, neque quenquam alium facile reperies, quem iudicares amore tuo dignior rem. Neque debes ab omnibus tam sedatos affectus exigere, quam omnes ferme pro ceteris factis tuis, proque spectata iam diu prudentia prorsus expectant ab te. Brixius quamquam in Chordigera sua quaedam scripserat, in qua tu lacessitus prius, iure potueris acerbius etiam, praesertim ut tum res erant, rescribere: tamen postquam epigrammata tua lepore quodam omnibus adblandientia, omnium risus excitassent in illum, mirari non debes, si iuuenis natura uehemens, famaque appetens, aliquantulum à consideratione sui facti dolore quodam animi totus in tuos uersus auersus, sibi putabat iniuriam fieri, quam se non animaduertit, neque merito, nec idoneo tempore uindicare. Scio te non tanti facere pauca illa epigrammata, quae lusisti in illum, quin pati possis, ut in meam gratiam aboleantur, qui nisi monuisses sero, hoc tua sponte curabas olim, quum totum librum non liber ter audires proditurum in publicum. Igitur efficiam, ut è tua uoluntate, cum posthac excusetur liber, omittantur illa, atque uicissim ne propagetur Antimorus, ita fiet ut si nihil accedat alimentum, ignis iste paulatim emoriatur. Quod si tam obfirmato animo decreuisti litem hanc persequi, tamen per amicitiam nostram, neque nouam neque uulgarem, precor etiam atque etiam dispicias, ut rem tractandam contemneres. Ego si detur optio, (ut dixi) tacere malim, ac rem plane contemnendam contemnere. Id si fieri non potest, quod proximum est optarim, ut quod & haecenus abs te curatum est, eruditione tantum & causa, non etiam male dicentia uincere pergas: ut quoniam alterum amicum habere me uideo, non nihil hoc infelici casu mutuum, alterum saltem qui mihi sic est charus, ut unum omnibus habeam potior rem, possim perpetuo seruare integrum, felicior futurus, si utrunque liceat. Etenim quum nihil sit homini preciosius fide bonoque amico, par est nullius rei iacturam quam amicitiae, ducere grauiorem. Haec scripsimus in medijs turbis, in quibus nos non ignoras uersari. Bene uale amicorum sincerissime. Antuerpiae sexto Cal. Maij. Anno M D XX

THOMAS MORVS ERASMO

ANTIMORVS, mi Erasme, Brixij iam diu Londini fuerat, priusquam tuae ad me literae peruenirent. Mirabar aliquantulum, quam rem tam ualde uelales, cur de ea tam sero scriberes: nisi aut Antimorus forte serius aliquanto peruenit istuc: aut ideo fuisti segnior, quod donec accepisses me libellum parare contra, putasti fore, ut eius librum, utpote auctori potius quam mihi notum, neque plane dignum cui responderetur, mea sponte contemnerem: id quod ego profecto, mi Erasme, fecissem, nisi amici quidam & doctissimi simul & prudentissimi suassissent aliter, quibus Brixius etsi magis irrisus est quam inuisus, tamen haudquaquam ita charus erat, quam est ut uideo tibi. Nam ego iam ferme biennium, quum audiuissem eum moliri talia atque in animo habere ad eum ipse scribere, idque quam potuissem amantissime: simulque ea consulere, quae magis aliquanto in rem ipsius fecisse fuerat, quam quae nunc intemperanter fecit: intellexi interea nuncijs è Lutetia certissimis, adeo hominem in abruptum ferris suis affectibus, ut nullis amicorum suavis potuerit cohiberi, non Beraldi, non Lascaris, non Budaei (uides qualium uirorum) consilij retrahi. Non Deloini demum uiri tanti, non reuerendissimi Cardinalis, qui nuper illic obiit, autoritate commoueri. Sic intabescibat ulciscendi libidine, & tanquam Narcissus amore quodam suorum ipse uersuum depeibat misere, quos tamen quotidie nouos uelut è cunis excepti sobolem in mensam nunc Deloini

Deloini, nunc Cardinalis circumferebat exofculans: nec semper inde laetus referebat domum, quum à uiris doctis & grauibus audiret interdum talia, qualia si sapuisset, ipse dixisset sibi. Quorum mihi multa cum alij scripserunt illinc, tum Ioannes quidam natione Graecus, homo Latina lingua iuxta doctus ac sua, probis moribus, & indubitatae fidei plurimam retulit coram: quibus cum sentirem Brixium impotentius abripit, quam ut atrectari pateatur, mutauit consilium, atque à scribendi uoluntate destitit. Simul cogitabam, etsi haecenus indulgeret animo, ne penitus uellet tacere, tamen quoniam in eam rem tam multum studij, tam multum impendebat temporis, in quo non erat ablimile ueri, primum illum animi calorem ac uelut impetum quemdam qui subitis rebus imponit, spacio & mora deferuere, foci eum lustrum ac salibus à iurgijs uero conuicijs & calumnijs omnino temperaturum sibi, ne merito iudicaretur importune maledicus, si acerbius in pace laederet, quam laesus esset in bello. tum quoniam ante annos septem Chordigeram eius legeram, quae tamen multis & inuentione & economica, & sermonis uicij abundabat, praese ferebat tamē specimen eius ingenij, quod annis possit (quos nunc accessisse uidebam) aliquando maturatur: sperabam eum doctum aliquid atque excussum aediturum, quod me quoque in quae uidebatur oblectaret, quae iocum aliquanto liberior non admodum solet offendere. At ubi prodijt preclarus iste Brixij partus Antimorus, Morycho plane moroteros, ueneno quouis uirulentior, & indoctior ipsa Chordigera, nihil aliud quam, ut par erat, irrisi, illud interea mecum *ἄπο τὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἔχοντα ἔργον ἀντιμωρίας*. Et Hercle quemadmodum Aetnae carbonem exussit Empedoclem, ita carbonem isti similem captantem gloriam, ustularunt Brixium, ac reddiderunt carbone quouis atriorem: eoque nec omnino quicquam respondere statueram. Verum alij aliter uisum est, quorum ego iudicij in meis rebus magis fidebam quam meo. hi quamquam faterentur neminem esse literatum usquam, cui non facturi sint nauis, tam infusa tam uirulenta deliria: calumnias eius cenfebant, & si perabsurdas atque ineptas, ad haec nec obscuras, si quis attendat satis proram puppimque negocij, non fore tamen satis liquidas multis, qui fortasse legerent eius Antimorum, quum neque Chordigerae, neque meorum epigrammatum facultas futura sit. Suaserunt igitur, ut haec omnia in unum librum cogerem et lectoris pariter subijcerem oculis. Tum ut meo scripto negocium non nihil illustrarem, sic ut legenti nihil requiratur amplius, nisi iudicium suum. Vides Erasme charissime, quid nos ad rescribendum compulsi. Quamobrem non necesse habeo tuis respondere rationibus: quando nisi aliud me perpulisset alij, fuerim ipse tibi semper *ὁμολογῶ*. At quod tibi uideo persuasisse Brixium, negligentiam tantum tabellarij tui contigisse quo minus effeceris, ut ille perpetuo presserit Antimorum suum, uehementer mi Erasme demitor, id sic acceptum tanquam probatum tibi. Quid ni credam, inquis, quando Beraldo atque Budaeum utrunque tam spectatae fidei testes producit in iudicium. Producit Erasme non nego fidei tanta uiros duos, ut utriuslibet fides in quatuor re facere fidem possit. Quid obstat, inquis, ergo quum quod ait Brixius uicerit? Hoc unum mi Erasme, quod quum duos testes producat, utrunque producat auritum, oculatum uero neutrum, quum plus in iudicij ualeat oculatus testis unus, quam auriti decem, Quid enim aliud possunt testari Beraldo ac Budaeo, quam sese ex ipso audiuisset Brixio, Antimorum illo aut illo die fuisse sub prelo? Hoc enim significat Brixius, quum se dicit illis additionem Antimori indicasse aliquot ante diebus, quam tuam legisset epistolam. Ergo tu Beraldo credes & Budaeo, sed cui interim credent illi an non ipsi Brixio? Vides ne nunc Erasme speciosum istud testimonium, quem ne ego heri uidi ad uos adferri uesperis, ut exiret denique in suffarctatam Cantbarame? Ut illud omittam interim, quod nullos unquam testes potest producere, non ante sibi lectam epistolam tuam, quam uidisset excusam, quum potuerit acceptam dissimulare, ut ista causa post apud te liceret uti integra. Praeterea quum Antimorus eius constet quater nonibus non plus octo, qui totidem diebus solent excudi, nec dimidium ex Brixij uerbis colligitur peractum esse quum tuas literas legeret, in angustum sane cōpingit illos aliquot dies, quibus ait se Beraldo & Budaeo indicasse additionem. At cur, inquis, fingeret istud Brixius? A deo tibi mirum uideatur, si uel animi causa fingat homo poeticus: quam suberat etiam causa, cur fingeret. Nam quum uterque frequenter admonisset, ne tam ineptum libellum, ac muliebriter iurgiosum aederet, uolebat fortassis experiri, an eodem animo accepturi forent quum fecisset, quo tam saepe consuissent ne faceret.

Accidit

Accidit enim nonnunquam, ut quod ne fiat obstitimus acriter, dum res est integra: id ubi in eum locum uenit, ut non possit corrigi, patiamur, et uicium quoad licet, uerbis integramus. Ac ego mi Erasme, quo uere uidere possis, quanto uerius Morus tibi paratus sit obtemperare quam Brixius, quanquam quum tuæ ad me uenirent literæ, liber non quidem sub prælo esset, sed totus esset excusus: atque id docere possim non duobus auribus testibus qui ex me audierint, sed oculatis plusquam decem, qui suis uiderint oculis: imò testibus opinor oculis ipsius tuis, utpote ad quem librum ante hanc epistolam peruenisse non dubitem: quam ad eius additionem tot amicorum consilijs urgerer, tamen ubi tuas literas accepissem, cuius unius apud me sententia omnibus omnium calculis præponderat, non sum imitatus Brixium: cui quum sit, ut scribit, crumena semper ære grauis, tamen tanti fecit monitionem tuam, cuius, ut ait, nutus obseruat, ut non sustinuerit tantillum sumptus impendere, quo libellos illos uniuersos coemeret, atque in ignem semel conijceret: ut tantas eius ineptias, nomen illud Brixij, cuius illustratio desiderio nimis quam misere sitit, infamaturas omnium subduceret oculis. Ego uero, mi Erasme, præter eos duos quorum alterum iam ad te miseram, alterum ad Petrum Aegidium, atque alios quinque quos uendiderat typographus (nam quum primum profarent ac cepissent auide flagitari, tua comòdum interuenit epistola) coemi uniuersos, eosque clausos adseruo, ut priusquam aliud inuenerit ex me, possimus, imò possis potius ipse tecum statuere, quid à me uelis fieri. Quamobrem tu te nunc, mi Erasme, etiam atque etiam dispice in eius amici causa quid statuas, qui quicquid statues obtemperare constituit. Nam quod suades, ut quicquid in Brixium scripseram omittatur, quum epigrammata mea denuo continget excudi, atque ut Antimorus Brixij uicissim non propagetur amplius: ego mi Erasme, quod ad Brixium pertinet, multis mihi uideor cōiecturis colligere, magis tenerum eius in suos uersus animum, quam ut abduci patiatur ab eo studio se, quo charissimæ foeturæ suæ quoad eius fieri potest procuret aternitatem. Mea uero epigrammata nunquam admodum animo placuerunt meo, id quod & ipse mihi Erasme conficius es: cui & quibusdam alijs nisi liber ille arrisisset amplius, quam ad blanditus est mihi, nusquam fortassis extaret hodie. Nunc uide ut rerum uices inuersæ sunt. Si conditione cau- tum esset inter nos, ut ex epigrammatis meis tibi liceret quæcumque uelles transigere, modo ne ius in pauca quæpiam sit, quæ mihi liberet excipere, iam quos in uersus solus tu ex pacto ferrum stringeres, eos ego solos exceptione defenderem. Adeo mihi coeperunt ad blandiri, postquam eos uideo multis commendari uirulenta atque inepta uersificatione Brixij. Nec tamen istud dico quo minus tibi quiduis liceat in mea, cui quiduis etiam licet in me. Iam quod ais eum esse Brixium, quem si pernoffem intimius, eum sentirem talem, quo nemo sit amore meo dignior: equidem mi Erasme, non me pro tanto uiro gero ut tam tenui quenquam conditione uideam, quem indignum censeam amore meo, modo ne sit improbus, qui non amari debeat quoquam: eoque Brixium facile assentior non indignum esse, qui maiorum sit amore uiuorum dignus quam ipse sum. Nam omnino uidetur aliquanto plus habere, non dico superbiam, sed plane generosi cuiusdam spiritus & magnificentiæ, quam ut ad pusillam hanc atque humilem indolem meam possit usquequaque congruere, nisi in amicitia tam male copulari uellem, quam male inæquales ueniunt ad aratra iuuenti. Nec tamen eam, mi Erasme, te cōsulente recusem, qui me uel ad parendum præstantioribus facile possum componere. Certe quod ad eruditionem eius attinet, studiosum esse credo, & non omnino stupidum, tum quem aliquando alium reddet usus. Cæterum in his quæ ædidit hæcenus, ut uere dicam, id quod etiam docere possum, neque solocismis caret, neque numeris satisfacit, & ingenio frequenter magis labitur, quam ut puero concedi possit. Et tamē qualis qualis est, non tanti memet facio, ut me illi posse censeam eruditione cōferri, quum tu, mi Erasme, uel amore cæcutiens, uel (quod uerius certe puto) quadam erga me ciuilitate præferas. Et ut ingenue dicam, adeo illum non odi, ut postquam animo nunc defecatiore sum factus, ad amem etiam literarum gratia. Verum in causa quid fieri uelis expende diligentius priusquam imperes. Nam plane si non respondendo, putabor multis huius ineptissimæ rixæ præbuisse causam, & nihil quicquam prouocatus, tamen probris, diris & execrationibus infectatus illum: quod non minus fuisset inhumanum, quam nunc saluum esse docui, si tu librum patieris exire: in quo quod secundo loco mones, ut si omnino decretum sit emittere, curandum mihi sit, ut

(quod

(quod hæcenus me præstitisse dicis) eruditione tantum uidear & causa Brixij non etiam cōiicijs uincere: Ego mi Erasme ut eruditione cōuentus sim si Brixio cōpar sim, ita causa non dubito quin longe sim superior, quantum uis suam Brixius asserat bonam, facilem, uita cibilem, quod principium ex arte solet adhiberi ad defendendam noxiam. Cōiicijs profecto facile me uinci patiar, quo armorum genere nunquam uugnare statui. Et tamen fieri potest ut quod mihi mea facit iniuria nihil acerbum uideri, idem alius cui non idem rei sensus est, iudicet esse mordaculum. Quod si fors acciderit uspiam, non adeo reuerebor æquitate lectorum, quin & in me quoque mi Erasme, quantumcumque grauem personam tuus nobis imponat amor, qui magna de me fingit omnia, tamen dum adhuc inter mortales uersor, nondum plane relatus in diuos, ut in re ridicula rideamus: non verebor, inquam, quin aliquid & in me condonaturus sit humanus lector, humanis quos hominibus nemo proorsus excussit, affectibus. Vale mi Erasme charissime. Quum Caletium ueneris, us quo rex propediem adornabit iter, spero fore ut coram his de rebus commentemur plenus. Nam omnino in hoc regum conuentu te expecto, atque ita Brixium: nam & regina Galloarum ad erit, cui cum sit à secretis Brixius, non poterit opinor abesse. Ita quod ad me attinet, facile rem compones ex sententia tua. Nam & si nulla de causa sic egit in me, ut plane declarauerit nihil ad meam perniciem præter uitres defuisse sibi: tamen quando tu mi Erasme, plus es mihi quam dimidium mei, plus apud me ualebit in Brixio, quod sit amicus tuus, quam quod inimicus meus. Iterum uale. M. D. XX.

DES. ERASMVVS ROT. BONIFACIO AMORBACHIO S. D.

AGNA felicitatis pars est, maxima gratitudinis, si quis agnoscat sua bona. Proinde etiam atque etiam gratulandum est nostro seculo, gratulandum superioribus, quorum benignitate præclara studia, tot iam seculis penè sepulta, toto terrarum orbe reslorescunt ac felicissime propagantur. Ante annos plus minus octoginta, non hi modo erant infantes, atque elingues, qui eas profitebantur artes, quas suo quoque seculo, quo uel maxime floruit erudita facundia, mutas appellat Vergiliis: uerum etiam ipsa Grammatica recte loquendi magistra, & Rhetorica copiose splendideque dicendi dux, scæde misereque balbutiebant: & quæ quondam tot linguis instructæ fuerant, tum unam latinam pessime latine sonabant. Post hæc paulatim subolebant literis melioribus, Italia sola linguam habebat, nec apud hanc ullæ disciplinæ præter oratoriam. Nunc nulla est natio sub Christiana ditione, in qua non omne disciplinarum genus (Musis bene fortunantibus) eloquentiæ maiestatem, eruditionis utilitati adiungit. Medicina loqui coepit apud Italos, opera Nicolai Leonicensis, senis immortalitate digni: apud Gallos, Gulielmi Copi Basilensis: apud Britannos studio Thomæ Linacri sic nuper disertus coepit esse Galenus, ut in sua lingua parum disertus uideri possit. Eiusdem opera sic latine loquitur Aristoteles, ut licet Atticus, uix in suo sermone parum habeat gratiam, licet ante hunc, illud certe præstiterint, apud Italos Argyropyllus, Trapezontius, Theodorus Gaza, Marsilius Picus, apud Gallos Faber Stapulensis, ne philosophia muta uideri possit. Porro legibus Cæsareis pristinum elegantiam nitorem, atque etiam geminam literaturæ gloriam feliciter restituit apud Gallos Gulielmus Budæus, apud Germanos, uir omnibus modis incomparabilis Vdalricus Zalius, tanta Romani sermonis ubertate scærens, ut Vlpianum quempiam loqui putes, non huius ætatis iureconsultum. At nescio quo pacto nondum ea res perinde succedit Theologis, etiam si non desint, qui fari gestiunt. Spero tamen breui futurum, ut hæc quoque professio, situ deterso pristinum suum nitorem asserat. Hæcenus è doctorum centurijs excludebantur, qui paulo politius loquerentur: nec dignabantur quenquam suo albo professores, nisi qui cum ipsis turpiter balbutisset, neque quicquam omnino castioris literaturæ attigisset. Atque illud protinus erat in promptu: grammatiscus est, non philosophus: rhetor est, non iureconsultus: orator est, non Theologus. Sed breui, ni fallor, rebus in diuersum commutatis, non recipientur in ordinem, nisi qui prius illos disciplinarum autores, elegantioribus etiam literis referant: neque phas erit cuiquam sibi sapientiam uendicare, nisi simul adfuerit pedissequa eloquentia, quæ diuus Augustinus non uult usquam ab hera sua digredi. Zalianas annotationes percurri uerius est legi: nam adferebantur me iam ad iter accincto. Mirè placuit gustus, neque dubito, quin

T omnia

quam quod ad meam iniuriam
attinet, non admodum agere fero: sed illud uobis considerandum est, an conducatur moribus
populi, ut assuescat huiusmodi obtreccionibus, quæ paulatim etiam dulcescunt, potius
stea quam serpsit uenenū: an expediatur huius academix publicæ utilitati, cui fortassis amplius
faueo, quam quidam qui sibi uidentur fauere maxime. Nec enim principis benignitas hanc
Academiam, ut illic sua uita agerent tres aut quatuor, sed ut in totius diuisionis
utilitatem hic floreat omnia honesta studia. Videlicet in gratia Egmondani exul
bis

bit poetria: sic enim ille uocat poetice, cuius adeo rudis est, ut ne nominare quidem possit.
Et locus dabitur sycophantice, etiam dicato collegio. Sed ne te prolixioribus onerem
literis, magnifice Rector, si stolidis istiusmodi clamoribus imposueritis silentium, cõsuleris
non tam mihi, quam tranquillitati publicæ studiorum, quam moribus populi, quam au-
toritati sacrarum concionum, quæ blateramentis huiusmodi prophanantur, quales quæ
les nos sumus. Sin aut non uultis, aut non potestis, ipse fortassis experiar remedium: nam
fatis diu uideo mihi tulisse hominis istius furias, quas scio nemini uestru placere: sed qui-
dam abutuntur huius ingenio, ueluti malo nodo, malum adhibentes cuncum. Hæc malui
scribere, quod id esset utriq; commodius: cras si uacabit, & tua ualetudo patietur, coram
plura, tum dicam, tum audiam. Bene uale. Louanij X V. Calendas Nouemb. Anno mille-
simo quingentesimo uigesimo.

DES ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XVI.

ERASMVVS ROT. THOMÆ MORO S. D.

VÆ TIBI narrata sunt de concertatione, quæ mihi fuit apud
huius Academix Rectorē, cum Nicolo Egmondano, nec omni-
no uera sunt, neq; tamen nihil habent ueri: sic enim solet rumor, &
augere quod gestū est, & uariare fabulas: neq; uero mihi tam inimi-
cus est, ut patiar illum mendacijs traduci. Rem igitur ut habet acci-
pe. Quandoquidem uideo uobis isthuc tantū esse ocij, ut quid hic
inceptamus uacet cognoscere. Vbi literis exposuissē apud hu-

ius Academix rectorem, quod Egmondanus in concione nos pestrixisset, rescripsit ille:
Si placeret ipsum audire coram sua uerba sonantem, fortasse rem posse componi. Respon-
di me nihil detrectare, tamen non esse nescius, ab illo *μυδν υγνις* proditurum. Conue-
nimus, confedit rector, huic ego dexter assedi, sinister ille. Nec erat inanis ordo, nouerat
Egmondani mores, ac de me sibi falso persuaserat eum esse, qui possem irritari: proinde me-
ditus confedit, quo pugnam dirimeret, si forte *λογομαχία* ad unguis ac pugnos efferuiscere-
ret. Rem igitur paucis exponit rector. Ibi composito ad miram, sed ridiculam grauitatem
uultu, insit Egmondanus. Ego nulli feci iniuriam in sacris concionibus, si Erasmus se putat
læsum proferat, sum illi responsurus. Rogabam an putaret ullam atrociorē iniuriam,
quàm hominem immerentem, in publica concione traducere mendacijs: ibi cõtinuo com-
motus homo, & relicta quam ceperat persona magis etiam purpurascens (*παρρησια*
ἐπισημασθησάντων) Et cur, inquit, tu nos traducis tuis sacris libris?
In libris, inquam, meis nusquam est nomen tuum. nec in concionibus, inquit, meis audi-
tum est nomen tuum. Negauit libros meos esse sacros, in quibus aliquando narrem etiam
somnia mea, nihilq; non nuger, non idem licere in sacris concionibus. Præterea longe mi-
nus, inquam, scripsi de te quàm res habet. Tu de me publice mentitus es, dicēs fauisse Lu-
thero, cui nunquam faui in eum sensum, in quem tua dicta interpretatur populus, & ipse
sentis. Ibi iam non commotus, sed furenti similis: imò, inquit, tu es autor horum omnium,
tu es uersipellis ac ueterator, & nihil non intorques cauda quadam. Atq; his similia multa
euomuit uerius, quàm dixit, quæ illi tum suggerebat splendida bilis. Sensi & mihi conci-
tari stomachum, iamq; uox quædam eruperat, sermonis non satis temperati proœmium,
non quidem racha, sed aliud quiddā, quod peius oleat quàm sonat. Sed repressi me ilico,
fatus dicens, & meæ (nam parum ualebam) & rectoris parcere ualetudini, cui & ipsi
cum medicis res erat, postremo stultum & indecorū ratus aduersus furentem furere: ita-
que subridens uerti me ad Rectorē: possem, inquam, testari de insigni contumelia, pos-
sem regerere conuicia: appellat me uersipellem, liceret ipsum uicissim appellare uulpem.
appellat me duplicem, possem ipsum appellare quadruplicem: ait me cauda contorquere
omnia, possem dicere illum lingua sua inficere omnia: sed hæc nec uiris digna sunt, ac uix
etiam mulieribus. Agamus argumētis, singe me. Hic ille protinus interpellans magno cla-

more nautico: Non fingo, inquit, nolo fingere, hoc uestrum est, uos poeta fingitis, ac mentimini omnia. Iam magis ridere libebat, quam indignari. Si fingere non uis, inquam, da igitur. Nolo, inquit, dare. Fac inquam, ita esse. Non facis, inquit. At pone ita esse, inquam. Non ponam, inquit. Sit igitur ita inquam. At non est, inquit. Quid igitur, inquam, uis me dicere? Dic, inquit, ita est. Vix Rector impetrauit, ut sineret me loqui. Vt uerum sit, inquam, me in libris meis quadam scripsisse secus, si oportet, non tamen hoc erat tuum, ad antm̄ tui uindictam abuti sacri loci, sacre cōcionis auctoritate, & populi simplici credulitate, Poteras uicissim in me scribere, poteras me in tus uocare. Nunc nō tam mihi facis iniuriā, quam totū huic academiæ, quā rotū populo, & sacre cōcioni, quæ longe alijs fabulis dicata est. Hic quum deesset homini quod responderet, aliud ut solet deflexit. Ia, inquit, optares tibi similem auctoritatem. Quam, inquam, concionandū annuit. At qui inquam, & olim sum concionatus, & arbitror me posse meliora dicere, quā audio te aliquādo proferentē. Quin igitur, inquit, factus? Quia puto me, inquam, maius operæ precium facere scribendis libris: tametsi tuam industriā nō improbarem, si modo doceres ea quæ faciunt ad bonos mores. Ibi uerū nō homini in mentē, quod scripsissem in literis ad Rectorem (legerat enim) hæc mihi immerenti, imō bene merenti indigne fieri. Vbi, inquit, tu bene mereris? Fatentur inquam, hoc plurimū, me nō male meritū de bonis literis. Ia, inquit, sic uos eas appellatis, sunt male literæ. Et in sacris, inquam, literis multa restitui. Imō, inquit, multa falsasti. Cur igitur, inquam, approbat Romanus pontifex suo diplomate? Ia diplomate, inquit: Quis uidit tuum diploma? subindicans a me confectū esse. An postulas, inquam, ut diploma per singulos circumferam, aut in foro exhibeam? Exhibui Arensi, uidit Dorpius. Ia Dorpius, inquit, ad dicitur & in illum aliquid conuicij, nō Rector illum suo uultu conpescuisset. Videbis & tu si uoles, inquam. Nolo, inquit, uidere tua. Cur igitur damnas, inquam. Cur in Luthero damnando tantū apud te ualet pontificis auctoritas, in meis probandis pluma leuior est? Hoc sermone omisso, cepit commemorare, iam uelut affectum moturus arte Rhetorica, quātis honoribus affectissem me Theologi Louanien. priusquā in eos scripsissem. Quid non fecimus, inquit, tibi? Ceterū de uirulentis obreftationibus, quibus me lanxerat Egmondanus, etiam priusquā Louanium cōmigrarem, nulla mentio. Respondi nō esse mei moris extenuare cuiusquā in me beneficium, ceterū me hæcenus Theologorū beneficium non admodum usum fuisse. Ibi nescio quo pacto factus mitior, Verum, inquit, quia non potuimus. Ergo, inquam, ne imputes quod nō præstitistis. Nam quantū potueritis male faciendo, senti, officij nihil expertus sum, nisi quod me uocastis ad actus, quos uocatis, & conuicta quædā solentia, à quibus nemo magis abhorret quā ego: tantū abest ut existimem me hoc nomine multum debere uobis. Vos me ultro inuitalis ad amicitiam, ego ut nunquā ambij, ita nunquā dedi ansam dirimendæ. Ex hoc sermone uenit homini in mentem, de facta inter nos amicitia, uno ipso nondum satis placato, cum nemo stolidius læsisset, quā ille. Putant hoc esse religionis Colophonem, ut illis supplices sint: et tū qui non ferendis iniurijs sint affecti: tantū abest ut quenquā ipsi reconcilient, aut iuxta doctrinam Euangelicam benefaciant ei qui læserit. Bene mōnes, inquit, factas inter nos factam fuisse concordiam, Quid an non fuit inquam? Nonne cōpotauimus splendide in collegio Falconis? (Consisterat hoc prandium eius domus moderatori nō mediocri pecunia. Et quotiam erat dies Mercurij, tantū piscium erat paratum uni Egmondano, quantū satis esset quatuor athleticis) nōne proposita pacis conditio, ut utriusq; deleter offensas omnes amnestias? Negauit ille fortiter, quod tot testibus actum erat. Rector interpellans ita moderatus est litem, ut fateretur inter omnes Christianos esse aliquam concordiam, ceterum eam pacem non fuisse numeris omnibus absolutam. Ego aridens rogabam, quōta compositione pax Theologica absolueretur. Me simplicem arbitrari, uel sine compositione confici pacem inter bonos. Hinc rursus aliud illi uenit in mentem. Recte admones, inquit, tu nos habes ludibrio, & traducis tanquam ebrios. Expostulante me, ubi uocassem eum ebrium. Scribis, inquit, me fuisse uuidū à prandio largiore, quid hoc aliud est, quā esse ebrium? Hoc, inquam, neq; te nominato scripsi, & narro ab alijs dictum: nam tui Carmelitæ hoc lemme te excusabant, ne quis grauius ferret, quod dixeras uuidus à prandio largiore. Ia tui, inquit, indignans optior, quod tui dixissem non uestri. Quod si maxime, inquam, ædidissem nomen, quid erat flagitij, si quod tu publice ausus es dicere, ego simili libertate retulissem

retulissem: nūc honoris tui gratia supprimo nomen tuum, & rem atrocem ciuilliter narro. Dixeras Fabrum ac me, qui nunc pugnamus inter nos, olim pugnaturos in profundo tartaro. Ia, inquit, hoc ab alijs audisti. Verum, inquam, at non ab uno, sed aude tu negare dictum? Obicit, qua quidem in re primum sum admiratus nouum hominis pudorem. Mox in alium campū expatiatus, negauit se unquā facturū finē uociferandi in Lutherū, donec illum cōfecisset. Respondi, per melicere illi uociferari usq; ad illum diruptionem, modo ne in me blateraret: neque me queri, quod in Lutherū clamasset, sed quod in me: quod ipsum, si illi usq; adeo cordi esset, pergeret, nihil tamen lucri facturum, nisi ut esset bonis omnibus ludibrio, quandoquidē in ea cōcione uidissem passim omnes ridentes. hic ille: Ia, inquit, illi tui erant. Quam mei sint, inquam, nescio, plerūq; ne de facie quidē noueram. Inter cetera crimina obiecit & hoc, quod allegare epistolas illustrium uirorum, qui mihi non nihil tribuerent: significās eas à me confingi, nec ullos esse qui mea probarent, cum ego ferme totum hoc epistolarū genus premam: simulq; indicās nihil oportere probatum haberi, quod ipsius calculo non esset commendatum. Hinc cōijcere licet simul & modestiam hominis, qui sibi tam parū tribuat, & simplicem pureq; Christianum animū, qui nihil mali non suspicetur de proximo. Cum inter cetera dixissem, non debere uideri mirum, sicubi querar non nihil de Theologis in libris meis, cum Ioannes Standitius Minorita, Theologus, episcopus à sancto Alino, apud regem ac reginā Angliæ, multis proteribus & eruditis adstantibus impudentissime me detulerit tribus nominibus, primum quod tollerem resurrectionem, deinde quod nihil facerem sacramentū matrimonij: Præterea quod male sentirem de Eucharistia: cum in omnibus libris meis, nihil magis asseram quā resurrectionē, ac matrimonij ædita declamatione sic prædicarim, ut Theologi putarent errorem esse hæreticum, quod matrimonio plus satis tribuerim: postremo cum de Eucharistia nusquam, neq; scripsissem, neq; locutus sim, nisi sicut decet, id est, summa cum reuerentiā: Ia, inquit, hæc omnia fortasse sunt uera. O uocem impotentis animi, sibiq; nihil non indulgentis: cur hæc potius in me uera essent, quā si quis dicat Egmondanum conpilasæ sacrarum ædium gazophylaciū: quā incantasse morituros, uti sibi traderent hæreditatem, frustratis hæredibus: quā ad quæstum prodidisse, quæ audiuit in arcanis confessionibus: Hæc fortasse probabilius in illum competerent, quā quæ uolebat ille uideri non abhorrentia à ueris in me. Hinc duo cōmittant parētes libros suos, ut imbibant ueræ religionis semina. Quid tibi nūc referam singula? quicquid quocunq; casu dicebatur, rapiebatur in occasione cōuicij, nō aliter quā solent pueri rixantes, ac mulierculæ procares, quicquid dixerat regerebat in diuersum. Obiecit epistolā ad Lutherū scriptā. Illic, inquam, moneo quid debuerit uitare. Imō, inquit, doces eum scribere. Et hæc uidebatur male habiturum hominem, si Lutherus aliquanto melius scripsisset: adeo illum perire cupiebat, non corrigi. Sed illud nullo modo concoquebat, quod adiecissem, non admonere quid facias, sed ut quod facis perpetuo facias. Hic cum excusarem ciuilitatē Rhetoricam, qua negamus nos admonere, cū maxime admonemus, rursus incanduit. Pulchre, inquit, dixti, hoc uere rhetorum est: omnia facere, fingere, mētiri. Arridens fassus sum aliquādo mentiri Rhetores, sed interim mentiri nonnunquam & Magistros nostros. Rursum cum dicerem me cōsuluisse dignitati Theologorum, respondit nobis hanc curā relinque, nos prospiciemus. Cum adderē exurendis Lutheri libris, eū ē bibliothecis exiit posse, ex animis non item. Ia, inquit, ex animis: tibi eū tu posuisti. Cum nihil inter nos conueniret, adeo ut si dicerem literas bonas, ille continuo uocaret malas: si librum castigati, ille falsatum: si me dixissem alienū à factione, ille protinus caput factionis appellaret, negaturus & intra oleam esse duri quicquam, aut extra iuglandem esse duri quicquam, si quid tale affirmassem, Rector interfecans rixam iam nimis longam, negauit hæc esse digna Theologis: se libentius auditorum, si quid faceret ad concordiam faciendam. Age, inquam, quando negas eam concordiam unica cōpotatione potuisse coire, quid superest ad consummadamē? Hortante Rectore dixit ut sarcias famam nostrā abs te læsam. Vbi, inquam, in epistolis annuit. Illis, inquam, iam euulgatis mihi nō est in manu quod peris, quanquā illic nullius famam læsi. Ergo palinodiā, inquit, cane. Quam? Scribe Louanij synceres & probos esse Theologos. Id, inquam, haud unquam negauit, sed quos ego taxauit, si mihi præbebūt probam materiam, magnifice de illis scribā. Hic tritatus. Et tu, inquit, si nobis præbueris bene

loquendi materiam bene de te loquemur. Tu stilum habes, nos linguā habemus. Taxas, inquit, nos quod tibi oblatremus à tergo, audeo tibi in os dicere. Nec mirum, inquam, tu quibus es moribus, auderes etiam conspuere os boni uiri. Negauit se adhuc esse tam contumacē. Hoc sermone interrupto Rector admonuit, ut de Luthero, quod erat caput, ageretur. Age, inquit, scripsisti pro Luthero, nūc scribe aduersus illum. Hic inficiatus me scripsisse pro illo, sed pro Theologis potius aduersus illum, cum excusassem multa, ocium, imperitiam, metum, inter alia prætexit suspicionem crudelitatis, si scuirem stilo meo in hominem prostratum ac uictum. Imò hoc ipsum, inquit, scribe Lutherū à nobis uictum esse. Respondit nō deesse qui hoc uociferarētur, uel me tacente. Præterea magis fore decorum, si ipsi suam celebrarent uictoriā, qui peperissent. Postremo mihi non constare, quod eum uicissent, cum libri illorum nondum prodissent in lucem. Sub hæc desperans, uersus ad Rectorem ait, nōne prædixi nos nihil acturos? Quamdiu, inquit, detrahat scribere aduersus Lutherum, tam diu habebimus eum pro Lutherano. At isthoc, inquam, nomine tu mihi Lutheranus eris, qui nihil scribas aduersus illum, neque tu solus tantum, sed innumerum qui in gladiatoria schola uulnus præter certaminis leges acceperunt, cæteris quidem dant dextram, ei à quo læsi sunt non dant. Habes ferè summam illius præclari colloquij, quod illi tamen uisum est admodū blandum, cum hoc ageretur, ut me pelliceret eloquentia sua ad insectandum stilo meo Lutherū. Neque passus est ille sibi perire huius confutationis gloriam.

ERASMVVS BVDÆO SVO S. D.

MICORVM optime simul & eruditissime. Si Morus, & Brixius essēt à me alienissimi, tamen uehementer dolerem literarū nomine, quod duo tam insignes Musarum mystæ, tam utrulentis libellis sese cōscinderent, magno studiorum incommodo, magno gaudio eorum, qui iam pridem cum melioribus literis bellum gerunt. Nunc quum uterq; sit amicus, alter etiam coniunctissimus, dici non potest, quam acerbe feram hoc dissidij inter eos incidisse, quorum utriusque & ingenium adamo, & gloriæ faueo. Vterque strenue contemnit alterum; uerum ex mutuo contemptu quid oriri potest, nisi simultas semper gliscens in peius? Egi studio sissime cum Moro, ut silentio rem dissimularet; & persuaferam, ni Brixius tam seditiose exagitasset eum locum, de rege laudato, non sine suggillatione filij, ut quidem interpretatur Brixius. Non est res ludicra rem habere cum Ioue, quem euocasse parum rite conceptis precibus exitio fuit. Non quod Moro quicquam sit ab hoc suo metuendum, cui ob eximias dotes unice charus est, tamen Brixius declarauit animum perdendi Mori cupidum. Quod Brixius scripsit in Morum, cum omnium iudicio sit plusquam satis, tamen odio illius non satisfacit. Nusquam non arripit occasionem insectandi Morum. Neque quicquam exit illius, in quo non multis uerbis illum impetat, cum ille tamen nihil adhuc responderit. Demiror quis sic instiget animum Brixij. Obsecro te per Musas, ut uestra auctoritas iuuenilem istum ^{quod dicitur} coherceat. Non hic ago Mori mei negocium: nam si pergat hæc contentio, crede mihi, fortasse famæ nonnihil auferet Brixius, at gloriæ nihil. Bene uale Budæe charissime. Antuerpiæ pridie Laurentij. Anno millesimo quingentesimo uigesimo.

ERASMVVS ROTERODAMVS GVLIELMO
BURBANCO S. D.

DEMVVM uere amat, qui gratis amat. At tu Erasmus immerentem, tam constanter, tam ardentem amas, ut uix quempiam inuenias, qui syncerius, aut pertinacius, aut uehementius amet promeritū. Romæ à me nullis prouocatus officijs, quo affectu cōplecti cœpisti? Nec interim uel tantillū refrixit in me tua gratuita beneuolentia, cum tot iam annis nullum id genus officiorum intracesserit, quibus inter amicos solet ali renouariq; charitas, alioqui defuetudine solita languescere. O peccus amicitia candorq; natum, quod ego ni redamem, tum non deprecor quo minus omnes me dicāt adamantem gestare in pectore, aut si quid adamante durius. Atq; hic quoq; iuxta prouerbum, gratia gratiam parit. Afflauit tibi Montioius aliquid sui in me animi, & utriusq; studiū tot mihi in una familia amicos excitauit, ni fallor. Quid enim aliud in causa esse coniectem: nam quæ dos, aut quod officium meum sic inflamauit Thomæ Louelli iuris pontificij doctoris in me studiū? Aut quæ res eruditissimi uiri Roberti Tonij tam non uulgarem beneuolentiam concitauit? Vnde Francisci Philippi, summae spei iuuenis, tam singularis erga me fauor? Quid autem commemorem non nouum quidem illum, sed hoc spectatiorem amicum, Franciscum medicum? Quid doctorem incomparabilem Samsonem, cuius ingenio nec optari quicquam potest purius aut amicus. Quid Gonellum illum non amicum, sed prorsus animæ dimidium meæ. Quid Clementem, cui Morus amoris in me sui scintillas aliquot afflauit? Quid Ricardum Pacæum, qui mihi planè Pyladem quendam, non tam pollicetur, quam præstat, Quid Cuthbertum Tonstallum, cum quouis præcorum conferendum, quorum non ita multa paria celebrant antiquitas. O me diuitem. O domum illam augustam ac felicem. O uere splendidum Cardinalem, qui tales uiros habet in consilijs, cuius mensa talibus luminibus cingitur. Sed quam isti præter meritum amant Erasmus, tam alij quidam præter meritum auersantur. Et utinam maleuolentia non esset fecundior propagatio. Verum mihi potius est paucioribus placuisse, sed egregie probis, quam multis istorum similibus, qui ferè aut stolidi sunt, & indocti, aut manifesto liuoris & inuidentiæ morbo obnoxij, aut ea ingenij peruersitate, ut nemini omnino bene uelint, sibi propemodum ipsis inuidentes: sed obtrectatoribus mentem meliorem precemur. Apud amicos tu fac nomenclatorem agas, ac nominatim singulis ex me salutem dicito. Bene uale uir integerrime. Louanij Calend. Septemb. Anno M. D. XX.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

ANDEM nactus sum librum quem in me scripsit Iacobus Lopis Stunica, ut non paulo doctior, ita minus utrulentus, si ad Lei calumnias conferatur. Cuius ego laudibus adeo nihil detrahā, ut uelim etiā cōduplicatum, quod sibi liberalissime tribuit, quanquam in me tam malignus, ut nihil nō adimat, ingenium, memoriam, iudiciū, eruditionem, lectionem sacrorum uoluminum, peritiam linguarum, denique & grammatices, horum omnium beatissimum quoddam cornu sibi suauissime uindicans. Certe pulchre pensauit quorundam immodicum fauorem, qui me laudibus sic uehunt, ut ex musca faciant elephantem. Hic è pygmaeo facit culicem. Quod sibi tam impense fauet, nec miror, nec inuideo. Ceterum demiror, quæ res sic exacerbaret hominis animum in me, à quo ne uerbo quidem unquam fuerit læsus: neque enim mihi persuadere possum, tantum odium cōcipere bene natos animos (quando ut audio gentis claritudinem cum eruditione coniunxit) nisi adsit improbus aliquis instigator. Nunc audio felicitis memoriæ Cardinalem Toletanum, cui noster heu iam iterum successit Croius, illi fuisse autorem, ut prius opus ad me mitteret quam euulgaret, quod si responsione satisfacerē, magis è re ipsius esse premi librum quam adī. Sin aut nō responderem, aut proterue & indocte responderem, publicaret suos labores bonis uiribus. At ille statim à morte Cardinalis typographis tradidit opus, cum illum id temporis latere non posset, alteram additionem Noui testamenti, aut exisse iam, aut mox exituram. Hæc utcunque habent, mihi certe uoluptati est, etiam apud Hispanos efflorescere linguas ac bonas literas: ac de Stunica ingenio mihi satis ampliter promitto, sed ueveor ne apud cordatos & eruditos ex hoc labore, quo famā auspiciari uoluit, nō tā optimā gloriā retulerit, quam

rit, quam ipse sibi polliceri uideatur. Siquidem ut maxime persuadeat se linguis, & literis omnibus, longaq; ac diligentissima ueterum euolutione, si quisquam alius instructus, opus me nosse quid deferendum sit interpreti, cum aliquando labatur in rebus manifestissimis: ut persuadeat me heri ac nudius tertius coepisse legere sacros interpretes, in Hieronymo nihil intelligere, qui ante annos uiginti scripserim Enchiridion, qui in hoc opere, ut ipse uere scribit, tumultuatio tantum adferam testimoniorum, nullis interim indicibus adiuuus, quibus ille felicior me fuit: quis crediturus est illi, quod hoc opus susceperit, non ullo maledicentiae studio, sed animo prorsus ab omni contentione alieno, cum toto opere ab initio usque ad finem nihil aliud quam me derideat ex alto, carpat, laceret: lapsus etiam alienos, mihi odiosissime impingens, puta typographorum, & Oecolampadij, nunquam atroces tragœdias excitans ex his, quæ sunt simplicissime dicta: quale est, quod scripseram Neapolim nunc ab Hispanis occupari, & *avapia* apud Paulum, pro Hispania scribi. Subinde magni conuicij loco me Batauū appellās: quasi mihi uicio uerti debeat, etiam si apud Sogdianos natus essem: aut Hollandiæ regio sit ulli regioni contemnenda, siue cultum spectes, siue celebritatem urbium, siue rerum affluentiam, siue laudem ingeniorum: quæ tam felicia passim apud illos oriuntur, ut ad illos collatus ego uere talis uideri possim, qualem me facit Stunica. Nec satis erat, sic temperasse operis præfationē, ut totidem ferè sint in me conuicia, quot sunt uerba: singulis ferè annotationibus addit præfationes nouas, & coronides, quibus me laniet. Ac rursum, quasi hoc quoq; parum esset, addidit indices marginales aculeatores ipso contextu. Adeo nihil erat satis illius animo modesto, & ab omni contentione prorsus alieno. Iam haud scio num satis prudentis hominis uidebitur, quod hunc interpretem affirmet scite & eleganter uertisse Nouum testamentū. Certe non uidetur præstare patrocinium, quo pollicetur se defensurum ab omni calumnia suum interpretem, cum ad tot solocifinos à me notatos nihil respondeat. Adeo silentio suo damnat, quem ita magnifice tuendum suscepit: etiam si ipse non hoc agebam, ut impeterem interpretem, unde quid mihi fructus erat futurum: sed obiter annoto, si quid uideatur profuturum lectori studioso. Quantum offecerit famæ meæ Stunica, nescio, certe uellem suæ rectius cōsuluisset: nam ego facile boni consulō, quicquid cedit in commodū studiorum. Et acuit quidem ingenia contentio moderata, sed hanc uirulentiam qua nunc, nescio quo fato, feruent omnia, uellem abesse quum ab omnibus honestis studijs, tum præcipue à saceris. Tu mi Barbiri, expectatione tui nimium diu nos torques, noua subinde spe factiās animos nostros. Meum abitum remoratae quidem sunt aliquot aliæ causæ, sed harum præcipua fuit, tui uidendi desiderium. Quod si te mutuum habet nostri desiderium, properes oportet. Sic enim hic quotidie lapidorum rabularum conuicij, ut periculum sit ne conficiat tot saxi in unum caput inuolantibus. Lutheri tragœdia peracta est apud nos, atq; utinam nunquam prodisset in Theatrum: tantum hoc uerentur quidam, ne cupide uitata Scylla, deferamur in Charybdim, & hac uictoria quidam crudelius abutantur, quam expediat rei Christianæ. Bene uale patrone incomparabilis. Ex Anderlaco, ubi nunc ex urbano factus rusticus sat sua uiter ago, sexto Calendas Iulias. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARTINO
BRVXELLENSI S. D.

IMVL atq; uolumen allatū fuerit, ad te ueniet. Nihilō secius quod misisti literis inclusū, in tuos usus erit incolume. Mitto libellū Iacobi Latomi, sanè quàm eruditum & elegantem, quem nonnulli suspicantur non ab ipso tantū, sed à communi Theologorum consilio conflatum, & in me uibratum: mihi ut Latomo dignus uideri potest, ita uidetur indignus qui communi theologorum suffragio scriptus uideatur, neq; me dignum arbitror, in quem talia scribantur. De cæteris coram: nam subito uocor Antuerpiā, tamen mox rediturus. Bene uale Martine charissime, tertio Calend. Apriles. Anno M. D. XXI. Louanij.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARTINO
BRVXELLENSI S. D.

HARISSIME frater, acceptis tuis literis nō respondi, protinus decreuerā uisere te. Verū semper nouis occasionibus sum prohibitus. Oro te, ne quid animū tuū discruciet hæc tragœdia planè fatalis, tuus dolor mihi pdesse nō potest

potest, obesse potest certe tibi. Omisissis huiusmodi nœnijs oblecta te sanctis studijs, & philosophia Christi, quæ gaudet bonis, & tolerat malos. Puto me habiturū Vetus testamentū Hebraicū Antuerpiæ. Si nō mutasti sententiā, curabo ut ematur: sin secus est animus, describe quid uelis fieri. Bene uale in domino mi Martine charissime. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARTINO
BRVXELLENSI S. D.

IDE num aptum munus miseris, crumenuam non habenti pecuniam. Repperi in mea bibliotheca Gregorium Nazianzenū, & ab Hieronymo laudatum, non minus pium, quàm eruditum ac facundum. Eum ratus tibi placitum, ad te ire iussi, uel *avriologoy*, uel mei in te studij quæsecuncq; symbolon. Tu perge tuam artem florentem, atq; indolem non uulgarem, utrunq; de bonum, in sanctis studijs exercere, sed ita ut simul hoc agatur quod legitur. Bene uale charissime mihi, ætate filij, presbyterio frater, nosq; precibus tuis Christo commenda. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS MARTINO SVO S. D.

IR integerrime, mitto libellum epistolarum, inter quas una est, qua respondeo stultissimo libello quem ad me miseris. Eam inuenies pagina qq. quam quam postea pœnitudo me coepit, tantum operę in rem tam nihili collocatum. Tuū nomen nō exprefsi, ne quid turbæ tibi concitarem: ne illius quidem, ne te proditum clamaret, qui tamen prodi cupit. Bene uale nostri memor, præsertim in precibus tuis. Anno M. D. XVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARTINO
BRVXELLENSI S. D.

ON queror, quod mihi parum tribuas, sed hoc nomine parum tribuis, quod Leicis annotationibus meas præfers, quasi uero ille scripserit annotationes. ~~De hac re non potest aliquid dici, quod non sit in te. Sed si quis tibi scribit, ut non tribuas, sed ut tribuas, non potest aliquid dici, quod non sit in te. Sed si quis tibi scribit, ut non tribuas, sed ut tribuas, non potest aliquid dici, quod non sit in te.~~ Sortem tuam merito ferres grauitate, nisi cuiq; mortaliū, ubiq; satis esset quod ferat. Commode ferendo, facillime lenies necessitatem, quæ uitari non potest. Nam feruiturem mutare, fortasse duriore, non est consilij. Non defero uos, sed fatigatus studiorum immodicis laboribus, obambulo, uerum non procul à Louanio, ne me cōficiat quadragesima. Spero regis aduentum his pudendis tumultibus finem impositurum. Roga nostrum Lutzenburgum, ut cras ad prandium ueniat familiariter, & tu unā cum illo, si possis: nā uelle fat scio. Bene uale charissime Martine. E museo nostro. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. MARTINO BRVXELL. S. D.

OT obruo laboribus studiorum, ut si maxime cupiam non uacet adire te. Ioannes Hagius abiurat se esse autorem famosi libelli Ego suspicor Leum autorem esse, aut certe instigatorem, nī me mea fallit diuinatio. Res leuiter me mouet, mihi ipsi bene cōscium: sed si possim certū scire qui sit, fiet ut sit alijs exemplo, quisquis est ille Saranæ organum. Tu fac te sacris literis oblectes, absq; contentione, quæ tuam tranquillitatem turbat, & meis negocijs nō multum adfert momenti. Cras eo Antuerpiam empturus Hebraicū uolumen, nisi quid uariat animi tui sententia. Bene uale Martine charissime, ætate filij, sacerdotio frater, & istos homunculoꝝ rā tumultus magno animo despice, nixus cœlesti Christi presidio. Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. ALOISO MARLIANO EPI/
SCOPO TVDENSI S. D.

XAMICORVM aliquot literis, neq; uulgariū, neque leuū, sed haud scio, an amoris nimium solliciti, cognoui isthic per nescio quos clancularios obrectatores, subinde spargi nouos rumores, ac suspiciones, me fauere Lutheri: mihiq; tribui nescio quos libellos maledicos, quos audio isthic subinde nouos prouolare, aliunde alios. Scio temporibus his regnum esse calumniar, nec ulla tempestate plus licuisse effreni maledicentiæ: sed tamen apud eruditos, cordatos & graues

& graues viros, inter quos te uel in primis numero, non oportet esse locum huiusmodi de-
lationibus. Admonerat me pridem tua prudentia, etiam si memorem, ut aiunt, monebat,
ne me admiscerem Lutheri negotio. A deo me non admiscui, ut summis uiribus obni-
xus sim, ne res in hunc locum progrediretur, quod minime uolebam. Tantum initio prius
quam uiderem, quorsum tenderet Lutherus, non probaui seditiosos clamores apud po-
pulum. Suasi ut res inter eruditos libris transigeretur. Malebam Lutherum correctum &
extinctum: aut si perdendus erat, malebam abique magno orbis tumultu confici. Hoc consili-
um etiam nunc probaret Romanus pontifex, si pernosset quibus modis hic res geratur,
& quo studio plurimae nationes prosequantur Lutherum. Sed illud fuit commentum quo-
rundam ~~peruicacium~~, quibus non aliter charus sum, quam bonae literae, ut me uolentem
nolentem inuoluerent Lutherano negotio. Qui Lutherum fauere uidentur, modis omni-
bus conati sunt me in suas partes attrahere. Qui Lutherum insectantur, conati sunt me in
illius factionem propellere, passim in publicis concionibus debacchantes in nomen meum
odiosius aliquanto, quam in ipsum Lutherum. Ego tamen nullis machinis a statu mentis
dimoueri potui. Christum agnosco, Lutherum non noui, Ecclesiam Romanam agnosco,
quam opinor a catholica non dissentire. Ab hac nec mors diueller, nisi illa palam diuella-
tur a Christo. Seditiosem semper exhorruui, atque utinam eadem mens esset Lutheri, ac
Germanis omnibus. Video in plerisque regionibus Cisalpinis plurimos esse, qui fato quo-
dam fauent Lutheri. Ac mire sit, ut Lutherum hostes subleuent, ipse uicissim hostes, quasi
mutuo colludentes. Nemo magis offuscit Lutheri, quam ipse sibi nouis subinde & odiosioribus
libellis. Rursum quidam tam indocte, tam stulte, tam seditiose uociferantur apud populum, ut &
se ipsos faciant omnibus inuisos, & Lutherum commendat affectibus hominum, & Pontificis
causam grauent, quemadmodum solent grauari clientem mali patroni. Laudo eos qui fauent
Romano Pontifici, cui nemo pius non fauet. Quis enim non faueat ei, qui proximus imi-
tator Christi, totum se impendat saluti populi Christiani: sed optarem illi cordatiores pa-
tronos. Isti nihil aliud quam esuriant Lutherum, nec mea refert, elixum malint an assum.
Certe quod me negotio admiscerent, quod ad me nihil attinet, & impie faciunt, & paru-
denter: citius enim Lutherum conficerent me non admixto. Atque in hac re cogor in Alean-
dro, uero alio qui tum humanitate non uulgari tum eruditione singulari praedito, desidera-
re prudentiam tam periculoso negotio dignam: si modo uera sunt, quae de illo scribuntur
ac praedicantur. Fuit olim inter nos arctissima familiaritas, commendauit eum proficiscen-
tem in Galliam literis meis, ubique apud omnes de homine honorificentissime praedicaui,
etiam scriptis: suspexi doctrinam hominis, mores amauit, quamquam eos habet ille suos,
nec male uidebatur conuenire inter utriusque genium. Habebat in mandatis, ut modis omni-
bus eos etiam pelliceret, qui ante fuissent factionis Lutheranae, tantum aberat ut summus
Pontifex quenquam innoxium cuperet alienari. Sed huius ingenium per se non inhum-
num, alio perculit quorundam instigatio. Atque commodius illi successurum erat Luthe-
ranum negotium, opinor, si suos fauores cum meis coniunxisset. Habuisset in re pia fauto-
rem: in re pontificis, certe non aduersantem. Iactitant Lutherum hauisse pleraque ex libris
meis, quid hoc mendacio impudentius? cum primus statim articulus refellat manifesta-
riam istorum uanitatem. Vbi significo, quicquid agimus esse peccatum: ut ne commemo-
rem innumeros alios, quibus affine nihil omnino reperitur, ne in iudicis quidem meis. Et
tamen olim haeretici ex Euangelicis & apostolicis literis hauriebant sua uenena. Interim
loquor perinde, quasi ille scripsisset aliquid haeticum, atque illud e meis scriptis hauisset.
Dicitur non agnoscere quosdam libellos: fortasse saperet si nullos agnosceret, si quidem hoc
persuadere queat: sed quibuscumque auxilijs ille scribit, certe in omnibus libris qui illius ti-
tulo circumferuntur non est ulla syllaba mea: hoc quamlibet sancte deicere non dubitem.
A multis iam annis, non mihi tantum perspecta est tua singularis prudentia, perspectus anti-
mus in me candidus & amicus, nota est omnibus tua autoritas. Proinde te rogo, ut aduer-
sus istiusmodi maliciosas calumnias patrocineris innocentiae nostrae. Excutiantur omnia,
quae secretissimis etiam literis effudi in sinum amicorum, fortasse liberius pro meo in-
genio, quam expediat nonnunquam: excutiantur quae inter pocula etiam solemus effutire:
nihil conperietur, nisi me maluisse Lutherum correctum quam extinctum, quum adhuc spes esset
fore ut sese uerteret ad meliora. Et nunc quoque malum rem sopiri, quam magno orbis tu-
multu

multu exacerbari. Mallem a malis bona secerent, quam odio quorundam quae mala uiden-
tur, optima perire. Postremo suadeo, sic esse uitandam Lutheranam Scyllam, ne praecipio-
tes eamus in Charybdim diuersa factionis. Haec si uidentur digna supplicio, habet reum
consistentem. Ego certe non alio animo feci, quam ut consulerem, & Romani pontificis, & Theo-
logorum dignitati, & publicae Christianae ditionis tranquillitati. Nullum adhuc Lutheri li-
brum, quamuis pusillum, legi totum: nullum illius paradoxum unquam defendi, uel loco. Quo-
rundam indoctos, & seditiosos tumultus, nec probaui, nec quisquam uir probe cordatus hic
probat. Quorsum tendant uideo, nimirum in exitium bonarum literarum, & ad stabilendam
suam tyrannidem. Sic igitur fugio Lutherum, ut hos tamen probare non possim. Pauci
sunt, sed hi multos concitant. Non damno ordinem, sed ipsi suo ordini pessime consulunt.
Habes ornatisime praesul totam animi mei tabulam, quod si quid isthic factatur, quod repu-
gnet religioni Christianae, quod turber publicam tranquillitatem, quod aduersetur dignitati
fedis Romanae, certo certius habeto, non esse profectum ab Erasmo quocumque titulo circum-
fertur. Id ita esse tepus, nihil non proferens in apertum, olim declarabit: & nunc paratus sum
quocumque argumento testificari, me nec unquam latum uelle discedere ab ijs, qui consentiunt
cum ecclesia catholica. Scio quiduis esse ferendum potius, quam ut publicus orbis status
turbetur in peius, scio pietatis esse, nonnunquam celare ueritatem, eamque neque quouis loco,
neque quouis tempore, neque apud quosuis, neque quouis modo, neque totam ubique promendam,
neque quousquam eruditum fugit esse quadam recepta, uel paulatim obrepente consuetudi-
ne, uel adulatione iuris consultorum recentium, uel temerarijs definitioibus scholasticorum,
uel arte denique technis principum, quae praestaret rescindi: uerum illud erat prudentiae
Christianae, licet tentare remedium, ne sinistra tentatum morbum non tolleret, sed acerbaret
ac pro morbo mortem acceleraret. Nec enim ausim pronuntiare, an aliquo pacto Christiana
nis probanda sit Platonis sententia, qui permittit sapientibus illis custodibus, ut populum
ipsius bono fallant mendacijs, quandoquidem ueris ac philosophicis rationibus contineri
promiscua multitudo non potest, ne prolatur in deterius. Illud semper caui, ne aut tumul-
tus essem autor, aut noui dogmatis asseuerator. Rogatus sum a multis ac magnis, ut me
Luthero adiungerem: rescripsi me fore Lutheri, si ille sit in parte catholica. Rogarunt ut pre-
scriberem fidei regulam, rescripsi me non nosse aliam fidem, quam ecclesiae catholicae. Hor-
tatus sum illos, ut se Romano pontifici reconciliarent, & quoniam illorum dilui. Lu-
theri libellis primus omnium obstiti, ne excuderentur. Mox egi cum homine, ut abstineret
a seditiosa scriptione. Semper enim hunc exitum metuimus, ~~namque per se ipso~~
~~ut quodammodo deperdit, ut si quid in eo deinde repererit, non potest~~
~~Chari. Hortatus~~
sum & horro multos ut abstinere a libellis famosis, praesertim anonymis, quibus tantum
iritant animos hominum, male consulentes non solum Christianae paci, uerum etiam illi cui
uidentur fauere. Monere possum, cogere non possum. Mundus plenus est officinis typo-
graphicis, plenus Poetastris & Rhetoristis. Quid isti tumultuentur, ut mihi in manu non
est, ita inquisitum sit mihi imputari temeritatem alienam? ~~namque per se ipso~~
~~ut quodammodo deperdit, ut si quid in eo deinde repererit, non potest~~
~~Chari. Hortatus~~
Isti cum sibi fidem abrogant, dum ceu diffusi causa, non audent addere uerum nomen, tum
innoxios eosque multos degrauant inuidia. Iam isthic adessem una cum illustrissimo Ferdi-
nando, si certum scire potuissem uos adhuc esse Vuormaciae. Sed mirum quam hic nihil
est certi, ne apud proceres quidem aulicos. Bene uale praesulum decus, & aulae Caesareae
non infimum ornamentum. Augustino Scarpinello scripsi pridem, et quae uoti mei uer-
bis salutem dicas, atque etiam Seuero uitro mitissimo, maleque respondenti suo nomini. Lo-
uanij octauo Cal. April. Anno M D XX

ALOISIUS MARLIANVS EPISCOPVS TVDEN-
SIS ERASMO ROT. S. D.

obijt. Cum ex Hispania redijsemus, & te Bruxellæ conuenissem, orauit ne quid tibi commune cum Lutero esset. Fuere enim eo tempore qui te plane alieno animo à Lutero non fuisse (inepti sane homines) suspicarentur. Tu autem quod rogabam, ita pollicitus es te facturum, ut ego alijs id fore de te non minus, quam de me pollicerer. Inualuit postea in dies etiam atq; etiam magis fatalis ista Lutheriana calamitas, quæ multorū animis ita infedit, ut non plures super sint qui infici posse uideantur; unde deplorandam tempestatis nostræ conditionem puto, in qua longe maiora mala quam remedia uideamus. Nam nec mala perpeti, nec remedia ferre possumus, cum hi nunc homines reperiantur, qui fabulis & deliramentis potius capiunt, quam ueris rationibus detineantur. Ab Aleandro uero nostro, homine ut reor tibi cum communibus studijs, tum mutuis officijs, conunctissimo, & ueteri amico, ea de te tantum audiui, quæ de seipso dici uellet. Modestus est profecto, quod admiro in tanta linguarum multiplicitate, & bonarum artium uarietate, humanus & suauissimis uir moribus; est præterea ea animi moderatione, ni fallor, ut non deteriora in alios dicat, quæ de se uellet audire. Quod uero Lutherum & Germanos pleuroscq; à scribendo quantum in te fuit deterrueris, rem te dignam fecisti, dum tantum profuisse te reipublicæ & religioni uelle ostendisti quantum posses. Altorum autem non magis acta probo quam tu probes, cum furere illum eorum remedia coegerint. Aggrediendus profecto alia uia erat. Ego ne me nihil fecisse putes in Lutherum orationes duas scripsi, quarum una mitior, altera post libros illos ab eo nouissime editos acrior fuit, non tamen ut hominem damnatum, sed damnatam causam uellem, saluamq; reipublicam & religionem illo saluo cuperem. Eas ad te mitterem nisi nos ad redeundum parati essemus, cum redierimus coram de multis agemus, quæ nunc nec licet nec libet scribere. Interea rem & dignitatem ita tuebor tuam, ut nec meam ego, nec tu, si hoc loco esses, tuam tueri magis uelles. Si autem à te fieri quicquam potest, uel ad compescendos hos mores, uel ad sedandam hanc seditionem, quantum uel gratia uel autoritate uales, cõtende. ~~Imperatorem, quem te quæris, & a quo obsequia postulas, ad hanc pietate facilius accipias, Augustinum Scarpinellum, & Severum tuis uerbis salutauius, hi literas quas ad eos te dedisse scribis mirantur & agre ferunt sibi non fuisse redditas, cum eas maxime optarent. Habuisti tamen eos tui nominis acerrimos defensores. Vale Vuormaciæ septimo April. Anno M D XXI~~

ERASMVVS ROT. ALOISIO MARLIANO EPI/
SCOPO TVDENSI S. D.
NGRATIS SIMVS simi mortaliū, quorū ubiuis sunt omnium præclarissimè, ni tuum in me animum, ni tuum erga me studium agnoscerem.
I Porro leuæ mentis sim, si tuis consilijs grauer obtemperare, cum non alijs sit cuius consilijs, uel libentius, uel felicitus obtemperet Cæsar ipse. Temporū horum calamitatem non possum non imputare fati, nec uideo remedium, ni deus aliquis ~~am uenit~~ exoriat, qui tragediæ finem imponat. De Aleandri in me animo, & à pluribus, & à grauioribus mihi nunciatum est, quam ut potuerim omnino diffidere, & tamen re clamat hominis eruditio, re clamat uetus nostra familiaritas, nec alio qui facile recipio in animum, quod Gratiarum soluat nodum. Gaudeo te mecum non probare istos, qui tam stolidis rationibus impugnant Lutherū, ut & causæ noceant suæ, & se tra ducant, & pontificis dignitati pessime consulant, & multos lædant innoxios, & quod est omnium grauisimum, multitudinem ad seditionem prouocent. Tum uero magis sub scriberes meæ sententiæ, si spectares oculis, si haurires auribus ista stultissime quoti die designant. Orationes tuas cupidissime legam, de quibus iam ~~heri~~ Constalli præ iudiciū habeo. Nec dubito quin in ea præstiteris, quod in alijs tuis lucubrationibus ~~us~~ soles, ~~uir~~

nimirum eruditionem eximiam pari cum prudentia cōiunctam. Ex amicorum literis intelligo eū, qui me suis literis admonuerat suspicionis iste oborta, plus satis de me sollicitum fuisse. Scribūt enim nihil fuisse sinistrae suspicionis, nisi de oratione quadā, cui in fronte suspicio præfixus est titulus, Didymi Fauentini. ~~Scribitur enim~~ fales obiter insperos causa fuisse, ut quidam eam mihi assererēt, sed leui duntaxat suspiciōe. Ea post ad me missa est. Illico nisi suspicionem hominum, cum eadem in calce prodatur & cognomen uerū autoris, sed Grece. Quod etiā si non fuisset ascriptum, tamen me nequaquam fecisset autor. Quidam submonuit, consilium quoddā exisse Colontæ cuiusdam, qui putarit rem sic esse componendā, ut & pontifex auferret laudem elementar, & Lutherus obedientiam. Nec deiret Cæsar Colonie, sed manu descriptum, nec adhuc editis libris, qui plurimorum animos à Lutero alienarunt, ferebatur autem esse cuiusdam ex ordine Dominicalium. Et ut ingenue dicam, mihi tum non displicuit. Quod si principibus magis placet seueritate rem conficere, precor ut hoc felicitus sit, quod illis magis arridet: felicitus, inquam, rei Christianæ, non hominum quorundam rationibus, quibus ea cordi sunt, quæ sunt huius mundi. Vale patrone incomparabilis. Antuerpiæ XVII. Cal. Masas. Anno M D XXI

ERASMVVS ROT. OBTRACTATORI SVO

hominem
per occasum
tamen monemus.

ambire laudem apud Christū. Aduolet igitur te autore *ἁγῶν τῶν* tuus Agathius. De Luthero insidijs intercepto atq; extincto uanus rumor huc quoq; peruenit. Omnibus modis tentatū est Vuormaciæ, partim minis, partim blāditijs, ut suos libellos quos agno uit omnes, Cæsareæ submitteret maiestati: id ubi non quitum est impetrari, per caduceatorē Cæsaris publica fide Vuittembergam reductus est, dato ad hoc uiginti dierū spacio. Mox ex mandato Cæsaris, qui uehementer infensus est Luthero, siue instigantibus alijs, siue sedulo quodā ac propensio fidei Christianæ studio, libri Vuormaciæ combusti sunt. Execusum est & Louanij terribile adicium in ultione eorum, qui non paruerint Cæsareæ uoluntati. Bene uale. Ex Anderlaco tertio Nonas Iulias, Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. LIVINO ABBATI MONASTERII
S. BAVONIS GANDAVI S. D.

V A prater meritū obtingunt, hoc plus solent habere precij: & quæ præter expectationē obueniunt, solent esse gratiora. Nonnunquā & autor magnificus precij addit suo muneri. Nihil autem tam per se uile est, quod non eximie charum reddatur, si proueniat ab animo amico. Quot igitur nominibus mihi putas gratum fuisse munus tuum præsul egregie, quod per insignem uirum Cornelium aduocatum à filco misisti, adeo nō expectanti, ut si de celo delapsum fuisset, nō potuisset magis inexpectatū accidere. Nam quod ulro mittitur, quod immerentis, quod nec per somnium expectanti, nō potest nō ab amicissimo pectore proficisci. Et munus per se gratissimū uerbis etiam cōmendas. Negas esse munus, sed animi symbolū. Ais non dicandī causa missum, sed salutandī gratia. Amplector igitur istum animum tuum, & agnosco quid debeam. Ut pariter te redamē, tamē hoc calculo uinces, quod me prior ad amicitia prouocaris. Nam in ea consuetudine, quæ mihi tecū fuit Gandau, ac Dernemonda, tam me gessi inuoluit, ut nō semel ueritus sim, ne prorsus animū tuum à nobis alienassem. At qui sic prouocatus amare potest, dignū arbitror, qui toto pectore redametur. Sed Marcus Laurinus Decanus apud Collegiū Sancti Donatiani, pollicitus est mihi uertissimum codicem nō u descriptum ē uestra Bibliotheca, qui contineret cōmentarios diui Hieronymi in psalmos. Qui si cōmode ad nos mitti non potest, saltem optarem ex eo describi unam aut alteram paginā, quo mihi collatione liceat experiri, num hi cōmentarij, quos habemus excusos typis, adulterini, aut mutili sint necne. Quod si ne id quidem cōmodum est, arbitror me ad Calendas Augustas Brugas repetiturum. Tum igitur uel obiter salutabo tuam amplitudinē. Bene uale pater omnibus modis obseruande in Christo Iesu. Ex Anderlaco XI. Calendas Iulias. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. CAROLO HARST S. D.

I S igitur tibi debeo, mi Carole, & quod nos uolueris inuifere, & quod abstineris, ne studia mea interpellares. Quod mihi rus hoc gratularis, certe nihil iam multis mensibus à me factum est, quod cesserit felicitus. Perieram, ni urbium nidore reliquisset. Iam mihi cum medicis res esse coeperat: cōsulti diuersi, diuersa prescripserāt remedia. Ea quo minus sumpserim, nihil obstitit, nisi quod non uacabat egrotare, subinde nouis negocijs aliō uocantibus. Quanquā huc quoq; penetrant *οἱ ἰσχυροὶ καὶ πῶροι*. Quid enim istis est inaccessible? Et è propinquo quotidie audimus insulas fabulas. De Carino quod mones, iam dudū à me curatū est. Nefeno mihi. Cui tradiderā, ait se reddidisse Capitori nostro. Tu fac modis omnib. compiles Conradum Gocleniū, omni genere literarū opulentū, ac ueluti gnauus & audus negotiator, honestissimis mercib. in patriā tuam onustus redeas. Sed in primis stilū acue, quo possis aliquando rabulas istos, qui tam stolide reclamant optimis studijs, suis depingere coloribus. Bene uale. Ex rure Anderlaco X. Calen. Iulias, Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO PASTORI CIVI/
TATIS GRVNINGENSIS S. D.

E iuvene reuocato, non est quod mihi gratias agas uir egregie, ob hoc nihil promereor laudis, sed impius eram futurus. & Christianæ charitatis immemor, si cum per occasionem liceret puero non cōsuluisset. Poculum inauratum, tuo nomine reddidit uir longe candidissimū pectoris Gofuinitus, nec

X potuit

fragijs S. D.

R E VERENDE pater, mox ut Bruxellæ mihi reddita sunt tuæ literæ, accersit ad colloquium Aegidium Buslidium, utrum adeo propense fauentem bonis literis, ut suis etiam damnis faueat. Exosculatus est animum tuum, qui cum honestis studijs, tum Buslidiani nominis gloriæ tam ex anstho consultum uelles. Legit autem & tuas ad me, & Agathij ad te literas. Placuit ingenium, & cupit hominem accersi, præsertim quum morum etiam integritate commendatur, idq; abs te utro bonis omnibus commendatissimo. Proinde de statu negocij, non placet secus quicquam illi scribi, quam res habet. Academia Louanensis frequentia nulli cedit hodie, præterquam Parisianæ. Numerus est plus minus tria milia, & affluunt quotidie plures. Collegium domi paucissimos alit, præsidem unum, cui rei familiaris cura delegata, professores treis, & duodecim opinor adolecentes, atque hos gratuito. Extra hos paucos capit domus, qui suo sumptu uiuunt apud præfectū ac professores. Auditorium est, ut in hac Academia satis frequens, aliquoties non pauciores habens trecentis. Placebit illi cœlum hoc nostrum, nec displicebit gentis humanitas. Collegij locus & honestus est, nec inelegantis structuræ. Salarium pro modo reddituum satis amplum, pro rationibus professorum, ut ingenue dicam, nimis angustum est, sed pro respectu personæ aut industria, possit executorum arbitrio augeri nonnihil. Et licebit illi extra ordinem profiteri, seu Græce malit, seu Hebraice. Erat illi res cum uiris probissimis optimaq; fidei. Et bona spes est fore, ut breuit ex principum liberalitate crescant collegij prouentus, præsertim si tu tuiq; similes suum fauorem adiunxerint. Pium est opus, magnoq; olim ornamento futurum, & huic Academiae & Carolo principi. Prima laus debetur clarissimo uiro Hieronymo Buslidio, qui totum quod habebat, huic negotio dedicauit, fraudatis etiam fraatribus. Nec fraudabuntur tamen sua laude, qui pulcherrimum hoc institutum copijs auxiliarijs adiuuerint. Non enim poterit latere posteritatē, quod trilingui facundia celebrabitur, nec minima famæ portio redibit ad illos qui primū professionē hanc olim futuram longe clarissimā fuerunt auspiciati. Quod si quem nō mouet humana gloria, certe piū est ambire

potuit non esse gratiſſi-
 retur, niſi quod unum uereor, ne ille mei ſtudio tibi uellcarit aure, ut id faceres. cui
 mihi ne in ſomnis quidem unquam tale quicquam in mente uenerit. Ex eiſdem literis ſimul
 & oratione cognoui, quanto ſtudio iſtħic omnia obeas munia, quibus olim fungebantur
 illi non ſitulo tantum epiſcopi. Præluces omnibus integritate uitæ, paſcis aſſidue gregem
 tuum euāgelica doctrina, ac tales aſciſcis tibi ſacerdotes, qui morum innocentia, qui ſacræ
 eruditione, & ornent eccleſiam tuam, & apud populum tuas uices gerere poſſint, ~~ſunt~~
~~ſunt in ſomnis quidem unquam tale quicquam in mente uenerit.~~ Qui ſi ubiq; tui ſimiles fuiſſent, non iam orbis teneret
 auribus, quem neq; ferre poteſt, nec quomodo excuſat uidet. Non te populus compoto
 rem habet, ſed doctorem, ſed conſolatorē, ſed hortatorē, ſed admonitorē, ſed conſulto
 rem ſidiſſimū & amantiffimū experitur. Atq; adeo non deglubis gregem tuum, ut
 etiā largiter optuleris egeſtate preſſis: nec tibi congeris opes, ſed ingenti ſtudio properas
 ad brabium illud immortalitatis, quod bona fide tibi redditurus eſt ſummus tue paſtor,
 princeps paſtorum omniū, qui gratis animā impendit ouibus ſuis. Quantumuis
 opes congeſſerit homo in hac uita, tamen non poteſt non pauperrimus hin
 hil omnino rerum congeſtarū licet eſſerre. Ille demū diues exit, qui talib, rationu
 de communitus exit. Rationes ſunt interim, ſed bonæ fidei eſt, qui cum nob
 periculum eſt, ſi rationes in immenſum accreſcant, diues eſt in omnes
 peſtamus. Mihi & illud arguit tuam pietatem, quod in ſacrario bibliothec
 potiſſimum autoribus referam, quorum ſcripta ſpirant euāgelicam charitatem. Quales
 ſunt Origenes, Chryſoſtomus, Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus: ex ho
 rum lectione ſentimus nobis inflammarī peccius ad amorē rerum cœleſtiu, & contemptū
 eorum, quorum cæca cupiditate ſuſq; deq; miſcentur res mortaliū, cum ab iſtorum quos
 ſcholæ ſolennes nobis dederunt lectione ſurgamus frigidi, nonnunquā & fide minus ſo
 lida, quam attuleramus. Iam menſam tuam non ſolum cōmendat frugalitas, ſed cōdiunt
 etiam e ſacris libris petita fabulæ, quæ paſcant animos taliū epularū
 runt in mediū ſuum quiſq; floſculū & pratis diuinorū uoluminum decerptum: al
 ciat aliquid mellei ſucci, quem apicule in morem per omnes arcanae ſcri
 obuolitans, exuxit. Nec ſinis tuam mentem contaminari uirulentis fabulis, quæ
 & odium ſapiunt. Quam uero grauiter impoſuiſti nuper ſilentium duobus qui ſe fac
 cros euāgelij præcones, cum multa nō minus impudenter, q̄ amarulente cœpiſſent euo
 mere in Eraſmū: ut peſtilentem ſermonem interrumpere, rogabas, num legiſſent libros
 meos: falſi ſunt ſe nunquā legiſſe. Mox ſubiiciebas te demirari, qua fronte ſic deblatera
 rent in hominis doctrinā, cuius libros non legiſſent. Vbi uero nec hac admonitione coer
 ceretur illorū ſtoliditas, iam uino quoq; facta petulantior, negabas tibi placere conuiuias,
 qui talibus fabulis menſam tuā conſpurcarēt. Aut ſermonē mutarent, aut menſam. Er iſti
 ſunt, qui ſeditioſe uociferantur apud populū in paſtores, ut ipſi uocāt, ſeculares, à quib, ma
 gis oportebat ipſos ſobrietatis, ac moderationis exemplū petere. Faxit Chriſtus opt. ma
 ximus, ut tui ſimiles exiſtāt ubiq; plurimi, quo uel inūduſ extraordinariū hoc ac uagū do
 ctorū genus ſtidiat, uel ipſi cogantur ſe ad ueræ pietatis ſtudiū ab ocioſo luxu, & luxu
 rioſo ocio recipere. Bene uale. Louanij pridie Cal. Maias. Anno M. D. XXI.

ERASMI ROTTERDAMI ADOLESCENTIS
 AD IACOBO HOCHSTRATO THEOLOGO S. D.

Erasmus

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XVII.
 ERASMVVS ROT. EDVARDO LEO S. D.

VOD A ME diſſentis alicubi, non admodum ægre fero, ſemper
 hoc licuit inter eruditos, ſicolumi amicitia. Quod iſtis rationibus
 rem tractas, demirabor ſi quiſquā uir grauis probet, quādo nec ip
 ſe probat Ioānes Briareus Arēlis, tui, ut par eſt, amantiffimus. In tot
 milibus annotationum, in tanta ſententiā & ingeniorū uarietate,
 te, quid nouum aut mirum, ſicubi uidiſſes quod me ſefelliſſet aut
 tibi minus placeret, quod mihi non diſplicuiſſet? Quis autem pro
 baturus eſt, quod ſubito ex amico factus hoſtis, in abſentem ſcri
 beris, cum nec ulla laeſiſſus eſſes iniuria, nec unquā expoſtulatiſſes cum præſente: quod
 n ueterem additionem ſcripſeris, cum ſcires adornare me nouā: quod opus tuum per om
 nia monaſteria ſparſeris, præſertim ubi ſcires eſſe qui mihi parum bene uellent: quod iſs
 modo cōmunicatis, quos noueras iniquiores Eraſmo: quod nunq̄ prouocari potueris,
 nec Atenſis autoritate, ut mihi uoluminis tui faceres copiam: imò ne ad hoc quidem ut uo
 ce uel unū proferres locū, quem reprehendiſſes: quod uirulentis cōuicijs, imò mendacijs,
 opus paſſim aſperſeris (id enim affirmant qui uiderunt, neq; reclamāt paginae quas inter
 cepti) quod nulquā non prædicas ac ſacritas, ſexcenta loca abs te reprehenſa, nec unius in
 terim facis copiam? Quaſo te, unde iſtud exemplum uel grauitatis uel animi Chriſtiani
 X 4 Si pro

Si prodesse uis omnibus, cur non ædis? Si me docere uis, cur solus nō impetro ut legam? Si tibi scripsisti, cur tam late uolitat liber? Si diffidis operi tuo, cur sic ubiq; iactas? Si fidis, cur tam anxius es ne quis legat, nisi qui mihi parum sit æquus? Ita dum me traducis apud eos, qui tibi iurati, mihi male cupiunt; nec me reddis meliorem, & illos inficis. Quid quod interim nec tuæ gloriæ, quam hoc tumultu uenaris, satis recte consulis? Si statim ad didis ses opus tuum, omnes admirati fuissent prodigiosam ingenij tui felicitatem, qui pauculis mensibus tantum Græcitatibus & Hebraicis deuoraris, ut tuo iudicio nihil sapiat in Græcis Erasmus, in Hebraicis Hieronymus, si tamen hæc est illius translatio: nam id honoris gratia soles addere, ne parum uideare tribuere Hieronymo. Imò aiunt, te mox triduo postea quam Hebraizare cœperas: multa damnasse in Capnione, nonnulla etiam in Capitone. Et fieri poterat, ut summus pontifex admiratus istud ingenium penè diuinum, tibi tradita uirgula, totius orbis censuram fuerit mandaturus; nec iam ullus liber aut æderetur, aut legeretur, nisi Lei suffragio probatus, nimirum totius rei literariæ Aristarchi. Nunc pleriq; dicitur, te hoc consilio premere præclaras istas annotationes, ut me fatis functo, tum demum ædas, ipse uicturus: id est, in gloriam uictoriæ reportaturus, tum nemo sit qui contra certet. Alij prædicant interim undiq; captare te, quid quisq; calumniatur: nec tuum opus aliud futurum, quam alienarum sycophantiarum rhapsodiam, in qua minima portio sit tui Martis. Ita periculum est, ne fiat, ut cum tibi speraris optimam laudem, minus ex tuo libro referas gloriæ, quam Latomus retulit ex suo illo frigido dialogo, in quo ferunt totam Theologorum cohortem desudasse. Nec dubito quin tibi ualde nunc arrideant quæ scribis: sed caue putes itidem omnibus artificia, cum clara luci sese commiserint. Quod iuuenis gloriæ fame stimularis, ignoscendū arbitror: at quod ista uia grassaris ad gloriā, qui non solum Theologus ac uir bonus, uerum etiā sancti uisus haberi uis, nulla non improbit posteras, etiam si non desint fortasse, qui nunc applaudant. Atq; hanc fabulā iam ferme biennij agis: & adeo dulcescit actio, ut immorturus uidearis. Nec tamen ob ista facta adeo tibi sum infensus, ut cupiam quenquā tibi uel pilo minus amicū esse mea causa, tantum abest ut grauius aliquid malum optem accidere. Sed res nusquā gentium nō sparsa est. Sic enim undiq; uolitant emissarij istorum, qui nouo exemplo simul & mēdici sunt & tyranni, ut dictu sit incredibile. Nec ulla est natio in qua meæ lucubrationes non aliquot amiculos mihi conciliarint: at in Germania complures sunt, qui mihi impensis student etiam quam uelim. Nec ignoras huius gentis animos, ingenijq; uiolentiā. Nondum enim profusus exuerunt: natiuam illam ferocitatem, quam uis assidue mitefcant humanis literis. Vides quibus uerbis confodiant eos, à quibus sunt lacerati. Equidem multorum ltilum partim oratione, partim epistolis cohibui, cohibiturus etiam quantum erit in me: Sed audio quosdam his atrociora minari, quod genus si quid accideret (id quod Deus auertat) nec ego possem tuo mederi malo, & ut est nunc prona hominum suspicio, inuidia facti in meum quoq; caput recideret. Ita ex tuo malo mihi duplex incommodum nasceretur: primum ipse dolerem mea causa læsum esse, cui nihil tale uelim accidere: deinde nō deerunt qui suspicentur me conniueute factum. Iam ut spero nihil huiusmodi futurum, ita contra metuo ne quid accidat. Si nihil est periculi, amice timui: sin est, amicus præmonui, quo possis, si uideretur, aliquo consilio occurrere, quod tuæ prudentiæ uidebitur esse commodissimum. Bene uale. Louanij, Idus Iulij, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. THOMÆ LVPSETO S. D.

X Literis magni cuiusdam amici, sed qui idem Leo nō sit inimicus, cognoui, istic late sparsum esse rumorē, & ita sparsum, ut pleriq; fidē quoq; fecerit, hic mea meorūq; opera fieri, quo minus Eduardo Leo librū suum, quē iam olim aduersum me parturit, aliquādo parere liceat, & typographis obstetricantibus ædat in lucē. Imò nos minis territare hominē ne quod scripsit ausit euulgare. Iam ista τὸ πολὺς κενὴ mirari nō debeo, quibus ut penè cotidianis iam pridem oportuit assueuisse. Illud admiror, qui nam sint istius omnium impudentissimi rumoris autores. Nō enim adduci possum, ut credā Leum, qualis qualis est, usq; adeo perstrictæ frōtis esse, ut ista sustineat affirmare: nimirū ipse sibi probe conscius, rem longe secus habere. Neq; enim tam stupide credulus sum, ut mihi quisquā, uel persuaserit, uel persuasurus sit, Leum perpetuo

perpetuo pressurū egregias illas suas uigilias, annis iam aliquot desudatas, spē immortalitatis suæ, & unde potissimū famam suam uoluerit auspicari. Compertū habebam eum harum rerum parciozem esse, quam ut passurus sit, tantū operæ atq; olei sibi perire. Nec in tantum sum obesa naris, etiam si minime suspicax planeq; simplicis ingenij, ut mihi non suboleret, quid ageret ille. Et si meus stupor hoc minus potuisset deprehendere, tamen non deerant qui submonerent, primum hoc uenari Leum, ut si quid mihi accideret humanitus, aut si quis casus in regionē longinquam auocaret aliquid, tum demū ille non tutius modo, uerum etiā felicius æderet suas notationes. γὰρ λέγει ὁ πλάτων ἐκλεδοίπερ. No uit ille uerum esse, quod uulgo dicunt, non remordere mortuos. Fortassis & apud Quintilianum legit (nam uidetur & bonas literas aliquando degustasse) si quis mentiri uelit in nemine id posse fieri tutius, quam in uita defunctos. Deinde non ignorat, tametsi stimularur fama gloriæq; siti, quam ingens ipsi fœnus hæc dilatio sit allatura. Siquidem dum interim undiq; captat, quid quisq; calumniatur, in conuiujs, aut in conciliabulis, quibusdam ~~magistris nostris, si qui sunt qui mihi parum acqui uidentur, arrosent: dum subodoratur, quid ego aut alius pro me respondeat: dum inter relegendum quædam displicent, quæ primus ille scribentis calor nimis commendarat auctori: dum animus ac fortassis odium identidem nouum aliquid indicat, quod calumniatur, quando dolor non solum eloquentes, uerum etiā ingeniosos facit, & iuxta Satyricum, absoluit indignatio uersum, quem natura negat: Postremo dum ex quotidiana lectione, subinde non nihil adiecit auarj: nimirum sit, ut opus exeat non solum locupletius atq; instructius, uerum etiā emendatius. Nam ipse mihi factus est in proximo colloquio, se totum fere opus à capite, quod aiunt, usq; ad calcē retexuisse, multa refecuisse, ut iam à posteriore Noui testamenti additione si peruacanea, tum pleraq; mutasse, in nonnullis à seipso dissentire, re diligentius pensitata. Porro quod ista facit, postea quæ decretum est belligerari, nec admiror admodum, nec indignor magnopere. Suum agit negocium, fortasse ius belli permittit, ut nihil non machinetur in eum, quem uelis opprimere. Verum in hoc illius prudentiā non nihil desidero, quod in eo, de quo modo dixi, colloquio, serio mihi factus, sibi totum opus retexi, tamen urgebat ut sibi crederem asseueranti, nunquam futurum ut librū eum euulgaret. Hoc scilicet consilio sumperat operā in retexēdo, uti retextum premeret. Veritatis ut simplex, ita confians est oratio, nec ullis frequentius accidit σφάλμα μνημοσύνης, quam ipsi qui non loquuntur ex animo. Nisi forte non fuit ille memoriæ lapsus, sed meus stupor hanc illi fiduciam addidit, ut existimarit me protinus crediturum, primū rem tam incredibilem, deinde tali auctori. Proinde cum mihi persuasum esset, omnino futurum ut ille quod scripserat euulgaret, & adeo persuasum esset, ut nec hi mihi diuersum persuadere potuerint unquam, quibus ego nihil non soleo credere, atq; hac una in re dissentire ab his, quibuscum liberatissime consueui sentire: neq; necstem quantum illi commodi, rursus mihi quantum incommodi foret allatura mora, imò quanto meo periculo, quantaq; illius spe prorogaretur opus, quis non desideraret in me sanam mentem, si quod isti factitant, modis omnibus obniteret, ne liber exiret in manus hominū: Mihi semper fuit eadem & mens, & oratio, ut optatim quamprimum euulgari quicquid esset operis. Si proferre possunt ullam epistolam, in qua secus sentiam, si producere qui me secus loquentē audierit, utcerunt. Sed huic rei non possum alium magis idoneū testem adducere, quam Leum ipsum. In primo congressu, cum à proxime relicta Basilea, uenisset in colloquiū, idq; in eadem diuo Petro sacram, quemadmodum rebus parum pacatis, belli duces solent in locum aliquem utrisque tutum conuenire: atq; ille factaret plusquam trecenta loca sibi notata, quæ nemo posset diluere, ne res exiret in rabiem & in contentionem, cum Christianis omnibus, tum uero præcipue Theologis indecorā, proposui ut è tribus unum eligeret. Primum, ut quod maxime dignum esset animo Christiano, quodq; dignum nostra uetere necessitudine, in qua professus esset se talem fore, ut tametsi nouus amicus, nulli tamen ueterum fide atq; officio cederet, communicaret suas annotationes. Nam eam uoluminis partem, quæ nostras annotationes complectebatur, licet esset excusa typis, nondum tamen æditā esse, nec futurum ut æderetur, nisi toto opere absoluto. Adhuc integrum esse, mutare chartas aliquos~~

aliquot, non illud quidem iam absq; iactura pecuniæ, sed mihi longe chariorē esse famam meam, ac publicā studiosorum utilitatē, quam pecuniam. Proinde si quid indicasset, quod alicuius esset momenti, me facturum: sed ita, ut nihil interim mihi suffragaret alienæ laudis, iugene testaturum cum honorifica nomenclatura Leici nominis, cui fructum illum deberet lector. Hanc conditionē adeo æquam, ut his quoq; probaretur, quos tum suspicabar, post compert, mihi ne utiquā a quos esse, cum ille toto corpore renueret, ad id quod erat proximū descendī. In rem præsentem utriq; ueniremus, & collatis utriusq; uoluminibus negotium uia uoce transigeremus, ita nihil fore scrupuli, cur timeret exemplari suo. Quod cum nec ipsum placeret, cepti prouocare, ut opus suo meoq; periculo publicaret: nihil enim aliud superesse, quando iam liber ipse propemodū esset æditus: mihi non item, cum in exemplaria non pauca propagatus, legeretur à conūratīs duntaxat, & me rumor per illum illiusq; fautores iactatus, magis etiā graualet, quam si fuisset æditus liber: ut semper auget fama quod dissipat, præsertim si quid sit affīne malis. Quod si ipsum uel sumptus, uel operā deterreret, me meoq; impendio meoq; periculo curaturum ut excuderetur. Ad hæc si quid addubitarēt de mea fide, sibi seruaret antigraphum, quo mox conuicti possē, si quid esset à me uel additum, uel omisum, uel immutatū. Hęc opinor sic esse gesta, Leus ipse non inficias ibit. Alioquin uel illud arguerit me nihil fingere, quod Leus aliquando amicis cōmunibus, simulatq; iam gustum operis cepissent, magnopere deterrētibus ab æditione, per literas questus sit se per me prouocatum ad æditionem. Theodorico Alufteni semper suasi, ut si Leus traderet exemplar, excuderet, me uolente id facturum. Cum cōperissem illum Antuerpię egisse cum duobus typographis de publicando libro, nec processisset, norit omnes quam indigne tulerim quod institutū erat, ad nihilum recidisse. Mox accito typographo, quanto possum studio ago, ut pactiōnem instauraret, sed Leus mutata sententiā, sese iam subduxerat. Rumor sparserat, ab illo uolumen esse missum Coloniā, ut illic æderetur. Scripsi duobus amicis, sinerent æditum, tantum curarent, ut mihi mature fieret uoluminis exculi copia. Nam illud ab ijs iactabatur, qui Leo fauent, sic excusum iri librum, ut inter mihi male uolentium manus uolitans, post annum demum à me deprehenderetur. Et multis cōiecturis adducor, ut id uerum esse credam, eas aliās forsasse adducam. Iam producere possum quibus testibus receperim me effecturū, ut Theodorico librum excuderet, quo possit ipse Leus præesse castigatiōni, Appellent qui uolent, Galfredum Lei fratrem, per quem uelut *epulū* quempiam, aliquoties mecum colloctus est, quoties per hunc prouocauit ut æderet. Postremo iam dicebatur transegisse cum Michaele typographo Antuerpiensi, nihil esse in mora, nisi quod dubitaret, quo animo esset id laturus: Respondi, ut maturarent, mihi uehementer probari. Hęc literis mea manu scriptis docere in promptu est. Et post hæc quę tandem impudentia est, dissipare uanissimā fabulā, me modis omnibus aditū, ne liber euulgaretur: Iam de minis quoq; paucis dicam, in quo non solum demiror impudentiā, uerum etiā insignem ingratiūdinē istorum. Senseram quosdam mihi impensius etiā quam ipse cuperem fauentes, nescio quid submorsuri, ut in Leum atrocibus libellis inueherentur, atque etiā si pergeret, non calamo tantum, sed fuste rem gererent. Quorum utrumq; uti ne fieret, cum quantum in me fuit obnixus essem, inimicitias denunciāns ei, qui rem tam barbaricā, & literis indignā mea causa fuisset aggressus: non tamen ita fesus sum illorum ingenijs, ac promissis, quin Leum quoque super hac re commonefaciendum esse putarem: ne quid accideret incauto, quod pariter & illum offenderet, & bonarum literarum cultores inuidia graualet. Nam quod ad me pertinet, puto neminem esse, qui uel mea legerit, uel mecum aliquam egerit consuetudinem, quin perspectissimum habeat me nihil æque detestari, quam exempla libelli famosi, aut uiolentiæ. Itaq; sic mecum reputabam: si quid esset periculi, amice monui: si nihil est, amice timui. Nec dubitabam quin hanc admonitiōnem esset boni consulurus. Quod si hoc officium meum secus interpretatur, malo tantisper hoc officij perisse mihi, q̄ illum scire, quantū mihi hac sanē in parte debeat. Proferat epistolam quam illi proxime scripsi, ea docebit quod simpliciter & amanter monui: eadē docebit me illum ad æditionē operis prouocasse, non deterruisse. Imò non ob aliud in illum tantopere stomachabantur amici mei, nisi quod tam insolenter ubiq; iactaret suū librū, nec æderet tamen. Neq; uero me fecellit, qua re hinc Leus sit usus. Cum nondū esset satis instructus ad æditionem, uoluit

uoluit hoc interim gloriæ sacrificare, quasi in gratiam meam premeret opus. Rursus ubi iam gestiret animus ædere, sibiq; uideretur utcuq; adornatus, quiritari cœpit, se per me prouocari ad ædendum, ne quid offenderet suos amicos, qui tantopere deterebant ab ædendo. Proinde si quos posthac audieris eadē garrientes, dic illis meis uerbis, eos aut uehementer falli, aut impudentissime mentiri. Deniq; si cui hæc, quæ dixi, nondum persuadent, in promptu est experimentū. Etiam nunc tradat Leus librum, & nisi curaro uel Basileæ excudendū, idq; nullo ipsius sumptu, credant omnes me hæcenus obstinisse, quo minus æderetur. Atq; ut manifestum mendacium fortiter reijcio, ita quod uerum est, iugene fatebor. Cum facile suspicarer futurū, ut hoc opus aspersum esset uarijs contumelijs: uel quod scirem Leum, utcuq; nunc affectus est, prorsus inimico animo negotium hoc suscepisse, id quod ubi res postulabit clarissimis argumētis euincemus: uel quod ipse sepius efflagitanti, atq; urgenti, cur tantopere caueret, ne liber quem in me scripsisset mihi omnium unī cōmunicaretur, cum eius copiā faceret tam multis, tandem respondit inesse quædam quæ mihi bilem essent motura: quasi uero non indignius esset, si alijs de me scriberet, quæ mihi coram nō auderet proferre: uel quod una atq; altera annotatiō, quæ mihi forte contigit intercipere, satis declararet, quale futurū esset reliquum opus: admonuit ut argumentis, non contumelijs, rationibus, non cōuicijs rem ageret. Ita tum illi fore simplicem in scribendo laborem, tum mihi in respondendo. Nunquam enim offensum iri me, etiam si mille locis à me dissentiret. Imò gratiam habiturū quod nostram industriā sua industria adiuuaret. Sin admiseret conuicia, geminū utriq; fore, tum laborem, tum incommodum. Si quidem illum in periculū uenturū, ne uir parum modestus ac grauis habeatur: me rursus gemino malo constructum iri, qui si responderē conuicijs, uideret illi non dissimilis: sin minus, fortasse plerisq; uideret agnoscere, quæ ille in me cōgessisset. Opinor hoc consilium nulli probo nō uideri & prudens & amicū. Et tamen hoc animo semper fui, ut qualisqualis esset liber, quamprimum exire in lucem optarem, quid uis passurus citius, quam quorundam insullissimas gloriolas. Nec enim sum tam iniquus Leo, quam quidam existimant. Scio quid possit gloriæ stimulus, quam uiolentum calcar habeat ambitio laudis, quid ualeat iuuentæ calor, præsertim in eo, qui nunc primum famę stadium sit ingressus. Ad quid enim nō adigat nominis immortalitas, cum nō fabulosum sit, quod de Erostrato proditum legimus: Adest ingenij non aliter audidum gloriæ, quam naphtha flammæ, nec decrant exempla, quæ iuxta Flacci prouerbiū, oleum adderent camino. Nam ut ne cōmemore uetera, uidebat, quantum si non laudis, certe famę sibi nuper parasset Ortuinus Gratius, ex una aut altera qualicunq; conficitur uncula. Intelligebat esse uerum, quod scripsit Pindarus, bello nobilitari uiros, & quos tranquillitas obscurat, tumultus illustrat: nec fugerat illum, opinor, illud Græcorum prouerbiū, *ὅτι δὲ ἀγορεύσει καὶ ἀποκλείσει πολέμαρχος*: perspiciebat, & longam, & difficilem esse uiam ad parandam gloriā, scribendis libris innotescere mundo, nec admodum dissimilem Heliodicæ illi. Vidit aliam magis etiam compendiarīā ea, quam tibi cen ille apud Lucianum indicat discipulo: nimirum ut artis suæ specimen præberet ijs, qui iam omnium iudicio probati tibi cines haberentur. Sic enim compendio fore, ut horum suffragijs cōmendatus, quorum iudicio plurimum tribueret uulgus, per uniuersam Græciā illustris euaderet. Honestam sanē uiam indicauit ille tibi cen, sed quę nonnullis nondum satis compendiarīa uideatur. Malumus insynceram gloriā, quam quæ uerior, sed serius contingat. Qui taxat aliena scripta, primum uno statim anno tantundem nominis assequitur, quantum ille multorū annorum uigilijs sibi parauit. Deinde uulgo doctior habetur, qui reprehendit. Postremo nō defunt, qui admissio subdant calcar, qui currentem incitent, qui acclament, qui mellitissimum illud *ὄχι* succinant: qui applaudant, qui medio in cursu frigidam suffundant, qui Crescentem tumidis inslent sermonibus utrem. Hęc faciunt, ut etiā si quid iuuenilius scriptum esset à Leo, non admodum agre laturus sim, modo ne nimium diu torqueat nos ista parturiens, pollicitans, iactitans, mimitans, obtrectans, & rem ad seditionem uocās. Quod si meo consilio parens meminerit ubique modestiæ Christianæ, magisq; spectari, quid ipso dignum sit, quam quid cupiant quidam, qui alienis ingenijs abutuntur ad legendum subolescentiā mellora studia: non solum apud studiosos, uerum apud me quoq; gratiam non mediocrē inibi. Cur enim mihi turpe ducam, si in tot milibus locorum, quæ uel

restitui, uel explicui, cernat aliquid, quod meo oculos alio properantes suffugisset, aut deprehendat in quo à me dissentendum putet? Non hac lege scripsimus annotationes, ut ceteris ius esset ademptum, uel addendi, si quid præterea queat aliquis animaduertere, uel corrigendi, sicubi nos effemus hallucinati, non solum homines, uerumetiam & ingenio perquam exiguo, & eruditione uix mediocri. Id etiam si non effem testatus, tamen nemini debebam usque adeo uideri arrogans, ut cum ipse non dubitem locis aliquot à probatissimis doctoribus, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Cypriano dissentire, ceteris præscribam legem, ne quis à me dissentiat. Nunc clara uoce testor, me uelle ius hoc primum mihi ipsi integrum esse, deinde alios ad hoc studium prouoco, atque inuito, tantum quod abest ut deterream. Atque hæc fortassis non legerat Leus. Nam meminì cum in colloquio quodam me grauitè admoneret, ut testarer alicubi in præfatione, me non hoc animo ædidisse Nouum testamentum, quod nollem à Græcorum lectione usquam dissentiri: moxque respondissem, iam dudum id mihi non semel testatum esse in prologis: aiebat sese præteritis præfationibus, ad rem properasse. At qui si idem, in qua, faciât ceteri quod tu, quid retulerit fuisse testatum? Illud mihi uideor meo iure sumpturus, neminem ante me uel plura, uel diligentius annotasse. Ut ne dicam interim, quod in eo opere non profiteor me quicquid est scitu dignum annotaturum, sed ea duntaxat, quæ ad lectionis sinceritatem faciunt. Quod si cui uidebitur diuersorum generum annotationes complecti, non continuo me uicerit, nisi in eodem argumento se præstiterit copiosior. Et tamen sic faueo pijs studijs, ut non à Leo tantum, uerumetiam ab omnibus uinci cupiam. Ad Christi gloriam, ad publicam utilitatem eorum, qui deamant sacras literas, hoc quidquid est laboris desudauit: cur repente mutatus inuiderem ipsi, quorum gratia tantum uigiliarum exantlassent? Imò cur mihi ipsi inuideam, si quis suo sumptu me uelit docere uel plura, uel rectora? Quæso quid hic est, quod uel mihi Leus indignetur, uel ego sim illi iniquior? Si non probat argumentum susceptum, cur ipse uoluit in eodem argumento uersari: & cum res ferè tota pendeat à Græca Latineque lingua peritiam, cur mihi non concedat utriusque lingue aliquanto, opinor, peritior, quam ille sit, quod ipse sibi permittit, nuper Græcæ lingue rudimentis initiatus, nec eo progressus adhuc in lingua Latina, ut mecum opinor, dedignetur uti iure cõmuni: deinde cur mihi non permittat in Nouo testamento, qui sibi nihil non permittit in Veteri, idque nuper degustatis Hebræorum literis: præsertim cum à me stet tot probatorum exemplarium consensus, tot orthodoxorum autoritas: ille præter hodie uulgatos Hebræorum codices, & lexica quædam, nullis penè præsidijs nitatur: Postremo cur mihi ius non sit hoc facere, hortante & approbante Leone Pontifice Maximo, quod ipse sibi sumit autoritate propria? Neque uero hæc dico, quod parum comprobem Lei industriam, sed quod declarem neutri causam esse, cur alteri uel inuideat, uel indignetur. Etenim qui contendunt, nefas esse quicquam immutare in uulgatis nostris codicibus, prorsus insaniunt: ut abunde docuimus in Apologia, qua Nouo testamento præfati sumus. Sin quædam in opere meo non probat, quorsum opus erat hac belli specie, quorsum tot oblatratibus, tot susurris, tot sycophantijs, tot obrectatricibus epistolis: cum ego ultro prouocarem ad hoc officium, priusquam Leus attigisset Græcas literas, aut suspicarer futurum etiam ut attingeret. Non sum tam impudens, ut factum improbem, ad quod prouocauit: uiam modumque facti, nullus opinor cordatus, aut grauis homo probaturus est: quando nec illi uisus est hac in parte Leus æquum facere, cui nihil non æquum uideri solet, quod bonis literis & Erasmo aduersetur. Quod si rectam rationem maluisset adhibere in consilio, quam iram, aut odium, aut liuorem, aut ambitionem, aut alium his similem affectum: neque me læsisset dux & organum factus sycophantis, qui nunc nescio quo fatali sydere regnant: & sibi gloriam peperisset, ut uberem, ita etiam uerorem. Primum enim, cum difficillimum sit prodesse, lædere facillimum, ab illo potius quam ab hoc debebat parandi nominis auguria sumere. Nunc cum audito Lei nomine, antehac obscuro, rogabunt hospites, quid hominis est Leus iste? Respondebitur, is qui primus omnium extitit Erasmo astrix. Ut ingeniosius, ita plausibilis est nouum aliquod opus gignere, quam in alienis libris ingeniosum ac doctulum uelle uideri: præclarior est autorem esse noui cuiuspiam operis, quam in alienis operibus Momum quendam agere: etiam si Momus reprehendit duntaxat, non etiam calumniatur, liber uerius, quam contumeliosus. Quis autem ferat eum conuiuiam, qui in epulo accumbens

bens magna cura grauique sumptu apparato, dissimulet si quid lautum sit, ac tantum degustatis omnibus, damnet & exprobrat conuiuatori, si quid deprehenderit quod parum palato respondeat? Quanto ciuilius sit, conuiuato rem illum uicissim domi tuæ lautioribus epulis accipere. Proinde si rem ingenue, si Christiana ienitate gessisset, nemo probus non probasset hominis industriam. Egissem & ipse gratias, ac laudibus applausilem. Iam si uel ingenij uis, uel ætatis calor ad bellum pertraxit, proximum erat ingenue bellum gerere: uirtute, non technis: uiribus, non insidijs: aperto Marte, non dolis. Qui eadem, incendium, qui internecionem moluntur hosti, prius nullis fecialibus expostulant, rem repetunt, conditiones præscribunt, quæ si præstentur, arma non recusant deponere. At Leus coram amico nulli cellurum professus, subito factus est inimicus, nec legatus unquam, nec expostulatione facta. Imò cur in odium mei factus est amicitissimus ijs de quibus antea pessime & loquebatur & sentiebat? Id si inficiabitur, est in proptu quo possit redargui. Deinde cur in præsentem mutus, in procul absentem ferox ac formidabilis esse coepit? cur caprato etiam tempore ad lædendum magis accommodo, cum sciret hic exulceratam rem ob quorundam conspirationem, in eo ulcere uelut unguis extitit, ac ceu noxius humor buboni sese adiunxit? Cumque cerneret lingue morbum apud nostrates *idioglyphis*, cur primus impulit? Donecum lebetem amicus nemini cellurus, princeps & autor tinnitus perpetua reciprocatione in orbem obambulatori? Cur ueterem editionem calumniatus est, cum sciret me nouam emittere? Aberat hæc de causa Basilea. Nunciabat, ut eram, agrorum: fortasse rumor, ut solet, rem auxit, & mortuum esse sparserat. Hic subito fortis Leus totam hæc regionem ac suam Angliam sexcentis illis locis implebat. Quod si hæc simplici animo facta sunt, reuerso non exhibuit, quod sine fine iactat apud omnes? Si me mihi uoluit ostendere (sic enim ille loquitur) cur uni non sit legendi copiar? Si sibi scripsit, cur in tot exemplaria prouocatus sit, per multas etiam prouincias uoluit inter manus cõiuratorum: apud quos esse tantum fidei demor in re sycophantica, cum hodie uix usque reperias qui in re quantumlibet honesta fidem præstet. Si scripsit omnibus, cur non edit? Si decreuit premere, cur sic ubique iactat, cur tam multis impartit: denique cur retexit toties ac recudit? Si uerum erat quod antea prædicabat, nihil esse cui posset responderi: cur non uel in pauculis locis ausus est periculum facere? cur nunc à seipso in multis dissentit? Si fudit libro suo, cur totus est in hoc, ne ueniat in manus meas? Si diffudit, cur tot fumos ubique spargit? Si cupit adde, cur tam anxie celat? cur non utitur cõditione toties delata? cur quiritatur apud suos quod ad ad rationem prouocem? Quid sibi uult ista perplexa inconstantia, uolo, nolo, nolo, uolo? Si simplici puroque animo hæc fiunt, cur ijs potissimum ostendit, quos nouit mihi male uelle? quibus hic non uideretur ob aliud bene uelle, nisi quod mihi male uolunt, cur his solis negat, quos scit mihi certos amicos esse? Sic enim ipse mihi percontanti, cur Thomæ Moro non faceret copiam sui libri, respondit eum mihi synceriter amicum esse. Et tamen is est amicus communis, licet Leo *ὁμόπρωτος* quoque, in quo uidelicet ille *πλιονεστες*. Ad deo satis idonea causa uisa est illi negandi, quod mihi ex animo esset amicus. Sed interim locupletat & emendat opus suum. Non improbo, sed interim quod uerum est, ingenue fateatur. Ne fingat se premere in gratiam meam, quod in suum commodum differt. Ne si mulet se à me prouocatum ad edendum cogi, cum ipse id facere gestiatur? Sed interim tamen non perspicit, quod dum auget opus suum, imminuit operis gloriam. Si statim ædidisset satis iactatum opus, nemo non credidisset rem ipsius Marte gestam. Nunc periculum est ne plerique clamitent, prodire cornicem Aesopicam, plumis alienis sese uenditantem, ut etiam si quid præstiterit, minima gloriæ portio sit ad ipsum reditura. Iam mihi uide quæso te, quam nec illic sibi recte consulit. Expectat ut casus aliquis me tollat è medio. Quid an uir fortis tum demum prodibit in aciem? & optima spolia feret? ouationem ac triumphum aget? ac non metuit potius ne, quod est turpissimum, dicatur & ipse cum lauis ludari? Quid unquam laudis retulit à *ὀπίμω νικητῆς*? Sed esto, maluit iste tutam quam gloriosam uictoriam. At uereor ne hoc quoque in diuersum illi cadat. Nec enim dubito, quin pro uno Erasmo plures sint exorturi, qui Leo respondeant inclementius quam ego fuerim responsum: qui tot contumelijs hinc atque hinc laelsitus, nondum ab instituto uetere potui depelli, quo decretum est non committere ut quisquam meis scriptis *ater*, etiam si non desuerunt, qui me libris aditis petulantissime profecerint. Ab

In famosum libellum capitalis est actio. Isti talium libri contem, non aduuant pro
 illotis animis ad sacrosanctā Christi mensam accedere. Et satis esse credūt, si suis uitijs ut
 quibz blandiantur. Quasi uero desit sicarijs & parricidis, quo sibi sua facinora utcuque
 excusent. Age conferamus, si uideretur, quantum horum scelus absit à libello famoso, aut et
 iam ab homicidio. Quisquis autor est famosi libelli, primum unum hominē scelere con
 tamina, isti tot faciunt autores alienae infamiae, quot hominum linguas inficiunt, & infe
 ctis abutuntur. Ille suo periculo scribit, hi quoniam pretextunt sanctimoniam, laudem etiam
 sibi uenatur ex maleficio. Ille quoniam palam profitetur hostem, in totum fere sibi fidem
 abrogat: isti cultu uenerandi in locis sacris, pro doctrina Christi, spargunt uenena linguae
 in immerentem. Ad haec libello famoso, etiam si incertus est autor, tamen quoniam certa
 crimina obijcit, responderi potest, quod à Caesaribus aliquot etiam factitatū legimus. Hi
 quoniam & multi & sparsim & fere clanculum obtreant, nescias quid cui respondeas: et
 uulnus sentis, nec licet autorem uulneris deprehendere. Quod si quando deprehendun
 tur, ibi in promptu est status inficialis, etiam si rhetoricen nunquam didicerunt. Non dixi,
 non ita dixi, secus relatum est quam dixi. Iam ut maxime deprehendas omnia, quis possit
 cum tam multis delitigare? Quid quod uix ullus libellus tam late spargi potest quam isto
 rum calumnia: qui sic per orbem terrarum obambulant, ut olim non aequae apostoli: qui
 bus nullus est thalamus tam abditus in quem non penetrent: qui non aliter permixti sunt
 toti mundo, quam sanguis & succus per corpus uniuersum diffusus. Quid quod infamiae
 libellum nonnunquam excusat necessitas: nimirum ubi territur tyrannus, quem obitur
 gare nulli sit tutum. Isti uociferantur in eum qui cunctis obuius & expositus, paratus est
 omnibus rationem reddere. Nihil cuiquam charius est quam sua uita. Et tamen bonis ui
 ris hac quoque charior est fama, qui uitam eripi patiuntur, famam eripi non sinunt. Hanc
 igitur qui destinata malicia eripit, nonne nocentior est sicario, aut etiam uenefico? Scele
 ratissimum homicidij genus est, uenenum in lingua, non in pyxide circumferre. His iniu
 rijs quum haecenus nunquam perelli quierim, ut obliuiscerer modestiae Christianae:
 immo ne ad hoc quidem, ut de studijs bene mereri desinerem: non erat quod uereretur
 Leus, etiam si quid scripsisset pro cacijs, aut iuuenilijs. Iam istarum rerum non sum in
 solens, & pulchrius atq; etiam fortius arbitror alienam petulantiam ferre q̄ referre. Nec
 interim desunt tamen qui mihi procacitatis morbum conentur impingere, quod alicubi
 attingam

attingam cōmunes hominū mores, quod à probatis ac receptis autoribus alicubi dissen
 tiam, quod cum stomacho quadā reiectam. Si dissentire contumelia est, quis unq̄ scripsit,
 qui non alicubi dissentiat à caeteris? Si contumelia est taxare in genere mortalium uicia, cur
 in publicis concionibus depingunt & euulgant arcanorū flagitiorum mysteria? quod à
 me tamen nusquā est factum. Porro sicubi uideor stomachantior, expendere decuit, unde
 stomachus ille nasceretur. Sauius in Turnū Aeneas, sed pietati datur quod sauijs. Pallatis
 occisi baltheus uicit natuā Aeneae elementiam. Videbā sacrosanctos ecclesiae doctores par
 tim pro antiquatis & obsoletis haberi, haberi deprauatos, confusos, conspurcatis: ~~Ma
 dabat enim, quod alicubi dicitur non pariter, quum concitatio non sit inueniendā, sed haec liberos~~
 mendarum uepribus ac zizanijs obritos. Nimirū hic pietas, non ingenium me uehemen
 tem fecit. A tam profundo lethargo non poterat leni placidaq; uoce mundus expergelie
 ri. Si quid igitur hic stomachatus sum, nō admodū me poenitet. Vbi uero uideor immo
 deratus incaduisse, quoties priuatam iniuriam à me depello: malim hoc animo praeditus
 esse q̄ istorum ad similes, qui ad Christi iniuriam lenes & placidi, tantum non infantunt si de
 priuato lucro, si de gloria uel unciolam detrahas. Haec pluribus ad te scripsi, ut hac episto
 la, ceu clypeo quo piā impudentissimas istorum negias facile propulses. Sed quis tandem
 erit istiusmodi sycophantiarū aut modus, aut finis, aut pudor? Quando desinent huic exce
 tra: nimirū fecunda sua repullulare capita? Quis noxius damon, quae crynnis, quis ma
 genius pestem hanc inuexit Christianorū studijs? Nam mihi plane uidetur fatale quod
 dam esse malum, quod tam late grassetur. Dicas Alecto, quae paulo ante principes ac po
 pulos impijs bellorum tumultibus miscebat, sese uertisse ad studiorum exitium. Bellatur
 inter eruditos penē perniciosius linguis & calamis, q̄ haecenus inter principes bellatū est
 ferro. Et o deum immortalem, ubi interim Musae sorores? Vbi harum sodales simplices
 Gratiae? Parū erat, si lues haec prophanas dumtaxat disciplinas corripuisset. In ipsas etiam
 inuasit literas, quae nos solae poterant docere Christianam concordiam, quae nostros ani
 mos ab omni cupiditatum tumultu tranquillare. Hic unicus portus nobis erat relictus, in
 quem nos ab hisce rerum humanarū undis ac tempestatibus reciperemus. Quis nescit q̄
 uarijs malis tota hominis uita sit obnoxia. Ab his quo nonnunquā refocillari liceret, pate
 bat nobis diuinae scripturae paradisus. Hic dabatur per amoenā uireta reptare oculos. Hic
 è purissimis fontibus lassī pectoris aestus refrigerare. Hic aura liberiore respirare, hic dul
 cissimos animi fructus undeliber decerpere. Hic gratissimos flosculos ungui spiritus de
 merere. Sed unde serpens ille noxius huc etiam irrepit, ac felicissimū oecium uento discor
 die corrupit? Quis salubribus herbis, noxium aconitū admiscuit? Quis simplicissimas sca
 tebras malo toxico uiciant? Quis salutiferas arbores letalib; forbis adulterauit? Pro cha
 ritate, pro modestia, pro lenitate, pro candore Christiano, liuor, odium, ira, contentio, am
 bitio, studia temperat. At interim ubi purus ille & Euangelicus oculus, ubi iudicat liuor?
 Vbi charitas, quae de malis etiam bene mereri studet, quando diciturā gerente odio, qui
 bene merentur pro officio reportant maleficio? Quis sano iudicio locus est ubi bilis di
 ctat, exequitur furor, urget temeritas, absoluit caecitas? Porro quis malorū finis, ubi litem
 ex lite ferit, malum è malo propagat contentio? Quomodo utinet ueritas, ubi summā re
 rum uersat ambitio. Quid autem recte dictum erit illi qui iratus, qui inuidens, qui corru
 ptus hoc animo librum sumit in manum, ut uenetur quod carpat? imò qui praedicans si
 bi, prius damnauit quam legeret. Et uideo rem plane à conspiratis ac deuotis, imò plus
 quam gladiatorijs animis geri. Itaq; penē in animo est, absolutis Paraphrasibus in Pau
 lum, quod aspirante Christo facturus sum his hybernis mensibus, in posterum mihi cane
 re & Mulis, imò Christo magis. Descendat alius qui uolet in harenā, ego cum huiusmo
 di monstis satis mihi uideor luctatus. Expediit nonnunq; deploratae maliciae cedere, cum
 nec officij fructus est ullus, & irritati mali grauius laedunt. Sed nos querelae finē faciamus
 oportet, cum illi suae uelaniae nullum faciant finem. Illa querela iustissima mihi tecti com
 munis est, quod mors ademit Ioannem Coletum, mihi sincerissimum amicum, tibi singu
 larem patronum, praecceptorem ac potius parentem. O uerum theologū, o mirum Euan
 gelicae doctrinae praecone. Quanto studio uir ille imbiberat philosophiā Christi, quam
 auide hauserat pectus ac spiritum diui Pauli? Ut coelesti doctrinae, totius uita puritate re
 spondit? Quot annos ille gratis populū docuit, & hoc suum Paulum referens? Nūquam

mibi tam familiare, aut non serium cum illo colloquium fuit, quin ab eo discederem melior, aut certe minus malus. Quo magis tibi Lupsete adnitendum, ut tantū præceptorem, qui quum tot annos domesticam consuetudinem egeris, & eruditione referas & pietate. Bene uale, Louanij natali S. Lucia, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. POLYDORO VERGILIO S. D.

TE hominem inclementem, cui parum est uisum quod Eduardus Leus me Noui testamenti recogniti gloria spoliasset, nisi tu bonam laudis partem ex Adagiorum opere debita pergeres adimere. Nam id multis uerbis agere uideris in præfatione, qua librum semipaganum ac semichristianū lectori commendas: cuius ego successibus adeo nō inuideo, ut cum Ioannes Frobenius ab excudendo uehemēter abhorreret, ego compulerim uerius quam impulerim, ut opus quā nītidissimis formulis chartisq; daret in lucem. Intantum enim abest mi Polydore, ut tuo nomini, tuisq; studijs inuideam, ut ob ueterem inter nos actam uitæ cōsuetudinem, & adamatam ingenij tui festiuitatem uix alij faueam æque. Sed inclementius est etiam quod huius argumenti primum apud Latinos tractati, laudem sic tibi uindicas, ut mihi coneris cenodoxias simul & liuoris suspicionem impingere: quum uix alius sit, qui uel candidius uel impensius faueat bonarum literarum cultoribus, à quibus etiam obscurari uoluptati est. Adeo non hoc molior ut cuiusquam officiam nomini. Porro tu mihi sic charus es, ut haud dubitaturus sim uel de meo largiri plus gloria, quā tu quæris me mihi præter ius uindicare. Cæterum quod in prima æditione nulla sit facta Polydori mentio, mirum esse non debet, cum id temporis nullus adhuc mihi notus esset Polydorus, præter eum quem in Tragedijs Polymnestor obruncat, & auro ui potitur. Atqui hic me putas *ἀξιῶν*, negans esse uerisimile quod aio, quum præfatio Matthiæ Schurerij testetur, antequā meum Adagiorum libellum excuderet, se tuum formulis expressisse. Quid scripserit Schurerius nescio, illud negari non potest, libellum Adagiorum meum decem annis excusum fuisse Lutetiæ, per Ioannem Philippum, priusquam Schurerij nomen audissem. Quanquam quid hoc ad rem pertinet? Et enim quū ille nec tuum libellū primus excuderit, nec meum: nimirum hæc ratio non magis arguit, uter nostrum alterum præcesserit, q̄ iuxta prouerbiū, in albo lapide amulsis alba. Et tamen quū inter prandendū olim incidisset inter nos hac de re cauillatio, demonstratū unde posses elenchū petere, uidelicet inde, unde ipse me competissem anteuertisse duntaxat æditione. Quum uterq; alteri esse uisus ignoti, iam annis aliquot meus ille, qualis qualis est, libellus terebatur studiose iuuentutis manibus, cum me pestilentia non solum Lutetiæ, uerum etiam Coloniae cōstanter scruuens, compulit Louanium profugere. A quo quidem loco, tamen si perquam amoeno, cur animus meus ceu fatali quodam præfatio semper abhorruerit, nunc demum intelligo. Hic Lucas quidam Sauromata, Theologus, mihi dum illic agerem satis familiaris congero, non aliam opinor ob causam iniquior nostris studijs, nisi quod ipse multis annis parum feliciter lacesisset Musas iratas, rumorem late sparserat inter combibones suos, me corniculæ exemplo conuestire me plurimis alienis: iam olim Polydorum quendam elegāter hoc argumentum tractasse, me nihil aliud esse quā plagiarium ac simium illius. Hæc quum accepissem, & quid esset rei prorsus ignorarem, dedi negotium iuuenibus aliquot, qui librum perquirerent Vergilij Polydori. Quum nusquam profaret: nondū enim, opinor, deportatus erat ex Italia, tandem mihi casu repertus est in bibliotheca clarissimi uiri Hieronymi Buslidij: nam is, ut erat omnium librorum emacissimus, ex Italia secum detulerat. Gauius inopinata præda, confero diem & annum, quem ex more solent annotare typographi. Nam meus absente me excusus est Lutetiæ. Eum comperio exisse ex officina Ioannis Philippi, Anno M. D. die Iunij XV. quemadmodū testatur epistola Fausti, quam typographus ab illo extorserat ad operis commendationem, quam tamen ante librum absolutum scriptam oportuit: tuum exisse in Italia tribus mēlibus seruis. Quod si quis proferat æditionem antiquiorem ea, quam nobis dedit Ioannes Philippus, id quod scio neminem facturum, non erit tamen causa cur me quisquam insimulet furti aut plagij. Nam fieri potuit, id quod planè crediderim accidisse, ut cum eadem res eodem ferme tempore utriusque ueniret in mentē, neq; tu de Erasmo, neq; ego de Polydoro somniarim. Itaq; si quid est laudis ex inuento argumento, uterq; sibi possit uindicare, citra alterius iniuriam. Hæc quum à me

à me loco dicta sint in conuuiuo, nam te planè credebam iocari, tuum erat serio cōferre primam æditionem tui libelli, cum prima mei, priusquā hac præfatione insimulares amicum & simplicem, & tuo nomini fauentem, liuoris simul & plagij. Sed age finge tuam æditionem anteuertisse, finge me nō latuisse, finge me tam audum gloria, ut amicum nō uerear compilare, quæso quid laudis erat argumentum inuenisse? Neq; enim nos gignimus pro uerbis, sed recēsemus. Artis Medicæ, Astrologiæ repertoribus multum gloria tribuitur, quantulum autem laudis debetur ei, qui publicis pratis pauculos flosculos nulli non ob uios decerpserit, & in calathum coniecerit: In tractando fortasse nō nihil est laudis, in colligendo perpulsillum est gloria. Quod si qua est, ea Græcis debetur, qui multis ante nos seculis paræmiologias nobis reliquerūt. Præterea cum tua ex autoribus uulgatissimis colligisses: cur tu mihi potius citandus eras, q̄ illi quorum fontibus hauserant, quos tu potissimum sequeris. Beroaldum nusquā cito, Politianum cito, quod is quosdam autores legisset, mihi nōdum lectos. Iam accipe & aliud argumentum: si tua legissem, tantus plagiarus nullum tuorum prætermissem. nunc in tuis erant quædam non aspernanda, quæ in meis non erant. Iam uero quod scribis, me præter multitudinem nihil addidisse, non satis intelligo, quid sibi uelit. In prima æditione enumerabantur adagia ferme octingenta, cum tu citra ducenta cōsisteres. nec unquam auxi minuta illa collectanea, nisi semel anno M. D. VI. cum Lutetiæ adornarem iter in Italiam. Nam ad preces amici Badij parantis rursus ædere, adieci prouerbiola plus minus uiginti, idēq; ex acervo multorū quem parauerā in Venetam æditionem. Ac tua rursus eodem anno sunt excusa Mediolani, per Ioannem Anglū. Porro in æditione Aldina, cum Chiliadas aliquid adferam, nō uideo cur debeat contemni multitudo: præsertim in eo argumento quod potissimū constat industria colligendi: præsertim cum plerq; cōtraxerim, aut e Græcorum fontibus, aut e scriptoribus, non tam uulgo protritis, q̄ est Perotus, aut Beroaldus. Cæterum an in tractando nihil te sim superior, alij iudicent. Ego cupiam sic efflorescere literas, ut me à tergo relinquant omnes, nō modo Polydorus. Verum hæc cum manifestiora sint q̄ ut negari queāt, ubi nam est ista ueritas, quā in præfatione scribis procul emineret: quaq; fretus boni consulis, quod ego callidus dissimulato conatus sim in gloriae tuæ professionē itrepere? Sic te amo mi Polydore, sic tuæ gloriae fauco, ut nō grauer uel dimidium totius laudis tibi largiri, siquidem hoc tibi foret usq; adeo cordi: nisi sic tibi uindicares, ut nec tu mihi sis gratiam habiturus, & ego non candidus in amicum, sed alienæ gloriae furunculus uiderer posteritati, si tamen hæc leget posteritas. Vtinam omnes eruditorū centuriæ sic fauerēt operi tuo, quem admodum nos fauemus. Mihi certe multa arriserūt, præsertim in opere De rerum inuentionibus. Vel hinc colligas licet, quā nō fuerimus iniqui tuo libro. Frobeniū, ut dictum est, abhorrentē ab æditione perpuli. Præfationem tuam qua me suggillas, ad me miserāt, uelut execrandā, remisi, iussiq; ut bona fide, sicut abs te fuerat descripta, excuderetur. Deleuerant mentionem Lei, quam tu de illo sanè quām honorificam facis, iussi ut reponerēt. Vtrum hæc sunt fauentis an non? Non eget tua prudentia meo consilio: tamen illud tibi suaferim mi Polydore, ut post hac in ædendis lucubrationibus tuis Thomam Morum, Cuthbertum Tonstallum, Thomam Linacrum, Gulielmum Latamerū, homines uere doctos & amicos adhibeas in consilium. Bene uale doctissime Polydore, ac rem literariam strenue adiuua. Louanij x Calend. Ianuarij, Anno M. D. XXI.

ERASMVVS STANISLAO EPISC. OLOMVCENSI S. D.

IRO quodam affectu prosequerbar germanū tuum Turzonem episcopum Vratislauensem, illius literis amantissimis ad amicitiam prouocatus, quum neuter alterum in uita uidisset: imò quum ille nostram imaginē conspexisset in meis lucubrationibus, ac uicissim mihi sui peccoris ideam in unis atq; alteris literis expressisset. Quo mihi fuit acerbior eius uiri mors, non tantum ob id quod ipse tantū patronum & amicum amisisset: etiamsi nullam ego iacturā in rebus humanis grauiorem esse iudico, quā amici probituerum multo magis, quod tantū ornamentum ecclesie mors præmatura terris eripuisset. Vt olim πολλοὶ μὲν ἄρβυλλοὶ φέροι, παῖροι δὲ ἄρα βαλεῖται: ita hinc temporibus nō omnes episcopi sunt qui mitras gerunt. Atqui hinc certissima spes est, fore ut floreat Christi regnū, quod quotidianis uotis ut adueniat optamus omnes, si uiri tui similes, non solum maiorum imaginibus, uerum etiam Christi do-

tibus insignes, ad moti gubernaculis ecclesiae, quicquid habet uel fortuna, uel dignitatis, uel ingenij, id omne conferant in commoda gregis concediti, & in lucrum eius cui reddi turti sunt omnes rationem. Hunc merorem mihi si non ademit, certe lenijt tuae celsitudinis epistola, quae declarat te uelut alterum Turzonem doctrinae morumque similitudine uere germanum, fratri demortuo in Erasmi amandi uices successisse. Lator utique factura da munit, utinam contigisset eam possessionem longe preciosissimam conduplicari, ut nec tu fratrem optimū desiderares, & ego pro uno patrono duobus fruerer. Primus illius obitum obnunciavit Bruxellae Hieroslaus Lascanus Polonorum legatus. Aegre credebam, licet affirmāti. Mox Zanderus prepositus Vratislauiensis mihi reddidit animum, confirmans se ex amicorum literis certo scire Turzonem conualuisse. Sed idem paulo post dilectis acceptis literis, ex falso gaudio me in uerum ac certum luctum cōiecit. Sed haec est non ignota iam factorum inuidia, quae pulcherrima quaeque tantum ostendunt terris, deterioribus ad caedum usque relicta. Quod operam suam mihi tam propense offert tua benignitas, magis conuenit ut meam tibi offeram, tantulus cliens patrono tanto. Fauorem ac studium amplector, quo mihi nunc sic opus est, ut nunquam alias aequae, aduersum quosdam odio se coniuratos in bonas literas, & repulsulare gestientē ueterem illam ac germanā theologiam. Quorum tanta est improbitas, ut me nonnunquam mearum uigiliarum propemodum poeniteat. Velim mihi multis modis optatissimū, nondum uidere licuit. Is epistolam reliquit apud amicos, munusculū, quod animi in me tui pignus esse uoluisti, ipse traditurus, cum dabitur congregari. Pro sacris tuis manibus epistolam saepius exosculatus sum, tua manu, ut testaris, descriptā. Christus opt. max. celsitudinem tuam nobis seruet incolumem.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GVLIELMO TAM

LEO SVO S. D.

VANDO desines queri, me tuum nomen ē Gulielmorum catalogo submo-
uisse? Quantumuis abest à catalogo Taleus, certe ab animo nunquam abfuit.
Monumentū amoris in me tui, quo quod me cōfero, mecum circūfero. Et uti-
nam aliquando contingat ad ueterē illam redire uitę consuetudinē, & quam
Ferrariae primum sumus auspicati, mox apud Britannos renouauimus, felici-
ter consummemus. Utinam casus aliquis, tuo quidem bono, in hanc nostram Brabantiam te propellat. Est Louanij coelum, quod uel Italico quondam adamoto praeferas: non amicum modo, uerum etiam salubre. Nusquam stydetur, quietius. Nec alibi felicior ingeniorum prouentus. Nusquam professorū maior aut paratior copia. Haec commoda si te huc non pellunt, certe tanti est pestem Britannicam effugere, quae ut audio, isthuc parit ne-
mini. Bene uale. Brugis Idus Augusti, Anno M D XXI.

ERASMVVS ROTEROD. NICOLAO EVERARDO

HOLLANDIAE PRÆSIDI S. D.

I patriae pietas apud me parum ualere, tamen tui unius charitas me facile posset, non dicam in Hollandiā, sed ad quamlibet procul semotā pertrahere regionem. Sed iam diu sturientem, ac subinde profectioem adornātem, semper aliquid exortum nouae remorae non sinit hinc auelli. Neque enim consilium est, insulam istam alias adire quam aestiuis mensibus. At aetas apud uos adeo breuis est, ut aliquando nulla sit, priusquam sentiamus eam abire quam senserimus aduenisse. Nunquam aequae mihi compertū fuit nos caelo uiuere, potius quam cibus. Totam hanc aetatem rusticatus sum, nec unquam quicquam celsit felicis. Tanto redditus sum uigetior hoc caelo puriore, ut altum esse dicas. Neque tamen minus faueo meae Hollandiae, quod tam male cōueniat cum caelo. Imò mirā quandā animo per sentio uoluptatē, quum animaduerto illam caeteris rebus uberē, praeclearis etiā ac posteritatis memoria dignis ingenij ditescere. Quoties enim illi sum gratulatus Martinū Dorpiū, qui nostratium Theologorum unus, scholasticam Theologiam cum melioris literaturae peritia, qui solidam sapientiam cum uera eloquentia coniunxisset. At his diebus nos inuisit Hermannus Lethmanus patria Gaudanus, qui nisi fallor, Dorpiū aut aequabit, aut uincet etiam, nisi quod Dorpius assiduo studio seipsum quotidie uincit. Hermannus quum antequam stadium Theologicum ingrederetur, feliciter esset auspicatus Graecarum ac bonarum, ut uocant, literarum notitiam: ita se gessit in hoc cursu Sorbonicae Theologiae, ut omnium punctis primas

primas meruerit, idque in ea schola, quae sine controuersa in hoc studiorum genere semper primas tenuit. Neque uero tantum est instructus argutijs illis quibus in scholis uelitantur, nihil conciliorum, nihil historiarum, nihil ueterum Theologorum non excussit, atque adeo habet in promptu. Ingenium uelox ac rapidum, discendi auaritas inexplebilis, iudicium praesens & expeditum: quodque in hoc genere rarum est, nihil habet arrogantiae, nihil bilis, nihil supercilij. Mira comitas, mira modestia. Audit patienter quoslibet. Cedit etiam inferioribus. Plerique ubi metam illam Sorbonicā contigerunt, perinde quasi iam defuncti sint omni studio, in otium sese recipiunt, aut neglectis libris, sacerdotijs ac curandis inuigilant. Hic tanta cum laude Theologiae lauream assequutus, tam auide uentur in euoluendis optimis autoribus, quasi non dimissus à studio, sed nunc demum admissus sit ad ferta studia. Sic autem amplectitur has humaniores literas, ut suae professionis tamē non sit defector. Proinde me quidem magna quaedam spes habet, aut hinc, aut neminem fore, qui ueterem ac nouam eruditionem sic misceat ac temperet, ut utriusque generis sodalibus abunde satisfiat. Si quidem annum uix attingit trigessimū. Et est corporis ualutudo prospera, quae hoc magis pollicetur uiuacitatem, quod ipse uictus sit remperatissimus: si tamen hoc homini perpetuo licebit apud Hollandos. Neque dubito quin huic similes complures sint exorturi: si modo haec regio didicerit habere honorem eximij ingenij, & intellexerit, quāto ueriores ac uiuaciores gloriam sit hinc latura. Non tibi commendo Hermannum: non enim dubito quin tibi notior sit quam mihi, neque me praeterit, quo studio soleas eiusmodi prosequi, tantum rogo, ut eum & reliquis Hollandiae nostrae proceribus commendare studeas. Sic citius sibi parabit opinionem apud uniuersos, si primorum suffragijs cōmendabitur, & eorum iudicio probabitur, qui apud omnes sunt probatissimi. Ipse quidem non ambit gloriam, sed hoc magis promeretur. Et ad publicam utilitatem pertinet, ut de uiris optimis optime sentiat & populus. Satis feliciter ubique gliscebant bona studia, quamlibet obstrepentibus raris, nisi Lutherana tragœdia exorta turbasset omnia. Et quasi hoc parum sit mali, uerere ne, nisi deus aliquis eorum uis hos indies gliscentes bellorum tumultus componat, non turbentur modo, uerum etiam extinguantur. Totus orbis Christianus, uelut in duo diuisus, exitiabili bello inter sese committitur. Duo principes ut summi ita iuuenes, magisque animi magnitudine feroces, quam usu rerum callidi, deuotis animis, alter in alterius perniciem imminentes orbem secum in fata trahunt.

ut in...
Lutetia, Cantabrigiaeque sic floret Theologiae studium, ut nunquam alias aequae. Quid in causa? Nimirum quod sese accommodant saeculo aliò se flectenti, quod has meliores literas uel ut irrumperet conantes, non repellunt ut hostes, sed ut hospites comiter amplectuntur. Quod Louanij frigent Theologorum scholae (nam hoc queruntur quidam) mihi non possunt imputare, qui neminem unquam uerbo sim dehortatus. Sed paucorum rabiosa pariter atque indocta maledicentia probos animos alienat. Porro quod à paucis fit, omnibus imputat uulgus, quum uideat haec toties tam impune fieri, quum tantas excitarint tragœdias ob unā uoculam à Graecae linguae professore dictam, quae tamen ad nullius cōtumeliam pertinebat. Vehementer probo, quod maledicis libellis opposuerint Caesaris edictum etiam si nullus istorum queritur de libellis
Y 4 plus

illi tam egregium Mœcenatem. Rursum ualeat tua sublimitas cui me modis omnibus comendo. Basileæ X. Cal. Septembr. Anno M D XXI

IOAN. LVDOVICVS VIVES ERASMO ROT. PRAECEPTORI SVO

ROGRESSO mihi cū Card. Crojo ad fines ditionis nostri principis ~~me~~ libuit proximā ingredi Franciam, & paruis paucisque itineribus Parrhisios ire, ut & eos inuiserē, qui ex uetere mea familiaritate atq; amicitia illic supersunt, & novos mihi asciscerē amicos, quibus cum praesens uerbis coniunctioneque uitae, & absens suauissime literis oble-

starer: illud per incōmode rebar accidisse, quod eo tempore aduersum pseudodialecticos scripseram, eosque nominatim Parrhisios: unde non dubitabam quin multos illius notae homines, quos modo sophistas appellant, animo parū in me propitio sensurus essem. Verum re ipsa longe aliud sum expertus, quā ipse mihi nimis profecto meticulosa & suspicaci cogitatione confinxerā. Venio Parrhisios de uia non fessus sed oblectatus, & amicis per famulum significo me adesse. Conuolant ad me frequentes, salutant officiose, gratulantur aduentui. Ducunt & illi ad me alios postridie ac reliquis diebus maximi nominis sophistas. Inter colloquendū, ut sit, mentio statim de illorū studijs, mentio de meis. Ego dissimulare sedulo & occultare epistolā ad Fortem, & aderat quidē ipse, quam in faustis nūmris auibus putabam prodisse mihi. Ibi Fortis de epistola ad se mea tacere diutius nō potuit. Arrisere omnes, & non solum se illam falsi sunt boni consulere: sed habere quoque mihi gratiā non paruam, quod id operae in ridiculis dementijs confutandis locum. Ingenta Parrhisien. longe aliter nūc sapere, quā quum ipse ibi studerem philosophiae. Tametsi nōnulli fabulae se adhuc & consellui accommodant, nec exuere omnino uel audent uel sustinent personā pridem tam fauorabilem, & actionē adeo plausibilē: esse inter Hispanos qui sui exemplo magnū ad res meliores momentum afferant: Ioan. Poblacionem totius matheos esse callentis, studuisse & politoribus literis feliciter, idem fecisse Franciscum Mellum, idem Gabrielem Aquilina, idem se facturū pollicitum esse Ioannē Enziam iuuenem omnium acerrimū, ut in cōmentis illis, disputatorē. Mille huic artes, si quis similibus cōgredatur armis, impetendi, mille repetendi, totidem euadendi, elabendi, eludendi. Dixerūt multa, uidi ipse plura in Martino Lusitano propinquo sui regis, cuius merita mentio totam sibi epistolam postularēt: qui gustato illo sophismatum amarore, ita saporem illum exhorruit, ut naturae huic & uere humanae eruditioni se totum tradiderit ne dicam, an immerferit: hoc credo, quo melius amarorem illum ē palato elueret isto dulcore. Magnos habet in istis disciplinis progressus, in quibus quod suspicabatur me aliquid ualere, mirum qua me beneuolentia, quo animo, quo fauore prosequutus sit. Longū esset enumerare qui homines & quos honores mihi habuerint, ob eandē de ingenio meo opinionem. Nec solum principes nobilesque uiri, qui uite ac generi congruas disciplinas suscipiunt, & consecantur, sordes relinquunt sordidās, sed etiam praecipui illius Academiae Theologi. Vix enim credas quātus sit illorū candor, quāto interpretentur melius omnia, quā multi quos nosti. Ignorant aliquid, dolet hoc eis, scientibus nō inuident, discentes etiā excitant. Conuuiatus sum cum istis, & quidem frequenter, & suauiter. Ad mensam tertio uerbo sermo statim de te uariis, multus etiā sublati mensis. ~~Quis~~

Possum tibi plures quā dece ex nominib. ordinis illius nominare, qui suam tibi omne operā, diligentiam, fauorē, studiū pollicentur, & deferunt: nihil se tua causa nō facturos: suas esse tibi apertas domos, si illuc iueris, paratas facultates, familias, opes, amicos. Praecatur te, atq; hortatur ut pergas.

~~de~~ se dare operam ne in cōcertationib. Theologicis nugetur disputantes. Et ita se res habet. Siquis argumentum ad Sorbonā afferat de Suisetijs contextū araneis, corrugant protinus frontem & reclamant spectatores atq; explosionibus reslant, reijciuntque de schola. Quin & in altercationibus philosophicis, si quis enigmatistes instructus ueniat pronuntiatio multae syncategorematis onusto, & quod Ethrusco indigeat coniectore, re alias mire ad pulatam scholasticorum turbam gratiofa, is nunc clamoribus, sibilis, explosionibus, pertu multuose ex diatriba eijcitur. Non dubito quin his gaudeas, pro amore in bona studia tuo, quae profecto mihi iucundo fuerunt spectaculo. Quanquam res illa publica nondum potuit genus illud Sphingum à se auertere. Et haec quidem quae dixi omnia pertinent ad oblectamentum, ad uoluptatē animi mei, quam cepti Parrhisijs non exiguam. Illud certe non ad eam solam, sed ad fructum quoque peregrinationis meae uel maximum facit, quod Budaeum iam olim tuum, nunc meum, imò uero nostrum, uidere mihi & alloqui contigerit. Proh Chrīste hominem cuiusmodi, siue quis ingenium spectet, siue eruditionē, siue mores, siue quod postremū in illo homine est, fortunā: quae quum in eo sit splendidissima, minima tamen & obscurissima est, si cum magnitudine ceterarū dotium claritateque conferatur. Natus est loco nobili in primis, estque in ordine suo honestissima dignitate, ab ultima stirpe gentis ad eum deducatur: tum etiā opibus instructus, quae natalibus non sunt pudende. Ceterū hac parte censendus ille non est. Nam cetera illa, ut solaria quaedā sidera, stellas hanc fortunae generisque obducant. Gaudeo me ad te scribere, & de Budaeo. Nam huius laudes externa & clara uoce predicant libri, quos addidit: & ipse admirari celebrareque nō cessas hominis uirtutes, quas palim multos de te audire, quā ipse narrare. Quā multa legit, & quā multū multa: Omnia quae in hunc diem scripsit abunde ostendunt, quā nihil illi sit non lectum, nihil tamen illum legisse nisi accuratissime. Memoriam quis non admiretur: Bibliothecas medijsfidius dicas hominis pectus, non pectus. Ita sunt illi omnia in numerato, historiae, fabulae, antiquitates, res omnes, uerba omnia. Latine sic scribit, sic loquitur, ut non sit cur magni nominis non haberetur aetate Ciceronis, si tunc uixisset. Graece uero, ut profiteantur Graeci ipsi posse ab illo doceri se linguam suam. Philosophiae quum esse illum peritissimum clamant uolumina quinque de aetate: uero quantum teneat, nemo facile crediderit, nisi qui eum propius spectarit, & ex interiore, quod aiunt, uita norit. Quemadmodum sit in autoribus uersatus, nolo quisquā sciat me dicente, sed magistris annotationibus in Pandectis iuris, & libris de aetate. Quod opus eius Hermolaos omnes, Picos, Politianos, Gazas, Vallas, cunctam Italiam pudefecit: ita ut non minus prudēter illud, quā uere scripserit Tontallus homo doctissimus, fore, ut derisui habitus esset Budaeus, si opus de aetate antequam aederet, professus fuisset se scripturum, οὐδ' ἐκείν' ἔδιδως, οὐδ' ἐπέγραψεν, μὴν ἔδιδωκεν τοῦτο πρὸς ἄλλο ἢ μὴ μνησθῆναι. Quid de moribus loquar? Quid non est in eo summū & suspiciendum, facilitas ne, & humanitas, tum etiam aequitas: an pietas in diuos & mortales? Aditus patebat homini ad amplissimā fortunā apertissimus, si uel latum unguem sustinisset ab exactissima illa, & suis omnibus numeris perfecta uirtute discedere. Hanc praetulit omnibus fortunae promissis, omnibus blandimentis. Nunquam splendore opum perfrictus ab aequo sanctoque oculos deflexit. Scis tu haec omnia esse uera, & eloquentia tua non maiora illa quā sint, facis: nescio an posses, ita iam ad summam peruenere: sed certe ornas, & sic rem se habere persuades. Diligis tu atque adeo amas Budaeum. Est tibi unus ille in his cisalpinis terris, quem perpauca Italorum non praeferas. Sic de illo sentis, sic colis, uenerarisque ingenium, & studia eius: ille uicissim te, nō quo gratiam referat, sed quod ita sentit, principem te literarum huius aetatis praedicat, in fastigio locat eruditionis. Ingenium, doctrinam, monumenta tui religiose colit. Famae ac nominis tui studiosissimus est. Pergite uos amare mutuo, uos colere, uos admirari. Duo esset corpora, sed in ijs unicus est animus. Quo spectaculo potest esse gratius aliquod studio, sis omnibus aut iucundius? Nam quod tecum epistolis lusit paulo, ut uidebitur forsitan ijs qui uos non norunt, acerbius, & contra id quod uestrā amicitiam decebat, multa ut tum ex utroque uestrum, tum etiam ex re ipsa intelligo, in causa fuerunt. Primum quod uterque occasionem quaerabat prolixae ad alterum scribendi, nec semper de laudibus. Nam id perpetuum longumque non potest esse: aut si potest, est tamen suus cuiusque rei modus. Quinque

Quamq; eloquentia ipsa sine aliquo uelut antagonista faceat, libuit initio uos leuibus quibusdam stimulis inuicem pungere. Quid enim est orator, si uel solus dicat, uel non ab alio sollicitetur atque excitetur? torpeat necesse est languetq;. C. Erucium scribit Cicero negligentissime Roscium Amerinum accusasse, quod neminem suspicaretur fore qui responderet. Itaq; primum de operibus uestris iniecta mentio, campus dicendi non angustus. Nam scripsistis plurima, & eruditissima, & quae sunt in manibus studiosorum omnium frequentia. Dumq; alter ab altero cur quicq; fecerit rationem poscit, ac uterque consilia scriptonum explicat, leuiter uel a se auertit, uel in alterum reiecit, quod alter si non improbat, certe ita factum esse mirabatur. Hinc prima origo concertationum. Puduuit utrunq; non approbari alteri, per omnia. Et dum longius repetitis consilia, & consiliorum causas, prodijt tua ad Fabrum Apologia, quae uelitationem paulo magis accendit: dum tu Budaeo nimis uideris, aut certe uideri fingeris, ne pergas alijs scriptis Fabrum impetere: tibi contra nimis quam paucus modicusq; existimare. Hinc progressum est ad illa, quae quidam iam nimis, iam atrociam, & intolerabilia iudicauerunt, quum tibi, quod unum Budaeus satis sibi esse putat, nunquam amicitiae claustra uideatur excessisse. Ac ne mihi quidem rem totam attentius perpendenti: nam & libere uterq; est locutus, consilijs simplicitati amicitiae: & iocillius qui extraneis armati ac dentati existimantur, amicis inermes sunt, non uulnerant, non mordent, ac uix etiam pungunt, sed titillant solum. Nam & animus quo dicebantur, nihil minus cupiebat, quam laedere: & ipsa dicta, si non mal, certe nec fel habebant, sed salem, & iustus, quales ipsa quoq; dicat amicitia, etiam non ex uulgari nota, sed ex praecipua illa & germana, cuiusmodi inter Ciceronem & Atticum Brutumq; fuit, qui sese plerumq; non ab similibus epistolis lacebant. Certe de Budaei erga te animo, tamen si eum tibi exploratissimum perspicuissimumq; esse fatisco, tamen nihil non ausim tibi polliceri. Ostendit ille mihi literas ad se a furijs quibusdam (nam sic melius quam homines nominare) scriptas, qui diuidere uestris animos, & ex unico duos facere molebantur, suspiciones afferebant sinistre detortas, & semina iactabant discordiarum ex ipsius Alecius sinu petita. Dixi quae mihi pro tempore uidebantur, ut Budaei animus, si quid forte ex tanto ueneno acerbius concepisset, leniretur ac placaretur. Sed nihil mea oratione opus erat. Nam ille qui erga alios omnes tenacissimus est susceptae amicitiae, nec facile ab amicitia etiam laesitatus iniuria discedit: tum uero te ita in animo suo amoris ac uenerationis radicibus defixit, ut nulla inde ut reuelli queas. Spondeo tibi pro illo, ut illi pro te feci, amicitia uestram perpetuam fore, quae literis, quae studijs omnibus, haud dubie gratissima semper futura est, ac utilissima. Nec huiusce rei auderem sponsor esse, nisi uos tali prudentia praeditos esse scirem, ut rebus ipsis sitis semper magis credituri, quam rumuscullis, quam obrectatoribus, quam amicis consulentibus, idq; prauo aliquo inductis affectu. Sed his de rebus satis. Spero uos tam feliciter fausteq; fundamenta iecisse uestrae amicitiae, ut ut sua sit perpetuo, nec dirui ac labefactari machinis ullis possit. Redeo ad peregrinationem meam. Putarunt amici grande piaculum fore, si quindecim dies cessarem a praelegendo: ita mecum agere coeperunt, ut & Parrhisys aliquid clamose nugarer. Placuit. Ac ne quid esset serium, somnium delegimus, in quo si dormitasset, non uiderer discedere a decoro. Itaq; iacens ac subinde dormiens somnium illis somniaui Scipionis, a quo excitatus paraba confestim digressum. Multa me illinc auocabant, sed retinuerunt aliquandiu amici tam ueteres quam noui, moleste officiosi, qui mihi tot conuuijs, tot comestationibus cruditatem iam pepererant: & fuisset res longius progressa, ni reddita mihi per oportune fuisset a Cardinale epistola, qua subito reuocabar. Ea lecta iussi illos cum suis tentaculis, praedijjs, merendis, coenis, cum suis pintulis, & artocreis paruis, magnisq; quam optime ualere: dieq; postquam illinc discessi quinto, qui diuina trinitati fuit sacer, perueni Brugas esse do uectus, post die hanc ac te scripsi. Vale etiam atq; etiam, & salue mi praceptor.

ERASMVVS ROT. IOANNI LVDOVICI VIVI S. D.

VBTRISTEM me ac lassulum, mihiq; nonnihil displicentem, tua memmru in modum exhilarauit epistola, Ludouice doctissime, quae felicissimum istud tuum iter sic depinxit atque ob oculos posuit, ut mihi tecum uiderer peregrinari. Nam te prospero quodam sydere natum esse oportuit, cui tam feliciter successerit, quod perfuga uelutatus sis in ueteres commilitones tuos soporissos: praesertim

praesertim Lutetiae, ubi quod huius disciplinae ueluti regnum & arx quaedam esse uidebatur periculum erat ne lapidareris, aut crabronum aculeis confodereris. Profecto gratulor publico successui studiorum, sed priuatim etiam gratulor Academiae Parisiensis, ob pristinae consuetudinem illic annis aliquot non infuauiter actam. Quid autem posthac non sperandum, postquam Sorbona spreteptologijs, solidam ac ueram Theologiam amplectitur. Gaudeo re uocari Musas, antehac prorsus exules a publicis Gymnasijs. Quas tamen sic recipi uelim, ut barbariae ac frivolas tricas tantum disculant, non etiam obruant disciplinas cognitum necessarias: atq; ad has perdiscendas conducent etiam, tantum abest ut officiant. Neq; enim solis bonis literis uacandum, quod quidam apud Italos nimis ethnice faciunt, qui posteaq; Iouem, Bacchum, Neptunum, Cinthium, Cyllenium, uersibus aliquot infulserunt, ab solute docti sibi uidentur. His literis tum demum suus est honos, quum alijs disciplinis grauioribus ueluti condimentum admiscerentur. Carterum illud saepe mecum admittor, quum omnes ferme totius orbis Academiae, ueluti respicientes ad sobrietatem quandam componant sese, apud solos Louanenses esse qui tam pertinaciter oblucentur melioribus literis, praesertim quum nec in hoc sophistico doctrinae genere magnopere praecellant. Narrauit mihi ante annos tres Ioanes Episcopus Rossensis, uir unus uere episcopus, uere Theologus, in Academia Cantabrigiensis, cui cancellarius est perpetuus (sic enim illi uocant summum ac perpetuum scholae antistitem) pro sophisticis argumentationibus, nunc sobrias ac sanas inter Theologos disputationes agitari, unde discedunt non solum doctiores, uerum etiam meliores. Oxoniensis Academiae quorundam opera nonnihil oblectata est initio: sed Cardinalis ac regis autoritate coerciti sunt qui tantum bonum clarissimae ac uetustissimae scholae inuidebant. De Italia quid attinet commemorare, in qua semper regnarunt haec studia, sed penes sola, si medicina & iuris peritiam excipias. Academia Complutensis non aliunde celebris nomen auspicata est, qm a complectendo linguas, ac bonas literas. Cuius praecipuum ornamentum est egregius ille senex, planeq; dignus qui multos uincat Nestoras, Antonius Nebrissenis. In Germania tot ferre sunt Academiae, quot oppida. Harum nulla penes est quae non magnis salarijs accersat linguarum professores. Coloniae nescio quo fauto, nunq; in precio fuerunt mansuetiora studia. Certe semper liberum fuit cui liberet profiteri, uel mercede. Louanij quibus tumultibus obstitere proceres, ne quis quilibet honestam disciplinam profiteretur, uel gratis. Quibus modis conspiratum est aduersus rem magno & usui & ornamento futuram, non solum Academiae, sed totae regionis: Proditae est noua uetus constitutio. Adhibita est totius Academiae autoritas, imploratum est praesidium aulae regiae. Acciti sunt ad suppetias magistratus prophetae. Postremo ad lictores uentum est. Nullus non est motus lapsus, nihil intentatum relictum est. Ipse huius tumultus non tantum testis, sed & pars aliqua fuit. Nec aliud agebatur tanto rerum molimine, qm ne quis politioribus literis adiuuaret Academiae studia, praesertim cum & honestissima essent, quae docebantur, & professores tam sanctis essent moribus, & tam caste profiterentur, ut aliquoties in concionibus audiantur minus ad bonos mores facientia. Lutetiae licuit Faustro profiteri quoslibet Poetas, usq; ad naenias Priapeas, idq; more, ne quid aliud dicam, Faustino. Louanij non licuit Nefeno enarrare geographiam Pomponij Melae. Roma ipsa, Mediolanum, ut de caeteris taceam gymnasijs, ingentibus praemijs ambit & euocat eos qui linguas doceant. Nos trilingue collegium, ex munificentia Buslidianorum institutum, non minus utilitatis allaturum omni generi studiorum, qm ornamentum totae huic ditioni Caesariae, sic machinis omnibus oppugnauimus, ut maiore studio fieri non potuerit. Et tamen haud scio an usquam gentium magis inualescant literae politiores, qm hic, ut plane mihi uidere uidear illud Horatianum, Duris ut illex, & caetera. Nam carmen agnoscis. Porro quod scribis, istuc plerumq; tam magnifice sentire de lubricationibus meis, equidem ut agnosco candorem Galliae gentis erga me, ita uereor ne hic sane nonnihil de tuo in me studio sis admensus: metuoq; ne quando poeniteat me sprete Galliae, toties tam magnificis conditionibus ad se prouocantis. Sed nescio quibus pedicis hic alligor, atq; ab his potissimum retineor, quorum odij expelli poteram. Non licet haerere, nec ullus est pugnarum finis. Nulla me res inuitauit, ut Louanum commigrarem, nisi coelum salubrius, & locus amoenior. Et ad ritas inexplicabiles mihi uideor uenisse. Budaeum quem tu meritissimo magnificis laudibus uehis, soleo nonnunquam & apud

Z Germanos

Germanos meos ad inuidiam usq; iactare, qui cum negare nō possint eum esse summum in omni literarum genere, solent causificari, summum quidem esse, sed unum. Atqui hoc, inquam, nomine Gallia vincit nostram Germaniam, quæ nullum habet Budæo parem, tametsi permultos habet mediocres, nonnullos supra mediocritatem. Velitationis illius qua conflictati sumus, iam pridem oblitus sum, tantum adest ut commouear. Et erga Fabrum eo sum animo, ut ingrata mihi narret, qui secus de illo prædicat, quam dignū est integerrimo doctissimoq; viro. Cardinalem Croium quum alijs multis de causis mihi charissimum, hoc etiam nomine amo, quod & te nobis restituerit, & à crudelitatis periculo subduxerit. Bene uale Lodouice doctissime, & cura ut te quam primum hic hilarum ac lubentem uideamus. Louanij, Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. BERNARDO BVCHONI PHRYSIO
DECANO IN HAGA COMITIS S. D.

IR optime. Quum Louanij diu languissem, ac uoletudinis recreandæ gratia rus migratus, sarcinas chartaceas componerem, nihil erat schedarum quod non excusserim: nec tamē occurrit libellus mihi creditus, quem tamen scio me studio seposuisse, ut esset in tuto. Nec dubito quin sit, sed in promptu nō esse doleo. Quod quidem non raro nobis solet accidere, ut ea maxime pe-
reāt, quæ diligentissime cauimus ne perirent. Breui opinor rursus è rustico siam urbanus, ac rursus excutiam opes meas. Certe dolerem tibi perire quod amas, quum mihi nulli sit usi futurum. Quod Phrysiarum natio bonas literas amplectitur, sane nouum non est, ut que nobis iam pridem Rodolphum Agricolam, Langiū, & Canterios dederit. Quod homines opibus ac stemmatibus clari, nō existimant liberos suos dignos successione rerum ac nominis, nisi studijs honestis excoluerint animum, ut nouum est, ita uehementer gratulandum est horum temporum felicitati. Louanij coelum est perquam amœnum, nec usquam studeatur quietius. Iuuentus nusquam magis ardet in bonas literas. Et succedit res multis mira felicitate, frustra reluctantis ueteris infelicitatis. Meum consilium utinam tibi tam felix esse possit, quam ego sedulo cupiā dare. Tantum indicabo nomina, tuus erit delectus. Agitur nunc Louanij Jacobus Ceratinus, uir utriusq; literaturæ pulchre doctus, moribus probis & integris: quod scio te non minus spectare, quam eruditionem. Eum pestis ac bellum, duo maxima uitæ humanæ mala, Tornaco expulerunt. Nam illic in collegio linguarum, quod institui cœpit, profitebatur. Est Hermannus Vuestphalus. Is agit in collegio Lilsensi. Iuuenis probus quidē, & undiquaq; doctus, sed præcipue indefatigabili diligentia in formanda, curanda, erudienda adolescentia. Est in eodem collegio Adrianus Suesionius, præter exactam utriusq; literaturæ peritiā, & philosophiæ gnarus, & iuris Cæsarei non ignarus, moribus mite candidis. Est Rutgerus Rescius Græcæ linguæ professor, in collegio nouo quod restituit Hieronymus Buslidius, qui doctrinam non uulgarem incredibili quadam modestia, planeq; pudore quodam uirgineo cōdecorat. Est Conradus Goclenius uir acti iudicio, doctrina minime triuiali, industria indefatigabili, animo excelso, moribus mira comitate ac fecunditate conditis, fide certissima, rerum etiam communium prudentia ualens, quæ ferè solet in studiorum cultoribus desiderari. Est Adrianus Barlandus uir nullo furore, sincerus & amicus, prompta quadam ac pura Latini sermonis felicitate, & in hoc genere complures iam annos exercitatus. Est Melchior Treuit in collegio Castrensi, moribus inculpatissimis, in philosophia penè detritus, Theologiæ uetus iam cultor. Sed his dotibus adiunxit utriusq; literaturæ non uulgarem peritiā. Est Lodouicus Viues uir undequaq; doctissimus. Sed is opinor abhorret ab istiusmodi prouincia. Sunt autem non ij solum, sed & alij permulti, cæterum mihi non perinde cogniti. Horum quos recensui nomine non dubitem fidei iurare. Ex his quemcumq; delegeris, non male collocaueris amici tui pueros. Eximium Nicolaum Euerardum Hollandiæ præsidem, uicissim meis uerbis salutabis, quem uirum utinam fata nobis quam diutissime seruent, Resp. natum, si quis est alius. Scribam illi propediem. Nam in præsentia duos onerabam epistolis, alterum qui in Hispaniam, alterum qui Romam transcurrat. Bene uale uir honorande in domino. Ex Anderlaco octauo Calend. Octob. Anno millesimo quingentesimo uigesimo primo.

PAVLVS BOMBASIVS ERASMO ROT. S. D.

VOD tam negligenter & raro ad te scribo mi Erasme, noli aliā causam putare quam assiduam & confusam quādam negotiorum congeriē, à pristino studio nostro penitus abhorrentium, quæ per plures iam annos ita me distraherūt, ut pene ab omni doctrina & humanitate abstraxerint, & ad nescio quā *ἀπορία* adegerint. Cui ut nō solum contra genium meum seruire, sed etiam placere modis omnibus studeam, *ἀπορία* me cogit, ne scilicet in tanta bene gerendæ rei occasione, mihi ipsi defuisse curiosum uulgus iudicet, meq; leuitatis arguat: tate interim (ut uides) labente, nec facultatibus adeo crescentibus, ut earū nō poeniteat, ipsiq; bonarum literarum iactura compensari possit. Quanquam nō ita mecum maligne agitur, ut ad professoriam linguam redeundum fore timeā. Nam reditus annuos ad CCC. ducatos nullis sacris addictos, nec fortune, sed industriæ meæ acceptos serēdos, auxi, quos nunquam ex literario illo ocio sperare ac ne somniare quidem mihi licuisset. Quibus si tecū aliquid quando libere frui possem, Cæcili thesauris non inuiderem, iustaq; mihi daretur ab inceptis istis ac parum liberalibus curis missio. Quare ut Hercules ad liberandum Thesea, ita & tu ad Bombasium uinculum redimendum, non ad inferos ut ille, sed ad liberiores hanc & magis clarā cæteris lucem te conferas rogo & obsecro: si modo eum me esse cenēs quē in studijs socium habere nō te poeniteat, uel certe studiorum tuorum admiratorem. Complures magnos uitros hic esse scito, qui tuæ famæ impendio fauent, tibiq; aduersus quoscunq; patrocinantur. Leonem decimū maxime propitium habes, *καὶ τὸν ἄλλοις ἐπισημοῦσι* nouissimas ad me tuas postquam sibi per Cardinalem patronum meum delatas legisset, diebus aliquot post repetijt, ac Sadoleto & alijs doctis legendas dedit. In quibus hoc unum, meo utiq; iudicio, peccare uisus fuisti, quod nimis multa de N. cum tua iam eō peruenerit fama, ut quoscunq; de te sermones plus inuidiæ quam iudicij præ se ferentes floccifacere possis: præsertim Leone Pontifice bene adeo de te sentiente, ut Hispanum nescio quem in scripta tua procacter inuectum, sicut audio, monuerit ne quid in posterum adere uelit, quod nomen tuum profcindat: & si ueritati adesse libeat, id eo temperamento faciat, ut nihil odio aut liuori disse uideatur. Quem cum tu in eius causa tam iusta & pia silens, adeo benignum habeas, quid futurum putares si pro eo uel potius ueritate ipsa, quam Lutherani isti nouis rebus studentes, ac hæreses iam pridem explosas & extinctas importune excitantes, impijs modis conuellere ac penitus demoliri nituntur, arma sumeres, & strenue ut nosti decertares? quod pleriq; de te expectabant, & monstra ista uni tibi quasi fato quodam, ut magnus & immortalis steres destinata fuisse loquebantur. Contra quæ ego te hortarer, si putarē me quicquā in hac præsertim causa tibi notissima, scire, quod te lateat. Hoc unū certe scio, relictos quos omnes labores quos hactenus uigilando & scribēdo sumpsisti omnino steriles fuisse, præ quā hic unus esset. Nec ignoro quid potissimū ab hoc tuū deterreat animū, non dico plurimorum offensiones, quas nō sine periculo subire necesse esset: sed quorundam stultorum immodicam petulantiam, qui quasi de industria præuaricantes dum optimam per se causam iuuare satagunt, ei uel maxime obsunt, & optimos quosq; ab ea tutāda sum mouent, sibi caute prospicientes, ne cum eis pariter insanire uideantur. Quorum ineptos furores non tantū ego faciendos putarem, ut quæ meæ partes essent oblitus uiderer. Quod scribis expedisse hanc rem per alios uiros, & alijs rationibus agi, plures iam tecū sentiūt, & ego semper in hac sententia fui. Sed actum ne agatur, potius quā remedia excogitentur aliqua. Postquā te Basileā uenisse audio, à negocijs meis impetrare conabor, ut per ea crebrioribus te literis meis appellare, atq; adeo interpellare mihi liceat. Hactenus dum Louanij fuisti, cogitans quantum spacij interesset, uix animum inducere potui, ut aliquid ad te scriberem. Nunc operam dabo ut nugarum mearum te nunquam poeniteat, quas uel occupatissimus ad saturitatē usq; tibi suggeram. Epistolam Ioannis primam uetustissimis characteribus scriptam in Vaticana bibliotheca tādē reperī, cuius uersus capituli quartii hi sunt: *Ἀγαπητοί, μὴ παντὶ πυνδύματι πισδύετε, ἀλλὰ ἀδοκιμάετε τὰ πυνδύματα ἐκ τοῦ θεοῦ ὄντα, ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφήται ἐξηγηθήσονται ἐν τῷ κόσμῳ. ὃν τὸ πρῶτον γινώσκετε τὸ πυνδύμα τοῦ θεοῦ. πᾶν πυνδύμα δὲ ὁμολογεί ἐν ὁμολογίᾳ ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἐκ τοῦ θεοῦ ὄντα, καὶ πᾶν πυνδύμα δὲ μὴ ὁμολογεί τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ θεοῦ ὄντα, καὶ ὅτι τὸ πυνδύμα ἐστὶν ἄδικον. καὶ τὰ λοιπὰ.* Item ex

quinto: οὐ γὰρ εἰσὶν εἰ μὲν ἄλλοι, τὸ πινόμενον καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἶμα. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ γινώσκον. εἰ τὴν μαρτυρίαν ἢ ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἢ μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ μέγα ἔστιν αὐτῷ ἔστιν ἢ μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ, ὅτι μαρτυροῦντες πρὸς τὸ ἴδιον αὐτῷ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν ἴδιον τὸν θεόν, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν αὐτῷ. εἰ μὴ πιστεύων ἔσθ' ἔτι ἄλλο ἄλλο πνεῦμα ἔστιν, ὅτι εἰ πιστεύων εἰς τὴν μαρτυρίαν τὴν μαρτυρίαν ἢ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸ ἴδιον αὐτῷ, καὶ αὐτῷ ἔστιν ἢ μαρτυρίαν ὅτι ἡ μαρτυρία ὅτι ἡ μαρτυρία ὅτι ἡ μαρτυρία. Haec in quibus ab impressis codicibus dissideant non est quod à me docearis. Si quid erit in quo iudicium meum exquires, non tam in his quam in plerisque alijs super quibus doctorum altercatio est, nihil tecum dissimulante uel missitabunde agam, sed ut me nosti, parrhesiastes ero. Vale, & me cohorti doctorum commendatum redde. Ex urbe decimo octauo Iunii. Anno millesimo quingentesimo uigesimo primo.

ERASMVVS ROT. ERVDITISSIMO PAVLO BOMBASIO S. D.

VID ego audio Bombasii Leo Pont. Max. Maximus ille Leo, legit eas literas quas ad te sic neglectim ac familiariter scripseram: Quid illi uenit in mentem, ut talibus nugis mentem & oculos adiuuaret? Nec legit modo, uerum etiam repetitas uiris eruditiss ostendit: Nec istas tantum legit, quas tibi scripseram, uerum etiam quas alijs amiculis: Ego uero in talium amicorum sinum

omnia libere secureque soleo deponere, quicquid fuerit uel curarum uel nugarum. Occidi si uera praedicas, praesertim cum ipse nesciam, quid in huiusmodi literis garriverim. Quod tibi uisus sum in eis plus satis uerborum fecisse de. N. non putabam mihi dispiciendum quid tali scriberem amico. Certe in literis quas ipsi pontifici scripseram, ne uerbo quidem illius facta est mentio. **Alloqui si rem uel habes non fies, diceret me satis parce de illo questum esse.** Sed tamen hic quicquid est mali, **καὶ γὰρ λόγους** quibusdam imputo, qui miris technis studuerant utriusque animum ab altero alienare. Nec me fessellit conatus sceleratissimus, sed ferro sensimus utriusque. Quod tanta opes tibi pararis Romae, easque liberas, nec sacris obnoxias, nec alij cuiquam quam tuae industriae acceptas ferendas, tamen tua uirtus longe maiora promerebatur, tamen ut nunc sunt tempora gratulor tibi felicitatem istam, qui grauissimum illud onus paupertatem excusseris. Nunc uideo te circumspectare uitae genus liberum ac tranquillum, ad quod te uelut in portum aliquem tutum, & quietum recipias. Atqui non nihil uereor ne tibi ueniat usu, quod de Mustela narrat Horatius, cui non licuit exire pastam, cum macra repisset in cameram frumentariam, & tamen adnitendum censeo. Sed ubi potius id speres, quam Romae? Nam Bononiam omnibus modis tibi fugiendam censeo, uel ob Spartum arrosuros. Quanquam scis Scipioni Carteromacho nostro, ne Romae quidem contigisse libertatem, quam uir ille sic adamabat, ut nemo magis. Nos quamquam infra censum tuum sumus, tamen desijimus de Mercurio queri. Est unde suppetat mundus uictus. Est unde nonnunquam & aureolus decidi possit egenti amico. Tantum abest ut cuiquam cogar esse grauis. Honores non ambio, praesertim tanti uenales. Si gratis, aut certe non magno impendio contigissent, & si contigissent in tempore, non censuerim omnino reiiciendos, uel ob hoc ipsum, quod ut nihil aliud, certe illud praestant, ne quorumlibet improborum contemptui simus obnoxij. Qua quidem in re, sicut in caeteris omnibus, plus uidit Morus quam ego, Nam is eques auratus regi optimo & a consilijs est, & a thesauris: quorum utrumque & liberum est satis & honorificum imprimis, ut iam & bonis factus sit amabilior, & improbis formidabilior. Nam ea sunt tempora, ut ne tam insignis quidem naturae bonitas, tam inaudita morum suauitas, possit omnem effugere inuidiam. Epistola quam Basileam miseris recepi, Cornelius quem tibi & Aleandro, ni fallor, commendaram, Alexandriae à Gallorum praesidijs spoliatus est, & literis & pecunijs & uestibus. Mox nudus coniectus in carcerem. Tandem data optio, utrum uellet abire nudus an pendere. Sic ille lineo duntaxat indusio tectus Basileam peruenit. Illic dies aliquot refocillatus, tectus est ueste Germanica, additus aureolus ad uitaticum. Hoc ornatum ad nos uenit, rursus instruendus uitatico. Atebat te simul & Cardinalem Campegius scripsisse. Si quid erat seruae rei, non grauaberis eadem de re denuo scribere. Hispanus ille de quo scribis, Iacobus Stunica est, qui in primam Noui testamenti editione gloriosissimo libello debacchatus est. Prima facie miris fumis sese ostentat. Vbi propius contemplatus sis, nebulas meras esse dixeris. Et respondimus apologia Laconica. Cuius operae sane nos iam poenitet. Nam opus est eius generis, ut & Aleandro displiceat, nec mea fama fuerit offecturum duntaxat

Et tamen respondimus non solum breuiter, sed etiam cituliter. ~~Et tamen respondimus non solum breuiter, sed etiam cituliter.~~ Neque nescio, neque non memini mi Bombasii, quantum debeam Leonis in me animo, iam argumentis compluribus mihi comperto. Nec in huius causa tam siliui quam tu credis. Primum admissus sum, ne oriretur hic tumultus: mox, ut ortus confopiretur. Postremo, ut iam late uagatum incendium, quod minimo publicae tranquillitatis incōmodo compefceretur. Id enim existimabam maxime referre & ad Romani pont. dignitatem, & ad hanc tragœdiam ita finendam, ut non iterum erumperet semel coercitum malum. Vbi nec hoc satis succederet quorundam opera, sibi potius priuatim, quam publico bono consulentium: multos partim literis meis, partim oratione reuocauit, ne se huic fabulae admitterent. Caeterum quo minus haec uisus libris aeditis cum Luthero pugnarim, plurimae sunt causae, quas hic non est necesse percensere: sed illa praecipua fuit, quod mihi prorsus defuit otium legendi, quae scripsit Lutherus. Adeo meis recognoscendis sum intentus. Eruides quam ille sit πολυγράφος. Nec solus est, centum habet manus. Nec erat satis illius libros semel euoluere, iterum atque iterum erant reuoluendi. Ne id quidem satis. Multi passim aduersus illum aedunt uolumina, quorum nihil non inspiciendum mihi si cupiam suscepto negotio satisfacere. Vt ne commemorem interim, dum ad haec uocor, non satis habere loci prouerbum illud, ὅτι ἰσχυρὸν ἐστὶν ἡ θύρα. Res est periculi plena, & in alio studio rum campo magis sum exercitatus. Ad haec iam par erat mihi tot libris aeditis defuncto dari missionem, quo liceret per otium posthac studijs frui. Flagitabat hoc aetas ingrauescens, promerebantur haec uisus studijs exhausti labores. Hoc negotium tale est, ut ei si semel ingrediar sit per omnem usque uitam seruendum. O mi Bombasii, procliuè dictu est, scribe aduersus Lutherum. Sed ad hoc pluribus rebus est opus, quam ad plaustrum fabricandum, ut inquit Hesiodus. Video quam uaria, quam morosa sint hominum iudicia praesertim hoc seculo, quo uix aliud καλεῖται πρόφρον. In multis articulis cisalpinae scholae dissentiunt à transalpinis. Atque adeo eiusdem scholae Theologi aliud sentiunt in diatribis publicis ac libris, aliud in ueris colloquijs. Adhaec perdifficile est sic temperate stilum, ut ita tuearis hominum dignitatem, ut non alicubi laedas gloriam Christi: ita placeas principibus ἀνθρώποις, ut non alicubi displiceas principi Christo. Quod si malum hoc libellis obrui potest, indies emergunt librorum examina, ut Erasmo nihil sit opus. Si clamoribus, non defunt Stentores. Incendiorum ubique fuit affatim. In edictis nihil tericulamentorum est omissum. At uereor ne his rationibus malum ad tempus prematur potius, quam extrinsecus, mox erupturum maiore cum periculo. Quod ego sane abominor, & uehementer opto ne fiat. Nulla regio magis ex animo fauet pontificiae dignitati, quam haec nostra. Sed huic uehementer offectit inuisum quorundam patrociniū. Nisi sic insanissent illi, res huc progressa non fuisset. Imò si nunc quoque tacerent treis modo menses, totus cum suis libellis frigeret Lutherus, ac ne tantulum quidem ob illum mutaretur in rebus humanis. Sum totus in recognoscendo Nouo testamento, alijsque nonnullis meis lucubrationibus, ut foris exēplo paulatim lambendo formans rudes ingenij mei foetus. Sed breui spero, continget otij plusculum. Egi diligenter cum Hieronymo Aleandro, daret mihi facultatē legendi quae scripsit Lutherus. Nam hodie Sycophantarum & Coryceorum plena sunt omnia. Perne gaut se id posse, nisi nominatim impetraret à summo Pontifice. Primum igitur hoc mihi uelim impetres breui quopiam. Nolim enim dari ansam τοῖς πονηροῖς, ὅσοις ἐλάττω δυνάμει. Publice tranquillitati sic semper ex animo faui, ut perpauci magis. Euangelicę ueritati cōfirmanda, uel animam libens impendero. Nec ignoro quantum priuatim etiam debeam inaudita pontificis in me benignitati. Quod si mihi continget adhuc tres aut quatuor annos uiuere, aut immoriar conatibus, aut efficiam ut ille dicat me fuisse hominem non omnino ingratum. Meretur hoc illius eximita bonitas, ut omnium eruditorum literis celebretur. Id alij credo facient felicius, nemo certe quam ego studiosius. Et si natura negabit eloquentiam, peccus & ardor animi suppeditabit. Sunt qui pulchre putant consultum illius rebus, si illum reddiderint quam maxime formidabilem: ego magis adnitar ut orbis Leonem amet potius quam metuat. Verum huic officio nisi me seruet ipse, nō uideo qui possim esse incolumis. Adeo deuotis animis in nos conspirant κατ' ἐξ ἑσπέρας quidam. Blaterant nominatim in me, in publicis lectionibus sacrilegę concionibus, traducunt apud populum

puiss, deferunt apud principes. Subornant qui libellis famosis aditis proficiant nomen meum, in omnes & uenena miantur. Neq; cuiquam obscurum est quid auisisti. Non dubitem omnes diras imprecari capiti meo, si quisquam est Lutheri tam exiguus libellus, quem totum perlegerim: si in omnibus quae illi tribuuntur, aut in illius patrocinium circūferuntur, ulla syllaba mea est, aut me uolente scripta. Si ullum unquam illius dogma conatus sum defendere. Et quorundam tanta est peruersitas, ut ea quoq; mihi tribuant, quae Lutherus in conuentu Caesaris agnouit pro suis. Nuper in frequenti conuiuio, quidam rogauit me, quod esset initium captiuitatis Babylonicæ. Ad id respondere mihi sanè perquam difficile fuit. De nulla re minus cogitaram. Post roganti cur id quaereret, falsus est quosdam fuisse suspicatos, hoc opus esse meum, quod initium esset. Velim nolim, nō admodum abhorrens ab exordio Panegyrici mei, quo Philippo ex Hispanijs reuerso gratulor, qui sic incipit: Velis nolis. Bella coniectura. Aleander indicauit mihi tribui duos libellos, quorū alteri titulus est Eubulus, alteri Lamentationes Petri. Emoriar si unquam mihi fuerat auditus titulus antequam ille protulisset. Priorem necdum quisi nancisci. In altero sic tractor, ut si sciam autorem, sim illi gratiam nō optimam habiturus. Et tamen in huiusmodi libellis uti superari malo quam predicari. Conatur hoc quidam persuadere, Lutheranam pestem ex huius regionibus esse natam, quo scio nihil esse falsius. Iam quidam male feriat decerpserunt è libris meis, unde Lutherus uideatur hausisse suorum errorum occasionem. Quin potius ea colligunt ex euangelij & epistolis apostolorum, ex Augustino, Bernardo, atq; adeo ex ipso Thoma. Vnde ueteres haeretici pleriq; collegerunt occasionem erroris, non ne è sacris uoluminibus perperā intellectis. Non ueboro uniuersam prouocare Germaniam, & si qui sunt alibi qui Luthero fauent, si docere possint Lutherū uno uerbo per nos fuisse aditum in omnibus libris quos hactenus edidit, imò si proferant epistolas quas his de rebus scripsi etiam tum, quum adhuc spes esset Lutheri ingenium & calamum seruiturū gloriæ Christi. Haec declarabunt me modis omnibus obnoxium fuisse ne nasceretur hæc tragedia. Tamen mihi nō probabatur omnino quod instituerat aduersarij, & multa uidebam recipi, quae praestabat mutari. Amicitiam quae mihi cum Aleandro iam nō noua fuerat, linguæ uehenatæ penè diremerant. Nam ad has artes ingenium ac mentem habent. Nunc re deprehensa, mutauit animū Aleander, sed uoces missas magis optat quam potest reuocare. Proinde doctissime Bombasi si Leo decimus non desit innocentiae meae aduersus hos Sycophantas impudentissimos, ego pro uirili non deero neq; sinceritati religionis Christianae, neq; ipsius dignitati. Adhuc anceps animi sum an Basileam sim aditurus. Iam annos totos illuc eo, sed semper exoritur quod hic me remoretur. Nunc plane decreueram iter capeffere, ut Basileæ peractis que uellem, Romam totus commigrarem, illic quod restat quum est æui, inter eruditissimos homines inter locupletissimas bibliothecas transacturus, Iamq; iter ingredi coeperam, Nam hæc rusticatio æstiuam me reddidit aliquatō firmiorem, sed bellum atrox undiq; gliscens indies, deterruit. Et tamē adhuc gestit animus, & fortassis audebo tacere aleam, praesertim huc uocante Aleandro, cuius consilio in rebus gerendis, non minus tribuo, quam iudicio in literis. Interim fruiere tuis opibus, ac me sodalem expecta, si modo tumultus hi principum conuiescant. Card. Campegio, & tuo patrono Card. S. quatuor me diligenter commēdabis. Bene uale patronorum fidissime, & amicorum integerrime. Saluta mihi Franciscum Chiregatum. Ex rure. Nono Calend. Octob. Anno M. D. XXI.

ERASMVS RVTGERO RESCIO SVO S. D.

I tam atrox esset contumelia, mi Resci doctissime, prorsus autor tibi futurus sim, ut uel iniquis conditionibus pacem admitteres. Nunc cum eiusmodi sit contumeliæ genus, ut nemo nō detestatur sit, si quid eiusmodi commisset herus in suum mancipium, cuiusmodi malitiosa conspiratione designarunt ij, quorum partes erant omnem iniuriam à frugi scholasticis depellere: non aui ut facias suadere, quod tamen tuo bono factum esse cuperem. Mira uero tyrannidis, ipsi quum ne uoculae quidem ullius iniuriam ferant, postulant, ut tu tam insignem contumeliam musses, ac propemodum etiam ultro ueniam postules, ne quid scilicet illorum decedat dignitati. Res erat digna quae posteris innotesceret. At ego puto generosius esse uindictæ genus, si quem admodum hactenus fecisti, Graecæ literaturæ professionem, quam maxime

maxime cohonestes & integerrimis tuis moribus, & docendi uigilantia. Quod si non impetras hoc ab animo tuo, ut litem remittas, id quod ego nolim abs te flagitare, quando fame res agitur, fac ita litiges, quem admodum hactenus est à uobis litigatum. Nam quum proxime essem Louanij, sic obelus, rubicundulus & alacer eras, ut mihi lite non macerari, sed laginari uidearis. Et habes te dignum aduersarium Ioānem Calabrum medicum, qui te pallore macieq; refert, excepta aetate adeo tui non dissimilis, ut periculum sit, ne cui uidearis litigare cum patre. Quamquam uir ille mea sententia, non peccauit malicia, sed obsequio. Bene uale Reschi chariss. Anderlaci. Anno M. D. XXI.

ERASMVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

V M proxime Brugis essem in celeberrimo Caesaris comitatu, in uno festu multos cepi lepores, ut habet proverbium, hoc est complures amicos eadem opera salutauit, sed in primis non minus humanum quam magnum, hoc est non minus amandum quam reuerendum Card. Eboracensem, quem Regis sui nomine legatione fungentem Carolus noster, plane regia quadam munificentia excepit. Aderant Cutbertus Tonstallus, Thomas Morus, ac Gulielmus Montioius, præter alios innumeros, quos ideo non commemoro, quod sciam eos tibi adhuc in cognitos. Thomas Morus magnam spem animo conceperat, ut Caletū in Gallica legatione te complecteretur. Cardinalis aduentus hoc nomine fuit mihi iucundior, quod sperabam fore ut tumultus hij, qui inter summates orbis principes magno generis humani periculo uertuntur, huius prudentia atq; autoritate componerentur. Verum ut nunc res habent, non uideo quid sperem, nisi *hæc res à pro uoxarijs qærit*, nostra cōsilia uertat in melius. Sed hi regum motus non dirimunt mularum fœdera. Sunt quorum rationibus cōducit, non optime cohuenire Caesari & Galliarum regi. Hij dissidij seminarium subijciunt arte nimirum tyrannica, ut dum nos mutuis dissensionibus opes nostras attentamus, ipsi suam stabiliant tyrannidem. Diuinas opinor, quos sentiam. Utinam hoc prouideat utriq; principes, ne post emittant uocem illam seræ prudentiæ, nimioq; emptæ. Non putaram. Est quod Moro gratuleris. Nam rex hunc, nec ambientem nec flagitantem, munere magnifico honestauit, addito salario nequaquam poenitendo. Est enim principi suo à Theauris. Ea functio apud Britannos, ut est splendida cū primis atq; honorifica, ita non admodum est obnoxia, nec inuidiæ, nec molestis negocijs. Erat competitor, homo sat gratus, qui sic ambebat hoc muneris, ut non grauaretur suo uictu ciboq; gerere. At rex optimus hic certissimum in Morum fauoris argumentum dedit, qui non ambientem salarium etiā addere maluerit, quam gratuitum magistratum admittere. Nec hoc contentus princeps benignissimus, equitis aurati dignitatē adiecit. Neq; dubitandum est, quin illum sit amplioribus ornamentis aliquando cumulaturus, quum sese offeret occasio. Siquidē coelibes euehere longe procliuus est principibus. At Morus sic est admixtus ordini coniugum, ut nec uxoris obitu sit emancipandus. Priorem enim quam uirginem duxerat extulit, & hanc uidiuis uiduam duxit. Sed hunc principis animū hoc magis gratulor Moro, quod quicquid huic accesserit uel autoritatis uel gratiæ, id existimem bonis studijs accedere. Quibus ille sic fauet, ut si pares essent animo facultates, non deesset apud Britannos felicibus ingenijs candidus ac benignus Mœccenas. Solent aulae principum idem facere quod medici, qui corpus sibi traditū primū inaniunt, mox implent ac uegetant. Nec dubito quin Moro nostro simile quippiam acciderit hactenus. Quid tibi uenerit usū, tute melius nosti. Et tamē illius benignitatē senserunt ingenta, quum adeo non abundaret illi quod largiretur, ut ære grauarietur alieno. Nec hac parte solum ornat studia, quod ipse doctissimus candide fauet doctis omnibus: uerum etiam quod uniuersam familiam honestissimis literarū studijs excolendam curat, nouo quidem hactenus exemplo, sed quod breui plures, nisi fallo, sint imitaturi. A deo feliciter succedit. Habet filias tres, quarum maxima natu Margareta, iam nupta est iuueni, primū beato, deinde moribus integerrimis ac modestissimis, postremo non alieno à nostris studijs. Omnes à teneris annis curauit imbuendas, primum castis ac sanctis moribus, deinde de politioribus literis. Filiabus tribus quartā adiūxit puellam, quā benignitatis gratia alit, ut illis sit sodalis. Habet priuignam mira forma raroq; ingenio puellā, annos iam aliquot nuptram, iuueni nō indocto, sed cuius moribus nihil sit magis aureum.

Z 4 Habes

Habet filium ex uxore priore, natū annos plus minus tredecim, ex liberis natu minimū. Ante annū uisum est Moro mihi specimē aliquod exhibere, quantū in literis profecisset. Iussit ut omnes ad me scriberēt, & quidem suo quisq; Marte. Nec argumentum est suppetatum, nec in sermone quicquam est correctum. Etenim cum illi scheda obulissent patri castigandas, ille uelut offensus in comoda scriptura iussit, ut eadem accuratius ac purius describerent. Id ubi factum est, ne syllaba quidem mutata, literas obsignatas ad me misit. Crede mihi Budge, nihil æque sum admiratus. In sensibus nihil erat ineptum, aut puellare: sermo talis, ut sentires esse quotidie proficiētium. Hunc chorū amabilem unā cum spōsis duobus domi habet. Nullam illic uidebis ociosam, nullam ineptis muliebribus occupatam. Illis T. Lilius est in manibus. Nam eō progressæ sunt, ut autores huiusmodi legant & intelligant citra interpretē, nisi si quod incidat uerbum, quod me quoq; fortassis, aut mei similem fuerat remoraturū. Vxor ingenio magis ac rerum usu quam eruditione ualens mira dexteritate moderatur omne collegium, *εργασίας* cuiuspiam uicibus fungens, pensum cuiq; prescribens atq; exigens, neq; sinens cessare quēq;, nec frivolis occupari. Soles in literis tuis subinde queri, quod tua causa male audiret philologia, quæ tibi duo mala cōciliasset, ualitudinis ac rei familiaris dispendiū. At Morus hoc agit, ut omnibus nominibus, & apud omnes bene audiat, hoc literis debere se predicans, quod prospere sit ualitudine, quod optimo principi, quod suis & exteris charus & gratiosus, quod re lautiore, quod sibi, quod amicis iucundior, quod patriæ, quod cognatis & affinis utilior, quod ad aulæ commercium, quod ad procerum conuictum, quod ad omnē uitæ consuetudinem accommodatior, deniq; quod superis gratior. Primum male audiebant studia, quod sensum cōmunem admerēt addicō cultori. Nulla est profectio, nulla negocia tam multa, tam ardua, quæ libellos Moro de manibus excutiant: & tamen uix alium reperies, qui magis sit omnibus omnium horarū homo, qui ad obsequiū facilius, ad congressus magis obuius, in colloquio magis alacer, quicq; tantū ueræ prudentiæ, cū tanta morum suauitate cōiunxerit. Quibus rebus factum est, ut quā ante paucos dies literarū amor ad omnē uitæ uel presidium, uel ornāmētum haberetur inutilis, nunc nemo pene sit magnatū, qui liberos ut maiorū imaginibus dignos agnoscat, nisi bonis literis eruditos. Quin & monarchis ipsis bona regaliū decorū pars abesse uidetur, in quibus literarū peritiā desideretur. Iā neminē ferē mortalitū non habebat hæc persuasio, sexui foeminino literas & ad castitatē & ad famam esse inutiles. Nec ipse quondam prorsus ab hac abhorruissentia, uerū hæc mihi Morus penitus excussit animo. Etenim quā duabus rebus potissimum periclitatur puellarū castitas, ocio ac lasciuus lusibus, ab horum utroq; literarum areet amor. Nec alia res melius tuetur famam integram, q̄ mores incontaminati. Nec ullæ firmitas castæ sunt, quàm quæ iudicio castæ sunt. Neq; uero improbo consiliū eorum, qui manuaris operis prospiciunt pudicitiaē filiarū. Verum nulla res sic totū puellæ pectus occupat, ut studium. Atq; hinc præter hoc fructus quod animus ab ocio pernicioso prohibetur, hauriuntur optima præcepta, quæ mentem ad uirtutem & instituunt & inflammant. Multis simplicitas & rerum incititia pudicitiaē facturā attulit, priusquā scirent quibus rebus tantus thesaurus periclitaretur. Neq; uideo cur maritis sit metuendū, ne minus habeant morigeras, si doctas habeant, nisi si qui tales sint, ut ea uelint exigere ab uxoribus quæ nō sunt exigenda à probis matronis. Imō, mea sententiā, nihil est intractabilius incititia. Certe hoc præstat animus cultura studiorū exercitatus, ut intelligat æquas probasq; rationes, uideatq; quid deceat, quid expediat. At qui p̄p̄modum persuasit, qui rem docuit. Ad hæc quum iucunditas firmitasq; coniugij magis ab animorum beneuolentiā, q̄ corporum amore proficiscatur, multo tenacioribus uinculis iunguntur, quos ingeniorū quoq; charitas copulat. Magisq; ueretur maritum uxor, quem agnoscit & præceptorem. Nec ideo minus habebit pietatis, quia minus habet superstitionis. Equidem malo talentum auri puri, q̄ tria talenta multo plūbo scoriaq; uicinata. Audimus passim alias mulierculas sic à cōcōne redeuntes, ut prædicent mirifice fuisse concionatū qui dixit, ac uultum hominis graphice depingunt. Cæterum neq; quid dixerit, neq; quale sit quod dixit recensere possunt. Hæc tibi totam pene concionem ordine referūt, non sine delectu: si quid stulte, si quid impie, si quid extra rem effusit ecclesiastes, quemadmodum hodie non raro fieri uidemus, id norunt uel ridere uel negligere uel detestari. Atq; hoc demum est audire sacras cōcōnes. Cum huiusmodi demū uere

uere iucundum est conuiuere. Plurimū enim ab istis dissentio, quī coniuges non in alium usum habent, q̄ ad obsequiū uoluptatis, quam ad rem magis apposite sunt semifatæ. Perdus habeat oportet, quæ familiā cōtineat in officio, quæ liberorū mores fingat ac formet, quæ marito per omnia satisfaciāt. Cæterū cū proximo colloquio illud obiecissem Moro, si quid humanitas accideret, fore ut grauius diseruiaretur earum desiderio, in quibus instituentis tantū insumpserat operæ: respondit incontanter, Si quid acciderit, quod uitari nō potest, malim eas mori doctas, q̄ indoctas. Moxq; mihi uenit in mentē, Phocionis nō fallor, apophthegma: cui bibituro cicutā cū uxor acclamarat, mi uir innocēs morieris: Quid, inquit, ais uxor, an me malles nocētē mori? Interim illa cogitatio subiit animum meum, ut uos duos ceu duces quosdam eximios in hoc laudis genere componam, ueluti si quis Camillum committat cum Scipione Africano. Tu & pluribus annis & iniquiore seculo cum literarum hostibus es cōflicatus, hoc certe calculo Moro superior. Cæterum quod tu in filiis tantum ac fratribus ausus es moliri, hoc ille nō dubitat, & in uxoribus & in filiabus facere, fortiter contempta noui exempli inuidia. Quo nomine uicissim ille te præcellit. Tu rursum libris æditis utriusq; literaturæ prouentum magis auxisti quàm ille, copiosius etiam uti nobis pollicemur in posterum aucturus, si modo cœperis opes tuas e serinio deprōptas in populū elargiri. Quāq; & à Moro magnum aliquid expectat iuuentus, quod ille multum adhuc absit à senectute, & patrem habet non minorem arbitror annis octoginta, mire uiuenti senectute, ut uix alitū reperias, qui bellius gesserit ætatem. Vnde licet & Moro longæuitatem ominari. Video qua in re plurimum adiumenti possis adferre Græcanticis studijs, nimirū si copiosissimo Lexico nobis non tantum recenseras uocabula, uerum etiam idiomata, & Græci sermonis tropos nō quibuslibet notos & obuios explices. Est quidem fateor hoc argumētum humillius & infra tuam dignitatem, sed arbitror esse boni uiri, publicæ utilitatis gratia semet aliquid usq; demittere, quod à sapienti suo exigit Plato. Aleāder iam diu apud nos est, sed huius hæcenus nobis maligna fuit copia, quod fategerit in hoc Lutherano negocio, in quo sanè fortem ac strenuum uirum se præbuit. Hoc ubi defunctus erit, imō quia iam prope defunctus est, licebit aliquoties hominis consuetudine frui, non minus amœna, quàm erudita. Viues in stadio literario non minus feliciter quàm gnauius decerit, at si satis ingenium hominis noui, non conquiescet, donec omnes à tergo reliquerit. Amo uos omnes, quod Brixium uestro consilio uiceritis, & illum amo, quod se amicorū iudicijs permiserit. Morus adeo nihil molletur hostile, ut ne meminerit quidem superioris confictatiuncule. Valde mihi placuit, quod ad exemplum tuum, sese bilinguis epistolis exerceret; nec dubito quin illi sit successurum quod tu sanè iuuenilliter, sed felicissime primus es ausus, & apud Gallos et hoc seculo. Eius literis nō minus humanis quàm eruditis respondebo, si quid dabitur ocij. Hæc scripsimus ex rure Andelacensi, quando tuo exemplo prouocati, cœpimus & ipsi rusticari, sed utinam liceat & tuo exemplo ædificare. Vt cunq; habet, sic mihi successit hæc rusticatio, ut posthac singulis annis eam sim repetiturus. Bene uale. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. PETRO EGIDIO SVO S. D.

VANDO QUIDEM in rebus humanis adeo nihil est perpetuū, ut ne diurnū quidem aliquid esse possit, nō p̄inde diseruiari debes optime Petre quod patre amiseris, q̄ gratulari tibi, quod talē habueris. Quæso te circumfer oculos tuos per oēs familias tuæ ciuitatis, ac te ipsum consule, num alitū patre tibi deligere uelles, etiā si quis deus hoc largiretur, ut liceret. Aut ego fallor, aut non alitū optares tibi, q̄ contigit. Et ille potest inter felices numerari, si quid omnino felix est in hac uita. Si beatum est diu uiuere, perueniat ille usq; ad annum octogesimum, in tegris membris, uigentibus adhuc oculis, ut nec scipione, nec cōspicillis ocularibus esset opus, uix prima canicies cœperat capillorum nigraem aspergere. Et quod est omnium felicissimum, quemadmodum est rarissimum, totus illi constabat animus. Quod si fortunatum est bonis auibus sortiri coniugium, & ea res illi bis successit: secundum autem hoc fuit felicis, quod optimo uiro tot liberos optimos dedit. E quibus tam multos uidit, non modo superstitēs, uerum etiam adultos omnes, & ad aliquem honestum uitæ gradū prouectos. Et quemadmodum ipse sic uniuersam ætatem egit apud ciues suos, ut nunquam illo fædo rimore famæ candorem asperferit: ita sic instituit suos omnes, ut nullus esset cuius ipsum

ipsum poeniteret aut pueret. Quid patre tuo sanctius? Quid matre integrus? Quam ille deamabat coniugem, quam illa uenerabatur etiam maritum? Et tamen non semper ex optimis nascuntur optimi. Quam non fuit illi molesta mors, quam se uideret in talibus liberis superstitem fore? Porro quoties mellitissimum nepotulum, filium tuum, Nicolaus Nicolaum exofculabatur, ne mori quidem sibi uidebatur. Opes habebat non tam amplas, quam iustas, & quod his temporibus rarissimum est, sine fraude questitas. Artem delegerat, que citra dolum lucri tantum suppedabat, quantum & alendę familia, & pauperibus etiam, in quos erat liberalissimus, subleuandis sufficeret. Liberis reliquit, quod ad mundum uicium cuiusq; satis esset, etiam si nihil aliunde accederet. Gessit magistratus aliquot ciuiles, gesturus maiores ac plures, si quid ambisset. Quos gessit, ita gessit, ut nemini quicquam esset quod de illo quereretur. Domesticam discordiam, non secus ac pestem aliquam execrabatur. Ac nec cum ciuium quoquam illi fuit unquam controuersia. Tanta erat morum commoditas. Decedebat de suo iure potius, si uideret concordiam aliter constare non posse. Nullus ex ore illius audiuit unquam sermonem uanum, obscenum aut obtrectatorium. In tam frequenti ciuitate nullum habebat inimicum. Plerique defunctum non secus ac patrem lugebant, praesertim inopes. Quanta uero tolerantia pertulit acerbissimos cruciatus, dierum copulurum. Nulla enim mors uiolentior, quam quae accidit ex obturatis uirginis. Moriturus nihil aliud mandauit liberis, quam concordiam, & studium pietatis. Hereditatem reliquit ita distributam, ut nihil referret, quis quam portionem delegisset. Nec ullus extitit, qui diceret sibi deberi terentium. An non ingratus merito uidearis, si talem parentem lugeas? Fruere potius illius felicitate memoria, & ab huius uitae fluctibus, in immortalitatis portum delato gratulari. Perge illum referre morum integritate, quem admodum antehac fecisti; ac filium iam nunc a teneris annis ita fingito, ut auum quem nomine refert, referat & uitae sanctimoniam, patrem ac patruum etiam eruditione. Iam nunc Euangelicę philosophię decreta, ueluti lac animi combibat. Iam nunc utriusque literaturę semina hauriat, & parentem amabili balbutie, Graecę, Latineque salutet. Sic tibi contingat mihi. *Pote cum optima coniuge tua Cornelia feliciter nascere, & ex optimis liberis honestissimam capere uoluptatem. Bene uale amice incomparabilis. Louanij, Anno M. D. XIX.*

ERASMVVS ROT. THEOLOGVS LOVANIEN. S. D.

REVERENDI patres, ac domini plurimum obseruandi, quoties considero, & ordinis Theologicę grauitatem, & meam innocetiam uel merita potius in sacrarum literarum cultores, si licet gloriosius aliquid dicere, non libet credere quae ad me deferuntur. Et tamen deferuntur a tam multis, tamque grauibus uiris, ut non possit omnino uideri uanum, quod tot ac talium autorum consensus probatur. Referebat hoc omnium, ut istarum tragicędiarum, quae iam annis aliquot inter nos aguntur, magno uestro meoque incommodo, tandem finis aliquis esset. Quid ego promeritus sum uigilijs meis, posteritas equior iudicabit: quid Louanij sum passus a quorundam petulantissimis linguis, nulli potest obscurum esse. Nunc audio rursus instaurari tragicędiam, per quosdam, ducibus & autoribus Vincentio & Latomo: quorum alterum male habet epistola ad Cardinalem Moguntinensem, in qua uideo illi perstringere ordinem Dominicalium: alterum offendit consilium quoddam nullo autore uulgatum, de componenda tragicędia Lutherana, quod a me profectum esse quidam male suspicaces dicunt. Primum epistola tum scripta, cum nondum neque uestra condemnatio prodisset, neque pontificis censura, nihil aliud agit in summa, quam ut Lutherus corrigatur potius, quam ut magno orbis tumultu perdat. Eam epistolam ob signatam miseram ad quendam Cardinalis consiliarium, illi ius facies redderet si uideretur expedire, sin minus, exureret. Is et sero reddidit, & priusquam redderet, excudendam curauit, mutatis etiam uerbis aliquot ut audio. Cum enim ego scripsissem de Luthero, ille mutauit de Luthero nostro. Quod res tumultuosus clamoribus statim ageretur apud promiscuam multitudinem, neque tum probabam, neque nunc probo. Et hoc plus habet potestatis apud omnes Parisiensium censura, quod sero prodierit. Nullum ordinem, nec

laesi unquam nec odii. Malos odii, quacumque ueste tegantur. Ut autem ordo sit honestissimus apud omnes, id in ipsis situm est, non in me. Quod si istis cordi est magni fieri apud omnes, eas dotes sibi parent, quae famam honestam, quae auctoritatem ac fauorem conciliant. Sim intelligunt se minoris fieri quam uellent: ea mutant, unde detrimentum opinionis nasci ferant. Facilius de epistola. Consilium illud non est a me profectum, sed a Dominicano quodam theologo, non uulgariter erudito. Id cuidam principi fuit exhibitum, ut expendere tur an placeret, & exhibitum fuit ante uulgatam captiuitatem Babylonicam, cum res esset adhuc sanabilior. Id quoque nescio quo casu uulgatum est a Germanis, qui haud scio quo consilio nihil non habent palam. Ac mihi quidem tum exhibuit Dominicanus ille, qui non negabit esse suum, nec mihi displicuit omnino ut ingenue dicam. Non enim hoc agebat, ut rescinderetur sententia pontificis, aut uestra, sed ut hominum persuasioni satisfaceret, qui clamitabant, & adhuc clamitant, Lutherum auctoritate opprimi. Nec laederetur auctoritas pontificis, si uoles aliquid remittere de sua seueritate, ob publicam tranquillitatem. Atque id consilium placuit etiam regibus, nisi captiuitas, alijque huic similes libelli complurium animos alienassent. In consultationibus liberum est unicuique dicere suam sententiam opinor. Et pius est tranquillitati publice consulere, modo id fiat incolumi pontificis dignitate. Quod si fas non est, qua fronte, cum Lutherus esset Vormaciae magnis studiis hoc ipsum agebatur per uiros laudatissimos, idque cum laude? Ita si meum esset hoc consilium, ut non est, tamen non uideo cur mihi sit excitanda tragicędia. Nunc habet autorem suum, quem non pudebit fateri. Meministi quantum tragicędiarum mihi concitatum sit ex falsissima suspitione, cum primum prodissent opera Lutheri, ob praefatiunculam paulo politioem: cum & uerissimum sit & a me crebro restatum, in omnibus illius libris nullam esse syllabam me conscio aut uolente scriptam. Immo semper hunc exitum timui, & idcirco modis omnibus conatus sum hominem ab hoc scribendi genere deterrere. Nunc cauendum est prudentiae uestrae, ne denuo ex suspitione simili laedatis proximum. Homicidij genus est, famam hominis impetere. Quo magis demiror quid sibi proponat Vincentius, qui nunc de me cessat maledicentissime loqui, opportune importune, lacerare nomen Erasmi, lapidare me conuicijs. Quod si ego talis essem, qualis ille falso praedicat, tamen tanta linguae procacitas indecora sit et sacerdoti, & monacho, & theologo, pestilens etiam uestrae Academiae, ne huius exprobratione & innoxios sic debacchari. Nec alia re petus consulere potest ordini suo. Nam uirulentam & impotentem maledicentiam improbant & ipsi, qui mihi male uolunt. Porro eos qui sunt alieni, non alienat a me, qui mihi bene uolunt hos offendit. Sunt autem ubique non pauci qui nobis bene cupiunt, haudquaquam exambitis fauoribus, sed utilitate studiorum nobis deuincent. Quod si ego uelim meo calamo tam insolenter uti, quam ille sua lingua, nonne res in manifestam rabiem exiret? Nonne scadalo essemus & Christianis, & Christiani nominis hostibus? Sed ille me contemnit, quasi non pluribus nominibus illum uicissim possem contemnere, si contemnere nos inuicem esset Christiani pectoris. Aut quasi meum sit digladiari cum talibus, qualis ille est, si res agatur ingenij praesidijs. Quod si certandum sit linguae uirulentia, impudentia, procacitate, facile reperiretur mulier aliqua, quae cum tali hominum genere congregiatur. Sed ut mittamus Vincentium, a quo qualis qualis est, uincit me non patiar, si bonis rebus mecum certet, hoc est, si quid adferat, quod magis conducat ad Christi gloriam ueramque pietatem: Latomo inuitus dissideo, uel ob eruditionem non profus aspersionandam, uel ob quaecumque commercium cum multis amoenioribus, & inuitus credo, quod tamen a multis audio, praesertim cum a me nunc sit laesus. Illud nobis uel sero cauendum est, ne mordentes inuicem, consumamur alteri ab alteris. Seditio nunquam mihi placuerunt. Neque Reuchlini, neque Lutheri factioni me unquam admisi. Christi gloriae pro mea uirili semper faui. Uestra Academia nihil attulit, neque dedecoris, neque incommodi. Lutheranis libellis obstiti plusquam quisquam mortalium. ~~In omnibus quae illi siue uere siue falso inscribuntur, non est ullus apex meus. Libellos maledicos qui undique prouolant, utina prohibere possem uel mea causa. Nam omnes me grauant inuidia, quae tam etiam inamant: ac magis laedunt qui laedant, quam qui maledicunt. Illud certissimum est, in his omnibus nihil esse meum. Et de quorundam autoribus est mihi nonnulla suspitio, de plerisque nec suspicari possum, unde prodierint. Sollicitatus~~

re ab omni turpitudine, ut relapsos in crimen aliquod insigne nunquam reciperent in contubernium ecclesiae: quo seueritas haec ecclesiastica censura, caeteros deterret a peccando. Nec enim hos opinor, iudicant excludendos a regno caelorum, quod submouerentur a foribus ecclesiae, quas frequenter ingrediuntur, quos deus secludat a suo confortio. Sed poenitentiae remedium, quod alij leniores temporarium esse patiebantur, illi uolebant esse perpetuum, idque putabant conducere ad continentiam in officio reliquum gregem. A quorum opinione quam minimi abfuit diuus Augustinus, qui semel lapsus post satisfactionem aperit ecclesiae sanuam, relapsus non aperit, ne diluitor fieret ecclesiae disciplina. Sic ueteres illi commoti exemplo uerbisque Christi & apostolorum pudicitiam ubi que laudibus uehementium, digamiam improbabant, uirginitatem exigebant: quum Paulus eum recipi iusserit in ecclesiae societatem, qui patris uxorem habuerat, & Christus non exigat a suis coelibatum, sed dicat: Qui potest capere capiat. His annuero eos, qui considerantes, quam res sit impia quamque immanis bellum, simul uidentes pacem & concordiam in sacris literis ubique sic praedicatam, pronunciarunt nullum esse bellum licitum inter Christianos. Atque excessus huiusmodi propemodum excusatur etiam in orthodoxis, quoties aut deterrent a diuersis uicij, aut adhortatur ad ea quae procul abfunt ab his, quae uitari cupiunt. Quod facere solent, qui uirginitatem incuruam non inflectunt in rectum statum, sed in diuersam partem detorqueunt, ut redeat in rectitudinem. Atque huius formae mihi uidetur errores Tertulliani. Quorundam errores adeo fuere prodigiosi, ut ipsos etiam puderet, qui profitebantur. Qualis fuit insania uerius quam error Simonis, & Menadri, qui se praedicabant summam dei uirtutem. Tum Basilidis cum suo portento Abraxa, praeterea Nicolaitarum, quibus placebant uxores omnium communes. Addantur his Ophitae cultores serpētis, qui decepit Euam: Iudaei, qui Iudae proditori Iesu, salutem humani generis ferunt acceptam. Mox euauerunt Cerinthi & Valentini somnia. Euauerunt deliramenta Manichei. Euauit Montanus cum suo paraclito. Artotyritarum uix nomen quisquam nouit. Extiterunt autem haereses pestilentissimae, sed quae non potuerunt altas radices agere, quod palam pugnant cum fide scripturarum, quarum incouulsam autoritatem magno consensu semper ecclesiae toto terrarum orbe receperunt. Qualis est eorum, qui negabant Christo fuisse corpus humanum, rursus qui detrahebant animam humanam: qui negabant esse uere passum, qui negabant eum natum ex uirgine, qui dicebant resurrectionem esse peractam resurgente Christo, nec expectandam aliam mortuorum resurrectionem. Sed nulla maiores excitauit in orbe tumultus quam Arrianorum, quod ea nec portenta palam absurda proferret, & ut erant docti, scripturarum testimonijs niti uideretur. Pelagianorum, quod ad liberum attinet arbitrium, etiam hodie licet uestigia quaedam deprehendere. Sed bona pars omnium haereson est philosophorum placitis orta uideretur. Quo magis mirandum est, quod nunc negat haereticos reuinci posse, sine praesidijs Aristotelicae philosophiae. Nimirum aut ea philosophia multum habet sanctimoniam: aut praecleari sunt artifices, qui illa sic norunt uti, ut inuicti possint. ~~quibus haereses praedicantur, ut in haereticorum scripturis, ubi inuenerint, ut in haereticorum scripturis, ubi inuenerint, ut in haereticorum scripturis, ubi inuenerint.~~

Sed est haeresis quaedam, quae quanquam haeresis uocabulum non mereatur, tamen maximam perniciem adfert uitae mortalium, ac plurimum officit euangelicae autoritati, quum non qui profitentur philosophiam Christi, qui se gerunt pro summis ducibus ac proceribus totius populi Christiani, palam tota uita, totis studijs, totis conatibus, nihil aliud docent, quam ambitionem plusquam theatricam, auaritiam insatiabilem, uoluptatum auaritate inexplebilem, bellorum furias, caeteraque quae sacrae literae detestantur, quae ab ethnicis etiam philosophis improbantur. Non ista loquuntur quidem, sed efficacius est ista uiuere quam loqui. Quod nuper in colloquio significabas te cogitare de deponenda tyrannide tua, non probo tuum consilium. Posteaquam productus es in profcenium, peragenda est fabulae pars, quam tibi Choragus iniunxit. Si uir bonus es, ut mihi persuasum est esse te, non tibi displicebit tua conditio, quod uideatur humilior: sed hoc nomine placebit, quod in ea liceat plurimum prodesse Reipublicae. Offendunt te temporum horum tumultus. Sed interim quod boni naucleri solent, uentis obsequendum est, donec redierit serenitas. Neque enim haec tempestas erit diuturna, uti spero. Bene uale Nicolae charissime. Ex Anderlaco

Anderlaco pridie Calendas Septembris, Anno millesimo quingentesimo uigesimo.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

VRVLA quaedam bonae spei nobis hic affulsit, fore ut aliquando te ad nos recipias. Quae utinam nos non fallat. De pensione utinam tam feliciter peragas negocium, quam agis lente. Ioannes Canius sui similis esse perseverat. Ille noster cui utinam non esset tam niger animus, quam est candidum pallium, se ipsum quotidie superat. Iamque homo furit tam palam, ut nulli sit tolerandus.

Ut enim omittam alia per multa, nuper in professione publica, quum uentum esset ad eum locum: Omnes quidem dormitemus, sed non omnes immutabimur: hic, inquit, Erasmus adfert haesim, ponit enim contradictoria eius quod seruat ecclesia. Primum, ut demus id quod est secus, haereticam esse lectionem, quam habent omnes libri Graeci, hic adeo consentientes, ut nusquam magis: non ego adfero haesim, qui uerto tantum, nihil profecto magis quam adferbat Hieronymus, cum uerteret libros ~~modi~~ Origenis. Nunc cum in Annotationibus doceam & olim duplicem fuisse lectionem, quod declarat & Hieronymus, & is cuius extant commentarioli in omnes epistolas Pauli, cum Thomas utraque lectionem recensens scribat in ea lectione quam Graeci sequuntur, non esse sensum haereticum: non producit senem illum Theologum & Carmelitam tam rabiosam uocem emittere in ordinaria lectione & Theologica, perinde quasi spiritibus loqueretur, non hominibus. Non dignatur legere quod scripsimus, & tamen non pudet pronunciare de re incognita. Tantum audierat fortassis inter pocula, quid ego uertissem. Et hic se credit uideri dialecticum, quod meminere contradictoriae. Atqui dispicere debebat, non quid uerba prima fronte sonarent, sed quomodo essent accipienda, & ad quas personas accommodanda. Postremo ut anceps sit lectio, non periclitatur tamen ecclesia, etiam si quid ignoret de modo resurrectionis: uelut an omnes sint morituri, cum de temporis modo noluerit nos scire Christus. Quae si est in lectione, talis est in scholis, adeo ut multos alienet a studio sacrae Theologiae suis morosis moribus. Utinam rediret Card. Dertusensis, & huius impotentiae modum imponeret. Stulticiae respondimus, liber nunc excuditur Louanij. Scriptio illius etiam Aleandro displicuit, cum in initio non nihil arrisisset. Nos eius opere, ne dolo dicam, poenitet. Nouum testamentum a me non credendis laboribus castigatum & auctum tertio excuditur Basileae. Sed quando finis harum tragoediarum? Ut nihil aliud, certe interim perit illa serenitas Christianae mentis: & uulgus studiosorum alienatur a sacris literis. Tu cura ut recte ualeas, alioqui te mortuum, quod deus auertat, iniuria reum peragam: quando non nisi magno meo damno mori potes. Ex Anderlaco nono Calend. Octob. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. PETRO WYLLICHMANNO CANONICO

ram. Beneualē. Hugis, Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. LAVRENTIO BARTHOLINO ABBATI S. D.

NON semel ipse mihi displicuit, Bartholine optime, quod istam indolem tuam uirtuti ac bonis literis natam, non fuerim maiore cum humanitate complexus, quum apud nos esses unā cum Longolio. Sed ad huiusmodi officia praestanda magis deest nobis oclū quam animus. Quis autem non ad ament istud ingenium tuum tam audum eruditionis, ut Italus homo per tot barbaras re-

giones peregrinari uolueris, non tam Vlyssæ cuiusdam prudentiæ comparandæ gratia, qui mores hominum nouit & urbes, ut cum uirris doctrinæ opinione celebratis congredereris. Inter quos nescio quis tibi persuaferat esse numeratum Erasmus. Quāquam autem hac parte plane sciam te frustratum expectatione tua, tamen illud opinor, profecisti, ne posthac tam facile credas, uel laudatoribus istis, uel obrectatoribus. Sed interim exorsulor Italiae candorem, quæ fauet exterorum ingenijs, quum ipsi nobis inuideamus. In digressu petieras à nobis, ut disiuncti mutuis epistolis colloqueremur. Prior itaq; lacerato, tametsi in praesentia nec admodum uacabat scribere, nec erat argumētum aliquod serium. Fac recte ualbas, & quid agas ut sciam. Louanij, Anno M. D. XXI. Calend. Martias.

ERASMVVS ROT. GVILHELMO MONTIOIO S. D.

VO syncerior est tuus in nos affectus uir clarissime, quoq; tu nobis es Meccenas amicior, hoc magis doleo, me tibi non esse perinde felicem amicum, quam animi tui candor iste promerebatur. Scribis isthic per nescio quos spargi rumore, me Lutherani factionis non solum fautorem, sed adiutorem etiam, ac propemodum autorem esse: & hortaris ut me purgem, aedito aduersus Lutherum libro. Quod cum non minus impudens mendacium sit, quam si quis dicat Erasmus aliam esse, paucis aperiā fontem, unde rumor iste manarit. Sunt hic aliquot mihi plures, capitaliter infensi, quod linguas ac bonas literas credat in ipsorum regnum inuexisse. Hi & antequam Lutheri nomen audisset orbis, undiq; telum aliquod quærebant, quo suū dolorem ulciscerentur. Itaq; qui rumorem hunc primi genuerant, nondum sibi persuaferunt quod alijs persuadere conati sunt. Idem Hieronymū Aleandrum nuncium apostolicū, hominem apprimè doctū, mihiq; uetere ac iucundissima necessitudine coniunctum, miris mendacijs in me conati sunt irritare. Voltabant libelli nescio qui maledicti hinc atq; hinc. Horum suspitione Germani quidam ut ab se depellerēt, in me deriuauerunt. Quid multis persuaferant homini ut acri simpliciq; ingenio prædito, ita credulo, me parum amice de ipso & sentire & loqui. Nec defuerunt qui coalescentē amicitiam nouis subinde delationibus discinderent. Cæterū hoc habe tibi quouis Sibyllæ folio certius, in omnibus Lutheri aut Lutheranorū libris nec unam syllabam esse meam, aut me conscio scriptam. Nec faui, nisi forte fauet qui dehortatur ab instituto, qui pro uiribus obstat ne libri illius exeant in uulgus. Primus enim omnium præfagij, futurū ut hæc res exiret in grauem orbis tumultum. Nec cum Lutherō, nec cum ullo Lutheranō foedus clancularium inij: & adeo non addidi cuiq; animos, ut omnes quos potui, tum dictis tum scriptis deterruerim ab instituto periculoso. Tantum improbābam quorundā præcipites tumultus, præsertim apud populum, priusquam satis appareret quorsum iret Lutherus.

Et passim fauentibus omnibus, solus extitit monitor, ut stilum uerteret, ac negotium tractaret euangelica mansuetudine. Nemo te melius nouit, quam mihi semper cordi fuerit pax, quam inuisum bellum. Itaq; si Lutherus omnia uere

uere scripserit, mihi tamen magnopere displiceret seditiosa libertas. Ego uel falli malim in nonnullis, quam tanto orbis tumultu pro ueritate digladiari. Et in huiusmodi contentione, bus, post cruentas rixas re discussa, tandem cõperitur aliquoties eadem esse partis utriusq; sententia, de uerbis modo dimicatum fuisse. Euangelicæ doctrinæ, Christi; gloriæ semper faui; bonis literis hæcenus faui, ut seruirent gloriæ Christi. Dolebā plus satis tribui theologicæ argutatrici: ueterem prorsus aboleri molestum erat. Hic fuit scopus lucubrationum mearum. Nec huius instituti me pœnitet. Lutherum exoriturum, qui potui diuinare, qui meis scriptis abuteretur: lactant enim illum quadam è meis libris haussisse. At quo pacto queam præstare, ne quis meis scriptis abutatur, cum plurimi sint abusi libris euangelicis? Et tamen si quis deus mihi prædixisset, hoc seculum exoriturū, quædam aut non scriptis, sed uerbo prædicatū, quod perniciose scripserim, sed quod non omnia quouis tem-

Et qua fronte nunc me uolunt committere cum Lutherō, qui hæcenus me blaterant nihil aliud esse quam grammatistam? Sed sine nihil scire Lutherum. Quid rum postea? Bellum uero enthymema illius, qui ut scribis, placido uultu te intuens, subindicauit, si Lutherus esset indoctus, à me profectos illius libros. Germania tot uiris eruditis & eloquentibus abundat, & ego tam longe semotus solus illi adfui scribenti. Quid opus erat ad ista tam stolta respondere? Sed magnates sunt qui ista dicunt. Sed neq; stem mata, neq; torques addit sapientiam. Præstaret istos in conuiuijs de uenatu loqui, potius quam de his rebus quas non intelligunt. Lutherus suos libros agnouit omnes apud Cæsare. Ego nihil unquam edidi, cui non apposuerim nominis mei titulum. Nec unquā aliena mihi uindicauit, nec mea titulis alienis supposuit. Ab obscœnitate, à seditione, à periculosa asseueratione semper abstinuit, ecclesiæ iudicio mea semper submissi, doctorum hominum consilijs libenter auscultauit, paratus etiam nunc sarcire, si quid offendit doctos & graues uiros. Excipio paucos, qui & impotentis odij, et parum integri iudicij sui manifesta dederunt argumenta. Mihi nunquā fuit animus pugnare cum ecclesiæ primatibus. Si præscribent quæ faciunt ad gloriā Christi, libentes amplectemur. Sin erit quod nobis merito displiceat, modo ne sit palam impium, tolerabimus. Habent illi dominum suum cui stant aut cadunt. Et arbitror phas esse tacere quod uerum est, si non sit spes fructus. Sic Christus tacuit apud Herodem. Nec sum tam temerarius, ut pugnare uelim cum edictis summorū principum, tantillus uermiculus. Si poscent à me consiliū, & uolent id scire tuto, dabo pro mea simplicitate, si non prudens, certe fidele. Non de nihilo est, quod hic affectus tot gentiū animos occupauit, ac subinde repullulat malū. Fortassis magis expedierit, imitari prudentes medicos, qui saniem omnem repurgant, priusquam uulnus obficant cicatrice, qui uenis eijciunt morbi materiam, potius quam illos qui febrim uel bellunt mox recursum. Si non poscent à me consiliū, conquiescam, & quatenus licet euangelico negotio: & si quid secus agatur quam uellem, precabor Christum ut amos illorū uertat ad meliora. Porro quod scribis, mihi in manu esse totū hunc tumultum non re, utinā uera prædicaret tua celsitudo. Ne exorta quidem fuisset hæc tragœdia. Glamitant hic mihi non esse calamū. Imò calamus est, sed innumera sunt quæ dehortantur. Lutherū uocare fungū perfacile est, idoneis argumētis tueri causam fidei, mihi certe disticillimum. Et hæcenus non admodū successit alijs. Et tamen ad hoc negotiū libentius accingerer

cingeret, si certus essem quosdam qui sub prætextu fidei mundi causam agunt, uisuros sua uictoria in rem Christianæ religionis. Tamen hoc animo petemus Basileam, ut absolutis quæ sunt in manibus, aliquid moliamur quod cōducatur huic dissidio sopiendo, certe tēstemur animum nostrum. Nec tamen uideo quorsum attingat me tam arduum suscipere negotium, cum sint docti, magni, graues, summa autoritate præditi, qui iam prouinciam aggressi sunt. Argutum uero lemma proferunt isti, qui dicunt: Qui tacet, consentire uideatur. Si tacent qui non scribunt, ingens consensus est. Et tamen ita tacui, ut Lutheranos omnes in me cōcitarim. Sed ut finiam optime Mecœnas, nihil est quod dubites de tuo Erasmo, neque pietas, neque religio, neque mores, neque tranquillitas publica meis literis lædatur. Innocentiam præstare possum, linguas hominū in manu non habeo. Qui talia blaterant, reddituri sunt rationem deo, uel temeritatis, uel malitiæ.

Hæc scripsi raptim ex tempore, forte oblato tabellione. Scribam alias accuratius. Ex Anderlaco. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. MARCO LAVRINO S. D.

RO officijs in me tuis studioq; si gratias agerem, uiderer arbitrari nouū aliquid accidisse, quum tu mi Laurinē quod olim facere instituisti, nunquā non

spem nisi rediero. Nam res semel acta est in contemptū, & in illi ex eo non alio nomine responsum est, & pensionem & alia me digna parata, si rediero. Quare non arbor fratrem tuum, quam uis uocalem & strenuū patronum, hac causa fatigandum. Cæsar bis iussit numerari pensionem nobis extra ordinem, sed facilius illi paretur iubenti fieri exactionem quam solutionem. Sorores tuas incolumes esse gaudeo, sed miror quid cogitent. An decreuerunt perpetuam uicuitatē? Si quando nupturæ sunt, nunc nubent tempestiuus, nisi fortasse tu meditaris nouum collegium Brigidentium. Monetæ mutata æstiuatio conflauit mihi non mediocri dispendium. Liuius frequenter ad me scribit. Tibi cum sororibus tuis precor omnem in domino felicitatē. Datum Basileæ Calen. Septem. Anno millesimo quingentesimo uigesimo septimo.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO VERGARÆ S. D.

IN præsentia Franciscæ charissimæ, uix tātum erat ocij, ut te uel resalutarem, pro tam copiosa, docta, amica, festiua epistola. Et si maxime fuisset ocium, poterat me sic undiq; scatens omnibus musarum & gratiarum ornamentis oratio à scribendo deterere. Quis credidisset huc usq; progressuras Græcicas literas, ut adolescentes scriberent epistolas tam feliciter *ἡμῶν & ὅσων*. An expectas ut senex inuideā iuuenibus? Adeo non inuideo, ut uix aliunde capiam plus uoluptatis. Qui erga iuuentutem subolescentem paternos gerunt affectus, ijs ad hunc modum obscurari uinciq; gratissimū est. Huius sanè gaudij sensum toto pectore percipio. Visum est epistolæ tuæ exemplar mittere Louanium ad collegij trilinguis, quod tibi florentissimum est professores, quo magis illos extimularem. Gratulor tibi ornatissime adolescens, gratulor ueltræ Hispaniæ, ad pristinā eruditionis laudem ueluti postliminio reflorescenti. Gratulor Compluto, quod duorum præsulum Francisci & Alfonso felicibus auspicijs sic efflorescit omni genere studiorū, ut iure optimo *πρωτομάχου* appellare possimus. Hoc tibi persuade mi Franciscæ, nihil istoc tuo in me animo gratius, nihil epistola iucūdius accidere potuisse. Habet, ut iocaris, Hispania & nunc suum Geryonem, monstrum *πρωτόμαχου*, sed habet eadem auspiciatissimū Geryonem in tribus ornatissimis fratribus *μῶν & ὅσων*. Hoc tantum licuit in præsentia. Nolim existimes tibi responsum esse, sed tantum salutationem redditam. Bene uale, *μετὰ τῆς φιλολόγου & πέντε τῶν*. Datum Basileæ quarto Nonas Septemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. HAIONI CAMINGÆ PHRYSIO S. D.

PORTET aut in geneli nostra consensisse quædam sidera, aut inter genios nostros aliquid arcanae cognationis intercedere Haio charissime, quādoquidem ex tam breui colloquio, quum tu mihi prorsus ignotus esses, ego tibi non nisi de nomine cognitus, statim in amorem tui sum inflātatus, quod ident accidisse tibi res ipsa nimirum declarat. Id enim ni esset, nunquam literis tam amanter, atque ut ita dicam, ambitiose scriptis experisses domesticam mecum consuetudinam, quum Dolæ tot haberes sodales generè claros, & studiorum societate, & morum similitudine iucundissimos. Verus & uulgatum est, pares cum paribus facillime congregari: hic noua quædam & arcana uis naturæ sit oportet, qualis est in magnete chalybent attrahente. Meis quidem rationibus ornatissime iuuenis non perinde cōgruit conuictor quilibet. Siquidem assidui, nonnunquam & iniqui studiorum labores, tum ætas iam ingrauescens, sed in primis ualctudo subinde me admonens mortalitatis, cogunt ut sim homo per paucorum hominum, quum alioqui mei ingenij sit omnibus per omnia gratificari si liceat. Verum si mihi non imponit animi de te mei sensus, si non falsam epistola tua re præsentauit tui pectoris imaginem, si uera perscribunt ijs qui tuos mores intima consuetudine perspectos & exploratos habent, non graabor tale ingenium in domesticum recipere contubernium, sperans fore ut nostræ familiolæ & ornamento sis & uoluptati. Habes animum meum, nunc tuæ prudentiæ fuerit ex ipsa re consilium capere ac dispicere, quid maxime conducatur tuis commodis, quibus nolim mi Caminga quæstus mea causa decedere. Habebis mensam literatis conditam fabulis uerius quam ciborū delitijs. Tantum abest à luxu, ut non multo lautior sit Pythagorica, aut Diogenica, si quando cenabat domus. Dices te in frugalitatis uenisse scholam, aut in Phiditij accepisti. Nec ulla mihi uidetur uita tum laetior, tum lautior, quam quæ homo iugiter sobrius, & animi tranquillitate, & corporis bona ualitudine fruatur: quumq; à mensa surgit, frugiferis sermonibus sua uis acceptus quam epulis, itaq; sedata fame, ut nec uentriculus oblatrans sit molestus, nec corpus cibis onustum degraueat animum, si quid uel in studijs, uel alijs serijs rebus sit gerendum. Quid enim illis cōuuijs, aut ut magis proprie dicam, comotationibus insuauis, ubi tum multibus inconditis perstrepunt omnia, ubi conuuiua cogitur bibere quantum præscribitur, & sibi quisq; nocet, ut alterum in noxam pertrahat. Nullus est uoluptatis sensus, ubi corpus occupat morbus: proinde quum mentem prorsus ademerit uis, quid potest esse suaue? Vix enim dicas, utrum sit inhumanius, à potu depelli sitientem, an ad bibendum compelli qui non sitit. Vtrum hoc quæso te, conuuiuium est, an potius tormentum? Omittito nunc rixas & pugnas, aliq; flagitia quæ secum trahere solet uinolentia, omittito peccatiæ turpe dispendium (nusquam enim perditur indecentius) quanta quumq; irrecuperabilis iactura temporis, quo non alius sumptus preciosior? Voluptatem insanam excipit posttridie uerus dolor, torpet animus, disruciatur stomachus, capitis uertigo molesta est. Nonnunquam & febris succedens pœnas exigit intemperantiæ, breuisq; uoluptas, si tamen ea dicenda est uoluptas, diutino luitur cruciatu. Nec desunt usquam qui melioris indolis adolescentes ad suos mores pelliteant. Dicas illos non ob aliud petisse scholas, quam ut aliorum studijs incommodent. Quo nomine mihi charissimus es ornatissime Haio, qui cum clarissimis maiorum imaginibus commenderis, quum ampla res familiaris etiam ad luxum si libeat, suppetat, quum nodum opinor ingressus sis annum uigesimalium, denique quum Phrysiam habeas patriam, ubi uulgo luxus propemodum laudi datur, frugalitas uitio: tamen sic abhorres ab istiusmodi uere pecuniis uoluptatibus, ut nihil sit tibi frugali sobriaq; uita dulcius. Meministi nimirum eo te profectum ad Academiam, ut uelut è diuite quodam emporio, preciosissimis bonarum literarum mercibus locuples redeas domum, ornaturus uicissim generis tui stemmata, plusq; lucis additurus, quam ab illis accipis. Hæc mihi arguunt indolem insigniter probam, ac uirtuti natam. Quem admodum non minus uere quam argute dictum est olim, qui Athenis probus sit, eum oportere insigniter esse probum: ita uehemeter probum sit ingenium necesse est, quod tam multis uitiorum iritamentis corrumpi non potest. Hoc animo te præditum, quum ex multorum quibus domesticè notus es literis simul & prædicatione perspectum habeam, non potui tibi non gratulari: simulq; spem non uulgarem animo concipio, fore ut Phrysiam tuam

tuam & literis tuis & moribus reddas celebriorem. Claruit illa magnis ingenijs, ut enim fileam Canterios & Langios, quid Rodolpho Agricola diuinius, in cuius gloriam succedit Flaio Hermianus, iuuenis nihil mediocre de se pollicens, qui tibi huius laudis lampadem aliquando traditurus est: nam Viglium, ut scribis, gaudeo in hoc stadio strenue proferare. Hæc arguunt non omnino uanum esse quod uulgo narrant, Phrysiam esse felicissimam ingeniorum parentem, sed uitæ delicias obfarcire, quo minus multa ad summam uirtutem eluculentur. Vix cum alio uitio peius conuenit Musis & Mineruæ, quam cum luxu & intemperantia. Itaque quum intelligam tibi nihil esse dulcius literis, si tuo bono fieri poterit, mihi quidem uenies hospes tam gratus quam qui gratissimus, uenies ad mensam philosophicam, atque etiam, si id magis iuuat, medicam. Aliquot prius ualutarios reddidit prosperiore ualitudine. Certe quod surda nemeli dictum uelim, nullus *ἡδύμορπος* & *ῥωμ* meorum hæcenus in morbum incidit, eos semper habeo paucissimos, nec in aliud quam in conuiujs & horis à sumpto cibo, quibus à uehementiore studio temperare soleo, præsertim à cœna, nisi si qua urgeat necessitas, solitudinis tedium fallam fabularum uicissitudinè, quas tamen prorsus *ἀπόβου* esse non patimur. Horum de numero si tu esse uoles, dabo operam, ne prorsus huius consuetudinis nostræ poeniteat. Sin ipsa res aliud suadet, illud tibi hac epistola ueluti syngrapha persuasum esse uolo, quicquid uel te, uel me locus habebit, Erasmmum esse, semperque fore unum ex his qui tibi bona omnia precantur ex animo: à quo nihil frustra petiturus es, si modo sit eius generis, ut à me præstari possit. Bene uale. Datum Basileæ pridie Idus Nouemb. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. CLAVDIO CANTIVNCVLÆ
LEGVM DOCTORI S. D.

DISPHEREAM nisi tuo felici ocio inuideo, cui tales epistolas scribere liceat, quum mihi ne legere quidem uacet scriptas. Næ tu mi Cantiuacula copiose, splendide, grauer omnia: nihil desiderari potest absolutissimi rhetoris, nisi quod assumis & *ἡδύμορπος* prorsus, nec uera: siue huc te rapuit calor quidam, & uehemens causæ studiū, ut id facile factu putes, quod admodum cupis factum: siue usque adeo cæcatis amore mei, ut musca tibi uidear elephantus. Ego nihil nescio, quæ utraq; pars iudicat, & uere iudicat nihil sciret. Ego solus possum, quod nec Cæsar, nec Pontifex, nec tot theologorum possunt examinare. Meæ unitus autoritatē cedet orbis, quem cōmūgunt etiam theologorum canes. Et ita prouocas ad excludendū schisma, quasi iam dudum non regnaret incendium. Sic accusas silentium meum, quasi hæcenus non sim ausus mutire aduersus hanc orbis tragœdiam: aut quasi non tentarim bellum hoc æquis legibus componere, frustra quidem, at non citra meum periculum. De Eucharistia cœperam non nihil antequam tuæ literæ redderentur: quas nondum legi, tanta est ocij penuria, sed à prandio prælegit comes Lascanus. Librum Oecolampadij nondum uacuit legere. Sed tu uideris hoc agere, ut in me recipiam autoritatē de causa uniuersa pronuntiandi, quum utraq; pars gladiatorijs animis tendat in alteram, et utraq; laboret intestinis dissidijs. Finge mihi suppeterè ocium, finge non deesse doctrinam tantæ causæ parem, quam tandem fructus spem ostendis. Pronunciabo secundum theologos: utrum cisalpinos an transalpinos: secundum partem aduersam: utrum pro Lutheranis an Zuinglianis. Nam Carolstadius, ut audio, recepit palinodiam. An rebus utrinque temperatis æquus arbiter componam litem? Quid profecturus, nisi quod solent ij qui capitalēs hostes conantur interuentu suo dirimere, ut utrinque confossus cadam? Hæc interim ad tuam declamationem, in qua probo mirorque ingenium ac facundiam tuam, & boni cōsulo tam amicū de me errorem. Cæterum malim delegisses aliud argumentū exercendo stilo. Nam istiusmodi me laudibus onerant, qui extinctum uolunt. Cætera coram ubi uoles, sed horis pomeridianis, nam reliquo tempore nihil licet amicis decidere. Bene uale. Anno millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS ALFONSO ARCHIEPISCOPO TOLETANO S. D.

IPSA re comperi uerissimum esse reuerende præsul, id quod scribit apostolus Paulus Corinthijs, deum qui toties in scripturis pollicetur se non defuturum ijs, qui spei suæ sacram ancoram figunt in ipso, esse bonæ fidei ac præstare quod promisit. Quamquam enim patitur suos uarijs afflictionibus exerceri, uarijs improborū insectationibus uel purgari, uel explorari, tamē ita temperat afflictionum magnitudinē, suamque uicissim gratiā opitulatricē, ut non sinat eos opprimi malorum undis, sed rebus etiam deploratissimis addit latum exitum. Et in ipso interim certamine pro sua bonitate, laborum asperitatem solatiolis quibusdam admixtis subinde lenit mitigatque, quo pondus tentatiōis humana imbecillitas possit sustinere, quod significanti uerbo dixit *ὑποβιβάζει*, quasi dicas tolerando uincere. Alioqui qui posset hæc animula, hoc corpusculum natura tenerum, nunc etiam senio, morbis, & quæ maxima malorum pars est tædio fractum, totum multibus & insectatiōibus par esse, nisi diuina bonitas crebris lenimentis fatiscentē humanæ naturæ infirmitatē subleuaret. Præcipuum

B b quidem

quidem in rebus aduersis solamen est, bene sibi conscia mens, & aeterni praemij spes. Verum ille frequenter & per homines pios suggerit aliquid solatiij. Huius enim benignitati acceptum fero tuam eximie praesul epistolam humanitatis & Christianae pietatis plenam: ex qua tantum cepti uoluptatis, ut quum me reperisset laborum ac malorum tedio prope delassatum, tamen omnem molestiae sensum repente absterferit ab animo, uigoremque & alacritatem reddiderit. Porro quemadmodum minus me discruciat priuatus dolor, quam publica rei Christianae calamitas: ita magis me recreat communis populi felicitas, quam mea si qua est commoditas. Quatula est enim huius homuncionis iactura, quod ad corpus seculum & famam attinet, praesertim si spectes rerum omnium uniuersitatem? Profecto non multo maior, quam apud nos unius culticis. Sed quis ex animo fauens Christi gloriae, non uehementer doleat, eo recidisse rem Christianam, ut qui tot modis proficetur perfectum Christianissimum, tam impudentibus calumnijs, tam euidentibus mendacijs, tam malicio sis artibus, tanta pertinacia debacchenatur in eos qui pro suo modulo dimicant pro uera pietate? Si haec faciunt qui se iactant mundo mortuos, quid expectandum a caeteris? Quo magis autem gratulor Hispaniae studiorum ac religionis profectibus feliciter efflorescenti, hoc acerbius fero publicam felicitatem istis tumultibus contaminari, quam ego solitum praesagium, ne ista uelutatio exeat in bellum cruentum. Nouimus enim artes satanae, qui nunquam grauius laedit Christianam religionem, quam quoties transfiguratus in angelum lucis, religionis furo grassatur in publicam concordiam, quam utinam liceat uel huius capitis iactura redimere. Caeterum ex aduerso recreor animo, quoties reputo talibus tantisque uiris esse cordi Christi sinceramque pietatis negocium. Quanquam enim tuus animus, quem mihi tua depinxit, expressit, ac representauit epistola, sic placuit, ut uix aliter magis sunt tamen alij complures tuae sublimitati si non pares, certe similes, a quibus frequentes ad me conuolant epistolae: quorum primus est Guilihelmus Vuaramus, Archiepiscopus Cantuariensis, qui sic angitur meis malis, sic recreatur successu, ut pro se sit minus sollicitus. Quisquid ille habet, tam mihi commune est, si uelim uti, quam est quod domi in scriptis habeo conditum. Id mihi pluribus experimentis cognitum est: & obiurgor, quod non utar ipsius benignitate. Proximus est Laurentius Card. Campegius, quo nihil optari potest sincerius aut amantius. Tertius Ioannes episcopus Rossensis: quem arbitror esse scriptis tibi notum esse. Quartus Ioannes episcopus Lincolnensis, cuius amantissimas literas quotannis his accipio. Quin & ipse Card. Eboracensis non raro literis suis humanissime scriptis me dignatur. Porro Cuthbertus Tonstallus, nunc episcopus Londoniensis, uobis opinor non ignotus, ut qui nuper istic legatione functus sit, animus meus uerius est quam amicus. Nec hic mea merita praedico, sed illorum potius admirandam humanitatem. Similes horum habet & Gallia, sed praecipue Michaellem Bodetum, episcopum Lingonensem. Ab rege Gallorum, a rege Britannie, a duce Georgio, alijsque principibus tantum redditur epistolarum, ut aliquando respondere non uacet. Porro literis eruditorum hominum, quorum permulti dignitate quoque praeminent, uix sufficiunt scribita. Ne quid interim commemorem de Caesaris ac Ferdinandi, nunc Vngariae regis, amantissime scriptis epistolis. Haec me uocant in optimam spem, fore ut hi fatales rerum tumultus aliquando consopiantur, atque haec tragodiae in latam exeant catastrophem. Talis nimirum artifex est Christus, qui nouit sponsum suam deiectionibus erigere, angustijs dilatare, oppugnationibus communitate, mortibus uiuificare, ignominijs glorificare. Quod si me uiuo continget, libentius & alacrius hinc decedam. Sin aliter uisum est illi, non dubitabo quin optimum sit quicquid illi placuerit. Proinde quod me tua hortatur pietas, ut in his quae patior constantem & infractum animum praestem, quanquam eram id mea sponte facturus, aspirante Christo, tamen tanti praesulis uoce confirmatus idem faciam posthac & diligentius & alacrius. Quae defers per eximium Theologum Ioannem Vergaram, hoc mihi sunt gratiora, quo minus promereor: eoque magis istam tuam inauditam benignitatem exosculor. Ea quoniam scio a sincera promptaque benignitate deferrit, arbitror me nihilo minus debere quam si quicquid oblatum est accepissem. Nec dubito quin pari candore meum quoque animum sis aestimaturus, ut quicquid a me gratiae referri poterat si liceret, id relatum existimes. Certe si quid extiterit occasionis, qua tibi meo uel officio

ficio uel industria gratum facere curam, nihil fecero libentius. Dominus Iesus amplitudinem tuam seruet incolumem. Datum Basileae postridie Calend. Septemb. Anno mille simo quingentesimo uigesimo septimo.

ERASMVVS ROT. CONRADO PELLICANO S. D.

RO quinq;ue facis habeo gratiam centuplicem. Opto tibi tuos omnes amicos manere incolumes, mihi satis est, si nemini est data ansa iusta in me fremendi. Mallem epistolam illam non esse sparsam, nec hoc per me factum est, & tamen quocumque pacto erat depellendus periculosus ac falsus rumor. Quidam indignantur quatuor illis consultijs, & iam ut audios, spargitur epistola, suspicantur esse Capitonis, eleuans illorum auctoritatem. Ajunt & libellum famosum parari in eisdem. Haec nimirum sunt artes Euangelicae. Nos nulla de re consulti sumus, nisi an Oecolampadij libellus haberet aliquid, cur non esset publice uendendus. Ad id respondi, nulla Oecolampadij contumelia. Ille in his quae docuit, non est usus meo consilio: imo me fortiter contempsit. Quare si quos offendit, aut si quid timet, non arbitror aequum ut contra meam conscientiam pro illo depugnem. Quam autem relegationem mihi miraris, an quia nolo discedere a publico iudicio, consensuque ecclesiae, quum interim mihi diuersa sententia persuasa non sit? Vos inter uos digladiamini. Zuinglius & Oecolampadius aduersus Lutherum & Pomeranum, & rursus Balthasarus aduersus illos, aduersus Pharellum, & tam discordi factioni memet adiungam periculo capitis mei, imo potius animae? Si quid mali uobis obtigerit, uobis ipsis imputate. Ego semper uaticinatus sum fabulae sic actae fore parum felicem exitum. Zuinglius alicubi citat locum ex Paraphrasi. Tanti me facit nunc, qui prius scripserat me nihil scire? Oecolampadius, ut audio, in concione taxauit oratorem, me, sic interpretantur, notans. Notat & in libello de Eucharistia, quo respondit Bilibaldo. In praefatione uero Eliae onerat me inuidiosa laude. Taxat & in commentarijs in epistolam Ioannis suppresso nomine, sed recitatis meis uerbis, quum is locutus a me mutatus esset, nec mea uerba fat candide interpretatur. Dixeram, quantum hic est mundorum: indicans eam epistolam esse Ioannis, quod huiusmodi gaudeat iterationibus: ille refert, quasi damnatim ociosam polylogiam. Egregius uero amicus, in cuius gratiam profiteri debeam sententiam apud Lutherum haereticam. Quam belle uero Zuinglius citat locum in quo uerbo consecrandi, & tamen colligit me aliud sentire quam loquor. Puto magis stratum hunc non fore tam stultum, ut omnes eiciat hinc qui dissentiant ab Oecolampadio. Nihil erat in tota epistola tua, quod mihi non inagnopere displicuerit. Bene uale. Basileae, Anno M. D. XXXVI.

ERASMVVS ROT. SIMONI PISTORIO S. D.

ANTVM suspicionum & querimoniarum undique nobis gignit hoc seculum exulceratissimum, ut nec uacet, nec libeat omnibus excusare. Quamquam ego Principi tam pio tamque cordato uehementer optarim per omnia satisfacere. Itaque licet obrutus laboribus ad tuam epistolam respondebo paucis, tu quod deerit de tuo candore, tuaque facundia supplebis. Epistola Thermopolim missa pijs omnibus placuit, sed uehementer offendit Leonem Iudaeum Turginum, qui libello germanice per typographos uulgato, profitetur se autorem eius libelli quem detestatur epistola mea: addidit epistolam ad me manuscriptam multo uirtu lentiolem, qua ad pugnam gladiatoriam prouocat, uerum obticui. Porro quod sic meam causam apud Principem egeris, ut diceris me nunquam ex animo discessisse ab ecclesia praescriptis, quid tibi uelit mi Pistori, non satis intelligo, qui nunquam uel ex animo uel praeter animum ab ecclesiae placitis diuerterim. Verum oportet distinguere constitutiones ecclesiae, quaedam sunt conciliorum generalium, quaedam ex rescriptis, quaedam episcoporum peculiare, quaedam Romani Pontificis, sed instar plebiscitorum, quales sunt constitutiones Camerae. Rursus ex synodicis quaedam perpetuae, quaedam ad tempus datae. Itaque quaedam inuolabiles, ut puta ritus diuinis literis: quaedam eius generis, ut pro rerum praesentium statu possint mutari. Quoties autem admoneo de mutandis constitutionibus, de his sentio quae citra pietatis iacturam mutari possunt. Nec id tamen usquam suadeo faciendum, nisi ex auctoritate procerum: Atque ut ingenue quod res est fatear, quum in cradesceret hic tumultus fatalis, plane eram in hac opinione, ut mutatis aliquot constitutionibus, illa

tempestas ad aliquam tranquillitatem redigeretur

Venio nunc ad consilium huius urbis magistratui exhibitum, cuius antigraphon ex archetypo mitto, si quid forte de suo addiderunt qui euulgarunt. Mitto simul & ad Glareanum literas ad hoc scriptas, ut per illum excusaretur se natum, priusquam à consulis adiret. Nihil egi. Suspicio hoc à quibusdam Lutheranis sub natum, hac arte, ut si suaderem ipsis accommoda, haberent me sibi obnoxium in minus, constarem mihi ciuitatis huius graue odium. Summis enim uiribus hoc tum contendebant quidam, ut hic omnia fierent que fieri uidemus Tiguri. Promissa est mihi silentij perpetua fides. Ita temperaui consilium pro ciuitatis presentis statu, nam uni Reipub. datum est, ut nec excitarem hic tragœdiam, non mihi tantum periculosam, nec auctoritatem ecclesiæ permitterem quorumlibet arbitrio. Et tamen hoc consilium utcumque temperatum adeo placuit consuli, ut prelerit tres menses, ne exhibiturus quidem, nisi quidam ecclesiasticæ partis efflagitassent. Certe ex eo consilio nihil hic innotatum est, nisi quod omnia moderatius acta sunt quam cœperant. De Lodouico Bero, plane lapsus es in nomine. Nam is uir & pius est & doctus, ab omnibus istorum dogmatibus dissentiens, sed à nullo magis quam de Eucharistia. Nam is praesedit in concilio Badensi ecclesiasticæ partis nomine. Capito nem opinor, uolebas dicere, cuius nulla laus est in illis literis. Quod scripsi neutram partem mihi uideri sobriam, non incesstur ecclesia, sed quidam qui plus obtrudunt nobis quam necesse sit credere.

Si sacri pariter ac prophani, si magni cum paruis synceris animis couerteremus nos ad principem fidei nostræ Christum, & agnoscentes sua quicquid mala concordibus uotis illius misericordiam implorarem, breui uideremus horum tumultuum felicem exitum. Nunc dum plerique priuatis commodis intenti sunt, ne publicis quidem recte consulitur. Quod ob unum aut alterum deprehensum male sentire uideris de Græcis literis, uehementer alienum est & à prudentia tua, & ab ingenij tui candore. Eadem opera male sentiendum esset de omnibus bonis literis. Quod autem inter harum professorum res initio complures non fuerint alieni à Luthero, partim in causa fuit, quorundam improbitas, qui multis annis *καρποδολεω πόλιμου* terra maris gesserunt aduersus hoc studiorum genus apud nos reslorescens. Longa est fabula. De Reuchilino memiisti. Plura uos uide-

mus

mus. De illo nostro non queo satis demerari, quid homini uenerit in mentem, nec ulla res unquam æque mihi præter expectationem obiecta est. Quid hoc ad Græcas literas, sine quibus caeca est omnis eruditior. Quæ mihi proximis nundinis, arbitror esse perlata. Scripseram enim & illustrissimo principi, & Empero, & tibi. Poculum erat gratissimum, uberius tamen delectatus sum laudatissimi principis testimonio. Quod mihi longam uitam optas optime Pistori, iam potior eo quod optas. Diu uixi, si tamen uixi. Medici nihil pollicebantur opis; & si polliciti fuissent, non admodum illis fiderem. Itaque relicto illis Christo me commisi. Is siue longum, siue breue uolet esse quod superest uitæ, æqui bonique consilium. De Luthero coercendo etiam si certa spes esset, & si maxime par essem illi negotio, & si non minus liberet quam uacaret, tamen per quosdam ut uideo cōiuratos nō licebit. Lutecia misit nobis quatuor libros hoc anno.

Quidam oratorem agens apud Cæsarem *καρποδολεω* scripsit uirulentissimum librum in me, ac ni fallor iam editis, quum in Britannia nunquam præ se tulerit, quod animus esset in me scribere. Sunt aliquot etiam Romæ, qui scribunt in me præter Stunicas. Vnum libellum ad me misit is qui scripsit Albertus Pius, alter sine titulo missus est per amicos. Nondum enim auditus est, sed uoluit per manus aulae Pontificis, quo nec Orestes furij agitur scriberet quicquam furiosius, nec me fugit quis sit autor. Sermo cum moribus congruit, nam mihi domestice notus est. Habet & Hispania Stunicas alteros, ut ne quid de Louanio dicam. Omnes ad oburgandum & calumniandum diserti sunt. Sub has nundinas suscepimus laboris pensum quam pro ualitudine grauius. Nam præter alia recudimus Nouum Testamentum, annotationesque magnis accessitibus locupletamus. Arbitror enim Hieronymo, pro uerbis, & huic operi propemodum iustam curam esse datam. Et tametsi uiriculae corpusculi sufficere, absoluemus quod orsi sumus in Lutherum, etiam si nihil tam sancte tamque circumspice scribi potest à me, quod nō calumniatur quidam, deuotis animis hoc agentes, ne quid fructus ex meis libris redeat ad lectorem, nec aliud agentes quam ut uictus contumelios concedam in castra Lutheranorum. Quod nunquam efficiet, donec propitius dominus mihi mentem hanc esse patietur. Atque illud mi Pistori, tuo Principi uacillanter demollicetor, me quod dicere cœperam, nec ex animo, nec præter animum unquam uel accessisse, uel accessurum ulli damnatae factioni; nec me aliud agere in meis lucubrationibus, quam ut linguas ac bonas literas grauioribus disciplinis adiungerem, ut scholastica theologia apud multos ad sophisticas contentiones prolapsam ad diuinae scripturae fontes reuocarem, ut in moribus hominum minus esset cœremoniatum, in animis plus pietatis, ut episcopi & sacerdotes sui meminalissent officij, ut monachi uere id essent quod dicuntur: denique ut peruersissima de plerisque rebus iudicia eximerentur ex animis hominum, quibus iam orbis instupuerat. Hæc me perspicere agere, qui sobrius & integer mea legit. Ceterum si isti eodem animo legerent Chrysolomi Hieronymique scripta, quo mea legunt, plura reperirent quæ reprehenderent, quam in meis reperiunt. Bene uale. Basileæ, Anno millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

ERASMVS ROTERODAMVS GEORGIO DVCI
SAXONIAE S. D.

ILLVSTRIS SIME princeps, accepi literas tuæ celsitudinis, una cum his quæ mea causa uertenda curaueras, quorum nihil non fuit gratissimum: quæ de re scribam aliàs per ocium, nunc quod solum licuit, significare uisum est Illustrissimæ celsitudinæ tuæ. Sub Cal. Iunias mihi per nuncium huius ciuitatis publicum in hoc proprie conductum, epistolam ad concilium Badense, in quo nuper fuit disputatio, causam ipsa cuius exemplum ad te mitto declarabit epistola. Inde reuersus nuncius attulit epistolas & schedas modo dictas, sed præterea nihil. Quum nihil audiremus de poculo, quod tua benignitas nec promerenti, nec expectanti se mississe scribit, rogare cœpimus nuncium, unde recepisset eas literas: ait à quodam ut apparebat docto, qui uenerat ad hoc concilium, alio qui profusus ignotum. Suspiciabamur uentum

Bb 3 rum

rum per Copergum. Is ante paucos dies misit huc xenia quaedam ex Polonia missa, nec
 illa in literis fecit poculi mentionem. Si quo casu poculum apud te mansit, bene res habet,
 Ego enim iam eius muneris fructum percepi, uidelicet tuae erga me beneuolentiae. Sin mis-
 sum est, non committendum est ut tibi simul & mihi pereat. Si haec epistola reddetur in
 pore, poteris ad nundinas Francfordienles significare cui commiseris. Hoc tantum in praesen-
 tia licuit scribere, & ualitudine & laboribus oppresso. Precor ut dominus illustrissimam
 cellitudinem tuam prosperet in omnibus. Datum Basileae III. Calend. August. Anno
 millelmo quingentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROT. GEORGIO DVCI SAXONIAE S. D.

ILLVSTRIS SIME princeps, quum hanc responcionem appararem, cellitu-
 dinitas tuae litterarum quae sita, noluerunt ad manum uenire. Ita fe-
 ponendo perdidimus quod in primis ad manum esse uolebamus. Proio
 quum memoria teneo respondeam oportet. Scripseram ante dies
 de literis tuis redditus sine poculo, sed paulo post cuius quidam Basiliensis mihi reddidit,
 ex fide cuiusdam negociatoris Argentinenlis, quod & Chirographo meo restatus sum.
 Erat profectio munus & magnificum & elegans, uerum eo non perinde sum delectatus, atq;
 animi in me tui tam ab omni suspicione defecati, uereq; beneuoli tam insigni testimonio.
 Nec mediocre solatium in his fatalibus turbis attulit illa cellitudinis tuae epistola, tam a-
 mica, tam alacris & candida. Nec semel legi literas, quibus Luthero prouocanti respon-
 des, mire festiuas, ingenuas, ingeniosas, & quod est Christiano principe dignum, seuerita-
 tis habent satis, sed longe plus clemetiae. Utinam dn̄s immutet mentē illius, & obtemperet
 admonitōi tuae saluberrimae, qua claudis epistolā tuā. Ego profectio nunq; satis demira-
 ri potui hominis spiritū & ingenium. Si malo peruersoq; spiritu ducitur, quid unq; exor-
 tum est exitabilis ecclesiae catholicae? Sin bono, in multis desidero fructus euāgelici spi-
 ritus, ne dicā in omnibus. Sio mixto, qui potest duorū spiritū tantus esse uigor in eodem
 peccatore. Multa quidem irrepserunt in uitā Christianorū uicia, tā nō ferenda, quaedam sic
 abierunt in consuetudinē, ut pro uirtutibus habeantur. Itaq; pijs hominibus multa displi-
 cent, quae mutata uellent, si citra tumultū orbis fieri queat, cuius animi scio Caesarem esse.
 Sed Luthero displicent omnia. Verum ista factio, etiā si nemo scriptis oppugnet, etiā si
 Pontifex & Caesar cōiureant, ultro dissipabitur, tāta est inter ipsos discordia, ne cōmemo-
 rem mores huius populi, quem nobis gignit hoc euāgelium, minime euāgelicos. Superest
 ut principum autoritate pollens sapientia, sic coherceat seditiosam Lutheranorū licentia,
 ne altera ex parte surgat periculosius incendium: de malis moribus loquor. ~~de malis~~
 quales apud uos sint nescio, apud Hispanos, Vngaros, Pol-
 onos, Anglos, Brabantos, sed praecipue Gallos ex conspiratione miram orsi sunt tragoe-
 diam, aduersus bonas literas, & me per quē putant haec studia uel excitata uel adiuta. Vi-
 cissent clamoribus & libris sycphanticis, nam hisce praesidijs fidit, ni principum ac praes-
 sulum autoritas impotentes illorum & centauricos motus cohibuissent. Quod idem an-
 te paucos dies Rex Christianissimus fecit in Gallia, cuius fabula si tua cellitudo partem
 aliquam uolet cognoscere, poterit ex his quae missimus Hieronymo Emsero tue benigni-
 tatis alumno. Nō enim ausus sum Illustrissimā cellitudinem tuam, Reip. negocijs occupa-
 tissimā tam loquacibus nugis obtundere. Quam instructus sim aduersus Lutherum, aut
 quid simus profecturi libellis nescio. Nam Diatriba mea quid aliud effecit, nisi ut ille suū
 dogma magis etiam cōfirmaret? Certe pro meis quantuliscunq; uiribus nō deero Catho-
 licae concordiae, cui & uitam debeo. Hyperaspis pars altera iam dudū exisset, sed oborta
 quorundam, de quibus modo dixi, per omnes mundi plagas, conspiratio, coegit relictis
 quae erāt in manibus, libris & epistolis, praesenti malo occurrere. Nā hac tempestate Lu-
 tetia misit nobis quinque uolumina in me scripta, furiosis calumnijs plena. Idē in alijs quo-
 que regioibus adornabant. Er tamē utriq; negotio satisfecissem, ni mense Iunio talis mor-
 bus occupasset hoc corpusculum alioqui caducū, ut medici nihil uel opis uel spei sint aut
 si polliceri. Itaq; solius dei praesidio fretus uiuo, uicturus donec illi uisum fuerit. Recipiam
 nunc in manus quod ceptum erat, & si dominus dabit aliquid uirium absoluam breui.
 Exemplar literarum ad tuam cellitudinem Lutheri, & tuae cellitudinis ad illum, misit in
 aulam

aulam Anglicanā. De professore quem miserā, scripsi rem omnem Emsero. Quod tua be-
 nignitas itodid prouehit linguas ac bonas literas mihi longe gratissimum est, quod ut per-
 petuo facias te maiorem in modum rogo. Illustrissimam Cel. Vincolumē ac bonis omni-
 bus florentem seruet omnipotens dominus, qui per uos sedatis hisce tumultibus, ecclesiae
 suae pacem & tranquillitatem restituere dignetur. Datum Basileae, postridie Calend. Se-
 ptemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. NICOLAO MONTENSI DECANO ET CAN-
 CELLARIO ACADEMIAE LOUANIEN. RELI-
 QVISQVE THEOLOGIS S. D.

QUOD RANDI fratres, ~~libellum in meo~~
 causa doleo q̄ mea. Ex literis interceptis, ~~et in Anglia huc missis~~
 habemus, qui sit actoribus in sua fabula. Godefrido Tassulo datus
 est titulus, Cornelius Lamachus scripsit maximum partem
 centij, quem in me scripserat, ~~ita additum~~ ~~quid dicitur~~
 Collegi LXX manifesta mendacia in ramis ~~pro libello~~. Quid dicitur
 utpote talia legent? Ego hic pontificis & regum horratu belligero ~~modum~~
 nam facionem non minus ferocem quam potorem, haud ab ~~mea~~
 illic mihi suscitantur tales tragediae. Habebam in manibus quaedam ~~quae~~
 quam huius mali partem oppressura, uerū adere non erat tutum, nisi loco commutato.
 Id quod haecenus per ualitudinem & occupationes non licuit, nunc per cruentos rerum
 tumultus non licet, etiam si per cetera liceret. Non possum uobis describere statum Ger-
 maniae, ceterum pro rebus praesentibus gessi me sincerissima conscientia, sicuti decet ho-
 minem Christianum, qui semper expectat supremum uitae diem, quē mihi scio esse in pro-
 ximo. Idem agimus uos & ego, licet uia diuersa, Quod si sic oppugnor ab his quorum
 parteis pro uiribus adiuuo, cur me diuersae partis obijcio furoris? Vos fortasse speratis ma-
 lum hoc supplicijs opprimi posse, utinam utcumq; compositum esset. At ego nullum ui-
 deo finē, nisi malo minime uulgari remedijs neuiquam uulgaribus occurratur. Si meis
 consilijs initio fuisset obtemperatum, fortasse res non exisset in hanc rerum omnium con-
 fusionem. Quid prodest uicaria & sectio quum totum corpus occupat febris? Malum in
 uenis est, quod nisi pharmacia eluatur, nulla spes est sanitatis. Morbus oppressus ex inter-
 uallo recurret maiore cum periculo. Coeperat Ferdinandus ut uiolentis remedijs, muta-
 uit sententiam. Si Caesar adesset, fortassis idem faceret. Non haec dicuntur in fauorem Lu-
 theranorum, aut plebis male tumultuantis, sed in fauorem publicae tranquillitatis. Scripsi
 quaedam quae offendunt Egmondanum, sed utcumq; habent superiora, desinat ille, ego or-
 bliuiscar omnium. Hoc utrumq; nostrum magis decet, me qui breui listendus sum ante tri-
 bunal Christi, illum qui Theologi ac monachi personam sustinet, ac me fortasse breui ser-
 quuturus, & quis nouit an etiam praecursurus. Est mihi pax cum Pontifice, cum Caesare,
 cum Ferdinando, cum Card. cum Regibus, cum orthodoxis episcopis, cum uno Egmun-
 dano & Vincentio pax coire non potest. Est mihi bellum irreconciliabile cum uniuersis
 Lutheranis, satis erat ab una parte impeti. Haereses & schismata non possum amare, bo-
 nas literas non possum odisse. Nec tamen inimicus sum protinus illi cui non placent bo-
 nae literae, modo ne nimium obstrepat ijs qui diligunt. Toties dixi & repeto, si quid of-
 fenditur in libris meis, quod merito offendit aures animosq; uestros, indicate & mutabi-
 tur. & habebitur gratia. Dissentimus inter nos uerbis potius quam sententijs, quod idem
 euenit Stoicis & Peripateticis. Ego paratus sum omnem animi rancorem deponere, non
 aliter quam si sim hodie moriturus. Si qui sunt inter uos qui pacem aspernantur, haec epi-
 stola me liberabit apud Christi tribunal. Bene ualete. Basileae postridie nonas Septembr.
 Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. BENEDICTO IOVIO MEDIOLANENSI S. D.

QVIDEM humanitatis laudem quam tu mihi pro tua humanitate affatim
 tribuis non grauarer agnoscere, si mihi per ualitudinem & assiduos studior-
 rum labores, quos penē superat literarū officia, liceret eam praestare quibus
 & uellē & debeo. Ceterū quis posthac ut ~~admiraturus est~~ ~~de uicia~~
~~deleperet~~, quū tu si Musis placet, ex Erasmo uere Batauo facias Varronem?

Quid enim mihi cum illo commune, nisi forte senectus & *μολογησία*; Satis feliciter ex-
 citaram apud Germanos linguarum ac politiorum literarum studia, nec omnino maligne
 respondit industriae theatri nostrati applausus (Nec enim Italiam agebatur haec fabula) nisi
 fatalis hic tumultus ex transverso fuisset obortus, qui primum dissidii, & infanis consi-
 elationibus commiscuit omnia, nunc ad multam humani sanguinis inundationem pro-
 gressus. Quis homo, ut nihil sit aliud, non ingemiscat tam late uagantē humanā tranquil-
 litatis calamitatem? Tolerabilius esset malum, nisi ruina noxiae partis multos innoxios in-
 uolueret exitio. Fit interim quod solet in publico incendio, sibi quisque quod potest rapit.
 At uereor ne principes quidam hoc fatali malo abutantur ad suam tyrannidem.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

Verum hanc nimis prolixam querimoniam praestat missam facere. Neque Nonnum, neque Ger-
 manum illum scholasticum usquam uidi, *ὃν ἄελλω* apud Graecos usurpari pro profluo aut
 omnino, nunquam apud me dubium fuit. Nec enim uno in loco sic positum inuenio, nec
 mihi uerisimile est, hoc fugisse Politianū. Verum ni fallor, aut eam sermonis formā apud
 probatum aliquem autorem repererat, aut uisum est exprimeere graecam figuram, quod
 ueteres eruditi solent non illibenter facere. Sed non arbitror huic sermonis tropo respon-
 dere *τὸν ἀελλω*. Etenim cuius rei ne initium quidem aliquod coeptum est, ea omnino non
 fit *τὸν ἀελλω*, nisi quod in Gregorio Nazianzeno semel inuenio, *ὃν εἰς ὃν τὸν ἀελλω*; at
 non sine negatione. *τὸν ἀελλω* absque negatione praeter quam apud Ioannem nusquam re-
 perio: quod si recte loquitur, quod est extremum dicitur, *καὶ ὅ*, congruenter ex multis
 quod est primum dicitur, recte dicit *τὸν ἀελλω*. Nescio an uideris tertiam Noui testamen-
 ti additionem. In eo paulo accuratius hisce de rebus disputo. De orthographiā quarum-
 dam dictionum, non soleo cum quoquam contendere, praesertim cum ea nec apud omnes
 nec omnibus seculis fuerit eadem. Verum est tamen eam esse probatissimam, quae proxi-
 me refert originem, nisi publicus consuetudinis consensus reclamet. Adfero malim quam
 affero, & tamen non aulim dicere *herpyllum* pro *serpyllo*. Quae differens de antiquitatibus
 mihi quidem uoluptati fuerunt, nec mihi solum, sed eruditīs etiam aliquot, quibus hanc
 ob causam tuas literas communicauī, praesertim Beato Rhenano uiro quum undiquaque
 doctissimo, tum huius quidem generis adprime curioso. Nobis non uacat istiusmodi de-
 litijs oblectare animum. Sane recreauit me in literis tuis Alciati mentio, qui quod est ra-
 rissimum, cum eruditione tam uaria, tamque non uulgarī, & singularem prudentiam & ad-
 mirabilem ingenij candorem copulauit, ingens olim decus futurus & studijs & patriae, si
 fortuna dotibus illius aliqua saltem ex parte responderit. Bene uale. M. D. XXV.

ERASMVS ROT. NATALI BEDDÆ S.

A NE gaudeo & ipse, non redditam epistolam illam prolixam, sine altera,
 quandoquidem uidetur offendisse animum tuum. Eam uni tibi scripseram,
 tantumque de tua humanitate mihi persuaerā, ut te crederem nostram liber-
 tatem, aut si maius licentiam, boni consulurum. Est quidem praecipuum of-
 ficium amicitiae, monere quum res poscit amicum, uerum oportet hoc offi-
 cium inter amicos esse muruū. Et tua quidem singularis eruditio me non eget monitore, ta-
 men saepe etiam est holitor ualde oportuna loquutus. Denique qui sedulo monet, licet fru-
 stra moneat, tamen hoc nomine collaudandus est, quod prodesse uoluit. Gratissima sunt
 annotationes quas mittere dignatus es. Utinam misisses & illa quae tantopere offendunt
 in epistola ad episcopum Basiliensem: simulque librū cuius additionē moliris. Nuncius erat
 certissimus, mihique proprie sat aequa mercede in hoc conductus. Quamquam & quod huic
 Corado bibliopola commiseris, tuto ad me perueniet. Praestat tamē ut quae mittes obuoluta
 tunica

tunica & funiculis obligata oblines. Pauxillum est laboris. Aegre lego manū amanuen-
 sis tibi, sed tamē lego. Minus esset negocij, si tantum ea notares, quae pertinent ad negocium
 doctrinae Christianae, quae credas excusari non posse.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

Attamen si haec quo-
 que non pigebit annotare, mihi non erit ingratum. Quod si dignaberis tribus uerbis indi-
 care quid te moueat, existimabo conduplicatum officium. Berus fatetur se epistolam il-
 lam postquam fuerat aedita per typographos denuo legisse, notatis aliquot locis: sed quae
 nullius essent momenti, nisi accederet interpres iniquus. Oraui ut tertio relegeret, ac pro-
 misit se facturū. De pessimo consilio scribis magno cum stomacho. Quale fuerit consilium
 hoc non refert. Certe uides me non refugisse seuera etiā iudicia Theologorū, ubi contigit.
 Berus integritate hic porunt omnes. Fucum in eo suspicari, ne adhuc quidem possum. De
 doctrina minus possum iudicare, uos ipsi iudicatis, qui illum habuistis dignum prima
 laurea. Nec ut deo quid illa epistola suffragetur Lutherani. Iam dogmata Lutheri regna-
 bant. Et hic per sediciosos quosdam summo contemptu & insultatione consuetudinis eccle-
 siasticae inducebatur sarcophagus, ducebantur uxores, aliisque multa fiebant aduersus eccle-
 siastica instituta. Huic seditiosa temeritati opposuit illam epistolam & profeci, eaque primū
 excitauit fremitus Lutheranorum in me. Quos insanisse oportuit, si epistola pro ipsorum
 conatibus facit. Vehementer laudo coelibatum.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

consecram nihil esse nouandum, nisi interueniente Ecclesia ante, sed ut meo, non
 molestus sim mea copia. Quamquam solent reus plures infundi clepsydrae, quam a factoribus.
 Expedita res est accusare, sed multiloqua defendere. Facile mihi persuades ut tibi fidam,
 quamquam si uerum est, Berus consilium fuisse tam infelix, cui tuto fidendum est: Affirmas
 te nō falsurū. At falli potes, opinor: Ego haecenus melius sensi de Theologis Sorbonicis,
 arbitrans unicuique illorum tuto fidi, non uni cuiquam. Iodocū Clithoueuum semper ama-
 ui: candidius tamen erat facturus, si Dionysium asserens, cum Valla potissimum dimi-
 casset, qui huius sententiae primus autor extitit. Verum non sum is, qui talia non queam
 conquirere. Petro Sutori, si tantū tibi tribuit, utinam persuasissem, ut aut nō aederet talem
 librum, aut moderatius scriptum aederet. Nihil enim adhuc legi illo uel indoctius, uel furio-
 sius. Respondi homini, huc adhortantibus amicis, nec ullius rei me magis poenituit, quam
 illius operae. Audio librum illius conspui ab omnibus doctis ac bonis, etiam si nemo re-
 spondisset. Suades ne talibus respondeam, & utinam suasissem in tempore. Verum illi prius
 suadendum erat ne sic indecore debaccharetur in proximum, non sine detrimento nomi-
 nis Theologici, si quid mihi credis. Nouam tragediam ceteris omnibus atrociolem no-
 bis *de charistia* nihil esse praeter panem & uinū. Eam
 sententiam libellis aliquot aeditis confirmauit Zuinglius: Proxime Ocolampaditis tam-
 to studio totque machinis argumentorum idem agit, &
 sic ut uideatur sanabilis. Cogor itaque post
 habitis meis omnibus in hoc certamen descendere, quamquam impar tam arduo nego-
 cio. Si liber ad uos peruenerit, intelligetis uobis expedienda arma, nec articulis tantum
 contenti duntaxat habebam, nec hic palam
 uenditur. Vale frater in Christo mihi semper uenerabitis. Datum Basileae xxi
 Octobr. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. BAPTISTÆ EGNATIO

ALVE plurimum uir optime idemque doctiss. Doleo tibi ob meas nugas exhibitum negocium. Non erā anxius de excudendis adagijs, quum hic haberem Frobenij in semper paratū Franciscus per literas crebro questus fuerit me nihil mittere lucubrationū meārum. Ad hoc quum opus quoniam ad Julanum primum erat paratū, nihil in subterfugium, sed modo sibi comedum esse. Sin minus, prout eundem quum in rebus quibusdam dū fuerat causa, quum uel tua commiserentur, prout et quum in adferat in C. Chylosse, comen- rarios in. dante operam, ne circumuentis muris fiet, ut doctus aliquis explorat an conuulsi sunt, et an emendati sunt. Illo annes a Lasco Polonus, illustri loco natus apud suos, breuis summus futurus, moribus est plane nitidus, nihil magis aureū aut gemmeum esse potest. Totus Hieronymus iam de nouo excusus est, multa restituit, quæ prius suffugerant. Pauca quædam expugnare non potui. Quorum illud unum est in præfatione quam præposuit Ezechiel uerso, de phagocædoris & Senecijs. Si quid habes impartiri. Poterit adijci in fine aut initio. Nam opus non est exiturum nisi post menses aliquot. Scio te non morari gloria, sed tamē meum fuerit curare, ne bene meritis sua laude fraudetur. Ambrosium Nolanum nobis ac studijs erentū doleo, sed quandoquidem omnibus semel est moriendum, ille nec uixit incommodis multos annos, nec infelicitate mortuus est. Precor illi deum propitiū, & inter priorū animarū quietem perpetuam. Bene uale. Basil. quinto nonas Octob. Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. THOMÆ LVPSETO S. D.

VID ego nunc tibi gratias agam Lupete charissime, pro tuis tam fidelibus officijs: quasi uero quicquam noui feceris? De prouerbijs excudendis non eram anxius. Sed hic est Caroli mei genius, in re quamlibet leui multum pulueris mouet. Commenarios in acta Chylosse desiderabam, sed ille magis laboris participans. Nunc

Lutherus duxit uxorem, puellam mire uentilam, ex clara familia Bornæ, sed ut narrant indotatam, quæ ante annos complures uestalis esse desiderat. Quin & ipse Lutherus pallium & barbam philosophi posuit, fratrum hortatibus huc adacijs. Vixit mecum Thomas Greius, unā cum filio natu minimo, is negat quicquam noui fieri in Anglia: Metus obstat. Agricolarum tumultus utcumque sedatus est, sed cum hydra res est, uno malo resecio, suppullulant alia. Magna rerum nouarum molimina, sed nullam uideo certam spem pacis. O te felicem, cui datum sit, omnium rerum securo in musfarum uiuetis ludere. Ego hac ætate, cui missio dari solet, cogor retiarium agere: imò cogor cum bestijs depugnare, solus cum multis, exarmatus cum ijs, quæ non tantum dentibus & unguibus, sed & uenenis armata sunt. Lutherum tam ferum, ut alunt, aprum in me prouocavi. Habet ille librum ἀντιμαχον paratum: nec satis coniecto, quo consilio premat tam diu. Carolstadius hic clam sparsis libellis aliquot, germanice scriptis, persuasit in Eucharistia nihil esse præter panem & uinum. Is error tanta celeritate corripuit animos omnium, ut ad naphtham flamma tardius transuolet. Eam persuasionem duobus libellis æditis confirmauit Hulricus Zuinglius, nuper etiam Oecolampadius ædito libello tam operoso, tot machinis instructo. In hoc certamen ego protrudor, ad quæuis natus citius quàm ad agones. Atque ad eundem hæc ago, nihil fecius sum Lutheranus, & famosis libellis profcindor. Latomus æditis simul treis, sed a nomine meo temperans, hæc est tota ciuilitas, ut in strophis ludit in caput meum. Rem ipsam frigidius tractat quàm uellem aut expectabam, nam causæ faueo. Vincētius, Duuelandus, Godefridus, Gualterus, quatuor Dominicani, clam eundem libellum emisunt. Lutetia profligit liber Petri Sutoris, quondam Rabini Sorbonici, nunc monachi Cartuliani, ὑπερυπὸ ἀρχῆς, cui respondi, sed poenitet operæ.

In Lu

In Lutherum nihil adhuc addiderunt præter articulos, in me libris de bacchantur. Hanc gratiam mihi retulerunt pro quorum castris depugno cum hostibus, non abiq; capitis mei periculof. Verum hæc est in ore inuenta. Siquis malit est, fieri sine fine, nec potest excuti. Si quid obigit boni, quæ rara auis est, ilico rapitur, uix de gono atum. Quidam procerum per literas à me petiit, ut in clyta regina aliquid ederem de seruando contugio, capta; ut scribant, libello quem edidi De comparatione uirginis & martyris. Viues illi dicitur, uirginem, uxorem & uiduam, unde miror quid præterea desideret. At tamen illi geram morem, ubi pugna hanc de Eucharistia depugnauero. Carolstadius post longos errores reuersus est Vuittenbergam, ἡοὶ παλινοδῆτες receptus est in Ecclesiam illam. Vide clementiam Euangelicam. Bene uale. M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

ATRONE magne, miseram Carolum meum Rhomam, is quoniam tu aberas literas ad te missas reculit. Eas cum his accipies. Etiam atque etiam te rogo, mitte quàm primū literas testimoniales de non residendo: alioqui scribit Ioannes Canius utrosq; nos futuros in periculo. Miror te in hac re sic cessare, nec id nunc primum tantum. De pensione Casaris nulla spes ni redeam.

Hic cara omnia, quæstus omnino nullus. Soles polliceri montes aureos è Paris, saltem glebam unam mittito, Noui quantus sis artifex. Fac amicitiam eloquentia tua conserues inter me & Alcandrum. Admiror hominis eruditonem, ingenium amo. Sed sunt in orbe toti mala linguae, quæ suffundunt frigidam. Ego meam uenti linguam; post hac Erastium habebis elinguem. Nisi Flouio meo condiderit unum. In litera n. pag. ultima, facie priore circa fineat, pro militia ducatorum, legendum, militia talentorum. Carostadius quū hic clanculum lauteret, sparsit libros Germanice scriptos, quibus continetur in Eucharistia nihil esse præter panem & uinum. Persuasit ilico plerisq;. Huius sententiā Zuinglius iam æditis aliquot libellis confirmauit. Batuuus quidam ante annos quatuor egit eadem epistola, sed sine nomine, quæ nunc excusa est: Verum Oecolampadius quū eadem hic quotidie concionaretur, mouit multis stomachum, etiam ijs qui non oderant.

Cura ut inatreris, tantumque cōgeras prædarū, ut nobis utrisque sufficiat. Griebam nunc euolare in Italiam, calculus enim mitius me habet, sed quædam explicæ non potuerunt. Interim obrepit hyems nunc etiam præpropere. Bene uale. Basileæ quinto nonas Octob. Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. LEONARDO CASIMBROTIO S. D.

LEONARDE charissime, quod ad agiorum negotiorum... es sollicitus circumegit, agnoico Caroli mei ingeniu. Multum ille pulueris mouere solet, in qualibet leui negotio. Ad agi nunc excuduntur, in officina... quare res huc me nunc remoratur, qui isthuc aduolatur.

adeone tibi sapiunt pepones & melones Italice Vereor ne iam & alinis in uideas. Vbi propius cognoris Italiae dotes, fateberis esse quod sit peponibus dulcius. Sed ut memoriam ad moneam, memineris optime Leonarde, te non ea causa istuc profectum ut hybridis locupletes Italiae, sed ut eam literarum opibus spoliis, ea praeda ditaturus olim tuae Flandriae Cum Musis & Gratijs tibi nunc res est, quibus est conueniat cum Cypride, tu uideris. Solent Brugae tuae gignere ingenia felicissima planeque Atticis simillima. Tibi uero contigerunt eiusmodi naturae dotes, ut inter felices etiam uideare felicissimus. Haec protinus magna de te spem concitauerunt. Eam uehementer confirmasti studijs tuis haecenus feliciter tractatis. Nunc uero posteaquam adisti Patavium, locupletissimum ac celeberrimum optimarum disciplinarum emporium, facile diuinas quam nihil plebeium aut mediocre tui de te expectet. Nec dubito, quin nisi parum mihi perspectum est tuum ingenium, sis omnem de te spem, licet amplissimam, amplioribus literarum mercibus superaturus. Non deerunt qui possint aduocare, sed illud munus est tuum, & isto dignum ingenio, ut eruditione tua quam plurimos gignas tuae Flandriae discipulos, qui te moribus inculpatis, qui doctrina singulari, qui facundia non uulgari referant. Vtinam haec liceret coram in tuis hortis, quos equidem tibi non inuideo, sed doleo mihi tecum non esse communes. Quod iuris Caesarei studium amplecteris, quum alijs multis de causis approbo, tum illa nominatim, quod longissime abest a rixis, quibus nunc ferunt omnia, sic ut me propemodum redeat studiorum omnium. Et mihi uideris ad tractandam rem, esse natura compositus. Comendo tibi tuam pubem omnem, id si uel impetro, uel frustra peto, quales ut quod tua sponte facis me illis uicissim commendes, & horteris meo quoque nomine, ut parentum patriaeque expectationi, ut praceptoris eruditioni studioque respondeant. Discruciauit animum meum tuus catalogus. Lupsetus semper fuit animus meus. Pacaeus talis mihi perpetuo fuit amicus, qualis Orestis Pylades. Petri Bembi felicissimum ingenium, quum ex fama, tum etiam scriptis cognoui. Reginaldum Polium sic mihi depinxit suo calamo Lupsetus, ut nullus Apelles posset expressius. Becichemi nomen primum tuis est literis didici. Baptistam Egnatum iam olim ex familiaritate conuictum noui, uirum absolute doctum, integrum, candidum, & uere amico amicum. O te felicem cui datum est tantis felicitatibus frui, Et me miserum, quem aetas, moribus, & ad haec nescio quis genius malus alligat huius pistrino. Libebat diutius tecum nugari, sed cogor & alijs scribere. Onera Carolum huc rediturum. Bene uale. Basileae quarto Nonas Octob. Anno M. D. XXV.

Miror si haec tam extemporaria poteris legere, nisi quod agnoscis meas notulas.

ERASMVVS HIEROSLAO A LASCO POLONIAE BARONI S. D.

IR clarissime quod scribis de mittendo equo, ne si Cyllarum quidem miseris aut Pegasus, posses e limace facere equitem: ne uerisimile quidem est te huc qui causa missurum famulum posteaquam hinc auocatus est frater. Itaque diuino eas literas scriptas priusquam decretum erat reuocare germanum. Eius conuictus quoniam mihi tam fuit iucundus, ut uita aliud in uita iucundius, non potest non esse molestissimus illius abitus. Eius suauissima consuetudine propemodum repubueram. Nec enim a superis optare poteram quatenus meis moribus magis appositum: imo, ut melius dicam, ipsius mores tales sunt, ut omnibus possint congruere. Mitigat hunc meum dolorem, primum quod non omnino praeter expectationem accidit. Semper enim diuinaui futurum, ut hinc cito distraheretur. Deinde quod non ignorarem factorum iniquitatem. Si quid obicit bonae felicitatis, mox eripiunt. Si quid incidit mali, haeret tenacissime, nec excuti potest ne uelli. Porro iuges studiorum occupationes obstiterunt, ne quid fructus ille uicini meo conuictu reportaret. Minitabamur subinde, sed identidem est transuerso obortum negotium

negotium, interpellabat conatus nostros. Malebat & ipse diutius Musarum otio frui, sed Plato putat sapientem uel inuitum ad reip. commoda rapiendum esse. Magis itaque liber uestrae Poloniae gratulari, quam meum priuatum deplorare incommodum. Linguam meam non displicuisse Clariss. D. Cancellario uehementer gaudeo ac triumpho ferio. Non miraberis autem si posthac senseris Erasmus lingue esse. Propicius aliquis deus felicitatem explicet tuam Cels. ex istis tricis quibus te scribis inuolutum. Noui quantus sis Hercules, sed plurimum exemplis declaratum est, quam non sit tutum, hostem quamuis humilem contemnere. Bene uale. Basileae, v non. Octob. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. REGINALDO POLO ANGLIO S. D.

HOMAS Lupsetus suis literis te totum ornatiss. Pole sic depinxit, ut mihi notior esse non posses, si menses aliquot domesticam tecum egissem consuetudinem. Corporis figuram effingit pictor, & auribus nonnullam hominis partem discernimus: at intus dotes animi multo preciosissimae non nisi diutino conuictu deprehenduntur. Ea pars epistolae mihi profectio magno fuit solatio. Gaudeo enim his deploratissimis temporibus exoriri, qui bonarum literarum ac pietatis causam, & tueri possint & ornare. Non hic occinam laudes tuas, tantum gratulor tibi tam insignia benignissimi dei dona, quae dignabitur in te seruari, semperque in maius ac melius prouehere. Quam impense te amet Lupsetus, satis ipsa declarat oratio, quae nihil aliud spirat quam incredibilem quandam beneuolentiam, adeo ut me quoque rapuerit in amorem tui. Miramur quum magnus chalybem ad se trahit: Quis autem tam ferreus est, quem iste tot dotium in uno concentus non ad amorem pelliceat? Si Carolus meus redisset maturius, fortassis iam istuc adessem. Et ad sunt istuc quorum consuetudine possim uel reuiuere, Richardus Pacaeus Pyladeus amicus, Thomas Lupsetus, quem semper filij loco dilexi, nunc ut patronum amo: Leonardus Casimbrotus homo moribus plane uicinis, doctus, & olim inter claros futurus. Tu in primis mi Pole. Sed alligat hic me fata mea. Quid enim aliud incusum? Quando coram frui non licet, dulcissimum esset diutius per literas tecum confabulari, ni mihi nunc eodem die onerandi fuissent tres basili, quorum unus adit Galliam, alter Brabantiam, tertius hic est Carolus meus, quem sic accepistis ut lubenter isthuc recurrat. Itaque boni consules literas sic ineptas & inconditas, quas ne relegere quidem uacat. Bene uale. Basileae quarto nonas Octob. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. ANDREAE CRITIO EPISCOPO PLOCENSI S.

LLVSTRIS Baro Hieroslatus a Lasco quum hac iter faceret, exhibuit mihi libellum quendam tuum pedestri simul & equestri pugna cum Lutherano exercitu confligentem. Rursus eius frater germanus, ac uere germanus hoc est simillimus, nuper exhibuit epistolam, rei gestae historiam exponentem, admixtis etiam uersibus aliquot, ex quibus intellexi, te simul & in Musarum pratis & in rhetorum palestris, & in theologorum adytis non infeliciter uersatum esse: denique tam candido praeditum ingenio, ut nostras etiam lucubrationes uere Batauas non de dignatus sis attingere. Hoc exemplum quoniam hodie rarum est in episcopis, nisi dono librum Cuthberti Tonstalli episcopi Londoniensis in Anglia, qui nuper legatus iuit ad Cesareum Carolum: Is homo est uita inculpatissima, utriusque literaturae ad unguem doctus, nec ullius honestae disciplinae rudis. Sciebam enim te gauisurum, quum perspiceres istud exemplum Episcoporum in dies ad plures dimanare. Simulque hoc agebam, ut quemadmodum illum habeo mihi fauentem, sic ut non alium mortalem impensius, hac ansa qualicumque prebita, memet in tuorum etiam clientum numerum insinuarem. Nam constantius diligar ab utroque, si uos quoque ambos mutua noticia, mutuaque beneuolentia ex morum & studiorum similitudine conciliata copularit. Bene ualeat T. R. D. Basileae, tertio nonas Octob. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. IACOBO APOCELLO S. D.

IR ornatiſſime, ſi tibi uidetur impudens, quod ignotus ad ignotum ſcribo; imputabis bonam huius culpę partem Iuſto conſobriuo tuo, qui ſua faciētia huc me perpulit, ſubornatis etiā deprecatoribus, ne detrectare poſſem quod rogabat. Quod ſi & illius improbitatem & meum obſequium boni cōſulis, gaudebo per hanc occaſionem auctum eſſe amicorum meorum catalogum. Conſobrinus tuus mihi uidetur natus rebus gerendis, promptę nec impolite linguę, pudore ſic temperato, ut nō offundat dicenti tenebras. Erit aliquando magnus, ſi tuus fauor illi fuerit perpetuus. Bene uale. Datum Baſileę. VII. Id. Octob. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. PAVLO BOMBASIO

ALVE Croceſet: niſi mauiſ eſſe Midas. Extra iocū mi Bombaſi gratulor tibi fortunam auctam, ſed magis gratulor proſperam ualitudinē, quę mihi longę uiridemq; ſeneſtam Bombaſij mei pollicetur. Carolo meo tam amanter datam operam gaudeo, ſimulq; gaudeo hac occaſione mihi compertum Card. patroni tui erga me non uulgarem fauorem: Nam ante hac uix tibi credebam, nunc nullum erat ocium: itaq; neceſſe eſt, ut mihi apud illum proluxę epistolę tricem commodos. Sub autumnum rurlus moliebar iter in Italiam, ſed nunciij ſerius redierant, & hyems ante tempus huc incubuit. Bene uale patrone magne: Baſileę. VII. Id. Octob. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. FRIDERICO NAVSEÆ S. D.

RATVS fuit libellus quem miſiſti, gratior epistoła tam elaborata, nō quod laudibus illis delecter, quā tu prodige uerius quā liberaliter in me eſt uisus, hanc ne hanc quidem eas ſuſtinuiſſem, niſi mihi perſuaſum haberem, quod ab ingenio tui ſingulari quodam candore, & immoſtice noſtra depreſſione ſci. In poſterum tamen miſi Nauſeā te rogatum uelut, ut excreta ſtilo ſeras aliud argumentū. Scripſi de tuo negotio Card. Campogio, ſed pauca meo ſtili opus fuit pluribus, nec mihi uacauit plura ſcribere. Huc ſi te contuleris, inuenies malum illud agreſte mitius ac ſanabilius. Detractione ſanguinis, remiſit ſe febris. Cætera te coram, quod utinam fiat breui. Interim bene uale chariſ. Nauſeā. Baſileę VII. Idus Octob. Anno M. D. XXV.

ADRIANO SEXTO ERASMVVS ROT. S. D.

EATISIME pater, qui has perfert, ut mihi uiſus eſt utcuq; certus, ita præter expectationem oblatuſ eſt à prandio, poſtridie diluculo profecturus. Itaq; parum abſuit, quin cōſultius ducerem ad tantum principem, de re tam ardua nihil omnino ſcribere, q̄ ex tempore ſcribere. Tamē quoniam utroq; diplomate, nam utrumq; redditum eſt, ſic urget, obreſtatur, ac propemodum adiurat tua ſanctitas, ut ſi quod habeam conſilium hiſ tumultibus ſedandis, pro mea uiriſi conferam, & tua cōpuliſ autoritate, & tua uere Pontificia manſuetudine fretuſ, uel ex tēpore ſcribam, ſcripturus copioſius ſimul atq; dabitur & ocium & grammatophorus certior. Tutius ſimul & commodius erat hæc coram agere, planeq; erat animuſ, quod ſane q̄ amantiffime inuitat tua benignitas. Sed cogor edictis ſæuiſſimi tyranni parere. Cuius iniquiſ longe Mezentio & Phalaride crudeliſ, Calculuſ illi nomen eſt. Atq; iſtic quidē remiſit ſe peſtis, remiſit hyems, ſed longum eſt iter, ut iam tutum ſit per niuoſas Alpes, per hypocauiſta, ad quorum ſolum odorem exanimor, per ſordida & incommoda diuerſoria, per acria uina, ad quorū guſtum iſtico periclitor. Si ualetudo ſuppereret, tutiuſ eſſet iter per Galliam: uerum id fiet, ubi uolet dominuſ. Interim dominū Ieſum teſtem facio huius conſcientię, me quicquid ſcripturus ſum, ſimplici ſynceroq; animo ſcribere. Nemo mortaliū leget hanc epistolam niſi nos duo: ſi quid placeat, utere: ſi quid diſplicet, puta non eſſe ſcriptum. Utinam adeſſent mihi præſidia, quę mihi tribuiſ, ad coherendum hoc diſſidiuſ, non dubitariſ huius uitę iactura publicis mederi malis. Primū ſtilo uincor à multiſ, nec hæc reſ ſtilo gaudere uoluiſ. Longe eſt enim meo creditatem, & ſi qua eſt, ex uetuliſ autoſ huius huius apud me conſonantia præſentia tam iſtius nominem quę ponit eſt autoritaſ. An apud hōſ ualeat autoritaſ Eraſmi, apud quos tam habet ponduſ tot academiãrum, tot principum, ac ſummi deniq; pontificiſ. Gratiã ſi qua fuit, aut ſic reſ

frixit

frixit, ut penē nulla ſit, aut proſuſ interijt, aut in odiū etiã uerſa eſt. Qui antea ſexcentiſ epistolis deſcriberbar, ter maximuſ heros, princepſ literarum, ſyduſ Germaniã, ſolſtu diorum, antiſteſ bonarum literarum, uindex ſyncerioriſ Theologiã, nunc aut ſileor, aut longe diuerſiſ coloribus depingor. Nihil moror inanes illoſ tituloſ, quibuſ nihil aliud q̄ grauabar. Quibuſ conuiciſ multi nūc debacchantur in caput meū, q̄ amarulentiſ libelliſ incellunt, quibuſ miniſ teritant. Nec enim deſuerunt qui mihi exitium denunciarent, ſi quid me commouerem. At interim alij clamitant, mihi conuenire cum Lutheraniſ, clamitant me nihil in illum ſcribere: ſed qui uehementer fauent Luthero fremunt me nimium frequenter inceſſere Lutherū & amarulentiuſ quā decet. Quiritatur hoc ipſum Lutheruſ in ſuiſ ad amicoſ epistolis. Late patet Germaniã, & abundat excellentibuſ ingeniſ, Nec hanc tamē ſolum hic habet affectuſ. Non auſim ſcribere in quā multiſ regionibuſ, quā penituſ, popularibuſ animiſ ſit infixuſ Lutheri fauor, & odiū Pontificij nominiſ. Porro uix credat aliquiſ, quanta ſit ingeniorum peruicacia, conſtantiam uocant ipſi. Nec abhorret ab hiſ bona pars eorum, qui decantant politicoſ literaſ. Hęc dolens ac gemens refero beatiſ. pater, & utinam uana. Cum omnibuſ erudituſ erat mihi iucundiſſima ſodalitas, hæc ſola poſſeſſione uidebar mihi felix. Pene mori maluſſem quā tot amictiſ reſ nunciare, ac mundi prope dixerim odiū concitare in caput meum. Et tamen hoc maluſ quā uideri factioſuſ, nec adhuc huius animi me pœnitet. Non hic cōmemorabo quantā tragœdiam, fortaliſ immedicabilem potuerim excitare, ſi quorundam affectuſ me præbuiſſem. Malo fraudari hæc gratia, quā arcantum eſſe uire. Nec hoc nomine mihi poſco gratiam, quod à maleficiſ temperaui, utcuq; diuerſa pars pietatem appellat. Si ualitudiſ ac ſeneſtutiſ excuſatione tantum conqueuiſſem in hoc negotio, habenda opinor erat gratia: nunc tot epistolis, tot libelliſ aditiſ teſtatuſ ſum me eſſe alieniſſimuſ à fœdere Lutheranuſ, omnem ſpem mei ademiſ omnibuſ, ac ne nominuſ quidem mei prætextu paſſuſ ſum illoſ uti apud uulguſ. Publice adhortatuſ ſum à ſeditioſo negotio, priuatiſ quos cunq; potui uel cohercui, uel reuocaui, uel certe moderatuſ ſum. Neq; nihil profeci, ſunt qui mihi pro fidelibuſ monitiſ agunt gratiaſ. Quoties palam Lutheri maledicentiã deſteſtatuſ ſum? Quis tulit indigniſ quā ego, regiſ Anglorum nomen tam irreuerenter attacktuſ? Atq; interim dum hæc ago apud Germanoſ, Romę traducor furioſiſ ac pluſ quā famoſiſ libelliſ, in Brabantia non iam in conuiuſ tantum ac ueliculiſ, ſed in publiciſ conuentionibuſ ac ſolemnibuſ prælectionibuſ prædicor, hæreticuſ, hæreſiarcha, ſchiſmaticuſ ac falſariuſ. Hęc neq; raro facta ſunt, neq; clam ut ignorari poſſint. Scicitetur à populo tua ſanctitaſ, audiet à quouiſ, illorū nomina. Habet Lutheri factio quofdam qui ſic promouent illiſ cauſam, qualiſ deuouerint ſeipſoſ, niſi illam modis omnibuſ ſubuerſant. Et iſti ſibi uidentur Pontificiſ cauſam humeriſ ſuiſ ſuſtinere. Iactant nihil eſſe peſtiſ in libriſ Lutheri, quod idem nō ſit in meiſ, Nec ulluſ adhuc articuluſ proferri potuit qui mihi cum Luthero conueniat. Sed iſti interpretantur quædã, uerum, ſed deprauatiſſime, ſuſpicantur, ſed maliſioſiſſime. Sic ego centū locoſ colligam ex Pauliniſ epistolis, qui congruunt cum hiſ quę damnata ſunt in Lutheri libriſ. O graue exemplū eorū qui ſibi credi poſtulant in negotio fidei. Quid enim iſti aliud proficiunt, niſi quod dum palam ſeruiunt ſuiſ priuatiſ affectuſ, & fidei cauſam perdunt, & ſibi autoritatē abrogant, & uulgi odiū in Pontificem exacerbāt. Multa ſcripſi priuſ quā ſuſpicarer Lutherum eſſe natum, aut priuſquam quiſquā ſomniaret hoc ſeculuſ exoriturū. Præcipitauſ fateor pleraq; omnia. Nam hoc mihi uiciuſ eſt genuinum, doctorum tamen ac præſertim eccleſiæ iudicio me ſemper ſubmiſi. Multoſ rogatuſ moneant, ſi quid ineſſet in lucubrationibuſ emendandū, & qui tum uel obticuerūt uel approbant, exorto Luthero dānant quod approbauerāt. Nihil nō calumniantur, ſub omni lapide, quod aiunt, cubat ſcorpiaſ, hoc ſuſpectum, hoc ſcandaluſ, hoc irreuerenter dictum. Et quum nulliſ Academiæ, nulliſ epicoſpi cenſura, in me prodita ſit, tamen quidam priuata autoritate clamitant hæreticuſ, hæreſiarcham. Quem animum quantumuiſ conſtantem hęc iniurię nō propellerent in factionem? Me tamen nulla uiſ à recto deſlectere potuit. Et tamen ſic primū impuſſuſ eſt Ariuſ, ſic Tertullianuſ. Quare diſpiciat tua ſanctitaſ, an hunc animum dignum iudicet, qui deditur quorundam impotentibuſ odiſ, tum an hoc expediat negotio quod eſt in manibuſ. Qui bene uolunt pontificiã cauſa, dant operam, ut ex hæreticiſ reddant orthoſoxoſ, ut alieſ

Cc a natos

natos reuocent, uacillantes confirmet; quod tua quoque sanctitas non minus prudenter, quam Christiane fieri suadet. At isti religionis & ecclesiae nutantis Atlantes, uacillantes impellunt, amicos alienant, ex orthodoxis faciunt haereticos, bene dicta deprauant. An non merito deplorem senectutem meam, quae uelut in picem mus, ut aiunt, in hoc seculum incidit? Multos euexit ac ditauit Lutherus, nonnullis profuit esse Lutheranis. Mea conditione quid infelicius, qui dum omnium commodis meo uictu sumptuque noctes ac dies inferuis, nihil aliud refero praemij, quam quod utrinque dilaceror? Sed ostendit tua S. horum malorum remedium. Confer, inquis, te Rhomam, aut scribe quam odiosissime in Lutherum, indico bellum omnibus Lutheranis. Primum quum audis, confer te Rhomam, quid aliud sit, quam si quis cancro dicat, uola. Respondit cancer, da alas. Dicam & ego, redde iuuentutem, redde bonam ualitudinem. Utinam hic esset mihi minus iusta excusatio. Prolixum esset commemorare causas, quae mihi persuaserunt ut haecenus manerem Basileae; illud semel ausim deierare, si quid uidissem utilius reip. Christianae, me uel cum uitae periculo facturum fuisse. Nunquam defuit perficiendi uoluntas, sed proficiendi spes. Quid autem stultius, quam mouere malum bene quiescens, si nihil speres, nisi maius incommodum? Etiam atque etiam te rogo permitas hanc uentam ouiculae tuae, ut aliquantisper liberius loquatur apud suum pastorem. Ut liceat per ualitudinem, quid profecturus sum Romae? Abfuturus sum a consortio Lutheranorum. Iam nunc abs sum maxime. Nihil enim mihi cum illis commercij. Itaque mihi quidem nihil est periculi ab illis, quod ad animam attinet. Porro quod attinet ad illos corrigendos, citius profecero uicinus quam procul remotus. Quid faciet medicus aegrotis, si se procul abducatur? Quum hic increbuisse rumor me Rhomam accersitum, qui istum fremitus exiit in aeternum me istuc ad praedam aduolare? Quid igitur habiturum est ponderis, si quid istinc scripsero, praemij corruptus quemadmodum isti sibi persuaserunt? Agam istuc, aut scribam fortasse tutior, at istuc est mihi consuluisse, non causae. Si moderate ciuilerque scripserim in Lutherum, uidebor cum illo ludere; si in ipsius stylum imiter, si bello laessam Lutheranos, quid aliud quam crabrones irritator? Haecenus fateor alui quibus potui modis doctorum hominum amicitiam. Sic enim uideo me plus proficere. Sed haecenus inquis nihil audio praeter querimonias, consilium expecto. Et haec quae haecenus dixi consilij pars est. Caeterum ut aggrediar, uideo multis placere ut malum hoc sanetur austeritate, sed uereor ne rerum exitus doceat olim, hoc inconsultum fuisse consilium. Plus enim uideo periculi quam uellem, ne res exeat in atrocem caedem. Non iam disputo quid istis dignum est, sed quid expediat tranquillitati publicae. Latius serpit hoc malum, quam ut sectione aut uisione sanandum sit. Fateor, sic olim apud Anglos regum potentia oppressa est factio Vuycleuitarum, sed oppressa uerius quam extincta. Et tamen quod tum in eo regno licuit, quod totum ab unius nutu pendet, nescio an hic liceat in tam uasta regione, inque tot principes dissecta. Certe si stat sententia, carceribus, flagris, confiscationibus, exilijs, censuris, mortibus obruere malum hoc, nihil hic opus fuerit meo consilio. Quanquam uideo tuae mansuetissimae naturae diuersum placere consilium, qui mederi malis quam punire. Id fuerit non admodum difficile, si omnibus adesset idem animus, qui tibi, ut sepositis quemadmodum scribis priuatis affectibus synceriter consultum uellent gloriae Christi & saluti populi Christiani. Quod si suo quisque comodo priuatim intentus est, si Theologi suam autoritatem undique sartam tectam haberi postulant, si monachi suis commodis nihil patiuntur decedere, si principes omne ius suum mordicus retinent, difficillimum fuerit in commune consulere. Primum erit explorare fontes unde hoc malum toties repullulat, his ante omnia medendum. Tum autem non inutile fuerit, si rursus ostendatur impunitas his, qui ex persuasione aut impulsu alieno errarunt, uel potius omnium malorum superiorum & uisus, quae fato quodam accidisse uidentur. Si sic quotidie nobiscum agit deus omnium obliuiscens admissorum, quoties ingemuerit peccator, quid uerat quominus idem faciat dei uicarius? Et tamen interim per magistratus ac principes coherceantur nouitates, quae minimum faciunt ad pietatem, plurimum ad seditionem. Optarim si fieri possit, & libellorum procudendorum licentiam cohiberi. Ad haec praebeatur mundo spes mutandorum quorundam, quibus non iniuria se queritur grauari. Ad libertatis dulcedine non respirabunt omnes. Huic modis omnibus consulendum erit, quatenus saluate licet, consulendum est explicandis hominum conscientijs, sed interim nihilo secius consulendum

fulendam dignitati Principum & Episcoporum. Verum haec dignitas aestimanda est his rebus in quibus uere sita est illorum dignitas, quemadmodum aestimanda est & populi libertas. Dicit tua sanctitas, qui sunt isti fontes, aut quae sunt ista mutanda? Ad harum rerum expansionem cenfeo euocandos e singulis regionibus uiros incorruptos, graues, mansuetos, gratiosos, sedatos affectibus, quorum sententia

ERASMVVS ROT. FRIDERICO NAVSEAE

VI decoxerunt, re quidem opitulari non possunt, attamen consilio iuuant alios, ne profusiores sint quam oportet. Et qui diu cum tenaci morbo colluctati sunt, optime demonstrat alijs quomodo uel uitari malum, uel sanari queat. Et qui fregerunt nauim, soluentibus ostendunt uitanda pericula. Iidem ego Naufea charitis non ignarus quam periculosus sit morbus, scribendi cacoethes, admoneo te ut aliquot annos des euoluendis ac reuoluendis bonis autoribus: ex his ubi iam maturuerit dictio, felicius expones te ipsum nato fastidiosoque mundi theatro. Neque quoduis argumentum erit arripendum, sed eligendum aptum ingenio tuo tuisque uiribus: hoc pacto continget tibi gloria, fortasse seruis aliquanto, sed solidior ac uiuacior. Hoc consilium si tibi placet, olim & mihi gratias ages, qui dederim: & tibi gratulaberis, qui sis obsequutus. Si non placet, tamen hunc animam tuis commodis haud uulgaris more fauentem non poteris non boni consulere. Magistrate Francfordien. consulto non scripsi, quae admodum uolebas, uel quia mortuo patre Cratonis nullus in eo mihi notus est, uel quia ne leuis quidem erat causa quae te illi commendarem. Non expedit autem hoc officij genus inutiliter profundere, sed in suum usum seruire consultius est. Vbi tale quid inciderit, experieris Erasmus Naufec sui causa nihil recusare. Expecto per literas tuas quid agat Rhomae Card. Campegius. Florianus abiit legatus ad Moschobitas. Bene uale. Basileae postrid. Non. Mar. M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO SYLVIO S. D.

D E ~~conspicuo~~ Lutheri certum est, de partu maturo sponsae uanus erat rumor, nunc tamen grauida esse dicitur. Si uera est uulgi fabula Antichristi nasciturum ex monacho & monacha quemadmodum isti faculant. Lutheri uxor redderet magis cicurem. Verum ille praeter omnem expectationem emisit primum in me summa quidem cura elaboratum, sed adeo uirulentum, ut haecenus in neminem scripserit hostilius. Quod deuenit Erasmus ille pacificus? Haec aetate quae solet gladiatoribus impetrare rudem, cogitur in arena mirmillonem agere, & quod est durius ~~theouaxepi~~. O te non semel felicem, cui licet mustitare cum Mulsis. Datum Basileae tert. Id. Mar. Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. IOANNI OECOLAMPADIO S. D.

at qd. p. m. h. m. f. d. m.

ERASMVVS ROT. MICHAELI EPISCOPO
LINGONIENSI S. D.

EVERENDE Præsul nihil erat noui quod scriberem, sed qui has perfert ex-
tor sit ut aliquid scriberem, expertus opinor tuâ benignitatē. Nihil erat quod
mitterem, præter aliquot libellos e Plutarcho uersos & responſionem aduer-
sus Lutherum. Totus Hieronymus absolutus, ~~Adagia magna~~, Adagia ma-
gnis sudoribus aucta & emēdata: aggressus erā præcepta connubialia, quod
a ~~Anglia~~ Angliæ, scēmina tum pia tum erudita: sed eum laborem interrupit
præter expectationem prouocatus libello Lutheri, quod responſionem ~~Diatriba~~ sed ~~moder-~~
rulente, tam scurriliter, atq; etiam malicioſe, ut in neminem hæcenus infanſius, quum mea
Diatriba modestissime disputat absq; conuicijs. Quicquid ecclesia Vuittenbergen. po-
tuit uel eruditione uel maledicētia, id totum in eum librum collatū est. Volumen est plus
quàm iustæ magnitudinis, & uertitur in linguam Germanicam, quo sacerdotes & agrico-
las in me concitet, nam apud eos mutus est Erasmus. Miro studio curarant, ne liber ad me
perueniret ante nundinas Francfordien. quo sparſo sine mea respōſione Lutheri libro, tri-
um pharent menses aliquot impune. Sed forte quidam amicus e Lyplia miſit, uerum tam
fero, ut ad legendum, respondendum & excudendū uix super fuerint dies duodecim. Scio
te non crediturū, sed hic credunt qui uiderunt, Reliquæ parti respondebimus accuratius.
Alijs rebus erā natus, sed ita fatiſ uisum est, ut Erasmus hoc ætatis, qua solent gladiatores
donari rude, nō solum cogatur cum reti prodire in harenam, uerum etiam ~~byc. oua xep.~~ hoc
est, cum bestijs depugnare, ~~Quædam in libro de Sacerdotibus~~ In Luthero demiror duas
tam diuersas personas: quædam ita scribit, ut spirare uideatur apostolicum peccius: rursus
in dicitarijs, in sannis, in conuicijs, in salibus quem nō uincit scurram: Magno animo con-
temnit Cæsares & pontifices, & ad leuissimorum abiectissimorumq; hominum susurros
sic debacchatur in quemlibet, uelut oblitus quam agat fabulam, & quam personā induerit.
Hic libellis æditis docemur in Eucharistia non esse corpus & sanguinem domini sub-
stantialiter. Ego rogatus sententiā a magistratu, respondi me nihil aliud credere, quàm
quod definiſſet ecclesia catholica. Id responſum male habuit hos Euangelistas novos, qui
miserè cupiebant sententiā suam obtinere. Hic quum starem a Luthero, qui hac in parte
dissentit ab istis, tamen illum instigarunt, ut quicquid habet ueneni in me effunderet. Hæc
nimirum sunt euangelica stratagemata. Et tamen quum huiusmodi monstris depugnantē
me, laceſſunt Sutores & Beddæ, uidelicet utraq; pars sic agit suam fabulam, quasi nolint
felicem exitum. His literis si tibi molestus sum, imputato huic iuuenti, quem tua liberalitas
docuit, quamuis ocioſas extorquere literas. Bene ualeat T. R. D. Datum Basileæ Tertio
Idus Martias. Anno a Christo nato M. D. XXVI.

Lutherum ante annos quinq;
literis priuatim scriptis admonui, ut ad tam periculotum negotium, si suo fideret spiritui,
adhiberet animum modis omnibus incorruptum. Ac meo quidem hortatu scripsit quæ-
dam plausibilia, ueluti in psalmos aliquot, in precatationem dominicam, de quatuordecim
speculis, Sed his incredibili celeritate perfectis, prouolarunt alij super alios libelli,
quorum nouissimus quisq; uiolentissimus erat. In his me uehementer offendebat præ-
ter arrogantiam, insatiabilis quædam conuiciandi libido, non absq; specie scurrilitatis, &
Cc 4 compertum,

compertū habeo eum per leues quosdam homines ad hæc incitari, simpliciter indignos quorum uel in coquendis holeribus consilium admittat. Et ad raliū susurros stringit petulantem calamum in reges, & in homines publicitus de omnibus bene mereri cupientes, uelut oblitus in quo theatro quam personam sustineat, quam fabulam agendam susceperit. Hæc hominis intemperantia fecit, ut inciperet de spiritu illius uehementer esse sollicitus, mihiq; gratulari quod in eam factionem nec blandicijs pellici, nec odijs protrudi potuerim. Non desinam tamen optare lætum aliquem exitum huius tragœdiæ, undecunq; nata, quomodocunq; progressæ.

Vna spes adhuc superest. Quæ nam, inquis? Dicā pro mea quid de sapientia, quæ per se exigua est. Si forte meruit hoc mortalium impietas, ut per tales homines, perq; tam læuum chirurgum curaretur, quando malagmatis, potionibus & emplastris sanari non poterat, spero futurum ut quos deus afflixit rebelles, consoletur respicientes. Solet enim nonnunq; populi sui peccata, per Philistæos & Holofernas & Nabugo donosoras emendare, & ut est omnipotens artifex, impiorum maliciam in Ecclesiæ suæ bonum, inq; suam gloriam uertere. Sic & uenena data nonnullis cesserunt in remedium, & interdum hostis gladius cum uulnere dedit sanitatem à medicis desperatam. Legimus & uiperā complexu suo ueterem ac deploratum podagricū à morbo liberasse. Plus ualet dei bonitas quam casus. Morbus erat ingens & inueteratus, nec quicquā hic poterant leuia uulgariq; remedia: datum elleborum iam pridem torquet intestina totius orbis, adeo ut periculum sit ne pereat in remedio, quod multis accidit. Vtinam cœlestis ille medicus dignetur ex his malis donare populo suo aliquid bonæ sanitatis. Charitas iuxta Paulum omnia sperat, Hanc spem ego nōdum omnino deposui, fretus nota domini misericordia, qui non solet suis irasci perpetuo, sed pacisci cum tentatione exitum, ut possimus sustinere. Nam quod in me nuper tam scurriliter debacchatus est, idq; sine causa, quum mea Diatriba ciuilliter absque conuicijs disputauerit, leuiter feram priuatam cōrumeliā, modo publicum Christianæ religionis negociū ut optamus succedat, & Euangelij Christi uere regnet in conscientijs omnium mortalium, ac nobis apud homines inglorijs, glorificetur, laudetur, triumphet apud uniuersos adorandū nomē domini nostri Iesu Christi, Idq; quo magis speremus facit, quod uidemus aliquot in locis exoriri nouos Euāgelistas, qui placide, prudenter, & Euangelico spiritu predicent Euangelium, nec in dextram nec in leuam declinantes: quibus sic placet ueritas Euangelica, ut displiceat tumultus, luxuriaq; rerum compages, quicq; doctrinam suam uitæ integritate, ac morum lenitate cōmendent, nec misceant Euangelistæ personam, cum persona scurræ. Non hic te prædicamus uir optime, sed misericordī deo pro dotibus amplissimis quas in te contulit, & per has in te *κατα* gratias agimus, ex animo gratulantes inclytæ reginæ Mariæ, forminæ, ut audio, tum piæ tum prudenti, uel toti potius Ungariæ: in qua hoc impēsius optamus florere Christianismū, quo magis patet eorū incurfionibus qui Christianæ ditioni male uolunt. Porro quod meis quoq; studijs tantopere faues, id enim intelligo ex Antonini mei literis: amo candorem tui pectoris, quo faues ut ille scribit, omnibus, qui modo spem aliquam bonæ frugis de se præbeant. Ego nescio quo spiritu afflatus, pro modulo gratiæ mihi donatæ, coeperam Theologiam scholasticā nimium nimiumq; prolapsam ad argutias humanas, ad fontes reuocare, In hoc dedimus Nouum testamentum, & aliquot insignes auctores. Addidimus Paraphrases, quo seignibus etiā consuleremus, & fastidiosos alliceremus obuia facilitate: nec omnino male successit, nisi tempestas hæc fatalis fuisset consequta: quæ si deo uolente mota est, licet per improbos, tamen speramus futurum, ut *κατα* præter expectationē imponat lætam *κατα*. Id citius confido futurū, si plures exoriantur Euāgelistæ tui similes, & si monarchæ suas cupiditates submiserint Euāgelij gloriæ. In Paraphrasibus, quādo has dignaris tua lectioe, cōperit lapsus aliquot typographorum incuria

incuria commissos, quos partim curauimus faciendos, uidelicet in Matthæo, Luca & Ioanne, Nam hi tres nunc rursus excusi sunt. Mitto igitur simul & quos in his deprehendimus errores et quos in alijs, nisi quod illa minutula negleximus, Tantū licuit in præsentia uir ornatissime. Vbi tuæ literæ fuerint redditæ, pro uitibus adnitare efficere, ne uidearis hominem ingratum & inhumanum ad amicitiam prouocasse. Dominus Iesus te seruet in æternum. Datum Basileæ nonis Martijs, Anno à Christo nato M. D. XXVI.
ERASMVVS ROT. IOANNES A LASCO POLONIAE BARONI S.

præter expectationem prouolauit liber Lutheri, in quo superat se ipsum omni genere petulantia, cui nunc ex parte respondi- mus, Nam ante mercatum uix mihi dabatur dies duodecim. Videor olfacere Lutheri scriptis, Pelicanum è nostris colloquijs quædam per literas illi significasse. Qui pene con- citauit hic alteram tragœdiam. Sparlerat tumore, ipsum de Eucharistia idē sentire quod ego. Scripsi ad eum hac de re literas expositultrices, sed absq; nominis indicio; Eæ Pelica- ni literæ per Berum & Cantiuunculam nonnullis ostensæ sunt, quin & in senatu lectæ, tan- dem uersæ germanice longe lateq; sparæ non sine dolore meo. Respondit per literas Pe- licanus, Rescripsi, desineret scribere, si quid uellet, adiret me. Venit. Rogabam homi- nem quid sibi uellet suis epistolis. Ille uarie tergiuersabatur. Vrgere ceppi, Tandem ut- cunq; confessus est se dixisse, quod idem sentiret quod ego. Rogabam quid igitur senti- ret, quod mihi esset cum ipso commune: post multas tergiuersationes, respondit in Eu- charistia esse corpus & sanguinem domini, Idem, inquit, tu sentis. Nihil amplius inquam. Credis illic esse tantum in ligno? Non inquit, sed arbitror adesse uirtutem Christi. Per- gebam, Non credis illic adesse substantiam corporis? Falsus est se non credere. Post hæc rogabam an eam opinionem fuisset unquam apud me professus. Falsus est id quod erat, unquam id factum. Mox percontabar, an unquam audisset eam sententiam ex me. *non* audisse, & adeo non audierat, ut sæpenumero diuersam audierit. Pergebam tu profiteris, inquam, apud alios, me sentire tecum: quumq; hæc dicis, interpretaris apud animum tuum, te hæctenus sentire mecum, quod credas ibi esse corpus domini, & qui te audiunt, intelligunt me tecum sentire, quod docuit Oecolampadius. Nunc au- dio circumferri illius epistolas duas, quibus nihil insulsius uidi. Accitus est Tigurum ut illic doceat litteras Hebraicas. Is erit postremus Euangelicorum cui quicquam sim fustu- rus. Quum exisset liber Oecolampadij de Eucharistia, senatus rei nouitate nōnihil turba- tus, priuatim cōsuluit me, prepositū Berum, Bonifacium, & Cantiuunculam. Is odor simul atque

atq; peruenit ad illos. Erat autē res mire cordi, Zuinglio, Oecolampadio, Capitonī ac Pellicano: mox huc aduolauit epistola Capitonis, quæ nobis auctoritatem adimeret. Erat paratus & libellus famosus, qui pressus est, quidam suspicabantur & illum fuisse Capitonis. Talibus præfidijs nititur Euangelium.

...ne uale.
...manum ac

ERASMVS ROT. HILARIO. BERTVLPHO S. D.

N VITAVI te proximis literis ut ad nos te cōferas, quod si à Gallicijs Iottis nō potes auelli, saltē per literas instrue nos quomodo gratulandū sit Francisco Regum optimo ad suos reduci: idē quā primū. Facile discēs ex aulicis quæ scriptu digna sunt. Multis quidem duriores uidētur coiti cederis leges, sed deus omnia uertet in bonum exitū. Quæso te pollicitator ubi sunt calendæ latine: Bene uale. Basileæ XVII. Cal. Iun. Anno M. D. XXVI.

ERASMVS ROT. HIERONYMO EMSERO S. D.

N ON tam gaudeo meam excusationem à uobis recipi, quā hoc quod recusi fuisse postulatam. Senectutem & morbos tibi mecum cōmunes esse doleo, quamquam lōge crudelius malum est calculus sorore podagra. De nomine tuo præterito iam putabam tibi satis factum esse. Sic res habet ut scripsit quum scriberem Spongiam, prorsus ignorabam abs te quicquid in Lutherum æditum. Et si scissem, non protinus odi quod non facio mentionē. Quāquam hoc seculum tale est, ut interdū mihi sanē non satis tutum sit, etiam amicissimos prodere scriptis propter linguas fascinatrices. Miror ubi cessarit tuus cognatus. Nam librum cum literis X. Ianuarij scriptis, reddidit 4. Cal. April. Redditus erat casu liber Lutheri, sed adeo sero ut ante nundinas, ad legendas illius loquacissimas nenias, ad relegendā diatribam meam, ad scribendum & ad antiographa recognoscenda, ad excudendum & castigandum uix superfuerint dies duodecim. Incredibile dico, nisi quod multis testibus res acta est. Frobenius sex prælis excudebat singulis diebus tres ogdoadas paginarum. Et tamen Lutheri codex offendit me iam diutinis laboribus delassatum, præterea ex perpetua penē agrotatione languidū. Nullum enim cœlum inimicus huic corpusculo, quā quo uix unquam caruimus à fine Iulij ad huc usque diem. Quis ita properarem, in causa fuit, quod quum idem opus simul excuderetur & Augustæ & Argentorati & Norebergæ, tamen incredibile studio curabatur ab istis, ne quid ad meas manus perueniret. Videlicet hoc uenabatur, ut ad proximas usq; nundinas triumpharet impune. Id ne fieret, respondi operis dimidio, Reliquum nunc est in manibus, Quod absolutum est ad te mitto, in quo reperies nomen tuum, sed absq; præfatione honoris, quam illic ob certas causas nulli tribuo. Si amicitiam æstimas amore mutuo, non patiar me abs te uinci, Sin prædicatio nomine hac quidem parte defuturus sum officio meo, simulatq; se dederit. ne tuo mihi placuit & perspicuitas & splendor non sine neruis. In ulurpandis græcis, ueris magna libertate, corripitens ultimam in didtapaſon, producens primam in Catholico, quāq; idem aliquoties facit Prudētius. Nec huiusmodi libellis, nec sæuitia quicquam profecturi sumus. Hic me uerum fuisse uatem, rei declarabit exitus, Adco late serpsit malum. Laudo tamen quod principes gnauiter coercent seditiosos. Quid mea diatriba ciuilius? Quid profecit tamen, nisi quod Lutheranos excitauit ad maiorem insaniam? Id non ignarus futurum, tamen mori gessi Regi & Card. Angliæ, Pontifici & doctis aliquot amicis,

non

non tacens interim quid esset sequuturum. Nihil expectabam à Luthero moderatum, tantum malitiosæ calumniæ non expectabam. Occupant sibi passim bonas literas, quo uide licet hoc prætextu constabiant suam factionem, & tandem obruent hæc quoq; studia, quales furias habeat Lutetia, declarabit apologia qua Sutori respondeo. Et Natalis Beda notauit plusquam ducentos articulos in Paraphrasibus meis, quorum hic est periculosissimus, quod exponens angeli uerba, inuenisti gratiam, scripserim, non est hoc tui merito sed fauoris diuini. Mito carmē Andree Critij episcopi Poloniæ. De Ceratino miror te nihil scribere. Audio duci non perinde fuisse gratum atq; ego sperabam: est tamen uir egregie linguarum peritus ac bonus, nec sine meo sumptu fuit euocatus, quod tamen non eram facturus, nisi princeps toties efflagitasset. Cupiebam plura in sinum tuum effundere, sed cum Luthero rixandum est, quæ res illi uertat male. Demiror quid ille sibi proposuerit, simul & scurram agens & Euangelistam. Basileæ. M. D. XXVII.

ERASMVS ROT. ANTONIO PVECCIO

episcopo Pistoriensi S. D.

R Euerende præsul. Quum penitus infixa sint animo meo tua in me neuitiquam uulgaria officia, tamen hætenus ab officio literarū temperaui, quod officij potius esse ducerem tuam amplitudinem tot negocijs occupatam non interpellare superuacaneis epistolis. Sed quum oblato nuncio rogarem Ludouicum Berum præpositū, mihi singularem patronum, ecquid uellet mandare Romam, orta mentione tui nominis, obnixè rogauit, ut te tribus uerbis salutarem: quem incolumē esse gaudeo uehementer: bonaq; spe sumus, fortunam quæ cepit euehere dignitatem tuam, aliquando tuis uirtutibus responsuram, quibus ex teipso maximus es, uelit nolit fortuna. Nobis hætenus cum calculo & oblatratoribus tantum res fuit, nūc incidit ea tempestas, ut superiorum malorum penē simus obliti. Quum uolet dominus, & quum promerebimur, hic rerum tumultus aliqua serenitate commutabitur. Affulsit enim aurula quedam pacis inter monarchas sarciente: Id si cōtingat, fortassis sub autumno isthuc adrepemus. Rogarem nisi considerem te id sponte tacere quod uoles, ut Erasmus in titulo tuo faucas. Berus opinor ad te scribet, tamen uideri hætenus inuitæ & detur magnitudine tuam. Certe ex parte tua amari uisus auctus. In prædicatio sua fausta laetateq; Basileæ feria quarta post Pentecosten. Anno M. D. XXVII.

ERASMVS ROT. LEONARDO OFFICIALI

Archiepiscopi Besontini S. D.

V IREGREGIE, leuius odissem hanc ualetudinem, si mihi tantum adferret cruciatum, non etiam amicis grauem redderet, ac molestum, Tolerabilior enim esset, si dolorē haberet absq; pudore: nunc non tam pigebat morbi, quā apud uos essem, quā pudebat, quod uestro in me affectui longe humanissimo deesse coactus sum. Et haud scio an sint non eadem humanitate præditi qua uos estis, qui meam calumniantur calamitatem, & infelicem necessitatem interpretentur inhumanitatem. Post abitum, hic diu langui, magnaq; uictus moderatione, sensim ac paulatim reuixi. Vbi sum factus paulo firmior, aperuit se calculus, qui latuerat in insidijs. Eum cieci, sed cum summa uitæ desperatione, post aliquāto cōmodius habere ceppi, reperia aqua ex adipso cocta, qua uinū diluo: quod si amarū est, dulcescit, si acidum, corrigitur, si austerū, mitescit, si acerbū, fit lenius, si ardēs refrigeratur. Nescio quid tumoris huc alla cessum isthinc nostrū sequutū esse famam, nos esse Lutheranos. Verū ad hos tumultus iam occallui. Praestat hoc seculo non dare aniam improbis tumultuandi. Habetis isthic in propinquo nouū Euangelistā Pharellum, quo nihil uidi unquā mendacius, uirulentius aut seditiosius. Mihi uidetur esse tēpus ut episcopi cū principibus serio conferant sua consilia, quo dissidium hoc quod indies serpit latius, sic componatur ne facile repullulasciat. Nam uulgaribus remedijs, hoc est balinodijs, carceribus & fasciculis uideo nihil profici nisi in peius. Cōmendabis me diligenter Leonardi Arthidiacono & huius officiali, præterea Francisco Thesaurario. Desiderato ceterisq; dominis & amicis meis. Bene uale. Basileæ post Id. Innocentium. Anno M. D. XXVIII.

VM qui tuas reddidit nōdum alloquutus sum. Quum huc ueniret eram oc-
cupatissimus in Origene uertendo, cuius fragmentū in Matthaeum nacti fu-
mus: quum rediret, obortus erat intolerabilis dēium cruciatus, adeo ut nec
loqui possem, nisi exasperato malo propter haustū aerem. Media aestate pas-
si hic sumus hyemem. Pro cōmonstrato remedio gratiā habeo maximā, eti-
amsi mihi nō cum arenulis, sed cum saxis res erat, unde medici λιδωσπυ appellat. Verum
hoc malum in aliud est commutatum, quod perpetuam habet molestiam, sed dolore tole-
rabiliore. Id ni factum esset, iam ab his tumultibus liber esset Erasmus. Fuit apud nos Ger-
uadius Theologus uere candidus, cuius colloquium mihi magno fuit solatio. Claudio Fe-
lici multam opto felicitatem. Quod me amantissime cōsolaris aduersus hominum inuidi-
am, uel maliciam potius, scito me non tam mea causa dolere quā Christianae religionis
nomine, quae tales habet & doctores & propugnatores. De me meisque studiis uiderit
Christus. Et utinam praeter Beddam ac Sutorē nullus esset eadem infectus malicia. Reue-
rendo Praesuli tuo meis uerbis plurimam dices salutem. Bene uale. Decimo Cal. Iunias,
Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS GVILHELMO VARAMO
Archiepiscopo Cantuariensi S. D.

NICVM meum in Christo decus ac praesidium, partim ex literis tuis, par-
tim ex his quae famulo mihi narranda commiseras, dilucide perspexi plus-
quam paternam tuam erga me pietatem. Idem utriusque uotum est. Verū ob-
stat praesens temporum conditio. Nondum ab acie licet discedere. Sed breuit
fortasse licebit, ut minore interuallo dirimamur. Interim iubeo te bono esse
animo. Tumultus hi plane fatales sunt. Me non citius deficiet animus, quā uitae
[redacted]
[redacted]
[redacted] Res habebit ut spero prosperam
exitum. Pecunia pensionaria nōdum peruenerat ad Petrum Aegidium circa finem Iulij,
nunc arbitror redditam. Amplitudinē tuam incolumē seruet omnipotēs. Datum Basileae
Decimonono Cal. Septemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS MATTHIAE LAV-
rino domino de Vuateruliet S. D.

X Marci Laurini literis cognoui, quod mihi fuit longe gratissimum, te recte
ualere; ueteremque tuam in me beneuolentiā, nec locorum, nec temporū in-
teruallo posuisse. Quorundam male auspicatorū hominum improbitate la-
borant bonae literae, & qui his prouehendis nauarunt strenuam operam, la-
pidantur à picis, gracculis & coruis, ego cū primis. Quod ni essent boni omi-
nis aues, quae funestis obstreperent, prohibeant superi quod isti uidentur ausuri. Quae
tibi uir generose, non meo tantum uerum etiam literarum ac publico studiorum nomine
gratias ago, quod aduersus istos blaterones optimā causam & prudenter & [redacted]
[redacted] ualeat amoribus. Tota spes illis est
in uanitate lingua. Num me redoceret Christianam [redacted] & in diceret, me ad imo-
dica rependo, laedam probos, sentirent qualem a [redacted] prouocarent. In his
istos nullum molendi finem facere, quum toties male cesserit conatus. Quid enim aliud
efficiunt, nisi quod exacerbant publicum in ipsos odium. Metui uolunt non amari, quo
quid esse potest magis tyrānicum? Tyrannus qui timetur à multis, multos metuat opor-
tet. [redacted] sed progressae sunt res humanae. Cura
ut quā optime ualeas. Basileae Anno M. D. XXV.

D [redacted] cepi, alteram iustam, alteram quae breue uolumen uideri posset. Vtraque
fuit gratissima multis quidem nominibus, sed praecipue ob syncerum pecto-
ris in me tui candorem, imò nō in me, sed in eas potius dotes quas in me cre-
dis esse, nō meas. Quid enim est nostrum, sed si quid est, dei est. Heliam opti-
mum senem nobis ereptum doleo, caelis redditum gaudeo. Quid enim illo candidius aut
integrius? Proximis suis ad me literis subscripserat: Helias tuus, Barbarus, decrepitu, ui-
uum cadauer, quasi praefagies imminere mortem. Illud uiuū cadauer mihi displicuit, ea-
que gratia nouissimis literis obiurgauit hominē, qui templum sancti spiritus appellaret cada-
uer, quum nulli magis uiuant quā qui sic moriuntur. Respondit ille non calamo, sed re:
Gratum est quod mihi depinxisti tuae familiae simulachrum, gratius quod fortuna tuo re-
spondet animo, qui liberos tuos cures sancte educādos, sed ita ut unum duntaxat dicaris
negociationi. Quare quū octo liberos habeas, eosque tam sancte instituas, frustra mihi of-
fers tuas fortunas communes: non enim sum tam impius, ut tam pie collocaudis facultat-
ibus quaequā detrahā, animum totum amplector atque exosculor. Superest ut hanc ami-
citiā ē ferreo munusculo natam, adamantinis uinculis astringamus. Dominus Iesus be-
ne fortunet res tuas cum tota familia. Basileae sexto Calen. Septembris. Anno millesimo
quingentesimo uigesimo septimo. Sobio ex me salutem plurimam.

ERASMVVS ROTERODAMVS VRBANO
REGIO S. D.

IC existimo Urbane [redacted], me iam nunc omnia debere, uel illustrissi-
mo principi Hernelsto, uel tibi, ob animū in me tam propensum. Proinde iu-
dicauit me nonnullam gratiae partē hac ratione posse referre, si quando mihi
cupienti nō est integrum, hominem commōstrauero, qui quod à nobis ex-
pectabatis, longe cumulatius praestare possit. Est apud nos Henricus Glarea-
nus Caesarea laurea insignis, quod equidem decus inter totiuuenis ornamenta multo in-
fimum esse duco. In omnibus disciplinis quas mathematicas uocant, eximie doctus, neque
uulgariter exercitatus. In omni quae nunc in scholis traditur Aristotelica philosophia, eo
progressus, ut cum summatis etiam congrēdi possit. Magnam insuper Theologicae rei
partem affecutus. In Geographia, in historijs absolutus. Denique nullum est genus litera-
rum in quo ille non sit felicissime uersatus. Graece quoque doctus usque ad mediocritatē,
& hic breuit absolueudus, quae est hominis tum industria tū dexteritas. Adde huc aetatem
maxime tempestiuam huic negocio. Ad trigessimum accedit annum, quae aetas ut gran-
dior est, quā ut contemptui sit obnoxia: ita laborum omnium longe est tolerantissima.
Est autem Glareanus praeter aetatem, peculiari quadā naturae dote literarij laboris, & ap-
[redacted] Quod nescit, discit uide quod scit, docet libenter & condide. Moribus
[redacted] horum [redacted] calculum,
[redacted] Abhorret à
computationibus illis, cum uentis, oblongatib[redacted] a seorsita, ut harum
rerum ne mentionem quidem ferre possit. Inuitatur à multis, nec aspernandis conditioni-
bus, & iam additum putabam. Verum inter confabulandum sensi, hominem istuc pelli-
ci posse, si modo offeratur quod illius uirtutibus sit non indignum. Iuuenis est, plus habet
eruditionis quā opum aut autoritatis, quanquam autoritas iam non leuis, in dies incre-
scit homini. Illustrabit hunc principis splendor, & ille uicissim principis imagines ac for-
tunam cohonestabit, quodque decoris mutuum acceperit ab illius celsitudine, uel cum foe-
nore reponet aliquando. Arbitrabar me in futurum gratiam apud uos, si haec literis meis in-
dicassem. Et scio quem commendem. Nouum testamentum aeditum est. Hieronymo su-
premus imponitur colophon. Bene uale. Basileae, nonis Martijs. Anno M. D. XVI.

ERASMVVS ROTERODAMVS LODOVICO
VIVI S. D.

IATRIBAM meā Philippus Melanchthon scribit æquissimis animis ac-
ceptam Vuittenberge, sed ita ut nō dissimulet se metuere causa Lutheranae
[redacted] si perrexero. Dd

[redacted]
 [redacted] ad seditionem, & aliquot *diverſi* me conantur uolentē nolentem huic inuoluerē negotio, nihil profecturum, niſi ut utraq; partem in me prouocem. A tanto rege, à tali regina laudari uehementer gratum eſt, ſed quid iſtuc *περιτ' αλγερα*, belle diſputo, ſed hic magno fumat culina. Montioius ne uerbum quidem mandauit aut ſcripſit, opti nor ſubitum Luitni diſceſſum fuiſſe in cauſa. Quem dicas nouum meum colluctatorem non ſatis intelligo, niſi forte dicis Othonem Brunsfeldiū, quem ipſe Lutherus magis execratur quàm ego. Et hoc tamen inſanior eſt Phallicus. Horum inſolentiam coercuerunt magiſtratus grauiſſimis minis, alioqui impotentiffime debacchaturorum in me. In Hieronymi ſcholijs, ſi non omnia, certe per multa caſtigauit. Habebam id temporis plurimos inſtigatores, adiutorem neminem. O me rudem ingenij Germanici. Erratum de Laberio nuper deprehendi, dum certior eſſe cupio de atate: Tametiſi antea quoq; ſubdubitabam. Linacri mortem acerbius ferrem, ni reputarem quantis cruciatibus ſubductus ſit. De N. ſcripſi non quātum ille meretur, omnibus Eurybatis ac Phrynondis ſclerator, ſed quantum meae modeſtie tuae q; prudentiae ſatis eſſe iudicauit. Hic ſedulo diſſuadet Frobenio, ne quid tuorum excudat. Et Frobenius duntaxat hac in re, abſque illius preſidio nihil poteſt. Nam apud Germanos uix quicquam uendibile eſt praeter Lutherana ac Antilutherana. Mea tamen adhuc ſatis fauorabilia ſunt, uel hoc argumēto, quod Frobenius tam multos habet aemulos magno ſuo diſpendio. Caſaris dictum quod deterret aemulos, huius non faciunt ipſi qui nobis dant Caſarem: imò uendūt Caſaris nomen. Ego iam pridem geſtuo quopiam ab his figulis demigrare. Frobenius miſi ſerio queſtus eſt, ſe ne unum quidem opus de Ciuitate dei uendere Frāfordiae: Idq; eo uultu dixit, ut plane credam hominem nihil fingere. Vides etiam in Muſarum rebus regnare fortunam. Ego illi nihil non ſuſpicio, niſi quod breuitas quam tibi olim commendauit, reddidiſſet librum uendibiliorē. At que hoc negotium Frobenius ſuſcepit à me non perſuaſus, ſed compulſus. Et res eſt non exigui ſumptus. Miſeret me boni uiri, nimumq; ſynceri, cui pseudocheus ille miris technis imponit. Si Ciuitatem illam uel praelegendo, uel alia quapiam ratione poſſes uendibiliorem reddere, ſubleuare hominem. Ego nullam uideo uitam, niſi ut totus Auguſtinus emēdatus prodeat. In hoc uelim te adiutare, ſuſcepta aliqua portione laboris. Nos tamen ſi iam laſti, nō defuturi ſumus officio noſtro. Ex animo mi Vives gaudeo tibi Britanniam eſſe proſperam, quod ut tibi proprium ac perpetuum ſit precor. Bene uale. Baſilae Nataſi Ioannis apoſtoli. Anno M. D. XXIIII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS RVDBERTO A
 Mosham Decano Patauienſi in Bauaria

S. D.

H

[redacted] Solum illud nō me
 mini, quod ambierim ſalutare Card. Gurcenſem. Non contemno proceres Eccleſiae, ſed ſic eſt ingenium meum, nihil minus ambio quàm tales ſalutationes, praeter tim apud Germanos. Hic ſi quid ineptij, ſcias me plane gratificatum animo tuo. Eam ſalutationem ſi perdidit, nihil eſt quod me magnopere moueat. Quotidie ſalutor à ſordidiſſimis, qui extorta etiam pecunia me rident, aut traducūt inter ſuos combibones. Et tamen nihil eſt quod ego ſane querar de Card. Exhibuit plus humanitatis quàm expectabam. An Germani principes non ſoleant quēquam in donatum dimittere, uiderint alij. Me certe non offendit ea nouitas, niſi quod ſalutato Federico duce Saxoniae, poſtridie Georgius Spalatini in lecto decumbenti, detulit materiam ueſtis Damascenam, quum ego nihil minus ſomniarem. Quoq; magis credas quod ſcribo, recordare me tres hebdomadas egiſſe Coloniae, nec eo tempore quēquam Germaniae principem à me ſalutatum. Omnibus ſi queam prodeſſe cupio, ſeruire nemini: quod ſi ſeruendum eſſet, plus factus expector in una opera typographica Germania, quàm in decē Episcopis Angliae aut Galliae. [redacted] Senior à ſynceris Germanis, quibus & fide & animum

[redacted] memorem deſidero. Hac ideo refero, ne quid ſuſpiceris me alieniorem factum [redacted] Amicorum mentionem uides quàm liberaliter fecerim in libris noſtris, uidelicet obſequens illorū affectui potius quàm meo iudicio. Ex his uides quàm pauci perſiterint in amicitia, quàm multi uerſi in hoſtes. Et tamen horum culpa non tantum ualec apud me, ut minus amem [redacted] candidos amicos. Porro q; in literis meis nulla tui mentio facta eſt, primum excepto nomine te totum animo tenebam, deinde ſe nulla dabat occaſio. Et ſunt qui nolunt in ſcriptis meis nominari, horū querimonias non nunquā audio. Quod te ab aula ſeruitio extricaris, hoc magis probo, quod id feciſti mature. Efficiam igitur poſthac, ut nec Laurino nec Bilibaldo inuideas, ſi tamen hec appellāda eſt inuidia. Laurinū à puero noui. [redacted] Quod me adhortaris ad fortiter agendum, multo gratiſſimum eſt, etiam ſi id mea ſponte faciebam. Tantum dolet quorundam inſanijs peſſum ire cum Euangelium, tum bonas literas. R. D. E. mihi per te reſcriptam eſſe memoriā, fuit uehementer gratum. Si medicus Antoninus Caſſioleſis has reddiderit, rogo ut iuuenem cognoſcere uelis, cognitus placitū faceret, diſceſſit enim meo magno dolore. Bene uale. Datum Baſilae [redacted]

ERASMVVS ROTERODAMVS ANTONIO BRUGNARIO IN MONTE BELLICARDI S. D.

RATER in Chriſto chariſſime. Singularis tuus [redacted] quem non tam oratione quàm fronte, quod aiūt, ipſa, quàm oculis, quàm toto uultu loquebaris, facit ut non poſſim te non redamare, niſi uelim haberi omnium in humaniſſimus. At ueoreo ne tibi uſu uenerit, quod de Ixione narrat fabulae, qui pro Iunone nubem amplexus eſt. Super eſt autē, ut noſtros labores quibus tam impenſe faues, precibus tuis adiuues: te uero in amicorum numerū perquam lubens recipio, nō defuturus officio meo, ſi quid extiterit in quo poſſim tibi gratum facere. Salutabis mihi duos fratres humaniſſimos iure conſultos, quorum in colloquio noſtro inciderat mentio: praeterea doctiſſimum iuxta & humaniſſimum doctorem, qui mihi olim notus Mechlinie, me ſalutaui Beſontij. Nam praeter nomen nihil illius excidit mihi. Tu ſic ſic inuigiles honeſtis ſtudijs, ut ordini tuo poſſis & ornamento eſſe et uſui. Abbatis dignitas non eſt quidem ambienda, ſed ea tamen ultro ſequetur uirtutes tuas. Bene uale. Baſilae pridie Innocentium M. D. XXIIII.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO EPISCOPO BASILIENSI S. D.

EVERENDE praeful, dum ego decāto miſericordias domini, corripuit me illius miſericordia: ſed morti non tradidit me, licet nunquam fuerim morti uicinior. Exemplar primae manus ad te mitto. Id poteris aliquot diebus apud te retinere, quo per ocium perlegas. Dignaberis admonere nos, ſi quid addi aut omitti, ſi quid aliter tractari uelis. Priuſquā enim Frobenio cōmittamus excudendum, opus ſub incudem reuocabimus, ac reddemus paulo expolitus, fortassis etiam copioſius. Si uidebitur, addemus praefatiunculam, quae ſacelli abs te inſtituti faciat mentionem. Porro quemadmodū tuae ſanctiſſimae uoluntati hac in re libenter ſumus obſequuti: ita cupimus omnia fieri ex animi tui ſententia. Dominus Ieſus honorabilem ſententiam tuae foueat ſua clementia. Baſilae duodecimo Cal. Iulias. Anno milleſimo quingentefimo uigefimo quarto.

ERASMVVS ROT. ANTONIO BRUGNARIO IN MONTE BELLICARDI S. D.

IGNIFICAS te quater ad me ſcripſiſſe, primam & ultimam epiſtolā accipis. duae mediae redditae non ſunt, quare noli ſcribere niſi per certiffimos nuncios. Amplector animum in me tuum perlibenter. Beſontij cum nemine mihi fuit odioſa contentio, neque quēquam ſenſi à me alienatum. Triftis abſi ob ualeitudinē oppido grauem. Et tamen iſte rumor huc perlatus mire exhilarauit quosdā ualde Lutheranos. Quid iſthic doceat Phallicus, aut quid rerum gerat neſcio. Vtinā hoc praſtaret quod profitetur. profitetur enim euangelium, at ego nunquā omnem confidentius arrogare, aut rabioſius maledicū, aut impudentius mendacem: breuiter tamen compertū, cum ſanctis, nec amicitiam habere uelim, nec inimicitiam. Dd 2 ipſi

ipsi Lutherani ferre potuerunt hominis insatiabilem petulantiam. Saepe obiurgatus est ab Occolampadio, etiam literis, saepe à Pelicano, sed nihil profectum est, tanta morbi uis. Cum illo nunquam disputauit, sed ditemi disputatione qua cum alijs quibusdam altercabatur. Uolebam enim cum illo exposulare cur me uocasset Balaam, quod dictum à Blero quodam negociatore factum in me, sic arrisit Phallico, ut me passim appellaret Balaam, cum mihi nullus adhuc teruncium potuerit obtrudere hoc titulo ut scriberem in Lutherum. Proinde discere uolebam, quid homini in mentem uenisset, ut hoc nomine me dignum iudicaret. Nam caetera conuicia quae quotidie in me deblaterabat, neglexeram. Vix decem uerbis ueritatati sumus, rogabam quare censeret sanctos non inuocandos, an quia non expressum esse in scripturis, annuit. Uolebam ut demonstraret euidenter per sacras literas, spiritum sanctum inuocandum. Si deus est, inquit, inuocandus est. Urgebam ut demonstraret e sacris literis, semel atque iterum testatus me disputandi gratia loqui, cum hic plane de re conueniret. Si quidem hoc tantum agebam, ut illius enthymema refellerem, quo conabatur euincere, ideo non inuocandos duos, quod hoc e sacris libris doceri non possit.

Mox omissa disputatione, nam imminet nox, exposui meo abiens, sed paucis. Hac de re scripsit ad amicos suos mire gloriosas epistolas, quarum una ad me transmissa est à Constantia. In hac aliquando sunt decem uersus in quibus nec una syllaba uera est. Non potuit ille probare spiritum sanctum dici deum, quod tamen ex Paulo probari potest, & tamen si probasset, non uicisset me. Nec enim meum est dogma, sanctos inuocandos esse, quanquam ineptiunt, qui rem à primordijs ecclesiae traditam, & suapte natura piam tragedijs exagitant. Quod si mihi tum notus fuisset, qualis experimento compertus est, nunquam dignatus fuisset illum alloqui, & si casu fuisset obuius, deflexissem. Sunt enim quidam adeo sinistri, ut uel occurrisse sit infelicitatis pars. Vnde me tuo ne uestrae ciuitati magnum aliquod imminet malum, posteaquam istuc deuolauit auis tam inauspicata. Feliciter fugit e sua Gallia, uerum hic reliquit librū insigniter scurrilem, non appposito quidem suo nomine, sed nemo non clamat Phallicū esse. Scripsit, ut aiunt, alterum gallice in me, qui latitat inter manus conturatorum. Magistratus Basiliensis obferuat, si possit deprehendere Typographum: Haec tacitauit Lugduni Lothoringius quidam sculptor imaginum. Idem detulit aliquot Phallici apophthegmata, quorum alterum erat: Vxorē Frobenij plus tenere theologiae quam Erasmus, alterum, malim, inquit Phallicus, indies mori cum martyribus, quam non nocere fame Erasmi, ubi cuique potuero. Phallico facile siam magnus theologus, si passim infulsero pontificem esse antichristum: Constitutio humanas esse haereticas, caeremonias esse abominationes, aliaque huius generis. Hunc stomachum in me concepit, quod in Spongia dubitem de Lutheri spiritu. Praeterea quod scripserim quosdam sordidos & impurae uitae, se tacitare nomine Euangelij; deinde quod Adriano promiserim consilium, quo sic extinguatur incendium Lutheranum, ne facile red accendatur. Phallicus interpretatur me uelle extinguere Euangelium, at ego sentiebam de rescindendis huius mali fontibus, & hac de re scripsi non nihil Adriano, et item Clementi & Cardinali Campegio & Caesari: sed ut uideo, illi malunt uulgaribus uti remedijs, manibus ac fasciculis. Res indies serpat latius, quis sit exitus futurus uiderit deus, ego princeps quod potui semper à saeuicia cohercui, excepta seditione. Nec Euangelium est quicquid illi docent, & docendi modus nonnunquam seditionem mouet, non Euangelium. Ego faueo Euangelio, sed isti Euangelio non adiungar, nisi uidero alios Euangelistas, aliumque populū, quam adhuc uideo. Prouolant libelli famosi sine titulis, & istos mire probat Phallicus, & applaudunt caeteri quoque, quasi mendacis & flagitijs defendendum sit Euangelium, quasi huc ualeat Euangelium, ut huius praetextu peccemus impune. Post inuadent scrinia nostra & dicent, sic Aegyptios spoliauerunt Israelitae, & post facinus inuenient nouum dogma. Si Lutherus nosset Phallicū, non dubito quin in eum stricurus sit stilum. Et hi sunt qui nobis tacitant spiritum euangelicum.

At tamen quicquid haecenus in me blaterauit Phallicus, non minus uane quam uirulente, facile condonabitur hominis morbo, modo posthac sumat mores Euangelij praecone dignos. Sed harum nentiarum plus satis, alias plura quum uacabit. Egi cum hoc Oenopola, de tribus uasculis dimidiatis, uno ueteris uini, duobus noui. Vinū quod emi, ut ait, non est probatum de quo coepi bibere, carui calculo, is nunc dicitur abesse. Tu uelim adiutes, ut mittatur elegans, aptumque stomacho meo, non laboro de precio, si uinum sit quale uolo. Vetus, ut ablit ab acore, nouum maturum, non dulce, non acerbum, mediocri colore, colore leuiter rubido, Oenopola propemodum scit quale curpiam. Bene uale. Basileae pridie Natalis Simonis & Iudae. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. TONESIO CONSILIARIO CAR/DINALIS EBORACENSIS S. D.

IR ornatissime: Non iniuria me obiurgat per literas Guilhelmus Burbancus, quod te tam candidum amicum, tam fortem patronū, tam insigniter eruditum hominem, nunquam haecenus salutarim epistola. In causa est, quod dum & amicis & inimicis cogor respondere, quorum ingens est numerus, nullum temporis spacium mihi uacuum relinquitur. Caeterū eximias ingenij tui doctores, ac singularem quendam in me fauorem, Thomas Morus auctor, ut scis, & grauis & facundus mihi non semel praedicauit. Scio mi Tonesio, agnosco & memini, agoque gratias, libentius si queam relaturus. Vbi plus ocij dabitur, pluribus tecum agam. Interim precor ut quam bellissime ualeas. Datum Basileae nonas Septembres. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS GEORGIO DVCI SAXONIAE S. D.

ILLVSTRIS PRINCEPS, quod haecenus tuae celsitudinis hortatibus non paruerim, quum alia multa tum duo praecipue in causa fuere: primum quod non solum me uiderem & aetate & ingenio imparem huic periculosissimo negotio, uerum etiam quod miro quodam naturae sensu ab huiusmodi gladiatorijs pugnis abhorrerem. Quid enim his libellis qui nunc undique prouolant agitur, nisi quod agi solet in arena gladiatoria.

Nunc quum comperio plerisque hanc meam moderationem interpretari collusionem cum Luthero, cum quo nihil unquam mihi fuit secreti foederis, simulque cum uideo sub praetextu Euangelij subna sci nouam gentem, procacem, impudentem & intractabilem, breuiter talem, ut nec Lutherus ipse ferat, quanquam illi eadem improbitate qua cōtemnunt episcopos & principes, cōtemnunt & Lutherum, prodimus in arenam eadem ferme aetate qua Publius Mimosgraphus prodijt in scenam, quare res quam mihi sit futura felix nescio: Certe opto ut Reipublicae sit felix faustaque. Mitto tuae celsitudini libellum de libero arbitrio, de quo uidi pridem tuam eruditissimam epistolam. Addidit mihi suis literis calcar serenissimus Angliae rex, & Clemens septimus, sed longe uehementius istorum quorundam rabularū improbitas, qui nisi coherceatur, simul & Euangelium & bonas literas subuersuri sunt. Ego pharisaeorum tyrannidem tolli cupiebam, non mutari: quod si seruiendum est, malim pontifices & episcopos, quales quales sunt, quam istos quosdam sordidos Phalarides, illis omnibus intolerabiliores. Expecto tuae celsitudinis iudicium, cui precor omnia felicia. Basileae pridie nonas Septembres. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. PAVLO VOLZIO ABBATI S. D.

ABEO gratiam, quod mihi mortuo bene precaris, relaturus etiam, si quando tu mori uoles. Rumores istiusmodi plane rideo. Caeterum ex animo dolet, tantum esse maliciae inter Christianos. Ego quantum in me est, seruo com modis omnium, laedo neminem, idque facio meo uictu, quod aiunt, imò magno etiam dispendio. Et tamen praeter alias contumelias toties effero. Tibi Gallicus sacrificulus nunciauit, se pede calcasse tumulum meum. Et apud Heidelbergā Anglus quidam sparserat se interfuisse funeri meo, addidit me conditum in eodem sepulchro in

quo faceret in hunc mundum. Et ante in Flandria facta sunt quodam
ribili mortis genere perisse. Alij sparferant in Brabantia, meos libros una cum
Romae publicitus exustos fuisse. Haec qui fingunt, non ignorant fucum ilico prodendum
esse, sed interim fruuntur exultatione malorum, ac dolore honorum. Hac mente quid esse
potest sceleratius? Si satanas ipse uiuere inter nos, quid facere posset se dignius?

Fit autem contra praesidio dei, ut nunquam melius habeam, quam quum isti me rumoribus
affligunt pessime. Quum ante annos tres agerem Andrelact, alibi decideram ab equo &
frigeram ceruicem, alibi perieram febris, alibi correptus apoplexia, subito reliqueram ui-
tam. Atqui intra annos quatuor nunquam prosperiore ualitudine fueram usus quam id
temporis. A discessu sparsum erat, Romae libros meos publice condemnatos, autore Adria-
no sexto. Carterum eodem tempore missum est ab Adriano diploma honorificum: sequi-
tum est honorificentius, Accessit tertium quod illis rabulis indiceret silentium, me nihil
ambiente. Quum maxime factarent, officium dedicati Arnobij fuisse ingratum Adriano
superuenit epistola, declarans fuisse multo gratissimum. Atque haec diplomata prius perla-
ta sunt in Brabantiam, ubi seuebat rumor, quod ad me. Rursus eodem tempore quo sparsum
erat, sub Clemente libros & imaginem Erasmi Romae exustam, superuenit diploma non
sine promissis ac munere honorario. Postremo his aliquot mensibus, quibus me sepelie-
runt, ea fuit ualutudo, ut tribus annis non fuerit firmior, & arbitror reperta uitam, qua post
hac leuius crucier calculo. Et tamen aliquando futurum est, ut isti uerum diuinarint. Ego
nec mortem opto uita tadio, nec horreo, fretus dei misericordia. Interim urgebitur pro-
positum de omnibus bene merendi, laedendi neminem, quantum sane licebit in hoc secu-
lo longe turbulentissimo. Nulli factioni me nec addixi, nec addicturus sum. Illud tamen a-
go, agamque sedulo, ut hanc tempestatem aliqua serenitas excipiat. Nec interim me mouet
iocus tuus, quo me scholarum *αυδελφου* appellas in *ομοδορεια*. Sim *αυδελφου* factio-
nibus, modo ne sim *αυδελφου* Christo. Vnde uero iste nouus titulus exabbas? Memini
quid olim mihi dixeris de deponenda tituli sarcina. Atqui si uis omnem molestiam fuge-
re, demigrandum est uita. Quanto Erasmus te prudentior, qui sarcinas istiusmodi toties ob-
litus est? Nunc etiam exconsiliarius Caesaris, quando quidem
ex penione praeterit. *αυδελφου* uerba, nihil duntaxat me deponere. *αυδελφου*
Et tamen gratia speres, nihil est. Arbitror iam uidisse te in cellam liberae arbitrio, et
modo orandi deum, de misericordia dei, de te non mitto. *αυδελφου* *αυδελφου*
nus Iesus, Basilea, Natali S. Catarinae. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS IACOBO VVIM/
PHELINGO S. D.

I MEVS Vuimphelingus recte ualet, est quod uehementer gaudeam
Nos mediocri ualitudine sumus, & aliquanto prosperiore quam solemus.
Vides me ex musico retiarium esse factum. Sic erat in fati meis. Tu uir opti-
me ne macera te huius seculi tumultibus: Fruere conscientia benefactorum
tuorum. Scito Erasmus ex animo tuum esse, cui si nihil scribes, non referet,
modo ames, uel redames potius, quod non dubito quin facias. Saluta Sapidum, qui cum
suadeo ut ueterem retineas amicitiam, in qua si quid peccatum est, humanitatis tuae fuerit
hoc huius seculi fati imputare. Bene uale mi charissime frater. Basilea Natali Catarinae.
Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. AVGVSTINO SCARPINELLO DV/
cis Mediolanensis apud Anglos oratori S. D.

IC insculptus est animo meo Scarpinellus ille candidissimus & gratiarum an-
tistes, ut ipse mihi citius excidero, ne tu putes opus, ut ullis argumentis mihi
refrices tui memoria. Voluptati fuit quod famulus meus nunciauit te bene
ualere. Nam Vuormaciei, concilium, ut memini, conciliat tibi non nihil ad
uersa ualitudinis, & uideo multos principum legationibus dum nimium im-
morantur immori. Sed quis te genius adegit in Britanniam? Quomodo nos fata distra-
hunt? Praesulem Theatinum attraxit Roma: Ego factus sum Eluetius, tu Britannus. Ve-
nam *αυδελφου* te remittat Britannia. Miseret me Mediolani, praeter tot bellorum calamita-
tes

eres, nunc seuisima peste laborantis. Plura scripsissem, sed ut uos, Mercurij subinde alio
atque alio deuolatis, uerebar ne meae literae te istuc non essent reperturae. Verum ubique
futurus est meus Augustinus, precor illi fortunam eruditioe non uulgari, moribusque san-
dissimis pariter & candidissimis dignam. Nos uicissim quocumque expectat regio, Scarpi-
nellum intimis animi recessibus penitus infixum circumferemus. Bene uale tertio Cal.
Septemb. Anno M. D. XXIII

ERASMVVS ROT. RICARDO BERO ABBATI GLASCONIEN. S. D.

LIM persuasus a Ricardo Pacæo, qui mihi quum ageremus Ferrariae, saepe
praedicabat tua erga literas benignitate, uenabar & ipse mihi noticiam ampli-
tudinis tuae. Verum ea uenatio mihi parum successit, fortassis ob hoc, quod
uterer caeco duce, uidelicet Bernardo illo Andrea Gallo, quondam Arcturi
principis optimi non optimo praecceptore. Itaque quoniam eram caecus, qua
non noueram amplitudinem tuam, & caeco duce sum usus, factum est ut ambo in foueam
deciderimus. Praeterea facellanus tuus qui prodierat ut nos saluaret, multa odiose disputa-
bat de libro quem aderebam: putabat enim esse argumenta Hieronymi, quae tractarem
stilo politiore, quasi diuus Hieronymus mihi non satis polite loquatur. Verteram e Grae-
cis quae nunc uides addita nouo Testamento Graece, ut tum erant. Mea uersio postea quae
displicuit tibi, coepit & mihi displicere. Alioqui addidissem supremam manum, & nisi tu
dissuasisses, addidissem. Sed magis ipse mihi displicuit, qui praeter ingenium ac morem meum
captassem amicitiam tanti patris. Nihil enim improbius hoc hominum genere, qui fordit-
de captant potentes, ut aliquid abradant uel ab inuitis, nec hic animus ab ullo mortalium
genere magis abhorret. Et fortassis tua amplitudo suspicatur me e fordidorum istorum esse
numero. Ego tamen te nunquam amare desij, uel ob Ricardum Pacæum dimidium ani-
mae meae, cuius studia tua liberalitas olim adiuuit, uel ob Zachariam Phrysiu, uirum in-
regerrimum, mihique multis nominibus charissimum, qui tua erga se humanitatem suis ad me
litteris nunquam desinit praedicare. Quod in tales amicos collatum est, in me collatum ar-
bitror. Precor ut Christus amplitudinem tuam diu seruet incolumem. Datum Basileae
octaua S. Augustini, Anno M. D. XXIII

ERASMVVS ROT. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI S. D.

EVERENDE Praesul, Moerens ac dolens hoc uerbum legi in epistola tuae
utinam uitium me reperiat liber &c. Auxit famulus dolorem, qui nunciauit
affligi te aduersa ualitudine. Nihil indulges isti corpusculo. Suspicio ma-
gnam tuae ualitudinis partem nasci ex loco. Nunc enim medicum agam si
pateris. Mare uicinum, & lutum subinde maris decessu nudatum, caelum
exasperat. Et habes bibliothecam undique parietibus uitreis, qui per rimas transmittunt
auram subtilem, & ut medici loquuntur colatam, pestilentem rarit et imbecillis corpuscu-
lis. Nec me fugit quam assiduus sis in bibliotheca, quae tibi paradisi loco est. Ego si in tali
loco commorarer tris horas, agrotarem. Magis conueniret cubiculum pauimento ligneo
& parietibus undique ligno contabulatis. Spirant enim lateres & calx noxium quiddam.
Scio pie uiuentibus mortem non esse formidabilem, sed totius ecclesiae refert, talem Episco-
pum esse superstitem in tanta honorum inopia. Quomodo ualeat Erasmus non perinde
refert. Id tamen si cupis cognoscere, Calculo nunquam sum grauius periclitatus, quam men-
se Maio. Nactus aliud uinum, iam mensam unum aut alterum mitius habet me calculis.
Gratularis mihi triumphos: quomodo triumphem nescio, certe sustineo certamen, *mae libellus*

scum rabiosis quibusdam
Lutheranis, qui fremunt in me, quod unus, ut aiunt, remorer ipsorum triumphos. Remo-
ror autem, quod nolim capitis mei periculo profiteri totam Lutheri doctrinam, in qua
multa sunt quae non assequor, multa de quibus ambigo, multa quae etiam si tutum esset,
non auderem profiteri, propter conscientiam. Optarim ex hoc tumultu, quem Lutherus
excitauit, uelut ex amaro uiolentoque pharmaco, nasci bonam aliquam sanitatem ecclesie.
Et tamen quum uideo quorundam maliciosos mores, qui nunquam non crepant nomen
Euangelij, praesagit animus infelicem & cruentum exitum. Factio crescit indices latius, propaga-
ta in Sabaudia, Lothoringia, Francia, atque etiam Mediolanum. Tumultus & Burgundia nobis

proxima, per Phallicum quendam Gallum, quic Gallia profugus, huc se contulit, homi-
rabula, effreni tum lingua, tum calamo. Celsit hinc, nec opinor rediturum, sic rem gessit,
ita quondam solent Euangelij præcones. Admoueram manū operi quod efflagitas, nec
solus efflagitas, sed morbus extrema minitans, & alia quædam quæ inciderunt, coegerunt
intermittere. Huius negotio sumam hanc hyemem uolente deo. Quancquam decreueram
posthac à contentiosis dogmatibus, abstinere, & uertendis Græcis ac profanis argumentis,
sed ad mores non infrugiferis ocium fallere. At in ratione concionandi cogor quædam in-
dicare, quæ perperam sunt à quibusdam concionatoribus, tum attingere aliquot Theolo-
gorum dogmata, tuis tamen auspicijs accingar. Aedidi libellum de libero arbitrio haud
quaquam nescius quam non uersarer in mea harena. Sed principibus iam data spes erat,
apud quos me uidebā per inimicos periclitari, eā ego spem literis confirmaram. His uisus
fuisse dare uerba, si nihil prodisset; & Lutheranis odiose prouocantibus, uisus fuisse me
tu conticescere, & atrocius aliquid expectantes, acrius quam scruunt, scruissent. Nec de-
fuisse qui me iactassent ex pacto silere, quod iam intelligerem sparsam per nescio quos
epistolam, qua Lutherus mihi deferebat pacem: sed hac lege, si non ex professo impugna-
rem ipsius dogmata, etiam si tibi nomen eius aliquo dicto perstrinxissem. Sic erat in fa-
tis meis, ut hoc ætatis ex musico fierem gladiator. Dominus Iesus conferuet te Præsulo
prime & patrone unice. Basileæ pridie Nonas Septembr. Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. CVTBERTO TONSTALLO
Episcopo Londoniensi S. D.

EREOR ne uidear improbus & obstreperus, si toties agam gratias, quoties
tu prouocas, ut debeam. Iacta est alea. Exijt libellus de libero arbitrio, mode-
ratissime quidem ille scriptus, sed qui grauissimos tumultus, ni fallor, sit ex-
citaturus. Iam aliquot libelli prouolarunt in caput meum. At tamen timent,
oderint dum metuunt. Retexui pleraque. Cuperem ut per ocium perfectio li-
bello scriberes mihi sententiam tuam, ut soles, amice. Ioannem Damascenum hic nusquam
potui nancisci. Non nisi aurum, cuius scio tibi domi esse uim immensam, sed nouitate,
Sic fluxit in terræ uenis ut uides. Si quid mihi accideret humanitus, perisset: nunc in tuto
posui. Dum iste ageret meus famulus, sic periclitatus sum calculo, ut planè sperarem ma-
lorum finem. Nunc uinum nactus nouum, unum atque alterum mæsem meliùcule habeo.
Rex Galliarū incredibilis est in me affectu. Expector. Thesauraria Turonensis parata est,
τὸν ἀστὴρον quingentorum coronatorum. Præmissi Hilariū meum. Sed dum cogito regē
esse totum in bellis, instare hyemem, ualitudinem aliquanto commodiorem, sed quæ quā-
libet facili occasione possit periclitari: postremo dignitates eiusmodi mihi nihil aliud esse
quàm boui clitellas, propemodum decreui hic hybernare. Accedit & illud, si quò nunc mi-
grarem, clamarent omnes Lutherani, me celsisse metu. Præstat in primo fremitu a desse.
Si cupis tuum opus excudi, agam cum Frobenio. Nondum enim egi serio. Bene uale Pre-
sulum optime. Datum Basileæ pridie nonas Septemb. Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. THEODORICO HESIO S. D. N.
Adriani dudum Secretario S. D.

ITTO ad te collationem de libero arbitrio, quā his diebus ædidi, non igna-
rus quam non uersarer in mea harena, quantamque tempestatem concitare
in caput meum, at tamen declarare uolui, mihi certe propriam uoluntatem
non deesse. Fautor Lutheri indices latius serpsit. Iam Gallis quidam magis ma-
niunt, quàm ulli Germani. Omnes habent in ore quinque uerba, Euangeli-
um, uerbum dei, fidem, Christum & spiritum. Et tamen hic tales uideo multos, ut non du-
bitem quin agantur spiritu satanae. Utinam hic tumultus à Luthero excitatus, ueluti uiol-
entum pharmacum, adferat nobis aliquid bonæ sanitatis. Texuisssem tibi longam histori-
am rerum quæ hic geruntur per Lutheranos, ut uocantur, quum hoc etiam cognomine
sint indigni, si uacasset. Cura ualitudinem tuam uir optime. Basileæ postridie Calend. Sep-
temb. Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. ZACHARIÆ DEIOTA
ROPHYSIO S. D.

STVM animi tui erga meos candorem lubens exocularer mi Zacharia, si
tua fortuna par esset tuis uirtutibus. Nunc non opus erat tuas facultates, me
diocres ut arbitror, grauari impendijs, præsertim cum Liuius non deessent
pecunie, & à me in mandatis haberet, ne quid te grauaret sumptu. Non pos-
sum non uehementer amare senectutem Thomæ Louelli linguis ac bonis

literis resflorescentem, quum uulgus hominum hoc ætatis soleat congerendis pecunijs in-
hiare. Munus quod mittit a deo gratum est, ut si centum Marcas misisset, non fuerint futu-
re gratiores, quanquam non sine pudore accepi. Sed quis auderet recusare quod sic da-
tur. *πένον*, inquit, *ὁβία φιλῶν*, & do nō de meo, sed de patrimonio Christi, cuius quum sit
omnium commune, dispensator sum non dominus. Hic nimis animus est Euangelicus,
& tibi mi Zacharia talem amicum gratulor, ita me deus amet, ex animo. Egerrime caritu-
rus sum Liuius, tamē quoniam iam grandescit, nolui illi perire ætatem in obsequijs meis.
Itaque decreueram illum mittere Louaniū meo sumptu, ut aliquot annis totus uacaret ho-
nestissimis discipulis, ad quas est natura compositus. Nolim tamen illum esse scribā Car-
dinalis, ne pereat in aula. Si patietur cum Louanij studere cum suo ex fratre sororis nepo-
te, non improbo. Sin minus, me certe improbante rem gesserit Liuius. Bene uale Za-
charia charissime. Saluta diligenter Andream Smithium, cui fortasse non uacabit scribe-
re. Basileæ octauo Augusti. Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. REGI ANGLIÆ HEN-
rico octauo S. D.

NUCTISSIME Rex, non ignorabam, quam essem ineptus harenæ gla-
diatoris, semper in amencissimis musarū ortis uersatus. Sed quid non audeā
tua felicissimæ maiestatis fretus auspicijs? Iacta est alea, exijt in lucem libel-
lus de libero arbitrio, audax mihi crede, facinus, ut nunc res habent Germa-
niae. Expecto lapidationem, & iam nunc aliquot rabiosi libelli prouolarunt
in caput meum. Sed consolabor meipsum, exemplo maiestatis tuæ, cui nō parcat istorum
immanitas. Decretum erat et alioqui facere ad quod per literas hortaris, & religioni Chri-
stianæ iuuandæ immorari: sed tamen alacrior id faciam, posteaquam tua maiestas, currenti
quod aiunt, calcar addere dignata est, cui precor felicitatem perpetuam. Datum Basileæ,
postridie nonas Septemb. Anno M. D. XXIII

THOMÆ CARD. EBORACENSI ERASMVVS
ROT. S. D.

RENISSIMI regis tuamque sequutus autoritatem, protinus & absolui &
ædidi libellum de libero arbitrio, facinus audax in Germania, ut nūc quidem
res habent. Temperauimus à conuicijs, ne merito possint iritari. Quod si ut
solent contumeliose responderint, seipfos grauabunt non me. Iam aliquot
libelli prouolarunt in caput meum, sed spero hoc illis non semper impune fo-
re. Opus hoc nemini uolui dicare. Clamassent illico me cōductum in gratiam principum
hæc scribere, itaque & magis illos prouocassent, & operi derogassent fidem: alioqui uel tibi
dedicassent, uel summo Pontifici, qui misso diplomate humanissimo, atque etiam ducentis
floreis aureis, egit gratias pro inscriptione Actorum. Non arbitratus sum hanc occasio-
nem dandam malis, qui uel sine occasione maledicunt. Liuium meum tuæ esse uoluntati pla-
cere gaudeo. Apud me sat feliciter processit in utraq; literatura. Cæterum amplas fortu-
nas illi dare non possum. Natus est ad liberales disciplinas, & quanquam mihi uehemen-
ter necessarius erat, tamen magis habui rationem cōmodorum illius, quàm meorum. Po-
test adiuuare studia cognati tui in Academia Louanensi. Amplitudini tuæ facillimum
erit illum ditare, tantū id rogo ut illi relaxes satis ocij ad literas. Quo doctior euaserit, hoc
futurus est utilior, tum tibi tum tuis. Mitto libellum de libero arbitrio celsitudini tuæ, alte-
rum regis maiestati, cui dignaberis me semper commendare. Quod in Liuium contu-
leris, in me collatum arbitror. Pro misso munere ago gratias. Datum Basileæ, postridie
Calend. Septemb. Anno M D XXIII

ERASMVS ROT. HIERONYMO ALEANDRO

Archiepiscopo Brundusino S. D.

IR eximie: Rursum queris, quod te literis meis traducam, imò iam tribus aut quatuor locis in lucubrationibus meis honorificentissimā facio tui mentionē, quæ res apud Germanos mihi summā cōflauit inuidiam. Quod olim non nihil questus sum per literas apud amicos, nouū uideri nō debet, quum nō ignorarem, quàm hostiliter me primū impeteres. Vidi literas quas scripseras Leodiensi episcopo, quæ me præter causam fatis odiose attingebant. Mox animū tuum iniquiorem in me magis exacerbauit atratus ille omnium qui uiuunt sceleratissimus ac mendacissimus, cuius tamē res erant in eo statu, ut potuerim illum uerbo perdere. Itaq; & tu fugitabas colloquū nostrū, & Præsul ex eo tempore factus est parum amicus. Nec enim nescio quæ dixerit in concilio Vuormaciēsi, nec hodie sui dissimilis est. Porro quæ tu passim prædicares de me Agrippinæ, etiā Poloni & Vngari mihi narrabant in uis obuij. Certe ille tibi notus, qui iam dudum est patriarcha nouæ ecclesiæ Argentorati, nunc etiā nouus maritus, nihil non uel scripsit uel narrauit. Quin ex Glapione cognoui q̄ atrociter detulisses me apud Casarem, Idem hic narrauit præter ceteros Episcopus Argentinensis. Porro quod postea subleuaris, habeo gratiam, & hoc patriarcha mihi narrauit, sed sic ut eam laudem sibi uendicaret. Nec obscurum est mihi quàm odiosas censuras de me ferant eruditi quidam Romæ, quibus tamen leuiter commoueor. In eruditione facile cedo omnibus. Certe apud nostros barbaros tempore parum felici, non omnino infeliciter promoueri recta studia, quæ tibi quoq; non parum debent, nec tu minus illis. Quod si uoles nos tuis etiā lucubrationibus adiuuare, uidebis Erasmum candidū applausorē tuæ gloriæ. Nec dubito quin inter nos pulchre conueniret, si liceret conuiuere. Est istic Anglus nescio quis, qui scribit inuectiuas in me: sunt qui uocēt Lutherum Erasmianum, sunt qui nimis impudenter iactant Hecubam & Iphigeniam à me non uersas, quum tot sint qui uiderint me sudantem in hoc pistrino: sunt qui dicunt me in Hieronymo tantum diuinasse, quum frequenter citem uetus exemplaria, quæ ubi destituunt, sic diuino ut admoneam lectorem, non fallam. In Cypriano uersus à typographis omissos mihi imputant. Nam non aderam editioni. In Seneca quidam, ut scribunt, emendauit tria milia mendorum in opere de naturalibus quæstionibus. In hoc opere non succurrebat ullum exemplar uetus. Et totum hoc negotium commissum erat cuidam, cui crediturus eram etiā uitam meam, is rem absente me pessima fide gessit. Vbi sensit me queri, sustulit exemplar meam manu notatum, ne conuinceretur. Epistolæ Hieronymi modo sunt rursus editæ, plurimis locis emendatis. Præcipitandi culpam agnosco, nec possum inficiari, sed interim prouehuntur studia: si quis adferet elimatiora, non habet quur in me debacchetur, qui quod potui præstiti. Erasmus Romæ uocor, quasi uestri scriptores, nō dicam Pios & Beroaldos, sed Hermolaus Barbarus & Politianus nusquam lapsi sint. Fingunt me hostē Italiæ, quū nemo candidius prædicet de ingenijs Itatorum. Quadraginta aureis conductus male castigauit Plautum, imò pactus coronatis uiginti, tantum cursim perlegi, ut distinguere uersus, ubi genus carminis esset perpetuum, de mendis tollendis nihil receperam. Ita quisquis hic præstiterit operam, nihil habet rei mecum. Aliq; permulta dicuntur istic à morosis censoribus, in quibus nonnulla sunt quæ uidentur abs te profecta. Nam quod quidam te mihi præfert in omnibus, etiā in re Theologica, non arbitror ad meam ignominiam pertinere, non hercule magis, quàm quod ditior es, aut formosior. Hoc ipsum abunde gloriosum est mihi, uel conferri tecum. Sed de his iam nimis multa. Esto liberum cuiq; suum de me iudicium, modo me patiantur esse orthodoxum. Hæc liberius ad te scripsi, nactus notum ac certæ fidei γραμματογράφου. Sit igitur inter nos omnium illorum ἀνευσία, & senties Erasmum constantem & candidū tuæ gloriæ fautorem. Bene uale, Basileæ postridie Cal. Septembr. Anno M. D. XXIII

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XIX

CLEMENTI SEPTIMO. ERASMVS
ROT. S. D.

E ATISSIME pater, Oratione uix consequi queam, quātum antimo gaudiorum conceperim, ubi primum rumore, mox Card. Campegij, & eruditorum hominum literis cognoui, ex illa clarissima Mediciū familia Clementem VII. rerum gubernaculis admotum, talibus animi corporisq; dotibus præditum, quales hæc undiq; turbulentissima tempora postulabant: quæ ut ante me publicæ tranquillitatis amantissimum maiorem in modum discruciabāt, ita mihi protinus gestire cepit animus, nescio quid nouæ felicitatis præstagens, a deo ut magis liberet publice gratulari orbi Christiano, quàm priuatim tibi. Auxit hoc gaudium meum, quod ex amicorū literis liquido cognoui, quàm tua Sanctitas amanter sentiret de Erasmo. Longum esset hæc ab initio repetere, nec tuæ occupationes prolixum sermonem patiuntur. Illud ausim deierare apud Christum mentis nostræ conscium, si pernoctet tua Sanctitas, quanta fide, quantaq; constantia me gesserim in hoc negotio, qui nec magnorū principū sollicitationibus, nec amicorum eruditorū illecebris, nec rursus quorundā odij, qui me ob inuectas apud nos & euectas linguas ac bonas literas peritus oderunt q̄ Lutherum, perPELLI quiuerim, ut seditioso negotio me adiungerē, & aduersus sedis istius dignitatem conspirarem: quantum etiam nunc odiorum ac minarum sustineam hæc ipsa de causa apud Germanos.

Ego semper me

meaq; omnia submili iudicio Romanæ ecclesiæ, non repugnaturus, etiā si iniquam demerit sententiam, Nam omnia patiar potius, quàm ut sim seditiosus. Sed hoc mihi certior est fiducia, tuæ Sanctitatis æquitatem non passuram, ut paucorū insanis odij dedar. Mitto huius in te animi pignus Paraphrasim in Acta apostolorum, quæ tum forte excudebatur. Eam destinaram Card. Eboracensi, quo ego iam pridem amantissimo patrono utor. Sed uerso consilio dicabitur illi liber qui nunc in manibus est de libero arbitrio aduersus Lutherum, quod illi suspicor etiā gratius futurum. Cesar et Margareta reuocant in Brabantiam. Rex Gallus montibus aureis inuitat ad se. Me uero nihil auellet à Rhoma, nisi mors, aut calculus morte crudelior, si modo sensero tuam istam æquitatem aduersus iniquos calumniatores mihi præsidio futuram. Doctrinā non cōfido me omnibus approbaturū. Certe fidem ac sinceritatē conscientiæ, planè confido me bonis & æquis omnibus declaraturum. Precor beatissime pater, ut dominus Iesus te uelit esse noui & aurei seculi iudicem & instauratorē, id quod uehementer & opramus & futurū confidimus omnia quibus hæc dissidia merito displicent, Basileæ Idus Febr. Anno M. D. XXIII

Crede mihi tua S. superabit omnium pontificum gloriam, si hos bellorum & opinionum
tumulus cōposuerit: alterū efficiet, si se præbuerit æqualem principibus omnibus, alte-
rum, si spem fecerit se uelle mutare quædam, quæ falsa pietate mutari possunt.

ERASMVVS ROT. HENRICO STROMERO AVRBA/
CHIO MEDICO S. D.

ISI falsissimam epistolam tuam, quatuor interm rissum ridens sardonit.
Refricuit mihi iocus tuus Mori mei dictum quoddam illepidū. Nam ad
tis libris De copia: emisit, inquit, Erasmus utranq; copia, quid itaq; sibi reli-
quum fecit præter summā inopiam? Ita profecto nunc habere desij liberum
arbitriū, posteaquam emisi in uulgas. Optabam esse spectator huius fabulæ,
non quod ecclesiæ negocio pro mea uirili pigeret adesse, sed quod uiderem esse rixam de
paradoxis, nescio quibus: tum autem diuinabā futurū, ut si me admiscerem actioni fabu-
læ, nihil aliud quam rem exasperarem, meo pariter & causæ malo. Postremo considerans
uitam Christianorū undiq; corruptissimā, etiam pessime sensissem de Luthero, tamen
Ee 2 propemo/

propemodum iudicabam illum *ἀναγκαστικὸν ἔργον*, quod qui toleret, toleret id quod hoc statu temporum esset optimū. Verū illud erat in fatiis meis, ut hoc ætatis ex mulico fierē retitarius. Deplorat Laberius mimographus, quod annos natus sexaginta Cæsaris auctore protractus esset in scenā, ut qui domo egestus erat eques Romanus, rediret histrio. Ego idem ferme ætatis ex cultore musarū fio gladiator. Veianius qui semper uersatus fuerat in harena, excusatione senectutis meruit missionē. & armis Herculis ad postem fixis later abditus agro. Ego semper in campis musarū uersatus, in hanc cruentam pugnam protrudor, non aliter licuit. Clamitabant sophistæ, conuenit inter Erasmi & Lutherū, neuter alterum impetit. Principum expectationē diutius fallere non erat tutum. Odiose prouocabant quidam Lutheri amici, sed ipsi etiam Luthero infelicissimi, ut si me cōtinuissem, uisus fuisset istorū mnis territus siluisse. Quin & epistola Lutheri, quam per Ioachimū ad me miserat, iam habebatur Argentorati, nec dubiū quin breui proditura. In ea pollicetur se non stricturum in me calamū, sed hac lege, si abstineam a dogmatis ipsius ex professo labefactandis, quemadmodum hactenus fecerā. Hic nondū satis liquet, utrum mihi futurum fuerit turpius metu an ex pacto quietem agere. Itaq; facta est alea, sed sic ut ne uerbum quidem præter animi sententiā scripserim. Quod ais me male audire apud sophistas, nihil noui nuncias, nec ullam unquam cū istis pacem uel spero uel ambio. Cæterum quo Lutherus in me sit animo, quum res agatur fidei, plane leuiter æstimo. Quam autem non magnifice de me sentiat, multis epistolis ad amicos scriptis declarat, in quib. facit me cæcum, miserabilem, ignarum Christi, alienum ab intellectu rei Christianæ, rudem spiritus, adhuc affixum literæ. Sed mirum non est si sic de me iudicat, qui neminē ueterum non magnifice contemnit præ se. Utinā quod habere se profitetur, uertat ad ecclesiæ tranquillitatem. Ego quod semper egī, non desino persequi, ut cum bonis literis floreat sincera pietas, nec hic ulla mihi prætermittitur occasio, si liceat proficere. Sed Lutherana pars indies magis ac magis exacerbat animos principū. Diuersa pars tantum uulgaribus utitur remedijs, carceribus, palinodijs, cōfiscationibus, & fasciculis, quibus nō uideo quid profecturi simus in hoc malo, quod tam late peruagatum est, & indies se profert longius. Nisi scirem Deum moderari res humanas, ac frequenter fabulam a nobis pessime cœptā, in optatam ducere catastrophen, non diuinarem alium exitū huius rei quam cruentissimū. Carolus dicitur hic fuisse, sed uix Oecolampadio salutato. Edidit sex libellos, duo qui excuderūt, nudius tertius coniecti sunt in carcerē, iussu magistratus, ob id potissimū, quod ut audio, doceat in Eucharistia non esse uerum corpus domini. Hoc nemo fert. Indignantur laici sibi eripi deum suum. Docti commouentur uerbis scripturæ sacræ & ecclesiæ decretis. Hæc res excitabit nobis magnam tragœdiam, quum tragœdiarū plusquam satis sit. Per longū fuerit, si hic recenseam quid hic agatur. Scis Tigurinos omnes diuos eiecisse e templis, Vualshutenses etiam e uitreis fenestris priuatarum ædiū. Phallicus in mōte Bellicardi regnat pro sua libidine. Sed nā ego ineptus, qui hæc ad te, qui prius opinor hæc audis quam hic fiant. Bellus uero iocus istorū qui iactant me detrectare martyrium, quasi mihi multum huius uitæ super sit, aut quasi calculus non tale malum sit, ut quamuis mortem faciat optabilem: an martyrium detrectat, qui sincere quod sentit profitetur. Affirmas te mecum sentire de libero arbitrio. Non statim Euangelium est quicquid isti docent, & non raro docendi modus aut docentis mores excitant tumultus. Ego quum nihil ambiam in hac uita, sic moderabor mea, ut prosum omnibus, quod quidem licebit, & principibus, & pontificibus, & phariseis, & sophistis quamlibet in me iniquis, & rabulis euangelicis. Fortasse gratia quæ negatur uitæ, reddetur memorie, apud Christum certe nihil officij perire potest. Quum hæc scriberem epistola tua ad manum non erat, proinde non miraberis, si minus ad omnia respondi. Bene uale uir optime, Basileæ quarto Idus Decembr. Anno M D X X I I I

Priusquam has obsignarem, forte uenit ad manum epistola tua. Festiuū est quod naras de medico, nec multum aberrauit a scopo tua diuinatio. Et tamen est hic ecclesiastes, qui in singulis concionibus aliquid differit contra libellum meum, apud promiscuā multitudinem. Quam uir sit fortis Lutherus nescio. Hic nobis hoc nouum euangelium gignit nouum hominum genus, præfractos, impudentes, fucatos, maledicos, mendaces, lycophantas, inter se discordes, nulli commodos, omnibus incommodos, seditiosos, furiosos, rabulas

rabulas, qui mihi adeo displicent, ut si quam nossem ciuitatem ab hoc genere liberam, eograrem. De libero arbitrio nihil scripsi præter animi sententiam, in multis alijs a Luthero dissentiebam, sed uerebar impugnare, ne fructus huius tumultus mea periret opera. Et isti stolidi iactant, me sentire cum Luthero, cæterum metu dissimulare. Egregius uero futurus sum martyr, si in gratiam talium nebulonū mentiar in caput meū. Sunt apud nostrates plurimi qui fauēt Luthero, quod si præscissem huiusmodi rabulas prodituros, statim initio professus fuisset me factionis huius hostem. Vtriusq; iuuentis, a Duba & ab Haubitz, in doles mihi uehementer placuit, nec defuturus sum officio meo, sicubi queam illis esse commodo. Rursum uale.

Emb. Anno M. D. X. X. I. I. I.
ERASMVVS ROT. THEOBALDO FETTICHIO S. D.

VO grauiorem bonis literis calamitatem minatur hoc seculum longe turmultuosissimum, hoc impensius adnitendum est ijs qui perspectum comperuntq; habent, absque linguarum ac politioris literaturæ conditura, frigiditas, mutas ac pene cecas ene reliquas disciplinas omnes, nec florere respublicas, nec liberalem esse uitam, breuiter uix hominem hominem esse. Quomodo pones uos esse rarum ueterum codicum thesaurum, quātopere uero uel tu, uel ornatissimus uir Vuolphangus ab Assenste in fauceis studiorum negocijs, iam pridem & famæ præconijs, & eruditorum hominum literis cognouit, tum q̄ propensa sit utriusq; erga studiorum cultores humanitas. His rebus fretus et Hieronymus Frobenius, nō dubitauit isthuc proficisci, nec ego ueritus sum te meis literis appellare. Ac mihi quidem præfagit animus hanc uel audiam, uel, si quis malit, fiduciam nobis feliciter esse cessuram. Nemini potest obesse, quod tam annos roannes Frobenius, quam is uiginti, laboribus, impensisq; ornarit eximios autores, idq; longe maiore rā gloriā quam iudico. Habet domi uirum utriusq; literaturæ doctissimum, pariq; fide præditum, quod ego sanè non in postremis numero. Mihi præterea uel immori libebit huic negotio, tam utili, tamq; pio. Proinde meo

Be 4 iudicio

iudicio non alius dignior uestro fauore quam Frobenius, nec per aliam officinam melius consultum fuerit præclaris autoribus, denique in alium egi gratum memorem locaueritis uestrum officium. Porro si quid mea scripta ualebunt, hæc uenit cum Vergilio licuit dicere, utinam & illud adijcere liceat. Nulla dies unquam memori uos eximet æuo. Certe dabitur opera pro uiribus ne posteritas ignoret cui debeat hanc literaturam uetustioris accessionem. Bene uale cum clarissimo præfecto Vuolphango ab Assenstein. Datum Basileæ nonis Decemb. Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GEORGIO DVCI
SAXONIAE S. D.

ERENISSIME princeps, nec mihi uacabat scribere, minus fortasse uacat Celsitudini tuæ prolixas epistolas legere, nec erat magnopere quod scriberem. Cæterum quoniam hunc nactus eram Franciscum Dilsium iuuenem apud suos non solum claro & opulento, uerum etiã honesto genere prognatum, cuius ingenium synccrum uereq; generosum diutino conuictu cognitum ac perspectum habeo, uisum est per eum saltem illustrissimæ Celsitudini tuæ salutem ascribere. Quem si dignaberis tuo colloquio, poteris ex eo de rebus meis omnibus certior fieri, quas ille melius nouit quam ego ipse, & est summæ fidei, minimeq; uanus. Meo malo sum expertus, quàm non sit tutum omnia literis committere. Dominus seruet felicem ac florentem Illustrissimam dominationem tuam, cui me totum offero. Datum Basileæ nonis Februarij, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS BERNARDO EPISCOPO
TRIDENTINO S. D.

EVERENDE præsul, ex superiorib; amplitudinis tuæ erga me officijs per spexi singularem quandam naturæ bonitatem; ex proximis uero literis quibus me tam amanter consolaris, pietatem etiã erga me tuam agnouit. Utinam & tuis dotibus & meis laboribus contigisset seculum felicius. Nō eram ausurus tuo nomini dicere Irenæum quamuis probatum autorem; nec enim hoc officium omnibus perinde gratum est, neq; quicquam magis fugere soleo quàm captatoris opinionem; nisi tantum apud me ualeret Ioannis Fabri tum iudicium, tum autoritas, per quem nūc mitto librum, sed rudem. Recentior enim est, quàm ut compingi possit. Si gratū est quod fecimus, erit quod mihi gratuler; sin minus, mihi certe leuius succensebis, qui tam insignis amici uoluntati morem gesserim. Opto tibi felicitatem perpetuam ornatissime Præsul. Hunc Laconismum me docent immensi studiorum labores. Nunc enim quartum mihi retexuntur annotationes in Nouum testamentū. Datum Basileæ die Mercurij ante Michaelis, Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. CLARISSIMO VIRO CHRISTOPHORO A
Schidlowietz &c. regni Poloniae Cancellario S. D.

ENTIVS inter nos cōmeant epistolæ; uir ornatissime, quanq; tua satis mature peruenit, scripta ad Cal. Martias reddita est ante Idus Masas. Nam suspicor uos nouū annum auspicari à Paschali die. Dñs in euāgelio beatos pronunciat pacificos, quo in negotio, quoniam tu nūc optimi regis iussu uersaris, precor ut quod agis succedat, multosq; tua prudentia reddas beatos; hac de re scripsi non nihil & in clyto regi Poloniae Sigismundo.

Hæc ætas principes habet ferè iuuenes, quo magis oritur Deus. Sigismundum nobis diu seruet incolumē, cuius pietas, animi magnitudo, singularisq; prudentia, ac plurimus rerum usus, salubribus consilijs plurimum prodesse poterit, & principum cōmodis, & reipub. tranquillitati. Munera tua plane tuo digna sunt animo, sed tamē in ratione tuorū in me meritorū nouissimā penē lineam occupāt. Antoninum meum tibi charū esse gaudeo, nullum adhuc ingenitū expertus sum illo candidius.

Habes epistolam mea manu, leuare reor ut legas. Languēbam adhuc à uehementissima diarrhoea. Dominus te seruet incolumem. Datum Basileæ XVII. Cal. Iunias, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. TIELMANNO A FOSSA S. D.

ERREIS xenijs ad amicitiam prouocatus, chartaceis respondeo, non quidem æreis aurea, sed tamen accepta pensans deterioribus. Adeo uero non aspernatus sum hoc qualecunque munusculum, ut hinc etiã collegerim te sincerissimo animo de meis moribus quàm optime sentire. Alioqui solent & qui preciosa mittunt multis uerbis precari uentam, quod meritis inferiora mittant. Itaq; munusculi tui uilitas mihi precium ipsius auxit, & isti tam beneuolo periclori meo profiteor altissimi esse, id quod hoc epistolio ueluti syngrapha legitima singulis & uniuersis contestatum esse uolo. Opto tibi prosperam ualeitudinem. Datum Basileæ pridie Ascensionis. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS ANDREA CRITIO
EPISCOPO PLOCENSI S. D.

ORNATISSIME praesul, libellum tuum degustavi uerius q̄ perlegi, nec dubito, quin totus sit placiturus ubi totum perlegero: Video strenuum propugnatorem ecclesiae, uerū non arbitror tuam istam prudentiam egere monitore: alioqui uel admonerem uel rogarem, sic depugnet aduersus hostes publicae tranquillitatis, ut uictoriae gloria nō hominibus cedat, sed Christo.

Accidit ut uideo tibi, quod & prouerbio dici solet, dedisti malū & accepisti, qui ἀλυστὸν γαστήρμα, nihil cōmodiore permu-
tasti. De libertate frustra tibi blandiris. Semel aulae frenum momordisti, seorsum perferas oportet. Quāq̄ est istud ē republica, ut homines eruditi ad publicā auctoritatem sanctio nemq̄ pertrahantur. Dulce quidem est ocium studiorū, sed homo non sibi nascitur tantū, uerū etiam patriae. Habes miserabile spectaculū, quod ijs qui Erasmo male uolūt, citius possit esse in delicijs q̄ tibi, nisi forte picior uestris blanditus est affectibus. Nā istam imaginem in scio me suffuratus est. Vtinam imago quam lucubrationibus meis expressi, probetur tibi cuiq̄ similis iudicio. Haec ad literas tuas quas tu uento cōmiseras, quemadmodum scribis, uix alia celerius peruenere. Opto R. T. Amplitudini felicitatem in domino perpetuam. Datum Basileae XVI. Cal. Iunias, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS LEONARDO COXO ANGLO S. D.

TINAM mi Coxae tam esset in procliu referbere omnibus, quam est redamare quotquot nobis bene uolunt. Verum studiorum labores plusquam totum tempus sibi uindicant, in tantum ut nec agrotare uacet, nec mederi corpusculo, tantum abest ut liceat omnium epistolis respondere. Epistola tua proxime scripta, fuit undique iucunda, praeterquam duabus partibus, quarum altera laudibus immensis oneras me uerius quam ornas, etiamsi hoc quoque molestiae lenijt animi tui candor, unde certum habeo quicquid istud est erroris proficiscet: altera nuncias

nuncias Iusti nostri ualetudinem aduersam, cui uero ut promeretur, optarem omnia esse prosperrima. De tracho scapulae osse, pridem ipse mihi scripserat. An aliud accesserit malum nescio, per hunc gramatophorum nullas ab eo literas accepi. Ecclesiastae Cassouien-
sis animum satis admirari non possum, censeo fortunam amplectendā, uel ob id quo pluribus prodesse queas, uel ob hoc ne pessimo cuiq̄ sis cōrempuit. Esti qui dignitate praeminent, non possunt omnia corrigere, quae geri conspiciunt uel a populo, uel a principibus, tamen non parum malorum possunt excludere. Si nos inuisat, reperiet nihil aliud quam pro thesauro carbonem.

Anianum nostrum apud te uiuere gaudeo. Habes felicem materiam, artifex probus, quem quidem *καρὸς ἐστὶν ἐμὸς*. Critij, iam commutato nomine Plocensis episcopi literis respondi. Oportet istam ecclesiam deo charam esse, cui perpetua serie contingere tres tales episcopi, qualis unus uix multis annis contingere solet alijs. Copia ante menses sex rursus edita est, multis modis a me locupletata, quam aditionem ad te mittam, si hic non grauabitur sarcinulam. De synere quod quaeris, sic habet res. Ante annos ferme uiginti, quum Senegingerem ingenium Alexandri archiepiscopi S. Andreae, fratris huius qui nunc Scotiae regnū tenet, nactus sum Aulum Gellium peruetusta aditionis, & nī fallor prima. Mihi uidebatur caeteris quas uiderā emendatior. Illic & Graece & Latine habebatur synere. Quanquam autem ex interpretationes quae in itū habent ab id est, nō sunt A. Gellij, tamen eiusmodi uidentur, ut arbitrer ipsam nihil melius fuisse sua redditurum. Nunc etiam in Aldina editione uideo scripturā utramque mutatam, pro synere repositum *συνερίων*, & metri quidem cōstat ratio, uerum an germana sit lectio nescio. Ego suspicabar synar talem esse uocē qualis est piper. Nihil tamen haecenus apud autores comperi quod mihi satis arideat. Nam cinnarae naturam non describit Plinius, nisi quod huius gustu ceruum ait mederi sibi, pabulis toxicis gustatis. Helychius refert cynarum, quem alij *λευκόκαρυ* appellant. Verum hoc quoq̄ *σύνερον*. Proinde mihi uidetur optimum eam uocem eradere, id quod aditione nouissima factum arbitror. Zebriouio tuo scribam, si quid omnino dabitur ocij. Datum Basileae duodecimo Calen. Iunias, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. ANTONINO MEDICO S. D.

TV candore temet usque superas, qui sic exaggeras tantilla mea in te officia, tua longe maiora dissimulans. Virinus aliquam partem suae tragico comediae, seu potius comico tragodiae pridem ad nos per scripsit, bonā partem rejiciens in Ioannem Fabrum, qui cum haecenus mihi non contigit colloqui. Nec interea scire potui quid se cōtulerit. Nam uidebatur ancipitis esse consilij. Res Vngariae tam esse turbulenta, uel tua causa doleo, cui cupio, sicuti mereris, fausta tranquillaq̄ esse omnia. Quoniam meum requiris cōsiliū, dum res principum in ancipiti sunt, nulli me uehementer addicerem, certe neminem offenderem.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

A Turzone, significas opinor Alexium, nihil accepi neq̄ boni, neq̄ mali, nisi quod arbitror hominē meum studium boni consulere. Ab Henkello per hunc nullas accepi, ne in nundinis quidem proximis. Quod episcopus *_____* recusat, non dubito quin illi constet sui consilij ratio, tamen ut nūc res sunt mortaliū, praestat esse subulecū quam suam. Rogo quid erat feriae rei, ut huc tanto itinere profectionem adornaretis? An ut Erasimum uideretis morientē? Morior enim mi Antonine quotidie. In Galeno etiam si maxime possem quod cupis, non uacat. In harenam gladiatoriam retrahor. Hippocratem male uersum non est quod imputes Caluō. Nam is nihil aliud est quam typographus, alioqui indoctus. Martino Dobregasto precor omnia laeta, cui si quid a me praestari queat officij, non grauare fecero. Fucatis amicis fidendum quidem non est, sed tamen abutendum censet Cicero, saltem ut parcius laedant. Nec omnino uanum est quod scripsit Ouidius. Sape etiam uere coepit simulator amare. Andreae Critij, mutato nomine, nunc Plocensis episcopi, libellum accepisti cum

cum ipsius literis, tamen breuib. Optima coniugi tuae felicitatem opto plurimam. Pe-
lit aliquot ex medicis nostris absorpsit, & in his Syluerbergiũ. Vale M. D. XXVII
ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE ZEBRI/
DOVIO S. D.

ACIT hoc tum amicitia non uulgaris quae mihi iam pridem cum ornatissi-
mo praefule Andrea Critio, mutuis conglutinata literis intercedit, tum exi-
mia quaedam & tali digna auunculo indoles tua, quam mihi suis literis admo-
dum gratissime depinxit Leonardus Coxus adolescentiae tuae formator, ut te
uel salutare sim ausus, uel ad optimorum studiorum amorem incitare, licet
id quidem currente, ut aiunt, si modo uera scribit Coxus, cuius apud me fides est grauissi-
ma. Nil opus admissio subdere calcar equo. Verum ut in isto pulcherrimo studio Zebri-
dout charissime semper te ipsum alacritate superes, habes permulta quae debeant animum
tuum accendere. Primum enim ista tam felix indoles nihil de te non eximium pollicetur;
non nihil etiam expectationi addit Coxus institutor, hoc est probae materiae probus arti-
fex. Addo iam quod fortuna, quae dum est iniqua multorum generosos conatus retardare
solet, tuo subseruit ingenio, tum ampla, tum obuia. Sed illud in primis non te patietur
segnescere, quod exemplar habes domesticum tibi praelucens, in quo uelut in speculo uir-
tutis & eruditionis absolutissimam imaginem cernis expressam: Andreas Andreae, nepos
auunculo respondeas oportet. Exigit efflagitatque hoc abs te genus tuum, exposcit idem pa-
triam. Maeste igitur animi Zebri doli, fac indefatigabili studio contendas ad huius laudis
palmam. Aderit conanti Deus, qui in hoc ipsum te tantis naturae fortunaeq; comodis or-
nauit, ut opulenta fortis dignam industria tua iungeres usuram. Memineris optimam aeta-
tis portionem esse fugacissimam, nec unquam recurrere semel clapsam. In praesentia non
licuit tecum pluribus. Bene uale. Datum Basileae duodecimo Calendas Iunias, Anno
M. D. XXVII.

ERASMVS ROTERODAMVS FRANCISCO HASSEL/
TENSI FRANCISCANO S. D.

HONORANDE in Christo frater, audio te frequenter in tuis praedicationibus
nomen meum perstringere. Quod si uerum est, moneo ut memineris quid or-
dine uestro dignum sit. Scis nec pontifici nec Caesari probari tales infestationes,
quod uterque satis declarauit, etiam scripto. Scis inuitiles esse hoc statu re-
rum, quo meum caput pro negotio fidei tot expono periculis. Ego nullius or-
dinis sum hostis, uestrae uero congregationi, quoniam ceteris est incorruptior, semper uni-
ce faui. Si quid scriptis admonero, pro uobis facit, non contra uos, qui talia non probatis.
Quod si cupitis pristinum orbis fauorem uobis instaurare, his rationibus id faciatis oportet,
quibus cum primis peperistis. Peperistis autem uisae sinceritate, non conspirationibus
aut obreceptionibus. ~~Quod si cupitis pristinum orbis fauorem uobis instaurare, his rationibus id faciatis oportet, quibus cum primis peperistis. Peperistis autem uisae sinceritate, non conspirationibus aut obreceptionibus.~~
~~Ad quod inueni nunquam prouocabor. Quo minus deest uos a
hoc iacere, nam pridem tantis uariis consiliis uobis in eos mouimus. Quod si cupitis pristinum orbis fauorem uobis instaurare, his rationibus id faciatis oportet, quibus cum primis peperistis. Peperistis autem uisae sinceritate, non conspirationibus aut obreceptionibus.~~
bus locum habent altorum in uentura calumnia. Hoc dimittite, nec magis iacite. Sincere
tatis negotium ageris sincere, dominus prosperabit quod ageris. Sin ageris technis et cal-
lidis conspirationibus, omnia crede mihi, recident in diuersum. Dominus tecum. Basileae
XV. Calen. Iunias, Anno M. D. XXVII.

ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI BORSALO DECA/
NO ZANDEBURGENSI S. D.

AMORIS in me tui, non extincti quidem, sed tepidioris suspicionem conceperam
ex literis Martini Dorpij, & arbitror te scire de quo sentiam. Verum ea
suspicio non descenderat alte in pectus meum. & homo cum sim istiusmodi
humanis affectibus facile ignosco. Certe uoluptati est te conualuisse, uel reu-
xisse potius. Scripsi Maximiliano sicuti uolebas, tamen parum certus an is
esset filius Adolphi principis Veriani. Opto te quae prosperrime ualere. Datum Basileae
no Calen. Septemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVS ROTERODAMVS HENRICO CADUCEATORI
ASTHAFFENBURGIO S. D.

SI medicus essem, mihi primum essem, cui nunquam non res est cum imma-
nissimo calculi malo. Quum legamus multos eruditissimos uiros, plane ca-
cos fuisse, demiror te leuius incommodum tam impotenti animo ferre, quod
non cernas nisi propius admota, quod uicium si uerum est, comperi in pleris-
que qui ingenio procul uerum, quam alij leuius, alij magis obnoxij sunt.

Alexander Jacobi Scotorum regis filius, quem opinor nosse te ex adagij, adeo laborauit
hoc malo, ut ni nalo contingeret librum, nihil cerneret. Proinde si naturae uicium est, noli
pugnare pharmacis, sed adhibe uireae conspilla in hoc attēperata, ut qui penē ceci sunt,
cernant etiam procul disita. Nec tamen omnia congruunt omnibus oculis, eligenda sunt
ē multis, quae conueniant. Sin casus adduxit uicium, leniri potest uarijs remedijs, quae no-
runt & chirurgi. Sed praecipuum est fuga eorum quae laedunt oculos, inter quae est studium
a cena, & ad lucernam. Proderit assueuisse, ut quum licet, auribus studeas potius quam o-
culis. Tantū nunc licuit ad tuas literas. Bene uale. Basileae postrid. pētecostes. Anno mil-
lesimo quingentesimo uigesimo septimo.

ERASMVS ROT. FRIDERICO NAVSEAE ECCLESIASTAE S. D.

MHI iam pridem exciderat datus annulus, quanquam non exciderat animo
Fridericus. Ne tu dignus es maximis, qui sic attollis minima, rectissime iudi-
cans, si munusculi precij animo utriusque metiaris. Opro ut in omnium sanctissi-
mo negotio feliciter uerferis, nusquam oculos a Christo dimoues, ut illi soli to-
ta cedat uictoria. Nec enim magni refert opprimi Lutherum, si uictoriam in-
tercipiant Pharisaei quidam, qui gloria uentriq; suo seruiunt, non Iesu Christo. De Ro-
ma diri rumores adferunt, qui siue ueri sunt, siue falsi, nullam uideo spem pacis inter mo-
narchas. Sed Christus omnia uertet in bonum exitum, utinam mature. Hoc scripsi, ne di-
ceres nihil esse rescriptum. Non enim uacabat pluribus. Bene uale Naufsea charissime, Ba-
sileae postridie pentecostes. Anno M. D. XXVII.

ERASMVS ROT. LUDOUICO VIVI S. D.

VIDEO te factum *ἄδωρ ἀμφιβίου*, nisi mauis dici Mercurius superis deorū gra-
tus & imis. De silentio meo multas tu quidem causas recte coniectas, unam
addere debueras, quod aliquoties data non redduntur. De colloquijs demiror
tanto patrono uel in pessima causa deesse rationes, nunc inter pueros talia di-
spuntantur, & *ὁ χαλός* sua pueris scripsisse uidetur, tam scripsit pueriliter, po-
stremo grandescunt pugri. Itaque iam adultis magis seria conueniebant. Verum ut ingenue
dicā, perdidimus ~~illud~~ illud mihi aliud dicebat animus, aliud scribebat calamus.
Tua mihi ualde probantur, maxime quae de matrimonio. Sed affectas extemporalitatem,
quae tibi sane felicior est, quam multis exactissima cura. Si tamen eum impetum uelles mo-
derari, magisque seruire iudicio lectoris, cui agitur fabula, quae data est non uellio. An ma-
trimonio durior uidebaris in uxores, opinor in tuam te magis comem esse. Eode scabie ni-
mis multa. Quod tuorum libenter facis mentionem, habes cum Ciceroe commune, &
sane pietatis est, sed inuidum est hominum ingenium, alienos laudari ferunt lubētius. Ha-
bes meum iudicium, sed de quo tibi uicissim liberum est facere iudicium, obsequium certe
probes oportet, qui iusseris. Per hunc rescribes quae uoles. Bene uale, Basileae pridie Ascen-
sionis, Anno M. D. XXVI.

ERASMVS ROT. GERMANO BRIXIO S. D.

OFFICIUM meum tibi tātopere probari, sanē maiorem in modum gaudeo.
Id enim non segnibus uotis optabam, uerum haud sine metu. Bene cecidisse
uolupte est. Commentarium in epistolam ad Galatas iam absolui, Addam
fragmentum Origenis, Neque plura licebit hinc nundinis, eo quod non parua
temporis portio decidit in absoluendo Hyperaspista. Obstrinxi si de meā,
& hanc magnis conuicijs efflagitant amici, non ferentes aduersariorū insolentissimas in-
sultationes. Non nihil etiam operę dandum Ambrosio, qui nunc torus prodit emēdator.
Veniet ad te Babylas, sed Graece loquēs, ut per te discat Latine.

Hf Quod

Quod de illo tibi narravit Lupsetus, per alios quosdam audaculos factum est, in uno dum taxat opere, cui titulus, commentarius in Mattheum imperfectus, per hunc factum non esse compertissimum habeo. Hoc facinus per me traducetur, tacitis autoribus, ne simili si de tractent ceteros autores, quos multos excudunt. Idem excuderunt Prudentium. Nunc adornant Ciceronem. Me quidem applausorem habiturus es, non concertatorem. Ad id præstandum in uertendis *Circis* quod tu præstas, etiam si mihi non deesset eruditio, deest otium, desunt qui recognoscant, qui hallucinantem admovent. Miror in postremis tuis literis nullam esse Lascaris mentionem. Si recte ualet, facile ponam meam suspicionem. Tantum in præsentia licuit, alias prolixius confabulabimur. Bene uale. Datum Basileæ, post tridie pentecostes, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS ANTONIO EPISCOPO
Garcensi ecclesio S. D.

V A B V S epistolis me dignata est tua humanitas ornatiss. iuuenis, ad utraq; respondit, non tamen feci paria. Nam prioribus literis & copiosis & elaboratis respondi Laconice, alteris iustis, *κατακριτικαί*, quod id temporis ellem occupatissimus. tæti si nunq; non occupatus. Qui tuas posteriores reddidit, pollicebatur se rediturum ad nos, sed uerba nobis dedit. Verum eandem literas post pauculos dies famulus aiebat se tradidisse cuidam sacrificio. Is si sefellit, nihil nouæ rei accidit: hic ludus est quotidianus eorum qui nouo Euangelio gloriantur. Si tertio ad me scripsisti, scito non esse reddita. In alteris suspicabare me non satis intellexisse, quid sibi uellet quod peteres hominem liberum. Dubitabam fateor, utrum cælibem uelles, an ab his seclis immunem, utrunq; tamen diuinabam. Sed antehac nunquam suspicatus sum hunc Petrum esse maritum. Vide quom non sim curiosus in repub. aliena. Albertus Pius ante annū miserat mihi librum, quæ nunc aedidit Lutetiæ. Secuta est paulo post Romana calamitas, nec scire licuit certum, ubi nam ageret Albertus. Ita factum est, ut de respondendo non cogitarem. Vix tædem ex amicorum literis didici illum in Gallijs agere. Admonui hominem epistolio, disserter editionem, donec accepisset meam responsum: aut si id nollet, temperaret illa tam odiose, sed sine causa, in me congesta. Verum iam exierat liber antequam meq; literæ uenissent Lutetiam, & huc liber sero perlatus est. Itaq; relegendum libro & parandæ responsum, quinq; dierum opera data est. Audieram et antea rem ipsius Marte non esse gestam, & Lutetiæ Theologorum auxilio adiecit testimonia scripturarum. Id deprehensum est ex collatione eius codicis, quem manu descriptum miserat. Fortasse uidebor iudex parum integer, attamen nisi nihil omnino uideo, multum abest hic liber ab ingenio doctrinaq; quam expectabam ab Alberto. Cum nostra extemporali responsum mitto simul Viduam Christianam, quam rogatus dicaui Martæ Casaris germanæ, quondam Vngariæ reginæ. In hoc argumeto mihi non admodum placeo, quod nec simplex uideatur, nec admodum congruens puella, quæ, nisi fallor, alitur cōiugio. Verbis tamen expleui chartas. Sed tuū experimento iudicium, si tamen non grauaberis inter seria studia tua, nonnūquā ad hæc uelut augmenta diuertere. Mihi perquam incommode incidit hæc tempestas, quod quum ea sit corpusculi imbecillitas, ut nec amoenissima parte ueris sim uinū, cubiculum, aut cælum mutaturus absq; summo uitæ periculo, nunc hyberno cælo cogor nidum, cui iam annis fere octo assueui, deserere. Et cum hypocaustis nihil melius mihi conuenit, quam cum morte. Et tamen facienda est alea, quicunq; erit euentus. Verū hoc silere tutius arbitror plurimis de causis. Sunt & hic & foris, qui mihi minitentur. Onerassem hunc qui reducit equū Petri tui pluribus libris, si certus fuisset illum non recusaturū sarcinā: id fiet alias, si tibi non ingratum esse sensero. Interim sospitet te cum tuis omnibus dominus Iesus. Datum Basileæ sexto Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S.

R N A T I S S I M E præful, Scio me iam merito tibi uideri importunū, qui uos tantis negociorū molibus tantum non obrutos, meis literis interpellem. Sed paucis expediam. Mihi nuper Polyphemum quendam, non multo cordatio rem Homericæ Cyclope, neq; minus bibacem, ut libellum Martæ dicatū perferret in Vngariam. Hoc enim muneris sic ambiebat, sic imminebat, sic urgebat, ut ex illius prole decem illis aureis quos in uaticum dedi, paruo mihi redempto quietem

quietem. Nunc mitto similem libellum Sereniss. regi Ferdinando, cuius nonnulla ibi mentio, quem tua prudentia in tempore illi exhibebit, si modo iudicabit in tantis negociorum uicis, ullum dari otium ad hæc respiciendi. Adfert autem libellam simul cum literis Christophorus Carleuitzius, iuuenis genere nobilis, sed alienissimus ab omnibus, uicis, quibus hoc hominum genus ferè solet laborare. Est enim mihi illius ingenium domestica consuetudine penitus perspectum. Latini sermonis tam exacte peritus, ut me non pudeat illi palmam cedere, nec literaturæ Græcicæ rudis, tum in prudentia iuris non infeliciter uersatus. Accedit his dotibus rara quædam morū sobrietas modestiaq;. Non dubito quin plurimi ambiant sese inferere in famulitium Serenissimi Regis, sed huius similes arbitror esse perpaucos. Hunc itaq; si non grauaberis pro tua solita humanitate tradere Regi, uideberis mihi non minus optimi Principis cōsuluisse commodis, q; huius iuuenis. Sin aliter uisum erit tuæ prudentiæ, nihil hac mea cōmendatione grauabis. Nos hic ualemus, non ut uoluimus, sed ut possumus. Utinā diuina bonitas huic morbo remediū aliquod inueniat absq; bello. Sunt enim interdum eiusmodi remedia, ipso morbo grauiora. Reliqua cognosces ex Carleuitzio, si dignaberis illū tuo colloquio. Christi spiritus adhuc uestro concilio, nobisq; per uos pro his tēpestatibus tranquillitatē aliquam largiri dignetur. Bene uale, Datum Basileæ pridie Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. SIMONI PISTORIO S. D.

I S E R A M nunciū arte proprio conductū, quem arbitror apud uos fuisse, nondum enim rediit. Nunc scribendi occasione dedit Christophorus Carleuitzius, quem antea timide cōmendaram illustrissimo principi, semel atque iterum nonnihil pudefactus mea cōmendatione. Sed posteaquam hunc domesticō cōiuctu propius inspexi, penitusq; cognoui, non dubitarem illum cui uis Principi meo periculo commendare. Latine exacte callet, Græce mediocriter doctus, in iuris quoq; prudentia satis feliciter uersatus, ad hæc iudicij sobrijs, moribus commodis, nihil habes, neq; fuci neq; supercilij, in summa Thraconis illius dissimillimus est. Cogitur relictiis multis, quas unice adamat, ad aulicam uitam se cōferre: plurimū fiducia posuit in suo Principe Georgio, nec ego parum habeo spei, si modo tua humanitas dignabitur auctoritate gratiaq; sua nostram adiuuare cōmendationem. Quod ut facias te etiā atq; etiam rogo. Crede mihi penes iuuenem dignum, gratum ac memorē collocaris istuc officij. Datum Basileæ prid. Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS BALTHASARI EPISCOPO HILDESHEMENSIS S.

A M diu est ornatiss. Præful, quod amo tuā ciuilem benignitatē, non ignarus quantum illi pro singulari erga me fauore debeam. Sed hacienus non est oblata occasio per quam tibi uicissim grati animi significationem darem. Nunc obtulit commodum sese iuuenis hic maiorum quidem imaginibus clarus, sed longe clarior eximijs animi dotibus. Is desiderat tibi notus esse, quem si non grauaberis cognoscere, incipies sat scio diligere. Ex hoc de statu rerū, tum publico tum meo priuatim abunde cognosces, quando tutum non est quiduis literis cōmittere. In me sic fremunt quidam his nouis factionibus addicti, tum ex diuersa parte Bedda ac Sutor, Theologus, tum ex altera parte, ut si principum fauore subleuer, non possim subsistere. Nullorum enim improbitas tantum apud me ualebit, ut ab ecclesie confortio recedam. Utinam quemadmodum Serenissimi Regis aduentus bonos omnes in spem erexit, ita fauente Christi spiritu, hanc rerum tempestatem uertat in tranquillitatem. Bene uale, Datum Basileæ Idus Martias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO VERGARÆ S. D.

N I M I V M uerū dictum, homo bulla. Scripseras alacer, rescribis egrotus: satis recte ualens accipit tuas literas, nunc afflictus respondeo. Corripuit enim me tenacissima quædam, nec sine febri, nec sine uitæ periculo. Hoc patet me salutauit Martius. Atq; interim tamen molimur migrationem, cogimurq; è nido cui tot annis assueuimus euolare. Veremur enim ne quando exemplum in diuos ac diuas editū, in nos recidat: præterea stultissima quidem, sed mire pertinax suspicio quosdam habet, mihi clanculum cum his seclis conuenire, quū ut quisq; est illis addicissimus, me oderit pessime. Capitis itaq; discrimē capitis discrimine fugiendū est. Sed ne nihil ad tuā epistolā

Franciscæ charissime, si missa epistola non aliter obstringit accipientē quam numerata pecunia, tu danista es, qui prior epistola tā proluxa, tā erudita, tā amica prouocaris. Ego uero quū osurā quoq; deberem, uix sortis dimidium reposui, nimirū pro bene Græca male Latinam, hoc est, ἐν τῇ γυναικὶ χεῖρα reddidi. Quod si hoc meum qualecunq; referendæ gratiæ studiū accepitū tultit tua humanitas, rursus isto quoq; nomine debeo. Tu tamen non solum liberas debitorē, sed ultro etiā ~~mihi~~ **pro**fiteris obligatū. Nihil erat quod excusares, sed si quid esset maxime, malim mihi esse quod iure tecum ex postularē, q̄ tibi tā bonā esse purgandi tui causam. Quis fuit ille morbus tā tenax, tā inuidus, qui iuuenē studijs iuuantis natū, ultra annū lecto affixum detinuit? Quanquā arbitror te iadudū cōualuisse. Tuas enim literas prid. Cal. Iul. Madriti scriptas, Martio demū accepti, Nos sanē hic uiuimus, non ut uolumus, sed ut possumus, & uereor ne succedant acerbiora, si uentū ad arma fuerit, quò uidentur hæcenus spectare proœmia. Vtraq; pars fidit suis uiribus: sed uariis bellieuentus. Vtinā Christus ἐπὶ μυχῶν huic fabulæ latam addat *νεπαισποθύ*. Post hac mihi Franciscæ nec numerandis nec appendendis epistolis inter nos certabimus, sed mera animorū beneuolentiā, quæ si proluxa perpetuaq; sit, nō ita magni referet, quàm breues aut rara ueniāt literæ, quanquā hūc quoq; fructū amicitij uehemēter optamus accedere. Dominus te seruet incolumē. Datū Basileæ XVI. Calend. April. Anno M. D. XXXIX.

ERASMVVS ROT. ALFONSO VALDESIO S. D.

E Pantalabo sero moueras, aut ut melius dicā sero mihi redditæ sunt tuæ literæ, circa nonas Martias, quū absolutū esset quicquid ad Fræfordiensem

D mercatum erat deportandum. Idem libellus clam absq; typographi nomine excusus Lutetiæ, per amicos ad me missus fuerat paucis ante diebus. Ad-

diderant prætationem ad eius ordinis principē Cardinalem, sed sustulerant

quædam quæ sciebant apud Gallos ipsis obfutura, mihi profutura, id quod ex Hispanici libelli collatione deprehendi. Ex meis ad regē Franciscū literis, quarū exemplar ad te mitto, tantū decerpserat, mentitur iniquū Cæsare. Hoc Gallus nō intelligebat. Si dixissent iniquas cōditiones, probasset etiā. Quod sequebatur ex colloquio Puerpera desumptū, prorsus omiserant, quoniā sciebant Gallorū aures nullo pacto laturas. Illic ludēs Eutrapelus, ut ostendat deū suis habere negociorū etiā si non obstetricetur parturientibus, inter cæteros principum tumultus dicit, Cæsar nouā totius orbis molitur monarchiam. Tota calumnia est in uoce, noua, quasi fuerit unquā aliquis totius orbis monarcha præter deum, quum hodie nō dum totus orbis habeatur cognitus, nec ea pars quæ cognita est, unquam unī paruerit. Non hic disputo de Cæsaris monarchia, sed ut intelligas quàm stolidis argumētis ille ius adserat Cæsaris. Quod sol, inquit, est in cœlis, hoc Cæsar est terris. Atqui iureconsulti qui hanc inutilem contentionē cum alijs multis inuexerunt, Pontificem faciūt solem, Cæsarem lunam. Equidem probarem exemplum, si quæadmodum sol indefatigabili motu, uniuersum terrarum orbem lustrat, illustrat, & cōseruat, ita unus homo posset singulis orbis nationibus prospicere. Deinde Aristoteles, inquit, præfert monarchiam aristocratia. Præfert si quis inueniatur omnium optimus ac sapientissimus: sed monarchiam appellat non totius orbis, sed suæ cuiuspiam dittonis. ueluti Cretensum, Lacedæmoniorum, Atheniensium &c. Nec quicquam uetat unius ciuitatis esse monarchiam. Neque enim ex Homero solent adferre, οὐκ ἔστι γὰρ ἀδὲν πολυκρανίη, εἰς κοίρανός ἐστι, de unius exercitus imperatore loquitur, cuius tamen potestas non erat absoluta, nisi in prælio, quod ipsum indicat Aristoteles. Sed Christus etiā, inquit, probauit autoritatē Cæsaris, Date Cæsari, &c. Si Christus docuisset in Sabaudia, & simili occasione fuisset illi exhibitum Ducis numisma, dixisset, date Duci quæ sunt Ducis, &c. Vides acumen hominis, qui se factat in logica, physica & metaphysica uersatum. Hoc ut dixi non de re, sed de hominis insigni stultitia. Neque uero miror inter tot hominum milia inueniri qui talia ausit scribere: illud magis admittor, hæc diuersis locis excudi à Hæc enim, nec eos animaduertere, quàm se bonis ac doctis propinent deridendos. Vnde liquet hoc genus aut insigniter esse stupidum, aut pessime sentire de genere mortalium. Quid quod roto opere fingit me hostem omnium religionum piarum, quod alicubi notem quorūdam irreligiosam superstitionem aut impietatem. Docere aut monere apud illum est odisse, dissentire est infamare. Deim nunquā citat mea uerba ut habent, sed aut truncat aut aliquid addit. Ad hæc perpetuo quod dicitur

Quum

ginta florenos accipi mense Febuario. Scripseram enim ad Bartholomaeum Vuelzerum, simulque monueram de ducentis ducatis. Respondit se nondum accepisse, sed bona fide curaturum simulque acceperit. Circa nonas Martias uenit fasciculus literarum, omnia geminis exemplaribus. Alteram syngrapham commisi Hieronymo Frobenio, qui Francofordiam pecuniam recipiat. Hic me non fugit, quantum tibi debeam Alfonso candidissime, cuius erga me pietas nusquam non est tui similis. Archiepiscopi littere tam amanter scriptae non paulo fuere gratiores quam ipsa pecunia. Gaudeo mihi scrupulum ademptum de dedicatione. Audebo illi hanc adnotationem nuncupare. Quanquam hoc nec tu significas nec ille. Et arbitror consultus ut uni dicem quam duobus, nisi tu aliud moneas. Mittam tibi uoluntina decem, hoc est unum corpus, alterum Toletano, tertium Hispalensi, quartum Gatinario, nisi tu secus iusseris. Opus absoluetur nundinis aut uicibus proximis. Mihi hinc migrandum, idque non sine praesenti uitae periculo. Sed parendum satis. Mihi totam epistolam meam ad Regem Franciscum, unde Pantalabus sumpsit anam calumniandi, quod me autore rex defecisset a pacis. Imò ibi consolor regem ut moderate ferat aduersam fortunam & amplectatur concordiam. Quoniam autem non dubitabam quin illae conditiones regi uiderentur graues, hoc enim dico iniuicem, ut consoler illius animum, suppositui personam aliorum, quum ita loquor. Quanquam autem nonnullis pax ista &c. & ostendo spem melioris fortunae à Christo, qui solet res deploratas in tranquillum statum reponere, interdum etiam his quos amat immitens calamitates, quod archanis suis consiliis intelligat sic expedire, mox adhortor ad seruandam concordiam. Si Christianos monachos, &c. Et hic est locus unde probat tot Romae circaque Romam clades mihi acceptas ferri oportere, quum eum casum nullus expectaret, ne Caesar quidem ipse. Sed isti non uident quae sit scribentis ratio: deinde quoniam uim Latini sermonis nesciunt, crebro hinc nobis mouetur calumniam, uelut hic putat iniquum nihil aliud significare quam iniustum, quum aequitas sit mode

~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ a iustitia: & quod iustissimum est, parum sit: quae
mis excudi, quo magis pudeant isti, qui Principes habent pro fungis potius quam hominibus. Commendam tibi Franciscum Dissum, qui num istuc appulerit, nondum ex lite
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ potius cognoscere. Alteram syngrapham per Hieronymum Frobenium miseram Francofordiam, cum
mus meo nomine scriberet qualem uellet: Vuelzeri procurator excusauit, esse syngraphae genus, ut pecunia numerari non posset, nisi prius à me datis tribus syngraphis quietantiarum. At quae poterat ab Hieronymo sumere, sed maluit pecuniam differre. Itaque scripsi Augustam ad Bartholomaeum Vuelzerum, ut nobis si posset haec in re commodaret. Dicunt pecuniam non esse numeratam mensariis, sed cuidam negotiatori, qui hoc officij ab illis petit, sic ut illis liceat negare. Interim negotiator utitur pecunia. Memini me & olim in Anglia delusum simili genere syngraphae. Vereor ne intra annum non sum recepturus obolum, quum ego iam plusquam totam illam summam partitus sim in eos, qui libros ex uariis bibliothecis inuestigarunt & contulerunt atque enotarunt, quo mihi iudicandi fieret potestas. Quod bibliopola mea causa sic ades ex animo, gratiam habeo mi Valdesi maximam, quod beneficium uti perficias te plurimum rogo. Queruntur tempus trium mensium esse per quam angustum. Iter longum est, nec satis tutum, prius quam merces suas perferant praeterit dies, ac periclitantur. Nondum est manifestum bellum, & si esset, tamen studia digna sunt aliquo priuilegio, nec ab his quicquam est metuendum. Germani sunt origine, nec aliud agunt quam ut parum unde liberos & uxores alant. Scripsi eadem de re D. Mercurino Cancellario, cui reddes epistolam, si tibi uidebitur expedire. Bene uale, duodecimo Calend. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

ERASMVS ROT. IOANNI VALDESIO S. D.

V
T mihi permolestum fuit Valdesium meum tot molestijs ac periculis agitatum esse, ita magnam uoluptatem attulit, quod ex tuis literis cognoui, te incolumem ex isto naufragio enatale. Iam non mediocre me discruciat, uelram Hispaniam tot affligit malis. Utinam aliquando deus monarcharum animos ad pacis amore conuertat. Ne posthac sollicitus sis quomodo mihi excuses charissime iuuenis tuum silentium: illud inter nos pactum esto, quotiescunque scripsero fratrituo, tibi quoque scriptum esse: deinde, quoties ille mihi responderit, à te quoque responsum esse, quando quidem ego uos tam gemellos pro unico habeo non pro duobus. Quod epistolam sic neglegere scripturam, inter tua praecipua *καμμία* reponis, ego uicissim istum tam canis
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
uris ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ Johannes, quem tuas amas meas uelim re
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
ta, qui non mihi ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
pe magis mihi doleat uestrum incommodum quam meum. Tibi tunc in uerbis omnibus ex animo gratulor, qui studia conatusque uestrum omnes in hoc conferitis, ut cum elegantiâ literarum pietatis Christianae sinceritatem copuletis, quod apud Italos antehac non ita multis tentatum uidemus. Quid enim est eruditio si absit pietas? Bene uale. Datum Basileae duodecimo Calend. April. Anno M. D. XXIX.

ERASMVS ROT. IOANNI VERGARAE S. D.

ITERA uestras tertio Calend. Iulij scriptas, sub Cal. Martij demum accepi, geminis exemplis omnes, sed ab eodem Melchiore, & eodem die: quae per se
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
hoc etiam nomine fuere gratiores, quod iam desperatio que
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
dam obrepere ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~ ~~fructus: & quod iustissimum est, parum sit: quae~~
Valdesij mei litterae, uestrae in nos non tam beneuolentiae, uerum pietatis assiduae, simplicissime testes: sed quod suspicabar idem uos statuisse de rescribendo literis meis. Quod significas *πῶς δυνατός* placere de redendo apologetico meo, quod ipsum augurabar futurum, nec mihi sane displicet consilium. Non satis memini quod in eo libello *ἡ δικαιοσύνη* maiestatem imminerim.

FF 4 iactant

Ab sit autē ut iudicū autoritatē uerbo laedam. Nam in Britannia Cutherto Tonstallo episcopo Londoniensi, totius huius negocij summa, ut audio, delegata est, quo nō alium magis habeo in aere meo. Idem in Gallijs huiusmodi causarū cognitio ad aliquot summates uiros delata est. Libellus ille sordide fuit excusus: si uobis ita uidebitur, curabimus ut locupletior & mitior rursus exeat cū dignitate, mutatis hīs, quae ut indicāt amici, uideatur offensura iudices. Praesulē tuū arbitror in uidiā maiorē, non tācum ob eximiā amplissimi muneris dignitatē, uerum multo magis ob singularē uitae integritatē, ob eruditōnē ea fortuna dignā, ob minime uulgarem prudentiam, quae illi apud Caesarē & optimos quosq; hoc plus cōciliant, tum autoritatis tum gratiae, quod hęc dotes maiorū clarissimis imaginibus cōmendantur. Excellentior itaq; est ille, q̄ ut quisquā canis ausit allatrare. Tibi uero nolim ex me quicquam inuidiā accrescere, si qua fieri possit, quam quā scio te, quae tui est animi magnitudo, nō quorumlibet latratibus excitari: tum ingenij tui prudens dexteritas mihi bonam spem porrigit fore, ut si quē forsitan male bestiae non uereantur obsibilare, nulla tamē ausit mordere, praesertim quum tantum habeas Atacē sub cuius clypeo lateas. Postremo breui futurū auguror, ut te tua uirtus in fastigiū aliquod euehat, unde possis hoc reptilium genus impune tutoq; despiciere. Ego haecenus ocij dulcedine ebrius omnem fortunā reiect, cuius animi nunc me sero poenitet: non quod displiceat humilitas, sed quod hoc seculo uix quisquā tam sordidus est & abiectus, quin audeat Erasimum cōspuere, cōmingere, cōcacare, sit honos auribus. Ab ea contumelia uindicasset medio crisi fortunae dignitas. Nunc ea est ualetudo, ut agre uitā tuear, tantū abest ut dignitati sustinendae par esse queam. Maliciosa quaedam operarū conspiratio fuit impedimento, quo minus hoc uerno mercatu prodierit Augustinus, decē magnis uoluminibus absolutus, in quibus nihil est quod non manifestis formulis sit excusum, id quod scio in Hieronymo non esse factum. Id malum nobis bene uertit. Non enim ausurus erā hunc laborē dicare Praesuli Toletano, nisi certior factus hoc illi fore nō ingratū. Nam esse scis nonnullos, qui solent hoc genus officij offendit. Quamquā autē ne nunc quidem uel ex ipsius uel tuis uel Valdesij literis, certū habeo responsū, tamen multae res mihi fiducia addunt, ut quod animo conceperā, audeā. Non est ingratū munus, quod cū studio sis aliquot, qui in conferendis exemplaribus non nihil operae subsidiariae praestiterūt, partiar, imō iā bona ex parte praesumpsi. Sic enim interpretor, eam pecuniā Augustino datā esse non Erasmo. Harescon negociū à libellis uenit ad arma, quantum uideo rerū prooemia. Rex Ferdinandus

Haec genus tamen in nullis rebus priuatas facta est irruptio, & à sanguine temperatū est, quod utinam sit perpetuum. Tot enim Germaniae Heluetiaeque ciuitates in hoc foedus dedere nomen, ut si res agatur ferro, malim abesse procul. Est quidem magna principum potentia, sed ubi reperies militem pro sacerdotū iure pugnare paratum? Mea sententia res exitu hominum potestati, ad diuinā praesidia confugiendum est. Ego interim nō instrenuum militem praesidi Ecclesiae, si nihil aliud certe nuncq; ἢ τὸ πρῶτον ἀποδοῦναι, & ingenue professus me ab Ecclesiae consortio digitum latum nolle discedere; deinde tribus praesidijs cum Luthero confluxi, idq; in ea Germaniae parte, quae maximè tenebatur hoc nouo seruore, quod ante me nullus est ausus, ut tibi Thraconem e comœdia referam.

In Brabantia poteram tuto scribere, Verum illi mihi fuisset acrior pugna cum quibusdam penes quos nunc est cognitionis autoritas. Aduersus horum odia tutus esse non poteram, nisi aulae praesidio: aulam habere fauentem non potui, nisi coluissem. At haec uoletudo non patitur, ut cuiquam hominum inferuiam. Interim tamen aliquo demigrando, nec satis uideo, ut in ea parte, quae maxime tenebatur hoc nouo seruore, quod ante me nullus est ausus, ut tibi Thraconem e comœdia referam. Itaq; profusus iuxta Graecorum

Graecorum prouerbiū ἄρ' αὐτὸν ὄρε μάλιστ' ὄρε πλείονα. Ob cubiculum mutatum, ob aliud uinum, ob uestem mutatam subinde periclitor: quid futurum censes si relicto nido, cui tot annis assueui, relicto amicis, quos habeo diutina cōsuetudine perspectos & exploratos, alij ueluti mundo me cōmiseror? Sed tamen hoc tētandum est, quicūq; sequetur exitus. Nam hic diu manere nihil aliud haberetur, q̄ profiteri quod hic geritur iam publicitus, nec dubito quin rumor multū addat ueris. Viriq; germano tuo respondi. Ab Helisabetha uirgine salutē lubēs accepi, quā illi multo cū fecnore uicissim opto. Bellū est eū texum ad prisca exempla sese postliminio recipere. Habemus Angliae reginā feminā egregie doctam, cuius lilia Maria scribit bene Latinas epistolas. Thomae Mori domus nihil aliud, quā Musarū est domiciliū. Caesaris germana Maria Latinos codices habet in delicijs, cui nuper scripsi Viduā Christianā. Id eslagitarat à me quidā Ecclesiastes illi charissimus. Scena rerum humanarū inuertitur. monachi literas nesciūt, & feminae libris indulgent. Bene uale. Datum Basileae nono Calend. Aprilis, Anno M. D. X. X. I. X.

ERASMVVS ROT. ALFONSO FONSECA ARCHIE
piscopo Toletano S. B.

A VLVS ille magnus Ecclesie propugnator, & diuinitus electū organū E/
uāgelicę philosophię, ille in cę homine maior, et cęlestib. assuetus colloquijs,
P nō raro fatetur ingentē cordis dolorē ac tristitiam usq; ad uitę trāditum, atq;
interdum literas mittit lachrymis interlitas, requirit ex priorū colloquio sola/
tū aliquod, precatur leuari molestia satanę colaphistę, Quo minus mirū, si
ego qui ad Paulini spiritus robur minus sum, cę ad aquilam lumbricus humi reptilīs, ali/
quid humanū sentio, multo pluribus malis exercitus cę ut his cōmemorandis uelim tantū
Præsulis aures onerare. Sunt enim quædā minuta sordidatę, quę partim numero, partim
improbitate grauius interdū inestant hominē, cę ingentia mala, ueluti cimices, culices &
pulices, quę in amplexibus inuadunt, nonnullis etiā mortē ac/
runt. Meoq; in amplexibus inuadunt, nonnullis etiā mortē ac/
improbitate, dicā me perperuo trācare omni sensus, & in omni, sed tamen auxiliante Chri/
sto, & tentationū procellas gratiæ suę afflatu teperante, nunc, hęc carnis molestia,
ut aut de foro deserendo cogitarim, aut animū desponderim, quin potius sentio me ex his
hominū insultibus aliquid etiam roboris collegisse. Ita uisum est diuinę prouidētia, malo/
rum improbitate abuti ad explorandam suorū sinceritatē: contra bonorum charitate uti
ad consolationē eorū qui laborant afflictionibus, ne deficiāt. Nostrum autem est alterum
patienter ferre, ueluti flagellū a patre nostrę salutis amantissimo adhibitu ad correctionē:
alterū grate amplecti, uelut solatiū a propitio deo immissum ad confirmandam imbecilli/
tatem nostram. Quancę hic minima doloris pars est, mea priuata cōtumelia, Quantulum
enim detrimēti rebus humanis accesserit, si Erasmus quantus est redigatur in nihilū apud
homines? Sed illud serio discruciat animū meum, tantū impię malicię deprehendi in ple/
risq; Christianis, potissimū in his per quos oportebat uulgariū cōdiri fatuitatē. Nec enim
uideo spē ullam orbis ad Ecclesiasticam redituri concordiam, nisi positus humanis affecti/
bus, consentientibus animis agamus Christi negocium. Quod si successerit, meā forrē fa/
cile deplorare desinam. Procellam istam seuire iam mitius, sanē gaudeo, nec non intelli/
go, quantū debeam uestre tum pietati tum prudentię, quancę isti nec consulescent unquā,
& ad quamuis occasionem renouabunt tumultus. Habent Lutetię propugnatorē quen/
dama

dām Saulum, hęc est, turbulentum, hominem adeo nō doctum, ut sensu communi careat,
sed natum excitandis huiusmodi tragedijs. Apologiam meam non omnino dissimile
uehementer gaudeo. Moderationē mihi uidebar uobis approbaturus, reputaturus quid
istorum mereatur soliditas. Quis unquam uidit tales articulos talibus uiris prouisi? Au/
gustinus totus est in tanta dignitate feliciter absolutus, hęc uernis nunquā prodierit in
lucem, nisi pertinax quædam operarum cōspiratio remorā iniecisset. Absoluebat tamen
intra menses duos, curabitur ut in sinum tuum quā primū ueniat, nō sine causa tam ope/
re semper ab se adamatus. Solus enim præstat omnes Christiani scriptoris dotes in docē/
do sedulus, in redarguendo neruosus, in exhortando feruidus, in cōsolando blandus, ubi/
que pius & uere Christianam spirans mansuetudinem. Reliqua tua epistola me multis ar/
gumentis hortatur uel urget potius ne desim Ecclesie, tot seclis atq; opinionum distidij
periclitanti, præsertim apud Germanos, ubi conueniebat sub Cæsare maiestatis uexillis
præcipue florere pietatem Christianam. Id quo facis uehementius, hoc magis & ex oculor
istam animi tui pietatem, cui uideo sicut par est tanto Præsulis dignitatem ac tranquillita/
tem Ecclesie serio cordi esse: & nō uulgarem in me beneuolentiam agnoico. quę tibi per/
suasit, me ex omnibus præcipue parem huic negotio, adeo ut tam nihil moreris uulgares
illas caulificationes de uirum mearum defectu. Utinam quemadmodum uidemus præ/
sentaneum Ecclesie periculum, imō non tam periculum, sed magna ex parte ruinā, ita par/
ratum cerneremus efficax remedium. In his inauditis tumultibus mihi uideor agnoscere
manum dei, tamq; res ex illē uideatur hominū potestati: nec tamē ob id abieci spem omnē,
haudquaę ignarus, opem numinis in rebus deploratissimis maximē solere exoriri: quā nō
fallor, breui sentiremus, si cōcordibus studijs ad domini misericordiā confugeremus, con/
siliaq; Christo digna caperemus. Nunc alius aliud molitur, uix illum hic uideo qui de
uita in melius mutanda cogitet, sed plurimos fieri deteriores, ut ne cōmemorem tam tena/
ces principum iras, præcipuum rei Christianę malum. Sed quod ad meas partes attinet,
isto nomine frequenter appello etiam a magnis, quorum nonnullis respondi uerius quā
satis feci. At talis est huius causę ratio, ut omnia scripto cōmittere, nec mihi sit tutum. nec
ipsi causę expediat. Virum mearum defectū pollem tibi multis ac magnis uerbis appro/
bare, Stronica, Latomo, Bedda, Satore, deniq; Lutero ipso. Sed nolo cum heroe tanto pu/
gnaciter agere. Sit fuerit in me tantum eloquentia, doctrina, autoritatis & gratiæ, quā
cum hac causa postulabat, mihi certe nunquam hoc persuaderi potuit, nec adhuc potest.
Itaq; quum primum hoc malum coepisset herbescere, magno sanē orbis applausu, ego pri/
mus ueluti præfagiens rem in atoces turbas exituram, abstinui a negotio periculoso, licet
tum mire plausibili, & quos habebam charissimos ab eodem deterrui, N

hęc cum meam imbecillitatem conferrem cum tot mill/
ibus Theologorum, quos multorum annorum usus in hac palestra reddiderat absolutos,
inter quos sunt aliquot Ecclesiastica dignitate præminētes: ut ingenue dicā, religione qua/
dam abstinui, ne uel imprudens repugnarem diuinę uoluntati, uel pietatis causam redde/
rem deteriore, si eam tot nominibus impar, suscepissem. Ita tum mihi uidebar, ac nunc
etiam multo magis uideor, nec puto me falli. Aliud est enim scribere scholia in Hierony/
mū, subleuando lectori parū erudito, annotationes in cōtextum Noui testamēti, rudibus
etiam cę scripturarū cognitionē allicendis: aliud diuinarum literarū præsidij ca/
turi dogmata, quibus statibus cadibus ita caute cōstituta, uelut in
cū, uelut in rebus omnibus ac ceteris, ut dicitur, Balaam, ceteris, ante
aliquid moliturus, quod publico uel literarum uel pietatis studio condidit, res tibi me non
semper indullisse somno res ipsa clamitat. Nec tamē interim omnino mutū spectatorem
huic me præbui fabulę. Colloquijs, epistolis, publicatis etiam libris, multos aut reuocauit
aut deterrui, aut certe moderatus sum, Deinde ex professo manum cum Lutero cōserui,
& illius

& illius toxica saecula pectore opposito accepi, proq; uiribus, aut repulsi, aut in ipsum etiã
 reuerti. Idq; sum ausus in ea Germaniæ parte, quæ propensior erat in Lutherũ, quàm ipsa
 Vuittenberga, ubi mihi tutius fuisset cum illo congregari quàm hic. Quantum profecerim
 nescio, certe ut quisq; est hic seclis addictissimus, ita me atrocissimo prosequitur odio, de
 his quoq; loquor quos olim habui charissimos. Hoc æquiore ferrem animo, nisi interim
 pars altera nihilo mitius sauiret in caput meum, imò aliquanto hostiliter ageret, postea
 quàm in Lutheranam aciem semel atq; iterum impressionem feci, quasi hoc ipsum illos
 urat, quod in ipsorum gratiam hæreticus esse nolim. Tales habeo amicos pro quibus de
 pugno, potius habent me deturbato, magis etiam periclitari nauim, quàm per me incolu
 mem, saluam in portum deduci. Accedit huc quod pleriq; non satis est excludi impia do
 gmata, nisi comprobetur alba, quod aiunt, amulsi, quicquid hæcenus ab ipsis inuectũ est:
 imò ne hoc quidem satis, extenditur funiculus in diuersum, & his quoq; ultra modum exces
 serant, aliquid etiã adiungitur. Iam totum hoc genus fere situm est in placitis quibusdam
 scholasticorum, quæ totidem & ipsdem uerbis à nobis flagitant quibus ipsi solent ea prolo
 qui, quũ tamen in his quoq; scholarum inter ipsas magna dissensio sit. Videbam hic libel
 los Latomũ, Hieronymi, Sutoris & Beddæ nihil aliud quàm rideri, & animos etiam adde
 re propensius in hæc noua dogmata, Quin & ipsius Ioannis episcopi Rosensis, in quo ui
 ro nihil desideres. libros prorsus negligi. Post hos ego quid aliud profecissem, nisi quod iri
 tassem crabrones: Quod meo periculo sine causæ periculo potui, feci, clam, palam, publi
 ce, priuatim, dictis, scriptis, ac factis testatus sum, me ab ecclesiæ unitate culmum latũ nol
 le discedere. Postremo si maxime stringendus esset in illos calamus, id alio loco tentan
 dum erat, nec absq; Theologorũ subsidio poteram. Hic solus eram, & si quid tale scripsis
 sem, nemo typographus sustinisset excudere. Tantos fremitus excitat libellus de dele
 tu ciborũ & de confessione. Redilles, inquit, Louanium. At hic tenebar, atq; etiamnum
 captiuus sub immittissimo tyranno, calculo, ut uix unquam liceat domo proferre pedem.
 Et si per calculum licuisset tam prolixum iter suscipere, eadem causa deterrebat à repeten
 da Brabantia, quæ persuaserat relinquendam. Allegabis aulae fauorem aduersus inimico
 rum molimina. Sed tua prudentia uidit istic quorundam sordidorum improbitatem, nec
 Cæsareæ maiestati nec præsulum autoritati cedere. Et aliorũ exemplis didici, quàm non
 tutum sit illis quicquam fidere. Nec usquam magis regnant quàm apud nos. Gratia qui
 dem permulsi, & autoritatis non nihil mihi conciliarant apud Germanos bonæ literæ, sed
 protinus omnis illa gratia uersa est in odium, autoritas in contemptum, simul atq; palam
 ausus sum illorum instituto reclamare: & qui prius eram sydus Germaniæ, ac sincerae pie
 tatis uindex, nunc uerso, ut aiunt, pollice, sum Balaam, & doctor asinus. Attamen ne nihil
 agnosca coram quibusdam, mihi uariis sublimitas, ab ambitione & priuato studio, ut quis
 uicis, quæ...
 licet adhibere...
 dubitarem...
 no...
 ta mea quo...
 suauis, quantum obsecro iam superesse potest, etiam non minus, primum enim quid habet ha
 nunc proeecta est, ut omnia uideantur ad arma spectare. Quod si fiat, tum uere futurũ erit
 quod scribis, ut Germaniam habeamus omnium miserissimam & perditissimam: atq; id
 ne breui fiat, misere timeo, nisi me fallunt omnia. Et utraq; pars tantum habet uirium, ut
 incertum sit utri cessura sit uictoria, quæ ut maxime contingat parti meliori, non contin
 get absq; immensa sanguinis humani iactura. Quum ferro res geritur, nobis nihil est lo
 ci, nisi forte peragendum sit martyrium, quod ego non detrectarim si res ita postulet. Hoc
 ne gloriosius dictum uideatur, accipe quod rideas, sed tamen uero uerius.
 Tot com...
 re, si uis rationibus auelli possem à fide, quã semel dedi Christi sponsæ Ecclesiæ. Quo in
 statu nunc res hęc sit, non dubito quin multo celerius rumor ad uos pertulerit, quàm hæ
 peruenturæ sint literæ. Mihi uertendum solum, quod non absq; summo uitæ discrimine
 scio me

scio me facturũ. Tot annis huic assueui nido, sed de euctu uiderit Christus. Nos quod ho
 mine orthodoxo dignum est faciemus, ut potior sit pietatis q̃ incolumitatis ratio, quãdo
 quidem hic manere, ubi nec sacrificare licet, nec corpus domini conficere, nihil aliud sit
 quàm profiteri quod isti profitentur. Oecolampadius obtinet omnes Ecclesias. Mona
 chi monachæq; iubentur aliò demigrare, aut sacram uellem ponere. Idem fit in multis alijs
 ciuitatibus. In templis nihil solitum geritur, nisi quod in nonnullis semel concionatur hu
 lus professionis Ecclesiastes: dein uerbi cum mulierculis canunt psalmum Germanicis ry
 thmis compositum. Hæc sunt proemia. Ego misere metuo ne succedat pa
 ganissimus. Lutherus habet aliquot ciuitates, quæ de Eucharistia propemodum sentiunt
 cum Ecclesiã: sed altera pars habet plures, quæ huc recta tendere uidentur, ut totum sacer
 dotium ac monachismũ funditus abolerent. Anabaptistæ, tametsi magno sunt ubiq; nume
 ro, tamen nusquam obtinuerunt propriam Ecclesiam. / sed à reliquis quoque seclis opprimuntur, nõ solum ab orthodoxis. Subolet
 mihi multos his tumultibus admisceri Iudæos ac paganos, quorum alteri Christum ode
 runt, alteri nihil omnino credunt. Auguror illos meditari nouam quandã democratiam,
 totaq; res agitur callidissimis quorundam consilijs, quorum autores nullus adhuc satis a
 gnoscit: atq; ita succedit, ut dicas uoluntatem numinis geri, cuius æterna prouidentia so
 let interdum malorum improbitate ad suorum emendationẽ abuti. Id quoties fit, nullum
 præsentis remedium, quàm agnoscere manum dei prouocãtis ad poenitentiam, & com
 mutata in melius uita, quam illius uocere in misericordiam. Sint illi locustæ, sint ranæ, sint
 cyniphes, sint pustulæ, tantum ne nos simus Pharaones & Aegyptij. De ignotis non est
 meum iudicare, hic nequĩs... quæ cetera rerum
 tempestas reddiderit pilo castigatiorem. Tantum inhiamus uindictæ, quasi sit humanum
 quod agitur. Porro quod dogmata separas à corruptis moribus, agnosco prudentiam ue
 re Christianam. Id enim ni fiat, nulla erit opinionũ constantia, quando nunquam tam be
 ne cum rebus humanis actum fuit, nec agetur, ut non iustissima querela futura sit de pluri
 morum moribus. Mutare rerum statum procliue est, mutare in melius difficillimũ. Quis
 autem non exosculetur istam singularem uereq; piã modestiam, qui nec tui ordinis ho
 minum mores taxari recuses & emendari, modo qui corruptis dogmatibus descuerunt
 ab ecclesiæ contubernio, resipiscant, & ad sanã mentem redeant. De episcopis non ita ma
 gna est querimonia. / Iam cor regum in manu dei est,
 quod ille flecet ad pacatiora cõsilia, simul atq; nos illius misericordiam promeruerimus.
 Interim nos humiles, quod unum possumus assiduũ uotis precibusq; fatigabimus domi
 ni clementiam, ut hos inconditos rerum tumultus uertat in lætiorem exitum: nec tamen
 interim cessabit industria nostra, si quid dominus per hos omnium infimos agere digna
 bitur. In hac causã mihi necesse fuit reticere quæ propemodum sunt præcipua, sed tamen
 arbitrabar hoc esse mei officij, tam amico præsulũ meum hac in re consilium aliqua ex par
 te approbare: post hac efficiam, ut omnes intelligant mihi sinceram mentem ac propen
 sam animi uoluntatem nõ defuisse. Munus quod tua benignitas ultro uoluit Augustino
 renascenti largiri, cum his partiar, qui conferendis exemplaribus, quo labore nihil mole
 stius, nostram industriam non nihil adiuuerunt. Dominus te nobis seruet incolumem. Da
 tum Basilea, VIII. Cal. Aprilis, Anno M. D. XXIX.

ERASMVS ROTERODAMVS SCHOLASTERI BE
 SONTINO S. D.

Ec erat oportunitas, nec argumentũ ad te scribendi uir clarissime, nisi quod
 cum ex amicorum literis cognouissem te, ut es ipse literatissimus, honestissi
 mis studijs humanissimum quendam & benignissimũ prestare Meccenatẽ,
 mei officij ratus sum studiorum nomine gratias agere primũ, deinde etiam
 meo, quod pro tuo cãdore de Erasmo sentias amantius quàm pro ipsius me
 ritis. Quare hac epistola ueluti chirographo me tibi bifariam obstrictum habes, ut si qua
 in re dignaberis mea uir opera, mihi non sit liberum quicquam recusare, quod modo per
 me præstari queat: imò nihil accidere poterit gratius, quàm si quo pacto liceat tuo animo
 gratificari. Hunc animum si non respicis, fac Erasmus inter tuos saltem gregarios clien
 tulos

tulos accenseas: & si quid dubitas, facito periculum. Non morabor te pluribus. Opto tibi
lata omnia. Basileæ Calend. Aprilis M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS LEONARDO OFFICIA/
LI BESONTINO S. D.

VVM hæc scriberem auriga nunciauit uinum in propinquo esse, hodie aut
cras adfuturū. Ex epistola Stephani ad Hieronymum Frobenium, intellexi
nihil aurigæ numeratum isthic, quod factum gaudeo, pactum tamen fuisse
ut ~~ut~~ tres coronatos, eos lubens dabo. Si plus exegisset, dandum erat
quantum illi libuisset. Animus iste tuus quem exprimis epistola, licet breuis,
quouis uino mihi suauior est, tamen si gratissimū est & illud. Opinor tibi cōmunicatas lite
ras, quas ante paucos dies scripsi per famulum comitis cuiusdam Germani. Eram antea
tibi uehementer obligatus ut ~~humanissime~~, nunc habes Erasmus obligatissimū. Et si tu
non porrexeris, tamen à me queretur occasio referēda aliqua saltem ex parte gratiæ.
obuta benignitati tuæ. Gratissimum autem fuerit si tu non grauaberis indicare, qua ratio
ne possim hic ingrati hominis notam effugere. Nunc mitto Senecam non illepidum con
fabulonem, si quando dabitur ocij non nihil à tuis grauissimis occupationibus. Augusti
nus strenue decurrit ad metam, nōdum tamen absolutus est. Bene uale. Basileæ Calendas
Aprilis, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. STEPHANO PRATENSI S. D.

RO opera tam diligenter nauata mi Stephane gratiam habeo, ut debeo ma
ximam. Utinam hoc adiecisses officij, significasses quanti pactus esses cum
auriga, nunc dandum erit quantum illi ~~liberabit~~ petere. Petit autem coronatos
treis, uasa nondum uidi. Mitto tibi libros quos petis ab Hieronymo, nam is
nondum reliquit ex Francfordiensi mercatu. Scripseram per famulum Comi
tis, eas literas uideo nondum fuisse redditas, cum tu scriberes. Posthac Stephanum meum
ascribam catalogo non uulgariū amicorum, nec ullum officium à me frustra requites, si
quid erit in quo tibi queam gratificari. Bene uale. Basileæ Cal. Aprilis M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS ANTONIO FVG
GERO S. D.

VO minus extat meorum erga te meritorum uir clarissime, hoc magis de
de ~~nitam~~ propensum in me animo, tamque obuia & exposita benignitati,
quam ego adeo non contemno, ut libens facerem, ut minus ob ~~icit~~ uis
quam si quicquid offers accepissem. Iam enim me ingenti lucro auctum esse
duco, quod Antonium Fuggerum uirum omnium ore celebratū mihi tam
ex animo amicum esse intelligo. Satjs ex multorū narratione compertum habebam, Au
gustam esse quæ uix ulli Germaniæ ciuitatum, splendore, opibus, humanitate cederet, &
ante menses complures eodem me uocarat urbis uestræ præsul, uir ut scis, pietate iuxta ac
doctrina cum primis ornatus: quem admodum inclytus rex Ferdinādus ante Viennam
inuitarat, pollicitus quorannis florenos aureos quingentos, neque quicquam à me requi
rens officij. Quem principem ut habeo meis cōmodis per omnia fauentem, ita uehemen
ter cuperem illi per omnia gratificari. Sed hoc corpusculum agre tueor domi manens, ac
medice quod astit, proinde misere uiuēs: adeo ut ueste aut uino mutato statim pericliter,
tantum abest ut mihi tutum arbitrer illud longo itinere committere, etiamsi nihil à prædo
nibus esset discriminis. Huic nido iam multis annis assueui, & uetulam arborem trāspan
tare uetamur etiam Græcorum prouerbio: itaque quando hic manere non est integrum,
non quod quisquam exigat, sed quod qui mihi male uolunt, & quauis ex occasione stru
unt calumniā, si hic diutius hæream interpretaturi sint, mihi probari quicquid hic rerum
geritur. Quod si facerem, possem hic gratiosus uiuere his penes quos nunc rerum sum
ma est. Cæterum id inquam quoniam mihi nec per Deum, nec per principes, quorum fa
uore subleuor, tutum aut integrum est, decreui Friburgum proximum concedere, quo
iam quod erat in supellectile mea charissimū præmissi, atque ibi senatus domum satis cōm
modam, olim Maximiliano Cæsari cœptam extrui designauit, omnem præterea fauo
rem pollicens. Quin et ipse rex Ferdinādus literis amantissime scriptis ei senatui me com
mendauit. Ac iam dudum illuc essem, nisi scelerata quædam pituita me fuisset remorata.
Si hoc

Si hoc bene cesserit, audebimus fortassis longius prouolare. Malim enim quando Basi
lea relinquenda est, longius ab illa abesse. Quod scribis illic fortissimi simul & prudentissi
mi senatus uigilantia prospectum esse, ut omnibus libertas manserit incolumis, sanè gratu
lor uestræ reipublicæ, quanquam huc rumor attulerat iste duas aut tres Ecclesias celsis
se Lutheranis, totidem Zuinglianis, quinque relictas orthodoxis, qui ciuitatis status nō po
test abesse à periculo. Sed nō raro mentitur fama. Verū spero domini clementia per prin
cipum uigilantiam dabit aliquando finem his malis. Non dubito quin meam excusatio
nem sis in bonam partem accepturus, quæ iustior est quam uellemus utriq;. Utinā quem
admodum offers uitaticum & annuam pensionem, ita posses & firmiorem dare ualeudi
nem. Sed quod nunc non licet fortassis aliquando dabit occasio. Interim si quid erit, in quo
tibi queam gratum facere, reperies Erasmus ad omne obsequium tam promptum, quasi
sua tua benignitate fuisset usus. Est enim grati animi acceptum sagre, quicquid aliquis ex
quimo dare uoluit. Opto te cum tuis omnibus quam prosperrime ualere. Datum Basileæ
quinto die Aprilis, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS LODOVICO
BERO S. D.

MICORVM in Christo sincerissime, tibi quidē ex animo gratulamur, cui
licet dominicā resurrectionē spiritualibus ut par est, celebrare gaudijs. Nos
hic nostrum Pascha agimus absque alleluta, absque uictoriali conuiuio, licet
non sine laetis agricolis. Videmurq; nobis interim sedere ad flumina Ba
bylonis, ut non libeat cantare canticum domini in terra aliena. Sed corpore
duntaxat hic hæremus, spiritu tecum sumus. Sperabam me ante triumphalem domini
diem Friburgi futurum, ut hic me querentibus responderi posset, quod pijs mulieribus
responderunt angeli: Surrexit, non est hic. Verum sub Idus Martias, nulla euidente cau
sa, corripuit me pituita quædam, multo tenacissima, non sine febrī, adeo ut noctibus ali
quot uehementer periclitatus sim, ne præfocarer uiscofo phlegmate. Ex hoc malo uix dum
satis conualui. Nunc quoniam indies expectamus Hieronymi Frobenij reditū ex Franc
fordia, uisum est consultus, tantisper adhuc cōmorari. Siquidem illius opera tutius hinc
demigrabimus, & fieri potest, ut ille literas adferat, uel ex aula Cæsaris Brabannica, uel e
Spirensi concilio, quæ me cogant alio proficisci quam Friburgum. Præstat autem opi
nor semel quam bis demigrare. Iam dudum tamen premisimus quæ in æculis nostris præ
cipua sunt, quæq; potissimum à furibus ac prædonibus expetuntur, prima quaque occa
sione cum reliqua supellectile sequuntur. Interim cubiculum nobis pro templo est, donec
cum Hebræis in deserti libertatem restitutis licebit sacrificare domino, quod sanè spero fu
turum propediem. Post has tempestates domini clementia dabit lætiora, postquam illi
us ira uersa fuerit in misericordiam. Nam huiusmodi rerum tumultus quales hodie uide
mus, immo perpetimur, nullus opinor ab Ecclesiæ crepundijs ad hoc usque temporis aut
uidit, aut legit, aut audiuit. Equidem agnosco diuinam prouidentiam: explorat electos
suos, uelut aurum igni, tentatq; num uere fident ipsi diligantq;. Quid alijs accidat ne
scio, me certe tot malorum procellæ adeo non labefactant, ut reddiderint etiam aliquan
to firmiorem: qua quidem in re absit ut quicquam tribuam meritis aut uiribus meis,
sed agnosco manum excelsi, in mea imbecillitate suam exerentis potentiam: cuius uo
luntati quoniam me semel totum tradidi, confido illius clementiam mihi non defutu
ram usque in finem. Ille misericors Samaritanus infundit uinum, ut emordeat purulen
tiam criminum, infundit & oleum, faciens cum tentatione prouentum, ut possim sustine
re. Id nī esset, qui tandem potuisset hoc corpusculum, hæc animula, tot malorum assulti
bus esse par? Ut enim omitam senectutis per se quidem grauis, sed multo grauius uia
letudinis incommoda, quid esse potest humano sensui durius, quam omni ex parte sic ani
mis gladiatorijs impeti, idq; nullo neq; modo, neque sine? Negatur Hercules unus duo
rum monstrorum impetum sustinuisse: At huic homuncioni cum tot Antais, leonibus,
cerberis, cancris & hydris digladiandum est assidue. Ne commemorem ista minuta, sed
interdum molestiora animalcula, uiperas, cantharides, cimices, culices & pulices. Multi
amissa re confugiunt ad laqueum, at erectis & generosis animis quanto preciosior est ho
nesta fama quam pecunia? Scis ipse quam multos amicos, qui me tantū non adorabant,
Gg 2 mihi

mibi quum alibi, tum apud Germanos pepererant bonæ literæ, qua sola possessione mihi uidebar fat beatus, qui nec opes, nec dignitates unquam ambij. Quis talem possessionem poneret æquo animo? At mihi non solum ponenda fuit, uerum etiam illud deuorandum, quod quos habebam iuratissimos amicos, atque ut priscum usurpem uerbum *συννοβήσις* *συννοβήσις*, id est, commorientes, eos ferè nunc habeam, aut hostes atrocissimos, aut clancularios insidiatores. Graue malum quod infligitur immerenti, grauius quod benemerito, grauiusimum uero uulnus quod uenit ab amico. Quanquam interim à nullis atrocius lædor, quàm ab his qui *facient*, sedulo quidem sed imprudenter. Quis finis undique prouolantium libellorum quibus profcindor? Quæ rabies istorum, quorum dentes arma sunt & sagittæ, & quibus uenenum aspidum sub labijs, quorum lingua gladius acutus? Vbi cessat horum improbitas? Non in cõuiuijs, non in priuatis colloquijs, non in arcanis confessionibus, non in sacris concionibus, non in publicis prælectionibus, non in aulis principum, non in uehiculis ac nauibus; & ab his intemperijs, nec pudor illos, nec conscientia, nec principum autoritas, nec toties in os ipsis regesta uanitas potest cohibere. Impo- nunt simplicioribus, parum bene uolentes nobis perpellunt in insaniam, modestiores obruunt improbitate. Nusquam non adsunt, loquuntur omnium linguis, utinam dei magna, itaque uincunt, nimirum deserta, quod aiunt, causa: quum ego tantum latine loquar, & si centum haberem linguas, quid unus ualeam aduersus tot conituras phalanges? præsertim quum mihi res sit non solum cum turmis hostium, uerum etiam cum his à quibus sto. Nulla est secta quæ me non capitaliter oderit, sed horum præcipue qui dominicum corpus nobis auferre conantur, & tamen apud episcopos quosdam ac principes insimulor, quasi cum illis colludam. Alij queruntur quod non stringam calamum in nouorum dogmatum autores, alijs id uideor parum acriter facere, nec desunt qui prædicent me his malis seminarium ministrasse. Ut rursus sileam minutos hostes, qui anserum, cunicum, culicum & pulicum ritu, nusquam non obganniunt, opputent, obstrepunt & moritant: qui tamen si uenenum non habent, tamen improbitate frequenter adigunt hominem ad uitæ tædium, nonnunquam & ad mortem insomnia. Hæc me tot annis perpeti, idq; solum, nam amicos si qui sunt, ferè absterret inuidia, nonne tibi uidetur durius quàm semel ~~lapidibus obrui, aut semel~~ *configi iaculis*? Ibi cruciatum mors corporis finit, hic animus faucibus in multas mortes superest. Quanquam nec ab istorum minis sum liber, qui corporis interitum moluntur. Iam ne quod genus malorum abesse, nescio quis sinister genius inter bonarum literarum cultores non minus ~~atrox~~ *diffidum* concitauit, quàm est inter sectas de fide digladiantes. Ob Budæum Badio collatum Lutetia lapidorum grammaticorum uersiculis. Hæc sues primum Romæ per Ciceronianos quosdam excitata, nunc demigravit in Galliam. Ab his ut sexagenarius de ponte deijci or, semelq; quicquid hæcenus habere uisus sum uel ingenij, uel eruditionis, uel eloquentiæ uel iudicij, cogor deponere. Atqui plerique sunt hoc animo, ut malint uita quàm gloria decedere. Gloriam si qua est æquissimo animo posuerim, at pro gloria, ab omnibus etiam abiectissimis conspui, cædij; colaphis, ac propemodum sit honos auribus, commin- gi concacariq; nonne uidetur durius morte? Nec in his malorum undis, ullus affulget portus huic senectuti quietus, iam ad nullum hominum conuictum accommodæ, nedum aulis aptæ principalibus: nisi nomen dare uelim alicui sectarum, quod haud dubie facerem, si mihi persuadere possem esse pia quæ docent omnia. Id quoniam nulla ratione nec hæcenus potui, nec adhuc possum, satius duco, uel cum sexcentis hominum sectis belligerari, quàm ab ecclesiæ catholicæ contubernio discedere. Quis sit harum turbarum futurus exitus, uiderit dominus, mihi persuasum est, eum perire non posse quisquis in petra immobili pedem fixerit. Probabile est, dominum his motibus & calamitatibus uelle castigare mores nostros, qui si uerum fateri fas est, nimium nimium defluerant à sincera pietate: præsertim in his qui uidebantur Ecclesiæ columina: non tantum si respicias ad euangelici spiritus uigorem, uerum etiam si species ueterum pontificum constitutiones, de probitate sacerdotum & clericorum æditas, quas innumeras Ioannes Gersonus in quodam opusculo commemorat. Quantum porro nostrorum temporum mores, etiam à Gersoni seculo recesserunt? Olim dominus per ranas, locustas, cyniphes, aliasq; pestes inuitauit Aegyptios ad poenitentiam, uerum me diuina ope fretum, nullus dolor aut uindictæ

dictæ cupiditas huc perpellet, ut uel locusta uelim esse uel Pharao. Castiget sponfus spon- sam suam suo arbitratu, nouit enim quid illi expediat, nulla res uel tam blanda, uel tam atrox erit, quæ me distrahat ab unica columbæ confortio. Hominum malicia rem auferre potest, famam auferre potest, uitam auferre potest, pietatem, qua nihil melius, auferre non potest, nisi prodamus ipsi thesaurum nostrum quem habemus ex sponsi munificentia. Proinde tutissimum arbitror illi medico toros nos committere, nouit plastes suum figmentum, nouit figulus uasculum lutecum quod deformauit: fingat, refingat, frangat, comminuat, non potest in æternum perire, quod illius digitis concreditum est. Siue porrigit amarum absinthium immixtis tristibus, siue blandioribus fouet remedijs, deniq; siue secat, siue urit, dubium non est, quin ut fidelis & amicus medicus nostræ salutis peragat negotium. Ille nimirum solus est, qui potest, & solet etiam occidendo uiuificare, uere iuxta Græcorum uetus prouerbiū *ὄνους ὁ σφωδελός*, id est, beneuolus mactator. Hic fortasse me rogabis, num qua titillatio sollicitarit aliquando mentem meam, ut in aliquam factionem concederem. Equidem non grauabor me totum aperire, tam explorata fidei amico, meosq; affectus in tuum sinum effundere. Interdum quum meo cum animo reputo, tam peruersam tamq; pertinacem quorundam maliciam, tangor interdum humano quodam sensu, uindictam di cupiditate: sed ea tam leuiter perstringit, ut ultra summam animi cutem nunquam per- nerret, pungatq; tantum, non uulneret. Mox enim carnis affectum reprehendit spiritus hunc in modum. Quid sibi uult tam impia cogitatio? Tu ne ut hominum maliciam uindictes, impias manus mittes in matrem Ecclesiam, quæ te sacro lauacro genuit Christo, quæ uerbo dei pauit, quæ tot sacramenta fouet uergetq;? Tu ne ut improbos lædas, ipse fies improbis: & ut temporariam iniuriam ulciscaris, animæ tuæ iacturam facies, nunquam recuperabilem: dum hosti nocere studes, ipse tibi quouis hoste fies nocentior. Respice corpusculum tuum, supputa quantum uitæ tibi super sit. Quum portum teneas, ultro te in mare præcipitabis? Nulla uindicta speciosior, quàm ut teipsum quotidie reddas meliorem. Totus hic tumultus temporarius est, urget quod æternum est. Hoc hoc age. Huiusmodi cogitationibus facillime discutio carnis affectum, qui citra periculum occurrit in uerbum: sed tamen efficit, ut melius intelligam quod accipio, Arium, Tertullianum, Vuy cleuum, aliosq; nonnullos, ~~in his delictis~~ *in his delictis* a Christiani gregis communionem recessisse, priuatumq; dolorem in publicum Ecclesiæ malum emisisse. Ego citius & famam & uitam posuerim, quàm ad facinus tam impium descendam. Quis sic animatus est, opinor non facile prolabitur in hæresim. Atque utinam liceat his tantis Ecclesiæ malis, huius uitæ dispendio mederi. Nam quod nonnullis sub obtentu zeli mea scripta falso criminantibus libere respondi, non uindictæ cupiditas huc me per- pulit, sed pietatis zelus aduersus maliciæ zelum excitauit. Aliud est hæreticum errorem uerbi, aliud hæreseos calumniâ depellere. Ad alta conuicta obticescere fortasse sentias est, uerum ad impietatis crimen esse mutum impietas est, si conscientiam habeam crimine li- beram. Paulus iubet & ore fieri confessionem ad salutem, at negandi genus est non habere linguam aduersus intentam hæresim. Nec obscurum est, quàm friuolas ob causas isti primum in me coorti sint. Prouexi linguas ac politiores literas ~~in his delictis~~ *in his delictis* quibus nunc se fingunt fauere, quum annis plus quàm draginta nullum non lapidem mo- uerint, ut eas profligarent ac subolescentes obruerent. Atque hoc est huius tragediæ se- minarium. Adhortatus sum theologos, ut omittis quæstionibus quæ plus habent ostenta- tionis quàm pietatis, conferrent sese ad ipsos scripturarum fontes, & ad ueteres Ecclesiæ doctores. Cæterum scholasticam theologiam non sublatam, sed puriorē magisq; seriam esse uolui. Hoc ni fallor, fauere est, non lædere. Adhortatus sum monachos, ut uere stu- deant esse quod dicuntur, hoc est mundo mortui, ~~in his delictis~~ *in his delictis*, ma- gis amplecterentur ueram animi pietatem. Vtrum hoc est odisse monachos, an bene uel- le potius? Notauit quosdam qui uota temere suscipiunt, item alios qui rudem ætatem ar- tibus in nassam illicunt: istos qui sine grauibus causis, sine pontificum autoritate dese- runt institutum suum nunquam probauit, imò multos uacillantes uel consolatus sum, uel confirmauit. Traduxi præpostera iudicia, unde scatur præcipua pestis Christianæ religio- nis. Hoc opinor est illam iuuare, non lædere. Sapius optaui Pontifices, Cardinales & Episcopos tales, ut in his reluceret apostolica pietas, nunquam mihi uenit in mentem

quenquam de suo gradu deturbandum esse. Nunquam contempsi, neq; contemnendas docui constitutiones ac ritus Ecclesie, sed prætuli præcepta dei, & com monstraui à carer monijs profectum ad meliora; & si quid in hisce rebus irrepsisset hominum negligentia, indicauit quomodo posset corrigi, id quod non raro fecit Ecclesia. Nullum ecclesie sacramentum non semper ueneratus sum, quanquam de matrimonio ueteris diuersa sensisse animaduerto. De confessione sacramentali nunquam dubitauit, uicem enim religiose uelut à Christi spiritu traditam putari obseruandam, nec unquam ausus sum, aut auderem ad Christi mensam accedere, aut ex hac uita decedere, nisi sacerdoti confessus quæ grauant conscientiam: ~~quæ de confessione sacramentali nunquam dubitauit, uicem enim religiose uelut à Christi spiritu traditam putari obseruandam, nec unquam ausus sum, aut auderem ad Christi mensam accedere, aut ex hac uita decedere, nisi sacerdoti confessus quæ grauant conscientiam:~~ De missa abroganda nunquam somniaui. De Eucharistia nullum uideo argumentandi finem, tamen mihi nunquam persuaderi potuit, neq; poterit, Christum qui ueritas est, qui ~~Christus est, tam diu passurum fuisse dilectam sponfam suam herere in errore, tam abominando, ut crustulum farinae pro ipso adoraret. De uerbis quibus consecramus, aliquando desiderauit fateor plenius edoceri. Verum in huiusmodi serupulis facile soleo in ecclesie catholice iudicio acquiescere. Dogma quo quidam cuius tribuunt potestatem consecrandi, absoluedi & ordinandi, semper habuit manifesta in sania. A sectis & schismaticis unice semper abhorruui, nec hactenus ulli me addixi factioni, quum eò tot causa protruderent; nec ullos mihi collegi discipulos, sed si quos nactus sum, Christo tradidi. Illud potissimum me ledit apud quosdam, quos & nescire pudeat, & piget discere, quod in Annotationibus meis multa indico, à doctores superiorum temporum perperam intellexisse, quod ad alliciendo segnes ad philosophiæ studium, Nouum testamentum sermone paulo mundiore explanauit. Nam isti quanquam sibi uidentur pulchre latini, quod uicè solocismos manifestos, tamen si ne hos quidè satis uitant, tamen à lingue Romane delictis plurimum absumunt. Non agnoscunt proprietatem & emphasim uocum, non agnoscunt tropos & allusiones, quæ non parum uenustatis & gratiæ addunt orationi. Proinde sæpenumero fit, ut quem idem dicam, quoniam nō isdem uerbis dicuntur, quibus illi solent, sua probent, mea reprehendant. Vtinam autem in scholasticis illis placitis, ad quæ nunc uelut ad gnomo nes exigunt scripturarum intelligentiam, inter se scholæ consentiant. Probetur sanè illud dicendi genus, sed in diatribis scholasticis, ubi qualibuscunq; uerbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus & in his libris qui parantur non solum ad docendum, uerum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeat, apud eos uero qui mun dicem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseæ. ~~Quod si uelut in scripturis uelut in diatribis scholasticis, ubi qualibuscunq; uerbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus & in his libris qui parantur non solum ad docendum, uerum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeat, apud eos uero qui mun dicem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseæ.~~ ~~Quod si uelut in scripturis uelut in diatribis scholasticis, ubi qualibuscunq; uerbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus & in his libris qui parantur non solum ad docendum, uerum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeat, apud eos uero qui mun dicem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseæ.~~ ~~Quod si uelut in scripturis uelut in diatribis scholasticis, ubi qualibuscunq; uerbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus & in his libris qui parantur non solum ad docendum, uerum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeat, apud eos uero qui mun dicem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseæ.~~ Suum quisq; trahit funiculū, unicum potius omnes trahamus funiculum, uidelicet Christi. Nō oportuit quonq; ob hominum improbos mores à pijs Ecclesie dogmatibus recedere: sed illud est prudentiæ Christiane, stirpem ac radicem horum malorum semel excindere, ne facile queat repullulascere. Meam quidem priuatam calamitatem moderatius fero, quod sciam eam non fore diuturnam. Iam enim delibor, & agnosco supremum uitæ diem haud procul abesse, sed profecto publicam Ecclesie ruinam non possum non acerbe ferre. Si tempestas hæc tantum eos attingeret, qui dedere causam, tolerabilior esset. Nūc quot pij sacerdotes, quot integri monachi, quot sanctæ uirgines indignis tractantur modis, & si spectemus proemia, uidentur atrociora imminere, ni propitij numinis bonitas dignetur auertere: quam equidem spero nobis nō de futuram, si sinceres animis ad eam cōfugerimus. Ea consoletur cor tuum & afflictorum omnium, domine & amice in Christo charissime. Datum Basileæ Calendas Aprilis, Anno M. D. XXXIX.~~

ERASMVS ROT. GEORGIO SAXONIE DVCI S. D.

V A singularis humanitas illustrissime princeps hæc me docuit fiducia, ut ex tēpore incogitantius scribam ad tuā Celsitudinem, quā uideo nōnihil offensaui epistola mea, quam scripseram III. Cal. Iunias M. D. XXXVII. syncerissimo quidem animo, sed ut apparet incircūspectius, quàm decuit ad talem tantumq; principem. Et tamen similia scripsi non semel Casari & Ferdinandando, qui cognoscentes sinceritatem animi mei, in bonam partem accipiunt meam simplicitatem. Casari literas postremas ad te mitto. Absit ut ego Casarem aut Ferdinandum fauitor infimulem, quibus omnia debeo, & quorum fauore subdito aduersus infultus quorundam, qui miris cuniculis mihi iam olim moluntur exitum. Quod consilijs & inuicentis rationibus malo sanari pestem hanc, quàm tot hominum milia occidi, nisi hi commueit cum Augustino, Hieronymo, breuiter cum omnibus illis Christiane fidei propugnatoribus. Nec hic ago negocium hæreticorum, sed principum & orthodoxorum. Videmus quàm late serpsit hæc uex. Si tantum ferro res agatur, multos bonos ac pios inuoluet ea tempestas, & bellorum incertus est exitus. Si indulgerem humano affectui, hoc est, si tam male uellem Lutheranis, quàm male uolunt mihi, exhortarer summis uiribus principes ad seuitiam: sed aliud suadet Christiana charitas, aliud consulit humane conditionis respectus. Non semper spectandum est, quid mereatur hæreticorum impietas, sed quid expediat reipublicæ Christianæ. Certe nostrum est semper ad meliora uocare consilia, nec ideo tamen minus licet principibus uti suo iure. Augustinus toties sollicitè intercessit ne occiderentur Donatistæ plusquã hæretici. Et tamen ea pestis non transferat Africam. Hic igitur nihil opus est, ut quisquam seuitiæ calumniam à Casare & Ferdinandando depellat, quum in isdem literis fatear hæreticorum improbitatem ad seuitiam prouocare. Dignus igitur fauitor, qui huc prouocat. De fauitor bellorum nihil sensi, quanquam si fieri posset, optarem & monarcharum animos iungeret Christiana cōcordia, & huc frequenter sum hortatus Casarem. Id si fieri non potest, illud precari non desinam, ut Casar ac Ferdinandus uincant quàm minimo sanguinis humani dispendio. Opto ut felicior sit exitus quàm polliceri uidentur proemia. ~~Sicut enim in scripturis uelut in diatribis scholasticis, ubi qualibuscunq; uerbis rerum subtilitas explicanda est: in concionibus & in his libris qui parantur non solum ad docendum, uerum etiam ad excitandos affectus, dictu mirum, quàm illa frigeat, apud eos uero qui mun dicem orationis requirunt, risui sunt etiam ac nauseæ.~~ Certe multorum inconsulta improbitas plurimum obiit Ecclesie tranquillitati. Si episcopi cum sacerdotibus, imò si omnes nos ex animo cōuerteremus nos ad dominum, intelligentes hanc esse manum Dei, ipse tolleret à nobis iram suam, & sua misericordia lætum exitum daret his tumultibus. Pium est uotum malle mederi seductis quàm occidere: & timere, ne seueritas principum adferat grauius morbo malum, non est fauentis hæresibus, sed principibus ac reipublice metuentis. Hæc est affectus mei summa, quam obsecro ut tuâ illustrissima Celsitudo in bonam partem interpretetur. Quæ si dignabitur meam epistolam relegere, fortasse rectius perspiciet quid senserim. Christophorum Carleuitium illustrissimæ tuæ Celsitudini commendaui, spe quidem optimâ, sed tamen non absq; metu, qui semel atq; iterum huiusmodi cōmendationibus fuerã pudefactus. A dero tamen iuueni monitor & extimulator sedulus, ut & tuæ expectationi & meo testimonio respondeat, quod illum ut facturum confidam multis adducor argumentis. Is Dolam cōcessit, partim ob dissidia factionum, partim lingue Gallicæ discendæ studio. Curabo tamen ut accipiat quæ misisti. Mitto exemplar epistolæ Casaræ, quam proximam ad me misisti. Hæc raptim ex tempore, quod is qui fasciculum pertulit mox accingebatur ad iter. Opto tuam Celsitudinem illustrissimam q; optime ualere. Datum Basileæ nono Cal. April. Anno M. D. XXXVIII.

ERASMVS ROT. HERMANNO PHRYGIO S. D.

R ATVLOR tibi incolumem ex Italia reditum, gratulor felix coniugium, ut utranq; perpetuum sit uehementer optans. Dialogis meis de pronuntiatione & Ciceroniano adieci orationem Rodolphi Agricolæ Mediolani sic uti uidetur, habitam. Nihil ab illo uiro proficiscitur, quod non diuinitatem quandã spirat. Itaq; nolim quicq; illius intercidere. Hoc studij mi Hermanne Gg 4 debes

debes uel patriæ, uel affinitati. Quare te rogo ut in hoc incumbas. Nulli magis congruè hoc munus quàm tibi. Opus de inuentione Rhetorica quidam oneravit commentarijs, iuuenis ut apparet nec indoctus, nec infacundus, sed insunt multa ~~inoperta~~, quædam etiam odiosiora, iuueniliterq; destomachata. Malim scholia docta, & ad rem facientia. Ni tot oneribus essem oppressus, non grauarer hanc suscipere prouinciam, adeo fauco R. dolphi memoria. Hanc operam si sumpseris, simul & tuum nomen reddes illustrius. Ferret hæc aliquam tibi fama commoditatem. Socerum tuum Pompeium Oeconem salutata meis uerbis diligenter. Tu uale quàm optime. Datum Basileæ tredecimo Cal. Aprilis. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVS ROT. ADRIANO A RIVVLO S. D.

ILVERVNT epistolæ, at non siluit amor, interrupta est literarum uicissitudo, at non intermissa est tui memoria, cuius erga me pietatē plentius etiam ex Francisci Dilsi prædicatione cognoui. Huius conuictu mihi fortunatus uidebar, nisi necessitas illum distraxisset à nobis, uereor ne simul & à Mulsis.

Quæ hinc gerantur omnia cognosces ex Dilso, quo mihi licet esse breuiorem. Si tuæ res secundis uentis succedunt, est quod summopere gaudeam: certe meretur ille mentis tuæ candor fortunam prosperrimam. Nuper Oecolampadius duxit uxore, puelam non inlegantem. Vult opinor alligere carnem. Quidam appellant Lutheranam tragœdiã, mihi uidetur esse comœdiã. Semper enim in nuptiis exeunt tumultus. Si quid habes bonæ rei, scribe per Quirinum Taleium meum. Bene uale. Basileæ XII. Cal. April. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVS ROT. ALFONSO MANRICO
archiepiscopo Hispalensi S. D.

RNATISSIME præsul. Testis est mihi dominus, quod magis sollicitus fuerim, ne quid tumultus ~~in~~ improbitas apud uos excitaret. ~~q; de~~ causa mea. Nam me quidem hæc Ecclesiæ dissidiã sic discruciant, ut mihi ~~proprium~~ ~~ut~~ mors sit quàm uita. Si uere spectarent Christi gloriam ac pietatis negocium, nequaquã ad istum modum publicam tranquillitatem inquietarent. At uereor, ne complures istorum transuersos agat gloriæ sitis, ac gloriæ uentrisq; negocium. Dolet minoris fieri quàm solent aut uellent, dolet minus licere q; liberet, dolet plerosq; respicere, quorum simplicitas hæcenus illis lucro fuit. Magis autē gaudere debebant de lucro pietatis, deq; gloria Christi. In hoc uno oportebat & gloriam & opes, & autoritatē, & uoluptatem omnem collocare, qui se mundo mortuos profitentur. Ago gratias domino, qui per tuam autoritatem inconditos istorum tumultus mitigare dignatus est. Neq; me clam est, quantum debeam absolutissimo Theologo Ludouico Coronello. Christus qui per uos hæc operatur, rependet uobis præmiũ, nunquã auferendum. Ego patienter omnia tolerans, quæ dominus immittit, seu læta, seu tristia, bonas literas, ac pietatem pro mea uirili prouehere conabor usq; ad extremum animæ. Erupit in uulgus apologia nostra, quam ego magnopere premi cupiebam, non tantum eò quod suspicabar amplitudinem tuam id malle, uerum etiam quod mea referret hoc negocium nõ spargi latius, quæ res & aduersarios plus satis iritatos acrius exacerbaret, & mihi nõ mediocrem inuidiam constaret apud plurimos. Verum huius casus ueniam deprecor in priore præfatione, quam alteri præposui. Dominus amplitudinem tuam seruet incolumem eximie præsul, qui per te tuicq; similes Ecclesiæ suæ pacem ac tranquillitatem restituere dignetur. Datum Basileæ duodecimo Cal. Aprilis. Anno M. D. XXVIII.

+
Quorumdam

ERASMVS ROT. PETRO DECIMARIO S. D.

VAMDIU corpusculum hoc suffecurum sit laboribus, nouit in cuius arbitrio sunt res mortalium omnes. Qui tacant uires attritas ut scribis, aliquanto clementius me tractant illis, qui me solent quotannis bis eserre. Nunc gratia Christi ualetudo paulo prospertor est quàm fuit annis superiorib. Venitres ac mali ~~in~~ nihil aliud lucrificiunt quàm odium ac ludibrium, nec satis mirari possum hominum stoliditatem. Quum hæc tempestatem nobis immiserit dei manus, uicij hominum exacerbati, culpam in alios rejicimus, & canum more lapidem proiectum mordemus, nõ attendentes ad eum qui proiecit. Dominus est qui nos omnes uocat ad uitæ correctionem, nec audimus admonentem, sed stultis causationibus ipsi nobis blandimur. Gulielmum Carmelum, & Stephanum Florimundum, meo nomine uicissim salutabis amanter. Cum uentribus non est admodum uerbis decertandum, modestia recteq; factis eos uicisci pulcherrimum est. Mittam tibi duos libellos recēs excusos, alterum De recta pronuntiatione, alterum De phrasi Ciceroniana, si modo negociator non grauabitur hoc oneris suscipere. Geminum tetrastrichon non grauabimur addere. Copia, aut simili libello. Prouerbij non item quadraret. Bene uale. Basileæ quarto Calend. Aprilis, Anno M. D. XXVIII.

FORTISSIMÆ ELVETIORVM NATIONVM CONCILIO
BADENSI, ERASMVS ROT. S. D.

VVM mihi non deesset animus unice propensus ac promptus ad id quò me quum uestra omnium uoluntas, quibus ex animo bene uolo; præsertim eodem non minus amanter quàm instanter uocante inclyto huius urbis senatu, cui nihil non debeo, tum ipsius negocij pietas inuitabat, domini & amici mihi semper obseruandi, tamen ut nihil aliud fuisset, hæc ualetudo plusquam uitrea, & ad quamuis leuem occasionem periclitans, iustiore quàm ipse uellem præbuit excusationem, quo minus isti cœtui uestro liceret interesse. Quamquam absque me spiritus Iesu suggeret cordibus uestris salutifera consilia, ut omnes sitis unanimes in sana doctrina Ecclesiæ Catholicæ. Vnum tamen erat, de quo pietatem uestram per literas admonere uisum est, uidelicet quod ea res non minus uestra omnium referat quàm mea. Sparus est ante paucos dies libellus, cui titulus Erasmi & Lutheri opinio de cœna domini, de quo difficile sit pronuntiare, utrum plus habeat stultitiæ an malitiæ. Quum in singulis paginis iteretur nomen Erasmi, ipse qui scripsit nusquam est ausus apponere nomen suum, nisi quod in calce subiicit nomen fictitium, quod ipsum statim argumentum est malitiæ conscientiæ. Deinde uehit me magnificis laudibus, hoc est, afficit honorifica contumelia, sic laudans prudentiam & eruditionem meam, ut persuadere conetur, quasi faueant dogmati quod iam olim damnatum est ab Ecclesia Catholica, quasi societas erroris ualeat aduersus ueritatem. Ac planè stultissimis argumentis conatur persuadere, me aliud celare in corde quàm uelim profiteri, cuius rei causam uult uideri timiditatē; præterea colligit è libris meis loca quædam impudentissime deprauata & ad suspicionem detorta. Sed huius scriptoris stultam insaniam breui libello adito depingam, fortassis intra sex dies.

Nunc

Nunc ne quem in ruina trahat nominis mei sumus, quem artifex ille conatus est oculis simplicium offundere, illud modo vobis egregij domini testatum esse uolo, me non recufare quo minus habeat omnium hæreticorum princeps, si in meis lucubrationibus, quas scripsi plurimas, uel unus locus inueniri queat, qui de Eucharistia secus sentiat quam hæcenus nobis præscripsit ex autoritate diuinarum scripturarum Ecclesia Catholica, aut si quisquam mortalium audiuit me probantem opinionem Vuyeleutarum, quam nunc reuocant quidam. Hoc mihi satis est apud homines. Testor autem deum, qui solus nouit corda hominum, atque hunc mihi precor iratum, si unquam defedit in animo meo sententia quæ pugnat cum ea, quam hæcenus magno consensu defendit Ecclesia Catholica. Quid alijs reuelatū sit ipsi uiderint. Mihi nullæ rationes hæcenus persuadere potuerunt ut discederem à præscripto Ecclesie. Nec hic metus est humanus, religio est, ac metus iræ diuinæ. Isti impudenter obijciunt timiditatē, quum ipsi non audeant suis libellis nomen suum adscribere, & sortes sibi uidentur, quod famosis furiosisq; libellis, ac subinde nouis opinionibus miscant orbem dissidij. Si dissentit inquit, quor non scribit contra? Quali consensu quisquis non scribit in aduersum, aut quali desint qui scriptis repugnent. Sunt istic in concilio qui uiderit quod exorsus eram scribere aduersus opinionem Carolstantij, noueruntq; causam quam obrem quod coeperam intermiserim, nec is ignorat causam, qui huius libelli fuit, uel autor uel instigator. Qui tales emittunt libellos plusquam famosos sine loci, typographi autorisq; uero titulo, nec famosos tantum, uerum etiā dissidiorum & hæreseon disseminatores, etiā apud Ethnicos puniebantur capitis supplicio. Et quod apud illos erat capitale facinus, nunc quorundā ludus est, qui sibi uidentur Euangelicæ doctrinæ propugnatores. Habetis magnifici domini animi mei sententiam, bona fide declaratam. Proinde si quis ob sceleratum illum libellum impigerit, mihi non poterit imputare. Meo sum officio functus. Cæterum uestræ iustitiæ fuerit, curare ne leuibus ac fatuis impune sit ad istum modum ludere cum periculo, tum uitæ, tum famæ alienæ, non sine perniciæ reipublicæ. Precor ut dominus Iesus bene fortunet quod agit dominus mei semper amplectenti. Datum Basileæ Idus Maij, Anno M D XXVI.

GVLIELMO VVARAMO ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI ERASMV ROT. S. D.

MPLISSIME præsul, ac benignissime studiorum meorum Meccenas, erupit tandem in apertum uetus illa in me coniuratio ~~manichæorum~~ ~~apostata~~ ~~theologorum~~, hoc agentium ut libros meos excutiant e manibus hominum, sed mihi credendum habebit successum. Multis regionibus simul aggressi sunt hoc negocium, deuotis animis, sed ubique reppererunt potentes qui conatibus

illorum furiosis obstitent. Habeo ferme quicquid notarunt in libris meis, & sanè gaudeo non alia posse produci ab his qui plusquam hostilibus animis ad calumniam detorqueunt omnia. Si uacabit legere libellum, cognosces quibus mendacijs & sycophantijs mecum agant. In hoc tumultu uetus ille tragœdiarum artifex uelut Androclides fortem agit uirum, oblitus suæ legationis, idq; quum non ignoret me Archiepiscopo Toletano, præter alios aliquot episcopos, multis aulae proceribus atq; ipsi etiam Cæsari non ingratum esse. Demus aliquid in libris meis esse, quod poterat dici circumspicius, certe nihil impium possunt ostendere. Quod autem exemplum hoc est, ex maliciosa conspiratione per uniuersum orbem, clamoribus insanis & furiosis libellis unum hominem aggredi. Hoc non est defendere fidem, quo titulo isti se uenditant, sed nouos tumultus excitare, quum barbarum undique sit plus satis. Excitauimus plurimos ad bonarum literarum studium, quin & Theologorum studia tot lucubrationibus meis, uel excitauimus, uel adiuuimus. Si quid inest humani lapsus poterat dari negocium aliquot integris ac doctis uiris, ad quorum iudicium corrigere rentur ea quæ iure offenderent. Verum non offenduntur erratis, aliud est quod illos urit. Ex linguis ac bonis literis undique feliciter efflorescentibus, uident suam opinionem apud omnes decrescere, nec mirum qui tot iam annis aduersum optima studia summa ui belligerentur, quæ si uoluissent amplecti, nec aliorum dignitatem obscurassent, & suam illustrassent etiam. Nunc torquet illos inuidia. Per omnes orbis nationes Erasmi qualiacunq; scripta teruntur manibus, Sutorum & Beddarum libri ridentur à pueris. Est & aliud hulus. In libris meis nonnunquam admonéo Theologos, ut omnis quæstionibus

sophisticis

sophisticis adeant fontes scripturarum, euoluant sanctos Ecclesie doctores, & indico loca quædam in quibus lapsi sunt ob linguarum ac uerustatis incitiā. Similiter & monachos admonéo, quibus in rebus sita sit uera religio. ~~Idcirco præscripsit, multos in manu scriptorum ac monachorum regnum manere, uerum hoc non expediebat populo Christiano.~~ Ex meis libris nec hæresis, nec dissidium ullum est natum, isti suis clamoribus suscitāt hos tumultus. Sed intra paucos annos uidebis scenam rerum humanarum inuersam, & eam moderationē quam perpetuo sequutus sum in scriptis meis amplectentur. Vociferantur istic in Colloquia mea, quum uix altus liber sit conducibilior ad eximendas animis hominum stultas de rebus opinionones. Erit autem illud prudentiæ principum, hos tumultus inconditos autoritate sua compescere, alioqui in grauis incendium exituros, quam hæcenus excitatum est à Lutheranis. Habent titulos honestos, quibus hoc faciant. Satis est turbarum in Ecclesia, etiam si non queramus nouam turbationum materiā, & abunde est nobis negocij cum ijs, qui palam profitentur ac scriptis defendunt ea quæ docet Lutherus, etiam si non facessamus negocium ijs, qui nobiscum pugnant aduersus Lutherum. Deinde quoniam Cæsar habet in animo quædam in Ecclesiam recepta in melius restituere, quod absque frequentissimo principum concilio fieri non potest, præstat si quid est eiusmodi rerum, in illud differre tempus. Nunc quantum licet paci studendum est, & excludenda dissidiorum materiā. Postremo si maxime scriberem secus quam oportet, non expedit istiusmodi clamoribus, calumnijs, cōspirationibus, libellis rabiosis, mederi lapsibus hominum. Nam talibus modis Lutheranum negocium ex minimis inijs ad hoc incendium, quod nunc late per orbem diuagatur, exacerbatum est. Fluitusmodi titulis si principes istorum impetus fregerint, mox consulescet eorum tumultus. Sin indulerint illorum impotentibus odijs, res eò proficiet, ut quum principes uolēt eos compescere non queant. Hi fatales orbis motus non absq; numine uidentur orti, modisq; non credendis huc usq; progressi. Arcanū est Dei consiliū, quid moliantur homines studijs, uideamus, quid molatur deus nobis incertū: nouit maliciā ac stulticiam mortalium in suam gloriam & in bonorum salutem uertere. Proinde mihi semper erit curæ, ut illi præstem synceram conscientiam, de exitu uiderit ipse. Si tua sublimitas cupiet amplius de ijs quæ hic geruntur, cognoscere, ex his quæ mihi Bedylo secretario tuo licebit, De di negotium Petro Aegidio ut ad te mitteret diu Hieronymi uolumina posterioris æditionis pulchre concinnata, an fecerit nescio. Basileæ Anno M D XXVII

ERASMV ROT. GEORGIO DVCI SAXONIE S. D.

ILLVSTRIS princeps, lubens accepi libellum, lubentius tuæ Celsitudinis literas. Mitto nunc alterum librum Hyperaspiste, si quis erit qui tantum uelit suscipere sarcinule. An pro suo merito tractauerim Lutherum, tuum esto iudicium. Illud possum uere dicere, mihi iamdiu nihil fuisse molestius, quam istius hominis gloriosas nentias perlegere. Nam hoc rædium erat deuorandum, si uoluissim illi serio respondere, neq; me clam est, quos fremittis me liber sit excitaturus, quod hæc ausim in ipsorum regno. Itaq; ni me principes suo fauore subleuēt, ue reor ut subsistam, non tantum ob Lutheranos, quantum ob quosdam titulo Antilutheranos, re Lutheranisimos, qui uictoriam Christo debitam conantur ad se trahere. Opto serenissimæ Celsitudini tuæ perpetuam felicitatem. Datum Basileæ Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII

ERASMV ROT. IOANNI CANIO CANONICO Curtracensi S. D.

ROTVO solito in me studio gratiam habeo maximā. Quod pecuniā tam diu mansit apud M. Laurinum mihi luculento damno fuit, quod tamē nulli possum imputare, nisi moribus aulae. Si fuisset apud Schertum, ille curasset ne quid detrimētū caperem. Petrum Barbiriū arbitror irato Mercurio natum, qui tot annos uersatus in aulis monarcharum, Cæsaris, Romani pontificis, idq; apud Hispanos, ubi glebæ fluuijq; ferunt aurum, tamen nudus ad nos redierit. Nicolaū Barbiriū enataste saluum non mea tantū causa gaudeo. Nam scribis hoc mea quoque re ferre. Tibi precor omnia tuis digna uirtutibus. Barbiritus mihi debet bonam pecuniā, optatim

optarim ut mature difceat, quo posset soluere. Datum Basileæ octauo Calend. Septemb.
Anno M. D. XXVII. Posthac si commode potes, ne cui des pecuniam, nisi cui ius
sit Erasimus Schetus. Is rectius curabit, ut quam minimo dispendio ad me perueniat, ho-
mo non optime latius, sed tamen optimæ fidei.

ERASMVVS ROT. IOANNI COCHLEIO S. D.

CIEBAM errore factū de mutato additionis ordine, & si studio factū esset
res leuioris est momenti, quam ut ob id minus iucundus sis amicus, tantum
abeat ut sim offensus. Thomam Morum tibi factum amicum gaudeo. Decet
enim ut si iuxta prouerbium amicorum cōmunia sunt omnia, sint amicorū
& ipsi communes amici. Quod peninsulam Cymbricam cogitas, precor ut
bene uertat. Iter perlongum est, & gens fera dicitur, & instat hyems, præterea Caesar mo-
litur generale concilium. Habeo libellos quibus continentur omnia acta inter Casarem,
Callum, Venetos & pontificem, excusa Compluti per Cancellarium Mercurinum. Ve-
rum si te urget res & allicit bona spes, mitius feram tui desiderium, quem tamen mallem
abesse propius. Si episcopi pugnant pro regno Christi non pro suo, a lacriorioribus ani-
mis capessere hanc militiam. Et tamen interim comescenda est improborum sedi-
tiosa temeritas, donec deus afflet principum animos. Horum tumultu nullus unquam
erit finis, nisi quedam mutantur, sed ea sunt eiusmodi ut nulla spes sit fore ut recipiant.
Quare tibi nihil in isto negotio possum consulere, nisi ut spes non hominum sed Chri-
sti negotium, magisq; sis intentus seruandis hominibus, quam puniendis. Plura literis cō-
mittere, nec uacat nec tutum est. Bene uale frater & commilito in domino charissime. Da-
tum Basileæ octauo Cal. Septembr. Anno M. D. XXVII. Optimo Nauseæ mul-
tam ex me salutem dicito.

ERASMVVS ROT. BILIBALDO PIRKHEMERO S. D.

~~M. D. XXVII.~~ Opino Frācisū Dilphum apud te fuisse, talemq; comperitū,
qualem depinxeram. Ab eius abitu reddita sunt mihi tuæ literæ, satis & ala-
cres & copiosæ, quæ mihi tristitiam omnē absterfere, quam ex prioribus il-
lis literis, quas oborta tibi paralyss interruperat, conceperam. De fide ami-
corum etiam post illam meam querimoniam, talia comperi, ut totam anco-
rā sacram & nō sacram fixerim in Christo, qui solus nec uult nec potest fallere. Homines
mirum quā interdum simulent & dissimulent, & si qui ex animo bene uolunt, immane
quā hoc est temporariū, quā leui occasione totus ille fauor uertitur in odium. Ibi quā
tenax offense memoria, quā profunda beneficiorum omnium oblitio. Sunt qui prodesse
si uelint nihil possint, quā lædere nemo non possit. Sunt qui dum imprudēter prodesse
student, lædunt maxime. Cum talibus amicis nobis res est, quod quidem mihi tecū com-
mune esse doleo, moderatius laturus, si mihi proprium esset incommodum. Mones au-
tem & ~~amantem~~ & amanter, ut horum mores boni consulam, ni malim in solitudinem
aliquam demigrare. Humana uitā facillime condono amicis. Capitales perfidias ab ijs in
quos fui cumulatisime beneficis, deuoro quidem, sed non sine tædio. Absit autem ut ta-
le quicquam de te suspicer. Quanquam noui quosdam huic rei natos, dirimendis bono-
rum amicitijs. Facile boni consulo quæ scribis de Oecolampadiano negotio, modo tu
probes quod in eo quietem ago. Fueram orsus, sed ilico sensi me nihil aliud profecturum,
quā ut hic concitarem tumultum, rebus nimium suppuratis. Et iam nunc meditor fu-
gam, nec uideo quō. In Hispanijs tantos tumultus excitariūt ~~ut nec Casar~~, ut nec Casar
ris, nec Archiepiscoporum autoritas possit eos comescere. Lutetiæ Theologi quidam
duce Bedda moluntur extrema. Louanij qui princeps est huius carnificinæ mihi capita-
lis dicitur inimicus, ut est bonis omnibus. In Anglia inuitat amantissime, tum Rex tum
Archiepiscopus Cantuariensis, sed plurima sunt quæ me deterrent ab ea insula. Verum
quorsum attinet hæc deliberatio, quum hæc ualetudo non patiar ullam profectionem,
quum ægre domi tuear uitam, si tamen hoc est uitam & non potius animam agere. An
Philippus adfuerit Luthero aduersus Diatribam nec ne, mea quidem haud magni refert.
Articulos rursus hic excuderunt. Videtur Lutherus nonnihil adulari suo principi. Vbi-
cunq; regnat Lutheranismus, ibi literarū est interitus. Et tamen hoc genus hominum ma-
xime

xime literis alitur. Duo tantum querunt, censum & uxorem. Cætera præstat illis Euan-
gelium, hoc est potestatem uiuendi ut uolunt. Regis Ferdinandi res sat pulchre habet in Vn-
garia siliceat per Turcam. Ursinus Velius iam conscripsit librum de rebus ab eo gestis.
Anabaptistas potissimum supplicij terret, qui tollere dicuntur omnē principatum. Cal-
culus meus uersus est in calcem, cuius magnam uim quotidie eicio, sed tolerabilis crucia-
tu. Diuino malum conceptum ex uino & faccero, quorum utrunq; uenefici calce opinor
temperant. ~~Ubi uultu potestatem, quæ mihi quædam, probam fortis in Hispanijs, quæ
quæ dicitur de facis, quæ uultu, quæ dicitur de facis, quæ uultu, quæ dicitur de facis, quæ uultu,~~
Durere uicem uehementer doleo. Arbitror te legisse locum in quo mētōnem illius facio.
Totum opus nunc absolutum est. Fortassis dices esse coactius. Fateor, sed non dabatur a-
lia occasio, & arbitror eum libellum qualis qualis est maxime uoluntatum per manus ho-
minum. Clebergus iam pridem hinc abest, nec scio quid egerit. Me bis inuisit, abiens non
salutauit. Glareanus hic nunc solus habet discipulos frequentes. Deest homini fors, nunc
cogitur in diem uiuere. Hactenus ad tuas literas, quas decimo quarto Februarij scripseris.
Dilphum apud te fuisse puto. Scire cupio quomodo tibi iuuenis placuerit. Cæsaris episto-
læ quam ad me dedit proximam, exemplum ad te mitto. Ex apologia quæ nūc prodit, co-
gnosces aliquam Hispanicæ tragicæ partem. Si Lutherani abstinent ab Eucharistia
~~conuelli~~enda, missa abroganda, imaginibus tollendis, ac suos imprimis prouocassent ad ui-
tæ sinceritatem, sperari poterat lætor exitus. Nunc Lutherus tacet, Melancthon miti-
gar, sed sero, ut ais, sapiunt Phryges. Bene uale. Basileæ, Anno millesimo quingentesimo
uigesimo octauo.

ERASMVVS ROT. LAZARO BAYFIO S. D.

NERARE laudibus immodicis si cui bene uolunt, adeo doctis solēne est mi-
Bayfio, ut resellere, sit agnoscentis. Itaq; statui posthac quicquid est istiusmodi,
silencio concoquere. Gratus tamen est mihi tuus candor, quem olim literis
suis Hermannus Phrysius mihi depinxit. Quontam recusas quod abs te pe-
to, recuso uicissim quod a me petis, ut in turbam eorum qui studiorum meo-
rum amuli sunt, recipiaris. Imo inter amicos primarios primas tenet Bayfius. Nos no-
stro seculo fabulæ partem egimus, nunc æquo animo cedimus felicioribus. Theologorū
inconditos tumultus non queo satis admirari. Scripsi super hæc res ~~sancti~~ Parlamētari &
sacratissimæ facultati. Quod aiunt, apud me Christum damnare uota, ~~inimicum~~ quum
Bedda tot euidentissima mendacia mentitus sit in uno libello. Si uauis istic ædi libellum
tuum De uasculis culinarijs, eod quod adlis, & frons occipitio sit prior, probō. Si isti ces-
sant curabimus hic excudi, modo mittas exemplar abs te recognitum. De uasculis ample-
ctor bonam uoluntatem Reuerendis. Card. Ceterum quæstor obliuiscetur, accusabit au-
riffices qui fefellerint. Hic certe solent ~~ad uel~~ ~~ad uel~~ ~~ad uel~~ ~~ad uel~~ principum famuli. Ne pilus qui-
dem uasculorum acceptus est. Scribam ubi recepero. Michael Bentinus præmissa uxore,
uxoris matre & hospite quodam, adhuc & puero, quū paucis diebus in solis aedibus uer-
saretur, eadem pestilentia sublatu est. Sequutus est illum protinus, is qui in castigandi ui-
ces successerat. Nos uero reliquit & Ioannes Frobenius mœrore meo immedicabili, nam
uxor iam alteri nupsit. Gratulor tuis studijs istum Mœcenatem, non minus benignum
quā potentem, quem mihi tecum communem esse factum gaudeo. Tuum erit submone-
re si quid erit, in quo possim illi gratum facere. Bene uale. Basileæ Calend. Martias, An-
no M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. ALFONSO VERVESIO S. D.

I mea causa tantum laboris, tantū inuidiæ susciperes frater in domino hono-
rande, optimo iure te plurimi facere deberē, ni uir essem insigniter uel excors.
S qui non intelligerem, uel ingratus qui non agnoscerem tam singulare tuum
in me studium. Nunc quum omnia tum facias tum patiaris, nō tam mea cau-
sa, quā studio pietatis ac ueritatis, multo pluris te facio mi Veruesi charissi-
me, fateorq; me tibi longe plus debere, quippe qui sic affectus sim in hoc negotio, ut ma-
ximam pietatem uincere quā Erasimum. Si Christo cesserit uictoria, me uictorem esse iudi-
cabo, postea quā uicerit ea pars cui toto pectore faueo. Itaq; gratias ago duplici nomine,
quum meo cui tam amicam nauas operam, tum pietatis cuius causam gnauiter ac dextre
Hh propu

propugnās. Quis & recreor tuo de me iudicio, quod falli, ne possim suspicari, utat ista tua singularis uel integritas uel eruditio. Vtinam ordinis tui modestiam imitentur & ce-
 teri, qui sibi pei suadent, sese & Christianam religionem & exultationis suae dignitatem
 improbis obtreccationibus, scurrilibus conuicijs, ac seditiosis uociferationibus tueri pos-
 se, quasi nō sedeant in caelis qui talia mortalium consilia deridere soleat atq; subsannet. Ad
 articulos iam ante menses sex erat parata respōsio, cuius aliquot exemplaria misimus a
 amicis. Inimicos ut modestia quoq; superem, admones tu quidem amantē; ac mihi uisus
 sum pulchre moderatus stilum, primum qui nullius adiderim nomen, deinde nusquam
 debaccher conuicijs: nisi forte conuictum non est, quum illi nominatim impingunt quod
 pugnam aduersus diuinitatem, dignitatem & gloriam Christi, & conuictum est, quum et-
 iam appello impudentem calumniam. Istiusmodi portenta nihil omnino ciuilitatis mere-
 banur. Quod datum est, datum est partim amicorum affectibus, partim modestiae Chri-
 stianae. Et tamen arbitror futuros, quibus haec apologia uideatur dentatior. Tantum ho-
 noris sibi deberi putant. A nominibus adendis & ipse abhorreo, nec me fugit quibusdam
 id optabile esse, quouis pacto innotescere. Sed interim impune debacchantur in nomen
 meum in publicis praeflectionibus, in quibus effutunt tam inerudita, ut ab adolescentibus
 rideatur. Monui literis unum atq; alterū, sancte deierant se nunquam nisi honorifice sa-
 clam mei nominis mentionem. In hoc negotio sic uigilant in multis regionibus. ~~Erasmus~~
~~ut satis appareat rem de composito geri. Nec tamen profici-~~
~~unt, nisi quod cordatis ac bonis iudicis redduntur magis inuisi, non sine meo dolore, qui~~
~~semper illorum integritati fauerim. Hoc consilium uidetur illis mire callidum. Clanculum~~
~~submouent libros meos ē bibliothecis etiam quos illis dono dederam, clanculum obtre-~~
~~cciant, in praeflectionibus subinde perfringunt, a scriptis abstinent, scientes & mihi cala-~~
~~rum esse. Nunc non est qua illos ulciscar. Si urgeantur, negant se dixisse, aut aliter dixisse~~
~~deterant, quid illis facias? Postremo qui non potest excusari, aliquo relegatur ubi dicat~~
~~atrociora, nec ullum tamen illorum unquam offendi in uita. Ex multis malis quae Luthe-~~
~~rus inuexit Germaniae, saltem hoc decerpit boni, quod hoc hominum genus habet aliquan-~~
~~to moderatius. Quod scribis Hispaniam a sectis immunem uiuere sub Romano Pontifi-~~
~~ce, uehementer gratulor, & hoc magis quod experiar, quanta sit infelicitas tot opinionum~~
~~bus dissecari. ~~Quidam que in die domini non omnia sunt inueniunt, in Hispania uero sunt~~~~
~~accidit. Quisquis, quocumque, uenturae felicitatem.~~
 Nunc multa uident, qui Christi
 gloriam uere diligunt, ad quae suspirant. Quid enim aliud nunc licet? Enchiridion ab Ar-
 chidiacono Alcorano uerū antehac ignorabam. Nec est scrupus eximendus. Idem ille
 sentit quod ego, licet alijs utatur uerbis. Fatetur eos fremere ne comperiant mentiri de
 me, si Hispanice loqui coepero. Hoc est quod ego uoco inuidiam. Vellem idem factum in
 Misericordia domini, in commentarijs in Psalmos quatuor, in Matrimonio Christiano,
 & in Paraphrasibus quae non tractant contentiosa. Declamationem in laudem matrimo-
 nij lusimus in exemplum generis deliberatiui. Quaedam eruditus tantum scripsimus, quae
 uerti nolim. Sed ipsi scripsimus Archidiacono. Haec ad epistolam Id. Decemb. Anno mil-
 lesimo quingentesimo uicesimo septimo scriptam.

ERASMVVS ROT. ARCHIDIACONO ALCORANO S. D.

TAM longinquo non perferri quae mittuntur nihil miror uir ornatissime,
 quum frequēter interceptantur, quae mittuntur ē proximo. Nullas abs te lite-
 ras accepi praeter has Palentiae scriptas 5. Calend. Decemb. 1527. quod certe
 meminertim: unum atq; alterū tuarum ad alios literarū exemplum recepi, ex
 quibus abunde cognoui & quāto Christianae pietatis amore flagrares, & quā
 candidē nobis faueres, quod idem tamen ex amicorum literis compluribus didicerā. Pie-
 tatis in te studium exosculor. Pro singulari tua in me beneuolentia gratiam habeo, ut par est
 maximā. Quod si iudicio facis, ut facere non dubito, bona spes est te perpetuo tui similem
 futurū. Enchiridion nostrū per te eleganter Hispanice loqui multorū literis cognoueram,
 cuius opera id factum esset nunc primū didici. Nonnihil mihi hoc nomine placeo, quod
 opusculum illud uir tantus tua cura dignatus sis. Vtinam autem tantum utilitatis adfer-
 ret, quantum optamus utriq; nō me poeniteret inuidia, quae semper bonarum rerum co-
 mes esse solet. Quod si uera praedicant tua simul & amicorum litera, non solum non do-
 leo, uerum

leo, uerum etiam gaudeo tibiq; gratiam habeo, non pro celebritate mei nominis, cui stude-
 re te scribis: malim enim omnium ignotissimus esse, quā habere tamā inuidia sermento tem-
 peratā, & absq; inuidia, quāta sit sarcina gloria, si tamē haec est gloria ac nō potius celebri-
 tas, plus satis expertus sum: sed pro fauore pietatis. Carterum quando bene successit, opta-
 rim iuxta Gregorū prouerbij, quod monet, restudines aut non edendas esse aut edendas,
 ut & alia quaedā mea loquantur Hispanice, duntaxat ea quae conductura uidentur ad pie-
 tatem, Quod genus opinor esse librum de misericordia domini, de matrimonio Christiano,
 Paraphrases, commentarios in quatuor Psalmos. & si qua sunt huiusmodi, quae per eō-
 modum interpretem tractata possunt conducere moribus hominum. Nam hic quoq; nō
 nihil habet momenti interpretis dexteritas. Quaedam scripsimus excitandis studijs non
 nulla corrigendis uulgi iudicijs, multa doctis tantum legenda dedimus. De te nihil refere-
 ram, nisi quod modo dixi. Tamen rumor adferrebat & scriptis & uoce quorundā, illic
 excudi colloquia, & Linguam & nescio quae alia, in quibus ut nihil sit impiū quemadmo-
 dum arbitror non esse, tamen suum quaeq; locum ac tempus habet. Verissimum est quod
 ad amicum quendam prudenter scribis, quosdam qui uictoriae spem collocarunt in male-
 dicentia, nolle Erasmus loqui uulgata lingua, ne deprehendatur illorū uanitas, qui clancu-
 lum & apud idiotas facundi sunt. Et hinc illorum fremitus. Igitur in re consentimus,
 quamquam autorem uersionis antehac non noueram. Et si nouissem, nō dubitarem de stu-
 dio. In Gallia quidam uir bonus, doctus & magnus idem tenuit, ac prorsus eodem, ut
 fallor, animo, sed parum bene cessit, tum illi tum mihi. Nam ille his periclitatus est de capi-
 te, accipere periculum inuadentem idem nomen, nōnnulli scripsimus: quae illa cum libere
 legit, in eo potius uisus uelut inuadentem exerec. Idem uero inuadentem uerbum
 inuadentem. Quae res facit, ut non liceat uobis absolutam gratulari
 felicitatem, caetera fat fortunatis. De exomologesi quod mones amanter, recipio me factu-
 rum prima quaeq; occasione, quamquam id iam toties à me factum est, & priusquam exiret
 ille libellus, & posteaquam aditus est. Non considerant homines quid illic susceperim tra-
 ctandum, nec quibus, quo tempore, qua regione scripserim. Quid autem proficiet appen-
 dixi si nō legetur, aut si studio calumniandi legetur? Quid istic agatur nescio, hic plures sa-
 nauit ille libellus, quam aliorum scripta qui sibi uidentur, impediti que fauere confessioni.
 Morem tamen geram tuo consilio. Dominus te sospitet in omnibus uir clarissime. Datum
 Basileae, Idus Mart. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. GRATIANO HISPANO S. D.

ODEM tempore duas epistolas tuas accepi Gratiane gratissime, sed perbre-
 ues & eadem ferme sententia. Altera die habebat Calend. Decemb. altera V.
 Idus Ianuar. Duas illas priores scito mihi nondum esse redditas. Opinor uen-
 turas. Clarissimū uirum D. Ioannē Emanuelem iam pridem fama mihi com-
 mendauit, prudentia singulari praeditū, suoque merito tum gratia tum autorita-
 te plurimum in aula Caesarea ualentem. Cuius in me fauorem apinimūq; propensum li-
 benter amplector. Si quid erit in quo putabis me posse illi quicquam gratum facere, non
 grauaberis submonere, senties uoluntatem certe paratam. Quod scire cupis de aetate, ar-
 bitror me nunc annum agere, in quo M. Tullius decessit. Valetudo mediocris esset, ni tot
 annis res esset cum calculo. In diem uiuo, paratus de praesidio decedere, quando cuicq; uo-
 carit imperator. Herum tuum ex me salutabis & amanter & reuerenter. Beneuale. Basileae.
 Idus Mart. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI MALDONATO S. D.

CITO tuam epistolam prolixā mense Septemb. Anno 1526. scriptam, qua
 rerum istic gestarū textis historiam, mihi redditam esse, ac fuisse multis nomi-
 nibus gratissimā, cui responsum est à me copiose. Verum intelligo tibi quae-
 relam istam, de non perlati quae traduntur, cum multis esse communem. Mi-
 sissem rursus exemplar, ni iam ferū esset, & fortasse iam recepisti. Mittā tamen
 si postulas. Depingis unum ueteratorem, quales utinam essent pauciores, nunc hominum
 istiusmodi nusquam non abundant. Istud demitor, istic illis tantum licere, quan-
 tum adhuc alibi nusquam licuit. Nos pietatis causam animo sincero peragemus usq; ad
 extremum

Hi 2

extremū halitum, de exitu uiderit Christus. Nos hinc adornamus sarcinas. Iacobū Oforium pariter redamare possum, quid præterea gratiæ possim reponere non uideo. Est autem non meo tantum sed omnium amore dignissimus, qui maiorum stemmatis, & literarum & pietatis studium adiunxerit, & his omnibus pulcherrimum imposuerit colophonem, gloriæ contemptum. Habes epistolam *αὐτῷ προσφῶν*, pro utriusq; nostrum animo per breuem, pro meis occupationibus satis prolixam. Bene uale. Datum Basileæ Idus Mart. Anno M. D. VIII. Oforio amabili salutem ex me plurimam.

ERASMVVS ROT. NICOLAO VARIO MARVILLANO S. D.

EGABAS esse quod scriberes, imò multum est mihiq; gratissimū quod scribis istic fausta felicitate esse omnia, quodq; summo consensu negotium literarum gnauiter agitis. De dissidio nihil est, neq; delationis neq; suspicionis, nisi quod ex uestris literis conceperam. Subuereor tamen nonnumquā, ne tua libertas quam tibi natura insitam esse uideo, præbeat aliquā offensionis ansam, his quibus ad lædendum nihil deest præter occasionem, ut habet uetus proverbium. Audio & Ioannem Campestrum simili candore præditum. Hic eo sum timidior, quod toties expertus sum quantum malorum animi mei simplicitas, linguæq; libertas mihi confluuerit. Cæterum hanc meam solitudinem uanam esse gaudeo. Euangelicos istos, quum alijs multis, tum illo nomine præcipue odī, quod per eos ubiq; languent, frigent, iactant, rereunt bonæ literæ, sine quibus quid est hominum uita? Amant uaticum & uxorem, cæterea pili non faciūt. Hos fucos longissime arcendos censeo à uestro cõtubernio. Satis iam dixi auditis. Et angelicū Euangelium, mōres Etangelicos desierat. ~~Quærit hinc non inueniri in uita. In libris uero non inueniuntur. Nihil est in uita, quod non in libris inueniri possit. Nihil est in libris, quod non in uita inueniri possit. Bene uale. Datum Basileæ 14. Cal. April. An. M. D. XXVIII.~~

Saluta Mierbekanum, Resctum & Campensem, ipsum etiam Goclenium si forte non uacabit scribere.

ERASMVVS ROT. IOANNI COCHLEIO S. D.

QVOD tua sedulitate curatū est abs te de Tertulliano, & Tiro Latio, studium tuum & animi promptitudinem exosculor, quanquā iam de utroq; certum responsum acceperamus. Hinc enim colligo, quanta cum alacritate sis obiturus si quid incideret, ut tuo opus esset officio. Empserus mihi semper præstitit ingenuum amicum, in cuius locum quando succedis, confido fore ut in uno te Emserum & Cochleium habeam. Illustrissimi Principis erga me fauorem non desines alere. Est enim ut humanissimus, ita iudicij non uulgaris. Quoniam interdum ad moderationem inuito, uisus sum illi nonnumquam parum fortiter Antilutheranus. Verum aliter sentiret, si penitus nosset consilij mei rationem. Et fortassis rerum exitus docebit, sine Christi negotium animo sincero tractasse, pro mea quidem sapientia. Si quid illinc ad me scribis, etiam atq; etiam uide cui committas literas. Ab istis enim erroneis Euangelicis interceptur, quicquid ad me scribitur. Imò quidam fingunt se rectā ire Basileam ad Erasmmum, & ultro offerūt perferendi officium, mox acceptis literis abeunt in malam crucem. Proinde si quid est rei seriæ, serè mitto famulum, aut alium bene notum in hoc ære conductum. Simoni Pistorio utro pio, candido & amico multam ex me salutem dices. Bene uale frater & amice in domino charissime. Datum Basileæ decimoquarto Calend. April. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. GEORGIO DVCI SAXONIÆ S. D.

SERENISSIME Princeps, Librum Hyperaspistæ secundum unā cum literis redditum esse gaudeo, magis autem gaudeo tuæ illustris, celsitudinē non displicuisse. Nec laborū nec contumeliarū me tæderet, si uiderē aliquem exitū miū fructū exoriri. Mihi sufficit Christus ad omnī cōpensationē, quæ possunt in hac uita accidere. Accepi Lutheri literas ad illustrissimā celsitudinem tuā, & illius ad illū Latine uersas. Rursus Emseri responsionē aduersus Lutherum Latine uersam. Nullas accepi literas ad quas nō responderim. Sed non omnia perferuntur, quæ traduntur. Id quod nimīū saepe experior, nō sine graui meo incōmodo. Qui has reddidit, habebat epistolam tuæ celsitudinis ad H. Eppendorpiū, cuius inscriptio habebat Basileæ nomen

nomē, quum ille iam annis aliquot agat Argentoratī, nec unquā interim uiderit Basileā, id quod te fugere demitor. Emserum nobis ereptū doleo, ad felicitiora translatum gaudeo. Scripsimus ante paucos dies, sed paucis. Premit enim nos præter alta diuus Augustinus, qui nunc totus excuditur cum summa dignitate. Nascuntur indies noue tragœdiæ, quibus sit exitus futurus nescio. Licet optima precari, nec quid aliud nobis superstit uideo, rebus undiquaq; turbatissimis. Illustrissimam celsitudinem tuam cupio q̄ optime ualere, cui me totū addico dedicoq;. Datū Basileæ 16. die Ianuarij. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS HERMANNO COMITI A NOVA AQVILA S. D.

QVAM male timui ne te absorberet Hispania, tam uehementer gaudeo quod nobis redieris, non solum incolumis, uerum etiā prosperiore ualitudine: sic enim accipio, quanquā quod accidit iuxta Caletum, si tamē accidit, permoletum est. Libellum tuū à me diligenter lectum opinor tibi redditū unā cum literis meis. Nam tu quidem fueras ingressus iter, tamē famulus tuus afebat se celeriter sequiturū. Non dubito quin apud Hispanos acceperis ~~psalmodiam~~ tragœdiā, de qua scire cupio si quid habes. Per hūc poteris tuto scribere. Est enim à nobis proprie missus ut eat Antuerpiam & huc recurrat. Absit sinister omen, sed tamen quæ uidemus hic rerum præiudicia, nescio quid tempestatis minitatur. Nec uideo quò fugiam. Et regis & Archiepiscopi literis amantissime scriptis inuitor in Angliam, Sed illic non uideo mihi sedem commo dā. Hoc uere fortassis uos inuisam. Si fors abieris Colonia, cura ut illic tuas hic reperiat literas, neq; enim diu commorabitur in Brabantia. Rex Ferdinandus, ut fertur, euulgauit edictum, nō dicam iniustum, sed certe seuerum. Opto quidem ut optimo principi sit felicissimum. Sed opto magis quam spero. Bene uale uir clarissime. Sobium exoculatum ualde doleo. Basil. 3. nonas Ian. M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. GEORGIO EPISCOPO BRIXINENSI S.

EX Hieronymi Viromandi doctis iuxta ac humanis literis, Illustrissime princeps Georgi, nec uulgarem nec simplicem cepi uoluptatem. Primum quod intelligerem isti præclaræ indoli tuæ, rebus summis natæ, Caroli Cæsaris ac Ferdinandi Regis non tam fauore q̄ iudicio, datam prouinciam, in qua proferres, exereris, explicares eximias ingenij naturæq; tuæ dotes. Siquidē magistratus, ut habet Græcorum proverbium, uirum arguit, quemadmodum in bello dilucet boni ducis uirtus, in tempestate naucleri peritia. Quanquam nihil addubito quin ista mēs tam excelsa, tam integra, tam pia maioribus sit destinata negotijs, idq; decreto numinis res hominum æterno suo consilio moderantis. Sed istud indolis tuæ tirocinium esse uoluit, atq; ut ita loquar, edilitatem, primū uidelicet dignitatis gradum, in quo posteaquam egregium tuæ uirtutis specimen dederis, mox ad præturam, hinc ad consulatum, hoc est, ad summam dignitatis fastigium, non modo regum iudicio, sed omnium consentientibus suffragijs eueharis. Interim gratulari libet, amplexari, quum tuæ celsitudinē tuam uero multo magis ipsi ditioni regis, cui in tantis procellis, tantaq; rerum omnium tempestate contigerit egregius gubernator, qui non solum autoritate, uerum etiam arte, prudentia, consilio, ualeat inconditos horum temporum motus componere. Tum autem & prius mihi gratulor, ubi gratiam habeo, quid de meis quilibuscunq; scriptis tam amanter rescribas, tam candidè fecas suffragium, tam ingenue patre emeris aduersus Zoilo, quorum hisce temporibus mira licentia est: denique tantum tribuas, ut mihi ~~formarum~~ quoque tuarum communionem deferas, si uelim ad istam commigrare prouinciam. Hic agno ~~scio~~ mortis exosculorq; Cæsaris Maximiliani patris tui & benignitatem admirandam & fauorem propensissimū erga pietatis ac bonarum literarum uentores; in quorum numero tuus candor mihi uidetur aliquem tribuere locum, ego præter sedula uoluntatis promptiq; conatus laudem, si qua debetur, nihil agnosco. Verum ut mihi nonnumquam placeo uideorq; felix, qui tot principum, Regum, Præfulum literis amantissime simul & honorificentissime scriptis toties ad haud quaquam aspernandas condiciones inuiter: ita rursus fatum meum deploro interdum, simile quiddam patientis, quale Tantalum apud inferos perpeti narrant non ociosæ poetarum fabulæ. Aiunt enim illi fame sitiq; cruciato amnem potabilem inferne labrum contingere, poma superne ad os porrigi, sic tamen ut misere cupienti, nec cibo nec potu frui detur. In causa est non tam ætas, quanquam & ipsa

H h ; ingraue

mis studijs, ut quicquid uoluptatis adolentes alij solent ex conuiuijs, alea & amoribus uenari, hic totum ex libris petat. Quibus rebus quoniam singularem quandam spem de se præbet, lubitū est tuæ ditioni gratulari. Ab hoc mihi est qui has perferat, per quem tua Illustrissima celsitudo dignabitur significare, si quid me scire uolet, quam incolumē ac florentem tueatur Deus. Basileæ III. Calen. Ianuarij, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. GEORGIO SMOTZERO I. V. DOCTORI S. R. NATISSIME doctor. Vt quod accidit, non mediocriter doleo, ita gaudeo casum incidisse per quem id quod accidit, resciscerē. Scripsit ad suos ueteres sodales Ruffus Guardianus Franciscanorū apud Rubeacum, fasciculum literarum mearum, Thannis in diuersorio publico repertū, eumq; traditum in manus senatus eius oppidi. Hoc cognito missimus eō propriū nūciū.

Per eū didicimus eas literas à senatu Preposito traditas, qui inspiceret si quid inesset quod ad rem publicam attineret. Is præpositus, nam hic adest, fatetur nihil omnino in eis reperit quod ullo modo contingeret Principum negocia. Nihil fecius literas ad consilium Englishense fuisse missas, siue hoc odio mei, siue nimia quadā diligētia, siue insectia factum est, in præsentia non disputo. Tot fasciculos epistolarum ac libellorum, & in Angliam, & in Galliam, & in Hispaniam, & in Poloniam, & in Brabantiam mitto quotidie, ac uicissim accipio à Casare, qui me agnoscit pro suo consiliario iurato, à rege Ferdinādo, à Rege Angliæ, ab Archiepiscopis & Card. nunquā tamē incidit casus tam inauspicatus. Non enim soleo literis committere, quod ullo modo turbet reip. cōmoda. Proinde quādo nec ignotus ipse, nec ad ignotos scribo, erat hoc ciuilitatis, ubi literas à me profectas uidissent, ad me remittere, non quibuslibet inspiciendas exhibere. Saltem quā singula excussissent, nihil erat opus ad uos mittere, non solum cū iniuria mea, uerum etiam eorū ad quos scribo. Res enim eiusmodi sunt, ut mea magnopere retulerit perlata fuisse scripta, nec ullum cōmodum hinc illis proficisci posset, mihi uero summum esset incommodum, si per aliorum manus aberrarent. In medijs etiam bellis aliquid datur religioni literarum, præsertim si nihil est quod ad hostem pertineat. Sed utcūq; hæc acta sunt à Thannensibus, te maiorem in modum rogo, curet humanitas tua, ne hic nunciū istuc diutius hæreat, sed quicquid est chartarum, diligenter obsignatum ad nos referat, ut per alium eō perueniant quō uolo. Ex oratione præpositi Thannensis, non satis liquet quæ fuerint, sed tamen cōiicio esse fasciculum quem proxime commisi cuidam Antonio Bletz Eluetio. In eo erat epistola una ad senatum Parisiensem, una ad facultatem Theologiæ, una ad Natalem Beddam, una ad Theologum Hispanum Sorbonicum, una ad Gerualdum Theologum, una ad Card. Lothoringiæ, una ad Lodouicum dominum Berquinij, una ad Germanum Brixium, una ad Luitnum quondam famulum meum, una ad Archiepiscopum Cantuariensem: erat libellus typis excusus ad Archiepiscopum Hispanensem. Erant duo codicilli eodem argumentis, alter ad Senatum Parisiensem, alter ad facultatem Theologicam, & aliquot exemplaria alienarum epistolarum, si recte diuino. Proconuulsi omnia uideant, saltem illud quod in istis libris est. Si quid aliud quippiam, quæso ut hac remittatur, quādo scio nihil esse quod ad uos pertineat. Hoc officio reddam mihi deuincissimū. Et si quid incidit in quo tibi uicissim quæ gratificari, senties hominem nec immemorē, nec ad referendum officium segnem. Hanc epistolam alteri addidi, quod acceperam Præfectum istinc iam discessisse. Quod si uerum est, cōfido rem tua dexteritate facile perfectū tri, præsertim quod, quantum ad uos attinet, nullius sit momenti. Bene uale. Basileæ Natali Ioannis Euangelistæ, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. MAXIMILIANO A BVRGVNDIA S. D.

LARISSIMVM principē patrē tuum Maximilianē charissimē, admodū puerū & noui iam olim et amaui, eō quod præ se ferret indolē eximie māsuetudinis, minimeq; ferocis, ac uicissim illū semper expertus sum animo in me propenso. Ea beneuolentia mutua unā cū annis accreuit in utroq; nostrum. Proinde mihi gratissimū erat, paterni erga me fauoris memoriā tuis amantissimis literis refricari. Sed uehementius etiā gaudeo, quod intelligo te patri etiā nū superstiti in hunc affectū successisse. Siquidē epistola tua neutiquā impolita, spirat nō solū beneuolentiam erga me minime uulgarē, uerū etiam pietatē quandam, qualem uel filius debet patri

patri, uel discipulus præceptorī. Hanc opinor ex utriusque parentis affectu traditam, nam & auig sui charissimus, auxit Ioannes Borsalus, uir iuxta morum integritate ac literatura commendabilis. Quo certe nomine mihi uidere felicior etiam regibus nonnullis. Habes enim domi, unde duo quædam præcipua bona consequi possis. Pietatem erga deum, quæ uel sola beatum reddit hominem, ac liberalem eruditionem in omnem usq; uitam magnum usui tum ornamento futuram, non tibi modo, uerum etiā genti tuæ licet imaginibus clarissimē, totiq; patriæ. Non parum decoris addes generi tuo, si huc contenderis, ut pietate bonisq; literis nobilior sis, quā maiorum stemmatis. Lucubrationes meas quibus oblectari te scribis, optarim esse tales, ut harum lectio tibi tantum adferat utilitatis, quantum ista tua meretur indoles. Certe hoc conatus sum, an assequutus nescio, ut rudem ætatem nō minus ad pietatem allicerem, quā ad eruditionem. Sed quod meis lucubrationibus deest, hoc facile exæquabit sarcietq; deuicissim præceptoris industria. Precor autem Christum. Opt. Max. ut istam generosam indolem tuam iam nunc uelut in herba nihil mediocre pollicentem, omnibus dotibus Christiano Principe dignis instruat ac locupletet. Hoc interim habe mei in te amoris chirographum, quo me conuenire possis si quid sefellero. Vbi scribes patri, quæso ut illi meo nomine salutem ascribas, & diligenter & amāter. Datum Basileæ decimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. MAXIMILIANO A BVRGVNDIA S. D.

LARISSIMVM uirum principem Vericentem patrē tuum Maximilianē charissimē, dum adhuc inter nutricū sinus reperet et nosse cepti et amare. Iam tum enim in illo relicebat generosa quædam indoles, ac placidum minimeq; ferox ingenium. Atq; ille uicissim nō obscuram beneuolentis in me animi significacionem dabat. Is affectus inter nos cum ætate semper accreuit. Nō esse uanum quod narro satis opinor declarabit epistola puero scripta, quæ tot iam annis in hominum manibus uersatur, nec dubito quin eam studiosē legeris, nec legeris modo, uerū etiam igniculos quosdam ad bonas literas ac pietatem ex ea conceperis. Quo mihi iucundius fuit ex optimi uiri Ioānis Borsali, tuæ pueritiæ formatoris, epistola cognoscere, te sic affectum tum erga literas honestissimas, tum erga me measq; lucubrationes, ut uideare non minus in paterni erga me animi, quā in paternæ ditionis hereditatem successor esse paratus. Hoc certe nomine gratulor optimo principi, gratulor tibi, gratulor optimis studijs, quæ claris ingenijs cordi esse ceperint, uicissim & uestras imagines illustraturæ, & illarum ornamentis illustrandæ. Nunc enim licebit eam sperare felicitatē, quam Plato solet optare, quum principum filij, prius educatur philosophiæ quā imperio. Precor ut Christus Opt. Max. istam egregiam tuam indolem seruet illibatam, semperq; prouehat ad feliciora. Scripseram ante complures menses, eæ literæ sinistro casu interciderunt nescio quorum perfidia. Quam iacturā audio te permolestē ferre. Accessit hoc infelicitatis, quod hic perijt archetypum. Occupatissimus itaq; uix hæc ex tēpore scripsi, superioris argumentū ex memoria retexens, breui daturus copiosiorē epistolam si hanc uelut arrabonem boni consulueris. Vide ne aulicæ deliciae tibi studiorum & integritatis amorem excutiāt. Bene uale. Basileæ prid. nonas Ian. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. RICHARDO PACÆO S. D.

IX me capio præ gaudio uir ornatiss. quod audio te ex turbulētissimis illis negociorū undis, patriæ dulcissimæ, Musisq; patriæ dulcioribus esse redditū. Gratulor autē pristinis tuis studijs, & Hebraicas accessisse literas. Nunc te non morabor pluribus. Hunc Quirinum meum, quo nemo alius mihi seruiuit amantius, ob certa negocia emandauit in Angliam, quorū duo præcipua sunt. Alterum ut sceleratissimi impostoris rapinis aliquando finem imponā, Alterum, ut quoniam Archiepiscopus Cantuariensis simul regia maiestas literis amantissime scriptis me inuitant in Angliam, dispiciat cum amicis, an id commode fieri possit. Nam hinc fortassis migrādum erit uelim nolim. Vtrunq; cognoscere poteris ex huius iuuenis narracione, quem tibi commendo mi Pacæo non ut famulum, sed ut filium mihi charissimum, si qua forte in re fuerit opus officio tuo. Opto tibi perpetuam felicitatem, Datum Basileæ decimo Calend. Mart. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI VLATTENO S. D.

VOD pro Pronunciatione dicarim Ciceronianū, consilio id factum est, Id ar-
bitror tibi probari: quod autē separatim excusus nō est, incuria typographorū
factum est, sed nihil refert. Opinor enim hos libellos frequenter ab alijs excu-
dendos, tū id poterit corrigi. Hoc studiū nostrū tibi gratum esse summo opere gaudeo. Sed
quid est obsecro quod mīnitaris, te posthac non fore pollicitis diuitē? Quē quū totū ami-
citię iure possideā, pariter omnia mea esse duco, quęcūq; domi possides. Ego mi Vlattene
istum animū, cuius auro, gēnis omnibus antepono, quare nō est quod ista te cura sollici-
tum habeat. Mittā libellum si queam cōmode. Sin minus, facillimū erit unde libet parare,
quod cōmune est omnīū. Humanissimis procerib. amicis tuis, ac per te meis fac me diligē-
ter cōmēdes. Tibi precor omnia laeta faustaq;. Datū Basileę 14. Cal. Apr. M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. CATARINÆ REGINÆ ANGLIÆ

A V D I V M & pacē à domino nostro Iesu Christo, Regina clarissima, mul-

to tamen pietate, q̄ regni licet amplissimi, cōsortio felicior. Praeclara quaedā
G felicitas est apud homines ex nobilissimis, simul & potētissimis regibus pro-
gnatā esse, regi florentissimo matrimonio iunctā esse. Verū hæc nihil sunt si
ad eximias animi tui dotes cōferantur. Illa contingere non solum multis, uerū

interdū & malis. Hoc rarissimū exemplum, scēminā in delicijs aulicis natā & educatā, ea
fortuna indulgentia, quæ solet etiā bene institutos mores corrūpere, spem omnē, omne so-
latiū, in sacris preceationibus, in diuinorū uoluminū lectione reponere. Hæc sunt uere cla-
ra stemmata: hoc diadema quod te gloriosam reddit corā angelis dei. Utinā hoc exemplū
à regina petant saltē uiduæ, quæ dū oblitæ præcepti Paulini in delicijs agunt, uiuētes mor-
tuæ sunt. Quid memoro uiduæ? Utinam imitentur uirgines, quæ mundi pōpis ac uolū-
ptatibus omnibus repudiatis, totas sese Christo sponso dedicarunt. Vtraq; debes ei, qui
fons & autor est bonorū omnīū, quicq; pro sua ineffabili benignitate facit, ut ea quæ nobis
uidentur mala, quia naturæ molesta sunt, iuxta Pauli doctrinā cedant in bonū ijs, qui dili-
gunt deū, secundū proposiū illius uocati sancti. Quin interdū & animorū uicia, quæ uere
mala sunt, diuina quadam arte uertit uel in tutelam uel in argumentū pietatis. Quisquis
autē uere diligit deū, spei totius ancorā fixit, non in sterilibus rerū fluxarū arenis, sed in so-
lida nullisq; rerum undis mobili petra, qui est Christus Iesus, sponsus piarum animarum,
sic cōmunis omnīum, ut nulli nuptæ suus spōsus tam sit proprius ac certus, q̄ ille est pro-
prius ac præsens singulis: in huius sinū quisquis se plena fiducia coniecit, omnemq; sollici-
tudinē in illum unum trāstulit, cui scit se curæ esse, is in medijs rerū tumultibus, & quietus
est, & delicijs fruitur: Delicijs, ad quas collata quæcūq; mundus hic habet suauiā, nautea
mera est, ut ait ille. Igitur anima quæ se totā tradidit huic sponso, nō minus agit gratias in
aduersis, quā in prosperis. Quanquā si uera loqui uelimus, quid est aduersum, nisi quod
nobis obstat ad aternā felicitatē properantibus? Quid prosperū, nisi quod eō conducit?
Christus nobis & sponus est, & dominus, & medicus. Sponus, quia charitate nostri per-
tractus in mortē, aeterno fœdere nos sibi, se nobis deuinxit. Dominus, quia sanguinis sui
preco nos asseruit à tyrannide satanæ. Medicus, quia seruator est, & solus efficaciter me-
detur malis hominū, mortem depellens, uitæ restituens. Sæpe magis propitius est, quū
immittit amara, quā quū delinat dulcibus. Nouit ille, quid expediat nobis, nec cessat nec
dormit in cura suorū. Nos sæpenumero prospera iudicamus, quæ sunt aduersissima: pro
aduersis ducimus, quæ sunt prosperrima. Nostrum est obsequium, sponsi iudiciū. Omnis
prosperitas ab hoc est, à quo nisi proficiscitur, prosperitas dici non potest. Ab eodem pijs
uenit aduersitas, hanc nobis uertit uel in remediū, uel in pietatis lucrū: illa solatur infirmi-
tatē nostrā ut possimus sustinere, hac explorat coronatq; fidem nostrā. Humano quidē
sensui blandior est prosperitas, sed sæpenumero salubrior est atq; etiā lucrosior aduersitas.
Non est aditus ad cœlestem gloriam nisi per crucē. Communis est omnīū uia: siue reges,
ut ait poeta Lyricus, siue inopes sumus coloni. Sua cuiq; crux tollēda est. Hęc eō mihi scri-
buntur in clyta Regina, ut de his tibi magis gratuleris, quæ ut sunt longe preciosiora, ita nec
eripi possunt inuita. Oportet uirtutē sibi notam esse. Quum enim omnis uirtus sit gratui-
rum dei donum, quomodo tuebitur quod accepit, aut quomodo gratiasaget diuinę beni-
gnitati, qui nescit quid acceperit? Sponus in Canticis minatur sponsæ, ni se cognouerit.

Non

Non se cognoscit anima, quæ sibi tribuit quod nō habet, Nō se cognoscit, quæ suis asseri-
bit uirtutibus, quod sponsi liberalitati ferendum erat acceptum, Non se cognoscit, quæ se fe-
liciores putat hisce cōmodis externis, q̄ arcantis illis spiritus sancti donis, quæq; gratius
angitur ereptis opibus corporeis, quā thesauri cœlestis amissio. Sed quō dilabitur ca-
lamus? gratulari decreueram, & admonitor fio, quum sciam ultro currenti in pietatis sta-
dio, & in sacrarū literarum campis assidue uersanti, nihil opus esse uel calcaribus, uel mo-
nitis. Si liber quem tuę maifestatis nomini dicaui, promeruit, ut ipsum digneris auribus o-
cultisq; tuis, laboris hoc mihi feliciter susceptum interpretabor. Sin est quod ostendat, nō
grauabor hoc æditione proxima corrigere. Dominus Iesus fons omnis lætitię perpetuo
& incontaminabili gaudio serenet animum tuum in clyta Regina, & unicum pietatis ex-
emplum. Datum Basileę. Calend. Mart. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS FRANCISCO DILFO S. D.

i tua Vliffica peregrinatio tibi feliciter celsit, qua *τοκ ἀπ ἀνδρῶν ἰδὲς ἁστῆς*
καὶ τοῦ ἔγγραυ, est quod tibi magnopere gratuler. Historiā omnē expecto per

S Hieronymum Frobenium, per quem tuto poteris quiduis. Certum est om-
nia tentare cum Berekmanno prius quā aggrediar extremā tragœdiā. Si
dabitur oportunitas, hic exeras tuam rhetoricam, hominēq; persuadeas ut
malt mecum officijs certare quā malefacis. Nosti locos & tractandi rationes. Petrum
Aegidium salutabis meis uerbis diligenter, nihil enim erat quod scriberem, præsertim
quum tu multarum epistolarum instar esse possis. Reuerso meo Quirino Taleio ad iter
accingar. Expectabis hospitem, sed minime grauem. Matri, fratribus tuis ac sororibus
precor læta omnia. Tu cura sciam quid ualeas. Datum Basileę 15. Calendas Apriles,
Anno M. D. XXVIII. Erasmo Scheto me diligenter commendabis. Ei dabis
libellum De pronunciatione meo nomine. Quod scriberem nihil erat.

melius succederet in locum deterioris. Nunc qui abiecerunt preces horarias, nihil orant. Multi qui posuerunt uestem ~~in caeteris deterioris sunt quam antea fuerant.~~ Qui continentur constitutiones episcoporum, nec dei preceptis obtemperant. Qui negligunt delectum ciborum, ~~gula uentris indulgent.~~ Longa tragedia est, quam patimur diuinus quotidie, partim accipimus ab alijs. Missam abrogari mihi nunquam placuit. ~~Et erant alia quae citra tumultum mutari poterant.~~ Nunc quibusdam nihil omnino placet quod receptum est, quasi subito nouus mundus condí posset. Semper erunt quae sint pijs hominibus ferenda. Si quis ideo putet Missam in totum abrogandam, quod complures hac abutatur, tollenda est sacra concio quam propè solam recipitis. Idem sentio de inuocatione diuorum, deq; imaginibus. Exigebat epistola tua prolixiorẽ responõionem, sed hoc ipsum meis occupationibus non longum est.

1
2
3
4

ERASMVVS ROT. SENATVI PARIISIENSI S. D.

IN NEGOCIVM hoc priuatum ad me tantum pertineret ornatisimi Iudices, ture fortassis alcubi uideret improbus, qui & tantillus homunculus, & nullo officio uobis commendatus, Senatũ ut multo omnium augustissimum, ita plurimis grauisimisque negocijs occupatissimum, non uerear interpellare. Verum quoniam arbitror & uestram prudentiam facile perspiciam, id de quo scripturus sum magis ad publicam studiorum & religionis tranquillitatem, & ipsius Theologicae facultatis dignitatẽ pertinere, quam ad meam unius existimantionem, non arbitratus sum, aliõ magis cõfugiendum esse, quam ad uestram autoritatem, uelut ad sacram ancoram, extremumq; iustitiae praesidium. Ne uero uos longiore morer proemio: Natalis Bedda qui nuper & impotenter & infeliciter adito libro sic debacchatus est in me, ut rex Christianissimus, mox ubi rem cognouit, uetuerit codices diuendi, haud dubie uerturus excudi, si tempestiue monitus fuisset: maior etiam ut accipio impetu, sed alia uia coepit agere male auspicatam fabulam, impotenter iratus quod ad tam impudentes calumnias ausus sum respondere: quasi in illius gratiam debuerim agnoscere opinionones & blasphemias, quae mihi ne per somnium quidem unquam uenerunt in mentem, quum summa sit impietas, impietatis crimen agnoscere, nisi culpam agnoscas. Nec hic tamen in simulo facultatem, cuius permisso liber excusus est: non enim dubito quin Bedda post inscijs illis suum stomachum admiscuerit. Sic autẽ temperaui responõionem, ut sciens nec uerbum ullum protulerim aduersus meam consciẽtiam. At si non potui meam tueri innocentiam, nisi illius in calumniando uanitatem & impudentiam aperirem, si debet imputare qui prouocari, non mihi, cui liberum non erat obticescere: praesertim quum ego literis amantissime scriptis hominem ad negocium Christiana modestia transigendum, toties inuitarim, omnia pollicens quae sunt uitro pietatis & concordie studio digna. Nunc quum illius calumniae sint euidentiores quam ut dissimulari queant, noua uia molitur uindictam, & hominem plus satis concitatum, instigant quidam, ut hoc organo suum dolorem uiscantur. Congessit ingẽtem aceruũ articulorum, talium plarãe quibus scatebat ille liber a rege damnatus, quos non ipse decerpit e libris meis, sed a magistris aliquot decerptos accepit. Nam ipse mea nunquam ~~legimus tantum sanè diuinare licet.~~ Eos ad facultatem Theologicam detulit condemnandos, & iam accipio periclitatos aliquot. Equidem hoc animo sum, ut si quid impie dictum comperatur in scriptis meis, nolim mihi gratiam eius erroris fieri. Verum quid est tam circumspecte scriptum, quod non deprauare queat calumnia, dolis & odijs armata? Hec felicitas nec Augustino, nec apostolis contigit. Porro nisi Bedda prorsus diffideret suae causae, responderet saltem ad quadam

ad quaedam loca, tam impudenter calumniosa uanãq; ut res manibus, quod aiunt, sentiri possit. Nunc hoc omisso, quod in primis curatum oportuit, uim parat, concitat facultatẽ, ut articulorum turba, suffragijs & autoritate me opprimat. Nec tam male uel de me ipso, uel de sacratissima facultate sentio, ut illius iudicium pertimescam. Quir enim id facerẽ, quum hoc pridem ab illis flagitarim? Sed Bedda iudicia quam ceca sint odio, satis declarauit ipse. Et is in eo confessu habet multos ipsi addictos, quosdam uel inuidia metui, uel quietis amore obticescentes. Si quis quid aequius adferat, mox audit, Lutherano peior: nonnullos politioris literaturae rudes, qui nostra non intelligunt, tam qui & integri sunt, & docti, tamen falli possunt. Decerpitur sententia nuda, quae sola uidetur impia, cui si iungentur quae praecedunt ac sequuntur, esset pia. Proponitur sub nomine Erasmi, quae dicitur sub persona Pauli aut Euangelistae, confertur ad huius temporis Ecclesiam, quum congruat Ecclesiae praesens. Exempli causa, Paulus dicit de se & Christianis, Misericiliores sumus omnibus hominibus. Quid magis impium si nihil addas? Verum si addas, quod addit Paulus, si nõ est resurrectio mortuorum, pia uox est. Item Paulus dicit, Esca non commendat nos deo. Hoc pie dicebatur ab Apostolo illis temporibus, quibus Christianis erat periculum à Iudaico delectu ciborum, & quibus nondum Ecclesia ulli cibi genus interdixerat. Hanc sententiam alijs uerbis sub persona Pauli in Paraphrasi explanatã sic interpretatur, quasi nunc Erasmus doceat, contemptis Ecclesiae constitutionibus, cuius licere uelci quibuslibet, quod ego ne somniam quidem haecenus. Hec qui nescit, damnabit eam sententiam, quae mea nõ est sed Pauli, simulq; pro me damnabit Apostolum. Ex hoc exemplo caetera conficiet uestra prudentia. Harum molitionum, quoniam sons ac seminariũ est, odium, ira, liuor, & ulciscendi cupiditas, quid aliud hinc nasci poterit, nisi tumultus ac dissidia, quum horum malorum in orbe sit iam plus satis: magisq; conueniret, ut me pro uiribus tuentem Ecclesiae concordiam suo fauore subleuarent, eiusq; collegij, quae semper haecenus summa est habita autoritas seruiret gloriae Christi, non affectibus Beddarum, Sutorum, & quorundam ~~inimicorum~~: qui quum in sola improbitate fiducia collocarint, nihil respondent ad ea, in quibus tam insignis calumniae redarguuntur, sed improbis conspirationibus ac tumultibus rem aggrediuntur, non ob aliud magis infensi nobis, quam quod nolumus in castra Lutheranorum discedere. Quicquid haecenus per Beddas ac Sutores insanitum est, non arbitratus sum ad Theologicã facultatem pertinere, cuius autoritati semper detuli plurimum, semperq; delatus sum, si modo liceat. Verum si talibus modis pergãt obruere, nõ dicam me, qui nihil sum, sed ueritatem ac pietatem, qualibus olim Iudaei oppresserunt Iesum, efficiam ut mundus intelligat, ea quae uelut impia damnantur ab istis, esse Christianae pietatis, & aut nõ fuisse intellecta, aut malitiose deprauata: rusticanam ac simplicẽ ueritatem sic exponam oculis hominum, ut textoribus etiam ac textricibus sit conspicua. Qua exre quantũ illis sit accessurum gloriae, nescio. Optarem negocium huius esse generis, ut meam innoẽtiam salua illorum autoritate tueri possim. Impietatis crimen nemo pius debet agnoscere. Et si mihi liceret agnoscere, non expedit alijs, quos haec opinio uel in errorem illiceret, uel in errore confirmaret. Hic igitur si uestra autoritas, qua maior secundum regem in isto regno non est, molitionibus istis tumultuosis, ac malitiosis imponat silentium, primum consuluerit & studiorum quieti, & religionis Christianae tranquillitati, deniq; Theologicae facultatis dignitati, si uestro hortatu se digna gesserit. Iam quo minore negotio rem omnẽ cognoscatis, mitto responsunculas ad articulos aliquot, qui iam in consensu Sorbonico dicuntur periclitari: simul mitto librum quo Beddae calumnijs respondeo, locis indicatis, quo magis sint in promptu. Si uestra autoritas incompósitos tumultus cohibuerit, erit magno pere gratum, Sin & illam negligent, huius calumniae maliciam suis coloribus accuratissime depingam, ac regi Christianissimo mittam. Nec dubito quin is ut esse uerẽ pietatis sincerissimus amator, ac dissidiorum osor, sit aliqua ratione quietem indicturus ~~ita, quum gratiam quorundam habebitum praesens non mouit, sed in de uoluntate deponit ueritatem agunt religiois impudens.~~ Augustissimum uestrum senatum incolumem florentemq; semper tueatur ille per quem reges regnant, & iudices iusta decernunt. Datum Basilicae x v i i i. Calend. Decembr. Anno M. D. x x v i i.

ERASMVVS ROTTERDAMIENSIS IOANNI A LASCO, PALA-

tinio & Capitaneo Cracouiensi, regni Poloniae Cancellario S. D.

NON CARET quidem egregia uirtus, uel laude, uel praemio suo, etiã si preclaris conatibus non responderit euentus, qui soli deo est in manu, nos tamen eramus feliciores futuri, nisi plus ualuisset regnandi dulcedo, quam aequa rectorumq; consilia. Prorsus exprimitur esse uerissimum, quod ante tot annorum milia scripsit Homertus, cibi, potus, cantionum, chorearum, & omnium rerum quamuis natura dulcium homini satietatem suboriri, solius belli, rei omnium tristissimae nullam esse satietatem. Quid hoc aliud esse dicam uir eximie, nisi deum a nobis auersum, principum quorum da animis insedabilem ardorem pugnandi immittere? Quid autem malorum abest huic seculo? Quae mundi regio non aut patitur bellum aut parat? Vbi non se uir pestilentiae? Vbi non laboratur inopia? Nec tamen tot afflicti modis agnoscimus deum flagellis ad resipiscentiam prouocantem, sed perinde quasi rebus integris, epulamur, iungimus matrimonio, digladiamur, & de proferendis regni pomeriis contendimus: spero tamen opera tua, ac tui similitum, optimiq; regis Sigismundi dexteritate res humanas in tranquillio

tranquilliores statim aliquando reponendas. Quod scribis epistolam meam, tum ipsi regi, tum regis proceribus omnibus magnopere placuisse, gaudeo sane, nec Ioanis a Lasco consilium, nec meum obsequium successu caruisse. De munere non est quod satagat tua benignitas. Iam dudum teneo quod captabam, si placuit, si pacis studium commendauit. Pro tuo erga Antoninum meum studio gratiam habeo maximam. Sic enim is uir me suis uirtutibus sibi deuinxit, ut quod officij tua sublimitas in illum contulerit, lubens passurus sim imputari mihi. Dominus te seruet incolumem uir modis omnibus clarissime. Datum Basileae prid. Id. Decemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTTERODAMVS ANTONINO MEDICO S. D.

VVM animus iste tuus plusquam Pyladeus superet omnia regum munera, tamen tu non desinis nouis subinde certare muneribus, & minutaris nescio quid tale tantumq; ut a me contemni non possit. Hoc mihi credas uelim Antonine, istud tuum peccus mihi tribus regnis esse preciosius. Georgius bona fide reddidit omnia. Hieroslao a Lasco precor ut felix sit sua fortitudo, cui tamen non nihil metuo, ne in neruum. Alexius Turzo mihi ab uide satisfecit, si prouocationem meam equi boniq; consulit. Seuerinus Olpeius hinc discessit mense Septembri, onustus meis literis, quanquam & per Frobenium scripseram in mercatu, quae perlata sint nec ne nondum habeo certum. Regi cordatissimo non displicuisse literas gaudeo, editas esse, nec probo, nec improbo. Opinor uobis constare consilij uestri rationem. Mallem praefationes & uersiculos omittos, non ob aliud, nisi quod laudant inuidiosius. De munere extorquendo nolim agi. Videbor enim hoc aucupatus, quum nihil minus cogitarem. ~~Idcirco mihi a Frobenio nunc consilium serum est, superest precari ut quod factum est feliciter cedat, Pauli Crescentij nihil ad me peruenit, praeter animum quem e tuis cognitum literis lubens amplector, si cui & Samborkij & Hosij, & Georgij Veneri & Langi, quorum nonnullos mihi commendauit Lascanus, quibus omnibus alias mutuum animum declarabo. Nunc nec uacabat, nec expediebat plura scribere, iter longum, nuncius nescio quam certus. Vix credas mihi Antonine quam tibi gratuler tam benignum, tam candidum patronum, praesertim hoc rerum statu turbulentissimo. Esi scripsi tribus uerbis, reclamante pudore meo. Impudentiae causam in te transferas oportet. Beddam adeo non pudet suae uesaniae, ut ordiatur tragediam multo hac insaniozem. Nisi istos urget extremum fatum, nescio quid sibi uelint. Ioannis Leopolitani candorem exosculor, quem utinam plures imitarentur. De funere uertendo uereor ne non succedat. Irabuntur quos non possumus capere. Quis quid aut tragediarum, uel in Gallis, uel in Hispaniis, hoc fonte nobis scater. Quin & illud uidendum, ne quid hinc discriminis ad eos redeat, quibus auctoribus aut consiliis hoc procuratum est. Optima coniugi tuae praecor omnia laeta. Lintheum dono missum auro gratius est, quod praeter mittentis affectum, commendat etiam ipsa nouitas. Iosephum tuum si ueniet cupidissime uidebimus. Hic pestis recruduit: reliquit nos nuper Ioannes Frobenius paralyti correptus. Dederat morbus quaedam sui praefagia, sed puduit uirum nimium fortem aegrotare. Bene uale mortalium charissime Antonine. Basileae, postridie cocepte uirginis. Anno M. D. XXVII.~~

ERASMVVS ROTTERODAMVS NATALI BEDDAE S. D.

BREOR ne hoc operae sumam inaniter, tamen charitas quae iuxta Paulum omnia sperat, hortata est, ut uel sic experiar, an iustificare possim fratrem meum. Iam enim mi Bedda libet in te contempleri, non quod tu factis ac scriptis expressisti, sed quod Christianus frater es, quod sacerdotio ac Theologiae professione collega. Obsecro te quis spiritus agitat animum tuum, ut in gratia Lei, qui similem telam orsus est in Hispania, & in doloris tui uindicta, redeas ad ueterem fabulam, & improbitate tua tuorumq; etiam collegio tuo, quod semper haecenus habitum est uenerandum graueq; labores tuae temeritatis labem affricare? Patent omnibus tot insignes tuae calumniae, tot manifesta mendacia, tot impudentes blasphemiae, quibus proximum tuum immerentem & ad amicitiam prouocantem impetisti. Et huiusmodi flosculis ornatus incedis, nec te abdis, nec pudet in publicum prodire, nec cogitas de reconciliando fratre, & fortassis audes etiam cum isto animo, horresco referens, parricidiali, ad sacrosanctam

illam Eucharistiam, ac synaxim accedere, & illo ore sumere coeleste symboli pacis, qui tale suscitavit dissidium. Qui conuenit Eucharistiae cum tanta maledicentia? Qui synaxim cum tam impotentibus odijs? Humanum est, inquit ille, peccare: quanquam sic peccare, an humanum dici possit nescio. Humanum est in mediocria prolabi mala. Hoc quod tu sciens prudens peruerso & obstinato animo facis, sceleratius est homicidio, execrabilius est ueneficio. Sed sit humanum semel uel temulentia, uel furore, sic in fratrem fuisse debacchatum, certe diabolicum est perseverare. Iam mala malis addere, pessima peioribus aggerare, obsecro te per baptismum tuum quo nomine donabimur? Si quid in te frontis esset, certe prius a calumnijs ac maledicentijs te purgare debebas, notioribus quam ut dissimulari possint, quam ad nouas calumnias accingereris. Nunc adeo tibi non displices, ut ultro etiam supremam potestatem, hoc est, regiam incuses, per quam non liceat administrare iustitiam. At si iustitiam administraret tibi rex uir egregie, tu prima ferres, quae solent calumniatores & sycophantae, quae publicae tranquillitatis hostes. Mihi frater, misere timeo salutem animae tuae. Et quanquam me tibi fingis hostem, te certe plus quam hostem experior, tamen ita me Christus bene amet, hostis & talis me miseret. Redi ad cor mihi frater, respice, praestat recurrere quam decurrere in praecipitium. Si contemnis hominum de te iudicia, si me spernis, de tua salute sollicitum, saltem reuerere deum, cordium inspectorem, & omnium peruersarum molitionum ultorem. Vanam mihi esset exorcismus, aut incantatio quaequam, qua tibi istum spiritum detestabilem quaeam excantare. Saulum aggrabat spiritus domini malus, sed ex interuallis, & intercinente cithara Dauid, discedebat. Tu sic perseveras, ut ~~semparuas in deum, ut metuum ne uel Dauidica cithara animi tui furor non possit deliniri. Certe optarem mihi citharam inigniter efflicam, ut istum tanto malo tuo meherique~~ Video enim te in felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis esse. Quando unquam Augustinus, quem tu uideris magnificare, sic debacchatus est in Donatistas, aut Circumcelliones, ut tu debaccharis in Erasmus, amicum, fratrem, denique sui capitis periculo dimicantem aduersus eos, quos ut hostes Ecclesiae detestaris? In cuius scriptis nihil adhuc inueniri potuit, quod esset impium. ~~Tantum de ratione loquendi, aut de uerbis non intellectis, aut ex malitiosa deprauatione calumnia est. Et hic tibi placet exemplum Lei, qui primo suo fauore nec meis inimicis placuit, & ijs magnopere displicuit, quos habebat in Anglia amicissimos. Nec adhuc satis quisquam credat apud Anglos, illum hoc agere quod agit in Hispania. Et cum uocas absolutum Theologum, qui nunquam attigit limem scholae Theologicae. Tantus est tibi non ob aliud, nisi quia odit Erasmus. Et suspicor priorem illum librum bona ex parte fuisse tuum, quem Parisijs excudit. Blandire tibi, uoca quam uoles zelum fidei, crede mihi manifestus furor est, Satanae est energia: Christi spiritus longe alia profert, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem, fidem, modestiam. Qui possit ab hominis peccatore tantum calumniarum, tantum mendaciorum, tantum blasphemiarum proficisci, nisi Satanae spiritu esset occupatum? Tantum ad cor redi mihi Bedda, Misericors est dominus, & multae miserationis: si clames ad illum, impartiet tibi spiritum suum bonum, qui deducet te in terram rectam. Ego quod admissum est facile condonabo, sic interpretans, tibi dominum precepisse, ut mihi malediceret, quemadmodum olim praeeperat Semei, ut malediceret Dauid. Sic fortassis illi usum est purgare me. Et si quid forte acerbius in te scripsi, non gratabor petere uentam, & fardire pro me utriusque. ~~Omnes uocem meam persequar, non quia iniquus es, sed quia iniquus es. Iniquus es, iniquus es.~~ An non sentis hanc esse suggestionem illius serpentis, qui inuidet hominum salutem? Quin potius te praebes organum spiritui Christi: lactas te propugnatorem Ecclesiae. At quibus tandem modis possis uehementius Ecclesiam oppugnare, quam eum calumnijs opprimendo, quem aduersariae factiones ducunt pro hoste capitali, & noua dissidia in orbe suscitandorum? Scio quod tibi blandiantur affectus tui. Sed crede mihi, nihil est maledicentius odio, nihil uanius ira, nihil fallacius inuidia. Crede mihi inquam mi Bedda, pessimis consilijs auscultas. Sobrius charitatem, & Christi spiritum in consilium adhibe, & perspicies in quod barathrum te rapere laboreat Satanas, falsa pietatis imagine deludens animum tuum. Nonne uides quantum sit in orbe dissidiorum? Et tu quasi parum sit, tam atrocem orditis tragœdiam. Si uictus iniurijs deficeret ad hostes Ecclesiae, unde repeteret deus hanc ani-~~

hanc animulam nisi abster? Quod haecenus perstiti, non est meorum uirium, sed diuini muneris: Et eiusdem praesidio perstiti usque in finem, uti spero. Quis autem tam atrocibus contumelijs tamque perpetuis non lassaretur? Id si fieret, nonne uides quem tumultum excitare queam? Nec reputas quam late pateat hoc malum, quod nunc suscitatus? Non est tam inops amicorum Erasmus, quam tu credis. Et ut maxime sit imbecillissimus, non cogitas quam sitres potens & inuicta ueritas? Non perpendis quae plerique sint propensi ad contemptum autoritatis & conciliorum Romani pontificis & uestrae? Quid isti dicent, cum uiderint prodire examen articulorum, ad quos iam respondi, perinde quasi nihil sit responsum? Cum uidebunt argutationes de uerbis, deprauationes ac maliciofas suspensiones. Equidem dabo operam, ne sim causa tanti mali, ac ne occasio quidem si queam. Eoque rursus me offero ad omnia quae Christianae lenitatis sunt ac modestiae. Quod si surdus ad omnia monita pergis hoc incendium excitare, ego qui mihi nullius impietatis sum conscius, impietatis calumniam fortiter a me depellam. Euentus mihi non poterit imputari. Haec epistola me liberabit, & apud deum & apud homines. Orabo dominum, ut det tibi mentem meliorem, qui si meas preces exaudierit, & illius bonitati gratias agam, & tibi gratulabor, nec habebit superiorum malorum meminisse. Vale. Datum Basileae XVI. Calend. Decemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS PETRO TOMITIO EPI
SCOPO CRACOVIENSI S. D.

ECOCIVM, nec argumentum ad te scribendi suppetebat amplissime praesul, pudor etiam dehortabatur: Sed tuus Antoninus tam graphice tantoque affectu mihi depinxit effigiem pectoris morumque tuorum, ut si dicam te mihi ignotum esse, plane mentiar: si autem ab omni pietatis & humanitatis affectu alienissimus, si talem praesulem non uenerer, suspiciam & anem ex animo. Caeterum Antonino meo non minus gratulor, quod patronum nactus est, cuius auspicijs possit in his rerum humanarum undis & honestam & tranquillam uitam degere. Sic enim amo peccius hominis longe cadidissimam, ut magis hilarescam si quid illi bonae rei obtigerit, quam si mihi obtigisset. Leue est, si iam gratuler tibi dignitatem istam quam fortuna tuae non debes, sed praeclearis animi tui dotibus, nec te dicam hoc nomine felicem, quod serenissimo regis inter primos, & gratus & charus, quandoquidem hoc ille iudicio facit potius quam affectu. Seculo nostro reique publicae Christianae gratulor, cui si tui similes multi contingerent episcopi, citius haec rerum tempestas in serenitatem uerteretur. Habet tua celsitudo epistolam plusquam Laconicam, quam tamē fatereris esse prolixam, si nosces, quibus distingar laboribus. Precor amplitudini tuae R. prospera faustaque omnia. Datum Basileae pridie Idus Decemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS THOMAE
MORO S. D.

TOT molestijs quibus undique circumuallor, plurimum attulit solatij serenissimi regis epistola humanissime scripta, qua me inuitat in Angliam, omnia pollicens benignissimo digna principe. Admonet quod olim scripserim, in Anglia senectuti meae sedem delegisse. Nunc uero mi More, res in eo sunt statu, ut mihi sepulchri locus sit circūspiciendus, ubi uel mortuo liceat quietum esse, quando ut uideo, non continget hoc unquam uitio. Omnes diuinant magnos rerum motus imminere. Anabaptistarum haeresis meditata erumpere, quae latius sparsa est quam quisquam credat. Tragœdias meas cognosces ex hoc Quirino meo, tu uene mihi perspicuae fidei, quem quonia nouit omnia mea, in Angliam praemittendum arbitratum sum, ut per eum dispiciam cum amicis quid fieri possit, aut quid expediat. Egissem gratias regiae benignitatis, sed quonia tot laboribus penē exanimato nihil erat oculi, malui ad tantum principem nihil scribere quam negligenter. Si uidebitur, tu melius illi declarabis animum meum, nec ignarum, nec immemorē tam eximia benignitatis, quam mihi toties offert, nihil pro merito. Opro te cum tibi charissimis quam bellissime ualere. Datum Basileae pridie Calend. Martias, Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS HENRICO BOTTEO

LL. Doctōri, officiali Burgensi s. D.

IR in domino charissime, quemadmodū de tam singulari uestro in me amo-
re gaudeo, ita uos inani mœrore cōtristatos doleo. Toties efferor, toties mi-
hi sup̄sum, interim paratus ad utrunq; cū domino uisum fuerit. Ioannes Fro-
benius uir ornādis studijs natus, nos reliquit, nō sine dolore meo: sed tamen
dum morbi genus, erat enī paralytis, dum hoc seculū turbulentissimum co-
gito, magis gratulari libet crepto, q̄ deslere abreptū. Orsus erat ingenti sumptu totū Au-
gustinum, nec optabat longiorē uitam, q̄ donec absoluisset. Sed deus illi, ut spero, melius
aliquid prouidit q̄ optabat. Officinā tamē molem Hieronymus filius & ego sustinemus.
Nō excidit liber De ratione cōcionandi, sed semper aliquid trāsuersum incidit quod aliō
prop̄ ellat animum. Et uix credi potest, quantum negocij nobis facessat Augustinus. Iam
non solum cum Hispanicis phalangibus mihi res est, uerum multo capitalius bellū cum
alijs, Bedda nullum nō mouente lapidem, ne uideatur uir bonus. Attamen admoneri me
gaudeo. Te cum omnibus qui mihi bene uolunt in Christo quā optime ualere cupio.
Datum Basileæ postridie Thomæ apostoli, Anno M. D. XXVII.

IACOBO SADOLETO EPISCOPO CARPENTORACTENSI

ERASMVVS ROTERODAMVVS S. D.

COMMENTARIVM tuum in psalmum quinquagesimū nondum perse-
gi, sed tantū carptim degustauī, nec enim hactenus plus licuit per occupatio-
nes. Mox totū auidissime deuorabo. Primo statim gustu mire me cepit can-
dor ac facilitas simplicitasq; dictionis, cum summa pietate coniuncta. Nihil
abs te prætermisum, quod ad eruendos explanādosq; Prophetæ sensus per-
tinet, qui Græcos etiam nonnunquā consulis, interim & Hebræos. Si tales libellos nobis
subinde mittat Roma, confido futurum, ut pleriq; mortales aliquanto melius sentiant de
uestra urbe, in qua perspiciant esse utros, qui libros arcanos nō eloquenter solum, uerum
etiam sancte pieq; tractare norint. Et enim qui istæ bonas literas profitentur, quanquam in
suo genere studiorū excellunt, tamen in hunc usq; diem ad rei Theologicæ cognitionem
haud ita multum contulerunt. Gestio libellum hīc typographis excudendum committe-
re, quo latius per orbem sparsus plures accendat ad studium pietatis: sed scrupulum inij-
cit libello annexa excōmunicatio, quam arbitror tamen nihil aliud sentire, q̄ ut istic Cal-
uus à damno uindicaretur. Alioqui cum officina Calui non possit omnibus mundi regionib; ut
bus suppeditare, uidetur hoc non sine graui studiorum iactura futurum, si liber magnam
utilitatem allaturus, sit ab uno duntaxat Romano typographo petendus. Arbitror Caro-
lum meum re feliciter gesta sese ad reditum accingere. Hic agitur misera cruentaq; fabula,
cuius utinam dominus det felicem catastrophē. Nos subita tempestate deprehensi inter-
sacrum & saxum, ut aiunt, hæremus, nō sine graui discrimine. Utinam nunc liceret Ty-
bri bibere. Scurræ quidam monachi non desinunt in me libellis rabiosis debacchari, qui-
dam etiam anonymis. De pensione Cæsaris nulla spes est, ni redeam in Brabantia. Atqui
hic uentus neq; nauigare sinit, neq; ancoram figere. Mihi bona spes in Clementis pietate.
Bene ualeat tua R. D. Basileæ postridie Cal. Iulias, Anno M. D. XXV.

THEOLOGIS LOVANIENSIBVS ERASMVVS ROT. S. D.

meis, uerum etiam quod Lutherana factio neminem magis odit quam Erasmus. Quod si id est in fatis ut utrinque lapides, tamen admitar, ut Christo prober, in cuius die pectore paro toto pectore. Is te seruet incolumem domine & frater honorande. Basileæ Natali S. Bartholomæi. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. HADRIANO BARLANDO. S. D.

ORPVM studijs ereptum acerbissime ferrem, si nostro dolore possit huc reuocari. Nunc nos ad illum properamus, ille ad nos redibit nunquam. Mortuus est omnibus rebus bonis florens, & optimū putant esse tū mori quum dulcissimū est uiuere. Erat futurus magnus si uiuisset. Verum nunc felicitus magnus est apud Christum uti spero. Solus propemodum erat æquus poli-

toribus literis, quas quidam miro studio conantur opprimere, mea sententia non satis recte consulentes suis etiam studijs, quæ sola florere cupiunt. Siquidem ut res ipsa docebit illos, obrutis mansuetioribus literis, etiam illa collabentur, quibus sedulo magis, quæ prudenter prospiciunt. Res felicitus succederet, si ueterum studiorum proceres bonas literas ueluti postliminio sese recipientes in pristinum locum, comiter in hospitij contubernium reciperent; adferrent hospites aliquid bonæ rei, quid ab hostibus futurum sit nescio; ac uicissim sese ciuili in contubernium disciplinarum, quæ iam occuparunt scholas insinuarent. Nunc quorundam improbitas facit, ut utriusque suus pereat fructus. Per uersam Germaniam simul cum bonis literis omnia fere studia collapsa sunt. Nulla Theologorum autoritas. Monachi & sacerdotes publico laborant odio. Faciunt enim mali, ut bonis etiam sit male. Video res humanas ad Turcicam quandam barbariem tendere. Et fortasse sunt principes, quibus hic status non displiceret. Agitur hic per rusticos cruenta fabula, quæ sit futura catastrophe nescio. Hanc epistolam extorsit Adrianus à Riuo, cui studiosus. Ex eo cognosces Germaniæ res omnes. Bene uale Barlande charissime. Saluta Ioannem Borfalum si adest. Basileæ, postridie Calend. Iulias. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. GERMANO BRIXIO ANTISIODORENSI S.

TE terq; quaterq; felicem Brixii charissime, qui te semper intra Musarum septa continueris, nec unquam attigeris spineta Theologorum. Quam tibi inuiderem istud ocium, ni sic mihi charus esses, ut tua commoda plane pro meis ducam. Hoc seculo nec bene scribere tutum est, nec male, & mira est rabiorū cōspiratio. Lutherus dum omnia conatur nouare, subuertit omnia, &

pro sinistra tentata libertate conduplicauit nobis seruitutē. Videor mihi nō omnino laua mente fuisse, quum tot modis efflagitatus abstinerem à Gallia. Hinc exitum præfagijt animus. Iactantur hic blandi rumores de adamantina regum concordia, quos equidem optarim esse ueros, uerum ut sint uereor, quoties mecum reputo τοῦ ἀντροπῶν πῶς ἔσονται. Πικρὰν uias ingenium. Hic agitur fabula mire cruēta, quam ueritas spero habitura nescio. Mihi res humane uidentur tendere ad Scythicam quandam barbariem, & omnium liberaliū disciplinarum πανολεθρία. Mihi iam ὁ βίος ἐκτετέλειται, uobis ætate florentibus τῶν δαδουχίαν traδο. Cadunt passim οἱ τῶν μισοῦν σπαθηγοί, Longolius Patauij, cuius apud me est oratio mire elaborata in Lutherum, Rhomæ nuper perijt Baptista Casaluis, In Angliā Linacrus, apud uos Deloīnus, Louanij Dorpius, qui fauorem erga recta studia iam audebat profiteri, frementibus μισοῦσιν omnibus, ac fortassis ea res illi fuit exitio. Deloīni mentionem fecimus in libello qui breui perferetur ad uos, quanquā elegantissimo carmine tu quidem optimi uirū memoriam immortalitati consecrasti. Hunc γράμματι φέρου proprie mihi conduxit, ut istinc amicorum literas huc perferat. Per eum tuto scribas licebit. Bene uale, & quid agas fac ut sciam. Basileæ, postridie Bartholomæi. Anno M. D. XXV. Budæum mihi salutabis diligenter, si fors mihi non uacabit illi scribere.

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI SELVÆ SVM
mo Præsidi Senatus Parisiensis

ERASMVVS ROTERODAMVS NATALI BEDDÆ
theologo Parisiensi S. D.

GREGIE uir. Responderam epistolæ tuæ, miseram Argentoratū, ut illinc transmitteret ad uos, sed cum nullus inueniretur idoneus, redijt ad me. Hinc nunciū priuatim cōduxi mea pecunia, qui tuas annotationes ad me perferat. Libros Augustini quibus explicat sermonem domini in monte habitū sciebam me legisse, & diligēter incertus. Vbi cœpissē tuo hortatu legere, comperi margines omnes notulis manus meæ plenas. Deinde in Annotationibus meis, quas scripsi in caput Matthæi quintū & sextum, frequenter hinc cito testimonia. Vnde miror unde suspicatus sis, mihi opus illud non fuisse lectum. Scripsit hos quidem libros eleganter & accurate, sed tantum presbyter, nec adhuc perinde exercitatus in sacris literis, quam quæ feliciter iam meditās diuinæ scripturæ tractationē. Ex hoc opere multa corrigi ipse, & residet nonnulla quæ lectorem candidū & æquum requirunt. Vnde non sum arbitratus anxie mihi laborandū, ne nusquā ab eo dissentirem. Relegeram penē totum, nec animaduerti quicquid periculosi lapsus in meis. Gerson non est in mea bibliotheca, sed aut emam, aut alicunde rogabo. Videbis me satis docilem, si contingat monitor *σταλλυρς*. Sunt uariæ dotes hominum, nec eadem uia tendunt omnes ad scopi felicitatis. Ego me puto semper hoc egisse quod uos agitis, licet non eadem ratione. Et nisi hæc fatalis tempestas fuisset exorta, non prorsus infelicitate conatus eram, ut reflorescerent linguæ cum bonis literis, si multq; ueteres orthodoxi cum diuinæ scripturæ fontibus reuocarentur. His temporibus quoniā uideo nihil scribi posse quod nō offendat aliquos, decreui quiescere, totus in hoc, ut quæ uulgata sunt, nec reuocari possunt, repurgentur, quo quantum fieri potest, careāt offendiculo. Ad hanc rem qui mihi dignabitur ferre suppetas, apud me summam inibit gratiam. Si parū uidebitur proxima æditiōne mutare quæ offendeant, nō grauabor esse seuerior iudex in lucubrationes meas, quæ Augustinus fuerit in suas. Tantū ne nodus quæ ratur in scyrpo, sed ea duntaxat indicentur, quæ sunt alicuius momenti. Nec agam tergiversatorem in explicando, aut in defendendo, nec mihi indulgebo in corrigēdo. Sunt dogmata quædam controuersa, quod genus est, pontificem esse superiore concilio uniuersali. Sunt quædam obscura & incognita, quale erat illud, de non uertendis libris sacris in linguam popularem. Sunt quædam eiusmodi, ut multis scrupulis torqueant ingenium; de his nō uidetur impiū differere, uel ut aliquid plenius & exactius inueniatur, uel ut submotis offendiculis confirmetur quæ decreta sunt. Ad hæc consideranda est temporum ratio. Utinam nō pigeret attentius legere meas lucubrationes, nec enim dubito quin id integer facturus sis. Nō potui hunc onerare grauiore librorū sarcina, tamen indicē omnium misit. Tertie æditiōni Noui testamenti addidi apologias aliquot nouas, quas facile percurres. Respondi Stronicæ cōclusionibus & articulis. Ego me catholicum esse puto, non tantum ob id quod pacem habeā cum Pontifice, cum Cæsare, cū Ferdinādo, cum Episcopis meis

ERASMVVS ROTEROD. LVDOVICO BERQVINO S. D.

REBITROR te bono animo facere quod facis Berquine, sed in
 terim me plus satis degravatum oneras magna inuidia, libellos meos uer-
 tens in linguam uulgatam, & eos ad Theologorum cognitionem referens,
 inter quos scio multos esse integros & candidos, sed paucorum morositas
 sapenumero uincit multorum modestiam. Equidem quum natura abhor-
 ream à contentionibus, nunc ob ætatem ac ualitudinem magis desidero quietem, in eum
 diem me parans, qui iam longius abesse non potest. Video fatales orbis tumultus, ui-
 deo rem Theologorum & his aduersantium in manifestam rabiem exisse. Proinde quan-
 do perspicio me nihil profecturum, quietus meum ipsius negocium ago, Christo com-
 mendans suam Ecclesiam, qui solus nouit, & potest hominum inconsulta cõsilia in bonos
 exitus uertere. Fortasse tu rectius consulueris rebus tuis mi Berquine, si concertationem
 semel sopitam non instaures. Papilio noster nos reliquit, & ante hunc Deloïnus. Hic agi-
 tur sanguinaria fabula, quem exitum habitura nescio. Nos hic hæremus inclusi, quam
 tuto deus nouit. Arbitror sororem regiam iam in Hispanias profectam. Volitant rumo-
 res, aureum seculum pollicentes. At ego nõdum uideo satis idonea proœmia, nec ausim
 scribere quod mihi præfagit animus. Nihil igitur expectabis eorũ de quibus epistola be-
 ne longa mecum egeras, posteaquam scena rerum inuersa est. Hunc iuuenẽ meo gre con-
 duxi, qui mea perferret, uestra huc referret. Si quid est quod mea referat scire, scribe, ac be-
 ne uale. Basileæ, postridie Bartholomæi, Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROTEROD. FRANCISCO SYLVIO S. D.

AM unis atq; alteris literis me prouocas Frãncisce charissime, ipsq; proluxis.
 Et iure desideras in me tam ampliter abs te predicatam humanitatẽ, ni quod
 tibi nunc facio, nonnunquam facerem & Cardinalibus, non desidia, sed ocij
 penuria. Certe candorem istum tuum amo & exosculor. Quantũ opera mea
 promouerint bonæ literæ nescio. Illud scio, mihi per quosdam pessimã refer-
 ri gratiam, id quod ego magna ex parte tumultibus hisce fatalibus imputo. Felices qui-
 bus interim licet spectatores agere, ego hac ætate cui conueniebat quietes & tranquillitas,
 pertrahor in harenam gladiatoriam uel casurus uel occisurus, imò potius simul & iugula-
 turus & iugulandus. Mundus parturit miram rerum immutationem, in hoc confinium
 mea senectus parum feliciter incidit. Quantum augurari licet, uidentur omnia tendere ad
 Scythicam barbariẽ. Ego iam cursu defessus Beraldo, Brixio, tibi uestriq; similibus trado
 lampada. Deloïnus destituit bonas literas. Nuper & Papilio nos reliquit. Dices male pẽ-
 fatam epistolam tuam, non ob id tantum quod pro copiosa recipis exilem, uerum etiam
 quod pro tam expolita simpliciter rudem. Si species scriptum, non respondi Francisco,
 sin animũ, plane respondeo, semperq; responsurus sum. Video fere fieri, ut h̄s qui ducun-
 tur amore politioris literaturæ parum conueniat cum Theologis, ac uicissim Theologi
 non satis equi sint melioribus studijs. Principũ diutina dissidia tandem matrimonio quo-
 piam componi solent. Vtinam exortiretur aliqua nympha, quæ uos mutua beneuolentia
 iungeret

iungeret, magisq; florent utriusq; gentis studia; nunc dum utriq; alteris obstreperunt, col-
 labuntur omnes disciplina. Bene uale. Basileæ, Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

TE superis charissimum Budæe doctissime, siquidem in hisce tumultibus
 fatalibus ocium tueri licet. Fabulæ partes per singulos obambulant. Prima
 turba erat de bonis literis. Hic suas partes egit Reuchlinus, nonnihil etiam
 Erasmus. Mox ad fidei negocium deuoluta est actio. Hic primas egit Luthe-
 rus, non incruentæ fabulæ princeps. Saltarunt & reges suam portionẽ. Rex
 Danorum exulat, uester, heu dolor, Hispaniarũ est hospes. Nuper prodierunt in scenam
 nobiles & agricolæ. Actio fuit mire sanguinaria. Ea nunc recrudescit, quæ sit futura cata-
 strophe nescio. A Gallia non sine causa sic abhorrebat animus, Aliquid præfagebat ma-
 gni mali futurum. Quanquam hic hæremus non absq; graui periculo. Nec est quod fugia-
 mus. Et si esset, hæc ualutudo indicit ocium. Atq; interim tamen, homo sexagenarius, co-
 gor retiarium agere, & cum tor monstribus cõgredi, uel casurus uel occisurus. Hic nunci-
 certissimè est, à me proprie conductus. Per eum scribe quid agas. De nobis ex Beraldo
 cognores cetera. Bene uale. Basileæ, postridie Bartholomæi, Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. DANIELI BENEDICTO MEDIOLANENSI S.

MANTEM nõ redamare Daniel optime uix ferarum est. Amas Erasmus
 ex libris cognitum, ego redamo Danielem ex humanissimis modestissimisq;
 literis non ignotum. Dicitur est Daniel uir desideriorum, quid itaq; mirum si
 desiderius Desiderium desideras? Sed quid narras? Ceteri quietis desiderio
 relinquunt principũ aulas, & tu uelut e fluctibus temet in aulam uelut in por-
 tum tranquillum contulisti? Nausea sui similis est, tantum me faciens ubiq; suis laudibus,
 quantum esse me immo dice amanti persuasit amor. Montini lepidissimis literis nescio an
 uacet nunc respondere. Locatur ille in crism sanguinis, uerum ea crisis orco dedit agrico-
 larum plus minus centum milia. Nunc remisit se paroxysmus, & Nausea si uenerit, repe-
 riet malum aliquanto medicabilius. Bene uale, & noster esto, debes autem si Nauseam sic
 diligis. Datum Basileæ, sexto idus Octob. Anno M. D. XXXV.

ERASMVVS ROT. NATALI BEDDÆ S. D.

NON sum is uir optime, qui soleam de quoquam opinionem sinistram concì-
 pereni res ipsa palam comperta cogat in diuersam sententiã. Delationibus
 istis uulgaribus nihil moueor, suspitiones nihil moror, ac ne inuisis quidem
 mediocribus & humanis perturbor. Negligo, dissimulo, excuso, suspendo
 sententiam, donec manifesta prauitas sepius deprehensa, cõpellat me dicere,
 non putaram. Neq; quicquam arbitror magis indecorum homini Christiano, quam quĩ
 post temere susceptam diuicq; sotam de proximo suspitionem, post impetitam multis cõu-
 cijs innoxij famam, tandem expertus eum longe alium esse, quam imaginatio sinxerat, di-
 cit, non putaram. Itaq; quanquã ante cõplures annos solitus sum à multis accipere literas
 parum amicã de te mentionẽ facientes, tamen nihil me cõmouerunt quo minus Beddam
 bonum Theologum ac bonum uirum iudicarem. Eam opinionem auxerunt Beraldi mei
 literæ, cuius iudicio sanè tribuo plurimum. Proinde quanquam in tuis literis erãt aspersa
 quædam quæ subindicarent te non optime sentire de me, tamen quoniã mihi persuasum
 est ista tibi scribi sincero puroq; animo, ne tantulum quidem offenderunt, nec te mihi uel
 pilo reddunt ingratiorem. Toties in hac epistola sum tibi charissimus frater, nec tamẽ col-
 legam agnoscis nisi sympresbyteron, σωδελόγον nõ agnoscis, quũ tamen hoc tituli mihi
 non inuiderint, nec Leo, nec Clemens, ac ne Adrianus quidem, magnus sine controuer-
 sia Theologus. Si non agnoscis collegã Theologum, nisi insigniter doctũ, ne sympresby-
 teron quidem agnosces, nisi eximie piũ. At ego sanè longius absũm à pietate q̄ ab eru-
 ditione, licet in studium pietatis, quam eruditionis propensior. Indoctos recipit deus, im-
 pius non agnoscit. Sunt & alia quædam, quæ uidentur non carere figura, sed mihi persua-
 sum est, ingeniu tuũ ab huiusmodi strophis longissime abesse: quod si secus habet, mea ni-
 mirum opinio plurimum abest à uero. Alioqui si maxime affinis essem talibus cauillis, nõ
 arbitror tuam prudentiam his uelle uti erga eum, qui simpliciter ac pure scripsisset, nec
 alium te uelle præbere, quam is te existimasset. Videris autem tibi persuasisse, Erasmus
 esse

esse quendam sitientem mundanae gloriae, ingenij pertinacis & indocilis, ad haec scribendis libris inutilibus intentum, non satis cogitare de his quae pertinent ad vitam futuram. Scis ipse ut egregie, nihil esse difficilius, quam iudicare de spiritu alieno, quum Paulus non ausit etiam de se ipso iudicare. Verum ista fortasse tibi persuasit delator aliquis, ut his temporibus ubiq; regnant malae linguae. Et fieri potest ut imprudens & infcius fouea aliquid istorum uiciorum quae mihi tribuis. Hoc igitur profectus attulit mihi tua reprehensio, ut ipse mihi coeperim esse suspectus, circūspiciens nuncubi laterent in me morbi tam pestiferi. Homo sum, & humani nihil alienum a me puto. Quod ad gloriam attinet, fateor olim iuuenis pulchrum esse duxi laudari a uiris laudatis, Verum ubi cognoscere coepi, q̄ modestum onus esset fama, nihil magis in uotis habui, quam eam si liceat totā abijcere, uel ed; ubi, quod aiunt, cerui deponunt sua cornua. Quid autem habet hoc gloriae genus expectandum, tot calumnijs, tot obreccationibus, tot criminationibus fermentatū. Aut quod animal me uiuit infelicius, si pro tot exhaustis laboribus nihil aliud mercedis refero, quam famam in hoc seculo, quae tanto plus aloes habet quam mellis, si quid tamen omnino mellis habet. Nemo sui probus est iudex, fateor. Mihi tamen quum alioqui scateā uicij, uideor non insigniter affinis huic morbo, uel hoc argumento. Quum nondum oxortus esset Lutherus, magnaq; rerum tranquillitate florerent studia bonarum literarum, uidebam mihi beatus amicitijs tot eruditorum hominū, ut ingenue fatear quod res habet, laudibus nunquam sum magnopere delectatus, immodicis etiā offendebar. Quod si ualde delectasset illi Germanorum applausus, si libens audissem, princeps literarum, antistes studiorum, uindex uerae Theologiae, sydus ac decus Germaniae, nunc his detractis excruciarer. Nūc uero nequaquam mihi displiceo, quum illis ipsis nihil aliud sim quam Erasmus, propemodum etiam gaudeo me ab inuidiosis illis laudibus esse liberatum. Quin & rabiosos libellos quibus ab his impetor, quos pridem habebam laudum mearū immodicos praecones, uideor haecenus sat moderate tulisse. Quum scirem mihi nunquam fore pacem cum quibusdam male auspicijs ingenijs, quae me propter bonas literas habent inuisum, tamē maluit me prorsus exarmatum utriusq; lapidandum exponere, quam in hac factione, quae larissime regiones & aulas occupauit, esse coryphaeus & satrapes, & haecenus nec blanditijs, nec minis, nec conuicijs, utriusq; partis loco moueri potui. Fortassis hanc aliquis cautionem uocabit potius quam constantiā. Imō uidebam me tutiorem futurum fuisse, si me in Lutheranam factionem conticissem, noueram enim quae multi nesciunt. Hic conscientia me reuocauit non metus. Dignitates adeo non ambij, ut etiam ultro oblatas constanter recusarim: & hic animus quem haecenus praestiti, tibi uideatur sitire gloriam mundanam. Et tamen admonitionem tuam in optimā partem accipio, nec patiar me frustra monitum esse. Hortor me ut legā Gersonem, & huc similes autores humiles, quo mihi uilescam. Ego quemadmodum nullum scriptorem soleo cōtemnere, ita in scholasticis istis quos uocant, praeter orationis filum fere nihil humile uideo, qui passim ostentāt Aristotelicam & Aueroicam philosophiam, cui Scotus multū etiam addidit supercilij. Gersonis opuscula quaedam legi iuuenis, nec omnino displicuit. Ceterum quum neotericos hos scriptores in manus sumo, nescio quo pacto minus mihi displiceo, nec ulli libri magis deiciūt ac perdefaciunt superbiam meam, q̄ Euangelistarum ac Apostolorum. Scio magnū & arduum esse negotium domare spiritum hominis, & hoc sane iam pridem molior, etiam si tu suspicaris mihi non esse uacuum colligere animū ad ea quae sunt uerae pietatis, propterea quod subinde nouos libellos excudam. Nec mirum est ita tibi uideri, qui fortasse stilum nō perinde exercueris, eoq; difficillimum & operosissimū esse credis, quod exercitato facillimū est. Ego uero iam hoc annos aliquot serio totoq; pectore ago, ut hanc conscientia Christo iudici approbem, meq; pro uiribus in eum diem paro, quem haec aetas ac ualētudo persua dent minimum abesse. Ac uideor mihi nō nihil profecisse auxiliante Christi gratia, quam in hoc implorare non desino, Nam indies expecto diem illum animo tranquilliore. Nec ulla colloquia mihi gratiora sunt, q̄ quae hoc studium meum uel promouent uel excitant. Itaq; ferē uersor in his argumentis, quae iuuant etiam hoc animi propositum, tātum abest ut impedian. Quod genus sunt De misericordia domini, De modo orādī, De moderanda lingua quod nunc excuditur, & cōmentatiunculae in Psalmos aliquot. Ac plane sic meditor subducere memet a scribendis libris, quemadmodum ueteranus athleta paulatim sese recipit

recipit in otium, praecipuumq; studium huc consero, ut quod haecenus aeditum est repurgem ac dedolem, praesertim in his quae pertinent ad fidem ac pietatem christianam. Mihi certe semper fuit hic animus, ut excitarem bonarum studia literarum, eaq; conciliarē studijs uestris: partim ut inciperent & bonae literae sonare Christum, quae quam apud Italos haecenus nihil aliud quam paganissimum crepent, ipse non ignoras: partim ut ex accessione linguarum ac politioris literaturae, non nihil fructus ac lucis adiungeretur studijs haecenus in scholas receptis. Qua quidem in re meo iudicio uehementer peccatum est utriusq; dum & qui bonas literas adamant, hostiliter insectantur diuersa sequentes: atq; hi rursus hospites bonas literas, unde poterant utilitatē capere, non recipiunt in confortiū, sed in ciuilitate explodunt, damnant ac reijciūt priusquam nouerint. Quod ad dogmata scholasticorum attinet, semper quantum licuit ab his abstiniui, uidelicet mihi conscius q̄ non esset mea mediocritatis, in rebus arduis dogmatisten profiteri meo pariter ac multorum periculo: quantum in isto studiorum genere ualiturus fuerim nescio, certe naturae uis alio rauit. A factionibus sic semper abhorruī, ut fauorem suū proficētes aliquanto diligentius cohibuerim, q̄ reiecti calumniātes. Ita factum est haecenus, ut si quid errat aut periclitatur, solus erret ac periclitetur Erasmus. In Nouo testamēto nihil aliud proposueram, q̄ instaurare sinceram lectionem, & addita luce discutere quaedam, ad quae uidebā multos impingere. Neq; quicquam minus erat in animo, quam mutare uulgatam interpretationē: imō ueterē translationem addidisse Gracis, quamuis disidentem, ni me docti amici consilij improbis uerius q̄ felicitibus huc protulissent reclamantē. Porro quod quaedam obiter admoneo, deum testor, simpliciter existimabam me rem facere deo gratam, ac rei Christianae necessariam. Atq; hoc ipsum mihi uisus sum eo temperamento fecisse, ne quid hinc seditionis oriri posset: certe id conatus sum sedulo. Videbam multa esse prolapsa, & erant tempora tranquilla. Quis enim suspicaturus erat hanc fatalem tempestatē exoriturā in orbem? Proinde quam tua charitas indicat mea scripta nō corrigantur esse periculosa religio Christiana, tam iudicabā esse periculosum rei Christianae, si dissimularem illa quae tum admonuit. Si fuit error, in iudicio fuit non affectu. Nec hic tamē unquā fesus sum meo sensui, nec me transuersum rapuit applausus hominū. Et adeo non grauatus sum me submittere deo, quod ut faciā amanter admones, ut etiam omnibus penē hominibus me subiecerim. Atq; ea res mihi nonnullis in locis praeiuit ansam erroris, in quē nō impigissem, si meo iudicio plus tribuissem quam aliorū. Quem enim monitorem non eram auditurus qui non solum Aueniensem, Latomum, & Dorpiensem, sed etiam cum Theologiae, quod postea corruptum est, plane eodem, obnoxio rogari me uellet mihi largienti praecipit. Nō uero testamenti additionem, & hac de causa in intimam familiaritatem admiserim, quae sane mihi parum felicitis celsit. Et interim uideris in me suspicari pertuacitā hoc argumento, quod a duobus uiris nō elingulibus, nec indoctis, nec stupidis, de multis nō temere admonitus, nusquā tamen agnoscam lapsū meū. Stunica ac Leu elingues non esse fateor, imō profiteor esse linguacissimos: ceterum quam nō sunt stupidi aut indocti, ipsorum scripta te docebūt, si modo legas integer. At plane suspicor te grauioribus rebus occupatum, ad ista friuola non descendere. Atqui hoc facere erat tuae modestiae mi Bedda, priusquam de nobis conciperes atrocem suspicionem. Quis scurra scurrilior Stunica? Quot locis ostendo illum nescire quid loquatur? Et tamen non paucis in locis tali sycophantae gratias ago, quod admonuerit, tamen si nihil debetur gratiae, ne recte quidem monenti, si id morbo facit non iudicio. Leus Stunica tum indoctior est, tum uirulentior, & tamen ubiunq; bene monet agnosco officij: quod ideo suspicaris me nunquam fecisse, quia nostra nō legisti: aut si legisti, aliud agens legisti. Atq; ut ingenue fatear, demiror tales scriptores uobis placere. Si quid asperius scripserunt, ais facile esse uentā. An apud uos sit facilis uentā nescio, apud deum scio difficilem futuram ijs, qui tot mendacia, tot calumnias, tot fumos, tot glorias effundunt in famam proximi. Doceo Leum in his quibus impetit me quaedam asserere palam haeretica. Nec habet quenquam tam amicum in Anglia, qui ausit hęc defendere. Leo ipsa Anglia imposuit silētiū, nec ullis magis displicuit illud opus, quam qui illi tum primum scripserat, & clam uicies descriptū sparserat per amicos, quos ronchos, quas sanas excitasset: Inerant illic manifeste blasphemiae. Nam is quem aedit, maxima ex parte

est aliorum. Dices me somnare. Imò librum illum habebam antequam mea responsio esset absoluta. Stunica apud Hispanos habetur, ut est, pro homine ut glorioso ita parum cordato, cuius lycophantia quam placuerint Pontifici, satis declarat quod toties est illi impositum silentium, primum à Leone, mox à coetu Cardinalium, rursus ab Adriano, iterum à Cardinalibus, postremo à Clemēte seruo, ut ni quicquid conijciendus fuerit in uincula. Primum nec Stunica nec Leus erat is, qui debuisset sibi censuram in me sumere. Quibus si non defuisset doctrina, tamen fide carebant, qui tam impotens odium præ se ferebant, qui tantum spirabant inanis gloriae. Fateor obtemperandum esse monenti, sed ei qui possit recte monere, sed ei qui commode monet. Quis autem sese credat chirurgo ferrum & ignem admouenti, si manifestis notis præ se ferat studium occidendi si possit? Quis hauriat pharmacum à medico porrectum, qui præ se ferat animum perden di aegrotum, non medendi? Multo uero sit infans, qui se committat talem animum adferenti cum imperitia secandi aut medicandi. Multa laudata correxi ex me, quid facturus si quis doctus amice monuisset? Et ut agnoscas quantum absum à pertinacia, quaedam coactus sum eradere, quæ monitore Leo mutaueram. Quem si sequutus fuisset in omnibus, legeretur in libris meis quod palam esset hæreticum: non loquor de dogmatibus scholasticis, sed de articulis fidei. Ac ne multa commemorem, hoc ipsum quod tu reprehendis, Iesum nulli mortalium debuisse obedientiam, ex Caranza Stunicaque didici, quanquam illi multo idem inculcant odiosus. Et sunt alia his magis impia, si uacabit illorum calumnias & nostras Apologias legere. Et horum calumnie pondus habent apud uos, quum tot Episcoporum, tot Theologorum atque etiam Romani Pontificis iudicio, leue sit pondus. Aliud est, inquis, probari ab amicis, aliud iudicari ab inimicis, qui nondum etiam in scirpo quærent. Cæcus quidem est amor uehemens, at multo cæcius odium: sed ingenium hominis multo propensius est in odium quam in amorem. Qui mea probarunt quid erat quæ tantopere cæcutirent amore mei, qui me non ob aliud diligunt quam ob labores meos, nec ullis in rebus egent mei: His quum sint in re Theologica doctores sexcentis Leis ac Stunicis, diffidam, & subijciam me iudicio istorum, qui uelatum & impotens odium in me præ se ferunt? Si Theologis credendum est, Theologi sunt & illi. Verum ex his quidam damnant inimici, quod probant amici. Vtrum igitur iudicium apud me plus ualebit? Imo quæ ualeat apud quemquam talium iudicium, qui cum affectu mutant sententiam, & ex eodem ore frigidum efflant & calidum. ~~Quædam enim primam editionem commigravi Louanium, ultra receptus sum in amicitiam Theologorum, quum nihil minus ambirem. Carmelita Emondanus hoc opere prodito uociferatus fuerat me esse Antichristum: quum uentum esset in priuatum colloquium, rogabam ut admoneret si quid esset corrigendum, nullum officium mihi fore gratius. Respondit sibi opus nondum esse lectum. Obnixè rogauit Atensem non semel, ut moneret si quid offenderet, nam mihi esse animum iuuandi rem Christianam non lædendi. Eadem rogauit Latomum & Dorpium, Atensis recepit se facturum. Sub discessum uocauit me ad cœnam. A cœna repeto ueterem sermonem. Ait se perlegisse totum opus, uideri sibi tum eruditum, tum pium. Rogabam ut libere diceret quod sentiret, me moneri malle quam laudari: monitionem profuturam, laudes non item. Etiam atque etiam repetens confirmauit quod dixerat, & hortatus est ut sanctis meis laboribus, sic enim ille tum loquebatur, pergerem prodesse rei publicæ Christianæ. Hoc ut excluderet captionem adiecit, quid scripturus sis nescio, quod hæcenus scripsisti, perplacuit. Respondi me daturum omnia meliora, quod quidem ni fallor præstiti. Et hic erat illius Academiæ caput, siue spectes autoritatem siue doctrinam. Reuersus sum, pesti, ut putabant medici, obnoxius, certe tribus carbunculis insignis. Atensis aliique Theologi uetante me accurrunt ad salutandum. Tranquilla omnia, donec Leus ordiretur suam tragœdiam. Vbi per morbū licuit, euocaui Leum ad colloquium, proposui æquissimas condiciones, ut uel ostenderet suas annotationes~~

annotationes, uel mecum conferret, si quid dissideret, uel æderet denique. Nihil horum illi placebat. Denique uel Atensem mihi iam parum æquum faceret iudicem. Nihil horum placuit. Decreuerat eo sumo frui, quod trecenta loca notasset, quæ premeret in gratiam meorum amicorum. Contuli priuatum cum Atensi, ut moneret si quid esset alicuius momenti. Nam opus meum nondum exisse totum, & me mutatis aliquot chartis malle pecuniæ dispendium accipere quam fame. Idem egi cum Dorpio Latomoque. Annotationes, hoc est, dimidium operis mecum aduexeram à Basilea, eas mox dedi Dorpio legendas. Perlegit & annotauit quædam, sed quæ nihil ad fidem attinebant. Mox tradidi Atensi. Nemo quicquam admonuit. Dum hæc aguntur prodijt opus, quod diutius premi non poterat, sine graui factura typographi. Interim incrudescerebat Lei tragœdia, & ut sit altus aliunde gruniebatur. Vbi non esset finis obrectandi, rursus adij Atensem admonens ut daret negotiū aliquot cruditis, Dorpio, aut Latomo, aut horum similibus, qui notarent quæ iure offenderent. Nam meum non esse magni pendere, quid quibus magistellus aroderet. Factum est: notauit Atensis quædam, ac Dorpius nonnulla: respondi, sic enim cōuenerat. Satisfacium est illis in omnibus, hoc uno excepto, quod non addidisset, hanc confessionem institutam à Christo. Respondi non esse meum affirmare quod probare non possem, submittere tamen me meum iudicium autoritati ecclesiæ: Hoc interim mihi satis esse. Iam adornabatur æditio tertia. Nullum non rogauit, cui crederem esse aliquid iudicij, ut admoneret si quid offenderet, præsertim in decretis philosophiæ Christianæ. Comprobarunt multi, nemo monuit hæcenus. Adrianus Cardinalis, per Barbarium suum denunciavit, ut idem facerem in Vetere testamēto, quod fecissem in Nouo, nec meminuit ullius tragœdiæ: non facturus opinor, si sensit de meis laboribus quod tu sentire uideris. Adornatur æditio quarta, & paratus sum à quouis admoneri, uel semidocto. Dices Theologorum esse iudicium. Quæso an Ioannes episcopus Rossensis non uideatur tibi Theologus? Equidem ut fateor uestram Academiam esse præcipuam in re Theologica, ita credebam & in alijs esse Theologos. Iam Lodouicus Berus, Aegidius Delphus, & Hermannus Lethmannus, inter uestre scholæ proceres sunt, cum his omnibus diligenter egi. Scripsi Prierati indicaret quibus locis offenderetur, obmutuit. Et hic est animus quem tu putas præfractum & intractabilem. At monitus, inquis, non agnoscis culpam. An postulas, ut à quouis admonitus, ilico clamem cum pueris uapularis, ignosce, peccauit? An uis me culpam agnoscere ubi culpa non est? An is qui pro uiribus studet prodesse, uideatur indignus quem doceat Theologus? Præcipua causa quæ cuperem adire Galliam erat, ut cum aliquot uestrum priuatum communicarem. Obstabant quum alia multa, tum præcipue bellum inter Cæsarem & Gallum, indies magis ac magis incrudescens. Vocabar ad amplam & paratam fortunam etiam regijs literis. At mihi subolebat me per occasionem uocari ad contentionem, quantum uis alia prætexebantur. Contempsit fortunam amore tranquillitatis. Rixarum iam pridem sum satur. Berquinum tantum ex literis cognoui, ex his mihi uideatur uir prudens ac modestus. Eum tamen nunquam desij hortari, ut à contentionibus abstineret. Si quid accidit episcopo Lodouicensi tristius, equidem uehementer doleo. Nam olim mihi talis uisus est, quales optarem multos esse præfules. Ego nullum adhuc Episcopum uel ulla grauauit inuidia, uel à recta semita deduxi. Quod mihi tua charitas metuit, ne quando sim in eadem sorte futurus, in qua Faber: Ego magis uereor optime Bedda, ne quando uos sitis in eadem sorte futuri, in qua nunc sunt Theologi Germaniæ, quorum tanta hæc temporibus est autoritas, ut si quid reprehendant, ob hoc ipsum placeat, quod ab illis damnatum est. Non hoc dico minitans: optarim omnia florere studia, sed præ cæteris Theologiæ. Nunc uideo misere collabi omnia, totamque rem Christianam, ad Turcarum barbariem tendere.

Nunc dum utraq; pars nusquam uult alteri de suo iure concedere, dum sua quisq; tuetur mordicus, & atrociter impugnat aliena, tumultu miscentur omnia. Ab articulo cen-
suris, à clamoribus uentum est ad bullas, uentum est ad incendia librorū, tandem ad exu-
siones hominum: Quæso quid profectum est? Agitur hic nunc cruenta fabula non sine
meo periculo. Quis exitus futurus sit nescio. Amo charitatem tuam, quæ tam anxie timet
animæ meæ salutem. Ego uero nullum in animo sentio scrupulum è scriptis meis, quod qui-
dem ad mores ac fidei sinceritatem attinet, in quibus adhuc nihil uideo uel obscœnum,
uel impium, uel seditiosum. Et tamen fieri potest, ut imprudens alicubi lapsus sim. At si
tam anxie metuis illius salutem, qui quum simplici animo prodesse studeat, alicubi labitur:
quid non magis metuis illorum salutem, qui sceleratis calumnijs, qui manifestis mendacijs,
qui uirulentis conuicijs sic debacchantur in fratrem, à quo læsi nō sunt? Hanc diabolicam
insaniam tu leni uerbo zelum uocas? Quis non eadem lenitate interpretaris quod accidit
mihi? Illos excusas, quod sibi uideantur propugnare ueritatem: Quis non itidem excusas
nos, qui non paulo modestius pugnamus pro ueritate quam isti faciunt? Quæso Sutoris
libellus quid aliud spirat quam gloriam, quam fastum, quam pertinaciam, quam hominem
sibi supra modum humanum placentem, quam effrenem petulantiam? Quis non illā ad-
mones ut sibi uilescat, qui sic totus target? Quantum autem aberret à uero, fortassis aliā
docebitur. Quis huic collegæ tuo non præstas eandem sollicitudinem quā præstas mihi?
Quod mihi præstas, habeo gratiā: quod de illo securus es, demiror. Ego scribo libros in-
fructiferos ecclesiæ, & sine talibus libellis quales scribit Sutor, collaberetur domus dei?
Mihi metuis ne desit ocium curandi cœlestia, & hi qui talia scribunt, uersantur in tertio
cœlo. Admisces nescio quid de his qui incumbunt poetis, quod scriba sic deprauarat, ut
legi non possit. Adolecens adamauit poeticen, quam ego puto uel præcipuam portionem
liberalis eruditionis. Nec me poenitet eius animi. Utinam quod feci, fecissem aliquanto fe-
licius. Nunc me non incumbere poetis libri mei ni fallor satis declarant. Quod si illis me-
tyimus qui nonnihil ex politioribus literis admiscerent studijs suis, ne desit ocium curandæ
salutis: quis non magis idem metuimus ipsi, qui bonam ætatis partem, immo totā ætatem
in Aristotelicis & Aueroicis, in Scoticis labyrinthis, in Sophisticis argutijs, in quæstion-
culis superuacaneis conterunt? Sed sic est hominum ingenium, suis quisq; studijs blandi-
tur, minimum tribuens his in quibus intelligit sibi nihil laudis esse sperandum. Hunc affe-
ctum cæteris facile ignoscimus, an Theologos deceat nescio, qui uel ipso titulo nescio
quid diuinum profitentur & maius humanis affectibus. Hortaris me ad exemplum diui
Augustini. Nihil hic dicam cuiusmodi sint illius retractationes, certe multa prætermisit
quæ non retractauit, quum sint retractatione digna. Et tamen ultro totus in hoc sum, ad
quod me hortaris. Nihil deest præter regulam ad quam mea castigē. Relegas me ad Ger-
sonem, Gratianum, reliquosq; doctores scholasticos, quos ego sane nunquam in totum
contempsit. Verum in horum quoq; libris non pauci deprehenduntur errores, ut iam ma-
ximè inter sese consentiant, quod dissidium quum sit insigne, tamen abs te negligitur, ut
leuiculum quiddam. Ne dogmata quidem scholastica censeo contemnenda, præsertim
quæ in consilijs approbata sunt. Nam quædam è scholasticis contentionibus in consilio
reiecta sunt. Verum non opinor his tantum esse deferendum, ut non liceat citra cōtentio-
nem de istis differere, præsertim si incidat occasio. Si de illis nemo disputasset, non fuisset
sequuta cōprobatio. Quid si exoriatur aliquis, qui circa eadem exploratus aliquid
ex altius adferat? Si modesta est disputatio, quid non uidentur ferenda? fortasse discussa
sequetur approbatio. Loquor de his dogmatibus, quæ non ita multum attinent ad nego-
cium fidei. Si recentioribus quædam patefacta sunt dono spiritus, quæ tam multis seculis
fugerāt tot ecclesiæ lumina, hoc est: si Gerson aut Occam uidit, quod nec Chrysothomus,
nec Basilus, nec Ambrosius, nec Augustinus, nec Hieronymus uidit, quid obstat quo-
minus & hodie spiritus idem suggerat huic aut illi quod hæcenus sefellit? Quis non hic
seruatur illa Pauli lex, ut si quid cuiquam alteri reuelatum fuerit, prior taceat & auscultet?
Nunc uelut ex insidijs proferuntur scholastica dogmata, non aliter quam Tenedia bipen-
nis, nec quisquam dignatur docere simpliciter errantem. Imò quum sæpenumero fiat, ut
qui carpitur licet alijs uerbis idem extulerit, quod habet dogmata, tamen à quibusdā par-
tibus candidis Theologis uocetur in calūniā, quod nō ipsedē ac totidē uocibus dogma retulerit.
iam

Iam sunt quidam usq; adeo morosi, ut nihil omnino probare queant, nisi quod ipsi faciūt.
Petrus de his quæ didicerat à Christo rationem reddidit cui libet poscenti, cum omni ma-
suetudine ac tremore: & ~~Nulla grauior autoritas quam~~

scripturæ canonice. Et tamen de huius sensu, quum semper disputatum sit, tamen hodie
quoq; fas est disputare. De hoc uero genere dogmatum non licebit hincere, quum tamen
magni referat, à quibus, quo tempore, qua occasione sint prodita? Sunt enim quædam in-
ter hæc eius generis, ut in morem pharmacorum expediat mutari pro tempore. Si ideo ab-
stinendum est à ueterum lectione, quod in his quædam inspersa sunt, quæ recentiorū ac-
curata discussione reprobata sunt, nec Petrus Lombardus, nec Scotus de-
berent legi, quod in his quoq; posteriores non pauca deprehenderunt errata. Et fortasse
nos sequutura ætas, nonnulla deprehendet in Tartareti aut Sutoris libris quæ merito dam-
net. An hic ad scholasticorum dogmata, uelut ad sacram ancoram cōfugiemus? Probarē,
si sibi constarent ea dogmata, nec cum suis seculis ac seculis uariarent. Regnauit aliquando
Alexander Halensis. Successit Thomas, successit Scotus, Albertus habuit suū seculum.
Gerlon suum. Floruit aliquando factio realium, ut uocant, Nūc regnat fere nominalium.
Dices ueteres legendos quidem, sed cum iudicio. Nec ego unquā aliter legi Hieronymū:
At quid prohibet & uestra dogmata legi cū iudicio? Quæ si maximè nitantur autoritate
consilij, ut fas non sit refellere, certe huc profecerit disputatio, ut eruditi prouocentur ad
eorum confirmationem, semper excludo pertinacem ac seditiosam cōtentionem. Tyrannus
metuere regem, timere aut non potest, immo si uideat
cili & discendi cupidus.

At uereor erudi-
tissime Bedda, nihil enim celabo lycærum amicū, ne sint in scholis, qui seruiant laboris
sui compendio, uerius q̄ metuant Ecclesiæ Christi. Nec enim pauci sunt Theologi præ-
sertim seniores, qui adeo uersati nō sunt in præcis doctoribus, ut nec Petrus Lombardum,
nec scripturas canonicas unquam totas euoluerint. Et tamen hi potissimū in scholis præ-
sident: Vbi si iuniores aliquid adferat ex Augustino, Hieronymo, aut Cypriano, aut etiā
ex Græcis interpretibus, commouentur, quod sibi uideantur non sine periculo famæ uo-
cari in alienam harenam, in qua tyrones habeantur, quum in sua sint exercitati sumi. Ma-
lunt itaq; damnare quod non didicerunt, quàm uideri hæcenus nescisse quicquam quod
dignum cognitu fuerat. Quosdam autem non solum pudet, uerum etiam piget hæc disce-
re, quæ nostra ætas non dicam gignit noua sed refert uetera, quæ est rerum humanarum
omnium uicissitudo. Porro qui hoc animo sunt, ipsi optimo iure gratissimum est hoc com-
pendium, ut expolis linguas, expolis bonis literis, neglectis præcis scriptoribus, tantum
ea tradantur in scholis, quæ ipsi didicerūt, ac docuerūt annis iam cōpluribus, nec aliunde
fiat in scholis conflictatio, q̄ ex receptis in ea schola dogmatibus. Ac mea sententia nihil
necessè est idem fieri in scholis publicis, quod fit in lusu latrūculorū, chartarum, aut alex.
Nam illic nisi conueniat de legibus, non erit lusus. In Diatribis literarijs nihil est periculi
si quis quid noui adferat, quod non sit indignum studijs. Imò in hoc instituta sunt scholæ,
ut semper aliquid comperitus adferatur. Cæterum ut à iunioribus non debet contemni
seniorum autoritas, nec oportet illos ueluti sexagenarios de ponte deicere: ita non decet
seniores iuniorum inuidere profectui, non profectio magis quàm parentes molestie ferre,
si uiderint suos filios forma & uiribus antecellere. Sed ad nostrum negocium redeamus.
Si non est fidendum præcis orthodoxis, nec mediocribus, nec his qui nunc scribunt, ad
quam regulam emendabimus quod scriptum est? Primum iubes ut desinam scribere, Id
quidem si nolim, ætas ac ualeudo flagitat, Nec abhorret animus ab ocio. Malim esse spe-
ctator actionis alienæ, quàm actor fabulæ. Et tamen interim appello multorum flagita-
tionibus, ut pergam in hoc stadio. Verum hic mihi canis propheticam cantionem, Po-
pule meus, qui te beatificant, hi te seducunt, hoc enim habet tua epistola. Si populares
essent qui me ad scribendum prouocant, & pro libris æditis gratias agunt, etiam si fo-
rent, ut sunt, plurimi, tamen æquum esset paucorum iudicium anteferre. Nunc non mo-
do multi sunt, uerum etiam eruditi, probi ac dignitate præminētes. Eruditorum epistolis
habeo differa serinia. Paraphrasin in Matthæum scripsi præter animi propositū hortatu
Card,

Card. Sedunensis. Scripsit ad me non semel Card. Volaterranus, excitans studia mea, homo doctus. Scripsit frequenter Card. Eboracen. eandem cantilenam canens. Scribit frequenter etiam Card. Londoniensis, homo praeter summam vitam sanctimoniam, summo illo Mæcenate meo Archiepiscopo Cantuariensi, nec eo vulgariter erudito. Nuper allata sunt literæ à rege Angliæ, quæ efflagitant imperiè ut aliquid scribã in psalmos altera à Regina, quæ poscit institutionem matrimonij. Nec infrequenter ad me scribit Cardinalis Campegius nunc legatus, longe aliam cantionem occinens quam tu. Nec semel huc prouocatus sum literis Pontificis, huius inquam Clementis. Sed desinam recensere principes, quum sim multo plures referre: Verum haud scio an omnes cupiant in hac fabula nominari, & nihil necesse est. Tu scio flagitabis Theologos, alioqui non desines occinere, Popule meus & cætera. Possem hic nominare cõplures Baccalaucos sed insigniter doctos. Horum iudicium rejicies, uelut inferioris subbellij. Doctores haud libenter commemoro, quod uideam quosdam tam impotentis odio, ut nec illos ferã, qui melius de me sentiant quam ipsi. Et tamen aliquot iam non admodum uolens nominaui. Ioannes episcopus Rossensis iam pridem à me flagitat libros de ratione cõcionandi, minitans, obtestans, ac propemodum cogens. Et in hoc uno tres ut ita loquar personas habes, uerum insigniter integrum, primum episcopum, ac Theologum haud uulgariter eruditum ni fallor. Eandem personas nec tu negabis in Adriano Pontifice fuisse, nisi quod eruditione ac dignitate præcelluit. Is ut dixi ultro adhortatus est Cardinalis, ut quod in Nouo testamento fecissem, idẽ facerem, ueteris scripturæ, librorum, & ceterorum, quos tu liberet quiete, præter unum, quum in me inuenerit, esse in genere modestum, & maxime in rebus uulgaribus, quare par est, tot egregijs uiris atq; etiã Theologis, an uim Beddæ, cuius ego sane iudicium nequaquam contemno. At non arbitror te tuo ipsius iudicio tantum tribuere, ut unicuique horum omnium suffragijs anteponi postules. Et tamen ne hoc quidem grauius facere, si mihi rationibus persuaseris tuum consilium esse uilius. Nam contemptis omnium iudicijs unius autoritati tam facile cedere, leuitati citius quam modestiæ tribueretur. Hic forsasse dices, esse communicandum uia uoce cum Theologis. Id hæcenus feci uir egregie, cum omnibus, quibus cum licuit. Nec enim exigis opinor à me, ut ad Stunicae Leticæ regulam lubricationes meas emendem, quas nunquam non submissi iudicio ecclesiæ. Quis autem suspicaturus erat Sutores hæcenus ignotum orbi, è suo antro tales latratus adituros? Gratũ est quod indicas locos in quibus uideor tibi periculose scripsisse, de cleri cõlibatu, de uotis monachorum, de ieiunijs, & interdico esu carniũ, de festorum obseruantia, de consilijs euangelicis, de libris sacris in uulgarem linguam transferendis, de legibus humanis, de horis canonicis, de fidelium diuortio, de symbolis ecclesiæ, deniq; de horum similibus non paucis. In his quid uos offendat nondum scio. Certe quum illa relego, nihil uideo cuius me poeniteat, etiã si mox mihi sit emoriendum, ita me deus bene amet. Imò torquet diuersus scrupulus animum meum, quod in his quæ necessaria iudicabam admonere, fuerim meticulosior quam res poscebat. Quod si candidus & integer nostra legas, ut debis me nusquam contemnere scholasticorum dogmata in his titulis, quos tua charitas

mandragon
gione regn
pos

ni
m
nitent. neq; contenderent, m
tragædias. Et tamen in his ipsis
alijs nullus esset modus impudet
quadam eius generis, Lodouicus deus meo rogatus attentè perlegit antequam de
retur. Quod mutari iussit mutauit. Rogabam ut in censendo deponeret amicũ, sumeret
censoris animum. Promisit se facturũ. Episcopus est uir integerrimæ uitæ, nec uulgarit
ter doctus. Eius iussu excusa est epistola: Nam alioqui mihi non erat in animo id facere.
Scripseram

Scripseram enim nõ in hoc ut ab omnibus legeretur, sed ut temperarem motus quosdam, qui tum hic exoriebantur ab istis Euangelicis, ut uocant. De iurando quid Faber aut Lutherus scripserit, non obseruauit, nec satis habeo compertum quid damnarit Constantiense conciliũ. ego differens nihil assensum peccare quod si in iurando peccatum est nec cogitatu: hoc scripsi, ubi necesse est iurandi, ubi esse in iuramento humanam, quod ipse ni fallor non negas. Si dignatus es legere Stunicae blasphemias, ne graueris legere nostras apologias. Extat de cõlibatu apologia. Mihi non constabat ecclesiæ decreto uetitum, ne sacri libri uertantur in linguam uulgarem. Quod si uerum est, hæcenus ubique peccatum est aduersus hoc decretũ. Etenim me puero legebantur libri sacri, uerũ gallice ac germanice. Et arbitror huiusmodi cõstitutiones ueluti pharmacum ad temporum rationem accommodandas. Edixit pontifex ne quis legat libros Lutheri: Et tamen leguntur à uobis. Quanquam ego nihil sacrorum uerti in linguam uulgatam, neq; quenquam hortatus sum ut faceret. Cæterum qua moderatione uelim id fieri, satis declaro in appendice, quam præfixi Paraphrasi in Matthæum. Nam quod existimas hunc rusticorum tumultum ex huiusmodi libris esse natum, res mi Beddæ lōge secus habet. Natus est partim ex seditiosis quibusdam cõcionatoribus, sed multo magis ex quibusdam susurrionibus ad mouendos tumultus natis. Sunt & aliæ causæ grauius, quas literis committere non expedit. De Cantico canticorum uertendo aut Ezechiele, miror cur memineris, cum ipse quod quidem memini, nihil tale scripserim. Vereris autem ne mihi officiat Berquini studium. At cum ille me in scio uerterit mea, non arbitror æquum, ut apud uos, quos oportet in iudicando summam præstare moderationem, oblit mihi alterius odium. Quid autem opus erat ex aliena uersione æstimare mea, cum ipsi libelli unde uerterat, extarent? Potuit enim fieri ut interpres aliquid addiderit de suo, quo non haberet in causa cõfortium. Utinam quemadmodum uertit encomium matrimonij, uertisset & diuersam partem à nobis aditam, quæ distuadet matrimonium. In precatioe Dominica, & in symbolo fidei, non arbitror ullum esse uerbum, quo merito quis offendatur. Et quemadmodum illi libuit uertere Enchiridion militis Christiani, utinam ita uisum fuisset uertere Diatribam nostram de libero arbitrio, ac libellum De modo orãdi deum. Enchiridion primum aditum est Louanij ante annos uiginti duos. Florebat id temporis illic Adrianus, eius Academiæ princeps: Legit eum librum ac probauit. Neq; quisquam exortus est, qui quicquã reprehenderet in eo libro, nisi quod nuper apud Hispanos, cum quidam Hispanice uerbum curperet excudere, obstitit nescio quis Dominicanus, proferens duo loca, alterum in quo uideret negare ignem purgatorij, alterum in quo scripsissem Monachismum non esse pietatem. Ad utrunq; elegatissime respõdit Lodouicus Coronellus. Responsio est apud me. De præfatione ad Volzium Abbarem, audio quosdam non nihil fuisse questos. Cum igitur Encomium matrimonij nihil aliud sit quam declamatio, quaestionem tractans circumstantijs implicitam, cum in ceteris mea sententia, ne uerbum quidem sit quod quenquam possit offendere, demiror quæ nam sint ista, ad quæ grauisimus, ut scribis, uerter cõfessus sic obstupuerit. Ais enim: Obstupuere omnes. Videtis opinor inter Fabrum & me plurimum esse discriminis. Ille fortiter asseuerat, ego nihil aliud quam disputo, iudicium alijs ubique deferens. Quid faciam omnibus hominum suspicionibus? Tot sunt myriades articulorum damnatorum, tot dogmatum scholasticorum agmina, tot scandala, tot affinitates, tot suspensiones, tot mortalium seclæ, tot fauores, tot odia, tot insana capita, ut impossibile sit omnibus placere. Hæcenus animum syncerum præstiti. Hoc fatereris ipse si hic ades. Si tam essem inanis gloriæ cupidus quam suspicantur quidam, imò nisi toto pectore odissem factiones & hæreses, poteram uel tot blandicijs allici, uel tot technis irriti, uel tot minis ac furiosis libellis Luthero fauentium percelli, uel tot diuersæ factionis odijs, calumnijs, obtreccionibus, ac non minus furiosis libellis protrudi in castra Luthoranorum. Quibus si me adiunxissem, res nunc essent in eo statu, ut Theologorum censuræ non essent habituræ multum ponderis. Scio dices hoc magnificentius à me dictum. Possim aliquid dicere magnificentius, & tamen uerissime. Nec me poenitet huius animi. Et spero deum auxilio futurum, ut sit perpetuus. Si uos putatis hunc animum dignum, quem iniquis cauillationibus infectetur Sutor & huius similes, incessant, ipsi uideritis. Rem facietis ut multis eruditis uiris, multis episcopis atque etiam principibus, & summo pontifici

pontifici uehementer ingratam, ita Lutheranae factioni gratissimam, quam uero commo-
dam ordini uestro, declarabit exitus. Si maletis meminisse quid deceat theologos uniuersos,
quam quid flagitet paucorum morositas, polliceor Erasum talem, in quo nihil homini
minis Christi desiderat, quae tua charitas indicauit relegenda,
nondum relegit, mox tamen id factam. Et si da-ur. spaciū, huic epistolae subnectā, quid
ex his profecerim. Si quid mittes scriptorū, ne mittas, nisi per hominem egregie certum.
Nam in itinere resignatur, atque etiam describuntur omnia. Epistola tua nullum habebat
cere uestigium, aut signaculi. Et amanuenses qui describunt, euulgant exemplar. Hoc tibi
cauendum erit, quandoquidem haec res inter nos agitur sincera charitate. Si non contin-
git certus, ipse potius mittam meo sumptu, qui tuas Annotationes huc adferat. Imo si se-
uerterit horum temporum scena, ipse me conferam ad uos. Nam nulla res mihi magis
cordi est, quam ut meae lucubrationes, quandoquidem premi non possunt, sic elimentur,
ut cum fructu Christianae religionis legi possint. Nulla monendi libertate me poteris of-
fendere. Tatum illud cauendum, ne quid per discipulos & fautores tuos, ut est hominum
ingenium, hinc nascatur tragoediae, priusquam uterque nostrum uelit: Nec integritate, nec
modestiam unquam in me desiderabis. Sutores non feram. Bene uale frater in Christo cha-
rissime. Basileae, Festo corporis Dominici, Anno millesimo quingentesimo uigesimo quiri-
to. Saluta si commodum est Geruasium. Berus recte ualet, si quisquam nostrum recte ua-
let in hoc rerum statu.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO ARCHIEPISCO/
PO HBREDVNENSI S. D.

NTE dies non multos scripsi per Conradum bibliopolam Germanum, quā
domum habere, & tibi & Budaeo & Beraldo. Omnes tibi
ut indicant laudem impetrati diplomatis regij, quod mihi certe fuit gratissi-
mum, gratius tamen futurū, si rex suapte manu subscripsisset. Sed aiunt me
ne sic quidem satis tuto istuc posse commigrare, quod dicant improbos, si
quis forsitan in illorum manus incidat, nihil commoueri diplomatis ullis, apud probos
mihi non fore opus. Sed multa sunt quae me hic adhuc remorantur: primū ualetudo, quae
me Constantiae mire afflixit. Nam eod me contulerā, Romam profecturus si licuisset, mul-
tis affirmantibus in rem meam futurū, si me nouo pontifici exhibuissem; deinde isthinc ad-
ferebantur fauorū rumores, omnia bellis ac peste conflagrare undique. Tum nullum iter esse
tutum. Post nactus uinum ē Burgundia coepi melius habere, ut intelligas Gallia fato quo-
dam esse mihi saluifera. Interim expectamus aurulam aliquam pacis ex hoc pontifice, sta-
timque post brumam toti cum totis sarcinis commigrabimus in Galliam. De pensione Ca-
saris, quae tam tota huius anni debet, excusant, nec ulli sua pensio soluitur: adeo totos nos
ad ossa usque deglubunt satrapae, belli quae pacis amantiore. De diplomate putabam me tam-
tum debere Budaeo & tibi, nunc Beraldo & Brixio bonam huius gratiae portionem sibi
uindicant. Postremo uideo me Card. quoque Lothoringo debere, cui certe debeo libenter,
sed maxime regi, qui gaudio gestiens dixerit Budaeo breui in Gallia futurum Erasum.
Spero futurum, ut aliquando declarem uicissim & meum animum erga tam benignū prin-
cipem. Amplitudinis tuae studium erga hunc homuncionē lubens amplector. Conabor
pro mea uirili, hominis ingrati crimē effugere. Reddita simul est & Dionysij Coronij epi-
stola tuae benignitatis alumni, perque arguta sane & accurata, sic ut Budaei sumtum possis a-
gnoscerē. Et non uacabat in praesentia respondere, uarijs laboribus occupato. Celsitudini
tuae precor omnia laeta praesul ornatisime. Basileae pridie Martini. Anno millesimo quin-
gentesimo uigesimo secundo.

ERASMVVS ROTERODAMVS ABBATI
CUIDAM S. D.

ISI mihi praedicata esset tua singularis humanitas reuerende pater, ueritu-
rus eram ne me protinus clamares impudentem, qui ignotus ad ignotū, tan-
tillus ad tantum scriberem, idque de re quae minimum ad me pertinet, sed pie-
tas facile dabit ueniam huic audaciae quae docuit Christiana charitas. Ambro-
sius Syragrius parochus ecclesiae Riheni, periclitatur, ne ad famem ipsi res re-
deat, adeo nescio quorū delationibus in illū irritatus est reuerendus pater Andreas abbas
Martis

Martis stella. Ambrosius mihi coram satisfacit de eo quod delatus est in cōfessione dixisse,
in genealogia Christi esse peccatrices. Id Hieronymus scripsit in Christi gloriam, et nostri
consolationem. Et habet testem populum, quod hic nihil impie dixerit, nisi impie scripsit
Hieronymus. Mihi uidetur Ambrosius uir minime malus. Non sine sumptu nactus est
hoc sacerdotium, magno impendio illic aedificauit, non poterit submoueri, nisi intolerabi-
li dispendio. Est gratiosus suo populo. Et qui mutant, ut sunt res humanae, ferē mutant in
deterius. Baticum & uetus prouerbum est, dedi malum & accepi: nunc ferē licet dicere,
dedi malum & accepi peiorē. Si quid haecenus gestum est ab Ambrosio secus quam oportet,
id uestris monitis facile sarciet. Quae tua pietas est, debes hoc dissidium inter Ambro-
sium & R. P. Maris stellanū uelle cōponere: quae tua autoritas est, facillime poteris. Non
dubito quin Ambrosius sit omnes cōcordiae condiciones libenter amplexurus. Id ad me
recipio. Haec in re si tua humanitas nostri respectu subleuarit Ambrosium, libenter ampli-
tudini tuae sum hoc nomine debiturus: sin est cur iudices iniquum esse quod peto, tamen
Erasum numerabis inter eos, qui tuae pietati cupiunt modis omnibus gratificari, quam
dominus Iesus dū nobis incolumē seruet. Basileae Idus Maijs. Anno millesimo quingē-
tesimo uigesimo quarto.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO TRVCHSES BARO/
NI IN VVALPVRG. S. D.

LARISSIME iuuenis, nihil mihi Carolus meus secum attulit ex Italia gra-
tius, quae quod praeter expectationē attulit. Attulit enim imaginem tuam, quam
isthic e uiuo desumptam, sic mihi representauit orationis uelut penicillo, ut
me quoque perinde quasi te coram intuitus essem, in uirtutū tuarum amorem
simul & admirationē rapuerit. Ut enim optimo iure sapientum calculo dam-
nantur, qui fortunae beneficio diuites, animū habent omnium bonarum rerum inopem,
qui corporis forma conspicui sunt, cum mentem habeant nullis uirtutibus exornatam: &
qui natalium stemmatis sese uenditant, cum alioqui nihil habeant nobilitatis praeter ima-
gines, multo iustius autem damnantur qui uestes ac domos habent opulenter splendidas,
cum animus ignauia aediacque squalat: qui pulchro corpore mentem citconferunt uitijs
scodam: qui maiorum imaginibus morum culpa labem ac tenebras offundunt: Ita meri-
to laudantur hi qui sese ueris bonis ac perpetuis ornamentis sic locupletarunt, explic-
runt & illustrarunt, ut ea minima sit in ipsis pars nobilitatis, quam uulgus totam esse no-
bilitatem existimat. Precor ut is cui decet acceptum ferri, quicquid ueri boni nobis obtu-
lit, istum animum tibi seruet, semperque in maius prouehat. Magna hodie inuidia laborat
bonae literae, nuper etiam nobilitas coepit huius excetrae malum sentire. Verū omnis haec
inuidia uertetur in fauorem, si multi tui similes extiterint. Mediocris enim felicitas liuori
obnoxia est, caeterum iuuentus pudica, diuitiae sine luxu, nobilitas sine supercilio, morum
integritas cum eruditione non uulgari cōiuncta, superat omnem inuidiam. Videmus quos
egregijs uiris ceu stellis luceat Britannia, quot exoriantur indies, qui maiorum gloriam ob-
secraturū uideantur, nisi quod hoc est illustrare uerius quae obscurare. Germania nondum
fortassis habemus quod magnopere gratulemur, sed tamen exorti flosculi quidam insig-
nes, mirificam quandam pulcherrimam prouentus spem pollicentur. Istam mentē mi Chri-
stophore tibi proprie gratularer, nisi multos uiderem Germanicae nobilitatis iuuenes pa-
ri cursu tecum ad istam laudem cōtendere, ut iam merito toti Germaniae gratulari debea-
mus, & exemplum indies ad plures dimanaturū confidimus. Erit profecto tum uere cla-
ra, generosa, illustris ac suspicienda nobilitas, cum pro chartis & alea tractabit optimos ue-
terum libros, pro scortis amplectetur uirgines camoenas, pro bellis ac latrocinijs sanctissi-
mae leges ac philosophiae decreta cordi erunt. Virtute nihil amabilius, sed nescio quid illi
decoris & gratiae accedit, si fortunae quoque bonis multitudinē commendetur. Libebat qui-
dem pluribus extimulare currentē licet, sed uix hoc etiam uacauit scribere per studiorum
occupationes. Tu dabis operam, ut indies min us egeas cuiusquam exhortationibus, nosque
qui tuae uirtuti applaudimus, iustiozem habeamus causam tibi gratulandi. Bene uale. Ba-
sileae. Anno M. D. XXXIII.

ERASMVVS ROT. CONRADO PELICANO S. D.

VANGELII vigor non abolet morales uirtutes, sed perficit. Nec ignoras quantū abhorreat non dicam à uirtute, sed prorsus ab omni humanitate, prodere amicitia arcanum: quando quidē execramur etiam illos, qui post dīrem ptam amicitia efferunt quod amicis creditum erat, & qui generosioris ingenij sunt, nec illis quos maxime inuitos habent sustinēt obijcere, quod ex amicitiae pristinae fiducia cognouerūt. Ego te uel unū his moribus esse iudicabā, ut tutō quiduis arcani possem cōmittere, nec aliū mihi delegeram cui conscientia meae secreta crederem. Quo magis admiror, quid acciderit ut ea de me sparseris, quae nec dixi, nec cogitauī unquā. Instillas clanculum in aurem optimi iuuenis, me de Eucharistia idem sentire quod tu sentires. Hunc inieciū aculeum ille secum ablaturus erat in suam patriam, nisi forte fortuna casus intecisset inter nos huius rei mentionē. Et haud scio, an nunc quoque suspicionis nōnihil de me secum abstulerit. Ac primū quidem cum illum audire, suspicabar te nihil aliud sentire, q̄ soles apud me profiteri. Damna eos qui auderent profiteri, illic nō esse nisi panem & uinum. Nec aliud opinatus sum unquē de te, nisi proximo colloquio, cum uelut affatus & alius factus absq̄ fūco declarabas animi tui sententia. Eam cum iam palam profiteris, spargis ac discitas me tecū sentire: idēq̄ tam palam facis, ut tuus sermo genuerit etiam rumorem, cuius te autorem esse, iam nulli ferē obscurum est. Nec dubito quin similia scribas amicis. Ego uero ne in priore quidem sententia tecum sensi: Censebas enim, profitendum in synaxi esse corpus domini, ceterū quomodo sit illic deo qui nouis omnia cōmittendum esse. Ego uero hoc tuae sententia adijciebam, mihi istuc uideri simplicius, quod ita uitarentur uarij difficultatum labyrinthi, si phas esset homini Christiano ab eo dissentire quod concilioꝝ autoritas, quod omnium ecclesiarum ac gentium consensus tot iam seculis comprobasset. Ad id semper negaui me posse animū inducere, praesertim cum euangelicae & apostolicae litera tam euidenter nominant, corpus quod datur, & sanguinem qui effunditur: cum hoc mirifice cōgruat ineffabili dei erga genus humanum charitati, ut quos redemit sanguine & corpore filij sui, eos uoluerit eiusdem carne & sanguine modo quodam ineffabili pascere, & hac arcana filij praesentia ceu pignore consolari, donec rediret gloriosus & omnibus conspicuus. Haec me redderent propensioꝝ ad ecclesiae catholicae sententia, etiam si nihil esset definitum, nec in hanc partem nec in illam. Nunc quis furor eilet, si ego non uererer pronunciare, ibi nihil esse praeter panem & uinū? Soleo cum amicis eruditis, maxime cum absunt infirmi, libere cōmentari de quibuslibet, inquirendi studio, nonnunquē & tentandi causa, interim animi gratia, hac in re fortasse simplicior q̄ par est. Sed agnoscam etiam parricidij crimen, si quisquam mortalium uel serio uel ioco audiuit ex me hanc uocem, in Eucharistia nihil esse praeter panem & uinum, aut non esse ibi uerum corpus & sanguinem domini, quod nunc quidam libellis aeditis propugnant. Imō Christum ipsum mihi precor parum propitiū, si ista sententia unquē insedit, animo meo. Nam si quid uolatilium cogitationū aliquando tetigit animum meum, facile discussi, cōsiderata dei erga nos inestimabili charitate, perpenlis diuinae scripturae uerbis, quae Lutherum etiam ipsum, quem uos omnibus scholis, pontificibus, orthodoxis & concilijs antefertis, coegerunt profiteri, quod profiteretur ecclesia catholica, à qua tamen solet libenter dissentire. Scio q̄ leuis sit apud uos cōcilioꝝ autoritas, ego uero nec ecclesiam Romanā contemno, multo minus cum illa habet sibi consentientes omnes ecclesias, Paulus nec angelum audiendum putat qui praediceret aliud euangeliū. Ecclesia mihi persuasit Euangelio credere: eadem magistra didici euangelij uerba interpretari. Haec uenit cum omnibus Christianis adorauit Christum pro me passum in Eucharistia. Nec adhuc uideo quicquam cur debeam ab hac opinione recedere. Nullis humanis rationibus adduci poterō à concordī sententia Christiani orbis. Plus enim apud me ualent illa quinque uerba: In principio creauit deus caelum & terram, quam omnia Aristotelis ceterorūq̄ philosophorum argumenta quibus docent mundum carere initio. Quid autem adferunt isti, cur tam impiam tamq̄ seditionem sententia profitear? Rationes stupefunt, semel sustulit carnem, ne esset offendiculo, non admirati sunt, non adorauerunt apostoli. Iubemur esse spirituales, quasi caro sic exhibita officiat spiritui. Caro est, sed nullis obnoxia sensibus, & tamen hoc ipsum pignus est diuinae erga nos charitatis, solatium est expectationis. Litera diuinae

uinae pro nobis faciunt: habemus, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur: Hic est sanguis meus qui pro uobis effunditur. Vbi legunt isti: Hoc non est corpus meum, sed signum corporis mei: Hic non est sanguis meus, sed signum sanguinis mei? Quum maxime se torquent, agre docent ex alijs locis rei uocabulum accipi posse pro signo rei: quantum ne hoc quidem simpliciter. De tabula dicimus, hic est Hector qui occidit Patroclum, sed nemo nescit in pictura non esse uerum Hectorem: uerum esse potest quicquid dixit Christus esse. Iam ut euincat, quid ponderis habet haec ratiocinatio: Sic accipi possunt haec uerba, igitur sic accipienda sunt? Quorsum autem proficit illis tot ueterū orthodoxorum citatio? Vcunq̄ torquent, inuoluūt ac fucant illorum dicta, nullum locum adducunt qui palam loquatur ibi non esse corpus & sanguinem domini. Hortantur ad spirituales communicationem corporis & sanguinis domini, quid mirum si hoc commendant, quod in utriusq̄ sumptione potius est, & quod nisi accedat, perniciē adfert sumptio carnalis? Obsecro te quid hic est, cur deficiam ab eo quod tot seculis docuit & usurpauit ecclesia catholica. Scis me in nullo dogmate per omnia sentire cum Luthero, nisi quod nimium uere taxat corruptos hominum mores: Et hic ob Carolstadij, qui à suo ipsius dogmate iam desciauit, recedam à communionem ecclesiae catholicae? Si tibi stuprum aut furtum confessus essem ut amico, q̄ esset aduersus omnes amicitiae leges, hoc cum amici periculo uel apud unum effutisse? Nunc cum apud omnes spargis crimen omnium capitalissimum, quod nec lingua mea unquam sonuit, quamuis libera, nec animus unquam concepit: quo tandem nomine donandū est quod facis amice euangelice? An ad persuadendum quod nuper ipse coepisti credere, uisum est abuti nominis mei autoritate? Quaeso te per Christum hoc cōne est euāgelicum, tam impiū, tam atrocissimum cōmitti in amicum, quo plures pelliceris in nouam sectam, quasi iam sectarū sit parum? Si piū est quod alleueras, nō habes quo id persuadeas, nisi uanissimo commento, Erasmi idem sentire quod tu sentires? Et si tūc est apud uos mea autoritas, cur nihil ualet in tam multis in quibus à uobis dissentior? Si tuus animus uacillat, ut solebas profiteri, qui nihil tribuis autoritati pontificum & concilioꝝ, meum animum haec uenit confirmauit ecclesiae catholicae consensus. Si tibi persuasum est in synaxi nihil esse praeter panem & uinum, ego membratim discerpi malim, quam idem profiteri quod tu profiteris, & omnia perpeti malim, quam tali flagitio contra meam ipsius conscientiam admissio, ex hac uita demigrare. Nec hic iustissimam expostulationem uerbis atrocibus exaggero: Res ipsa satis habet tragœdia. Si miram ullam habes euangelici spiritus, sanabis quos istis futuris uanissimis infecisti. Patiar apud omnes effutire te, quicquid unquam in familiaribus colloquijs uel uicidus uel ioco uel serio dixi, nō patiar autem ut istius dogmatis me uel autorem facias, uel comitē, quod mihi nunquam fuit, nec in ore, nec in corde: Ita mihi contingat nunquam à Christo seiumgi. Amen. Basileae M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. CONRADO PELICANO S. D.

EMIROR quamobrē tibi uisum sit istiusmodi epistolis ociose loquacibus, multaq̄ in te diuinae congerentibus, & tuū perdere oclū, & mihi facessere negocium. Lingua disertus es non calamo: Quare si quid habes, coram post hac agito. Posuerā dimidium suspicionis, at tu totam eam renouas. Profiteris tibi placere sententia Carolstadij, nec inficiari potes te dixisse Polono me tecum sentire. Id si uerū esset, queri poteram uolatu amicitiae ius, nunc cum sit falsissimum, quae potest esse iniuria atrocior? Minitaris mihi calamum Zuinglij, quasi metuum decem Zuinglios, si mihi res esset cordi, Quod autē dedecus mihi narras? An mihi de decori futurum sit, si uerear oppedere decretis ecclesiae catholicae? An uos mihi praescribetis quid debeam scribere? An mihi nō licet, quod licet Luthero, qui nisi fallor, totis copijs uos adoratur? An creditis nullos hic in uos stricuros calamū? Si quod agitis, ex deo est, confirmabitur oppugnādo. Si nō est, piū est pugnare cum impietate. Quorsum autē attinent minae? Apostoli persuadebāt, & uos uultis cogere ad euangelij uestrū? Iam sūge nihil me uelle scribere, non poteris efficacius huc impellere, q̄ spargendo ruo rem me uobiscum sentire, & interminando ne scribam. Vester Pharellus simile mendacium instillauit in aurem Anglo nostro, me recte sentire, sed nō audere profiteri. Et hec audet instillare auribus hominum, conscius quam acris mihi fuerit de omnibus ferē Lutheri dogmatibus cum ipso.

cōtentio. Atqui quod Pharellus uocat recte sentire. Cæsares & pontifices uocant hæreticū esse. Lutherus non dissentit ab ecclesia catholica. Cū uidero aliam ecclesiā hac quam sequor meliorē, desinam eam uocare catholicā: At nondū uideo. Optabam ex hoc uiolenti pharmaco aliquid nasci boni fructus, sed hunc prouentū quem hæcenus uidimus, probare nō possum, nec placent remedia morbo duriora. Quantū sanguinis humani iam sum est. In Hollandiā mire feruet carnificina per quosdā magis instructos ad exurendum q̄ disputandum, obambulatoria per cæteras regiones. Et hæc tantum præcludia sunt malorum. Cæsari pax erit cum Gallis. Nec ulla principū coibit amicitia nisi hac conditione, ut extinguatur factio Lutherana, & Cæsar sibi nō uideatur esse Cæsar, ni id perficiat. Ego decem ambiguos articulos dissimulare malim, q̄ tantis malis præbere ansam. Christo non possum præscribere quid debeat facere, si sic illi uisum est punire nostrā impietate. Dominus est, faciat quod uult. Me si uellet adutorē aut organum, afflaret animū meum, quem admodum olim exciuit Pharaonē, Cyrum & Nabuchodonosorē. Doles epistolā sparfam. Malim non factū, attamen moderatius fero, quod ea diluit rumorem per te sparsum, id quod abs te ipso factū oportuit, quanq̄ epistola non habebat tuum nomen. Post hac ne mecum agas loquacibus epistolis. Scribe Bero si libet, aut ipsi Luthero. Coram audiam te iurgantem, inuitantem, conuiciantem pro tuo arbitratu. Bene uale. M. D. XXXVI.

ERASMVVS ROT. NATALI BEDÆ S. D.

X LITERIS quas Petrus Richardus scripsit ad Ludouicum Berum, intelligo nescio quid sinistrae rumoris isthuc delatū, de profecione mea Bezontina, cui uideatur ille fidem habuisse. Id iam mihi nouum nō est, nec uobis certe debebat esse. Non tamen patiar illū, quem uirum bonū arbitror & simpliciter errare, diutius errore teneri. Historia profecionis Bezontinæ sic habet, neq̄ enim quicq̄ uel affingam uel detrahā ueris. Ferricus Carondiletus frater archiepiscopi Panormitani, & archidiaconus ecclesiæ Bezontinæ, crebro suis literis inuitat ut ipsum inuiserem, imō si uideretur, ut totus ad ipsum cōmigrarem. Tandē cum inuitaret cœli amicitias, & uerna rerum facies, conscens equis ueni Burentricū, ut obiter salutare uenerandum illū senem, & totius uirtutis exemplar Christophorū episcopum Basiliensem. Eius affectui unū duntaxat diē dedi, qui me nō erat dimissurus, nisi in reditu pollicitus fuisset morā longiorē: Pollicitus sum, & inde profectus, comitibus me præter meos famulos, Theobaldo pastore Burentricū, Richardo capellano R. D. coadiutoris episcopi, & Ferrico eiusdē loci sacerdote. Ex Clara ualle comitatus est nos etiā hospes diuersorij publici. Cum iam non procul abessemus à Bezontio, occurrit nobis sacerdos quidam, qui de ducta domina quadā, nos item comitabatur. Hunc cum uiderem uelle præcedere, suspicabar Theobaldū illi indicasse nomen meum. Iussi reuocari, & mādauimus ne spargeret rumorem me adesse, priusq̄ uellem ipse hoc sciri. Multis enim horis eo die sederamus in equis, & erat æstus uehemens, & noui cōcurfus illos molestos saluatorū. Cupiebam eam noctem dare refocillando corpusculo. Decubui nōnihil ante cœnam. Sub noctem apposita est cœna. Inter cœnandū superuenit officialis archidiaconi cū altero quodā ex archidiaconi familia. Gratulatur aduentui, & indicant archidiaconū abesse in sua abbatiā. Cæterum mandasse suis, ut si forte uenirem ipso absente, tota domus aperiretur mihi, donec ipse accurreret. Missi sunt qui archidiacono nunciaret me adesse. Missi sunt & inscio me qui nunciaret idem officiali R. D. archiepiscopi Bezontini: nam aberat & ipse. Postridie aderant duo, quorū alter erat iuris doctor, mihi quondā notus in aula Cæsaris, alter eius ciuitatis magistratus, affinis archidiaconi. Diu hæserāt ante fores. Rogabam qui essent, & quid uellent. Responsum est eos uenisse salutandi gratia, sed non audere cōpellare me, ne quid adferant molestiæ. Iussi eos accersi, & salutatus resalutauī. Mox audito sacro adiudum officialis archidiaconi, ut ibi laterē, donec adueniret archidiaconus. Eo statim uenit Franciscus eius ecclesiæ thesaurarius, iuuenis nobilis & magnificis dotibus præditus. Salutauit humanissime multam alacritatē præ se ferens. Illic iussi parari prandiōlū, sed cū exceptione, ne quid præter pullum gallinacēū apponeretur, aut ne quis cōiua admitteret. Hæc feci consulens ualetudinī meæ. Nemo uenit præter Theobaldū comitē, & Desideratum eius ecclesiæ canonicū, uirū piū et doctū. Cœnauius apud thesaurariū, officiali tantum & Theobaldo adhibitis. Cœnātibus superuenit ludī magister. Post cœnā eius ecclesiæ cano-

niæ cantor. Postridie uidimus aliquā ciuitatis partē, & pransi sumus apud Antonium archidiaconi procuratorem. Aderant, thesaurarius, officialis, Theobaldus, & unus sacerdos mihi parum notus, uidebatur tamen nostri studiofissimus. Interim uenerat archidiaconus & item officialis archiepiscopi. Archidiaconus conabatur me pertrahere ad cœnā officialis reuerli. Excusauī lassitudinē, & coegit archidiaconū cœnare mecum apud suū officialem. Iam rumor dimanarat ad omnes, adesse Erasmi. Magistratus misit magnā uini & auenæ copiā, honoris gratia. Pransi sumus apud archidiaconū, frequentiore iam conuiuio: nam aderat uterq̄ officialis, Desideratus, & unus aut alter præterea ex canonicis, simulq̄ is magistratus qui me primū salutarat. Sepe nisi sunt pisces eximij, & uinū hippocraticū, nunc ab illo, nūc ab illo: xenta mihi inuitia. Sic duos aut tres dies egimus, ut nusquā ageremus conuiuū, nisi uel apud archidiaconū, uel apud officialē archiepiscopi proxime uicinum. Et quanquam sedulo clamabam, non esse mihi spem uitę, nisi breuissima essent & frugalissima conuiuia, tamen dum nonnihil obsequor affectibus illorum, sensi obrepentem pituitulam, malum mihi nimis notū. Magistratus cupiebat honoris mei gratia apparare splendidum conuiuium, & fecisset, nisi clamassem me serio periclitari. Canonici interim exhibebant quicquid poterant honoris. Exhibebant & promittebant perpetuo præbendam duplicem, & item domum, & ad hæc pecuniæ nonnihil. Magistratus offerebat centū coronatos annuos. Respondi me non minus debere illis, quā si accepissem omnia quæ offerebant. Cæterum me nō alio consilio uenisset Bezontium, q̄ ut inuiserem ueterem amicum archidiaconum, quē si certo præcissem esse in abbatiā, ne uenturū quidem fuisse Bezontium. Et si maxime uiuendū esset Bezontij, malle me illorum affectu frui, quā uti bene scio, uel quod essem cōtentus mea fortuna, uel quod charior esset mihi libertas, q̄ pecunia. Adhibiti sunt iterū atq̄ iterū pueri phonsci, cum cantoribus cæteris, qui nobis essent solatio. Interim morbus paulatim eō profecerat, & si uellem uiuere, abstinentium fuerit ab omnibus cōuiujs. Tribus quatuorue diebus cibū sumpsi in cubiculo, pranditū erat unum ouum, aut paululum pullastræ contuse. Pro uino erat aqua cū saccharo decocta. Ipsū etiam archidiaconū exclusi à colloquio, sic postulabat ualetudo. Tandē ubi paroxysmus febris, nam ea sese adiunxerat, esset aliquantulum remissus, molitus sum abire, ne illic decumbēs essem alienis molestus: sciebā enim morbū fore lentū ut solet. Ergo quum iam utcumq̄ ferrem colloquiū, iussi accersi præcipuos amicos & egī gratias. Archidiaconum negocia quadam auocarant, mandarat tamen absens diligenter, ut tota domus mihi pateret seruitutē. Postridie mane, iubeo parari equos, simulq̄ mando ut uitetur turba deducētium. Egresso cubiculū adsum tres aut quatuor salutatores, quorum unus erat Theologus Franciscanus. Conscendo equū, egresso portā domus adest præter alios aliquot D. Antonius decanus in monte Bellicardi, & idem canonicus Bezontinus, salutat amantissimē me. Dum prætereo domū officialis archiepiscopi: adest ipse in mula, simulq̄ thesaurarius. Hi frustra recusant officium per mediam ciuitatem prosequentes ad duo milia passuum deduxerūt. Inuidebam equo parū magnifico, sed mihi tamen cōmodo. Officialis diligenter egit mecum, ut cōscenderem mulam suam, duceremq̄ Basileā usq̄ famulū comitem, qui mulā reduceret. Vix impetraui ne fieret. Ita perueni Basileā, nec offensus à quoquam, nec offensus quoquā, nisi quod ualetudo fuerit in causa, ut & amicis fuerim molestus, quibus uolebam esse uoluptati, & mihi non licuerit frui consuetudine eorū quorū gratia ueneram. Habes totam rem ut est gesta, ne syllabam quidē affinximus, ne quid tamē uideat suppressisse, subijciā rumores consequutos abire meum. Quidam è monte Bellicardi scriperat Theobaldo, nescio quos pertulisse rumorē, me cum pessima omnium gratia discessisse Bezontio. Demirans quid hoc esset monstrū, iussi ut inquireret. Inquisiuit, & reperit aliquos erroneos Lutheranos, qui nusquā non uagatur, fuisse Bezontij cum adessem: eos offensus mihi ob spongiā, recens tum æditam aduersus Hutternum euangelij protectorē, nōnihil blaterasse in me. Erant autē Germani, per hos sparsum uanissimū illū rumorem. Deinde Theobaldus idem uenit Basileam, expiscatus sum quid esset: respondit nihil esse, nisi blateramenta quorundam abiectissimorum hominum, qui inter sordidos ea sparserant. Paulopost idem Theobaldus adiit Bezontium, & negociū quoddam citra difficultatē mea cōmendatione impetrauit ab archiepiscopo. Reuerfus est, interrogauī, quid rei fuisset, respondit nihil prorsus esse præter unius aut alterius Lutherani sordidi blaterantia cano-

menta. Excusi famulos & comites, si quid cōtentionis fuisset ipsi cū quoquā. Negabant sibi quicquā fuisse uerborū, nisi cū fordidis illis erroribus Lutheranis. Atq; ut nunc sunt res humanæ, nisi quā proficiscor, nisi rumor multos cōmoueat, nec discedo nisi magno cōcursu, qua re mihi nihil est molestius. Et in tā diuersis studijs, fieri non potest, quin sint qui spargant aliquid sinistri rumoris. Verum huiusmodi rumores ut de nihilo nascuntur, ita mox euanescent. Quid autē est mala lingua nocentius? Ea pestis nullo seculo magis regnauit, q̄ hūc temporibus. Felix esset, qui morsus omnes posset effugere, hac aetate nullus id posset qui tam fama celebris sit. Hac cū uerissima sint, multisq; testibus cōprobare queā, nescio quid sibi uelint illa uerba, quæ ipsi acciderunt Befontij. Mihi nihil aliud accidit q̄ dixi: Proinde hæc uerba facile declarant aliquē sceleratæ linguæ hominē istuc pertulisse rumorem atrocē, ac mendacem. Id neq; nouum, neq; mirū est. Certe Theologi nō erat talibus cōmoueri, aut si qd cōmotus esset, mādare literis, ueluti certum ac persuasum. 1525.

ERASMVVS ROT. MAXIMILIANO TRANSSYL

uano Cæsaris Secretario S. D.

R N A T I S S I M E Maximiliane, exemplar literarū quas ais te ex Sylua du-
cali misisse redditum est, priores non recepi. Quoties exosculor istud pectus
in tuis literis tam amicū & candidū mi Maximiliane? De pensione non
sum anxius. Scio quā ista semper esuriat aula, uere pertusum doliū. Quod
tu suspicaris factum, ego futurū sciebam. Noui quæ sint ista portenta. Et me
miseret, tum aula, tum academiæ. Iam pridem hoc agunt, sciunt ipsi mihi ni-
hil esse cum ulla factione, & hoc illos habet male. Legerunt Spongiam meā satis liberam,
legerunt liberum arbitrium. Et si hic adessent audirent amicas Lutheranorum de me uo-
ces, quanquā legerunt Huttenū & Othonis libellos, satis testantes quanti me faciant. De-
mum hic si quid tumultus oriretur, primus impeteret. Verum istos nullius facinoris neq;
pudet neq; piget, modo lædant recta studia. Video res humanas ceu fatorū impulsu ten-
dere in Scythicam barbariem, ego quoniam opitulari non possum, quod unum possum,
conscientiam hanc puram & integram approbabo Christo. Breui mittam famulum pro-
priū & insigni fide, per eum scribam de singulis copiosissime. Interim uiuat Maximil-
ianus meus suauiter ut dignus est. Basileæ VI. Idus Nouembr. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. IOANNI HEEMSTEDIO CAR

tusiano iuxta Louanium S. D.

O X à literis tuis redditus obtigit qui peteret Brabantiam, itaq; mitto epita-
phium, ex tempore quidem, sed non absq; cura factum: quod nolim asperne-
ris, nisi Conradus Goclenius iudicarit reijciendum. Si displicet, mittetur ali-
ud elaboratius. Nam Dorpij memoriam etiam habeo sacrosanciam. Deplo-
rarem mortē illius præproperā, quæ tot egregias dotes, tot amplissimas spes
incidit, sed nūc huiusmodi seculum est, ut nulli bono bene esse possit: & si felicissimū esset
seculum, nihil tamen felicius q̄ uiuere cū Christo. Ad optimi patris Ioannis Delphi men-
tionē sum uehemēter exhilaratus, Ut semper floret quāuis in defecto corpore, purus &
integer animus. Ei multā ex me salutem dices & amanter & diligenter. Dorpij memori-
am non patiar interciderē, si quid mea scripta ualebunt. Sancto tuo sodalitiū me cōmen-
dabis, cui precor omnem in Christo felicitatem. Habes amice suauissime epistolam epi-
taphio similem, properabat tabellio. Basileæ VI. Idus Nouemb. Anno M D XXV

EPI T A P H I V M

Martinus ubi terras reliquit Dorpius,
Suum orba partum flet parens Hollandia,
Theologus ordo luget extinctum decus,
Tristes camœnæ candidis cum Gratijs
Tantum patronum lachrymis desiderant,
Louanienſis omnis opplorans schola
Sidus suum requirit, o mors inquiens
Cruclis atrox, sæua, iniqua & inuida,
Ita ante tempus, floridam arborem secans,
Tot dotibus, tot spebus orbis, omnium

Suspensa

Suspensa uota; Premite uoces impias,
Non perijt ille, uiuit, ac dotes suas
Nunc tuto habet, subductus æuo pessimo.
Sors nostra flenda est; gratulandum est Dorpio:
Hæc terra seruat mentis hospitium piæ
Corpusculum, quod ad canoræ buccinæ
Vocem, resignans optima reddet fide.

ERASMVVS ROT. OTHONI BRVNSFELDIO S. D.

Æ T V prodigiosum somnū animo cōcepisti, Petrus Sutor quondā Theo-
logus Sorbonicus, nunc monachus Cartusianus, in Campania Gallie scri-
psit in me uolumen rabiosissimū, uociferans omnes translationes nouas esse
hæreticas & blasphemias, linguas ac bonas literas esse fontem omnium malo-
rum. Et respondi, sed sic ut præter unū illum neminē lædam, ne responsurus
quidem mi liber dicatus esset sodalitati Sorbonicæ, & excusus ex autoritate Theologorū
Luteriæ. In te uero adeo nihil meditatur, ut eruditum quendam ac faciundum hominem,
quem amici scribunt tuo in me libello respondere, crebris iam literis per omnia sacra sim
obtestatus, ut si non orsus esset, ne ordiretur: si esset, aboleret in gratiam meā, si me uellet
amicum. Utinā huiusmodi contentiones aniles, ut uocas, displicuissent tibi priusquā libel-
lum tuum æderes, ac potius in consiliū adhibuisses prudentiā, quā quosdam qui in alic-
nis incōmodis uenantur sua cōmoda. Atq; utinā Huttenus magis auscultasset meis lite-
ris, quas non unas amanter ad illū scripserā, ne tali libello ædito, & utriusq; nostrū opinio-
nem læderet, & stolidis quibusdam literarum hostibus spectaculum æderet gratissimum.
Quod mihi condonas omnia, quæ habes aduersum me, non uideo quid tibi debeam isto
sanè nomine. Nam à me nunquā fueras læsus, & löge alium esse iudicabā, priusquā libel-
lo proderes animū tuum. Consulueris rei tue, si istā animi ferocitā uertas ad moderationē
ac mansuetudinē Christianā. Nam hæc ipsa tua conciliatrix epistola quantū habet minaz-
rum, ne conuicijs quidem uacans, tantum concepta uana suspitione ex nomine Sutoris
& Cartusiani. Erat hoc uel mediocris prudentiæ, rem certius cognoscere, priusquā ad mi-
nas aut conuicia descenderes. Ego nullius amicitia sum unq; asperratus, neq; quisquā à
me læcessus est ad inimicitia. Cæterū difficile est amicitia tueri, cum tam ferocibus & tri-
tabilibus ingenijs. Christianū animū quē polliceris, tibi gratulabimur, si præstiteris. Of-
ficia tua nec ambio nec asperrator. Satis amicū putabo, si tibi ipsi præstiteris amicū. Satis
officiorum fuerit, si non lædas famam alienā, quod solū potes, & facillimum est hoc præ-
fertim tempore. Bene uale. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. N. FERDINANDI MEDICO

& præceptorī S. D.

I N O N mediocriter debet Respub. fideli uigilantiq; medico, qui curat prin-
cipis corpus, quod animi per quem imperat uel domicilium sit uel organū,
quantum tibi debet hæc nostra regio; imò non hæc tantum: nam utcumq; res
cadent, nō potest Ferdinādas non esse princeps egregius, qui tanti regis sit
frater: qui non solū arte medendi aduigilas, ut corporis prospera ualitudine
gaudeat adolescens, uerum etiā Christiana philosophia fingis ac formas animū illius, san-
ctissimis opinōibus, ac decretis uero principe dignis imbuis pectus adhuc purum ac tra-
ctabile. Quāq; ille nō tam ætate q̄ indolis bonitate tractabilis esse mihi uidetur. Atq; uti-
nam cōplures tui similes adessent, ut aula nostra Britannicā imitaret, doctissimis in omni
genere disciplinarū uiris refertā. Ad regiā mensam adstāt eruditi, agitantur literatę questū
unculæ, quæ ad principū institutionē, aut alloqui ad bonos mores pertinent. Breuiter, is
est aulæ comitatus, ut præ illa nullam non cōtemnas academiā. Faxit deus Opt. Max. sic
inuertantur uices rerū humanarum, ut quemadmodum publicas scholas inuasit ambitio-
nis uoluptatum & auariciæ studium, ita principum aulæ recta studia complectantur. Est
apud nos Ludouicus Viues Valentinus, nondum opinor uigessimū sextū egressus an-
num, sed in nulla philosophiæ parte non supra uulgum eruditus, tum in bonis literis, atq;
etiā in dicendi scribendiq; facultate eō progressus, ut hoc seculo uix alium norim quem
auium cum hoc committere. Nullum est argumentum in quo non exercuit stilum. Nunc
uete,

ueterum exemplum referens declamat, sed tanta dexteritate mihi crede, ut si titulum adimas, putes rem non huius regionis, nec huius esse seculi, magis autem felicissimis illis Ciceronis ac Senecae temporibus natam, quibus coquis & Apicijs aliquanto plus erat eloquentiae, quam nunc est ijs, qui uideri uolunt orbis magistri. Artis obseruatisimus est, sed eius affectatione ita dissimulat, ut neges rem adumbrata agi. Video huc cum primis esse idoneum, qui & tibi in instituendo Ferdinando subsidiarius sit, praestetque neque aulam istam ut infantem atque elinguem contemnat. Ad huius dotes & illud accedit, quod & Hispanice callet, utpote natus Hispanus, & Gallice perbelle, ut qui Lutetiae diutule sit uersatus. Non solum sermonem intelligit magis quam sonat. Verum haud scio, primus an Card. Croius cui praceptor est, passurus sit hominem a se diuelli, diligit enim eum ita ut meretur effusis sime; deinde an expediat, iuuenem amplissimae fortunae raraeque indolis tali formatore nudari. Impense faueo principi Ferdinando, sed ita de me meritis est Card. ut non ausim moliri quicquam, quod illi sit incommodo futurum. Postremo nondum habeo compertum, an Vires ipse sustineat auelli a tanto patrono, cui se nouit esse charissimum. Quod si hac in parte tua prudentia mecum sentit, proximis literis alium tibi designabo. Bene uale uir eximie. Louanij Idus Febr. Anno. M D XIX

ERASMVVS ROT. LAURENTIO CAMPEGIO CARD. S. D.

X LITERIS tuis superioribus ingentem animo laetitiam coceperam, quod intelligerem Clementem VII. ex illa fatali Medicum familia rerum gubernaculis admotum, quem tamen non cognoscebam, nisi ex tuis Pacijque literis, tamen mirum est quam mihi mens non laxa, ut arbitror, nescio quid magnae felicitatis praesagiat. Hoc gaudium mihi conduplicarunt posteriores literae tuae, quae significant te in nostram Germaniam delegatum, ut hos infelices temporum tumultus autoritate tua sapientiaque componas, qui nulli bono non grauissimi sunt; mihi sane etiam usque ad uitae radium displicent. Quanquam autem uere provinciam suscepisti plenam difficultatis ac molestiarum, tamen bona spes est tua istam ingenij dexteritate, & parem humanitati prudentiam, difficultatem omnem superaturam, praesertim Christo sanctos conatus tuos bene fortunante. Atque utinam hic modo possimus aliquid adferre momenti, nulli negotio libentius immoremur. Verum hoc corpusculum per se quidem imbecille, sed senectute sit imbecillius indies. Toties impetit crudelissimus calculi dolor, ut ad quamuis occasionem periclitaretur de uita. Porro mense Iulio & diu & grauissime laborasti, sic ut nulla spes esset uitae; Sed multo etiam grauius ad Natalem Christi, sic ut mors in uotis esset, uita in desperatione. Nulla enim mors acerbior esse potest hoc cruciatu. Quibus malis sic afflicte fractaque sunt huius corpusculi uires, ut summa uita moderatone uix subsistat. Itaque tam pridem equos meos uendidi, desperans in posterum me laturum agitatione. Iam si quid adesset uirtutum, hoc tempore non poteram occurrere celsitudini tuae, quum iter esset per hypocausta, ad quorum nidorem exanimor, si uel uno prandio feram. Quae res me cogit ut Basileae in proprijs aedibus habitarem, quae aulam habent cum fumario. Id non sine graui meo sumptu, nec minus graui cura. Postremo usque ad dimidiatam quadragessimam non potero abesse ab his, quae nunc sumul & scribuntur nobis, & a typographis excuduntur. Deceui tamen hac aestate feriarum non nihil a studijs grauioribus sumere. Itaque si ualeudo fuerit mediocris, ubi desiderint feruere Germanorum hypocausta, libens istuc me conferam, nisi quid inciderit quod alio reuocet. Nam Caesar & illustrissima Margareta reuocant in Brabantiam, ut ad sim in legatione quam adornant Romam, ad exhibendam obedientiam nouo pontifici. Nec interim tamen meam operam ulla in re desiderabis, quae quidem a me praestari queat. Mihi nulla est apud Germanos autoritas, gratiosus aliquando fui: uerum ea gratia tota periit, posteaquam coepi aduersari Euangelio; sic enim loquuntur isti. Tantum odij mihi confluui, ut emori maluerim. Sed hoc quoque malum, quam a concordia ecclesiae in factione aliquam me coherere. Eruditio uero infra mediocritate est. Et tamen non solum hoc ipsum, quod nobis domi est, libenter conferemus in hoc negotio, uerum etiam doctos amicos in consiliu adhibebimus, quale hic unum habeo potissimum Ludouicum Beru, praepositum in collegio diuisi Petri, uirum & corporis & animi praecclaris dotibus praeditum, summam apud suos autoritatis, & ob generis claritudinem, & uitae integritatem, & eruditionem non uulgarum. Nam Parisijs in Theologorum laurea quondam primum locum promeruit. Mihi tamen interim cauendum, ne die

ne discerpar a Germanis, ne dicam manes, priusquam reliquero Germaniam. Nam sunt plurimi qui se iactant euangelicos, quum sint diabolici potius, parati ad omne facinus. Et nescio quo pacto in me praecipue fremunt, mihi imputant quod non triumphas, sic enim illi loquuntur. Et tam libelli aliquot pro uolarunt, alios habent in procinctu quos mittantur. Non dubito quin tua prudentia sit optimis consilijs rem aggressura, quam arbitror melius succelsura, si summam aequitate praeferes: ostendasque te magis mederi uelle huic malo esse opprimere, nec sic uelle reuellere zizania ut simul eradicet & triticum, nec recusatari, mutare quaedam, quae sine laesura dignitatis apostolicae, & pietatis euangelicae mutari possunt ac debent. Interim coquiescent a tumultuosis libellis, ac molitionibus seditiosis, donec ex autoritate pontificis ac principum statuatur quod publicam concordiam faciat & factam confirmet. Late pater Germania. Rem diuinam feceris, si hanc reddideris pacatam. Haec scripsi per eum qui mihi literas tuas reddidit ex Augusta: Reddidit autem pridie cathedrae Petri, quas dederas Romae Cal. Febr. Simul atque certo cognouero ubi fuerit tua sublimitas, scribam copiosius tua humanitate fretus, & mittam si quid erit parati, per fidum ac certum, qui si non dabitur, mittam famulum proprium. Eodem die scripsi pontifici Clementi, ac misi illi suam paraphrasim. Ad quae si scribes, ut scribis saepe, rogo moneas illum ut Stunicae infantiam coherceat, qui dum suo morbo obsequitur, & quorundam priuatis affectibus, laedit causam pontificis. Te incolumem ac florentem seruet deus Opt. Max. Basileae 1 X. Cal. Martij. Anno. 1526.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO CHIREGATO EPI

scopo Interamnenli S. D.

R E VERENDE pater. Ex oratione quae formis excusa uenit ad nos, agnouimus Chiregatū meū, adhuc enim ueteris amicitiae uocabulis utor, & exilij gaudium, quod tibi contigerit dignitas, pro tuis uirtutibus. Opinor autem eandem esse, quam Pius secundus dedit olim Ioanni Campano Locum ipse celebrat epistola quadam, cui nomen Interamni, quod amnem opinor ciuitas dirimat. Gratulor autem & istam legationem obtigisse, plausibilem in primis ac fauorabilem. Vt nam impetres quod agis, & qui orator istuc uenisti, redeas exorator. Scripsissem copiosius, sed & ego eram occupatissimus, & uerebar ne tu iam istinc abieris priusquam haec literae perferantur. Non sum in memor studij in me tui; utinam aliqua ex parte rependere quam officium.

Bene uale. Basileae VI. Idus Ianuarij. Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. CORNELIO BERGENSI S. D.

A MICORUM syncerissime, quas fugas, quas latebras, quos labyrinthos tu mihi narras: Obruo quotidie literis honorificentissime scriptis, a pontifice, a cardinibus, ab episcopis, a legato Campegio, a Caesare, a Ferdinando, a rege Angliae, a ducibus, a baronibus. Inuitor amplissimis conditionibus, offeruntur dignitates & episcopatus, plane rex essem si iuuenis essem. An tu credis istis execrabilibus uicis, qui nihil aliud possunt quam maledicere? Et tam impudenter mentiuntur, ut a cordatis uiris pro insanis habeantur. Mihi tuum epistolium fuit longe gratissimum, uel hoc nomine quod me ad te uenisse, imbecillissimum pariter ac syncerissimum amicum & congerronem adhuc incolumem esse. Si rediero hoc uere, id quod futurum arbitror, hilariter compotabimus fauente Christo. Interim mandauit Petro Aegidio, ut aliquid libellorum ad te mittat. Seruet te dominus bene ualentem mi Corneli suauissime, cum tuis omnibus. Quid noster Iodocus: num adhuc tractat uetus corium. Sed coram ridebitus affatim. Basileae postridie Annunciationis. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. LEONARDO PRICARDO CANO

nico Auenensi S. D.

R V DITISSIME Pricarde, ut eleganter scripsit Aristophanes, ἄμ' οὐκ ἔστι σὺν σφάπτῳ δ' ἡ γυμνασίῳ. Aduersus aspidū uirus reperta sunt incantamenta, aduersus uiperarum & canis rabiosi morsum, remedia monstrarunt medicum aduersus calumniatorū morsum nullū est remediū. Audio Theologū quendam in uulnus ulcus refricuisse, immo ex obducta cicatrice, graue uulnus fecisse. At per me factū, ut tui canonici rideatur in scholis, ob epistolā quadam ad Beatū Rhenanum. Primum quod ad animū attinet, nihil unquam minus uenit in mentem, quam ut talibus uiris quibus

quibus ego plurimum debeo, ullam scriptis meis notā inurerē, imō nihil recusaturus sum, si quo officio possim illis uel ornamento esse uel usui. Quid enim me fuerit in orbe terrarū inhumanius, si pro summa humanitate reponere uoluissim ignominiam? Hoc de meo animo cum primis testatum esse uolo. Iam quid est obsecro in ipsa re, quod illorū minuatur dignitatem? An quod in multam noctem productū est conuiuī? Nimirū sero cœperamus accumbere, & hoc ipsum humanitatis erat, quod mea causa uocatis aliquot reddidere cōuiuīum prolixius. Nec enim fuit illuc ulla cōpotatio, neq; quicquā omnīū nō minus potus erat quam ego. Porro quod Decanus me reluctantem eō pertraxit, quid aliud incuso, q̄ illius insignem humanitatē. Sic & duo discipuli cōpulerūt Iesum ut apud se diuersaretur. Quid autē probri impingitur uicepræpositō, si quī tempestas arceret piscatores à piscando nihil erat in cōuiuio præter anguillas & piscem uento duratū? Quali Romæ nō idem accidat aliquādo summis Cardinalibus. Et tamē hoc pisce durato, nō ra delector. Porro quod admixta fuerint quædā fragmenta non satis percocta, illud suspicabar esse, quod affluerint plures conuiuæ q̄ expectabat. Certe uicepræpositus ille uisus est iuuenis singulari præditus humanitate, planeq; sobrius. Deniq; uix unquam incidi in sodalium, quod mihi magis arrisisset si ualuissem. Quid autē scommatis esse uidetur in mentione periclitæ? Quasi non is mos sit apud plerosq; canonicos, multis nominibus laudandus, ut conuiuīis in orbem actis inuicē agitent sodalitia; uel ob uitandam prophanorū consuetudinē, ne familiaritas pariat contemptū; uel ob temperandū sumptum, qui minor est ubi plures cōueniunt. Et interim discitur aliquid in conuiuīis, tractatur aliquid negocij; nonnunquā corriguntur & errata quædam. Vnde & Plato philosophorū leuissimus probat huiusmodi computationeulas, nec improbat etiam inuitationeulas, ex more. Græcorū ad largius bibendū, modo ne prætereatur πέντω μέρωσιν. Quare te rogo mi Leonarde, ut quod ille tycothanta me narrando deprauauit, tu bene interpretando corrigas, ac meo nomine promittas dominis meis quicquid ab homine memori et grato debet expectari. Quod si diffidunt dictis meis, faciant in re periculum. Nihil refugia, etiam si res sit magni laboris. Saluta mihi Vlattenum ac ceteros omnes. Louanij. Anno M D XXVII

ERASMVVS ROT. BEDDÆ THEOLOGO PARIÏENSI S.
 CCEPI per Franciscum Deloinū felicis memoriæ loca per te subnotata ex parte huiusmodi diligenter tu ad me sum offensus ut uehementer optem te idem in aliquas paraphrases, sed præcipue in annotationes meas. Nil enim malim q̄ e libris meis tolli, quicquid inest uel erroris uel offendiculi. Quā ad ornarem secundā editionē Noui Testamētis, suppliciter & obnoxie rogarā piæ recordationis Ioannē Atensegrū tū Louanienſis academiæ Cancellariū, ut admoneret si quid offenderet. Pollicitus est.

Ergo tamen ex opere multa tultuli, meua correxi, pleraq; reddidi mitiora. Nunc apparo quartā additionē, quod si non grauaberis indicare, quid merito possit offendere doctos ac bonos, apud me sanē magnā interis gratiam, idq; scriptis etiā testatum efficiam, mihi tuum officiū fuisse gratisimū. In quo si cādūm præstabis & integrū, exosculabor sinceritatē Christiano Theologo dignā: sin asperius & inimicius id feceris, tamē boni consulā. Sed moderatio cōducibilior est etiā nomini Theologico, quod nūc apud plerosq; male audit ob quorundā odiosam morositatem, & omnia carpendi petulantiam. Quid enim dicturi sunt cordati doctiq; uiri, quā legerint Petri Sutoris libellū, quondam Sorbonici Theologi, nūc monachi Cartusiani? Quantū ibi maledicentiæ, quantū fastus, quantū stuporis & incititæ. Nihil toto opere crepat nisi Theologastros, rhetorculos, sciolos, asellos, tralatistas, insanias, temeritates, errores, scandala, hæreses, blasphemias. Et interim tractat argumentū in quo nihil intelligit, planē uertus prouerbiū nobis referēs, Sutor ultra crepidā. Assumit pro certis, partim cōtrouersa: Hanc translationē noui Testamētis esse Hieronymi, hanc esse prodiciā afflatu sancti spūs, hanc ut talem ab ecclesia receptā esse. Assumit me in hoc uertisse, ut mea

mea translatio cum autoritate legeretur, exclusa ueteri. Ex his hypotheseibus ceu compertissimis colligit, omnes translationes recentiores esse scādulosas, hereticas & blasphemias. At non uidet hanc cōtumeliam recidere in Thomam, Bedam, & Lyrā, qui frequenter citant diuersam lectionē, nec reprobant sed interpretantur. Etenim quod in toto blasphemum est, blasphemū & in parte sit oportet. N...

Quid autem impudentius quam sic debacchari in alienas lucubrationes, nec legisse quod proscinditur conuiuīis? Exigit ut proferam uel unum doctorē, qui legerit. In principio erat sermo. Atqui in Apologia istuc dilucide expediui. Flagitat ut proferam unum locū, in quo lapsus sit doctor aliquis ob interpretis solocismos. At ego in annotationibus meis multos tales indicaui. Sunt innumerabiles ubiq; qui non oderunt Erasimum, nec desunt sana sobriaq; iudicia. Quid isti dicturi sunt obsecro, quum legent tales libellos, e Sorbona profectos? Quos equidem non ignoro uestrum doctissimi, mo cuiq; non placere, sed interim ob præteritū stulticiam uocantur in contemptum & odium boni Theologi.

Quod ad annotationes tuas respondit, mihi Nicolao Beraldo, ut tibi copiam faciat. Beneuale. Basileæ 1111. Calend. Martias, Anno M. D. XXV.

Ceterum ego nunquā dubitavi quin
 ipse cūlus habet tū
 nō indiligenter exercuit, etiā ad
 sputationem cōscripsit Theologica, an laicus obligaretur ad orationē uocalem, et in tēto
 laisticorum Theologorū libris uersari gaudet, & in cōuiujs aliquid de re Theologica dis
 serere solitus est. Nōnunquā in multā noctem profertur cōtentio literata. Habet reginam
 elegāter doctā. Quod si qua in parte fuisset adiutus in eo libro, nihil erat opus meis auxi
 lijs, quum aulam habeat eruditissimis pariter ac eloquentissimis uiris differtam. Quod si
 stilius habet aliquid nō abhorrens a meo, nihil mirū aut nouum, quū ille puer studiose uol
 uerit meas lucubrationes, huc prouocāte clariss. uiro Gulielmo Mōtioio, discipulo quon
 dam meo, quoniam ille sodali studio ~~probat~~ batur. Dū Lutheri libellos ad me sanē frustra
 misit tua celsitudo, rudem eius linguā qua scripti sunt. Quanquā aiunt eos hic diu fuisse
 circumlatos antequā per te mitterentur. Mihi stultissimū uidetur, eos prouocare, quos non
 possis uincere. Quanquā admonere principes & episcopos officij sui, quoties locus ipse
 præbet occasionē, nec inutile sit, nec alienū ab exemplis probatissimorū scriptorum. Facit
 hoc subinde Hieronymus, facit Chrylostomus, & Bernardus. Sēper fuerunt episcopi
 & sēper erunt, & fortasse sunt hodie, qui dulci fortuna ebrij, nec meminerunt, quid sit e
 piscopū agere. Et quod in genere dicitur, nō debet uerti in cuiusquā cōiūmēliā, modo ne
 id fiat seditiose aut atrociter, sēperq; dulcedo Christianæ charitatis misiget admonitio
 nis austeritatē. Non est minuenda pontificū autoritas, sed ea benefactis optime & paratē
 & seruatur. Totū hoc malū, aut certe magna ex parte, nascitur ex nobis, qui quū toto pe
 ctore mundū amplectamur, tamen sub Christi titulo tyrannidē gerimus: quod si uere hoc
 essemus, quod uideri uolumus, mūdus totis studijs ut patres amplecteretur, nunc ut tyran
 nos odit & recalcitrat. Expeclamus quō uocet hic nouus pōtifex. Is ostendet fortassis uir
 aliquā sentendi huius mali, quod late tot regiones occupauit, ac plurimorū animis penitus
 infixum est. Ego quantū aetas, ingenitū, uires & ocium patietur, non deero causæ fidei, &
 concordie Christianæ, quod hactenus quoq; pro mea uirili feci. Erit illud Illustris. prin
 ceptua prudentiæ, cura re ne hæc quæ liberius ad te scribo, mihi fraudi sint apud alios,
 qui nihil non rapiunt ad calumniā. Illustrissimā celsitudinē tuam incolumē ac florentē diu
 seruet Opt. Max. Dominus Iesus. Basil. III. nonas Septemb. An. M. D. XXII.

ERASMVS ROT. EPISCOPO PALENTINO S. D.
 R. E VERENDE Præsul, quod apud Cæsare tuæ uocis testimonio tam candi
 de & defenderis & ornaris Erasmi, hoc mihi fuit gratius, quod & præter spē
 obtigit & meritum. Sed interim nostra qui libros ædimus nihilo melior est
 cōditio, quam olim fuit histrionū, qui in proscenijs fabulam agebā populo
 illis

Illis erat ediscenda fabula, meditanda actio, nihil non faciendum uti theatro satisfacerent
 populo in quā illi promiscuo, uere beluæ multorū capitum, in quo paucis eadem placent,
 nec isdem sēper eadem, deniq; cuius magna pars studio potiusquā iudicio ducitur. Ab
 horum pollice pendet miser ille saltator, adorat plebeculam, & quū nihil non fecerit, felix
 sibi uidetur, si impetrauit ut stet fabula. Quod si exhibatur, arbor quærenda suspēditio: Sa
 nē de libris, nec minus uaria, nec minus morosa iudicia, nec minus corrupta studijs. Hoc
 nomine nostra fors iniquior, quod hæc damus nostro sumptu, quum histrionibus sua fue
 rit merces. Et illi si non succedat salratio, tantum ridiculi sunt: nos si displicemus, hæretici.
 Mihi sanē studio fuit non tam placere quā prodesse omnibus. Et succedebat ni hæc no
 ui Euangelij tragœdia intercurrisset, quæ miro quodam orbis penē totius fauore cepta
 est agi, sed actibus sēper deterioribus in tumultuosam ac rabiosam catastrophē exiit.
 Mihi primus statim ingressus displicuit, uel ob hoc quod uiderem in seditiōne exituram.
 Ego uero ueritatem seditiosam nunquā probaui, tantum abest ut hæresim. Et tamen sunt
 istic qui reclamante ipsorum conscientia, me faciant Lutheranum, nimirum illud agētes,
 ut me suis odijs uolentem nolentem protrudant in castra Lutheri. Me uero ab ecclesiæ
 catholicæ consortio nec mors distrahet nec uita. Quam sim Lutheranus ipsi Lutheranū
 declarant, qui me publicis conuicijs ac libellis dentatis fortiter impetunt. Nolim autē hoc
 laudis ferre, quod a Luthero descuerim: habear & nunc Lutheranus, si unquā fui. Quancūq;
 in ticio ~~quorundam seditiosi clamores mihi non probabantur, qui nō solum
 in Lutheri uerbis eorum debacchabatur, uerumetiam in linguas, in omnes bonas
 literas inuehebantur, me uero non solum in publicis concionibus impudenter lace
 rant. Neui pontificis doctā prudentia, & prouida sinceritas, simulq; diuinus quidā no
 stri Cæsaris animus me in summam spem uocat, fore ut hæc pestis sic tollatur, ne quando
 possit reuiuiscere. Id fiet si radices ampuentur, unde hoc mali toties repullulat. Quo
 rum ~~quorundam seditiosi clamores mihi non probabantur, qui nō solum
 in Lutheri uerbis eorum debacchabatur, uerumetiam in linguas, in omnes bonas
 literas inuehebantur, me uero non solum in publicis concionibus impudenter lace
 rant. Neui pontificis doctā prudentia, & prouida sinceritas, simulq; diuinus quidā no
 stri Cæsaris animus me in summam spem uocat, fore ut hæc pestis sic tollatur, ne quando
 possit reuiuiscere. Id fiet si radices ampuentur, unde hoc mali toties repullulat. Quo
 rum~~~~

His omnibus citra tumultum orbis Cæsaris autoritas & noui Pontificis integritas facile
 medebitur. Ego tamen nihil sum, tamē pro mea uirili non desum nec deero officio meo.
 Tantum Cæsaris clementia iubeat salarium meum esse perpetuū, atq; aduersus quorum
 dam odium sartam clementiā meam existimationem curet; efficiam ut illam non poeniteat
 huius consiliarij. Bene ualeat tua sinceritas, cui hunc hominem quantulus quantulus est,
 totum dedico. Basileæ, postridie Paschæ, Anno M. D. XXII.
 STANISLAO TVRZONI EPISCOPO OLOMV
 CENSI ERASMVS ROT. S.
 RNATISSIME Præsul. Quo iucundior nobis fuit Velij doctissimi simul
 & humanissimi uiri consuetudo, fuit autē iucundissima, hoc abitus illius est
 molestior. Non erat quod magnopere referret scribere: Nolimus tamē ho
 minem absq; nostris literis abire, quibus testificaremur animū ad omnia pa
 ratissimū officia, quæ humilis sed deuotus cliēs debet optimo optimeq; me
 rito patrono. Hybernis mensibus pestilens quædā pituita me grauitè afflixit dies cōplu
 res, moxq; ex interuallo repetitum grauius etiam atq; diutius habuit. Sub quadragesime
 tempus iam firmiusculū calculus renum subito deiecit. Huius nimirū corpusculi domici
 lium nunc hac nunc illac collabēs admonet in quillū suum, propediē fore emigrandum,
 quod mihi propemodum etiā optabile duco, quum uideam huius seculi tragœdias, quas
 nobis quorundam excitat cōtentio, dum alteri nescio quibus consilijs afferere conantur
 Euangelicā libertatē, alteri regnum suum ualidioribus etiā præsidijs stabiliunt. Equidem
 uidere misit uideor quibus modis ab eorum cōsilijs possit religioni Christianæ. Verū
 ad eam fabulam opus esset principibus, qui sincero pectore fauerent cōmodis publicis,
 & gloriæ summi Principis Iesu Christi, ante cuius tribunal sistēdi sunt omnes quamlibet
 potentes monarchæ. Ego cum nullo Lutheranorum unquam ullum foedus inire sustinui,
 sed sēper eos reuocauī ad consilia moderatiora, nimirū metuens ne res in seditiōne exte
 ret. Et tamen sunt qui me impudentissime etiā in aula Cæsaris traduxerint ut Luthera
 num. Hic fremunt in me Lutheranū, quod ab eo dissentia, meumq; nomē in publicis pro
 fessionibus suis lacerant, libellos insuper dentatos ministrantur. Itaq; utriq; parti sum hære
 Mm 2 ticus

ticus. Exijt Nouū testamentū iam tertio à me recognitum & locupletatum. Exijt Para-
phralis noua in Euangelijū Matth. vi cum cæteris in omnes epistolas Pauli. Vrgent com-
plures, maxime principes ut scribam aduersus Lutherum. Ego si liceat, pugnare malim
aduersus mundum pro gloria Christi. Luthero nō defuturi sunt antagonistæ. Bene ualeat
tua celsitudo. Basileæ duodecimo Cal. April. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI GLAPIONI S. D.

GO uero te mi Glapion hoc nomine uel unice gratulor optime mentis Cæ-
sari, quod talem uirū habet à consilijs. Spem enim certissimam cōcipio, futu-
rum ut unus nullis huius mundi cupiditatibus corruptus consulat ea poten-
tissimo monarche, que faciāt ad publicam orbis utilitatē & ad gloriam Chri-
sti, quemadmodū hactenus, ut spero facis. Cæterū pro studio isto in me tuo
iam pudet toties gratias agere. Contēptis rebus omnibus, uale tudine, prolixo itinere, la-
trocinijs, ijs quæ nunc in manibus sunt & excuduntur, deniq; scripio rerū mearum quod
nunc demū Francordiam perlatū, nondum ad me peruectum est, istuc cupidissime aduo-
larem, ita me bene amet dominus Iesus: sed uerebar ne posteaquam omnia fecissem, istuc
non offensus essem Cæsaream Maiestatem, quæ dicebatur iam dudum hæere in littore
nihil expectans nisi fauentes uentos, qui soli nō agnoscent Cæsarem. Cupiebam & Cale-
rij salutare Mæcenates aliquot meos, quos coniectabam illic cum Cæsare adesse. Si quid
est in quo possim gratum facere principi meo, aut illius dignitati, aut rebus Christianæ
consulere, tribus uerbis per hunc iuuenem fidelissimū scribo. Ego sane sum is qui si huc
noxiū iam aggressus eram non nihil libelli de fingendo negotio Lutheranano, sed ualeudo
interripit omnia studia. Interim oratione literisq; permultos temperaui, mire Lutherano
addictos. Epistolis etiam æditis declarauit mihi nihil unquam fœderis fuisse cum ullo Lu-
therano, sed seditiosum negotium mihi semper displicuisse. Iam hoc toti Germaniæ sic no-
tū est, ut nō impendat Lutherano mihi bene uolentibus, quodam minituntur de quorundā
Cæsarina præconem. Me certe neq; uita neq; mors distrahet ab obedientia Ecclesiæ, & à syn-
ceritate fidei Christianæ. Sed tamen illud uir optime tecum expendas uelim, quam inique
mecum agatur, qui quum tantis meis sudoribus prodesse studerim publicis studijs & re-
ligioni Christianæ, quum semper dehortatus sim Lutheranos ab hoc seditioso negotio,
qui nullis rationibus, nullis odijs aut terroribus perelli potuerim, ut in eam factionē uel
tantulum cōcederem, quū magnos tumultus hic cōcitare potuissem, si talis essem qualem
isti me prædicāt, nunc dedat quorundā priuatis odijs discerendus, & eō redigat, ut nec
istic mihi sic tutum uiuere, nec in Germania: hic propter Lutheranos, qui nescio quid ma-
gni tumultus moliri dicuntur, istuc propter duos aut tres mihi priuatis de causis inuenos.
Mea uena quam tu diuinā appellas, sanè quàm exilis est. Et tamen ea qualis qualis est fer-
uitura est gloriæ Christi, & sequendum hunc dignitati principis mei. Et his laboribus an-
nos adhuc aliquot sufficere poterā, si daretur tutum ac tranquillum oculū. Sed non me fur-
git, quantis odijs quidā in me debacchentur quidq; moliantur, nimirū illud agētes, ut me
nolentē uolentē protrudant in castra Lutheranorū, quod tamen nunquā efficient. Citius
occident Erasmi quàm corrumpan, & sic illos ulciscar, ut meā sinceritatē quàm maxi-
me probem omnibus. Hæc utinā suffecerit animo Christiano. Mihi uehemēter ardet
Brabantia, & præsertim rus illud Anderiacense, si Principis clemētia iubeat mihi pensio-
nem meam esse perpetuā, meq; tueatur aduersus istos quosdam, qui prætextu religionis
ulciscuntur priuatum suum odiū. Id quàm sit atrox, uel hinc conijcias licebit: Senatus con-
sultum factum est Colonia: inter Dominicanos, ut omnes libri ab Erasmo cōscripti, effici-
antur è totius ordinis bibliothecis. ~~Amplius hinc de translatione & dispersione~~ Et sunt
Louanij qui uetus in bonas literas odium iam palam præ se ferunt. Florū temeritas quo-
ntiam tendit ad manifestam seditiosam, autoritate principis ac præsulum esset cohercen-
da. Si quid incidat in quo sit redarguendum dogma Lutheri, faciāt idoneis argumētis, &
apertis scripturarum testimonijs. De alijs quos non damnauit, neq; scholarum neq; pon-
tificum neq; principis autoritas, taceant, nec Euangelij cathedram contaminent stultis ac
uirulentis obreclationibus. Mihi quidem est animus & tuendæ fidei Christianæ, & or-
nandæ dignitatis Cæsareæ percupidus, sed ut præstare queam quod cupio, bona ex parte
ipq

ipsi Cæsari in manu est, cui summa rerum in manu est. Non ambio apud illum ingentes
fortunas, tantum ocium præstet ac tranquillitatem, ego modis omnibus efficiam, ut illius
maiestatem nunquam poeniteat huius consiliarioli. Non uis me fidem habere dictis, sed
factis, sic enim scribis. Et hoc nisi breui præstitero, scribito nomen Erasmi inter uanissi-
mos. Quum hæc scriberē, nondum apud me certum aliquid de itinere statueram: sic enim
animus istuc propendet, ut si uel paululum accesserit momenti, sim hunc meum Dromo-
nem sequenturus. Tu fac interim factis amicū agas, tuisq; sanctis consilijs faueat dominus
Iesus. Pontificis primatum satis iam asseruerunt, Caicranus, Syluester & Eccius, ut mea
opera nihil sit opus. Nam Catarinus rem non perinde dextre tractat. De sacramentis quid
sentiam iam carmine declarauit, quod additum est libello cui titulus Cato. Extat eadem
de re, libellus Regis Angliæ, quem Romæ & hic quidam falso suspicantur esse meum.
O suspensiones mihi prosperas, si locum commutarent, hoc est si id suspicarentur Angli,
quod suspicantur Germani. Opinor coniecturam natam ex stilo. Nam Rex adhuc puer,
nihil diligentius legit quàm meas lucubrationes, è quibus fortasse contraxit nō nihil male
phrases, si quid tamen habet meum. Sed næ ego incuulis, qui præstantiam tuam tot ne-
gocijs obrutam epistola tam loquaci detineā, ipse occupatissimus. Valebis, & ages ami-
cum. Basileæ, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

CC EPI MVVS sarcinas & librorum & epistolarum quas istuc misisti. Apud
Matthæū Caræ. Sed unenem eris mihi epistolæ uice. Pro tam singulari illius
in me studio, ut tunc quantum debeam. Si frater esset, qui posset amantius: Do-
let quod Stunicam dignatus sim unquam responso. Et huic successit Caranza
non edentulus. Blasphemias ridet omnes, & nemo nō indignatur Stunicæ,
qui in florilegio hæc euulgarit, quæ causam adiuuant Lutheranā, ut ipsis quidem uideatur.
Antehac negabat istuc ite esse tutum, & ego sic eram affectus, ut non essem aptus itine-
ri. Quin hæc quoq; scribo gratulor afflicto calculo, quantum iam aliquot diebus fat com-
mode ualui. Et sum affixus libris excudendis, ut nō liceat abire ante finem Augusti. Tum
si ualeudo erit uel mediocris, aduolabimus. Saluta mihi milies amicos omnes, Pacæum,
Fabrum, Prepositum Vratislauensem, Hermannū Phrysum, cuius ingenium ego unice
amo, Landauum Bauarū. Scriba breui omnibus, ubi dabitur certior tabellarius, & uale-
bo melius. Basileæ postrid. Natalis Ioan. Baptistæ, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. IODOCO SENATVS ME-
CHLINIENSIS PRÆSIDI S. D.

VDIO & profectio gaudeo ex animo uir eximie, summam autoritatē Luth-
erani negocij excellentiæ tuæ esse cōmissam, quem ego noui præter absolutā
iuris prudentiā uirū integris moribus, summamq; præditū æquitate. Nam ut
danda est opera, quo Lutheri factio sopiatur, ita cauendum est ne boni uiri,
& suis laboribus de studijs publicis benemeriti dedantur quorundā priuatis
odijs. Nicolaus Emondanus nemo est Louanij qui nesciat q̄ sit homo pertinacis & uin-
dicis animi, si cōceperit odiū in aliquem. Et cum illo mihi iam uetus & capitale odium in-
tercessit, etiā antequā mundus sciret natum Lutherū, ob linguas ac bonas literas quas ille
plusquā capitaliter odit. Et quū sibi permiserit, ut me toties in concionibus & lectio-
nibus suis, manifestis mēdacijs perstringeret, nec ab hæreseos cōuicio temperans: tamē ferre nō
potest, quod apologia quadam, tacito etiam ipsius nomine calumniā fallissimā à me depel-
lo. Nūc ut audio in omnibus cōuiuijs, Mechliniæ in publica cōcione, me unā cum Luth-
ero hæreseos norauit. Hoc certe non habet in mādatis, nec à Cæsare, nec à Pontifice, ut istis
modis ulciscatur odiū animi. Mihi nihil unquā fuit negocij cum Luthero, nisi quod sem-
per dehortatus sum ne pergeret talibus libellis concitare mundū, uaticinans iam tum hoc
futurum quod uidemus euenisse. Ego & hic & istuc partim dictis, partim epistolis, multos
alienauit à factione Lutheranā. Nec ulla res magis deiecit Lutheranorum animos, q̄ quod
palam æditis libris declarauit me adhaerere Pontifici Romano, & Lutheri negociū impro-
bare. Quod si fauissem Luthero sicut isti iactant, nō defuissent præsidia principū. Nec ad-
huc affectus iste tam extinctus est in animis hominū, quàm isti putāt, & q̄ nos cupimus.
Mm 3 Sunt

Sunt hic plusquam centum milia hominum qui oderunt sedem Romanam, & Lutherum magna ex parte probant. Vide autem quam inique mecum agatur, si quum ego perdiderim amicitiam tot eruditorum Germanorum, quum Lutheranos omnes in me prouocarem, qui nunc amarulentis libellis in me debacchantur, isti uictoria sua, quam mihi non minima ex parte debent, abutuntur in caput meum, & ideo traduntur ut haereticus, quia mihi placent bonae literae, & non placent mores Emondani, qui nulli fere bono uiro placent. Scripsit ad me Casarea Maestas, scripsit Ioanes Glapion, scripsit Archiepiscopus Panormitanus, Episcopus Palentinus, Cancellarius Mercurinus literas humanitatis plenas, hortantes me ut pergam meis laboribus promouere rem literariam. Scripsit ad me praeter alios doctos Matthaeus Card. Sedunensis, scripsit Card. Moguntinus, cumque his alij permulti agentes gratias, omnemque fauorem ac liberalitatem pollicentes, quod in negotio Ecclesiae eum animum praestem quem illi uolebant. Sedunensis offert etiam quingentos ducatos annue, & uitaticum honorarium, si uelim adire Romam. Quid autem inhumanius, quam quum ego me fecerim hostem Lutheranae partis, cum mihi pax sit cum summis orbis principibus, discerpi ab uno Carmelitae? Tot annis uixi Louanij, quum tum non impingebant mihi errores meos? Imo Arentis omnia mea sine exceptione probauit. Deinde quum rogatu meo notasset duo aut tria loca, respondi & satisfeci per omnia. Nunc absente Casare parant abuti autoritate sua in me, et ulciscunt uetus odium suum. Exiit nuper libellus Colloquiorum. In hoc clamat Emondanus esse quendam haereticum. Primum in Colloquijs non trado dogmata fidei, sed rationem loquendi. Nec est tibi quicquam tale, sed ille ex suo odio interpretatur. Non damno illic indulgentias, nec usquam alias: sed quidam irridet sodalem suum, qui quum esset nugacissimus nugator, putaret sese bullae praesidio posse peruenire ad caelum. Confessionem etiam approbo, tantum puer dicit, suo animo satis fore, confiteri Deo, si idem uisum esset proceribus Ecclesiae, & tamen fatetur sese confiteri etiam sacerdotibus. Quasi non sit satis puero obtemperare primatibus Ecclesiae in consistendo, aut quasi Christus non sit unus ex proceribus Ecclesiae, aut quasi mihi constet esse articulum fidei, hanc confessionem esse institutam a Christo. Et tamen in hac re sensum animi mei semper submissi iudicio Ecclesiae. Quidam illic dicit se odisse pisces, & miratur quod Praesules uoluerint obligare nos ad esum piscium sub poena gehennae. Et tamen qui hoc dicit, fatetur sese Epicureum esse. ~~Quidam autem dicit, se odisse pisces, & miratur quod Praesules uoluerint obligare nos ad esum piscium sub poena gehennae. Et tamen qui hoc dicit, fatetur sese Epicureum esse.~~ Nescio an agant aduersum me ex aedictio Casaris. Certe aedictum illud postremum huc non peruenit, nec unquam publice aut priuatim fuit exhibitum. Quare te quaeso uir egregie, ut tua aequitas istorum odium & acerbiter temperet. Quod ad me pertinet, scio quid agant, cuperent me protrudere uel nolentem in factionem Lutheranae, id quod nunquam efficerent. Sed illud uidentem, an expediat me eo propellere. Erit hoc Lutheranis gratissimum, si quid in me fecerint atrociter. Si quid habent aduersum me, primum admoneant: fortassis ita respondebo, ut illis abunde satisfaciam. Non est hic ludendum temere in libros alienos. Sunt infinita hominum milia, qui non oderunt Erasmus, quod ex libris meis profecerint. Et possem turbare mundum si uelim, uerum citius moriar, quam sim futurus autor noui tumultus. Hoc animo quum sim, tanto iniquius fuerit committere, ut impudenter dedar implacabili odio unus aut alterius. Si mecum agatur ciuilitate, efficiam ne quis in me desideret officium hominis Christiani. Ego semper studui prodesse omnibus, neque quisquam magis abhorret a dissidio. Non ago nunc causam N. B. nam nescio quid ille confessus sit. Illud scio non fuisse Antuerpiae uirum moribus incorruptioribus, & gratiorum ciuibus, magisque necessariis reipublicae institutis pueris. Nec de collega illius pronuncio, nam illius causam quod ad Lutherum attinet non noui. Illud scio, uirum esse pulchre doctum, multarum linguarum peritum, moribus synceris, nisi quod est linguae liberioris. In hunc Emondanus haud dubie fauor fuit, quod priuatim ab illo fuisset laesus. Nemo nescit hoc agere Hochstratum & Emondanum, ut linguas ac bonas literas extinguant, & in horum professores potissimum quarunt ansam: mea sententia rectius fecerint, si sint contenti sua uictoria, nec excitent in orbe plures tragoedias. Mundus utique feret sibi ereptum Lutherum, linguas ac bonas literas eripi nunquam feret. Sed pluribus uerbis onero magnificentiam tuam, quam etiam atque etiam rogo, ut sua prudentia, suaque aequitate moderetur aliorum impetus. Et si quid est tale quale

rumor

rumor huc attulit, non patitur Erasmus de omnibus benemerentem, odio duorum hominum dedi. Dubium non est quin idem uelit & Casaris clementia, & summi Pontificis pietas, & publicus bonorum affectus. Bene ualeat tua magnificentia uir eximie, & Erasmus inter tuos clientes ascribitur. Basilicae pridie Idus Iulias, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. PHILIPPO MELANCHTHONI

Nescio qualis sit uestra Ecclesia, certe haec tales habet, ut uerear ne subuertant omnia, & huc adigant principes, ut uti coherceant simul & bonos & malos. Habent semper in ore Euangelium, uerbum Dei, fidem, Christum & spiritum, si mores spectes, illi longe aliud loquuntur. An ideo depellimus dominos, pontifices & episcopos, ut feramus immittiores tyrannos, scabiosos Othillones & Phallicos rabiosos? Nam hunc nuper nobis misit Gallia. Dices, olim Euangelium habebat suos pseudoapostolos, qui sub pietatis titulo negotium agebant

Mm 4 uentris

uentris. Verum hos interim tenere fouent hi proceres Euangelij, Capito cuius uafricies mihi semper oboluit, Hedio, qui scurram impurum, ex occasione mearum literarum per quas debebat dare poenas subleuauit, misericordiam appellans, quod haberet uxorem & tenet liberos. Nec aliud agit etiam nunc, quam ne quid detrimenti capiat res & fama nebulonis. Oecolampadius caeteris paulo modestior est, & tamen est ubi in illo quoque desiderem Euangelicam sinceritatem. Zuinglius quam seditiose rem gerit. Ne quid interim commorem de alijs. Non assentiuntur uobis, neque inter se consentiunt, & postulant ut ipsorum autoritate freti, ab omnibus orthodoxis patribus & concilijs desiciamus. Tu doces errare eos, qui imagines ut rem impiam eijciant. Zuinglius quantas turbas concitauit ob imagines. Tu doces uestem nihil ad rem facere. Hic complures docent cucullam omnino excutiendam. Tu doces Episcopos, & Episcoporum constitutiones ferendas, ne pertrahant ad impietatem, hi docent omnes esse impias & antichristianas. Quid insanius hoc negotio quod hic ceperant ante biennium autore docto quodam, aut certe socio. Nosti fabulam de porcello, cuius occasione factus est infelix ille Sigismundus. Et tamen mihi parum amice amate excusauit apud Episcopum Basiliensem, honorifice de illo praedicans, quum ille nusquam non blateraret in me: quum interim mensa mea & cubiculum pateret uocato simul & inuocato, nec prorsusquam uerbo laederetur a me. Admonitus quod nusquam cessaret uibrare linguam in me, prouocauit blande ut coram admoneret si quid offenderet, me satis facturum, noluit. Quum scripsisset libellum in quo taxauerat aliquot e magistratu, idque multi iam rescissent, non sine illius periculo, clam admonui blandissimis & amantissimis literis, ut caueret. Quum discessisset hinc, & adhuc lingua saeuiret in me, scripsi blandam & amicam epistolam. Tandem exiit epistola nomine Erasmi Alberti quam promiserat ille *Laqueos*, ut scias rem ex composito geri. Dissimulauit stilum, imitatus quaedam tua. Sed ut nihil aliud sit, toties contemptim repetitus Erasmus satis arguit autorem. Et uidetur ex tuo colloquio factus ferocior, factus se discipulum eius quem docet Lutherus. Nihil iam dicam de puritate uitae illius, de castitate linguae, de profusione, de fraudatis creditoribus. Quomodo isti commendant Euangelium hoc nouum? Atque hic est ille amicus nunquam a me laesus, semper candide predicatus, & ad intimitatem familiaritatem admissus. De Capitone sunt multi qui pessime sentiunt, & ego non optime suspicor. Certe ex illius aedibus scabiosus ille prodijt ad excudendum rabiosum libellum. Thrasonem Planodorpium semper habuit in delictijs, deinde sic excusauit sese, tum anxie, tum apud omnes, ut illa ipsa excusatio mihi auget suspicionem. Vni fidebam Hedioni, de quo nondum pessime sentio. Miseram ad illum exepit epistolam tuam, quam scripseras, ni fallor Hymelbergio, in qua mirabar non dum pendere quem noueras ante duodecim annos, &c. Non erat additum nomen, sed qui miserat subindicabant nescio quid de Thrasone. Id mihi Hedioni, non ob aliud, nisi ut caueret, ostendit Capitonem. Capito glorioso militi. Hinc furit ille gladius & laqueos mintas. Zuinglius amice monitus a me, rescripsit admodum fastidiose, Quae tu scis, inquit, non conducunt nobis, quae nos scimus, non conueniunt tibi: quasi ille cum Paulo raptus in tertium caelum didicisset arcana quae pia, quae nos terrestres fugerunt. Quosdam noui uiros optimos, qui per hoc negotium facti sunt deteriores. Vt ne iam commemorem istos perditissimos, quemadmodum tu quoque uocas, quibus nihil est cum Euangelio. Tales uideo multos praesertim hic, ut si probarem omnia quae scribit Lutherus, nollem huic factioni dare nomen. Effet illis inseruendum, & subinde numerandum uaticum, nam hoc solum habent Euangelicum, quod semper egent plerique. Cum Phallico fuit mihi congressum cula perbreuis. Eius historiam scripsit cuidam Constantiensi. Exemplum clam ad me perlatum est. Nihil uidi uanitas, nihil gloriosius, nihil uirulentius. Sunt ibi interdum decem uersus in quibus ne syllaba quidem uera est. Idem addidit libellum de Parisiensibus & Pontifice. Quantum illis inficeriarum, quantum ineptae uirulentiae, quam multi nominatim traducti, & tamen ipse solus non apponit nomen suum. Idem ut audio auxit stolidum Alberti iudicium, quod nondum uidere licuit. Vni sunt Constantiae & alij duo libelli quos in me scripsit. Et profitetur nouum dogma, sic traducendos qui obstant Euangelio, inter quos me numerat & Balaam passim appellat, quod Adrianus Pont. inuitari me ut mitterem consilium. Mihi partem, sed displicuit. Obtulit decanatum, simpliciter recusauit, uoluit mittere pecuniam, rescripsi ne mitteret obolum. Sic sum Balaamus. Et qui tales sunt

sunt, postulant ut contemptis omnibus doctoribus, fidamus ipsorum spiritui, quum interrim ipsi inter se non consentiant. Qui possim mihi persuadere illos agi spiritu Christi, quorum mores tantum discrepant a doctrina Christi. Olim Euangelium ex ferocibus reddebat mites, ex rapacibus benignos, ex turbulētis pacificos, ex maledicis benedictos: hi redduntur furiosi, rapiunt per fraudem aliena, concitant ubique tumultus, male dicunt etiam de benemerentibus. Nouos hypocritas, nouos tyrannos uideo, ac ne micam quidem Euangelici spiritus. Si Lutero essem addictissimus, magis etiam istos odissem quam nunc odi, ob Euangelium quod suis moribus reddunt inuidiosum, ob bonas literas quas extinguunt. Quantum manifestorum mendaciorum est in libello *Laqueos*, quae uir Euangelicus scribit contra suam conscientiam, non ob aliud, nisi ut urat. Et hoc senatus consultum inter istos patres factum est, ut Erasmi libellis obruant. Quibus si respondeat, praeclearum facinus, ut sceleratissima consociatione alamus aliquot sordidos ac famelicos typographos non uno dignos suspensio. Quantum impietatum, quantum mendaciorum est in illo libello Alberti, si leue uidetur, quod Hieronymo sic contempto addit etiam perfidiae crimen. Ego prohibeo nuptias, ego defeci ad Papistas, qui uoco illos R. P. ego curro cum fure, ego bellum gero cum Euangelio. Sed cessat haec querela. ~~Quibus si respondeat, praeclearum facinus, ut sceleratissima consociatione alamus aliquot sordidos ac famelicos typographos non uno dignos suspensio.~~

Raptim Ba

filea postridie nonas Septemb. Anno M. D. XXIII

ERASMVVS ROT. LVDOVICO CORONELLO S. D.

TR. EXIMIE. Lodouicus Vides mihi tuas uirtutes obiter denarrans non nihil accedera: animum meum cupiditate amicitiae tecum ineunda, sed hanc scintillam Lodouicus Berus uehementer excitaui, plenis ut aiunt, ubijs, magnocq;

magnosq; affectu depingens mihi felix istud ingenium tuum, non solum in literis Theo-
 logicis absolutum, uerum etiam in disciplinis Mathematicis eleganter excolit. Nam ue-
 ro rarus quidam animi tui cador, & erga me nihili hominem studium plane Christianum,
 ex Guidonis Morillonis literis cognitum ac perspectum fuit, ut maiorē in modū doleam,
 me mihi talem amicum ante professionem meā non aliquo saltem pacto conciliasse. Ge-
 stiebat animus istuc aduolare ante Cæsaris professionem. Contemplissem ualitudinem
 sic crebris morbis nuper afflicti, ut ægre uitam sustineam. Contemplissem itineris ma-
 gnitudinem, neglexissem studiosū labores, qui nunc in manibus meis sunt, ac prelis Fro-
 bentianis excuduntur, contemplissem & alias causas quasdam, haud quaquā contemnen-
 das, sed in primis terrebat me iter, nunc solito magis infame latrocinij. Iam crebro feliciter
 transeuri. Quod si quid accideret, ac tū esset de Erasmo. De præfatione ac paraphrasi
 quod tam amanter admones, summam habeo gratiam. Præfationem neglectam adieci,
 in gratiam typographi, qui querebatur uacaturas aliquot pagellas, ni adiecissim aliquod
 nugarum. Qualis qualis tamen est, meus est factus, uel si manū aborsus. Non oportet sic
 execrati hæresim ullam, ut huius odio non aulimus admonere quæ recta sunt. Neq; enim
 Hieronymus ideo ueretur ostendere laudibus uirginitatē, quod Marcionitæ damnarint nu-
 ptias. Nec ideo non suadet monogamiam, quod digamiam damnarit Tertullianus. Si pe-
 riculum est Euāgelia uulgo legi, quæ in uulgatissima lingua prodiderūt Apostoli. Nec
 arbitror quicquam esse periculum, si laici sic legant sacros libros, quemadmodum illis præ-
 scribo. Quid Lutherus doceat nescio. Paraphrasim in Mattheū magis ex autoritate Mat-
 thæi Cardinalis Sedunensis suscepi, quam ex meo iudicio, quod in præfatione non dissi-
 mulo. In apostolicis epistolis si tuo iudicio magis satisfacio, argumentum in causa est po-
 tius quam ego. In metaphrasi sensus bona fide redditur, in paraphrasi licet etiam de tuo
 addere quod auctoris sensum explanet. Quid autem iuris sit paraphrasæ facile perspi-
 ciet, qui Themistium cum Aristotele contulerit. Est enim paraphrasis non translatio, sed
 liberius quoddam commentarij perpetui genus, non commutatis personis. Sed utinam
 mihi liceat coram tuis amicis simis monitis erudiri, & ad exactissimi iudicij tui regulam
 attemperare stilum. Miror isthic esse aut adeo stultos, aut tam impudenter mendaces,
 qui me prædicent factorem esse Lutheri. Exordium huius fabulæ mihi semper displicuit,
 quam uidebam in seditionem exituram, etiam si nonnulla spes erat hominem sese uer-
 surum ad saniora cōsilia. Nec placebant seditionis clamores quorundam rabularum apud
 populum. Nunc Lutherani sic rem gerunt ubique, quasi seruari nolint. Hic adeo Luthe-
 ranus non sum, ut alij qui fauent Lutheri literis me rogent, ne quid scribam in illorum. Nij
 mutantur mihi libellos dentatos, quos utinam emisissent in me ante biennium, præter-
 cio graui inuidia me liberassent. Sunt Louanij duo aut tres, quos priuatum odium in-
 stigat in me, quod olim impense fauerim bonis literis, quas illi iudicant incommodas suo
 instituto. Non est autem clementiæ Cæsareæ, hominem Christi gloriæ, & ipsius digni-
 tati laborantem, talium odij dedere. Si Lutheri uel tantulum fauissim, nolo iactare quid
 potuerim in Germania. Sed ego uel decies mortem oppetero, quam ut periculosi disse-
 dij sim, uel autor, uel adiutor. Id iam intelligit Germania, & faxo breui intelligant om-
 nes, quanta synceritate me gesserim in hoc negocio. Quare confido fore, ut tua æquitas
 aduersus huiusmodi impudentes calumnias mihi patrocinetur. Bene uale, Basileæ postri-
 die Paschæ, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. MAXIMILIANO TRANSYLVANO S. D.

VPER respondi binis literis tuis, uir humanissime, sed eodē argumento &
 ab eodem simul reditis. Istum tuum in me animū dici uix possit, quanto pe-
 re exosculer, quamq; mihi uideor beatus amici tam cædidi accessione. Ne gas
 te passurum ut amore uincaris. A te ego si nulla spes erit uictoriae, saltem illud
 officium, ne uidearis uicisse non contra certantem. Verum hæc alia. Quod
 scribis de me actum in consilio te casu præsentē, suspicor esse uetus. Nam illustrissimæ
 Dominiæ literas pridem accepi, quæ continebant quod ais tum tibi decretum. Scripseras
 ad amitam suam Cæsar ex Hispanijs ut mihi pensio extra ordinem numeraretur. Id con-
 silij dederat Ruffaltus Cæsaris à thesauris, declarans se paratum numerare pecuniam, si
 D. Margareta iuberet. Ad Calend. Septemb. debebūtur octingenti florentiaurci, hoc est
 pro

pro quatuor annis. Lenta solutio nescio quid mihi profectura sit, nisi forte in cāpis Elysijs
 opus erit pecunia. Nam corpusculum hoc toties pulsatum ariete calculi, quotidie magis ac
 magis attenuatur & exarescit. Itaq; breui futurum arbitror, ut quum abiecero σθραπ hanc
 noua cicada. Quo minus isthuc aduolarim, nihil aliud obstitit, quam hypo causa nodum
 refrigerata, & citius piscium. Nam eundem erat quadragesimæ tempore. Et ad pisciū, uel
 odorem periclitor. Habeo diploma pontificis, uerum in diuersis malim uitare offendit-
 culum. Post Pascha hoc ipsum agente me, subito exortus est hic fatalis tumultus agricola-
 rum, qui facit ut hic hæreamus, nescio quā tuto, inter Scyllam & Charybdim ut aiunt.
 Magistratus huius urbis in hoc negocio prudētissime se gessit, præcipue cōsul mihi pro-
 xime uicinus. Non fuissim tutus à periculo quorundam Lutheranorū, ni gratiosus essem
 plerisq; in magistratu, nec ingratus episcopo. Erat Basileæ conuentus aliquor principū &
 agricolarum, illis agebat, si moderatis rationibus hic cruentus tumultus queat componi.
 In tam incerto rerum omnium statu nihil certi possum statuere. Per Liuinū quondam fa-
 mulum meum miserā fateiculum epistolariū, quas Cardinales, reges ac principes, ad me
 dederant. Existimabat enim Craneveldius eam rem fore prælidio aduersus sycophantæ
 has agricolæ, in quos incidit famulus, eripuerit. Per Gallias dispendiosum esset iter, ac to-
 tum equestre, quum ego iam desierim eques esse, quum hæc equitatio mihi semper
 remedio fuerit, aduersus omne morborū genus. De præsulis omnipotētis in me studio
 nihil addubito, uerum utinā tam beneficus esset quā est χρυσολόγος. Nec de Leontiniani
 nō multū addubito, nisi quod scio illum in cōsilio Vuormaciensi dixisse quædam in me
 palam inimica. Cōiectas facile quorū instinctu hoc fecerit. Et hi habent apud eū sibi pro-
 xima necessitudine cōiunctos. Deinde Theologus quidā, qui Louanij rerū potitur, Dor-
 pio præsentē quædam effudit, quibus declarabat Leontinum parum amanter de me sentī-
 re. Quāquā is dicitur huiusmodi moribus, ut norit quædam interdum pro tempore cō-
 muniti. Cum comite ab Hogestraten mihi non multū fuit consuetudinis. Et uidetur sanē
 uir humanus ac moderatus, tamen huius quoq; uoces quædam ad me perlatae sunt parū
 honorificæ. Verum scio non esse quibuslibet delationibus credendum. De superioribus
 illis compertum habeo. Neque me præterit hominum animos in horas mutari, nec dissi-
 derem aulæ præsidij, si per hanc ualitudinem & ætatem possem ulla in re esse usui rebus
 ualidis. Nunc adeo uitreum est hoc corpusculum, ut quamuis leui de causa periclitetur,
 breui ni fallor collapsurum. Absque pecuniā non uiuitur, sed non quæritur inuicem
~~ut illud opus ueretur in dicitur esse ob hanc causam, quod non uideat periclitari. Scri-
 ptis hanc esse sententiam posse. An qui hoc inuicem præcibus Archiducem, quod inuicem
 inuicem inuicem. Ceterum illi inuicem. Ceterum illi inuicem. Ceterum illi inuicem. Ceterum illi inuicem.~~
 Illustrissimus prin-
 cept Ferdinandus, scripsit amicitia sua, ut curaret mihi soluendam pensionem, deinde ut
 Carmelitæ similibusq; rabulis imponeret silentium. Et scripserat satis accurate. Epistola
 reddita est Archiepiscopo Panormitano. An ea per illum aliquo bono consilio suppres-
 sa sit nescio. Perijt Martinus Dorpius, qui solus ingenue fauebat rectoribus studijs, neq;
~~quod dicitur inuicem inuicem, quod dicitur inuicem inuicem, quod dicitur inuicem inuicem.~~
 Emitit & Latomus tres libellos strophis obliquis in me ludens, quos gu-
 stauit duntaxat. Facile diuino quorsum hæc tendunt. Lutetiæ excusum est opus cuiusdam
 Petri Sutoris Theologi Sorbonici & monachi Cartusiani, quo nihil adhuc legi demen-
 tius. Pontifices Romæ imposuerunt silentium Stunicae. Et isti suscitant nobis tales tra-
 gœdias contemptis omnibus. Optatim omnes monachos esse tales, ut promerentur
 omnium bonorum fauorem. Nunc ob quosdam intolerabiles plerique ueniunt in pu-
 blicum odium, etiam boni. Hic passim diripiuntur & incenduntur monasteria, dissipantur
 Monachi, sacrae uirgines constuprantur, nullum discrimē est honorum ac malorum.
 Ciuitates

cuius desiderio scribis te contabescere, uerum etiam ex toto propemodum orbe excludi-
mur. Et indies ut uideo crudescunt principum iræ. Quantam uidimus eclipsim inter so-
lem Romanum, & lunam Hispanam. Verum ipsa fata nos uolentes nolentes protrudunt
ad philosophiam, docentq; rerum humanarum contemptum. Priusquam acciperem tu-
am epistolam Balista nos inuiserat iam Gallias repetiturus. Nihil hominis moribus ui-
di amabilius. Nec ullum aliud officium à me requisitum. De Babylastates. Bene uale. Ba-
silæ, Anno M D XXVIII

LUCERNA

ERASMVVS ROT. GVILHELMO COPO MEDICO S. D.

AGNO affectu desideravi tuam presentiam medicorum disertissime Cope,
in hac affectissima ualitudine. Ex quo coeperam diluere usum aqua ex gly-
cyrrhizo decocta, mitius me tractauit calculus, & iam mihi gratulabantur
amici tanquam libero. Verum hoc Iulio proximo subito obortus est fluxus
quidam uehemens urinae, non sine laceratione uiarum, primū absq; magno do-
lore, post unum aut alterum diem sequutus est cruciatus, quasi calculus haereret in uesica,
qui non posset expelli. Effluebat interim mira uis urinae gypfaceae, ueluti pus quoddam.
Territus cōsului medicos, quos hic habemus dignos hoc populo, qui non admodū uisite
medice, nec bibit modice. Nihil adferebant spei. Alius suadebat thermas Badenses, alius
diuinabat aliud. Itaq; medicos dimissi, committens me domino, Et cruciatus quidē ille mi-
tior est, materia quoq; uis aliquanto minor. Apparet tamen exulcerationē aut scabitem
esse organorum urinalium. Aiunt Thomam Linacrum hoc malo mortuum esse. Quādo
per ualitudinem & bellorum minas mihi non licet te uisere, maiorem in modum te rogo,
ut scripto mihi digneris succurrere. ~~Quidam tamen uidentur, ut liberos Erasmi excutiant e manibus hominum, ut~~
posthac legamus liberos Beddæ, Sutoris, & similitum. Leus, ut suspicantur, apud uos & Hi-
spanos ~~perpetuo bebent~~, his furijs perstrennuam nauat operam; nec cessat tuus Alexander,
nisi mentiuntur multi. Quis sit horum tumultuum futurus exitus nescio. Solus cum tot
monstris pugnare non possum, ni Principes interponant autoritatem suam. Pontifex im-
posuerat silentium Louaniensibus blateronibus. Impetrarunt clam à Datario uentam exe-
quendi suum officium, me tamen non laeso. Interposuerat seuerissimum aedictum Caesar,
eo exhibito, accurrerunt Mechliniā, & impetrarunt ab aula aedicti interpretationem, que
monstris iritabat quod Caesar scripserat. Papilio & Molinius perijt, Berquinus in carcere
disputat cum Theologis. Rex fatagit rerum suarum, precor ut deus quāquā uertat in Ieros
exitus. Qui has perfert omnino uoluit tibi commendari. Quid sit negotij melius ex ipso
cognosces, est enim Mercurialis, ~~quā plura reue me uis~~, audies quidē, ~~quā in mis oblo~~. Gra-
tium erit si miseris remedium, & si quid erit in aula, quod mea refert scire. Bene uale cum
coniuge & liberis, Basileæ VI. Cal. Septembr. Anno. M D XXVI

ERASMVVS ROT. CAROLO ROMANORVM IMPE-
ratori semper Augusto S. D.

TR fateor me tuæ maiestati plurimam debere gratiam Caesar inuictissime,
quum priuatim meo, tum publice studiorum nomine, quod me suo fauore
V benigniter subleuare non est grauata: ita uehementer optarim, ut ista tua uir-
tus que potentissimos Reges domat subigitq; parē habeat uel autoritatē uel
felicitatem in domādīs quorūdam improborū tumultibus. Ego Pontificum
ac principum, sed præcipue tuæ maiestatis præsidio fretus, Lutheranam factionem, quæ
utinam non tam late pateret, totam in me concitauit, magno sane capitis mei discrimine;
cuius rei si quis fidem requirat, testabitur Lutheri Seruum arbitrium, quod in me plusq;
hostiliter scripsit: testabuntur Hyperaspistæ libri duo, quibus illi respondeo. Nunc quum
Lutherana res incipit declinare, idq; ex parte mea opera meoq; periculo, cooriuntur istic
quidam simulato religionis prætextu, uentris tyrannidibus suæ negocium agentes: nos
enim pro Christo pugnamus, non pro commodis hominum: Hispaniam tot alioqui no-
minibus felicissimam in compositis tumultibus reddunt irrequietam. Ex istiusmodi præ-
ludijs, uidemus aliquando grauissimas oriri tempestates. Certe Lutheranum hoc nego-
cium ex multo leuioribus causis ortum est. Quod ad me pertinet, non desinam usq; ad ex-
tremum

Nn 2 tremum

cremum halitum Christiane pietatis causam tueri, tua uero maiestatis ac pietatis fuerit cō-
 stiter ac perpetuo fauere ijs qui synceriter ac fortiter propugnāt ecclesiam dei. Sub Chri-
 sti tuisq; signis milito, sub eiusdem moriar, sed aequiore moriar animo, si prius uidere liceat
 tua potentia, tua sapientia, tua felicitate, tranquillitatem repositā tum ecclesiae, tum uniuers-
 o populo Christiano. Quod ut per te nobis largiatur Christus opt. max. orare nō desino,
 qui tuam maiestatem seruare dignetur, semperq; in melius prouehere. Datum Basileae
 Postridie Cal. Septemb. Anno M D XXVII

ERASMVVS ROT. MERCVRINO GATTANARIO
 Caesaris Cancellario S. D.

T ad alteras quoq; literas tuas tribus uerbis respondeā clarissime uir. Si quid
 est felicitatis, hoc optarim tibi mecum esse cōmune, cuius integritas pietasq;
 singularis digna profecto erat perpetuo rerum successu; uerum non hoc tan-
 tum euenit, ut duos illos quos Caesaris interdictum nominatim expresserat,
 mors terris eriperet; nam Vincentius tympanite cruciabili malo periit. Ni-
 colaus Egmōdanus iam nulli tolerabilis in uomitu suffocatus est, quum paulo ante inam-
 bulans, insisteret abire mulierculam, quae solet adesse ministerij gratia, quod diceret se uelle
 persoluere pensum horariorum ut uocant, precum. Verum etiam Natalis Bedda qui su-
 riosum pariter ac famosum librum in me scripsit, per Gallorum regem cohiberi coepit. Il-
 lud planē prospicio, nisi Principes quorundam stolidos & impotentes spiritus autoritate
 sua coherceant excitabunt nobis nouam tempestatē, quum hac incipiat esse mitior. Non
 obscurum est quae res summorum principum dissidia tot iam seculis uel excitet uel alat, mi-
 ror si ipsi non sentiant; & si, quum sentiant, dissimulant magis etiam miror. Verum his re-
 bus coeleste numē dabit felicem exitum. Tuum erga me studium uir ornatisime tam cō-
 stans & candidum iam olim expertus sum, quanquam maioribus indies argumentis de-
 claras, quantopere faueas & optimis studijs, et pietati Christiane, in qua prouehēda tuem-
 daq; si nihil aliud, certe animum syncerum fortemq; praestabo, usq; ad ad extremum hali-
 tum. Exemplar epistolae, quam misisti Louanienlibus, ad me nondum perlatū est, ex ami-
 corum tamen literis accipio quod narras: Quamq; ab illis eluduntur omnia. Subornant
 alios, mille cuniculis rem agunt. Negotium duorum arte geritur. Egmōdano mortuo ex-
 titit Louanij Franciscanus quidam, qui in publicis prelectionibus, subinde perstringit no-
 men meum. ~~Idcirco uis hominum non inueniuntur, & si quid inueniuntur, non inueniuntur
 sed inueniuntur. Quumq; non inueniuntur, non inueniuntur, non inueniuntur, non inueniuntur.~~
 Sed haec quoq; Christus Opt. Max. om-
 nia uerret in bonum finem. Quid Hispania Leo permissura sit nescio, hoc unum scio, ini-
 turus est malam gratiam apud regē suum, Card. Eboracen. aliosq; in numeros episcopos,
 proceres ac doctos Angliae. Et profecto fuerat e gloria regionis illius, si mūdus nesciat il-
 lic esse natum tam à gratijs alienum ingenium. Fragmentum epistolae Cutberti Tōstallē,
 cui Leus in legatione successit, his inserui, quo magis credas meis uerbis. Legem, quae co-
 hercet adendi improbitatem uehemēter approbo; uerum illud interim cauendum, ne lex
 optima uertatur in exemplum pessimum, id quod Lutetiae fieri coeptū erat. Aliquot con-
 iurati, calūnijs ac mendacijs licentissime debacchantur in quoslibet. Si quid respōdisses,
 uetabatur excudi. Verum quo minus hoc unq; liceat in Hispania, cauebit tua in primis
 tum archiepiscoporum Toletani & Hispaleñ. uigilantissima prudētia. Optabā pluribus
 tecum agere; quandoquidem uideo tuam humanitatem quamuis occupatissimam adeo
 aequi boniq; consulere literas nostras interpellatrices, ut hortaris etiā ad crebrius scriben-
 dum; sed redeo ad harenam gladiatoriam. Hyperaspisten nostrum, & Diatribam arbi-
 tror uidisse te. In Hyperaspiste, quoniam exclusus spacio temporis hoc opus intra paucos
 dies tumultuante absolui, pollicitus eram reliquam disputationis partem. Euidē male
 iam alijs in argumentis operam collocare, Sed Lutherus aeditis libellis tacet me non re-
 spondere, quasi uero nihil responderim, gestiuntq; Lutherani; hortatibus igitur amicis ag-
 gressus sum liberare fidem meam. Bene uale patrone magne, cum optimo Principe. Bas-
 leae penultima die April. Anno M D XXVII

GVLIELMO VVARAMO ARCHIEPISCOPO CAN-
 TVARIEN. ERASMVVS ROT. S. D.

EREOR ne tuam reuerendam amplitudinē literis ac nūcijs meis obruam;
 sed praeter expectationē incidit quiddā, ut hic famulus meus Nicolaus Can-
 nius mihi maxime necessarius ac fidelis, fuerit istuc mittendus, non sine gra-
 ui meo incommodo. Scripsi nuper mihiq; Hieronymum inauratum, quae uo-
 lumina si perlata sunt uehementer gaudeo. Toties enim experior summā in
 huiusmodi rebus hominum perfidā. Hic omnia uidētur ad res nouas spectare, ac metuo
 cruentos tumultus, tam late radices agunt hae factiones, nemo credat, nisi uiderit. Mea se-
 nectus in haec tempora satis infelicitate incidit. Ab ecclesia non possum recedere. Et diuer-
 sa pars habet populum cui foederatus esse nolim. ~~Idcirco uis hominum non inueniuntur, & si quid inueniuntur, non inueniuntur
 sed inueniuntur. Quumq; non inueniuntur, non inueniuntur, non inueniuntur, non inueniuntur.~~
 Et ille uestras in Hispania strenue nauat operam, oblitus suae le-
 gationis; quā sciat me gratū Caesari & Hispaniae primatibus. Mala mens malus animus,
 Romae turbatissima sunt omnia; nec epistolae patet iter; Putant foedus Caesari cū pōtifice
 coiturum. Hoc quam diu permittunt principes, ut pōtiffex nūc cū hoc, nunc cū illo pan-
 gat ac repingat foedus, uereor ne nunquā futura sit pax in orbe. Pontifex deberet esse pa-
 ter aequus omnibus. Sed principum ambitio odiaq;, haec aut non uident, aut si uident af-
 fectibus suis obtemperant potius quam rationi. Vereor ne non liceat hic diu sedere; ue-
 rum haec Christo sunt committenda. Caetera si uacabit cognosces ex hoc Cannio famulo
 meo, quem experieris minime uanum aut fulem. Dominus te conseruet incolumem. Ba-
 sileae, Pridie ascensionis. Anno. M D XXVII

BVDÆVS ERASMO ROT. S. D.

EVS tu, iam primum de Graecis illis nostris latinisq; observationibus ueliam
 imminutam opinionem. Principio quicquid id est, totum in Graeco prope-
 modum sermone consumitur: Quo nomine dimidium ferme conceptae opti-
 monis, ut deceat aequum est; deinde Tullianus homo nimium nominis no-
 stri studiosus, ex sui animi sententia, & nostrae fortasse pollicitationis temer-
 tate, rem mediocrem maioribus modulis metiri te uoluit. Hoc capite quantum detrudere
 debeas, ex hominis studio immodico & ex epistolarum licentia alienum factum pollicendi,
 tibi ipsi aestimandum relinquo, ex Tullianiq; benignitate circumcidendum pro eo quan-
 tum est, quod efficere posse mediocritatē meam nosti. Deniq; id inceptum quod in orsu
 speraueram plausum assequuturum, nominisq; nostri iam senescentis memoriam acriter
 refricaturum, praecipue ob huius aetatis studium, quod in literas Graecas propensius iam
 incubuit; id nunc aequare posse diffido iuuentutis expectationem praecipidam, ut audio,
 & gestiunt. Id adeo mentes iam ut octo schedas meas situ iam squalidas excutere pigeat,
 tamen nauiter & strenue primordia incohaerem. Quas utinam ipsas habere pro dereli-
 cto possem sine metu ignominiae; profecto libentius nihil q̄ huius fascem molestiae, quem
 imprudenter mihi collegi, in triuio aliquo in mediouae relinquissem, ab alio tollendum, quē
 labor ille iuuaret. Refrixit enim intercapedine non longa amor operis, conciditq; spi-
 ritus cōtentionis, qui laboris sensum tollebat. Ita fit ut iaceat bona pars operis prima ma-
 nu formati. Imò uero sylua rerum, quae copiose inter cōmentandum subierant, nil nisi cō-
 geries sit incondita, quam in ordinem digerere nunquā constitueram, ne is labor in super-
 commentationi accederet. Neque id utiq; magnopere ad rem pertinere arbitror, ut qui-
 dem res nata est. Scribēdi tenorem interpellauit, & abrupte mea in aulam profectio. Tum
 inde me regressum una aut altera commentatiuncula, & deinde lectio non inuicunda ab
 ea cogitatione auerterunt; Et obeunda tamen aliquando haec erit mihi functio, si quo pa-
 cto inertiam segnitiemq; excussero. Neq; uero tui similis si cupiam esse possim, ut subinde
 spiritus animiq; alacritatem instaurem ad alias; atq; alias erumnas huiusmodi exhauri-
 endas. Neq; à curis familiaribus perinde feriato esse licet. Nonnihil etiam temporis quo-
 tidie Reip. impertiendum. Quocirca desines nō expectatione tua (neq; enim ea in re falli
 potes) sed commemoratione prolixiore supra modum nos onerare. Verum quod me pa-
 rum candide de te sentire quosdam suspicari scribis, non temere illi quidem fortasse, sed
 tamen opinione falsi sunt. Saepiuscule enim non obscure tuli inter homines familiaritate
 mihi coniunctos, me tibi id non succedere non posse; Quod occasionem nactus, libenter
 Na 3 ipse

ipse facis ut Gallica ingenia cauilleris ut tarda, ut stupida, ut leuia, ut stollida. Id quod quæ multis in locis fecisse didiceris, ignosci tamen tibi per me quidē licebit, salisq; iocis & facetiarum studio condonari, nisi etiam consulto & meditato & penē ex professo id fecisse uideri non uoueris. Mirum quantum tibi placuisse tute uideris in epistola ad Galatas, quā tibi cordi fuerit, quā ad stomachum tuum illa fecerit uiri sanctissimi reprehensio Galatarum, nusquam ut maiorem fructum laboris, quā in eo loco tulisse ipse uideare, certe quidem eum locum *ἑπὶ τῶν τυγγλίνων ἀπαφράδα, ὡς πάλιν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων Ἰσὶ τῶν τιμικαῶν παγελατῶν ἐρημιῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ἱερωνύμων ὄντων ὀργῶν ἡγγυμνία, σὺ γὰρ ἰδί τὸν κέλευτον τὸν ἐφ' ἡμῶν χρεῖς ἡδοναίαν, ὡς δὲ ἀνὴρ ὡς οἶμαι, τῶ ἀγαθῷ φιλοσοφικῷ καὶ παρρησιαστικῷ τῶ σῶ, ὡς δὲ πολὺ τοὶ φασκουσιν, ἐμὸς δὲ συγγραπταπρεμίου, ἐκόντα τῶ λελαπκῶ καὶ ἐκ πρῶταρσεως προσκερησκάς, καὶ ἡλικιωπυχθῆμαι ἀπὸ τῶν ἑλθόντων, ἀσπιδίως εἰς τὸν φράγκους ἀπρεσιμῶν, ὅπως ἀν τῶν χυρῶν ὑποβίσιος.* Et Hilarij quidem de Gallis elogium præclarum in monumentis tuis quando interiret, consecrare uoluisti, *ἡγνωμόνας* credo καὶ *ὡλιγαπῆρας*. Quod nunquam, ut opinor, faceres, nisi tam bardos adhuc Gallos esse iudicares, ut figuras tuas nō inteligerent. Neque enim ultro prouocare nostros & lacessere in mentem utique tibi uenire, non tantum tibi ocij est à ferijs rebus scribendis, ab alijs quæ nationibus tantum est requiritis. Equidem quod ad me attinet, quicquid eo nomine questus sum, publicam uicem magis quam priuatam questus sum: qui te & Ironem & Momum perferre satis didicerim, quum interim non minus me æquo usus sis, etiam si aliter aliquandiu existimasti. *ὡ* Ve ad rem redcam, eatenus de te sentire me palam non dissimulaui, ne me nihil commoueret publica uice putes. Præterea uero quod incommodius de te dixerim nego omnino esse quicquam, nisi si quid excidit contra animi sensum, quod ancipitem interpretationem haberet, apud eos quidem qui cæcæ æmulationis fomites residere in animis nostris censent, prima quaque aura rumoris in flammam exarsuros. Hic si cōmemoranda duxissem quæ de te deq; tuis scriptis testificari sine fuce uerborum solitus sum (idq; tuo merito, & ueritati potius quā amicitia seruans, ne me tibi ea uelle imputare abiret) aut te in gratum esse conuincerem, qui adhuc dissimularis, aut malignum esse rumorem ostenderem, qui in alteram tantum partem nuncius ad te ferit. Quid uero duæ epistolæ Græcæ quas ad te ante biennium scripsi, quibus te asciscere, istincq; euellere conatus sum, in utram tandem partem *ὑποσημνίασιν ἰδὲ βραχῶν*, beneuolentiæ an contra? Quam ego operam ad te scribendi ipse mihi depoposceram, ne sis nescius, uerius quā imperata ultro ab rege defunctus sum. Quia in re *σὺ βολοιδάσιν, ὡς οἶμαι, ἡγνωμόνας διακεκμηθῶν*, qui ita suspiciose mecum egisti postea, ut tuam uoluntatem ac propositum per alios resciscerem non per epistolas tuas. Et qui in aliorum sinu arcana tua secure deponere, mecum ita agere instituit, quasi cum æmulatore. Atquis *τὸς ἀκκισμῶν ἐκείνων τὸς σὸν* hic proferre uoluissim, confessionem tibi expressissem diffuta amicitia, ut parcissime loquar. An id erat æmulatoris factum, te in prioris partes cooptare, aut minimum in æquas? A quo quis tandem præter amicum non metueret sibi? qui quidem alieni animi probitatem non ex suo ipse animo æstimaret. At tu ancipitis me fidei amicum nimirum existimasti, aut discingi temere & sæpius solitum, in cuius sinu condere ueritus sis, quæ tibi tum cordi erant. Sed enim *ἄλλο μὲν μοι εἶπες*. Verum responsum oportuit tacitæ expostulationi tuæ. Hic tamen uelim existimes me uerbis magnopere temperasse. Nam si rumoribus auscultandum censeerem, credo te non ignorare ultro citroq; rumores commeare solere, nec minus hic quā istic loquaces eos esse. *τὴ μὲν δὲ λατ' ἐμὲ ἕπας ἔχει ὡς καὶ τὸ πρῶτον; τὸ γὰρ Ἰσὶ τῶν ἐπιγνώμης διὰ θεσπ, καὶ μὲν δὲ καὶ ἐμοὶ τῶν τοῦ ἀντὶ τῶν ἐξομοῦ ἰδὲ κῶδ, ὅπως ἀν τῶν χυρῶν δεομῶν ἦν ἐπ' ἐμοί, ἐφ' ὃ γὰρ ἀν καὶ τῶν ἀντὶ τῶν ὁμοίως ἀντὶ σὲ τῶν μοι ἀντὶ τῶν ἐξο.* Id quod eo pertinet quod *πρὸς ἡλιείωνος ὑποβίσιος* scripsisti. De Ciceronianorum choro ita planē tecum sentio, ut subscribere paratus sim si res ita tulerit. Quam hominum consensionem in inuidiam coniecit, offensamq; iam apud omnes reddidit illius Coryphæi insolentia, quem tu mihi notū esse dixisti: qui Philalazonis cognomento in Italia & ubiq; auctus est ut audio, præsertim recenti illo cantico, & parnasio, quod sibi ipsi uni, quasi philocalia filio, alternis uocibus cecinit personis sub heroicis. Is Gallos Germanosq; scriptores pro potestate numeris expunxit decora merentium, addito elogio. Ciceroni autem usq; eo ad unguem similis esse meditatus est, ut eloquentiæ latinæ parentem etiam superauerit ac longe reliquerit, dumtaxat

dumtaxat in ea parte quæ ad commendationem sui pertinet. Menim Tullius laudes suas decantauit, eamq; ob causam sæpe stomachū & curiæ & subfellijs, & amicissimis suis mouit, tamen si ueras laudes meritasq; prædicabat. Hic longe impudentius suas & immeritisimas deprecatur. Id quod sanè mirū est, impune eum tulisse ab eorum amicis uirorum principum, quorum hominem non puduit nomina ad rem tam absurdam, tam putidam ædendam utenda sibi sumere. Longolū olim nostrum luctuosius desiderassem, nisi ipse nosster esse animi destinatione desisset. Vale Parisijs postridie liberaliū nostrorū, aut natalis immortalitatis nostræ. Quo die deum fruge colimus, dominūq; in fruge agnoscimus, si frugi bonæ sumus. Epistolam autem tuam decimo Calendas Aprilis scriptā Soterijs accepimus. Quo die solenne est funere seruatore nostrum efferre, grata piaq; cōmemoratione ab eo nobis salutis comparatæ. Accepi autem ad multam noctem, e castello suburbano rediēs ubi tum erat aula. Vale rursus, & caue existimes in hac epistola me quippiam animo exulcerato scripsisse: Ne uiam si tantulum suberat simultatis. *ἀλλὰ ἦ ἰλοσθηστικῶν τῶν τυγγλίνων ὄντων*, ut si quisquam est alter *ἦ μὴ βραχῶν ἢ οὐ δ' ἐόντων*.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GVILHELMO
BYDÆO S. D.

*Q*UOD polliceris de Græci sermonis obseruationibus, quanquam de spei dā midio decidimus, tamen hoc ipsum cupide expectabimus. Illud te latere non iul, huc allatos commentarios eodem argumento: mihi nondum uidere contigit: Bentinus habet & asseuerat esse non uulgariter eruditos, nomen autoris suppressit, negat tamen esse Budæum. Vide ne quis tua scriinia compilauerit. Nam ea suspicio mihi protinus incidit in animum. Orta est noua quæstio, cui locū dedit libellus Leonardi Portij opinor cuiusdā Vincentini de ponderibus ac mensuris, adeo consentiens cum asse tuo, ut nemo dubitet quin alteruter alterū compilauerit. Quod te scribis offensum, ob Gallos parum honorifice tractos, nihil unquam magis accidit præter omnem expectationē meam. Ego serē erga nationes omnes alba, quod atunt, sum amulsus: Attamen si qua est in quam sim animo propensiore, Gallia est. Atq; hoc nomine nō semel male audi, tum apud nostros, tum apud Anglos, tum præsertim quū uobis male conueniret cum Iulio, patrocinantibus summo pastori Britannis. Lege Panegyricō, quo Philippo principi ex Hispanijs reduci gratulor. Et tamen hic affectus naturæ uidetur non iudicij. Nulla siquidem natio mihi fuit æque sterilis atq; Gallia, si liberalem amicorum beneuolentiam submoueas ab hac ratione. Quod præfatus in epistolam ad Galatas, attingo Gallos, non affectatū esse docet illud, quod rem paucioribus uerbis ac mollioribus propono q̄ fecit Hieronymus. Et hoc retulisse faciebat ad indicandum quid illa epistola haberet peculiare. Deinde quod nostri *ἀνοήτως* uerterunt, in sensati, ego mitiore uerbo reddidi. Nec prorsus expectabā, ut ea res ullum offenderet Gallum, nedum te, quem à teneris uulgiculis cum philosophia uersatū, oportebat ab istis uulgaribus affectibus esse liberum. Et etiam si quid esset dictum durius in Gallos horum temporum, quæ natio est nō aliquo notata prouerbio: Pindarus & Plutarchus prouerbio de sue Bœotica, uidentur etiam delectati, quum uterq; Bœotus esset. Nunc annos, opinor sermē esse mille sexcentos, quum Galli migrantes in Asiam fecere Gallogræciā: Et incertum ē qua Galliarum parte uenerint. In illorum temporum Gallos si quid dictum est, an uidebitur hoc ad uniuersam Galliam quæ tam late patet pertinere? An non & hodie Normani, Cenomani, Britones & Picardi uulgo male audiunt apud uos? An putas eos qui nūc Romam incolunt, esse priscorum illorum Romanorū posteritatem? Magis arbitror Gotos esse ac Vandalos. Tanta proluues incursionum confudit omnia. Et quisquam hoc ad hulus seculi Gallos pertinere credit, quod olim dictum est in Gallos? Hæc si tibi non satisfaciunt, saltem illud uel in iurato mihi credas uelim, nihil minus in animo fuisse, q̄ ut Gallicam nationē attingerem. Cætera tu ut uoles interpretaberis. Cæterū hic te serio stomachari maiorem in modū admiratus sum. Ut alibi sim Iron ac Momus, hic saltē non fui. Quod cōmemoras tua in me officia, præsertim ea quibus conabar is nos hinc euellere, ego te quæ plurima fando

Nn 4 Enumerare

Enumerare uases nunquam Budæ negabo
Promeritum, nec me meminisse pigebit amici:

Cæterum mihi nunquam fuit in animo cōmigrare in Galliam. Si fuisset, accepissem conditiones quas præfenti præfens obtulit non semel Stephanus Poncherius, mihi commodiores quam si rex dedisset thesaurarij munus, quam prouinciã an tibi depoposceris nescio. Certe de regis animo fueram edocuis, priusquam uerbum ad me scriberes. Quem *ἄκκισμὸν* mihi narras nescio. Si quis fuit, nulli fuit detrimento. Nec obscure tamen indica ut animum meum, sed mihi non credebatur. Et uertere solum, non erat in rem meam, sollicitari per tantum regem erat honorificū. Postremo nolim Budæ opera in eiusmodi negotijs humilioribus abuti, quãtumuis ista uulgo splendida uidentur. Non sum tam leuis, ut ob quorumlibet sermones animum mutem erga tales amicos, noui quanta sit aliorum futilitas, aliorum inuidentiã, qui nullos bene concordēs ferre possunt. Vnus est, quem si nominem, ipse fateberis esse candidum ac syncerum. Is audiuit te in conuiuio aulico multis audientibus dedisse significationem nõnullam stomachi in me tui. Desiderabas in me constantem in amicitijs tuendis animum. Verum ea uox nõ erat inimici, sed amici expositantis. Quanquam hoc laudis, si qua laus est, mihi uideor iure uindicaturus, quod uix alius, amicitia semel inita, tenacius adharet, quæ res mihi sæpenumero luculentæ fraudi fuit. Aenigma de philalazonia non satis intelligo, nisi quod suspicor aliquem libellum ab Italia uenisse præconem militis gloriosi. Ad nos nihil istiusmodi perlatum est. Allatus est tamen libellus Nazarij cuiusdam Neapolitani, mire ornatus testimonio duorum pontificũ, sed multo magis Aegidij Card. Viterbiens. Illic agnouit phrasim philalazonos. Georgius Sauromanus iuuenis egregia indole, parabat excudere nescio quid scripti. Albertus Carpeñ, nam is eius sodalitaris princeps, expunxit quicquid erat additũ in laudem Erasmi. Non hoc imputo Alberto, sed illi qui nec deum nec hominem quenquam laudari patitur præter seipsum. Nã hunc Albertus ut audio, facit plurimi. De Longolio miror si potuit ab amicitia tua discedere. Sed ille satis magnam laudem tulit, perijt Ciceronianus. Et tamen illius Ciceroniani lucubrationes paucissimi legunt, nostras nã uas Batuas nemo non legit. Quod scripsi *πὸ τοῦ Ἰωάννου Βλαβίου*, communium studiorum causa potissimũ scripsi, quod ut pergratum erit si feceris, ita si quid obstiterit quo minus fiat, me amico prætermites. Hæc ægre in summo dentium cruciatu. Bene uale decimo Calendas Iulias, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS GERMANO
BRIXIO S. D.

I N CHRYSOSTOMO uertendo uidere mihi mirificum artificem præstitisse, illiusq; copiam tua copia superasse. Proinde si parũ fauerem tuæ gloriae mi Brixii, cui ut debeo, faueo plurimum, certe fauorem hunc præstarem uel auctori Chrysostomo, uel operi tam salutifero. Exemplar mihi bis redditum est cum epistola tua. Verum in diarijs typographorum primam occupat paginam quæstus. Et id quod uertisti, iam ante fuerat uersum utcunque, quod te non opinor fugere. Ad hæc totus Chrysostomus hic nuper excusus est magna pompa. Et ut ingenue dicam, mihi non est uisa satis idonea tui nominis celebrãdi occasio: quanquã habes in te uir eruditissime, quo non modo tibi celebrata tem augeas, iam enim peperisti, uerum etiam alios ex obscuris reddas illustres. Certe efficiam ut intelligas me occasione non defuisse. Id fiet si uideatur, absolutis Annotationibus, quo in pistrino nunc uersor *ἄβυσσῳ*. Veram aspirante Christo, lucubrationes aliquot Chrysostomi nondum æditas aut uersas à quoquam. His adiungam quod misisti non sine testificatione laudũ tuarum, post dabitur oportunitas ut rotus Chrysostomus à Frobenio excudatur cum maiestate. Hic curari poterit ne tuus labor unquam intercadat. Quod prius dixi, fiet ante pascha, si uita dabitur. In altero tu potes auxilio esse tum mihi, tum Frobenio. Multa sunt parũ feliciter ab alijs trãslata. Multa nondũ prodierunt. Ego nactus sum cõmentarios in Acta, quæ planè notha sunt. Item in epistolã ad Romanos *ῥησις*. Rursum in epistolam ad Hebræos, nothos & uersos. Item in epistolã ad Philppenses Homilias duas, sed nothas ni fallor, quas iam ædidi latinas factas. Præterea cõtra Iudæos, & duodecim ferme homilias intactas. Postremo in epistolam ad Corinthios posteriorẽ. Si quid præterea nancisci poteris nõdum uersum

uersum, uertes, aut si quid uersum, confer & adiectis scholijs annota lapsus uel interpretis uel libratorum, ita uendibilis fiet opus. Habes consilij mei rationem, si quid habes melius sequar. Proinde fac ut animum tuum sciam quã primũ. Non desino prouehere rem literariam, quanquam uideo seculum hoc ad Scythicã quandam barbariem tendere, usq; adeo nulla in parte quicquam *ὑψις*. Clarissimo uero Ioanni Lascari magnopere gratulor, primum incolumitatem, deinde conuictum tuum, etiam si hunc tibi magis etiam gratuler. Si nihil scripseris, tamen faciam quod dixi, fauentẽ domino. Querelam illam de typographis, tametsi iustam, sed ueterem, tibiq; cum multis cõmunem, satius existimo distululare. Utinam liceret aliquando corã miscere fabulas mi Brixii. Vale cum gratissimo tibi sodali tuo. Demiror si ille amicus noster adhuc disputat e cauea. Bene uale. Basilicæ Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARGARITÆ REGINÆ NAVARRÆ S.

N ON semel adhortati sunt me literis suis tuarum uirtutum admiratores, ut ista hac malorum procella, consolandi gratia non nihil scriberem celsitudini tue. Itaque quum hic qui has perfert uir doctus & nobilis præter omnem spem esset oblatus qui recta peteret Hispanias, sed mox hinc auolaturus, apud me dubitauit, utrum satius esset silere prorsus, aut breuem & inconditam epistolam mittere. Vicit hunc pudorem ac trepidationẽ singularis quidam meus in te affectus. Iam pridem enim & admiratus sum & amauit, tot præclara dei dona in te, prudentiam uel philosopho dignam, castimoniam, temperantiam, pietatem, infractum animi robur, & mirum quendam rerum omnium fluxarum contemptum. Quis enim hæc non suspiciat in tanti regis sorore, quæ uix reperias in sacerdotibus ac monachis? Hæc nequaquam commemorarem, nisi certum scirem, te nihil horum tuis uiribus tribuere, sed laudem omnem transcribere domino honorũ omnium largitori. Proinde magis gratulandi studio, quã cõsolandi sumpsimus hanc operã. Ingentem esse calamitatẽ fateor, sed nihil est tam atrox in rebus humanis quod deiciat animum uere innitentẽ saxo illi immobili, quod est Christus Iesus. Si roges unde te norim, qui nunquam uiderim: ex depicta tuæ celsitudinis imagine compluribus es nota, quibus nunquam contigit uidere te: at mihi tuum animum uiri probi & eruditi multo expressius suis literis depinxerunt, quã ullus pictor colorum furcis, corporis effigiem possit exprimere. De fide uero mea nihil est quod dubites, ut laudo proboq; notam, ita non assentor potenti: Nihil enim ambio præter amorem mutuũ. Regem Christianissimũ iam pridem redamabam uerius q̃ amabam, quem ille ultro tot modis ad amandum prouocauit. Talem heroinam, talem uiraginem non possum non amare in domino. Cæsari non modo studium, uerum etiam pietatem debeo, nec id uno nomine, primum quod sub illius ditione natus, deinde quod illi iam annis aliquot sum iuratus consiliarius, uerum utinam istam uictoriã potius è Turcis retulisset. Quanta fuisset orbis felicitas, si duo primarij orbis monarchæ, cõcordibus animis iunxissent arma sua in perditiones ditiois Christianæ. Ardentissimis uotis id optabamus, sed obstiterunt opinor hominum peccata, quo minus deus nos eo fauore dignaretur. Hactenus non potui toto pectore Cæsari meo gratulari uictoriã quantumuis magnificam, sed bona spes est breui futurum, ut hunc fatalem tumultũ undecunq; accidit, non minus uobis uestræq; Galliæ gratulemur q̃ Cæsari. Talis artifex est ille, qui res hominũ arcanis quibusdam consilij moderatur, neq; raro mortalium mala iam rebus deploratis, subito uertit in lætissimos exitus. Hanc mihi spem præbet in primis exorabilis dei clementia, quem iam arbitror nobis factum esse propitiũ: deinde partim Cæsaris ingenium, cuius mansuetudo uel æquat uel superat ipsam fortunæ magnitudinẽ, partim Christianissimi regis mira dexteritas. Imò confido iam inter eos solidam & adamantinam cõcordiam initam esse. Confirmarunt hanc spem meam literæ celsitudinis tuæ, quas ~~ad illud tempus de uobis & de Hispaniã scripsisti, quibus me miseris, in Hispaniã adornans profectioẽ. Hæc enim mecum in Hispaniã scripsisti, quibus me miseris, in Hispaniã adornans profectioẽ.~~ Declarabant enim te non solum infractio animo ferre fatorum iniquitatẽ, uerum etiam uerbis quibusdã bene ominantibus recreabãt sollicitudinẽ nostrã. Ea spes si nos non fecerit, tum nõ modo Cæsari & uobis, sed uniuerso orbis Christiano

excudunt, utrum studio mel faciant, an odio, parum liquet, mihi certe mouent grauem in uisam. Ex hoc fonte nata est & Lutetiae non leuis tragœdia, quam ex alijs amicis partim, partim ex libro quem ad te mitto, cognosces. Id cur tantopere horreant, non difficile est coniectu. In concionibus, in conuiujs, in colloquijs, in nauibus, in uehiculis, in iutrinis & extrinjs, in sacris confesionibus deprædicare solent Erasmus esse hæreticum longe pestilentiore Lutherò, ac persuaserunt multis idiotis, adolescentibus, seniculis ac mulierculis. His præsidijs promittebant sibi certam uictoriam. Quod si Erasmus incipiat loqui populari lingua, detegatur istorū malitiosa uanitas, et tales habebuntur quales sunt: Hinc nimirum illæ lachrymæ. Porro quod fingunt me collulisse aut colludere cum Lutherò, contra suam ipsorum conscientiam impudentissime mentiuntur. Sciunt enim neminem inuisiorem Lutheranis quàm Erasmus. Quod si pernegarint, coarguet illos Seruū arbitrium Lutheri, quo nihil unquam scripsit hostilius: rursus duo libri Hyperaspistæ, quorum posteriorem nunc emimus. Certe in hac Germaniæ parte, nullus adhuc ausus est aduersus istos calamo *γράφειν*, quod utinam mihi uertat bene. Vbi uident utrinque fuissem sanguinem, & ademptā fœderis faciendi spem, ubi uident meo partim periculo rem Lutheranam inclinare, me confuratis phalangibus adoriuntur in ipso conflictu periclitantē. ~~Quare sciūt Lutherò nihil accedere posse gratius, nec ecclesiæ tranquillitati pestilentius.~~ Postremo sciunt hos tumultus displicere Romanis pontificibus, cardinalibus, archiepiscopis, tot principibus, tot eruditis, atque ipsi demum Cæsari. ~~Quod aiunt meos libros Lutetiae publico iudicio damnatos, aut legi prohibitos, impudens est mendacium, quum omnia mea prostent Lutetiae, & nuper Colloquia sint illis excusa à Colineo typographo, quum nulli libro sint magis infensi. Sed librum quem scripsit in me Bedda, rex edicto publico uenit distrahi: tamen rege deluso clam distractus est. Et ob eandem causam quum Bedda uenisset in aulam regiam nescio quid agens almæ facultatis nomine, iussus est illic manere donec responderet ad ea quæ scripsisset, ille multa causans, ac in omnia se uertens, ut postredie dimissus est, sed hac lege, ut quandocumque uocaretur, sisteret sese. Ex eo libro quidam eruditus ac probus regi charissimus decerpit duodecim propositiones, easque cum mea responsione Gallice uersas exhibuit, quæ quàm regi placuerint, declarabit exemplar epistolæ quam mitto.~~

Verum de his alias. Et si tum gratius esset animo meo, tum huic ætati ac ualitudini congruentius, & fortassis conducibilis studijs, ab istis gladiatorijs pugnis feriatum esse, tamen quando uideo hoc esse fatum meum, boni consulo, quod hi tumultus me uiuo exoriantur, qui potius in meum est ~~gratius~~ & famam meam & publica studia. ~~Itaque in periculis me non sine mente geryoneum animo iuuat ille. Si dicitur, tamen fauere primis, non tamen coniuuratori obr.~~ ~~Et hoc animo sum, ut in illis re, quod pagat Christiana pietate.~~ ~~dentia maxima me~~

neficiam

¶ Hactenus habui Romanos Pontifices & Cardinales aliquot satis fauentes. Sed ~~ἀπρηγός~~ habet suas excetras, qui nihil non audent, & plurimum ualent apud Pontificem. Præterea feruet illic paganismus quorundam, quibus nihil placet nisi Ciceronianum: ac non Ciceronianum appellari, multo probrosius esse ducunt quàm appellari hæreticum. Hos dictu mirū quàm infensos habeam, quod non exprimam Ciceronem, quem haud scio an quisquam istorum exprimat. Ego certe nec affecto, & si affectarem tractans rem Christianam, ridiculus essem. Iam non semel istos placui, nec graua bor iterum placare. Bonos ferè placatos habeo, tamen quorundam simplicitati imponitur, quidam metu uel silent uel cum cæteris uociferantur, ne uentiant in suspicionem. Malitiosi quidam nunquam placantur. Si hoc est bellum cum istis gerere, ea monere quæ pertinent ad ueram pietatē, ad mortem usque gesserò bellum. De memoria mei de quibus lucubrationibus uiderit Christus. *Intercidere multa meis immortalitate digniora.* Si mundi finis instat, ut propheta quidam affirmant, non est tanti pro tantillo spacio depugnare: si mentiuntur propheta, tamen arbitror instare tempus, quo minus est futurum licentiæ personatis quibusdam, quàm hactenus fuit. Mihi quidem aduersus omnes casus sufficit bona conscientia. Hæc non nihil habent austeritatis. Reliqua tua epistola tota melle saccaroque scater eruditissimi uir. Quanta cum animi uoluptate legi, linguas ac bonas literas tam feliciter in Hispania quondam fecundissima magnorum ingeniorum genitrice, efflorescere, quum apud Germanos *refruxerint*, adeo ut professores salario publico conductos nemo uelit audire? Quanto gaudio sum exosculatus, omni decorum genere cumulatis præfuls erga me studium ac beneuolentiam, atque adeo benignitatem tam effusam & obusam, in hominem nihil promeritum? Quoties gratulatus sum uestræ regioni tales religionis antistes, ralem studiorum successum, tam felicem eruditorum prouentum? Equidem non teneor uitæ cupiditate, tamen quum hæc animo contemplor, lubet interdum repubescere. Nihil addubito quin ista polliceatur ex animo, benigniora præstaturus quàm pollicetur, sed *immensum est iter, & ualetudo plus quàm uitrea*, nec uideo cui uobis usui esse possent hac ætate, atque adeo hac ualetudine. Crebris epistolis inuitor nunc huc nunc illuc, non aspernandis conditionibus, sed ut olim mihi fortuna defuit, ita ego nunc desum fortunæ. Ad hæc in acie stanti moriendum est, ad eam rem accōmodatissimus mihi est Frobenius, arma pugnantis suppeditas. Epistolam tui fratris adeo feliciter *ἐκλυθησεν* & ipse legi libenter, & eruditus qui mecum habitant legendam tradidit, missurus eam & Louanij ad collegij trilinguis professores, quo sic illis addam calcem. Nec dubito quin illos sit reditura alacriores, *Cauebo tamē ne excudatur eius iniussu qui scripsit.* Non uacabat nunc illi rescribere, nisi forte salutariunculam. Et Bernardo Touari uideo quantū debeam. Salissime iocatur Franciscus in Geryonem quendam in Hispania, tricolorum, unico animo; sed pessimo in Erasmus. Valeat ille portentosus Geryones. Istius Geryonis omne delector, quum uideo tres ornatissimos fratres eundem animum habere *ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶν ἐργον.* Touari multam ex me salutem dicit. Nam Franciscum si nihil aliud licebit per occupationes, certe salutabo. Habes carptim ad præcipuas epistolæ tuæ partes: Verum in tantis

Oo occupationibus

occupationibus malim sic scribere quam nihil omnino scribere. Bene uale. Basileę postri die Calendas, Septemb. Anno M. D. XXVII

ERASMVVS ROT. FRANCISCO VERGARÆ GRÆCARVM
literarum apud Complutum professori S. D.

Et tu charissime iuuenis, Virgiliani Daretis imaginem nobis refers, Entellum iam senio fessum ad certamen prouocatis, qui me literis & iucunde prolixis & feliciter græcissantis, ad respondendum, quo uerecundius inuitas, hoc acrius impellis, non alia re magis uolentus, quam quod uim admouere times: ut hoc minus mihi liberum sit tibi negare, quod pro tua singulari modestia pateris me tibi, quamuis auide cupienti, negare, uideletet amorem amore superas. Quanquam hæc similitudo plurimum habet dissimilitudinis. Neque enim Erasmus hoc unquam fuit in literis quod Entellus in cestibus: neque res hæc fustibus nodosis geritur, sed amoenis musarum flosculis, & leuibus calamis: neque qui uinctur arum uociferorem, sed amabilem haurit eruditionem, neque liuentia bibicibus, tumentiaue plagis mebra refert, sed animum accessione doctrinae ornatiorem. Hoc certe conuenit, quod senex à iuuenis florentissimo prouocor, licet quiduis potius quam sedens & octofus, sed plane desudans tumultuansque, licet in diuersissimo studiorum genere. Quanquam ut uideo me ad triplex uocari certamen, amoris, laudis, & eruditionis: ita perspicio mihi cum tergemini fratribus rem esse, hoc magis inuictis quod diltrahi nequeant. Nam hac arte tres Curtatios fratres unus uicit Horatius. Ioannes frater tuus in suis ad me literis, iocatur quidem lepidissime, sed nihil uetat iocando dicere uerum: rursus Hispanias habere suum Geryonem, sed auspiciatissimum, tricorporeum quidem, sed unanimum. Primum igitur quod ad eruditionis laudem attinet, adeo non uenturus sum tecum in certamen, ut etiam si detur ocium, reddatur iuuentus, nihil aliud quam gratulaturus sim, & tibi priuatim istam felicem indolem, omnia summa de se pollicentem, & publicitus Hispaniæ uestre, tanto successu præscam eruditionis gloriam sibi postliminio uindicanti. Quæ quum semper & regionis amoenitate fertilitateque, semper ingeniorum eminentium ubere prouentu, semper bellica laude floruerit, quid desiderari poterat ad summam felicitatem, nisi ut studiorum & religionis adiungeret ornamenta, quibus aspirante deo sic paucis annis effloruit, ut cæteris regionibus quamlibet hoc decorum genere præcellentibus uel inuidia queat esse uel exemplo. Quod autem in huius laudis portionem aliquam & me uocat tuus candor mi Vergara, non sum tam impudens, ut agnoscam quod tribuis. Nostratum ingenia fortasse non nihil, uel iuui, uel excitaui, quanquam hoc ipsum excitaui, nonnunquam iuuisse est: Vos istam felicitatem secundum Deum debetis laudatissimæ reginarum Elisabethæ, Francisco Card. quondam, Alfonso Fonseca, nunc Archiepiscopo Toletano, & si qui sunt horum similes, quorum autoritas tuctur, benignitas alit fouetque, bonas artes. Proinde in suppuratione debitæ gratiæ non patiar hic mihi ullum poni calculum, in gratulationis cõsortium perquam lubens uentiam, & quidem ex æquo, si pateris. Si quidem hic animus propemodum stoicus mihi semper adfuit, ut non multo propensior fuerim in unam regionem quam in aliam, sed uniuersum mundum mihi patrię loco duxerim: & sic affectus sum erga rectissimas literas, ut quoscunq; sensero his uel deditos, uel præditos, eos proximo cognationis habeam gradu. Cæterum ut peculiariter me recreet hæc Hispaniarum felicitas, duo præcipue faciunt: alterum quod communi principe gloriamur Carolo rerum domino, alterum quod tot iam argumentis compertum habeam, quam candide, quam amanter meis commodis faueant Hispanorum ingenia. Quo quidem nomine hoc magis illis debeo, quo minus agnosco me promeritum. De meis uideor mihi nonnihil certe meritus. Nam sunt quibus uidear eximie meritus. Sed de patria queri, ac ueluti parentem in ius trahere fortasse pium non sit, etiam si iure possis. Illud certe quod scribis dilucidius est, quam ut inficiari possim, Hispaniam, imò quamuis aliam nationem gratiorem experior quam meos, de quibus tamen queri non libet. Non est nouum exemplum, uetus est mihi Franciscæ uetus, ut qui laboribus Herculanis magnam aliquam Reip. conferunt utilitatem, cum excetra collucentur. Quicunq; tale quippiam animo concipit, immortalitatem speret oportet. Quanquam hæc hydra solet acrius in illos libilare, qui uel nouam, uel inlitam

litam aliquam commoditatem adferunt, uel ueterem instaurant, ac reuocant. Hanc igitur beluam nos uobis tradimus aliquanto mitiorem, etiam si quo magis in claresces benefactis, ut pulcherrime cœpisti, hoc infestius mihi crede, senties Lerneum monstrum. Cæterum ne nobis hæc gratulatio de uestris Hispanijs nulla sit agritudine uitata, curatum est pridem à Stunica, mox ab istis qui nouam orsi sunt isthic tragediam. Nullus enim adhuc extitit, uel Hollandus, uel Brabantus, uel Flandrus, uel Zelandus, qui nomen meum cruento stilo peteret, quod toties fecit amarulente Stunica, ne uerbo quidem unquam à me lacellitus, & ægre pontificum & Cardinalium autoritate coercitus, neque quisquam apud ullam nationem ausus est, quod audire quosdam istius regionis *ἰστορικὸν ἔργον* moliri. Atqui hoc ipsum arguit isthic esse fautores Erasmi, quales alibi nusquam. Quæ res enim istos tumultus excitat, nisi uehemens amicorum studium? Frequenter enim grauius me lædunt amici supra modum laudantes, quam inimici detrahentes. Priusquam Hispanice loqueretur Enchiridium, minus quidem celebris ac plausibilis erat apud Hispanos Erasmus, sed minus inuidiosus. Ac meo quidem commodo neglecto, facile tulero inuidiam, sed illud uereor, ne quorundam improbitas istam Hispaniæ uestre tranquillitatem serenitatemque aliqua turbationis nube suffuset. tantum de certamine eruditionis. Venio nunc ad certamen laudum, quas tuus candor hic certe immodicus, tam largiter in me profundit, ut si agnoscam, sim impudentissimus: si referam, quamuis inferiora meritis tribuero, tamen uerear ne mea prædicatio fide careat, si sic laudatus laudem, potiusque uidear par pari referre uoluisse, quam admirari uirtutes tuas. Ne tamen frustra me laudasse uidearis, non me mihi, sed te ipsum mihi Franciscæ laudibus istis non mediocriter commendasti. Declarant enim te uehementer amare res honestissimas, quas in me putas esse, & aut istidem dotibus esse præditum te, quas de me prædicas, aut earum ingenti teneri studio. Superest ut tibi primum gratias agam, quod sic amanter erras de me, deinde gratuler iuueni, iam nunc tot ornamentis decorato: denique currentem, ut aiunt, excitem, ut in isto pulcherrimo stadio gnauiter currens quotidie te ipsum superes. In tertio porro certamine, nimirum beneuolentiæ, non patiar me superari: quando hic uinci nulli non turpissimum est, eò quod nulli non est in manu uincere. Prorsus Erasmi nomine sum indignus, si tam amabilis *ἔρασμος* possim non *ἐν τῷ ἔργῳ*. Quid enim aliud tota illa tua spirat epistola, nisi mera beneuolentiæ, meros amores, meras gratias. Quid enim referam quantopere me delectarit facundus ille uestre Hispaniæ genitus. Quam pulchre depinxit istum prodigiosum Geryonem, è sophista, pseudotheologo & leguleio conflatum: Mihi quidem iam uel æras ab istis gladiatorijs concertationibus missionem impetrare debebat, uerum aliter uisum est superis. In arena moriendum Erasmo, ad quiduis nato potius quam ad conflictum. Iam olim haud incruentum bellum nobis est cum phalangibus eorum, qui in sue tyrannidis exitum arbitrantur efflorescere politiores literas. Nec enim simplex est exercitus. Alij prorsus nolebant quicquam politioris literaturæ reuiuiscere, ne quid ipsi nescire uiderentur. Rursus alij mitiores Rhomanam linguam utcunq; laturo uidebantur, Græcam & Hebraicam nullo pacto recipiendam arbitrabantur. Est & aliud hostium genus, quod nuper cœpit ex insidijs erumpere. Hos male habet, bonas literas sonare Christum, quasi nihil sit elegans, quod non sit ethnicum. Istorum auribus lepidius sonat, Iupiter optimus maximus, quam Iesus Christus redemptor mundi: & patres conscripti iucundius sonat, quam sancti Apostoli. Pontanum in cœlum tollant laudibus, Augustinum & Hieronymum fastidiunt. At ego malim unam odam Prudentij modulantis Iesum, quam nauem onustam uersibus Pontanicis, cuius alioqui nec eruditionem, nec facundiam contemno. Apud hos propè turpius est non esse Ciceronianum, quam non esse Christianum, quasi uero si Cicero nunc reuiuisceret, de rebus Christianis non aliter loqueretur, quam atate sua loquebatur, quum præcipua pars eloquentiæ sit, apposite dicere. Nemo negat Ciceronem dicendi uirtutibus excelluisse, quanquam non omne dicendi genus conuenit personis uel argumentis quibuslibet. Quid sibi uult ista Ciceroniani nominis tam odiosa iactatio? Dicam paucis, sed uelut in aurem. Hoc furo te gunt paganismum, qui charior est illis Christi gloria. Me non admodum poenitet è Ciceronianorum albo eradi, modo scribar in albo Christianorum. Si quis nobis uirtutes Ciceronianæ dictionis cum Christiana pietate cõiunxerit, hunc ego uel decem præferam Ciceronibus. Ego tantum absui semper ut Ciceronianæ phraseos figuram exprimerem, ut

etiam si possim assequi, malim aliquod dicendi genus, solidius, astrictius, nervosius, minus
 comptum magisque masculinum. Quanquam alioqui leuiter mihi curæ fuit uerborum orna-
 tus, etiam si mundiciem quum ulro præsto est, non asperner. Nunc adeo non uacat expo-
 lire quod scribo, ut crebro nec relegere liceat. Sint germani si liber Ciceroniani, quib. per-
 ocium licet trimestrem operam unis, nec his prolixis literis dare. Mihi nonnuquam uno
 die liber absoluendus est. Illis itaque probro dent isti, quod non exprimant Ciceronem, qui id
 sedulo quidem, sed parum feliciter affectant. Postremo si fas est fateri uerum, nec istorum,
 qui nihil mirantur præter Ciceronem, quisquam adhuc Ciceronem feliciter nobis refert.
 Nihil enim moror inanem orationis bracteam, & decem uerba hinc atque illinc ex Cice-
 ro ne emendicata: Torum Ciceronis pectus requiro. Hæc mihi Franciscæ non ed spectant,
 ut alius sit magis proponendus eloquentiæ candidatis quam Cicero, sed ueritos rideam si
 mios, quibus nihil pulchrum, nisi quod Ciceronem refert, quum nulla fuerit unquam exem-
 pla tam felix, in qua nihil desideres. Ut formæ pistor, ita dictionis rhetor absolutum forma-
 plum à multis petat oportet. Verum hæc fortasse rideri poterant, hos noui Euangelij tu-
 multus, quis absque summo dolore, suo cum animo reputare queat: Et in tantis rerum om-
 nium dissidijs, non solum non sumus ingeniosi ad excogitandas componendi hos mise-
 randos ac nefarios motus, rationes, quin potius ad se quisque nitentes contendimus funi-
 culum donec rumpatur, & repertis subinde nouis dissidiorum seminarijs, oleum quod
 alunt, camino suggerimus. Si saltem monarcharum animos iungeret Christiana concor-
 dia, utcunque spes esset, Ecclesiæ tempestatem posse sedari: Nunc quid nobis super sit non
 uideo, nisi diuinas aureis assiduis fatigare precibus, ut ipse uelut à πύργου exortus, his
 tragœdijs lætam addere κατὰ σφύρα dignetur. Si nosse cupis, quàm sim strenuus retia-
 rius, lege duos hyperaspistæ libros, Dices Eternium commissum cum Pacidiano, Episto-
 la finem imponam, si te paucis licet memorem admonero, non alia re melius Geryones
 istos superari posse, quàm perpetua docendi uigilantia, morum ciuilitate, & cōcordia. Sunt
 enim qui grauem inuidiam constarunt bonis literis linguæ petulantia, grauiorem *ἢ καὶ*
ὕψι τῶν λόγων ἐπιφανείᾳ, dum & maiore studio professiones alienas inuestigant, &
 suam exornant, *καὶ τὰ ἴδια πρᾶξι μὴ φιλολογίᾳ*. Emicante politioris literaturæ
 gloria, ulro euanescent istorum inanes fumi, & experti linguarum fructus, mitigabunt in-
 uidentia sibi, qui nunc obstrepunt, paulatim in studiorum societatem coalescent. Si
 scire cupis quid agamus, præter alia totus Augustinus in manibus est, in quo uix credas,
 quantum portentorum comperimus. Exhibe, ut opinor alia facie. Lubens missurus eram
 tibi dono Paraphrasen, sed hæc nisi per bibliopolas mitti non poterant, quorum in præsen-
 tia nulla data est copia. Quin & has literas uentis committo. Bernardino Touari multa
 tam ex me salutem uicissim dicto. Audio Sanctium oblitum ueteris contentionis, amico
 in nos animo esse. Quod si uerum est, et me diligenter commendabis: Si certum cogno-
 uero uerum esse quod ad me scripsit quidam, dabitur à me opera, ut & monumenta pri-
 scæ consuetudinis aboleantur. Imputabitur hoc Atæ, quæ ut scripsit Homerus, *πῶν*
ταῖς ἀγῶναι. De cætero nullum officium syncreti amicti in me desiderabis. Datum Basileæ ter-
 tio Idus Octobris, Anno M. D. XXVII

ERASMVVS ROT. CAROLO DVCI SABAVDIE S. D.

ICVTI uehementer discruciant animum meum illustrissime princeps hisu-
 riosi & bellorum & opinionum tumultus, à quibus uix ulla Christiane do-
 nis intacta est portio: ita magna cum animi uoluptate gratulor tuæ Sabau-
 diæ, quæ primum dei fauore, deinde tua singulari, tum pietate tum prudenti-
 tia, sic ab horum malorum contagio mansit hæcenus immunis, ut uicini quoque
 uestro fruantur bono. Cæterum hæc felicitatem uobis gratulari, uulgaris fortassis, at non
 prorsus ingratis officij fuisse opinor: Nunc his literis appello Celsitudinem tuam illu-
 strissimam, non ob id tantum ut illi gratuler, uerum etiam ut quod illi gratulor perpetuum
 esse possit. Non morabor autem te longa præfatione, rem paucis expediam. Ex crebris
 amicorum literis cognoui istuc esse quendam ordinis Franciscani, multis egregijs doti-
 bus præditum ad prædicandum Dei uerbum, quo sanè nomine & ueneror hominem, &
 illi gratulor: sed eundem non tantum in conuiuijs & colloquijs, quod fortassis erat negli-
 gendum, uerum & in sacris concionibus petulanter debacchari in nomen meum, nec
 ullum

ullum huius rei uel modum facere, uel finem. Primum ista facit præter exemplum sanctissimi
 mi uiri Francisci, qui non maledicendo, sed bene uiuendo laudem assequutus est, & apud
 Deum & apud homines. Deinde præter meritum meum, qui constantissime perstiterim in
 parte Ecclesiæ catholicæ, magno etiam capitis periculo conferens manus cum Luthero,
 quod istis ignotum esse non potest, quum extet Diatriba nostra, & huic respondens Luthe-
 ri Seruum arbitrium: rursus huic respondentes duo libri mei, Hyperaspistæ. Insuper, præ-
 ter sententiam pontificum ac Cæsaris, qui non semel suis edictis ac literis istiusmodi cla-
 moribus imponere silentium /

~~_____~~

si leue crimen apud
 eos uidetur, quod committentem in eadem acie cum hoste fortiter pugnantem linguis con-
 fodiunt: saltem illud pendere debebant, quàm inutile sit quod faciunt, & ad publicam
 Ecclesiæ tranquillitatem, & ad ordinis ipsorum commodum, cui mire sibi fauere uiden-
 tur, & fortasse plus fati, licet sedulo magis quàm prudenter. Homo sum, & dono dei ha-
 stenus nec ille clementis, nec odij, ab Ecclesiæ consortio depelli potui. Sed quid si uicta
 tam pertinacibus odij humana imbecillitas se desinat in partem deteriore, non cogi-
 tant quas procellas illis possim excitare? Quid magis optat addicere Luthero quàm extin-
 gum Erasmum? Quod si Lutherum isti putant capitalem hostem, sicut est, ordinum suo-
 rum, quor id agunt quo nihil illi possit accidere gratius? An non oppugnat Ecclesiã, qui
 propugnatorem Ecclesiæ, cui suppetias ferre par erat, in ipso conflictu, linguarum spiculis
 à tergo confodit? Porro quod diu conati sunt mundo persuadere, mihi clam cum Luthe-
 ro conuenire, ut semper fuit falsum, ita res ipsa nunc declarat esse falsissimum. Sed æque
 falsum est quod iactant, in libris meis esse quæ pietati aduersentur. Nullus adhuc exiit
 qui uel unam sententiam impiam ex libris meis proferre potuerit, quum id aliquot insu-
 mico studio conati sint. Et si quid excidisset istiusmodi, quod nec ab Hieronymo, nec ab
 Augustino uitari potuit, quum animus uacet impietate, monendus eram, non apud po-
 pulum traducendus. Nullus autem istorum unquam uel dicto uel scripto monuit. Quod
 si, dum in lucubrationibus meis ago negocium syncretæ pietatis, per occasionem admoneo
 quædam, quæ ipsi interpretantur officere suo instituto commodis, uel ipsi indicent, uerum
 equius sit. Christi negocium cedere commodis & institutis humanis, an contra. Ista ratio-
 ne & sacerdotes, & episcopos & Cardinales, & pontifices, & principes, denique Christiani
 nos omnes oportebat mihi insensos esse, quum nullum sit hominum genus, quod non in-
 terdum admoneam. Qui sit autem ut cæteris placatis, plerisque etiam gratias & agentibus
 & referentibus, isti soli uociferentur? Nullus ordo unquam meis scriptis attentus est.
 Tantum indico prepostera uulgi iudicia, commonstrans, quibus in rebus sita sit germa-
 na pietas, nullius perstringens nomen, quum ipsi sic debacchentur in nomen meum. Dam-
 no nonnunquam eos qui fidunt humanis ceremonijs, neglectis ijs quæ iuxta Christi do-
 ctrinam uere faciunt ad pietatem.

~~_____~~

iam fingant quod non est, me petulantius aliquid
 in se uisum, qui conuenit ut ad uocem prædicationis abstantur, & uerbo dei et ad
 uocem dei & gregis unitam patientia. Sunt leges, sunt iudices, sunt membra, qui-
 bus liceat iniuriam, uel depellere, uel rependere. Iste locus longe ajs rebus consecratus
 est, quem non decet humanis, ne dicam improbis, affectibus contaminare. Quum meæ
 lucubrationes toto uolent orbe, quum omnium in manibus uersentur, quis pontifex,
 quis episcopus, aut quis omnino auctoritate præditus pronunciauit in me sententiã dam-
 nantem, quorum est Leo decimus, Hadrianus sextus, Cle-
 mens septimus. Id quum constet esse uerissimum, unde nam istis hæc auctoritas, ut pro suo
 arbitrato in quemcunq; libitum fuerit pronuncient apud imperitam multitudinẽ, quam
 & fallunt mendacio & inficiunt odij liuoris & obtrectationis contagio, pro salutarifero

doctrinae Evangelicae pabulo, simpliciter animis inferentes diffidorum & malevolentiae uenenum: Ex talibus initijs oriuntur interdum grauissima rerum incendia, quae quidem hoc dillicite restinguuntur, quo leuioribus exordijs paulatim obreperunt: quemadmodum medici praedicant febres insanabiles esse, quae sensim ex minutissimis causis inua luere. Primum enim res agitur clancularijs obreccationibus, deinde publicis clamoribus, mox hinc atque hinc gliscitibus studijs erumpit incendium. Talibus ac prope leuioribus ini tijs ortum est hoc Lutheranium incendium, quo nunc bonam orbis Christiani partem con flagrat. Quod si illis licebit quicquid libet, quae uoluerint, puniunt, malevolentiam, ut memor non admodum sollicitus & in confiteo me, sed pietatis etiam. sed publicae tranquillitatis, quam initio literarum tuae Cellitudinis, utque Sabaudiae gratulor, & perpetuo gratulari cupio. Quod si tua prudentia iudicat hoc ad se nihil attinere, non grauabor hoc beneficium in solidum illi debere. Sin perspicit, non minus ad Euange lij sinceritatem ac publicam tranquillitatem referre, quam ad meam priuatum exillimationem, per geminam pietatem tuam, & quam habes in Deum, & quam geris erga patriam, rogo, ut re ex his qui norunt exacte cognita, tuae Cellitudinis autoritas admoneat Eccle siasten, ut memor tuae professionis, ea qua decet sinceritate praediceat Euangelium Christi, nec illud improbis in proximum immerentem, imo benemerentem uociferationibus pro phanet uolet. Si quid habet aduersum me moneat, doceat, conuincat, deinde si uidebitur uociferetur apud populum. Neque uero haec mihi temere credita sunt. Quod iste facit istic, illius sodales fecerunt apud Hispanos, Polonos, Vngaros & Gallos, ut obscurum non sit rem de composito geri. Rectius & suae famae & pietati consulens, si me pro re Chri stiana, quantum dominus dedit laborantem adiuuent, potius quam incessant maledictus, & comilitonem suum, cominus consertisque manibus cum hoste communi dimicantem prote gant clypeis suis, potius quam telis confodiant. Optabam amoeniore quoque argumento descriptionis ad tuam Cellitudinem Illustrissimam initium auspicari: Verum hanc materiam nunc nobis praebuit Franciscanus, comodiorem aliquando dabit dominus, si quid exite rit, in quo liceat illi quouis modo gratificari, quod ego sane tam cupide facturus sum, ut nihil libentius. Eandem Illustrissimam Cellitudinem tuam cupio quam optime ualere, cui me totum dedo dedicoque. Datum Basileae, pridie Idus Octob. Anno M D XXVII

ERASMVVS ROT. IOANNI BIBLIOPEGO DANO S. D.

IDES Homerum esse uatem minime uanum. Si fluxus & martimoniu sunt tibi prospera, est quod uehementer gaudeam. Vix credas quantum tuo Dilto debeas, adeo sincero affectu, primum missis literis, mox praesens re, honoris tui rationem habuit. Quo magis debes illi beneuolentia fideque respondere. Agit apud nos, cum Musis agitans consuetudinem. Placuit propemodum omnes, appud quos tu desideras relinquere, haud dubie placaturus omnes, si tam praesto fuisset fa cibus. Proinde mi charissime in domino frater, & per ueterem in omni perpetua amicitia nostram, & per Christum oro, obsecro, obtestor, ut istud tedium penitus excutias ex animo, nec aurem praebes exitibus hominum fabu lis, quae nihil opitulatur tibi, sed inrisuri potius, ubi te in foueam pellexerint. Si toto pecto re contempseris huius mundi fallaces praestigias, totum te Christo dedideris, in sacris li bris, in meditatione uitae caelestis totus uerferis, crede mihi abunde multum solatio inuenies, & ista taediosa quae commemoras, non aliter quam fumus euanescent. Si monito rum audieris, nisi comperieris esse uanum, quod huiusmodi est postulato. Dominus repleat cor tuum omni consolatione spiritali, amice & frater in domino charissime. Datum Ba sileae Idibus Octobris, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. MONACHO CVIDAM S. D.

VNVS CVLA tua mihi fuisse gratissima. Ego uero non potest ualere potest senex ualitudinarius, & immodicis obrutus laboribus, quantis uix & iuue nis & ualidus sufficeret. De corporis tui bona ualitudine non tam gratulor, quam doleo de te animi ualitudine queri. Non enim in nobis situm est, quo modo

modo ualeamus corpore, ceterum ut recte ualeat animus, magna ex parte in nobis situm est. Vereor ne imponant tibi quorundam praestigia, qui faciunt hodie splendidis uerbis libertatem Evangelicam. Crede mihi si rem propius nosse, minus tederet te istius uita. Video genus hominum exoriri, a quo meus animus uehementer abhorret. Neminem uir deo fieri meliorem, deteriores omnes quotquot ego sane nonerim, ut uehementer doleam me quondam in libris meis praedicasse libertatem spiritus, quanquam id bono animo feci, nihil minus suspicans, quam huiusmodi populum exoriturum. Optabam sic aliquid deee dere egermonijs humanis, ut multum accresceret ueritati. Nunc sic excutiantur illae, ut pro libertate spiritus succedat elicitis carnis licentia. Cuiusmodi aliquot Germani im plectuntur erronibus, deserto ueritate monasteriorum, facientes inuulgatis, plerique in me licis ac nudis. Nec aliquid quam saltatur, editur, bibitur, ac subatur, nec docent, nec discunt, nulla uita sobrietas, nulla tyneritas. Vbi cunque sunt, ibi facient omnes bonae disciplinae cum pietate. Plura tibi super his scriberem, si tutum esset literis committere. Tot annos lau dabiliter in isto sodalitate uixi, iamque ut scribis aras tua uergit ad uesperam, fortasse me nouem aut octo annis minor. Agis in loco comodiissimo, caelo saluberrimo, multum solatio rum adfert eruditorum hominum confabulatio: Nec deest bonorum librorum copia, nec deest ingenium. Quid in hac uita potest esse suauius, quam in huiusmodi si pratis ociantem, iam ueluti pregultare uitae caelestis felicitatem, praesertim hac etate, hoc seculo, quo nihil potest fingi turbulentius, aut calamitosius. Noui quosdam, qui fumo libertatis decepti dele ruerunt suum sodalium. Mutato cultu duxerunt uxores, interim egeni, exules, suis quibus erant chari detestabiles: tum in eo statu rerum, ut etiam si qui sint, qui illis bene uelint, tunc non sit benefacere. Iam quomodo sit affecta illorum conscientia nouit Deus, & quomodo intus placeat noua sodalitas ipsi uiderint. Quana est haec libertas, ubi non licet dicere pre ces: non licet sacrificare, non licet ieiunare, non licet abstinere a carnibus? Cogita quid talibus possit esse miserum, etiam in hoc seculo. Si quis sit iuuenis, si diues, possit aliquot annis frui comodis huius mundi, si quid tamen est hic comodorum. Nunc aliena gratia haec fa cere, demerita uerius est quam stultitia. Sed onerant constitutiones, inuidiae & similia. Quic quid istius generis est, leuissimum est, si bonus adsit animus. In altera parte plus malorum perpetuandum fuerit. Itaque Deus det meliorem mentem istis, qui fabulis huiusmodi turbant animi tui tranquillitatem. Emoriar si uel tantillum roboris haberet hoc corpusculum, ut sal tem uiuere possit, ni malum istic tecum agere quam in palatio Caesaris esse primus Episco pus. Sed ignoras pariter & tuam felicitatem & huius seculi miseriam. Nec est quod tpece mus conciliu. Sero ueniet, obstante principum dissidio, & istis ueris, nisi uisum fuerit, ut per te ueritas hanc in omni perpetua amicitia nostram, & per Christum oro, obsecro, obtestor, ut istud tedium penitus excutias ex animo, nec aurem praebes exitibus hominum fabu lis, quae nihil opitulatur tibi, sed inrisuri potius, ubi te in foueam pellexerint. Si toto pecto re contempseris huius mundi fallaces praestigias, totum te Christo dedideris, in sacris li bris, in meditatione uitae caelestis totus uerferis, crede mihi abunde multum solatio inuenies, & ista taediosa quae commemoras, non aliter quam fumus euanescent. Si monito rum audieris, nisi comperieris esse uanum, quod huiusmodi est postulato. Dominus repleat cor tuum omni consolatione spiritali, amice & frater in domino charissime. Datum Ba sileae Idibus Octobris, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS ALFONSO MANRICO ARCHIEPISCOPO HISPALENSI S. D.

VERENDE praesul mitto responsonem typis quidem excusam, at non aedita, nisi quid aliud censuerit autoritas tua, cui per me licebit & isthic aede re si uidebitur. Videbam opus aliquot exemplaribus, quo certius iudicaret ad hoc delegati, nec mihi suppetebat tanta scribarum copia. Multorum igitur amanuensium uice, sum usus uno typographo. Non queo satis admirari quid istis hominibus uenerit in mentem, ut huiusmodi rationibus & meis studijs & Cel situdinis tuae negocijs uolesti sint, turbentque Christianam tranquillitatem. Non poterant alia uia magis seipsos traducere. Ante paucos dies scripsi copiosius. Opinor iam redditas literas, quandoquidem eas exemplari gemino misimus. Quin & illud demitor, Caesarem, Oo 4 quum

quum ipsius autoritate fretus meū caput omnibus periculis obiecerim, nunc permittere, ut pro officio, tantum non bestijs obijciat. Mihi per Cæsarem nō licuit timere factionem reuera formidandam, & nunc Cæsar eos metuit quibus ego meo periculo praestiti, ut minus metuant. Verum ego non desinam quod homine Christiano dignum est agere. Tua celsitudo facies, quod Christiana pietati maxime uidebitur conducere, cui precor omnē in Christo felicitatem, me totum illi dedicans, Verbis cōsequi nequeam quanto cum animi dolore uideam regum iras incrudescere, quorsum euasuras incertum. Agnosco diuinam iram per monarcharum aētus in nos saeuientē, nec respicimus. Haec res magis discruciat animum meum quam stolidi monachorum tumultus. Dominus omnia uertat in bonum exitum. Datum Basileae Idibus Octob. Anno M D. XXVII

ERASMVVS ROT. LODOVICO VIVEGI S. D.

ASCICVLVS literarum, inter quas erant unae Veruesij ad te, quem miser Cal. Iunij, mihi redditus est sub Cal. Octobr. Fortasse cōmiseras Francisco bibliopolo. Nam is solet res amicorū ad eum curare modū. Te mihi inter certissimos amicos numerari recte cōiectas. Verū quo rarius scribā tū uel les, non id tantum in causa est. Frequenter aberrant literae, interceptūtur, haerent alicubi, ut nihil referat scripseris, dum aut non redduntur, aut sero redduntur. Nec te semper idem orbis habet *ἄστυ ἀμειβόμενον*, nunc natans apud Britannos *ἡ νομὴ χέριον*, nunc nidulans *ἡ ἀστυ ἀμειβόμενον* apud Burgeneses. Porro scribēdis epistolis enecor, aut si quod est uerbum atrocius. Libellos tuos inter immēsos labores uix degustauis, adeo subinde excutuntur ē manibus. Aliās scribam certius iudiciū, quando quidē *πύρρον λιοντὶον* imponis Erasmo, penē dixerim asino. Augustinus excuditur cum dignitate summa. Negant tamē tū uolumē hoc tēpore excusum iri, quod omnes socij abundēt libris. Si quid correctū uelis, aut adiectum, poterit adijci. Verum hic mi Viues nolim te superfluis onerare uolumen. Alardus clamat in textu multa parū attēte recognita, sed hominē noui. Sunt in quib. ipse dormitasti, sed admodū pauca. De typho meministi. Ea potes refecare, nec addere nisi digna cognitu & ad rem pertinētia. Hoc & typographis erit gratius, & lectori iucundius, & tibi gloriosius. Sat maturaris si miseris ad nūdinas Argentineñ. Laurinorū cōsuetudinē tibi cūis amicissimo, propemodū inuideo. Nos in hoc pistrino cōsenescimus uel immorimur potius, tamē si subinde meditātes fugā. Bene uale. Basl. Id. Oct. M D. XXVII

ERASMVVS ROT. MAGISTRATVI ARGENTINENSI S. D.

AGNIFICI ac splendidissimi domini, & amo & ueneror pietatem uestrā, quod fauetis Euangelio, pro quo prouehendo ego iam tot annis tantū exhaurio laborum, tantumq; sustineo inuidiā, ab his qui magis student suis cōmodis quam gloriē Christi. Quanquā alius alia uia studer hoc efficere. Sed huic sanctissimo negotio sese admiscerent quidam, qui subuertunt hoc quod agunt alij. Est apud uos quidā Scottus typographus, qui praeter alia, nuper euulgauit libellum Hutteni in me tā inuisum, ut summo pere displicuerit etiā ipsi Luthero, & Melächthoni. Nec hoc satis fuit, nūsum clam excudit eundē libellū, cum inuectiua cuiusdā parū sobrijs sed talē ut & bonis literis & Euangelico negotio plurimū sit offeclurus. Ego quod me pertinet, manus nō uerterim, & scio hāerem uobis uisum iri minorē uestra cognitio, sed tamē istud etiā atq; etiā uidendū est, ne haec licentia dissimulata, tandē erūpat eō, ut perniciem adferat reip. uestrae. Certe euāgelico negotio nō parū obfuerit, si uideant homines, per occasionē Euangelij reip. disciplinā fieri deteriorē. Si cupitis cognoscere qualis sit libellus, accersite Hedionē aut Capitonē. Non inuideo Scotti suum quāstū. Et scio eum qui scripsit alieno instinctu scripserit. Quod si uestra prudentia iudicabit hoc dissimulandum, æquissimo animo feram. Attamen pro meo erga bonas literas & erga rem Euangelicā affectu sincerissimo, uisum est hoc admonere, quod fortasse non nihil etiā ad uestrae ciuitatis cōmodum attinet. Dominus Iesus remp. uestram bene fortunet, uosq; omnes seruet incolumes, generosiss. ac splendidiss. uiri, quorū amplitudini iam olim multis nominibus sum deuincissimus. Basileae Dominica passonis, Anno M D. XXVIII

ERASMVVS ROT. SENATVI ARGENTINENSI S. D.

M AGNIFICI proceres, ne uos diu teneam, Est istic Ioannes Scottus typographus

graphus qui pridem excudit libellū Vlrici Hutteni, in me scriptum, plenum manifestis mendacijs, addidit picturas odiosas. Nec hoc contentus, rursus clam eundem libellum, cum inuectiua cuiusdā, in quo quicquid scurra auderet in scurrā dicere, congerit in me. Me desertorē esse Euangelij, me corruptū pecunia bellum gerere aduersus Euangelium, me frusto panis conduci posse ad quiduis. Quid oportet recensere totus libellus, praeter insana conuicta, nihil habet. Ea res uehementer etiā displicuit ipsi Luthero & Melächthoni, qui intelligunt nullos homines magis officere negotio Euangelico, quam tales. Expostulantibus amicis quur talia faceret, uterq; respondit atrociter, ministrans etiā acerbiora. Tandem ut audio, monitus est etiā per aliquos ex magistratu, ne quid in posterū auderet simile. Ille contempro iure publico, quod detestatur libellos famosos, contempra uestrae ciuitatis saluberrima necessariaq; cōstitutione, denuo excudit eundē libellum. An ego bene meritus sum publice de studijs, omnes norunt, Pro Euangelio prouehendo plurimum laborū & inuidiā sustinui. Omnia recusauis quae mihi principes obtulerūt, ut scriberem aduersus Lutherū, in dō mea malui perdere, quam ad affectus quorundā scribere, contra meam conscientiā. Tantum isti fecerit nolui dare nomen, quū multis alijs de causis, tum ob hoc quod quaedam in libris Lutheri non intelligerem, quaedā omnino nō probarem, praesertim cum in ista coniuratione uiderem quosdam esse, quorū mores & molimina mihi uiderentur longissime abesse à spiritu Euangelico. Nullus unquam à me laesus est, uel quia fauerit Luthero, uel quia parū fauerit. Nec typographus nec libelli autor unquam uerbo à me laesus est. Non est uulgare crimen, accepta pecunia prodere, Euangelicū Christi. Si uestra æquitas non sinit furem impunitū, hoc multo sceleratius, tam perulāter impetere famā, uita quoq; chariorem. Si plebitur qui dat aliam alteri, quid cōmeretur qui sic debacchatur in famā hominis. Non postulo ut uestra celsitudo habeat rationē gratias meae, aut meritorum meorū erga publica studia, non fauoris quem semper gessi erga ciuitatem istam, cui scio me plurimis officijs obligatissimum, tantum hoc admoneo prudentiam uestram, ut prospiciatis, quō tandem euasura sit talium hominum licentia si quicquid libitum est impune licuerit. Si fauetis Euangelio, isti perdunt Euangelicū. Si fauetis tranquillitati publicae, isti nihil aliud sunt quam seminaria seditionum. Si uobis displicet legum publicarū contemptus, ut oprimo iure displicet, omnes omnium gētium leges inter atrocissima crimina ponunt libellos famosos. Res obscura non est. Autor facinoris uterq; agit Argentorati, & profitentur factum. Nec ullum facient finem insaniendi, si possint uestra lenitate semper abuti. Ego meam iniuriā possum ferre, sed huiusmodi libelli, conciliant uestrae ciuitati, cui ego ex animo bene uolo, non mediocrem inuidiā, apud bonos uiros ac principes, quorum pleriq; non sum inuisus. Bene ualete generosissimi ac splendidissimi uiri. Basileae pridie Bartholomaei, M D. XXVIII

FERDINANDO CAROLI CÆSARIS GERMANO BRASMVVS S. D.

ILLVSTRIS PRINCEPS, tā propensum sublimitatis erga me tuę fauorem, quem & ipsa re compertū, etiā si denuo literis amantissime scriptis non fuisset testificatus, tamen ut obliuiscerer non erat passura multorū hominū prædicatio, tū autē & auditorū uirorum epistole ex quibus quotidie disco, quā candidè tua sublimitas faueat studijs nostris. Nunq; me poenitebit mearum lucubrationum, postq; tantus princeps eas dignatur oculis atq; auribus suis, quā felicitatē utinam promereātur. Lutheranorū conuicta facile negligo, sed utrinq; lapidari durū est. Est Louanij præter ceteros Nicolaus Ecmōdanus Carmelita, homo quod nemo nescit stolidus ac furiosus, is in prælectionibus, in cōuuijs, in cōcionibus, non desinit deblaterare in me, quicquid illi collibuit. Ridetur à doctis, sed nō omnes e uulgo nouerūt hominis morbū. Adrianus Pōtifex diplomate misso, imposuerat illi silentiū. Eo mor tuo rursus insanit. Si quærīs odij causam, ille peius odit linguas ac bonas literas, quā decem Lutheros, & collegium trilingue, quod nunc floret Louanij, magno totius ditionis Cæsareæ tum cōmodo tum ornamento, mihi uelut auctori imputat. Hinc illae lachrymae. Cæsar procul abest. Si tua celsitudo tribus uerbis admoneat Illustrissimam D. Margaretam, ut suo nomine iubeat illum rabulā silere, faceret mihi rem magnopere gratā, nec mihi nos uilem publicae tranquillitati. Quanquā ille quum uisum est, nullius autoritate permouetur, rideret, nescit pudescere, monetur, cōtemnit; obiurgatur, sit ferocior. Tale ingenium solis

solis fustibus corrigi poterit. Quæ admodum in magnis tempestatibus difficillimū est moderari clauum ac uela, ita his undiq; turbulentissimis temporibus, arduū est tenere moderationē, quam tua sublimitas mihi tribuit: certe adnixus sum, ut in hoc negotio purā conscientiam præstem Iesu Christo: quem quotidie precibus meis sollicito, ut tibi dotes istas egregias semper in manus ac melius auget, simulq; donet serenitatē tuis uirtutib; dignā: ut sub duobus fratribus, quibus multis iam seculis nihil orbis habuit sublimius, efflorescant & Christiana religio, & recta studia, & publica tranquillitas, quæ mihi magno rerū discrimine nutare uidentur. Vetus adagiū est, malum consiliū pessimū est ei qui dedit, Verum in tantis rerū moribus, uix tutum arbitror, etiam bonum consiliū dare. Lutherianum negotium latissime propagatū est, & inde propagat se latius. Proinde metuo ne uulgaribus remedijs, hoc est, palinodijs, carceribus, & fasciculis nō simus admodū profecturi. Hac de re submonuerā inuicissimū Cæsarem, fratrem Illustrissimū Cæsarem, frater Illustriss. celsitudinis tuæ per Clapionem. Submonueram & Adrianum Pontificē. Submonui Clementē, & huius legatum Campesgū. Si quædā mutaretur, quæ nullo religionis dispendio, nulla publici status conuulsione mutari possunt, idq; fieret ex autoritate pontificum, Episcoporum & principum, mūdus opinor inciperet auscultare, & spes esset paulatim redituram concordia. Nunc utraq; pars mordicus tuetur sua. Et uereor ne in utraq; parte sint, qui suum commodum prius habeāt negotio Christi. Equidem nō sum is, qui in re longe periculosissima, summis monarchis consiliū dare possim. Certe quod possum, deū assidue deprecor, ut ecclesiæ mundiq; principibus impartiat spiritum suū, simulq; populorū corda conuertat ad ea quæ sunt uere pietatis, & Christianæ pacis. Quod ad nos attinet quædiu quicquam spiritus calebit in hoc corpusculo, nō desinam pro uiribus seruire publicis cōmodis, si non magno successu, certe magna cum animi sinceritate. Det deus qui solet & potest hominum mala uertere in bonum, ut ex hoc uolento amaroq; pharmaco, quod per Lutherum concussit orbem, uelut corpus undiquaq; corruptum, nascatur aliquid bonæ sanitatis in moribus Christianorum. Idem tuam illustriss. amplitudinem seruet incolu mem. Basileæ duodecimo Cal. Decembris, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. IOANNI CAESARIO S. D.

RAT suspitio, sed leuis, te nō nihil offensum literis quibus liberius iocans respondi ad quæstionē tuam, de publicano iustificato, ne quid tu putes acerbius ad me delatū. Quod amicū tā magnifico elogio decoraris, ut diceres, eum sibi contrariū esse, habeo sanē quam debeo gratiā. Blaterant idem & inimici, quod tu amicus de me prædicas. Sed interim nullus extitit, qui potuerit uel unum argumentum proferre, in quo fuerim mihi cōtrarius, quā tot extent meglucubrationes, quumq; hæ ab iniquissimis sycophantis excutiantur. Idē scribo quod olim scribebā, idem ago quatenus licet, ac diligentius ago q̄ uos putatis. Ego peperit ouē, Lutherus exclusit. Mirum uero dictū ~~mirum uero dictū~~ istorū, magnaq; & bona pulce dignum. Ego posui ouem gallinacē, Lutherus exclusit pullum longe dissimillimum. Nihil miror ab illis uentribus talia dicta proficisci, te demp̄r cū illis sentire. Atqui tu ipse possis esse optimus testis, me uolentiā Lutheri semper improbasse, metuētē ne res in cruentos tumultus exiret. Optares me prorsus siluisse. Quid ego audio? An ideo tacendum prorsus erat, de superstitione, de sophistica, de pseudoepiscopis, de malis monachis, ne quis hæc alio rapiat quā oportet? Quis diuinasset apud Germanos latere talia portēta, quæ nunc uidemus exoriri? Huc uidebatur, inquis, tendere tua scripta. Quorū ad factionem? ab hac semper abhorruī. Ad seditionē? Hanc nunq; non sum detestatus. Ego processit usq; ad litus. An ideo uideo mihi contrarius, si me nolo præcipitem dare in fluctus? Doles me male audire. At ego uicissim doleo, esse tam multos inter Christianos, qui de benemerente loquuntur male. Quiescere non licuit. Vtriq; parti placere non poteram. Ne Ioui quidem, ut aiunt, hoc datum est, ut placeat omnibus, siue pluat, siue sereno uultu arrideat. At tamen leuius malum esse duco, male audire apud istos, q̄ cum insanis quibusdam furere. Fortassis ipse rerum exitus efficit, ut melius audia. Certe cordatissimi quicq; in utrisq; castris, iam nunc approbant meam & moderationē & integritatem. Est aliquid mi Cæsari in tali tempestate non depellit à recto cursu. Id magis diceres si totam fabulam pernoctes, quæ

quæ hic agitur. Male audio apud sordidos quosdam, quos ipse etiam odit Lutherus, ut apud plautores incommodos. At melius audio apud Pontificē, Cæsarem, Ferdinandū, regem Angliæ, a' iocq; proceres, apud quos falsissimo delatus eram, ut Luthero fœderatus. Ego uero uel utriusq; lapidari malo cōuictis, q̄ in hac cōsuetudine magnificū ducem agere. Factioni nō adero, euangelio nō deero. Offendit illic quosdam mea ~~scripta~~. Atqui Melancthon scribit, eā Wittēbergæ equissimis animis excepit, nec ipsum Lutherū magnopere offensum. Istos deos quis placabit? Misericordiam meam tibi placuisse uehementer gaudeo. De libero arbitrio cum uacabis teres sententiā, nos reuenter excipiemus. De negotio typographorū, binas accepi literas: quod in prioribus uolebas, iam ultro egerā quod in posterioribus, omnino futurum est, nisi quid inciderit, quod uitari non potest. Quamquam ego me rebus istorū figulorū non magnopere admisceo. Annos plusquā duos hic ago, semotus à Frobenio, nisi quod beneuolētia sumus cōiunctissimi. Vtuo meo sumptu. Pro decē mensibus, quibus apud illum egi, solui centum & quinquaginta aureos. Literæ quas uolebas incidere in manus Frobenij, per illum mihi reddita sunt, & is qui Frobenio reddidit, ~~uero uero~~ narraat quā erant in literis, satis apparebat literas fuisse resignatas, Quod tamen à Frobenio non esse factū certo scio. Nihil illo sincerius. Stultum est nunc scribere, quod nolis prodi. Velum templi scissum est, effertur omnia, etiam quæ sacerdoti dixeris in sacramentalissima confessione. Cauet sibi quisq; Dominus uenit. Bene uale ut optime. Basileæ x vii. Calend. Ianuarias, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. IACOBO SADOLETO S. D.

QVIS esse possit tam modestus Reuerende Præsul, quē illæ literæ tuæ nō exhilararent, tam amāter, tam candide scriptæ? In his niuei peccoris tui, cuius ante hac umbram modo quandam è cōiecturis, eq; multorū prædicatione perceptam, totā effigiem nō aliter q̄ in speculo contemplari licuit. Quō sanē nomine, non minus debeo Bonifacio, quā tu modestia se illi debere profretur. Equidē optarim esse aliquid in me quod isti tuo in me fauori respōdeat, certe in amādo Bonifacio nō erras, cuius ingenio nihil habet Germania sincerius puriusq;. Euaderet ad summā autoritatē, nisi sic abhorreret ab aulis principū, & à reip. munij obeundis, qui tamen fortassis aliquando uolens nolens eō protrahetur. Quandoquidē Plato qui nō admittit ad tractāda ciuitatis gubernacula nisi philosophū, negat idoneū esse gerēdo magistratū, nisi q̄ nolēs ac detrectās

suscipit. Agnosco pontificis in me pietatem, & illius in me animo copiosius sum respōsus, simulatq; me hinc in tutum recepero, id quod nunc molior. Hi monarcharum consilius mire discredant animū meum, per quos nec pontifice, nec Cesare, nec rege Gallorū frustretur. Post tantas tempestates Christus ut spero dabit aliquam serenitatem. Ocium quod mihi gratularis, suppeditat hic animus contemptor honorum, ac paruo contentus. Non admittit animus tuus deficientis uocabulum. Qualis sit mei memoria futura apud posteros, inō an ulla omnino futura, equidem cōmitto superis, planē corpusculum hoc collabitur: quod tamen in aliquot adhuc annos poterat seruire animo, nisi tam subinde impeteretur à calculo, malo tam crudeli, ut mortem, qua nihil terribilius, faciat optabilem. Si durum est semel mori, quanto durius toties mori, & rursus in nouos ali cruciatus? Ad uersus hæc mihi solida minimeq; diluta philosophia opus est. In omnibus agenda sunt gratia domino, qui sic temperat hominum mala, ut & ferri queant, & tolerantibus uerantur in bonum. Pro Botzemo subleuato, par est ut & ipse tibi gratias agam. Videbar enim mihi quodammodo & ipse in eius causa periclitari, non ob id tantum quod amicus sit, uerum etiam quod illi Catalogum omnium lucubrationum mearum dicarim, haud quaquam facturum, si me leuis aliquis suspicionis odor tenuisset, illum ab ea facione stare, quam damnat Ecclesia. Ante biennium mensē totum usus sum illius hospitio, liherinnis fabulis hoc omne tempus inter nos transactum est. Interea frequenter nos uisit Basileæ. Est natura simplicis, omnis fuci ignarus, tum me nihil unquam celauit arcanorum, ne uerbum quidem ullum excidit illi, unde posset deprehendi, quod illi nunc quidam obijciunt. Vir est planē Musis & Gratijs natus, nec arbitror illum unquam de illo nouo dogmate cogitasse, nec unquam fuit de illo rumor huiusmodi, etiam si forte quidam non nihil suspicati sunt, sed hi parum æqui. Est illi uetus necessitudo cum nonnullis uiris ~~Germanicis, nisi quod additiores sunt doctrinæ Lutheri: cum his ita peristinam alit familiaritatem, ut tamen non admisceat se conspirationi.~~ Accepit nonnunquam Lutheranos, sed idem frequentius accepit acerrimos hostes Lutheri. Atque ut nunc habent res Germaniæ, uitari non potest, quin aliquando consuetudinem habeas cum huiusmodi. Ego simili comitate non paucos reuocauit à factione damnata, & iam passim redduntur literæ, quibus declarant se persuasos libello De libero arbitrio ab hoc Lutheri dogmate descivisse. Botzemus, ut tecum aperte fabuler, collegarum aliquot, nec collegij coryphæus habet satis æquum: qui iniquiores illi sunt ob causas, ob quas potius illis charior esse debebat, nisi sic natura comparatum esset, ut nonnunquā in bonis etiam ac magnis uiris ualeat affectus quā iudicium: & in collegijs ferè Germanicis gratiosiores sunt, qui nantur, qui conuiuantur, qui student congerendis pecunijs, quā qui se bonis literis dedicarunt. Possem tibi narrare, quorum opera subornata sit hæc fabula, sed prolixum sit, & nihil attinet quenquam attingere: postea quā pontificis æquitas tuæq; sedulitas calumniæ periculum depulit ab amico. Si mihi constaret quenquam esse peruersæ factionis, ne uerbo quidem illi suffragaper: hunc animum semper præstaturus sum, quemadmodum præstiti. Verum si quis contempletur statum horum temporum, præsertim apud Germanos, consultius iudicabit dare operam pellendis his qui per occasionem aliquantulum uacillarunt, quā alienandis qui sic afflati sunt aliquo contagio, ut facile sanari queant. Quin & illud cauendum censeo, ne ut est hominum malicia, sub prætextu religionis & asserendæ fidei uexentur innoxij: necne qui huic aut illi male uolunt, aut fortunis inhiant, publicæ causæ fauorabili titulo abutantur ad priuatas & impias cupiditates suas. Bonifacius nobis rursus ex Auenione redijt, doctoris titulo coruscus. Magistratus hic illi detulit publicam Iuris professionem, atq; ille suscepit. Is suis opinor literis aget tibi gratias. Priusquam obsignem epistolam, addam quod rideas. Solent familiares mei dicere Iacobi nomen mihi parum esse felix, quod tres Iacobi libellis æditis in me debacchati sint. Primum Iacobus Faber Stapulensis, qui cum tamen mihi nunquam dissuta est amicitia, quod errorem suum agnoscat, certe non redintegrauit pugnam. Huic successit Iacobus Latomus, Post hunc rursus exortus est Iacobus Stunica, homo natus ad huiusmodi sycophantias. At ego me felicior arbitror uno Iacobo Sadoleto, quā uiderer infelix etiam si decem Iacobi tales in me scriberent, Bene ualeat T. R. D. Datum Basileæ v. Cal. Martias Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. GEORGIO SAXONIAE DVCI S. D.

ILLVSTRIS SIME Princeps. Accepi celsitudinis tuæ literas postremas, pridie Valentini scriptas, quibus nihil accidere potuit iucundius. Currentem tu quiddē incitas, sed tamen iuuat incitari à talibus heroibus. Acceperū paulo ante & alteras prius missas, Ante dies aliquot scripsi paucis per Haubitzium. Græcæ linguae professorem expecto ad Pascha. Ipse nihil hac de re scripsit ad me. Sed alter quidam eruditus, & utriq; intime notus scribit illum non abhorreere à suscipienda prouincia. Græcæ literaturæ peritia longe superat uel tres Mosellanos, nec inferior, ut arbitror, Romanæ linguae facundia. Nihil possim certi polliceri prius quā huic uenerit. Ego quanquam hac ætate, cui iam debebatur missio, nequaquam defuturus sum officio meo, modo tua celsitudo reliquiq; principes hoc interm agant, ut hæc uictoria cedat non quorundam uix hominum insanis cupiditatibus, sed gloriæ Christi christianiq; gregis salutis, cui uel uitā hanc lubens impēdero. Bene ualeat Illustris. T. D. Basileæ postridie Annuntiationis, Anno M. D. XXV. Literas ad Pistoriū & Emserum inclusi tuis hoc consilio ut tutius illuc perueniant. Non enim habebam certum, sed Francofordiam missi alicui committendas.

ERASMVVS ROTEROD. HIERONYMO EMSERO S. D.

CRIPSI nuper prolixam, & ni fallor molestam epistolam, nunc nihil erat quod scriberem, nisi quod qui has perfert, Iacobus est Ceratinus, homo tam Græcicæ literaturæ callēs, ut possit uel in media Italia profiteri, nec se ipso inferior in literis Latinis. Ad hæc modestia penē immodica, moribusq; plane nūeis, & ab omni furo prorsus abhorrentibus, Hunc iussu principis euocauit, magis optans quā sperans fore, ut conditionem acciperet. Itaque postea quā haec uenit feliciter cessit quod egimus, tuæ quoq; partes erunt adniti, ne me poeniteat hac in re principis uoluntati gessisse morem. Perlegi libellum tuum, in quo quā mihi cætera placeant, tamen illud admiratus sum, quod illi tribuas suauiloquentiā, quā mea sententia nihil illius phrasi sit inamoenius. ~~Monui per literas non semel, tum Cæsarem, Ferdinandum, aliosq; principes, tum Pontificem & Legatum Campesium, rem feliciter cessuram, si subtraherentur huius mali seminata, uerum adhuc uideor mihi surdis canere. Imò propemodum ut Lutheranus traducitur, qui uelit Pontifices, Episcopos, sacerdotes, ac monachos meliores esse quā sunt. Vale Basileæ, Anno M. D. XXV.~~

ERASMVVS ROT. HENRICO STROMERO MEDICO S. D.

MASTI Mosellanū, & quemadmodum non sine causa amasti, ita non sine causa mortem hominis acerbe tulisti, Eum dolorem tamen si ratio, ni fallor, ac tempus iam dudum uel lenijt uel extinxit, tamen si quid superest reliquarū, en nouum remedium. Adest Iacobus Ceratinus, iussu principis per meas literas euocatus, ut in locū Mosellani succedat. Vix sperabam hominem amplexurum oblatam conditionē, nā Louaniū sollicitabatur ad capeſſendam Græcæ linguae professionem in collegio trilingui. Iam ut paria sint salaria, certe Louaniēſis Academia celeberrime uix ulli cedit, nisi forte Lutetianæ, in qua nunc mire regnāt sophistæ barbari, frigentiacentq; recta studia. Est aliquid in loco magnifice extructo habere sexcentos auditores, idq; continenter, & inter hos magnorū principum filios. Ceratini dotes e familiarissimis colloquijs, eq; scriptis penitus cognitæ & compertæ habeo, alioqui nō tanta fiducia cōmendarem illum tibi, uirō exactissimi iudicij, præsertim toties iam pudentius cōmendandi facilitate. Moribus est syncerissimis & ad amicitiam appositis, adeo ut nō minus uideatur natus gratijs quā musis. Certe tibi non dubito quin sit futurus charissimus, si modo non mentitur prouerbij *ἁμοῖον ἁμοῖω φίλον*. Quando fata non sinunt nos coniungi, per Ceratinū alterū Erasmi fiet, ut & tu me complectaris, & ego tibi fiam deuinctior. Confido principis benignitatem hoc curaturam, ut nec me poeniteat euocasse Ceratinum, nec ipsum, meis hortatibus fuisse obsequutū. Id quo fiat cumulatus, tuus candor tuæq; autoritas plurimū adferet momenti. Illud uelim considerare principem quā prolixo itinere

huc uenerit Ceratinus, non sine graui sumptu, atque hinc rursus istuc longa est profectio. Erat illi quidem iustum uitaticum, & tamen si latrones hunc exonerarint pecunie sarcina, aut si quis alius exortus fuerit casus, ut opus sit auxilio, quod dederis huic mutuo, à me petes aut à Frobenio, illico reddetur ubi uoles. Hoc summis uiribus agunt sophistæ, ut funditus perulant bonas literas, nobis contra machinis omnibus obnitendum est impijs conatibus, Hic certe uir ero. Ante paucos dies rursus enixus sum partum uiperinū. Nec hoc corpusculum audeo medicis hisce, ne quid aliud dicā. Elucticis, committere; nā meus Antonius, cui uni me tuto poteram cōmittere, hinc abiit in suam Hungariā. Sperare salutē, si quis adesset Stromeri similis. Bene uale. Basileæ sexto Idus Aprilis, Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. MARTINO HVNNO MEDICO S. D.

X literis humanissimi uiri Stromeri cognoui quāto studio nō sine graui sumptu pertuleris literas meas. Scio & memini quātum humanitati tuæ debeā. Misistēm munusculum aliquod per hunc Ceratinum uirum utriusq; literaturæ doctissimum, successurum in uicem Mosellani, sed prorsus erat incertū an istac iter esset facturus. Si uiderit uos, & si dignabitini illum cognoscere, reperiētis exacte doctum, moribus omnis luci nescijs, nec alio neuo deformatū, nisi quod immodice modestus est. Scriberem aliquando Eobano, sed annus est antequam perferatur literæ, si tamen perferuntur. Interim aperituntur ac resignantur omnia. Huc profecit fides Euangelica. Expectamus Eobani lucubrationes. Beatus Rhenanus hodie tandem redijt Slesfadio, uosq; iubet saluere plurimum. Vale mi Eunnē charissime, Basileæ quinto Idus April. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. GEORGIO DUCI SAXONIAE S. D.

ILLVSTRIS PRINCEPS, quod tua celsitudo mihi mandarāt de profectore, aliquanto felicis successit quā audebam optare. Venit huc meis literis euocatus Iacobus Ceratinus, de quo scripseram, Graecicæ literaturæ tam exacte callens, ut uix unum aut alterum habeat Italia, qui cum dubitem hunc committere, nec in latinitate sua diffidit. Ad hac philosophia non ignarus. Postremo ea quae atque ingenio, ut si deus illi uitam addiderit, certissima sperat eum honestissimis studijs omnibus summam utilitatem pariter & ornāmētum allaturum esse. Proinde quādo tua celsitudo singulari benignitate est usa in fouendo prouehendoq; Petro Mosellano, erga Ceratinum par est ut in tantum uincat seipsam, quanto hic Mosellano superior est, praesertim in his literis quas illic profitebitur. Magna doctrinæ fuit Mosellanus, spei maioris, & amabam unice hominis ingenium, nec falso dicunt odiosas esse comparationes, sed hoc ipsa causa me compellit dicere, longe alia res est. Deceueram in commendationibus esse cautior, semel turpissime deceptus ab eo quem nosti, sed in tradendo Ceratino nihil me mouet hic scrupulus, cuius mores candidos ex intima familiaritate perspectos habeo, cuius exactam eruditionem, cuius felicissimum ingenium, iudicium acre, nō solum ex familiaribus colloquijs, sed & scriptis plurimis compertissimum habeo. Quo magis gratulor celsitudini tuæ, cui contigit homo dignus, in quem genuinam illam suam humanitatē ac benignitatem bene collocet. Gratulor autem & Academiae Lypsiensis, cuius studia, quæ ob Mosellani mortem, tam ut audio mire refrixerunt, musis bene fortunantibus sic instaurabit Ceratinus noster, ut nihil addubitem, quin aliarum Academia rum uel inuidiam sint excitatura, uel quod malim, amulādī studium. Huius uel gloriæ uel utilitatis summa, tuæ illustrissimæ celsitudini feretur accepta. Verum enim uero, ne quid dissimulem, habet unum hoc uicium Ceratinus noster, immodice modestus est, sic uerecundus, ut penē putidulus sit; quam obrem & illi gratulor qui in eum inciderit principem, cuius prudentia domi certissimum habet iudicium, cuiusq; benignitas non expectat flagitatore, sed ultro beneuolentiā prouocat, si quem perspexerit fauore dignum. Haecenus de Ceratino. Ad proximas literas celsitudinis tuæ respondi tribus uerbis, inclusis ad Pistorium & ad Emserum literis quo tutius perferantur. Nunc hoc tantum addam, Sit post hac inter nos omnium querimoniarum ac suspicionum finis, quemadmodum ciuillissime scribit tua celsitudo, cui me totum trado dedicoq;. Bene uale. Datum Basileæ sexto Idus Aprilis, Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. IACOBO LANDAHO BAVARO S. D.

VANQVAM semper sum occupatiss. nunquam tamen quā nunc occupatior, nihilominus quum huic respub. Magistratus admonuisset, se peccatorem nuncium istuc emandaturum, praefationem tuam qua in Stunicam uelitaris & perlegi. Non agam interim Landauē gratias pro isto tuo in me animo, sed optarim posse referre. Exosculor autem supra quā dici potest, felix istud tuum ingenium, ac dicendi uenam ingenio parē. Quo magis indignor stupidis istis rabulis, quorum improbitas facit, ut ad huiusmodi rixas deuocentur ingenia rebus nata melioribus. Tum autem quamquam in hoc uicio longius profum, quā inuidig, tamen Stunicæ, ita me bene ament Musæ, stilum istum & operam inuideo. Me plus quā dragies poenituit, quod unquam scabiem istam attrectarim, & stat sententiā posthac quiduis perpeti potius, quā aduersus istum uerba facere. Literas tuas utraq; mihi redditas scito, nam quod ad posteriores non responderim, nihil aliud in causa fuit, quā ocij penuria, maior quā quisquam credat. Magnam temporis partem sibi poscit ualeitudo, subinde aduersa, Caeterum in libris adendis, tantum est negocij, ut uix duo sufficiant Hercules. Accedit ad hæc tantum ex omnibus plagis epistolarum, ut huic uni negotio par esse non possim si maxime coner. Erat mihi tuus error magnopere iucundus, qui mihi tam copiosam pariter & argutam epistolam peperit. Non enim te consulebam an Stunicæ respondendum esset, sed te ciuilliter submonui, ne quid aduersus illū scriberes, nihil aliud quā crabronem irritaretur. Siquidem hoc est quod ille Thraso sūt, ut multorum literis quocunq; modo celebretur: dignior est qui uerificatorum nanijs uelut asinus ab apibus exaggitetur. De libello tuo quid fieri uelis non significas. Nec ex eo quiui intelligere, an Apologias quibus semel atq; iterum Stunicæ, mox Caranzæ respondi, legeris. Suspicio enim per bibliopolam Claudium istuc aduectas. Non satis cōiectare potui, quid ordinis sequutus sis in tuo libello, certe frater tuus qui descripsit plurimum peccauit in orthographia: utcuq; de hoc libello statueris, illud tibi suaserim, ne si quādo uoles in lucem exire opus quod instituiti de contextu quatuor Euangeliorum, contamines illud Stunice nomine, aut aliud ullum opus quod uicturū existimes. Quis enim profectus? An ut ille pudeat, Saxo citius ruborem suffuderis. An ut respiscat? Deploratum est ingenium. An uero ut orbis norit portentū esse natum? Hic isti fructus erit optatissimus, si contingat. Quod autem hominem palam insanientem in me, tulit Roma, satis conieci, quanta sit istic quorundam integritas: nec me clam est, quorum instinctu hoc fecit, tamen si homo natura maledicus est, & huic fabulæ natus. Porro quod hūc senex ille Card. cui cognomē à cruce, gentilis amplectitur, suoq; contubernio dignatur, quid aliud quā quod dicitur, dignum patella operculum. *ωρα* το *εργασίας* meliora libet ominari. Certe quod ad me pertinet, scio illum quorundam in me odijs nondum fecisse satis. *De Roma adeunda non est quod causas suggeras, una est iustior quā uellem excusatio: aetas ingrauescēs, corporis imbecillitas, ad hæc renum calculus, capitale iamq; nimum familiare malum. De epistolis tuis quod mones haecenus à me curatum est, & in posterū curabitur. Athanasium, Reuchlino interprete, Latinum ad te mittam per hunc, si qui uero nancisci, simulq; *αποβόσση* tui Reuchlini. Ioannes Frobenius tuus est, & tibi cupit esse commendatus. Bene uale. Basileæ undecimo Calend. Ianuarij, Anno M. D. XXII.*

ERASMVVS ROT. IOANNI BOTZEMO S. D.

ODIE reddita est epistola 14. Nouēb. per academicos. Non erat opus ea diligentia, in reddendo tantillo munere, tanto praesuli, praesertim quum nihil esset illuc quod ad illum proprie pertineret. Alio argumento si dabitur occasio testabor meum erga illius celsitudinē studium. Nec hoc faciam fictē, sed ex animo, nec ab illo quicquam ambio, nisi mutuam beneuolentiā, & commune studiū erga rem Euangelicam, quæ ad omnes pertinet, cui nō dubito quin ille opti-

mus Praesul fauzat, quantum haec tempora patiuntur. Paraphrasim in Ioannem destinat Ferdinandus, quod in Mattheum Carolus Caesar etiam literis ad me scriptis testatus sit, si bi fuisset gratissimam. Quauqua id non ex illius modo literis, sed multorum aliorum cognouit, Gattinarij caecellarij summi, Glapionis Franciscani, qui nihil apud Caesarem non poterat dum uiuere, Episcopi Palatinj, qui & ipse diem obiit, Georgij Haloini, Antonij Sucequeti, quo nihil habet haec aetas candidius, Ioannis Carondileti Archiepiscopi Panormitani, ut ne commemorem alios priuatos amicos. Qui putant se idem ualuturos in negotio Christi, quod ad omnes nationes, ad omnia secula pertinet (quod ualent in computatione ne Thoma de Cantuar. in d. de erroribus haereticorum) longe falluntur. Res est efficax & inuisita ueritas, sed Euangelica prudentia dispensanda. Ego sic odi dissidium, sic amo concordiam, ut uerear, ne si inciderit articulus, citius deferturus sim aliquam ueritatis portionem, quam turbaturus concordiam, si quid tamen ego possim. Concionator iste certe uir bonus, magis profuerit rei Euangelicae cui sine dubio fauemos omnes, si columbinae simplicitati addat Euangelici serpentis prudentiam. Experiatu hoc, & damnet meum consilium, nisi compererit esse uerum. Quid agant dii selecti, quid dii minores, quanquam illa quoque uarijs locis ad me perscribantur, non est meum, hoc est inuicem plebeulq; iudicare. Ego in hac fabula meas sane partes synecriter peragam, de exitu uiderit ipse choragus Christus. Gaudeo te mearum literarum pharmaco subleuatum, sed demitor uos Constantienses, ex tamen leui rumore concipere morbum tam atrocem. Quo animo si ego essem, non Constantiae sed in Hollandia natus, ad quem quotidie tanta mendacia perferuntur, iam pridem mortuus essem. Hoc scito, duos illos Theologos qui priuatis odijs non in me, a quo nunquam uerbo laesi, sed in bonas literas quas semper defendi, debacchati fuerant, nunquam fuisse modestiores, quam nunc sunt. Hic Pontifex Adrianus erat extrema ancora, ea postquam fefellerit, despondent animum. Imputant hoc cuidam Theologo, qui me amat etiam ignotus ignotum, quem aiunt apud Pontificem posse omnia. Pontifici ueris rationibus agenti Christi negotium, adero modis omnibus, pro mea quidem quantulacumque portione. Nec dubito quin ut est senex doctus, praeterea rerum plurimarum usu peritus, sit responsum nostrae expectationi. Si quid fefellerit, ego certe non ero seditiosus. Nunc ad extremam concionatoris interrogatiunculam. An totum Euangelium sit deserendum. Primum hi maxime deserunt, qui male defendunt, deinde quam lente suam doctrinam Christus prodidit. Quid autem insanius quibusdam istis, qui nunc uideri uolunt Euangelicis. Admonui amicum tibi non incognitum de epistola episcopi Constantiensis uexata. Nunc exijt nugamentum longe dementissimum. Demitor quid isti cogitent, aut quid sibi uelint. Cronbergius his mecum est colloquutus, & ualde placuit hominis modesta prudentia. Huttenum non uidi, nec hoc tempore uidere cupio. Optime illi uolo, si bene uelit sibi. Mihi est aliud quod agere uelim. Scripsi tibi simul & Fabri. Beatus adhuc adest. Eppendorpius raro nos uisit, alioqui tui similis. Salutabis amicos omnes meis uerbis, in primis Medicum, cui nondum uisitati gratiam, quamquam Graeci dicunt, omnino *μεινημας*, Concionatori Domini canum, Hymelbergium. Medici & Concionatoris nomina scire cupio. Ex tuis gratijs precor, ut tibi gratia contingant omnia, quae dicis aut facis, semper sis uoluptatibus tuis summum tibi semperque contingat adiunctis gratijs inter musas catere. Habes ad plura quae sed epistola scripta mox a praedio, quae Baccho sumus afflati uerius quam musis. Natali Christi, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. HENRICO STROMERO MEDICO S. D.
 IREximie, Quoniam πολλὰς φιλίας ή ἀπροσηγορία διέλωσεν, hi se literis certe salutem dicere uolui meo Stromero, testatumque facere, tui memoriam apud me nondum intercidisse, nec unquam intermorituram. De P. Mosellano quid actum sit scire cupio. Scripserat enim ad me prolixè de suo ad nos aduentu, atque interim ne rumusculus quidem adfertur de homine. Scripserat item Illusterrimum Ducem Georgium destinasse mihi munus regale, nam hoc usus est uerbo. Ego sane ab eo Principe ut non promereor, ita non expecto munus, quanquam nec alias admolum auidus munerum captator. Sin est aliquid, nolim optimi principis benignitatem & ipsi perire & mihi. Bene uale. Basileae nonis Decemb. Anno M. D. XXII

ERASMVVS ROT. HENRICO ANGLIAE REGI S. D.
 ERENISSIME Rex, de tuae Maestatis in me studio Thomas Morus mihi scripsit rem quidem longe gratissimam, sed minime nouam. Quo magis intelligo mihi totis uiribus adnitendum, ut & meritis & uotis tuae Maestatis aliquando satisfactum. Sunt hic magni rerum motus, uel parturitiones potius, quid parturae nescio, nec simplex dissidium est. Oblique moluntur qui fauent Caesari, contra qui Gallo. Quin & Lutherani uidentur novos sumpsisse spiritus, contra, principes scauunt. Christus dei felicem exitum. Venit ad te Lucas medicus, aeternae salutis artifex, cum tua maestas comiter accipiet, nec mirerabitur in eis, qui ipsi cupiunt & optant omnia laeta felicitaque. Molior aliquid aduersus noua dogmata, sed non ausim edere, nisi relicta Germania, ne cadam, priusquam descendam in arenam. Bene ualeat tua Maestas. Basileae pridie nonas Septemb. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S.
 ERENDENDE Praesul, na iste tuus animus tam pius ac benignus dignus est aliquo, qui & ingenij dotibus & corporis uiribus possit respondere. Haec aetas, magis autem ualeudo, semper in peius uergens, reddit me ad omnem conuulsum inutilem. Clemens septimus humanissime Romam uocat, Caesar inuitat ut redeam in Brabantiam. Rex Galliae montes aureos pollicens inuitat ad se. At uereor ne rex calculus me breui transmittat in alterum mundum. Nec tamen recuso quod offert tua benignitas. Si uixerò usque ad Pascha, tentabimus an possim ferre laborem profektionis. Id si succedit, cupio uidere Italiam. Et obiter uidebimus tuum regnum. Seruet amplitudinem tuam dominus Iesus incolumem & Erasmo fauentem. Basileae XVII Calend. Februarij. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. FELICI EPISCOPO THEATINO S. D.
 ERENDENDE Praesul, humanitatem & indolem tuam iam pridem amaui, nunc gaudeo potius fauore fortunam tuis uirtutibus respondere, simulque gratulor Houio meo, cui contigerit in tali familia locus. Apud me non poterat crescere nisi fortassis in literis, & spero illum tuis obsequijs promeriturum, ut tuo fauore dignus uideatur. Certe ad hoc non desinam hominem adhortari. Qui sit hic rerum status, malo te ex hoc tabellario cognoscere, quem ob negociola quaedam istuc emandauit meo sumptu. Nam inter famulos nullum habeo fideliorum, cui te rogo faueas si quid erit opus. Intricatus est enim labyrintho cuidam, uir alioqui fortuna tranquillissima dignissimus. Dignaberis & Erasmi in tuorum clientum catalogum ascribere, certe fide studioque non facile cuique cessurum. Precor tibi omnia felicitia, quo uidelicet modis omnibus sis quod diceris. Datum Basileae tertio Idus Martias, Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROT. CONRADO HERESBACHIO S. D.
 N. ~~Quoniam nihil aliud quam molestia attuli, quo sane nomine mihi morbus etiam erat molestior, quamquam per se molestissimus. Utinam tam bene mihi conueniret cum hypocaustis ac uinis, quam conuenit cum caelo & ingenijs. Tandem praeter omnem spem, uinum nactus Burgundiacum, re ipsa comperi, quicquid hactenus mali fuit, ex huius regionis uillis esse natus~~
 QUoniam nihil aliud quam molestia attuli, quo sane nomine mihi morbus etiam erat molestior, quamquam per se molestissimus. Utinam tam bene mihi conueniret cum hypocaustis ac uinis, quam conuenit cum caelo & ingenijs. Tandem praeter omnem spem, uinum nactus Burgundiacum, re ipsa comperi, quicquid hactenus mali fuit, ex huius regionis uillis esse natus

esse natum. Proinde nisi Burgundia huc mittet uinum, certum est adire Burgundiam. Arnoldus Comes uere talis qualem tu depinxisti, semel dignatus est cenare nobiscum. Nec te rogabo ut Erasmiolum nobis sic instituas, ut & optimis parentibus & te præceptore dignus euadat, neque uiam præscribā qua id facere oporteat, ne uel de tua fide, uel de prudentia tua parum magnifice sentire uidear. Tantū illud dicam, te isto officio non minorē gratiam initurum apud me, quā apud ipsos parentes, quibus tamen ut par est, unice charus est puer, ac præter affectum quem in te gerit uterque, nosti quā neuter sit sordidus aut illiberalis. Non abhorret animus à uisendo Friburgo ante brumam, sed deterrent hypocaustra & uirna. Iam demigraui in alteras aedes, & nouus paterfamilias esse ceppi. Hiericus Glareanus, quod illi felix faustumque sit, habet uxorem ex animi sui sententia. Breui saltabitur & canetur hymenæus, habes quod homini gratuleris. Certe uir est, mea sententia, quo uix alium reperias sinceriorē, planeque dignus, cui non solū hoc coniugiū, sed omnia prorsus felicissima me cedant. Bene uale literarū optimarum optime professor. Salutabis meis uerbis omnes qui istic bene uolunt Erasmo. Basileæ Natali diui Lucae, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MATTHÆO CARDINALI SEDVNENSI S. D.

XIMIE domine, mihi prorsus uenire uideo, quod Herculi ferunt usu uenisse ueterū fabulæ. Etenim dum hic pugno cum Lutheranis, ueluti cum hydra multorum capitum, istinc adrepiat cæcer, qui pedem mordicus arripit. Rursum Stunica toties uictus emittit suos libellos, ac me uelim nolim Lutheraniū facit. Male mecum agitur, si ab utraque parte dilaceror. Cum hydra pugnare abunde magnum erat negotium. Scio & memini quod tua sublimitas & amanter suaserit & prudenter senserit, ut me Romam conferam: atque id quidem agebam. Sed interim minimum abfuit, quin in alterum mundum demigrarim. Et talis est morbus, ut me semper ad eum diem pararim. Adrepam tamen ubi cælū erit mitius, uel moriturus Romæ, præsertim si tuum patrocinium adierit aduersus istos, qui, mihi crede, magis obsequuntur suis priuatis affectibus, quam consulunt dignitati sedis apostolicæ. Quid enim potest fieri gratius huic factioni, quam si Stunica persuaadat orbi, etiam si falsissimum est, Erasmus per omnia sentire cum Lutheris? Ego nullum adhuc articulū uideo, in quo mihi cum illo conuenit. Et tamen quæ obijcit Stunica, decerpta sunt ex libris æditis ante auditum Lutheri nomen

Præsertim quum hæc scripta sint antequam quitquam iomniaret Luterum exoriturum, quum nihil alleuerem, quum semper meum sensum submisserim iudicio ecclesiæ, quum in posterioribus æditionibus multa uel deleuim, uel moderatus sim, quæ uidebantur posse præbere occasionem improbis, quibus præter occasionem nihil est opus. Doctrinam meam non cõtendam ut approbem omnibus, æquis ac bonis confido me approbaturum. Ex animo faueo gloriæ Christi. Et in utraque parte uideo quod mihi displiceat. In altera multum mundani spiritus, in altera multum seditiosi. In his tumultibus si quid uidissem melius consilio quod sequutus sum, haud dubie sequutus eram. Quingentos ducatos, quos tua benignitas mihi in singulos annos offert, iam mihi acceptos, interpreto, non minus obnoxius quam si recepissem

recepissem. Amplitudinem tuam cupio quàm felicissime ualere. Basileæ XIII Calenti Februarij, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

MICE incomparabilis, scripti per Morillonum nostrum amicum uere candidum, ex quo multa cognosces de statu tui Erasmi, quod planè perijt, si perire est ad mortem tendere. Scripsi nuper, sed paucis Romam, quod incertum esset, an illic esse futurus. Nam mihi semper fuit suspitio, pontificem Adrianum non aditurū Romam, uel ante autumnum, uel sine Cæsare. Nunc non equum est te nescire, quo fato perierit tuus hæctenus abs te defensus cliens. Excudebatur hic præter alia quædam Nouum testamentū tertio recognitum ac locupletatū, & quanquam semel atque iterū me crudeliter accepisset Germania, tamen quemadmodū asina dicitur per medios ignes succurrere foetibus suis, ita ego cupiebam etiam capitis mei periculo adesse operi meo, quod haud dubie male tractatū fuisset, nisi ipse aduulserit. Itaque quum daretur comitatus frequens militum, qui tum dimissi à Cæsare repetebant domum, ausus sum me itineri cõmittere. Nam rure Anderlacenſi sic conualueram, imò sic quodammodo reprobueram, ut nihil non auderem forticulum. Sic ante ruinam, iuxta sapientis dictum, solet at tolli cor. Hac in re tam illud maximum fuit infortunium, quod subita data occasione discesseram nondum colloquutus cum Ioanne Glapione, quem expertus sum mihi uere & ex animo amicum. Expertuerat ille colloquium meum, & ego uehementer cupiebam congregari cum eodem. Sed dum ille nostras aedes adierat, ego forte aberam Antuerpiæ, colligens messem pensionariā. Interim ille Cæsarem sequutus est Valentia profugum in bellū Tornacense. Itaque desperata colloquendi commoditate huc profectus sum, hoc me cõsolans, quod sperarem fore, ut absolutis his quæ erant in manibus, redderem me patriæ ante Cæsaris abitum, Et ecce statim Vuormactæ ad nidorem hypocaustrorū ceppi languere: id mali discussit equitatio, & Spiræ dies aliquot curauit corpusculum, apud eius Ecclesiæ Decanum. Rursum Basileæ ad odorem hypocaustrorū cepit me non pitiuita, sed mera pestis. Vicit & hoc mali natura. Olfeci tertio, & incidi in morbum capitalem, qui me complures menses habebat. Huic iunctus erat atque etiam successit calculus, qui adeo non deserit me, ut in menses inclemētius impetat. Nec est finis, nec interuallum, partus partum excipit, perpetua est superfoeratio. Nixus saepe cum magno uitæ periculo. Cruciatu talis est, ut hac de causa mortem non timeam, & saepe inuideam ijs qui peste aut quarceris laborant febribus. Ante dies quindecim penè in partu perijt, calculus erat ingens, stomachus planè collapsus, ne nunc quidem potest restitui. Totus Erasmus nihil est præter pellem & ossa. His rebus factum est, ut quum intelligerem mea maxime referre adesse in Brabantia ante Cæsaris abitum, tamen per ualetudinem non licuerit. Perueneram usque ad Slettadium, hoc est itinere bidui, sed febris oborta ex aestu, coegit me redire domum: quod ipsum ægre potui, quatruido refocillatus apud Beatum Rhenanum, literis tamen rem egi ut potui. Facile diuinabam Caracciolum & Aleandrum, quos mendacissimæ linguæ sycophantarum in me concitauerat, moliri aduersum me in aula Cæsaris, Et erat nescio quis in aula mihi insensissimus, quis sit nondum olfacere potui, suspicor Hispanum esse, & aiunt esse magnæ apud Cæsarem autoritatis. Sed Paraphrasis in Matthæum renouauit Cæsaris in me fauorem, commode rem adiuuantibus Glapione, episcopo Palantino, cæterisque fautoribus: Nam Cæsar quum apud Anglos pranderet cum Rege, orta forte mentione de Erasmo, honorifice colloquutus est de me. Et certis argumentis compertum habeo regem Angliæ mihi fauere ex animo. Porro Cardinalium ordo factis declarauit se mihi fauere, qui Stunica libellum, quem inscripsit uero titulo Blasphemias, ædico uenit excudi, clam excusum uenit distrahi. Cardinalis Sedunensis, iam iterum atque iterum offert annue quingentos ducatos de suo, præter honorificum uitaticum. Card. Moguntinus amantissimè scripsit ad me scribit. Nec omnino uideo mihi ullum periculum, nisi à quibusdam pueris. De Emondano facile diuinabam fore quod euenit, ut profecto Cæsare inciperet suam exercere tyrannidem. Statim orsus est in me uociferari, & Mechliniæ in publica concione monuit populum, ut cauerent ab hæresi Lutheri & Erasmi. In conuiuijs passim iactabat Erasmus esse hæreticum peiorem Luthero, ac dira minabatur si adessem. Est alter qui rectius lacerat.

os istis, qui principibus omnibus hoc persuadere conantur, mihi per omnia conuenire cum
Luthero. Hoc quidam conantur odio mei, quo me principibus reddant iniusum, quidam ut
meo periculo causam Lutheri reddant uincibiliorē. Hieronymum ad te mitto, nondū po-
terat compingi ob recens atramentū. Sacerdotium nihil moror, modo deus uelit te mihi
superstitē esse. Accepi bis decem libras, alteras quas ex Porkino reddidit Hispanus Dassa-
ni fallor; alteras attulit huc Franciscus Beremānus, nactus istic exhibito pola quodam, cum
nihil rerum mearum illi uelim cōmitti. Pro aucta pensione habeo gratiā. Male sit istis bel-
licis opibus decimā, qui ad tributa quatuordecim milia scilicet exactioibus. Equi
accepi non admodū pulchrum, sed bonum.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
nistrorum uel dolo, uel errore factū, ut alius equus ueniret pro eo quem tu mihi iusseras.
Nihil mandarā famulo de equo, nisi si quis forte daret ultro bellū & cōmodum. Et tamen
pro animo tuo summam habeo gratiā. Ego de uendendis equis cogitabā, quando iam
eques esse desij. Famulo meo succēdo, qui iniussu meo hoc ausus est, cuius incuria perue-
nit huc equus longe deterior. Quod aliquid boni promittis extra conspectum malorum,
quid sit, non satis intelligo. Si deus dederit uitā, fortasse proximo uere fruar alloquio celsi
tudinis tuæ. Vehementer gaudeo, epistolā Hieronymi absolutas: nam in his plu-
rima restitui. Cetera quod uolumina sequentur, si conuenerit inter typographos: nam res
est immensi sumptus, nec tuius hominis. Dominus Iesus te seruet incolumē optime Me-
cenas. Basileæ pridie nonas Septemb. Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS VIRGILIO POLY-
DORO S. D.

RVDITISSIME Polydore decreuerā tecum prolixis epistolis confabu-
lari, sed incōmode incidit, ut mihi præter Lysinum eodem tempore quatuor
batuli forent epistolis onerandi, istisq; prolixis, quorum unus petebat Rho-
mam, alter Galliam, tertius Francfordiam, quartus Saxoniam. Quare, ac-
cōmodo utendum est. Primum scis exemplar quod miseris non esse apud Fro-
benium, sed apud Franciscum. Egi cum Frobenio de editione operis, uel operum potius.
At, si masculis excudat, fore uolumen ingens, nec sexcentos aureos suffecuturos in sum-
ptus, & metuit aleam in uendendo. Nam Germania nūc insanit in ea quæ sapiunt Luth-
ranum quiddam. Alioqui est pulchre animatus ad gratificandum utriq; nostrum, & ipse
efficiam ut sit animatior. Est triplex excudendi ratio. Nonnunq; totum negocium Fro-
benius suscipit suo periculo. Hoc aliquoties facit in minoribus uoluminibus, in quibus mi-
nus periculosa est alea. Nonnunquam tota res agitur periculo alieno, ipse tantum pro ope-
ra sua paciscitur mercedem. Nonnunquam res sit communi periculo sociorum. Iam in pa-
citione operæ Franciscus mercedē offert oppido quā iniquam. Nunc agitur Francor-
diæ an res uel unius Francisci, uel sociorum communi periculo possit agi. Et quid actum
sit scribam, ubi Frobenius e mercatu redierit. Spero rem futuram ex animi tui senten-
tia. Mihi uideris consulte facturus, si primam illam præfationem totam retexas. Primum
faciet hoc ad operis commendationem ob nouitatem. Deinde faciet ad opinionē utriusq;
nostrum, quod insunt in illa priore quædam, quibus ego quidem nō offendor, sed tamen
suspicionem præbent eruditū alicuius inter nos æmulationis. Præterea mihi uidetur ma-
gis ingenium, totum opus pro uerbiorum unī dicere, nunc accessionem dicas alij. His de
rebus tua prudentia statuet quod uidebitur optimū, ego simpliciter indico meam senten-
tiam. De N. perfidia satis dici nō possit. Uideris cum illo exposulasse. Et audi quomodo
me sit ultus. Antuerpiæ sparsit rumorem, meam imaginem cum omnibus libris meis exu-
stam esse Romæ, & ideo me nunc scribere in papam. Et persuasit multis hæc prodigiosa
mendaciā. Imō Clemens septimus ultro misit ad me diploma ~~_____~~
floreus aureis ducentis. Et ego eodem tempore addidi libellum De libero arbitrio
Lutheranos: sic Romæ sum exustus, sic scribo contra Papam. Si nancisci possis negotia-
torem, qui quinquaginta uolumina ad se reciperet, cætera facile conficerem cum Frobe-
nio. Bene uale. Basileæ, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

ER LIVINVM famulum meum intelligo Ioannem Molendinum rece-
pisse dimidium pensionis huius anni à Ioanne de Hondt, idq; autoritate tua
rum literarum, quibus significaras te hac in re placuisse animum meum. Et nā
in tempore meas literas attulisset Marcus Laurinus Decanus Brugenfis, de-
uorasset totam. Et postea scribis inter nos amicitiam fore perpetuam. Vetus
pro uerbiū est usq; ad aras, sed uetustius exemplum usq; ad pecunias. Quid te crudelius
si nudo uestimenta detrahis, & spoliātū spoliās? Putes quā simplici fiducia, quā syn-
cero pectore totum hoc negociū tuæ crediderim fidei, cui pari fiducia crediturus eram &
uitam. Inter Lutheranos ferē qui mihi erant iuratisimi, nunc sunt hostes plusquā capi-
tales. Quod si me fallit Barbirius, nulli posthac mortalium crediturus sum. At qui pollice-
baris ex Paria glebas aureas, & nunc detrahis tantillas micās? Sed extra iocum mi Barbir-
ri, de Cæsaris pensione nulla spes nā me domum recipiam, & si redeam, nescio an sint præ-
staturi quod pollicentur. Nosti Comicum illud, uel alicum potius, mox, eras, redi, ubi e-
ras. Et meum ingenium non ignoras, quā non improbus sum appellator. Debetur tam-
en in treis annos pensio. Et hic magno uiuo, crede mihi, non possum minoris quā sexcentis
floreus aureis. Alo familiam, famulos treis, & equos. Semper aliquis est in legatione, &
ualetudo indies sit deterior. Mense Iunio planē perieram, nec unquā maiore desperatio-
ne sum enixus. Satis accise sunt meæ res, etiam si nihil decidatur. Scio me debere tibi quic-
quid est hoc fortunæ, sed boni Meccenatis est augere beneficium, non eripere quod dede-
rit. Scribunt amici parum bene consultum illi pensioni, me esse homuncionem *εφημοδωρον*,
te istic uersari in frequentibus pestilentijs. Quod si tertium ueluti tibi tunc supponas, rem
fore firmiorem. Est apud me Lituius, cognomēto Algoet, id est omnibonus, seruitit mi-
hi plus quinq; annos, in hunc uelim transferri pensionem, si quid nobis accideret humani-
tas. Et est alioqui iuuenis bona quāpiam fortuna dignus. Sic profecit in utraq; lingua in
bonis literis ac disciplinis, ut me præcurrat. Denique Gandauī natus est, ut hoc ad com-
mendationis cumulum adijciam. Facies mihi rem uehementer gratam, si hoc quā pri-
mū expedias. Morillonus scripsit de precibus priuarijs, permisi ut meum nomē trans-
ferat in fratrem tuum Nicolaum. Accepi proximam sorturam Stunice, ~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
posthac hominem negligere cum suis natis. Hic singulis diebus Euāgelici noui, iaculan-
tur aliquid rabiosi libelli in caput meum. Non possum iniquius ferre, quādo nuper in pon-
tificem emiserunt quædam, quæ nullus scurra euomeret in lenonem. Cogor ædere libel-
lum De libero arbitrio, quando iam rumor sparsus est, ne putent esse aliquid atrocius. Do-
leo pontificis legatum nihil egisse apud Anglos. Demiror quid sibi uelint Monarchæ. He-
zium saluta mihi diligenter, ac reliquos item amicos. Basileæ. Anno M. D. XXV.

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI CARONDILE/
to Archiepiscopo Panormitano S. D.

EVERENDE præsul admoncor amicorum literis, ut istic ad sim ante Cæ-
sarē abitum, sed hic qui has perfert, narrabat sic accelerari profecionem in
Angliam, ut uerear ne frustra etiam scripserim. Sequar tamē si sensero Cæsa-
rem istic diutius hæsurum. Sed interim te rogo, si uideor meis laboribus ali-
quam utilitatem attulisse bonis literis, adiuua tuo favore causam meā, ut mi-
hi pensio sit incolumis, & Cæsaris favore defendar aduersus quosdam impudentissimos
sycophantas. Hic ita me gero ut omnes Lutherani uehementer oderint, conuicijsq; lace-
rent, quidā etiam libellis me profeciant. Erasmus nec fidei Christianæ, nec Cæsaris glo-
riæ uiam deert. Quid multis? Efficiam ut illum nunq; poeniteat huius cōsiliarij. Olim
quadripedes ob damnatum datum noxæ dedebantur, sed uehementer iniquum, ut ego ob
datam publicitus utilitatem dedar quibusdam noxijs bestijs, uel potius liuori, quæ pestis
est quauis uisera nocentior. Amplitudinem tuam incolumem seruet Opt. Max. Iesus. Ba-
silæ die Mercurij post Pascha, Anno M. D. XXII.

negligi, aut prorsus conuinci oportere: Nihil enim medium uidebam. Comparauerat illi sibi ab initio multum existimationis, quod intrepide ac perfricta fronte mores nostrae aetatis perstrinxisset: quod purpuratos patres, quod summi Antistitiis maiestatem foedissime fugillasset, & quali pudenda patris, impiorum liberorum more, reterisset. Ea res aures expeccationemque plurimorum excitarat, quasi amore uirtutis ac ueritatis & nimio iuuandi mortales studio uir ingenuus profaberetur: praesertim quom suis adhuc moribus modesti am praetenderet: tantum enim abest, ut sua illa placita, quae tum pariebat, quom alia multo immaniora, maioribusque monstris implicata parturiret, pertinaciter defenderet, ut ea potius meliorum iudicio ac sacrosanctae priorum ecclesiae subiceret. Dicam tibi, quom postea posuerat mihi penes uirum, ut postea cognitum est, fucatus ac uersipellis: Animumque ita induxeram, bonum uirum Lutherum esse, & qui facilius falli posset quam fallere. Sed in taxandis moribus, ut ego quidem haec, quae iam ferendis, nimis incitatum, nimis asperum. Dabam & hoc hominis ingenio, Christiani nominis & nostrae pietatis immodice studio, quem castrum religionis & Zelus Domini cultus ita arroderet, ut euangelici & apostolici praecipi oblitus aliquanto plus stomacho daret quam expediret. At posteaquam prodigiosam illam scenam aperuit, & ueterem tragicam Iohannis Hus, sentinamque illam omnem Boemicae prauitatis euomit, & obsoletam in lucem fabulam reuocauit, Di boni, quam diuersa facies prior illa apparuit: Nam pro modestia quantum ex homine peruicaciae & pro religione quantum ambitionis & pro simplicitate quantum peruersionis erupit. Imprimis, quasi a uesta conuellere pietatem exorsus, uim asserere euangelio & enarratori bus omnibus fidem detrudere conatus est, ut uni sibi locus relinquere. Sacramentis ita auctoritatem ademit, ut uix uni aut alteri dignitatem seruauerit, ordines sacerdotij omnes pares esse uoluit, ut non esset ad quem prouocaretur a Martini dictatura: defunctorum memoriam inanem & meras nugas: uoluntatem mortalium necessitate obstrictam, & alia id genus innumera, quorum uel memoriam animus reformidat. Scio tamen Lutherum haec commentitij confictisque rationibus ex sacris literis confirmare solere: quas Zenonis more Achilles putat, quod nemini sane mirum uideri oportet. Neque enim defuerunt unquam antiquis haereticis spem, quibus ulcera sua praetegerent. Quid quod certi homines & ij quidem *ἐπίστομοι* mihi retulerunt, Lutherum ea non semel strophatum esse, ad aucupandam nominis gloriam, subornasse scilicet ac summississe sibi aduersarios dicam an prauaricatores: qui deinde congressi, ingenij falces summitterent, & se uel rationum expugnatos profiterentur, nec inuiti in Lutheri dogma concederent. Haec est uidelicet illa Alexandri Pseudomantis iactatio: qui aduersarios suos, quibus cum semel caput contulisset, gloriabatur a se quantum uis ferocientes, pacatos melioresque dimittere. Scio fore qui dicant, facile esse in Lutherum uerbis inuehi & conuiuijs debacchari, Eumque nunc seditiosum, nunc barbarum, nunc monstrum appellare, aliisque foedissimis titulis dehonestare: sed non facile esse rationibus & argumentis hominem expugnare: id quod ego longe secus exitimo. Nam *ἔπειτα τῆς ἀληθείας λόγος, πρὸ δὲ Ἰδύδου πολυμορφος*. Nam ut sit Proteus, ut se uertat in omnia rerum miracula, hoc mihi fat est, certum & exploratum habere hunc esse Proteum, & ita elabi, ut non facile nodo teneatur. Fac Chrysippum suos in me foras coacervare, quos ego distinguere & dissipare non possim, Fac etiam, si lubet, aliquem sophistarum mihi tria capita, aut certe cornua affigentem. An iccirco me uel Geryonem uel Cippum putabo & certe Diogenes quom eum quidam non esse hominem argumento collegisset, nec teneret, quomodo paralogismum dilueret. A me, inquit, incipe. Proinde si magnus ille arguator Lutherus pulueri mihi ob oculos coniecerit, uel meras praestigias fecerit, nihil est, quod eum propterea maiorem meliorem ue putem. Quom forte quidam Callipidem admiraretur, eiusque artē extolleret apud Agesilaum, quin ni, inquit, ego nouerim Callipidem dicelictam: Sic histriones appellabant Iacones. Sane non pluri fuerit apud me Lutherus uel sophista uel praestigiator. Cur enim non hac nomenclatura exornem eum, qui per fucum damnata & obsoleta olim dogmata instaurare nititur: recepta autē & tot seculis, totque magnis assertoribus comprobata & quasi per manus tradita conuellit? An non hoc ab ipse Lutherum impostorem ostendit, qui Nazianzeno, Nysseno, Damasceno, Basilio, Chrysostomo, Hieronymo, Gregorio, Augustino depulsis, se unum enarratorem euangelij ostentet, sibi que haberi uni fidem uelit, ceu uero eius lampas illorum omnium lumina prestingat. Quorum quisque

rum quisque quo propior fuit florenti ecclesiae, hoc amplius hausit ex fonte caelestis spiritus, sine quo nemo potest ad ueritatem aspirare. Hac enim hinc stare tot tamque excellentes sanctae pietatis proceres. Aiant illi, neget Lutherus, obsecro quis tam cornea & praedura fronte est, qui Luthero credendum, illis fidem abrogandam censet? At qui aliquis dixerit, eadem sentit cum illis Lutherus, aliter potius tradunt quae alia. At hoc ipsum est, quod mihi scrupum facit, quod me dubium habet, quod mihi suspectum Lutherum reddit, ut non aliter sed aliud plane dicere uideatur, qui has umbras mihi obijcit, qui sua haec commenta uerborum inuolucris contorquet, ut de eo Euripidis illud inuerti possit, *ἔμδοσων ἄν ἴπτα, ὅμας δὲ, μὴ σωνῆκα*. Scitum est illud uetus, *ἀμαθὲς ἑρῶν πῶς ἔπει, καὶ σαφὲς ἑρῶν*. Et illud apostoli nos satis monere potuit, ut ab hoc hominum genere caueamus. Si angelus, inquit, ex caelo aliud uobis euangelizauerit, quam accepistis, anathema esto. Ceu mihi parum cōter, non aliter synodo Ariminensi ab Arianis belle olim illudum fuisse hoc uerborum praetextum, quom desarij illi uocarent in disquisitionem, an Christus foret patri *ὁμοῖον*, rogantes bono, sed parum cautos patres, Christo ne an hominis fidei habendam putarent. At illi ignota uoce circumscripti *ὁμοῖον* palam deestabantur, Christum autem deum profitebantur, quae res in causa fuit, ut acta in synodo Ariminensi maiore deinde & cautiore parum conuentu rescinderetur. Proditum est memoria ex Arianis quendam fuisse intus alioqui certatorem apud omnes, qui uel rationibus manens, uel arte syllogistica nitere: facile autem cessasse, si quando sibi res fuit cum eo, qui parum doctrinae, multum autem fidei haberet, qui nihil in se, in domino autem multum fiduciae locasset. Hac ego ratione tam facile puto Lutheri argutationes & praedicta subuerti posse, ut & ipse se ultro uictum fateatur, & tantum turbarum, quantum excitatum est ad haec diem, momento resideat. Quod si tanta illa hominis temeritas per suos gradus processerit, & decretorij peridista surrexerit, non dubito, quin posthac Euangelij libros sit abstraturus, quasi rem ab indocilis exscriptam, et a simplicibus receptam. Quin & Christum ipsum asserturus sit more maometico, non uerum hominem, sed simulacrum & speculum, quod dum uisus fallens & sensibus illudens. Nam ut Cicero uere scribit, qui semel uerecundiae fines transuerit, eum bene ac nauiter oportet esse impudentem. Et tamen homini tam in auspicate doctrinae, si dissonant defuncti sectatores atque adeo admiratores in tota praesertim Germania: qui Lutherum per se acclamant, quae suo Epicuro Lucretioque *Deus opus me Memi* pulcherrimum, qui non nisi in metu se deo timet. Quare religio pedibus subiecta uicissim Oberitur, nos exequat uictoria caelo. Quom uero ex nobilissima illa prouincia clarissima semper ingenia effluxerint, quom prouentus uere religionis maximus inde incrementum acceperit, mirum est profecto, quomodo tam repente ad insanias hominis neque docti neque admodum acuti, ut mihi uideretur, a constitutis olim & confirmatis patrum decretis defuerit.

tantum Puto & iccirco conatum hunc Lutheri quibusdam blandius arrisisse, quod ille ab officio & obseruantia pontificis aliorumque principum homines deuocabat, & humanum quodammodo genus manu mittebat, Quis uero est, qui non libenter iugum excutiat & libertatem amplectitur, praesertim quom ad libertatem etiam indulgentia accedat. Neuenim uult Lutherus quom quom de rationibus suis uerum dicitur. Et quom ad salutem & aeternitatem promerendam fidem & sanguinem Christi sufficere. Lasciuat igitur homines, obsonentur, pergracentur, in uenerem, in caedes, in rapinas, ut lubet, effertantur. Paratum tamen ijs caelum, parata immortalis felicitas, si fides inconcussa maneat, & in sanguine Christi spes certa subsidat. En qualem artificem sibi adornauit angelus nequitiae, quam callidum, quam pellacem? Certe Maomethes non alia persuasione usus magnam orbis partem subuertit. Ab Epicuro, quo non alius philosophorum plures discipulos

in sententiam traxit, neminem unquam auditorum defcuisse accepimus, præter Metro-
 dorum nescio quem. Ille stabat scilicet ille optimus deliciarum magister aduenientes ille-
 ctos autem nouis semper blanditijs retinebat, utpote qui unicumq; ex sua naturæ pruritu
 voluptates admittitur. Adde quod homines natura φιλόκλινοι sunt, sed & iisdem ἐπι-
 γοι esse solent, & erunt prope diem, nisi me fallit opinio: Nec enim quæ mala sunt diu place-
 re possunt. Instigator ille populî Atheniensis quom bene consulenti comminaretur, eum
 male mulctatum iri, si quando populus desipere cepisset: At tu, inquit ille, si quando reser-
 puerit. Idem hoc uideor commode in Lutherum torquere posse, cui prope quædam inuexit
 doctrinæ præcipua quæ mercedem Germanæ præcipua

improbos sublatum uidebam: nec enim iam te illo spectaculo, quod oppugnabas, obler-
 tari poterat insimulare, nec furtim arma hostibus subministrare, quos recta fronte impe-
 teres. Nam quod epistolis & alijs tuis commentarijs Lutheri fabulam non probari abs-
 te asseueras, & tibi uotum consulendi utriq; parti testabare, sic interpretabantur, quasi alia
 manu panem ostenderes, alia lapidem absconderes. & quod duos parietes de eadem fide
 lia adlinens utriq; plausum aucupareris: qui uero uel modestissime, uel parcissime de te
 obloquebantur, ij te quasi cessatorem arguebant, quod tantum incendium excitatum ui-
 deres. ~~Quod si tibi uideatur maleuolis dare ansam posse male cogitandi, expunge, dele, interline,~~
~~immuta, ut lubet, fac deniq; ut nulla latebra supersit, in qua neuis ullus delitescat. Cæte-~~
~~rum illud fuit permolestum, quod fato quodam tuo utriq; exercearis, & Lutherani &~~
~~Antilutherani iuxta in te sæuiant: at tu bono animo esto, & rectæ conscientie præmio con-~~
~~tentus, tantum puta tum apud homines illustrem fieri, tum apud deum cælum promereri.~~
~~Sane Hercules ille tertia luna natus, non prius ad deos abiit, quam monstra illa quodam~~
~~suo fato propolita uicisset. Alio qui illud nosse, βασιλικὸν ἔθαι εὐπερὶ ἀποστρα βουνοῦ ἀκκῶν.~~
~~Quod de Pio Carpeni significasti, non minus ingratum fuit quam nouum est omnino~~
~~cum homine mihi longa & uetus consuetudo, ex eo usq; tempore, quo me inuenis, ego ad~~
~~modū pueri petreto Mantuano philo sopho primi nominis operam dabamus tunc dia-~~
~~lectica proficenti: eo principe nihil humanius, nihil modestius agnouit, tantūq; aberat, ut~~
~~bene merentibus obtreçaret, ut multo sæpius uir bonus dissimillimis, id est indignis faue-~~
~~ret: ob id non potest mihi non mirū uideri, eum adeo à suis moribus degenerasse, ut in te~~
~~tam acerbe, tamq; immerenter inuehatur. ~~Quod si tibi uideatur maleuolis dare ansam posse male cogitandi, expunge, dele, interline,~~~~
~~facit tamen singularis amor erga te meus, ut te hortet & moneam, ne faciles a modū au-~~
~~res susurrionibus & delatoribus præbeas, quos qui non castigat, iritat, ut uere prædicabat~~
~~Domitianus. Adde quod siquid aliquando pro uero insusurrant, id nouo aliquo addita-~~
~~mento semper augent, & exasperant. Tum magnis & illustribus uiris certū est nunquā~~
~~inuidos & obtreçatores defuisse. Sicut enim inter aues nonnullæ sunt obscenæ, semper~~
~~male occinentes: Ita quedam male nata & pessime educata ingenia, nunquā delinunt bo-~~
 nis allat

nis allatrare: horum uoces sinamus præterfluere, eaq; æstuationibus suis relinquamus.
 Nam si ijs uacare lubeat, nihil erit nobis agendum præterea. Atqui non potest hoc homi-
 num genus à nobis liberalius tractari, quam si eos sinamus in sinu gaudere, & sine sagui-
 ne imaginarij sibi triumphum adornare. Næ tu nimium facilis sis aut certe iritabilis, si
 aduersus quosdam illiteratissimos homines, qui obtulissimum in te stilum perstrinxerūt,
 manum moueas. Sane eadem opera te putauerim asino, si in te ruditum extulerit, talionē
 ferre posse. Parce enim, & honor sit auribus tuis, si quid uel familiarius, uel forte licentius
 dixerō. Multæ itaq; iniuriæ mulsitandæ sunt, uel potius ut tu scribis, deorandæ. Plerumq;
 conuincendum est, ne quasi in procinctu sit nobis quotidie ad arma excurrendum. Literas
 uero tuas non nuntius quidem ille, quem legatum abs te in Italiam scribis, sed nescio quis
 terræ filius mihi reddidit, quem tamen ego cælo demissum putauit, quod tam grato, tam
 oprato officio perfunctus sit. Sane mihi iucundissimam occasionem sublatam dolui, per-
 cunctandū de te, de studijs, de re familiarī. Nihil enim inexploratum reliquissim, nihil sup-
 prescissim, quod ad Erasmi meum pertinere existimassim. Dii boni, quam blande, quam
 iucunde, quam delicate nuntium illum excepissim, certe ut plusculos apud me dies foret
 neq; petalo, neq; penulæ peperissim. Sed postquam nescio quis deus hanc mihi uolupta-
 tem inuidit, dabo operam, ut tuas legens literas & meas ad te scribens, frequenter hoc de-
 trimētum sarciam. Leonicenus medicus iam menses aliquot hunc uitæ mimum absoluit,
 ut ad æternitatem natus, quem ego ultimum heroum & aurei seculi reliquias appellabā.
 Ex illa enim ætate quæ magnum habuit ingeniorum prouentum, & Hermolaos, Politia-
 nos, Picos, Merulas, Domitios nobis tulit, hic ultimus decessit iam prope centenarius, in-
 tegrus, quod mirū uideri possit, adhuc sensibus. Multa scripsit, multa uertit è Græcis, mul-
 ta in Sylua medica iam conclamata nobis restituit. Aduersus barbaros medicos perpetu-
 as inimicitias exercuit: quin & Plinium, à quo proposito frustra hominem sæpe deteruit,
 inclementer nimis semper insectatus est. Deniq; quod paucis contigit, uiuens posterita-
 tem suam uidit: eius obitū acerbè tuli, tum priuato nomine, fuerat enim mihi præceptor,
 tum publico: uidebam enim rem latinam eius morte insignem plagam accepisse. Vna res
 mihi solatio fuit, quod Ioannes Manardus, uir Græce ac latine doctissimus, rem medi-
 cam & naturæ arcana iisdem uestigijs prosequitur, cuius rei specimē dare possunt epi-
 stolæ, quas proximo edidit: eas puto in manus tuas peruenisse, quod si nondum perue-
 nisse significaueris, dabo operam, ut quamprimum ad te perferantur. Scripsit ille quidem
 alia plurima digna immortalitate, sed uir minime ambitiosus ea nondum publicam mare-
 riam fecit: hoc superstitè minus Leonicenū desideramus. Ipse etiam Rhodiginus longū
 ualere dixit rebus humanis: quom enim audisset ad Ticinum cęsum penè ad internicionē
 Gallorum exercitū, & potentissimum regem in manus hostium uenisse, ex quo spes eius
 omnes pendebant, ita animom despondit, ut ægritudine impar fuerit: utinā ad ea quæ scri-
 psit, tātundē iudicij & laboris attulisset: nā & te minus offendisset, & doctis impensius sa-
 tisfecisset. Sane fuit uir ille bonus & uere Christianus, & multa mihi amicitia cōiunctus,
 utpote cui unū etiam ex libris Antiquarū lectionū nūcupatim dicauerit, sed qui se unum
 haberet in consilio, & amicorū admonitionibus ægre manus daret: ceterum in studia &
 lucubrationes ad penitentiam usq; assiduus. Panictatus uir bonus & probe doctus uiuit
 ac ualeat: eum tuo nomine saluauis, is totidem uerbis tibi salutem reponit. Illud non potui
 non mirari, quod in extrema epistola addidisti, te scilicet adhuc memoria tenere sermonē
 illum, quo te affatus sum in ædibus Ricardî Pacçî, quom obiter Ferrariam uenisses: quo-
 lo quom de Aspēdio citharista sermo incidisset, & quid intus, quid extra canere foret,
 perquiretetur, tu protinus tuorum Adagiorum librum tum primum Venerijs excusum
 e sacciperione protulisti: itaq; eo ex tempore ~~quod si tibi uideatur maleuolis dare ansam posse male cogitandi, expunge, dele, interline,~~
 nec fere unq; inter doctos de Erasmo incidit mēto, quin ego mutuam illā admonitionem
 prope solēnter in memoriā reuocauerim. Testis mihi Ricardus Pacçus ille doctissimus,
 & ad doctissimorum studia prouehenda planè factus, cui sapit eius officij gratia mul-
 tam gratiam debere restatus sum: iam mihi uideor ad omnia ferè capita tuæ epistolæ cu-
 mulate respōdisse: illud unum reliquum est, ut memineris te habere in Italia Cœlium ho-
 minem tui nominis tuæq; gloriæ studiosissimum, de quo tibi omnia sine discrimine large
 ac magnifice polliceri possis. Bene uale, Ferrariæ prid. nonas. Quintil. M D XXV.

Quom scripissim has inanisimas nugas, & certum tabellarium expectarem; cui litera tuto credi possent, nūc tuus ex Vrbe rediens, superuenit omnium mihi optatissimus, quē quo uultu exceperim, quid de tumultu Germanico sentiam, quē te extra incendium istud uidere cupiam, quæ mea fuerit sententia de nuperrima tuorum Adagiorū impresione, si modo res in hanc diem integra foret relicta: ipse locupletius coram enarrabit, quam uel ego breui possim perscribere, uel literis audeam committere. Illud certum persuasumque habeto, me ac fortunas meas omnes prorsus, quales quales ille sint, sum mota omni legitima formula atq; exceptione tui esse mancipij. Rursus bene uale.

ERASMVVS ROT. FRIDERICO NAVSEÆ FRANCONI

Card. Campegij à consilijs S. D.

R
EDDITVS est tuus libellus, qui uel hoc nomine fuit gratissimus quod à Nausea ueniret homine mihi longe charissimo; uell tamen istud operæ tibi in argumento feliciore sumptum fuisse, etiam si cōsiliū ut erat conceptum processisset. Quo magis nunc friget tuus labor, postquam abrogatum est quod traças. Qui parum feliciter nauisgarunt, solent alijs non infelicitur cauere, ne ueniant in periculum. Ad parandam famam plurimum habebit momenti, si deligas argumentum fecundum & plausibile, quod utcumq; tractatum, suis ipsius dotibus cōmendari possit lectori. Scripsit ad me Cochleius, epistolam singularis cuiusdam in te studij plenam. Nunc non uacat pluribus tecum. Sed breui efficiam ut posteritas etiam norit Erasmo cum Nausea non uulgarem amicitiam intercessisse. Interim cura quam rectissime ualeas. Collegæ tuo, meis uerbis salutem annuntiato. Datum Basileæ Idus Martij. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. ANTONINO MEDICO S. D.

P
OST epistolium quod è Francfordia miseris, nihil istinc uenit literarum. Lebrum quem tuo fultu dicaram thesaurario, per Carolum meum misi Oenipontem. Illinc scio transmissum Budam unā cum literis meis. Huc aura rumoris ingrata pertulit, & istuc peruulisse fatales hosce tumultus, non absque graui periculo damnoque thesaurarij. Quod si uerum est, multis nominibus doleo, & quod ille uir optimus sit indigna passus, & quod tui patroni calamitas ad te quoque pertineat, & quod mea dedicatio fortasse nihilo plus habitura sit gratiæ, quam in lucrum musica; sed bellū multa inania. Tuæ literæ ut spero nuntium adherent lætius. Posthac mutum habebitis Erasmodum postea quā linguam emisit. Spero tibi res istic esse prosperiores, quā ut huc te debeam reuocare. Et si essent minus prosperæ, uix ausim ob tumultus qui nobis dira minantur. Erit gratum cognoscere quid ualeas agasque. Basileæ quinto Cal. Septemb. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. FRANCISCO CALVO BIBLIOPOLÆ Romano S. D.

A
GO tibi gratias publico studiorū nomine, quod officina tua iam aliquot elegantes libellos nobis dedit, expectamus auidi reliqua promissa. Qui has perfert uir bonus est, et aliquando meruit apud Frobenium, eum tibi uolui notum esse, si forte eius opera possit tibi usui esse. R. P. Sadoleti libellum in delicijs habeo, uerum illius aureum dictionis flumen considerans, uideo quam meus riuus sit & turbidus & exilis. Posthac ad hoc exemplar, meum quoque stilum conabor attemperare. Precor ut ista molienti tibi propitius ac beneuolus sit Mercurius. Bene uale. Basileæ pridie Cal. Septemb. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO S. D.

V
VIDERE in amicitia refrigescere, qui non respondeas. Quod ad me pertinet, nostra amicitia nunquam intermorietur. Soles polliceri mōtes aureos, salicū illud præsta ne me spolies mea p̄sione, quod mihi uideris meditari, nec ob sit mihi quod uni tibi toto pectore cōsensus sim. De fide tua nihil addubito, sed tamen ueoreo ne candore pecces, quo soles nimium frequenter delinquere. Alexander tū amo tum suspicio, sed quidam illum instigant in me suggerētes falsas suspensiones. Et absens alius est quā præfens. Tuæ igitur prudētiæ fuerit cauere ne quid apud illum effutias, quod & amicitia nostra sit indignum, & illius inimicitiam in me exasperet. Corpus

Corpusculum hoc indies collabitur, exarefcit ac deficit. Auguro haud procul abesse diem, quo syphar hoc abiectam, & exilium noua cicada, Christi laudes feliciter cantatura, poltea quam in aerem puriore ac liberiore euolarit. Tum pensio Curtraceni tua esto. Nunc in clemētissimum fuerit Erasmodum clientem tuum enecare fame. Gallus qui has reddidit, uixit aliquam diu apud Frobenium, mihi uidetur uir probus. Rome factus est Hypodisconus, nec ultra datū est progredi, quod titulo careat. Cupit uel absoluti uel admitti ad ulteriora. Non onero te commendatione, si quid tamen officij collocari in eum, uideris in uirū bonum collocaturus. Bene uale patrone magne. Reliqua cognosces ex meis ad Honium literis. Datum Basileæ prid. Cal. Septemb. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. VIRGILIO POLYDORO S. D.

R
NATISSIME Polydore, opera tua sunt eleganter ac feliciter excusa. De pacti conditionibus ideo cupiebat nosse Frobenius, quod nihil expectat ab N. nisi meras technas. Ille artifex auferet lucrum, Frobenio dabitur uerba. Nec mea magnopere refert, nisi quod bene uolo uiro omnium quos unquam uiderim optimo. Et meo iussu accepit negocium. Postremo cuperem illum sic tractari, ut ad alias lucubrationes tuas reddatur alacrior. Me certe semper habebis pro tuo in me meritis tuę glorię fauentem. De Moro quod scribis, arbitror nihil esse. Si quid offensus fuit, obnescio quas causas, leuis erat offensio, & ille ne grauium quidem iniuriarum solet meminisse: scripsi tamen homini diligenter, non tam ut uos reconciliem, quam ut mutuam amicitiam confirmem. Aequum est enim & uehementer cupio, ut quoniam me iam olim in amicorum tuorum numerum dignatus es recipere, cōmunis sit inter nos etiam amicorum possessio. Si cōtinget certus aliquis, per eum scribam copiosius. Hic agit crudelis & cruenta fabula, Agricola ruunt in mortem. Quotidie fiunt conflictus atroces inter proceres & rusticos, adeo in propinquo, ut tormentorum & armorum crepitus ac prope cadentium gemitus exaudiamus. Nos hic quam simus in tuto, tu coniectato. Fatale malū est, mita celeritate peruagans omnes mundi plagas. Card. Campegius metu turbulus cessit ex Hūgaria. Archiepiscopus profligatus est. Card. Salisburgensis iam pridem obsidetur. Legatus episcopus Verulanus cessit metu ex Bluetijs. Colonie fuere motus non nulli. In Brabantia malum inruduit. Principes tantum agunt uulgaribus remedijs. Meo tuo ne magis exasperent malum, sed Christus insignis artifex solus potest hanc fatalem tempestatem uertere in lætos exitus. Sunt qui non sinunt similitudinem, quæ mihi cum Leo fuit, confensere, sed antiqui uulneris cicatricem refricant. Dabit operā humanitas tua, ut hic quoque utamur, fruamur, quemadmodum scribis, amicis communibus. Bene uale. Datum Basileæ Nonis Septemb. Anno M D XXV

ERASMVVS ROT. MICHAELI BVDÆ EPISCOPO Lingonensi S. D.

R
VERENDE præsul, epistola tua uerbis astricta, sed admirabilem sententiarū uim complectens, arguit mihi sanum ac integrum ingenij tuū, prudentia non uulgari præditum. Posteaquam semel emissā lingua linguarum esse desij, mediator laconismum, idque tuo quoque exemplo. Nam hoc seculo albæ galliæ filij sint oportet, qui scribant quod nullos offendat. Et utinam mutum esse liceret. Exortum est nouum dogma, in Eucharistia nihil esse præter panem & uinum. ~~Per illud~~ ~~pro cithara mihi suscipienda falsæ est, nisi sitendo uelim pro illis tulisse pedariam sententiam uideri. Linguam sane gaudeo tanto uiro non displicuisse. Sed quorsum attinebat baiulum tot aureis onerare? Non erat meus famulus, sed quatuor coronatis erat cōductus, ut perferret ac referret mādā data. Qui has perfert Petrus Tossanus, iuuenis honesto loco apud suos natus, indole liberali, nec triualiter eruditus, flagrat amore græcæ literaturæ, & hic frigent studia omnia. Nihil petis, tantum uolui ut eum cognosceres. Pro tuo in me studio tam propenso, sed præter omne meritum meum aliās agam gratias. Dominus amplitudinem tuam seruet in conuulsum. Basileæ sexto nonas Octob. Anno M D XXV~~

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

RNATISSIME Budge, ne tu homo es crudelis, qui calamitose insultes etiam, tantum abest, ut consolatione lenias aegritudine. Exprobras cunctationem, tergiversationem, comperendinationes. Leuius miser est, qui non sua culpa, sed factorum iniquitate miser est. Tibi certe gratulor istud beatissimum octium, quod precor ut aliquando plenum contingat, quo iam ex asse felix sis.

Hic Petrus Tossanus iuuenis est honesto loco natus, indole felici, & ingenio perquam liberali, summusq; spei. Ardet amore Græcarum literarum. Basileæ solus proficitur Glareanus, sed egestas obstat, quo minus possit uel animo suo, uel huiusmodi auditoribus satisfacere. Scio tibi iuuenis ingenium oppido placitum, & si nouitiam humanitatem, uel nullo rogante facturum es quod dignum est tanto literarum antistite. Bene uale. Cetera cognosces ex Tossano nostro. Datum Basileæ. Anno M D XXV. VI. nonas Octo.

ERASMVVS ROT. THEOLOGO NICOLAO Clerici S. D.

VVM audiam te uirum & doctum & probum & grauem, demiror si uerum est quod ex uiris minime leuibus didici, te in sacris concionibus subinde proscindere nomen meum, uelut hæretici & Luthero peioris. Est quidē hoc exemplum Guilhelmi Querni, felix memoris, sed Paulus admonet ut amulemur in bono. An ille merito me toties hæreticum & antichristum nominarit

apud imperitam multitudinem, nunc melius intelligit. Certè Lodouicus Berus uir, quod non nescis, & eximia præditus integritate, nec eruditione uulgari, deniq; tui cum primis studiosus, qui me cominus ac domestice cognitum habet, longe secus de Erasmo sentit q̄ uos prædicatis. Nec dubito quin si mea legeritis, mecumq; consuetudinem habuissetis, aliter de me tum sentiretis tum loqueremini. Jam si cerneretis quantum malorum perpetrar ab istis factionum propugnatoribus, iudicaretis hanc constantiam, hanc tolerantiam, aut si maui calamitatem aliquo dignā fauore. Olim offero me uobis, ut admoner si quid aberratū est à pietate, Nemo monet, nemo docet, sed elamorib; apud populum, obtreccionibus & syncrētismis res geritur. Sed monuit, inquit, Bedda. An hoc est monere, tot mendacia, tot euidentes calumnias congerere in hominem Christianum? Ecclesia Christi o uir præclare non solet maledictis & sycophantijs uincere, sed ueritate. Nec quarit errantium perniciem sed medelam. Si Christum habetis præ oculis, ille uobis hoc agentibus aderit. Sin respicitis affectus humanos, mundi negocium agitis, non Iesu Christi. Manifestum est hanc tempestatem à deo immissam, quò nos ad uitæ correctionē inuitaret, Nunc hoc agendum est pijs uiris, ut uictoria cedat Christo, non his aut illis hominibus, quorum pleriq; suum agunt negocium, non Iesu Christi. Si uerum est quod ad me delatum est, admoneo te, ut mutes & linguam & animum: sin falsum, quod ego lubentius credidero, existimes hæc ad te scripta non esse. Dominus dirigat cogitationes tuas ad omne opus bonum. Datum Basileæ nonis Septemb. Anno M D XXVIII

ERASMVVS ROT. MERCVRINO GATTINARO Cæsaris Cancellario summo S. D.

IR clariss. nos licet summo in periculo uersantes, onusti calculo uesciæ, quod dudum periit Fericus Archidiaconus Besontinus, frater R. D. Archiepiscopi Panormitani, tamen adhuc spe pacis trahimus animā, sciētes quod correatu gū in manu dei sunt, qui subito potest ea flectere quocūq; uisum est. Hic Fraciscus Dillus iuuenis est honesto apud suos loco natus, & indole singulari, planeq; mea quidem sententiā, digna quæ in aula Cæsaris, studijs optimis exerceatur: moribusq; generosis formetur. Nam diutino conuictu domesticoq; mihi cognitus est. Cādū dum & felix ingeniū, sed indignū quod in ocio & cōpotationibus cōteratur. Quod si tua prudentia non improbat meum iudicium, quod spero futurū, uehementer optarim, ut illi locum in aula aperias, quod tua autoritas facillime poterit, et aliquid muneris committatur in quo istam ætatem exerceat. Spero ipsum iuuenem suis moribus abs te impetraturum. Scio quot examina conentur irumpere in aulam Cæsaream. Sed hic genere, forma, eruditione

eruditione, probitate talis est, ut non debeat ex uulgi censeri moribus. Me certe isto officio tibi multo reddideris astrictiore, tametsi multis nominibus iam olim obstrictissimū, Opto clarissimam cellitudinem tuam quam optime ualere. Datum Basileæ VI. Cal. Augusti. Anno. M D XXVIII

Indies mitescit febris Lutherana, adeo ut ipse Lutherus de singulis propemodum scribat palinodias, ac ceteris habeatur ob hoc ipsum hæreticus ac delirus.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO BVDÆO S. D.

IDE quàm magnifice de tua æquitate sentiam eruditiss. Budge, qui non aliter mihi patronum delegerim in hac causa, quàm eum cui reus existimor & cuius iniuriam uidentur isti uisceri. Epistolam ad te mitto, nam libellus adhuc uersabatur in manibus typographorum, quanquam in eo præterea nihil est quod ad hoc attinet negocium. Animus meus in te adeo nihil habuit liuoris aut maleuolentiæ, ut quum acciperem prodire lucubrationum tuarum scetus, toto pectore gratulatus sim, & publice studijs & priuatim mihi, neq; non tibi, quo principe & antestigano tam feliciter efflorescunt apud Gallos Romanæ simul & Græcæ literæ. Atq; hoc magis tua prudentia dabit operam, ne qua lues dissidiorum exorta, felicitatem istam contaminet. Quod autem exemplum est obsecro, ob rem adeo nihil, spargere famosos uersiculos, quasi non possimus & nos uersiculis ludere, si liberet similiter furere? Neq; quicq; addubito quin ista tibi displiceant, non ignaro uerissime dictum à præfiscis. *ἀγαπᾷς τοὺς οὐκ ἀγαπᾷσάν σε*. Febris hæc primum orta Romæ, per quosdam qui non ferebant, neq; Gallos neq; Germanum quenquam laudari, quo processerit uides. Arbitror te posuisse suspiciōem, quam de me concepissee uidebaris, sed mihi crede falsissimam, uidelicet me studio nomen Gallorum impetere. Quanquam ista tua destomachatio mihi non medio creum confluuit apud Gallos inuidiam, tamen quoniam eā magis ab immodico quodam patriæ studio quàm odio mei profectā scio, moderatius fero quod accidit. In epistola quæ scripsi Lodouico Berquino, ut nihil scies mentitus sum, ita nihil arbitror esse quod tuam lædat existimationē, nihilq; minus metuebā q̄ ne illa à duorum manibus aberraret; per me certe non ædetur. Aliter scribendum est amicis, aliter populo. Confido futurum, ut si tua prudentia non existimet hoc amicitia nostra deberi quod peto, certe tribuat publicæ studiōrū tranquillitati. Sed quæ tua est humanitas, curabis ut utroq; nomine tibi debeam. Bene uale. Basileæ. Anno M D XXVIII

ERASMVVS ROT. IOANNI CARD. LOTHARINGIÆ S. D.

LARISSIME princeps, quum ex amicorum literis intellexissem Amplitudinem tuā impense fauere studijs literarum optimis, & harum gratia Erasmo, ut aliquod grati animi specimē darem, hortantibus eodem amicis, dicitur ui tuo nomini libellum, nō pro tua dignitate, sed qualis rum forte erat paratus, & abunde magnum officij mei fructum mihi percepisse uidebar, si non frum studium boni consuluissem. Nunc quum non minus præter expectationem meam quàm præter meritum, tua singularis benignitas detulit munus, tam supra meam dignitatem quàm ille libellus erat infra dignitatem tuam, multo gratius erat ornari tantè. Præfatis testimoniis, quàm ditari munere. Ac sane quod attinet ad animum meum, abunde fruor tua benignitate, datum existimans, quicquid datum esse uolebat illa, ceterum apud alios quod exhibeam testimonium non habeo: Quid in mora sit nescio. Quæstorū tuo scribebas datum negocium, atque eius ordinis homines ferè putant non optime colat, locatum quod datur studijs. Et hic certe habent multam causandi materiam. Exciderat, non uacabat alijs occupato, uerba dederunt aurifces, non contigit per quem mitterem. Vt cunq; res habet, hæcenus de uasculis ne rumor quidem huc aduolauit, quid incidere nescio: fortassis est aliquis, qui credit abunde pensatum officium, quod obiecta spe tam diutinam uoluptatem accepi: qua si me uoles esse cōtentum facile fecero, quum ante promissum mihi felix uisus fuerim, quod amplitudo tua studiū meum boni cōsuluissem. Nihil enim dubito, quin tua benignitas ex animo promiserit quod obtulit, nec appellata, nec expectanti. Sed de his frivolis plus satis ad tantum principem. Habeo gratiā quod hæcenus apud

apud omnes me tuo favore subleuatis, quod ut facere pergas te etiam atque etiā rogo. Dominus prosperet res omnes tuæ celsitudinis, cui mancipiolum hoc opto esse commendatum. Datum Basileæ post tridie Idus Iulij, Anno M D XXVIII

ERASMVS ROT. VRSINO VELIO S. D.

A R A P H R A S I S in Ioannē exijt autumno superiore, eam quum Ferdinandum regi dicasset, tamen mea sponte mutauit titulum, & regis nomē

P r a e f a t i o n e m hanc. Tamen mea sponte mutauit titulum, & regis nomē, sed idem illi theoplogus, de quo scribis, iam excusatus est. Ablit ut tibi leges praescribā, sed amor interdum monet & memorē. Video nihil esse tutius quam nihil scribere. Geftiens significabas tibi delegatum historici munus, nec ulla syllaba significabas id te clam haberi uelle, res autem est eius generis, ut predicari nec regi sit indecorum, tibi uero etiam honorificum, & nunc deploras orbi proditum quod minime uolebas. In Cicroniano non erat propositum omnes recensere. Sat erant decem exempla, magisque peccauit, quod tam multos nominatum quam quod aliquot praeterierim. Nec eos illic suscepi laudandos, sed Nosponos omnes submouet à laude Tulliani cognominis, licet obiter aliquid laudum asperferim. Beatum ut meretur candidissime tractaram, non aditurus tamen nisi prius ostenso loco. Noui delicias ingenij illius. Post uenit ad me quasi consultant num expediret nominari. Respondi me facturum quod ipse mallet. Fortassis inquit, praestiterit omitti mentionem. Ita fiet, inquam, atque ita abiit. Sunt quos nolim attingere nisi uolentibus ipsis. In hoc numero propemodū pono Viuetem. Hermannus Phrysius nihil redidit, nec quicquam illius praeter unam atque alteram ad me literas uidi, quibus uere scribis nihil esse suauius. Sauromani plane meminisse, si uenisset in mentem. Brasicanus num in uicuis esset nesciebam, neque quicquid ille scripto edidit memorabile quod equidem sciam. Quid multis ineptham tam multos referēdo, multo futurus ineptior si hoc egissem, ut ne mediocriti quidem atque humiliū quoniam praeterisse uiderer. In quibusdam tamen aliquid datum est affectui. Et quum haec meditarer, imò quum haec excuderentur, uenit huc meus ille Thrasodira minitans. Sciebam esse fumos. Tamen nec amicis persuadere potui, donec ipsi re contempta sentirent hominis praestigias. Vereor ne Viennae ueniat usu quod NoreMBERGAE. Sunt professores magno conducti, sed defunt auditores. Et nescio quo fato fit, ut qui eas literas profitentur, ferè spirēt non nihil Lutheranismi. Verum hac de re scripsi Ioāni Fabro. Gabrieli Saucio quaeso ut meis uerbis dicas salutem & amanter & diligenter. Bene uale. Datum Basileæ VII. Cal. Augusti, Anno M D XXVIII

O te crudelem, qui tot Reges, tot Caesares, tot Pontifices sic in arcium compegeris.

ERASMVS ROT. IOACHIMO MEDICO

Gandauo S. D.

I A M è Galeno collegeram aliquot prouerbia, quum tuæ literæ primū redderentur, nam paulo post easdem accepti eodem ferè argumento, quæ tua diligentia mihi fuit longe gratissima. Declarabat enim singulare quoddam tuum erga me studium. Decerpseram autem ea non perpetua lectione, sed ut forte quicquid occurreret, quod idem abs te factum suspicor. In multis consentiebam, nisi quod ego plura congesteram, in tuis erant duo quæ me fefellerant. Galeno sanè faues meritissimo, sed discriuor tantum autorem, tantis impendijs tam mendose proditum, qualia ferè sunt quæ nobis nunc prodeunt ex Italia. Vide quid faciat auri sacra fauces. Quantum sacrilegium committitur ob pauculos aureolos, quibus conducitur poterat eruditus castigator. Iacobus Sadoleus mihi non est ignotus, ut à quo semel atque iterum literas humanitatis plenas accepti. Vix uacat illi nunc scribere. Hæc ipsa uix ad te potui, quæ diligo uehementer, partim ob eruditionem haud quaquam triuialē, partim ob ingenij candorem quem ex tuis literis, atque adeo ex tuo isto officio comperisse mihi uideor. Notulas tuas in uersa Galeni praeludia, conferam ubi quid dabitur oculi, nunc em sic me premit Augustinus scriptor in præcipuo ut Aetnam atque Athonem mihi uidear sustinere. Pro uerbiorum chiliades non mediocri accessione locupletata iam prodeunt. Pergratum tamen erit, si quid annotare uoles in proximam additionem. Mittam tibi uolumen Chilianum dono, si certum hominē nancisci queam qui perferat. Dedimus & conciunculam in psalmum

psalmum 85. Augustinus decurrit ad finem. Hinc extricatus maïora quædam aggrediar, tametsi non multum oculi mihi relinquunt Zoilorum latratus pertinacissimi. Quum primū Lutherus prodiret in profectum acutus fabulam suam, praedixi nimis uerus augur huc rem progressuram. Non est nobis habita fides. Nunc stultorum exemplo doctus experimentis, ita sua moderatur, ut propemodum canat palinodiam. Sed sero Phryges. ~~Quædam illi ad me in uicibus obijt, quibus uere scribis nihil esse suauius. Sauromani plane meminisse, si uenisset in mentem. Brasicanus num in uicuis esset nesciebam, neque quicquid ille scripto edidit memorabile quod equidem sciam. Quid multis ineptham tam multos referēdo, multo futurus ineptior si hoc egissem, ut ne mediocriti quidem atque humiliū quoniam praeterisse uiderer. In quibusdam tamen aliquid datum est affectui. Et quum haec meditarer, imò quum haec excuderentur, uenit huc meus ille Thrasodira minitans. Sciebam esse fumos. Tamen nec amicis persuadere potui, donec ipsi re contempta sentirent hominis praestigias. Vereor ne Viennae ueniat usu quod NoreMBERGAE. Sunt professores magno conducti, sed defunt auditores. Et nescio quo fato fit, ut qui eas literas profitentur, ferè spirēt non nihil Lutheranismi. Verum hac de re scripsi Ioāni Fabro. Gabrieli Saucio quaeso ut meis uerbis dicas salutem & amanter & diligenter. Bene uale. Datum Basileæ VII. Cal. Augusti, Anno M D XXVIII~~

Ego quoniam ad moderatores hoc est ad Christi scopum prouoco, utriusque male audio. Et acrior est delatio cum amicis quam cum hostibus. Vereor ne uictoriam Christo debitam ad feruiat humana cupiditas, nos quod unum superest, optamus harum tempestatum latior rem exitum. Voluptati fuit eorum commemoratio, qui de nostris studijs candide sentiunt. Et hæc una res me consolatur in tanta mortalium ingratitude, quod maximos quolique & integerrimos habeam propicios, idque in omnibus ferme regionibus, Angliā, Brabantia, Hispania, Germania, Gallia, Yngaria, Polonia, quorum tibi numerosum catalogum recensere liceat, ni uerear uideri Thrasonicus. Atque hi suam beneuolentiā non tantum literis honorificentissime scriptis, uerum etiam delatis amplissimis conditionibus, & ultro missis muneribus restantur. Docti ferè ubique mei sunt, exceptis ijs qui nouis factionibus uehementer addicti sunt, nec iudicio ducuntur, sed affectibus. Tot igitur ac talium uirorum fauores, facile oppono, Les, Stunicis, Sutoribus ac Beddis. Quin & te mi loachime candidis amicis libenter annuero. Hilarium pariter tecum amabam & antea, nunc hoc etiam impensus, quod eum intelligo ubi tam propinquū esse. Mihi displicet quod agit aleten, & mustant nescio quid de ducta uxore: uereor ne suæ rei parū recte consulat. Alciato scribam si uel paulum contingat oculi. Gubernatori studiorū Meconati, Heroi Oroyonio, epi scopo Maghelonensi meis uerbis & gratias ages & multā salutem dices. Iacobus Saucio reperit Venetiā. Mores hominis hic nemo probat, medicinā pauci. Ego cum homine tali nec amicitiam uelim nec inimicitiam. Bene uale. Basileæ, Anno M. D. XXVIII

ERASMVS ROTEROD. PETRO MORNIEO

ABBATI S. VLPITII. S. D.

Q uia pigri sunt ad scribendum, semper epistola breuitatem excusant per ta bellarium: qui si parum certus obtigit, negant illi committendas prolixiores literas, ne uel multum operę periret, si non perferrentur, uel ad plures diminaret, quod uni notum esse oportuit, si latoris perfidia resignarentur. Si contigit explorata fidei per quem scribant negant opus prolixis literis, quum melius coram omnia relaturus sit tabellio, quam literis mandari possint. Hac excusatione uere poteram uti, quandoquidem ad te proficiscitur Albanus utriusque nostrum non modo notus, uerum etiam charissimus. Ex eo cognoscere quicquid hic uel publice uel priuatim geritur. Geruntur autem noua per multa, quæ precor ut deus uertat in bonum exitum. Ego calculo uelicæ gravidus, pascor uictima nil miserantis orci, ut ait Flaccus. Tuum silentium tam diutinum duobus nominibus mihi met excuso, uel quia non dantur per quos scribas, uel quia totus es in sacris uoluminibus, nec potes à semel gustato melle diuelli. Erit tamen pergratum, si cognouero te prospera esse ualeitudine, nostrique meminisse. Nihil opus ut tibi Albanum commendem, cuius res optatim aliquanto esse secundiores. Si quando incidet in fratres Alardetos, quaeso ne graueris illis meo nomine salutem dicere. Bene uale. Datum Basileæ quarto Idus Ianuarij, Anno M. D. XXIX

ERASMVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S.

R E V E R E N D E Praesul, ut intelligas tuū genitum Irenæo fuisse felicem, nunc rursus excuditur, efflagrantibus bibliopolis. Vtinam isti iuuenes qui quiduis quibuslibet dicant, nihil inscribāt magnis ecclesiae praesulibus, nisi quod illorum dignitati respondeat. Istius honorem muneris non tam tibi gratior quam ipsi Ferdinando, cui hoc magis opus est talibus consiliarijs, quo maiorem sustinet dititionis molem: quanquam hac etiam longe maior imminere uideatur, quod ut tum illi tum orbi Christiano felix faustumque sit precor. Manum tuæ celsitudinis in literis regijs & agnouit libenter & reuerenter exosculatus sum. Dominus res uestras bene fortunet. Basileæ, Anno M. D. XXVIII

Rr

ERASMVVS IO. FABRO FERD. REGIS CONSILIARIO S.

E perpetua tua in me benevolentia nunquā dubitavi. Principis animū amplector atq; exofcutor, Istorū cuniculos noui, fugā meditor, sed portū nō uideo. Valerudo in eo statu est, ut in solo Deo spes sit. Nec mortem horreo, sed diutinos cruciatus. Nā hoc mali, aut uelicae calculus est, aut exulceratio uelicae. Vtrumq; malum multis moribus grauis. Scis quid sit hoc malum, ut transplante. Viennā, hoc est in aditu mundi, me uocas iam moriens. Nōstī tragœdiā Hispanicam. Lutetiae rectoris adictio uetiti sunt magistri mea colloquia praelegere pueris in collegijs, quū nullus adhuc ostēderit ullam sententiā minus piā. Rabiant illic quidā fortiter duce Bedda. Sola conscientia me reuocat à Lutheranis, alio qui declararem illis furijs, quales sint. De emolumentis leuiter laboro, iam hinc migrare meditans. Linguarū professores & alibi magnis salarijs cōducuntur, sed non sunt qui audiant. Tantā ignauiam inuexit hoc nouū euangelisū. Iam ut nihil deterreat à Vienna, quis deus me illuc perferet? Huic uelicae malo agitatio mors est, & in uicū uel minima nouita te periculose offendor. Quid autem faciam Viennae, in ciuitate superba ut audio, planeq; Germanica? Ne salutationibus quidem eruditorū excipiendis sufficit ualuerdo. Postremo non magni refert ubi hoc corpusculum posuero. De Vienna adeunda uotum est potius quā spes. Bene uale. Basileae XII. Calend. Augusti, Anno M D XXVIII.

ERASMVVS ROT. PETRO EPISCOPO CRACOVIENSI S.

R NATISSIME praesul, accipies uicissim à me, nō perinde magnis splendidiq; sed tamen grauissimis negocijs obruto uerius q; occupato epistolam *dehonorat*. Audaciā qua sustinui celsitudinē tuā meis scriptis laessere, Antonini magis obsecundans hortatibus, quā meo ductus ingenio, feliciter celsisse maiorē in modū gaudeo. Nā breuis licet epistola tua, & ut uocas laconica, prolixam quandam in me benevolentia spirat, qua me cum primis felicem putarem, si quid agnoscerem in me meritorū, quod tam pij, tam eruditi, tam eximij Praesulis, tam propenso in me studio responderet. Certe adnitar efficere, ne penes ingratum, si minus dignū, istum fauorē collocasse uidearis. Sed quemadmodū epistola tua mihi delinuit animi tui simulachrum, ita Andreas Zebridouius, iuuenis tali genere dignus, qui nūc Graecis Latinisq; literis strenue militans, domestica consuetudine sua mihi magno solatio atq; etiā ornamento est, te totum mihi crebris depinxit expressitq; colloquijs, ut si coram adessem, non multo plus cōspecturus sim opinor. Faxit Christus Opt. Max. ut ecclesiae Dei tales multi contingāt episcopi. Sperare liceret, huic turbulentissimae rerum humanarū tempestate, successurā aliquādo serenitatē: essetq; quod orbi Christiano gratulemur, quēadmodū Poloniae regno gratulamur, magno quidē illi, sed unī. Equidem tales heroas uenerari soleo, etiamsi nihil officij priuatum in me cōtulissent. Nunc quem affectū tibi de beca intelligo, qui istam singularē tuam in me benevolentia, non sat habueris epistola testificari, sed aureo quoq; pignore testatā esse uolueris. Itaq; sollicitus dispicio, quonā argumen to possim aliqua non ingrati pectoris significationem dare, quanquā scio tuam generalitatem amore mutuo contentam esse. Bene uale. M D XXVIII

ERAS. ROT. HERMANNO A NOVA QVILA S.

VB hanc hyemē destinara aliquōd migrare, sed remoraē Augustinus Athoni meus. In Ciceroniano meo nō dāno stilū Ciceronis, cui tantū tribui semper, ut huic admoti cateri quālibet eloquētes mihi uideantur obmutescere: sed ineptā affectationē Ciceronianae dictionis. Et hoc cōsilio recēdeo multos eruditos, quos tamē Nosoponus non recipit in catalogū Ciceronianorū, ut illū cōsoler, si cum tot uiris habeat cōmune conuitiū quod nō sit Ciceronianus. Neminem tamen illaudatū nomino. At Budaici quidā fremere dicuntur quod Budaeū cum Badio cōtulerim, quum in hoc duntaxat illos componā, quod ibi doceo negligendū, & quod ipse Budaeus semper ex professo cōtempserit, nimirū fluxum illum Tullianae facilitatis: Et ne quis hoc sinistre posset interpretari, addo quanquā Gulielmus Budaeus alijs multis eximijq; dotibus suspiciendus est. Nec ullū est opus meū feritū, in quo non honorificētius de illo praedicem

praedicem quā quisquā Gallus usquā. Et tamen si uerus est rumor, sic fremūt amici Budaei, quasi in cineres patris ac matris illius imminxerim. Clamāt o caelum o terra, Budaeū cum Badio: Clamant me inuidere gloriae Budaei, meq; multis epigramatij dilacerant, in quibus aliquot putantur Iani Lascaris, quem tamen in hoc ipso libello honorificētissime cōmemoro, nec usquā aliās nomino nisi cū honoris praefatione. Quis crederet tantū stoliditatis esse in Gallis: Causa delata est & ad regis cognitionē. Volenti cognoscere dissidij causam, dictū est, Budaeū me taxasse in loco quodā, eo me offensum quāsi uindictam, eumq; cū Badio cōtulisse. Video talem tumultū oriturū in studijs, qualem uidemus in religione. *De isoply ueritas*, dicitur esse Niceae moliens concordia inter duos monarchas: Ac uereor ne *isoply* potius. Fatale malum cuius nullum uideo finē. Si inclinat factio Lutherana, quod ut fiat ipsi sedulo dat onera

Bene uale. Archiepiscopo tuo non respondēdo, quod illius epistola nullū suppeditauit argumentū. Basileae, Anno M D. XXVIII

ERASMVVS ROT. HENRICO ANGLIAE REGI S. D.

ETERNI numinis prouidentia sereniss. Rex quanquā suos uarijs afflictionibus exercet probatq; tamen eiusdē benignitas ita temperat acerbitatē remedij, subinde tristibus intermiscens laetiora, ut humana imbecillitas possit sustinere: faciens, ut ait Paulus, cum tentatione prouentū, ita salubriter secūs & urens, ut admixtis solatijs cruciatū clementer sentiat, ita uulnerib. nostris infundens uini acrimonia, ut nihilo secūs addat oleū. Quū enim & laboribus, quos in studijs iuuandis supra uires sustineo, & afflictissima ualitudine, etiamsi senectus abesset onere grauissimo, sed multo magis in medicabilibus ecclesiae dissidij, ac malorū furiosis infectionibus uexatus penē deficerem, ecce praeter omnem expectationem reddita est tuae maiestatis epistola, quae me tam amāter in Angliam, uelut e saeuissima tempestate naufragio proximū, in tranquillissimum portum inuitaret, omnia pollicens: non quae meis meritis, nulla sunt enim, sed quae clementissimo principi congruunt. Ex his literis tam comiter scriptis, eloqui uix possim Rex inclyte, quantum roboris, quantum hilaritatis cōceperim. Fauebam opinioni quam tua maiestas de me cōcepisse uideretur. Etiam atq; etiam exoptabam esse talis, qui meis uel consilij uel obsequij alicubi possim tam Christiano principi gratificari: sed concidit animum esse tutam. Nusquā non regnant militū, cateruae, qui nec amicis parcunt, nec inimicis. Et Geldrius imminet undiq;. Itaq; quod unū potui praesto, regum optime, pro tam insigni in me studio gratias ago, nec me minus obstrictum fateor, quā si omnia percepissem quae deulit tua benignitas, & hoc amplius debeo tuae bonitati, quo minus agnosco meritorum. Non hic precabor ne feras iniquius quod tam amāter inuitatus non accesserim: nota est mihi naturae tuae bonitas, quā adeo scio nihil succenferē, ut doleat potius mihi tam iustas excusationis esse causas. Fatis agimur, fatis cedendum. Si quid tamen alijs in rebus potero tuae gratificari maiestati, quod scripto peragiqueat, nihil recusabo quod quidē in me situm erit. Interim optare tibi non desinam eam

R r 2 rerum

rerum tranquillitatem, quam tua pietas ac uirtus promerentur. Non scripseram per famulum, quoniam facius esse iudicabam silere quam ambigua scribere. Datum Basileæ Calendis Iunijs, Anno M. D. XXVIII

ERASMVVS ROT. EPISCOPO LEODIENSI S.

RIDEM ad tuam celsitudinē & literas & secundū Hyperaspiste librum missi per quemdā Michaelem Bormanū, an pertulerit nescio. Nos hinc iam dudū meditamur auolare, sed nō uidemus in quem nidū. Ferdinandus rex amplo salario uocat Viennā, sed in alium orbem. Inuitat Angliæ rex amantissimis literis, sed abhorret animus à nauigatione. Inuitat Poloniæ rex Sigisfridus, missō etiam honorario munere neutiquā exiguo. Inuitor ab episcopis cōpluribus, sed ma-
lū in Brabantia, non dicam cōsensere, iam enim cōsensui, sed requiescere. C

In pago quodā
cui nomen Vetus uicus, rusticus quidam in diuersorio dum eucharistiam irridet subito exanimatus est. Rem sic actam fuisse testes docuere. Aedituus quidā rusticus perferebat serinolum plenum panibus consecrandis, quas hostias uocāt: huic comes erat alter rusticus, qui quondam fuerat aedituus. Vbi uentum est ad uicum modo dictū, libuit ibi bibere. In diuersorio pett̄ comes ille ab aedituo hostiam dono, illo contante accepit, & incipit per ludibrium consecrare: cauponaria uidens increpat. Ille nihil, inquit, tua refert, abi, appor-
ta uinum. Vbi redit mulier, offendit hominē collapsum, rogat quid habeat: respōdent ibi potantes in alia mensa, forsitan habet illum syncopis. Mulier adfert acetum, admouent, sed frustra, erat plane mortuus. Hęc non est fabula. Feruntur & alij rumores, uerum nolui parum comperta scribere. Commigrant Mechliniam iuuenis quidā nomine Hermānus Phrysius honesto apud suos loco natus, sed eruditione singulari, moribus absolutissimis, qui non mediocriter sit ornamentum allaturus aulę uestrę, si uester accesserit fauor. Si nondum notus est reuerendissimę amplitudinē tuę, rogo ut illum dignetur cognoscere. Si notus est, propius uelit inspicere, eumq; pro illius meritis tuęq; humanitate solita cōplecti. Quamquam enim egregia uirtus sibi sufficit apud philosophos, tamen ut pluribus ualeat prodesse, nonnunquā eget principum uirorū studijs. Aula multis eget ministerijs, in hoc fouendi sunt iuuenes quorum indoles egregiam de se spem præbet. Ac fortasse quod rogo tua benignitas sua sponte iam dudū facit. Illud addam. Erasmi de suo in te animo nihil omnino mutasse, nec dubito quin tu ueterem agas Mecœnatē quoties res postulat, quę opto quam felicissime agere. Datum Basileæ Calend. Octob. Anno M. D. XXVIII

ERASMVVS ROT. IO. ARCHIEPISCOPO PANORMITANO S. D.

Q V V M ego tanto capitis mei periculo depugnem aduersus nouas sectas, tamē audio esse Mechlinię quendam qui scurrili impudentia publice debacchetur in nomen meum, quum toties id Casarea maiestas fieri uetuerit, nec
adhuc

adhuc quisquam extiterit, qui potuerit in tot meis uoluminibus uel unam sententiā ostendere, rectę fidei aduersantem, quamuis id pridem à Leis ac Stunicis, nuper à Beddis & Hispaniensibus monachis sit tentatum. Istorum improbitas nimis abutitur uestra lenitate. Istiusmodi clamoribus quid aliud effici potest, quam ut nouus aliquis tumultus exoriat? Vt cūq; fero non solui Casaream pensionem, uerum isto certe præmio mihi uideor indignus. Hic res eo sunt loco, ut mihi parum tutum sit in hisce regionibus hæere diutius. Ferdināndus rex uocat Viennam magnis promissis, sed ego nusquā malim quam in Brabantia quiescere, si modo per quosdā improbos liceat, qui nec Cæsarem, nec Deum nec homines reuerentur quoties ipsis uisum est. Hic profus elinguis sum, & pessime conuenit cum hypocautis, nec satis decorum est senem peregre uiuere; postremo hæc ætas, hæc ualeudo iam dudū quietem postulat. Arbitror amplitudinē tuę notum esse Hermanum Phrysiū, iuuenē honesto apud suos loco natū, indole felicissima, doctrina singulari, qui mihi uidetur aula uestrę non medio eri tum ornamento tum usui futurus, si uos illum uestro fauore complectamini. Quod ut faceres, te rogarem accuratius, nisi tales nossem hominis dotes, ut ipse sit semetipsum abunde commēdaturus. Scio futurum, ut mihi gratias agas, si iuuenem dignabere propius cognoscere. Dominus amplitudinē tuam seruet incolumem. Datum Basileæ Cal. Octob. Anno M. D. XXVIII

ERASMVVS ROT. GERMANO BRIXIO S. D.

Quidam cepit describere plegmata graeca experitūdi gratia, sed uidetur ineptus. Nescieram Morum fuisse Lutecię. Cupio scire num quid inter uos fuerit consuetudinis. Audio & gaudeo excudi Budæum de Græcæ dictionis elegantia. Aiunt in ea fieri mentionem mei, ut significat, parum candidam: at mihi animus meliora pollicetur de Budęo. Si quid dissentit aut corrigit in meis moderate, nunquam interpretabor esse contumeliam. Istis uero iudicijs nihil unquam audiui stolidius. Sed urit quosdam alios, quibus nihil elegans uidetur, quod non sit paganum. Nollent bonas literas sonare Christum. Saluta Lupsetū, quem occupatissimum esse uel ex hoc conijcio quod ad me non scribit, eoq; uertus sum ad illum scribere. Bene uale Brixii cādidissime. De Iacobo Fabro demiror nihil audiri certi. Basileæ natali Matthæi M. D. XXVIII. Qui has perferet Andreas Zebrido-
uius Polonus, iuuenis est honestissimo apud suos loco natus, quem à meo cōiūctū dixit amor uidentē Gallia, tot eruditōrum uirorum luminibus refulgentis, cui non graua-
beris interdum tuę copiam facere. Rursum uale.

ERASMVVS ROT. DANESIO S.

V T animo meo permolestum esse solet, quod uiderem Musas hoc rerū humanarum tumultu cōterritas pleriq; regionibus uel silere profus, uel frigere, ita uehementer gaudebā uestrā Galliam illis tranquillam & amœnum præbere domicilium. Italiam enim ueterem illam ingeniorum parentem & altricem Barbarus Maurus iam olim occupat. Nec quieta est Hispania. Apud Germanos uero non desunt, qui sub umbra pietatis euangelicę, quicquid est liberalioris eruditionis extinguere molantur. Verum hanc meam gratulationē, nonnihil cōtaminauit ortus iste ex meo Ciceroniano tumultus, quum argumentum adeo non sit inutile, ut ipse Budęus suis ad me literis promiserit, se nonnihil aduersus istos Ciceronis simios scripturum; nec aliud illic agitur, quam ut qui Ciceroniani student uideri, non assideāt lineamentis ac uoculis, sed uere totumq; Ciceronem exprimant. Et Badium cum Budęo con-
tuli, nō in quibuslibet, sed in eo duntaxat quod Budęus ingenue contēnit, quodq; ibi contemendū doceo. Nec animaduertunt hæc à Nosopono dici, non ab Erasmo. Postremo ne uel maleuolus aliquis possit calumniari collationē, adieci, Budęū alijs multis exitijsq; dotibus suspiciendum. Et tamen hoc argumentū uisum est istis epigrāmatibus maledicis dignum. Magni referebat studiorū, ut qui politioribus literis militāt, iunctis umbonibus se condensarent, aduersus phalanges hostiū, qui nusq; magis concordēs sunt quam ad op-
primendū feliciter subolefcētes linguas ac bonas literas. At uereor ne quorundā leuitas talem quandā tuem inuehat humanioribus studijs, qualē uidemus in religionē Christia-
nā inuasisse. Te nondū neq; de facie neq; de scripto cognoui, sed tamen amo pectus istud
Rr ; tuum

num, Musis & Gratijs omnibus consecratum, cuius imaginē mihi quidam nec indocti nec leues suo calamo deliniant. Hunc animum mi Danesi tibi non incognitum esse uolui, quem scito ab omni furo alienissimum. Bene uale. Datum Basileæ Nonas Septemb. Anno M D XXVIII

ERASMVVS ROT. CLAVDIO IAVANDO S. D.

IHI uero longe magis gratulor Claudii charissime, cui colloquū illud conciliavit amicum non modo doctum, uerum etiam prudentem, candidū ac liberū, quod genus amicis soleo mirifice delectari. A Mida posthac cauebimur, quanquā illius epistola non nihil habebat *ἰπλοῦ*. De literis Dolam bona fide trāsmisais amo te plurimū. Sucquetus respōdit per eionem quendam forte oblatum, lacerum, famelicū, & Iro pauperiorem, quē & uelutū & nummatū dimissimus. Carlebitius hinc profectus est Spiram, meis literis cōmendatus Ferdinando, duci Georgio, & alijs aliquot magnatibus, quanquā dux nec adest nec adfuturus est. Ante biduum accepti ab ipso literas. Laborat tibi, non sine periculo. Sunt qui suspicentur esse fucum: Scit quid illic agatur, ac ueretur offendere Ioannem Ducem, & Marchionē Hesię, alterū asinem, ni fallor, alterum cognatū, uerū hæc nihil aliud est quā diuinatio. Illud habeto certum, inter principes animos posthac scribetur Claudius Iauandus, nec quicquā facturus sum libentius quā tibi aliquo gratiflcer officio, modo tu non graueris significare quid per me habetis. Bene uale. Calend. April. M. D. XXVIII. Probeniano. Charta me deceat ut uides. Scripsi paucis uerbis, quod quidam oleo scholasteri.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO THESAURARIO S. D.

PIOR literas meas tibi redditas, simpliciter impudentes de uino mittēdo. Non bene cōueniunt, nec in una sede morātur pudor & egestas. Auriga nunciauit adesse duo uasa à domino Officiali, quare nō est necesse ut sollicitus sis hac quidē de re. Si tamen tua benignitas ita decreuit Erasmiū tam pridem sibi obstrictis, obstrictiorē reddere, cuperem si fieri posset, alterū uasculum esse uini ueteris. Sin minus non ita ualde laboro. Tamen iudica, quanti conduxeris aurigam, nihil enim mihi molestius quā cū hoc hominum genere cōtendere. Si hic petisset octo coronatos, fuissent illi numerandi. Simul te rogo, ut ne graueris tribus uerbis indicare, quo pacto queam uicissim hominis ingrati notam effugere. Dominus te cum tibi charissimis seculi incolam. Datum Basileæ Cal. April. Anno M D XXIX

ERASMVVS ROT. VIGLIO ZVICHEMO PHRYSIO S.

LLVD scias uelim Vigli charissime iādiu nullas mihi literas fuisse redditas, quæ tuis fuerint gratiores, adeo mihi tuā indolem istā facilem iuxta ac amabilem expresserūt. Cæterū attollendis in immensum laudibus meis, hoc effecerunt, ut singularē quandam animi in me tui beneuolentiā penitus intelligā: nec in aliud profecerūt tam sollicitē deprecātes improbitatis culpam, quod ausus sis ad me scribere, nisi quod hinc perspicio liberalem ingenij tui uerecundiam, quæ cum primis & ornat ætate tuā, & cōmendat mihi spem optimā facit fore, ut unus ex eorum numero possis haberi, qui solidam eruditionē cum integritate morū coniunxerunt. Proinde tibi uelim persuasum habeas, Erasmiū suauitate literarū tuarum uelut incāmentis efficacibus plane tuū esse factum. Quod si hæc ciuilitate dici putas magis quā ex animo, age fac periculum, quacumque in re lubet, nihil excipio. Quid fructus expectes è nostri cōspectu nescio, certe quod ad me pertinet, si tuo cōmodo ad nos ueneris, non solum me cōueniendū, uerum etiā domus & rerum omnium mearū tibi factururus sum copiam. Huius perpetuæ erga te uoluntatis ueluti chitographon hæc literæ sunt, & quidē *ἄνθηραφοι*, ut iure mecum possis agere si quid fecerit. Bene sit optimi uiri Buchonis manibus: qui tibi tum uiuus tum mortuus ad Musarū oculū nihil deesse uoluerit, quandoquidē uideo te tibi nequaquā uel hæcenus defuisse uel in posterū defuturū. Iam quod polliceris constantem ac fortē operā aduersus hostes meos, amplector quidē atque exosculor pitam animi tui studium: cæterū malim te mi Vigli in musarū uiretis ludere, quā cum Carcinis & Plano dorpis cōstiteri. Duo portenta sunt, quorū alterū nobis noua Metamorphosi dedit hoc euangelium, ex agno uisera, aut si quid uisera nocentius, alterū tam suspēditio proximū est. Mihi meū fatum ferendū est, cui perpetua lucta est cū Leis, Stuniceis, Beddis, Sutoribus, ~~in eorum cōspectu non potest esse, nisi quod ad me pertinet, si tuo cōmodo ad nos ueneris, non solum me cōueniendū, uerum etiā domus & rerum omnium mearū tibi factururus sum copiam.~~

Tu charissime adolescens meditare, quibus rationibus laudem absque inuidia tibi pares. Bene uale. Basileæ Calend. Martij, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. CLEMENTI SEPTIMO S.

TOMITTAAM breuitatis studio Romanæ calamitatis deplorationē, quæ nulli pio nō acerbissima fuit beatissime pater, non tantū suspicor, uerum etiā propemodum habeo compertū, partim ex uocibus tuæ sanctitatis quas oratores quidam retulere, partim è libellis duobus, quorum alterum ad me misit Albertus Carporum princeps, alter inter tua famulicia uersabatur, nullo quidem titulo, sed euidenter stilo referens autorem suum, nonnullos Erasmiū apud S. T.

Rx 4 infimulare

potuerint illos ~~comprobari~~. De me leuis est iactura, quicquid est mearum lucubrationū prorsus extinctum uelim, si sciam ex his impietate hauriri. ~~Ex his quae offert tua benignitas, agnosco praecipuū quoddam animi in me tui studium, & omnino gestio hinc aliquo auolare, sed alligat afflictissima ualredo. Caesar inuitat in Hispaniā. Ferdinandus Viennam. Margareta in Brabantiam. Rex Anglus in Angliam. Sigismundus in Poloniam. Franciscus in Galliam, & offerunt satis ampla salaria, quae ut dare possunt, utinā ita possint dare iuuentutem ac ualitudinem prosperā. Haec scripsi occupatissimus ex tempore, quae uereor ut legas, quo uel hoc argumēto cognoscas, me quae de tua singulari humanitate praedicauit Augustinus Marius toto pectore credere. Dominus Iesus tuam amplitudinē reuerendam seruet incolu mem. Datum Basileae septimo Cal. Septemb. Anno M. D. XXVIII~~

ERASMVVS ROT. ANDREAE CRITIO EPISC. PLOCENSI S.

ABET hoc literarum tuarum genius ornatissime Praesul, ut omnem ab animo meo moestitiam dispellant, & alacritatem quādam adferant. Nec obscura est causa. Spirat enim in illis animus iste tuus unice candidus & amicus. Astrologi quarunt in caelis prospera & aduersa sidera. Magi bonis ac malis genijs attribuunt, si quid feliciter secus uel obrigerit. At ego magis arbitror fatum hominis in hominibus esse. Quosdam enim uidemus in quorundā perniciem ueluti natos. Hic erat adhibendum astrolabium, ut resiliamus ab inauspicatis hominibus, iungētes nos benignis & amicis. Quod ita debacchatur in me, quos ego laboribus meis non mediocriter iuuī, neminem laeli: primū demitor hominū stolidam impudentiā, quos toties uictos non pudeat sui; nec ullum faciūt calumniandi modum, quum uideat se nihil aliud proficere, quā quod suā maliciam cum pari stoliditate coniunctā, magis ac magis traducunt, tam plus satis orbi notā. De me leuis est iactura. Illud ex animo doleo, talibus atlantibus niti ecclesiam, imō tales uomicas ferēdas, atq; etiā alendas populo Christiano. Plane sicut sunt oculis incumbentes. Me sic consolor ut existimem deum his afflictionibus purgare me uelle, si quid forte inanis gloriolae subrepsit animo meo. Age dominus est, factat quod bonū uidetur oculis ipsius. Plus enim uidet quā nos. Pro uestro in me studio, non me clam est quantū debeam: quod quoniam iudicio facitis, nō ego solus debeo uobis, sed & religio Christiana, & bonae literae, quibus iuuandis pro mea quantulacunq; portio ne desudo. Nepos tuus Andreas Zebriouius mecum sub eodē tecto degens, eadē utens mensa, mihi commodū & iucundum praebet conuictorem, cuius cōmodis utinam tantū adiungere possē, quantum & debeo & cupio. Attamen quod per ualitudinem & iniquissimos labores quibus dstringor licet, nō desum officio meo. Cōmonstro uiam, addo currenri licet stimulos, nonnunquam & colloquijs exerceo. Nauat strenuam operam in utriusq; literaturae studio, ut bona spes sit eum uobis talem rediturū, qualem pariter optamus. Habet ad literas hortatorem me, sed multo magis frugalitatis magistrum, adeo tenui frugalitq; uictu à nobis accipitur. Me uerò sic obseruat, ut parentem, ac magnam tediōrū partem adimit mihi comi iucundaq; sua consuetudine. De munere mihi narrauit qua occasione perlatum nō sit. Verum ego sic interpretor, te mihi preciosum misisse munus, quī mihi nepotē charissimū miseris, utinā eque illum nō poeniteat huius profectiois, ac me nō tedit illius cōuictus. Ungarie calamitatē doleo, quāq; Bernardus episcopus Tridentinus, Ferdinandi regis summus cancellarius, mihi nuper scripsit res adeo succedere feliciter, ut planē liqueat adesse numen propiciū. Sed quae pars hodie non cōcutitur bellicis tumultibus: Et indies incrudescunt irae monarcharū, nec agnosimus iratū nobis deū. Potius rex dicitur esse Niceae, ea est Sabaudiae ciuitas maritima. Atū eum moliri cōcordiā inter Gallos

Gallos & Caesarem. Utinā hic saltem sit summus pontifex, uel ut melius dicam opt. Maximus. Sed Iulio ad bella prouocanti facile obtemperatū est, uereor ne non perinde mos geratur huic ad pacem hortanti, si tamē hoc agit quod iactatur. Epistola quam regi Sigismundo scripseram, excusa typis, haud mediocrem inuidiā mihi conflauit in regia Ferdinandi, ob unam uoculam, quod Ioannē nominans addiderim regem, quam tamen in literis meis esse nesciebā, nec eram crediturus esse, nisi cōsulissem archetypum. Iam quosdā mihi subtomachari sentio, quod passim detester haec bella, ad pacē adhortans. Nimirum hoc deerat malis nostris, ut in tanta calamitate ne gemere quidē liceat. Ut ad Cretam tuū ueniā alio munere feriendū, illud metuo, ne si cōsilescat haec rerū tempestas, duplicentur quas uocant annatas, quas in trienniū impetratas urgent sine fine, magno Ecclesiarū grauiamine, tum ipsius etiā malo, cui haec deciduntur. Trāquillius enim ac decētius ageret, si non haberet unde aleret satellitū & armatas copias. Sed dum episcopo portū ferē suū quisq; negociū agit, parum habetur utilitatis publicae ratio. Verum huiusmodi multa defert rerum humanarū torrens, quae reprehendere proliuius est, quā corrigere. Regi scribam, sed paucis, quem ut ad hanc benignitatē oratione tua excitali, ita nō grauaberis meo nomine gratias agere, si meis scriptis parum assequutus sum uel muneris magnitudinē, uel animum meum. Dominus amplitudinē tuam seruet in eolumem ornatissime Praesul. Datum Basileae septimo Calend. Septemb. Anno M. D. XXVIII

ERASMVVS ROT. IVSTO REGIS POLONIAE SECRET. S.

MICORVM cōmodis incōmodisq; nō aliter affici soleo q̄ meis. Anxium habebat me tuus casus, nunc planē restitutū sum opere gaudeo. Nam ego Iustum meum inter candidissimos amicos numero. Nūc eloqui uix possim quantopere disruecet animū meum Antonini ualredo. Quid illius pectore candidius? Quid amico amicus? Moderatius dolerem, si uitā morte commutasset. Simile malum corripuerat R. P. in Italia legatione regis sui nomine fungentem. Desperantes medici suaserunt caeli mutationē. Rediit in Angliam, serō, sed tandem reuoluit, sibi redditus. Hoc impensius gaudebā, quod praeter omnē spem tantum amicū recepissem. Sed ecce aliud malum. Opera cuiusdā magnatis cōiectus est in carcerem, quod in hunc quēdā libertus pro suo ingenio scripsisse feratur. Sed arbitror illum nūc esse liberū. Utinā audiat & Antoninū nostrū nobis sibiq; restitutū esse. Proximis literis minitabatur nescio quid muneris, quod ipse nō possem contemnere. Id alebat se missurū per eum quē hic habuerat famuli loco, Iosephū, ni fallor. Utinam multorū munerū iactura talem amicum queam recuperare. Videtur malum fatale. Hic in aedibus cuiusdā amici meo correpte sunt puellae quatuor, & aliquot famuli, quorum unus interijt. Ioannē Frobeniū immortalitate dignum hominē nobis ademit paralytis. Poterat annos aliquot uiuere, nisi tantopere puduisset agrotare. Andreas Zebriouius bona fide reddidit quicquid accepit. Eo do mestico conuictore nunc consolor ualitudinē, ac labores meos. Istam sententiā precor ut obtineas, ne nostrum animū aelimes officio literarū. Bene uale amice singularis. Datum Basileae VII. Calend. Septemb. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS IOANNI LODOVICO VIVI VALENTINO S.

IDE Seneca nihil habes, nisi quod annotatum erat per Aldrisium in codice qui diutius fuit apud Morum, nihil ages, nos habemus longe alia. Sin nactus es exemplaria uetusta, quod equidem magnopere cupiam, non rogo ut huc mittas, nam fortasse serō mitteres: iam enim orsi sunt opus sed inspecta nostra aduisione, tuam adorna si uidetur. Meam omittere non potui. Nam prior illa, mea non erat, nec ulla re plus dedecoris mihi conflauit, quā quod stolidissimo illi sum filius, cui putabam aliquid esse mentis humanae. Congruerat hoc negociū tibi uel Hispano uel undiquaq; docto, sed hanc contumeliā non potui cōcoquere. Velius exposuisti quod in Ciceroniano te praeterierim, quāq; id prorsus obliuione factū est, quā si aetati non putant condonandam, certe tūc studiorū tumultibus, uentis quā laboribus erat condonanda. Et tamen feliciter tuū nomen praeterij, quā attigi Budaei: quē quū in omnibus scriptis meis honorificētissime tractem, nec ~~potui~~ potui uobis, tamē ~~fructu~~ fructu rarrant, omnes Budaei, quod illū cum Badio cōtulerim, quum non in alio cōtulerim, quā in eo quod ibi contemnendū doceo, & quod ingenue contemnit Budaeus ipse. Et tamen ne quis

in aduersis admirari fortitudinem. Vtinam fortuna tatum hac tenus sauiret in Erasmus ut facultates imminueret. Cum multis excetris mihi res est, letale uirus efflantibus, non se prenis, sed septies millenis capitibus. Habes laconicā epistolam, sed quam uereor ne longam dicas characterū ineptia delassatus. Est quod Bonifacio gratuleris, uxoris uterus tur gens, promittit illi patris optatissimū cognomen. Bene uale præcipuū huius ætatis ornamentum. Ne quæso meum in te animum æstimes officio literarum. Dicas hanc esse prolixam epistolam, si scias quibus obruar laboribus, tum quæ multis unus rescribam. Datum Basileæ XVI. Calend. Octobris, Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. NICOLAO VESVVIIO S. D.

V IDEO Beddam cum suis cōiuratis prorsum gladiatorijs animis ad me affe-
ctare uiam. Hortantur quidam ut aperto Marte facultatē adoriar, nihil par-
cens: mihi non uidetur consultū, & si uideretur, non est ocium. Audio Præ-
sulem esse singulari prudentia præditū, hic illius oraculum audire cupiam.

Qui misit Adagia gallica, mihi uidetur uir pius: qui sententias, cæcidus. V-
trunq; mihi salutabis, non enim uacabat illis scribere. Qui Donato adiecit præfationem,
sui similis est, æque stolidus ac scurra atq; olim fuit. Non est dignus ira cuiusquā. Hæc est
horum temporum infelicitas, etiam abiectissimis licet quod libet. Fluc prouocat Euange-
licorum improbitas, ut principes huc malo medeātur. At uereor ne medicina neutris fu-
tura sit cōmoda. Sibi fortasse fecerunt & urent. Optarim ut si fieri possit, saltem pro Au-
gustino daretur regium priuilegiū. Ab hoc opere pendent facultates liberorū Frobenij.
Ego propemodū gratis meam operam impendo, alioqui non sumpturus tantum laboris
pro bis mille florentis. Religio me coegit. Audio Card. Franciæ hominē non nimis facile,
in cuius aures fortassis instillant aliquid inauspicati quidam, quo minus æquum experia-
mur. In hoc opere nihil erit meum, nisi quod mendas quantū licuit submouī, notha subin-
dicauī, & libros secundū materiaram congruentias digessi. Præfatio nihil habebit quod
quenquē offendat. Si quid præsul tuus ualeat apud regem, uelim ut pro hoc saltem opere re-
gis priuilegiū nobis impetret. Mitto libellum epistolarum, si modo Antonius tantū sacri-
ciæ perferre uolet. Bene uale. Datum Basileæ, Natali Matthæi, Anno M. D. XXVIII.
Scribunt mihi Nicolaum clerici publicitus debacchari in nomen meum, succedentem in
exemplum Querni. Nouum cōcionandi exemplum. Et ramentum illud haberi uirum
probum cum primis & grauem. Vix adducor ut credam.

ERASMVVS ROT. PETRO TOSSANO S. D.

N IHI est Petre charissime quod uel temeritatis, uel literarum neglectus
scriptarū Apologiam apud me facias. Scio quæquid scribis ab animo puris-
simo proficisci. Nec est quod hinc metuas quicquid inuidia. Epistola tua bona
fide reddita est, nec per me uulgabitur. Et si uulgaretur, nihil habet indignū
homine pio. Nec p̄lo mihi futurus sis inuicundior, si tibi cum Berquino fuis-
set aliqua consuetudo, ~~quæ me inuicundior faceret, si tibi cum Berquino fuis-
set aliqua consuetudo, quæ me inuicundior faceret, si tibi cum Berquino fuis-~~ tantū hoc mihi dolet, quod
suo fractus animo semet in summum conijcit discrimen. Si à prima uictoria conqueuisset,
iam securus ac tranquillus ageret. Sed maluit suo animo quam meo consilio obsequi. Si
quod mihi confluat inuidiam ipsi prodesset, meum in cōmodum amici cōmodo solaret.
Nunc utriq; altero grauamur, nec ullis auscultat montis. Audio pontificem esse in Sabau-
dia, & audio quanto zelo sit Franciæ Card. erga ecclesiam, quantūq; tribuat Theologis
ac monachis. Et suspicor isthuc adesse Albertum Pium Carporum principem, Aleandro
mire additum, qui libro ad me missō, hoc conatur persuadere, me totius huius tumultus
autorem esse. Prospicio quæ tyrannis sit exoritura. Vereor ne uincat mundus. Debe-
tur hoc sceleribus nostris. Adhuc in ea sum sententia, ut fatius existimem silere, si nihil
addant edicto. Toties respondi, tam euidenter ingessi Sutoribus & Beddis sua menda-
cia, calumnias, delirationes, inscitias, perficuerunt faciem. In clamoribus, conuictijs, bul-
lis & ampullis, in syncretismo & fauore principum tota illis uictoriæ spes est. Quid ue-
ro paras uir optime? *ἀναλογίαν*? In te ipsum secedas oportet, si quæris *τὸ ἴδιον*. Illu-
strissimæ reginæ quæso ut me facias cōmendatū, cuius piā prudentiā, et prudentē pietatē
animo exolucor. Si rarius scribes minus eris iucundus, minus charus nō eris. Dñs te seruet
amicæ in domino charissime, Basileæ III. Nonas Septemb, Anno M D XXVIII

ERASMVVS ROT. LIVINO AMMONIO CARTVSIEN. S. D.

L I TERÆ tuæ priores me sic rapuerunt in amorem tui uir optime, ut uix al-
terius æque. Quo minus responderim, non animus fuit in causa, sed neces-
sitas. Tam multi sunt qui extorquent epistolas, ut totus huic unī negotio uix
sufficiam. Et in his sunt quibus negare tutū non est. Gratiore etiam fuerunt
hæ posteriores, quæ præter affectum unice pium ac fraternū officium quoq;
deferunt, quo nō aliud mihi poterat offerri gratius. Vnum illud ibi submolestū fuit, quod
tam accurate deprecariis offensionem, quali sum usq; adeo Scythæ, ut nō solum iniurias ira-
cunde feram, uerum etiā talibus offendar officijs. Vtinam ista uenissent in tempore. Nihil
enim illic est quod non uehementer ad rem meam pertineat. Eam operam planè præcipi-
taui. Si quid sit, in quo tibi uicissim queam gratificari, declarabo quæ ista tua, ut uocas, fidu-
cia non sim offensus. Maiorem in modum te rogo, ut si quid habeas eius generis præterea
ne graueris impartire. Quicquid Antuerpiam miseris ad Erasmus Schetum, tuto perue-
nit ad nos, sed mitte diligenter obsignatum quod mittendum uidebitur. Adagia rursus
exiere, magno auctario locupletata. Frobenius meo hortatu nactus est formulas græcas
aliquāto feliciores, nisi Augustino *πολυγραφώτερον* uix septem præla sufficerent, sub uer-
prodiret aliquod opus mediocri Chrysolomi græcū. Germanus Brixius uertit Babylā,
plenisq; uelis inuectus est in Oecolampadiū, applaudētibus Theologis. Accinctus est ad
uertenda quæ supersunt p̄segnata. Expecto nouam hinc comediam. *σκυλόπιον* nō tam
indignor mea causa, quam Christianæ religionis nomine, quæ talibus scurris nititur. Est
illi à consilijs ludimagister quidam, quem ego fame periclitatē apud Anglos pauī, indo-
cūm docui, literisq; cōmendauit destituit, nihil illo stolidius, neq; scurrilius, natione Nor-
manus: ex hoc didicit blatero meus quæ in me euomit quasi cōperta, quum nullum sit ani-
mal illo nebulone uanius.

Hanc stolidorum tyrānidem nobis parauit Lutheri ferocia.
Is nunc prodit moderationes, quasi perinde facile sit mederi malis, atq; nō admittere. Ca-
rolus V tenhouius est mihi suis moribus modestissimis abunde commendatus, neq; com-
mittam, ut usquam officio meo uidear defuisse. Habes epistolam *ἀπολογίαν*, sed quā ue-
reor ut legas, nisi quod tuus candor & hoc interpretabitur familiaris amantis argumen-
tum. Dominus te seruet Ammoni charissime, cunctisq; dotibus spiritus locupletet. Basi-
leæ postridie Calen. Octob. M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. HAIONI HERMANNO PHRYGIO S. D.

S ENECAM exorti sunt, nam ad libros de beneficijs eramus abunde instrui-
ci. Interim hunc ueredatū emissimus nostro sumptu non ob aliud, nisi ut no-
bis adferat tuum codicē, cui nihil est quod metuas: præter unum me, nullus
illum contingeret. Tantum obuoluas illum tunicis chartaceis, ita ut summum
operculum sit lineum ceratum, remittetur eadem diligentia. In præfatione
dabitur oportunitas honorifice cōmemorandi tui nominis, si modo id pateris. Quos co-
dices uiderit Viues nescio, nisi forte tuum, aut eum qui per amicum quendā collatus ali-
quandiu fuit apud Thomam Morum. Verū mihi tanta sylua annotationū congesta est,
ut nec illius, nec tuum codicem metuā. Hoc prouinciæ per quæ lubens cuius cessero, nō pu-
dor urgeret, ut probrum amici cuiusdam stoliditate perfidiæq; contractū diluam. In altero
commune peccatum fuit, ille recepit quod nulla ex parte præstare poterat, sed ego com-
misi: par culpa, nisi quod turpius est hominem sibi ignotum esse, & cādori uicinius de ami-
co melius quam pro merito ipsius sentire. Illud illius fuit proprium, quod quum sentiret
me queri de additione, eam exemplaris partem quæ plurimum habebat annotationū su-
stulit ne deprehēderetur. Alioqui plus satis est mihi quod agam. Ciceronianus meus non
paucos offendit Italos, quod satis diuinabam fore: Gallos item, quod nequaquam expe-
ctabam. Rem agnosces ex libello quem mitto. Velius mecum expostulat quod te præ-
terierim, quasi fuerint omnes recensendi, etiam hi qui scriptis nondum innotuerunt. Alio
qui dictionis tuæ suauiloquentē elegantiam non sine causa miratur. Magni refert mi Her-
manne, quibus auspicijs primum innotescas orbi. Argumentum delige non tam ingens,
quam plausibile & gratiosum, sed in primis usu commendabile. Hic quo mihi res celsit in
felicius, hoc alij certius consulo. Etiam atque etiam te rogo, ne committas, ut hic cursor
Ss 2 inanis

inanis ad nos recurrat. Opus in cursu est, intermitti sine summo dispendio non potest. Si quid erit uicissim quod à me fieri uoles, efficiam nec ubi grati hominis partes in me desideres. Præfulibus Panormitano & Leodienfi, scripsi. Tuum erit dispicere, num reddendas existimes. Basileæ, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS CHRISTOPH. A STADIO EPISC. AVGVSTANO S. STAM uere Christianâ & optimo præfule dignam pietatem exofculatus sum in tuis literis. Non possum agnoscere quod mihi tribuis singulari quodam candore. Non adeo mihi sum ignotus, sed istam laudationē interpretor consolationē, aduersus quorundā maliciofa peruersaq; iudicia, ne quid commorem in insidias capitales, quas mihi miris cuniculis struūt quidam nouis factionibus additi. Enecat me propemodū Augustinus, & huic accessit Seneca, labor in uincibilis, præter epistolariū onus: & tamen minima lassitudinis meæ pars est, studiorum moles. Demitor patientiā tuam, qui psalmum quem obiter tractaui, & occupatissimus ueluti delinui, potueris euolueret id enim intellexi ex amplitudinis tuæ ad R. P. Augustinū Mariū literis. Aliquāto minus infeliciter tractasse uideor psalmū quartum. Hoc tantum in presentia licuit obruto negocijs, alias copiosius. Dominus Iesus seruet amplitudinem tuam reuerendissimā. Datum Basileæ XI. Cal. Nouemb. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. HAIONI HERMANNO PHRYGIO S. D. EMITTO codicem tuum, quo nihil ut scribis pulchrius, unā cum duobus excusis. Ex pacto mihi debebantur tres, maiorem portionē tibi cedo. Si tuus codex ualebat quinquaginta florenis, excusis ualet mille. Nec tamē inficias eo, tuum alicubi profuisse. Non fraudauimus Rodolphum sua laude, ut arbitror. Tui quoq; mentionem fecimus in præfatione, & Ciceroniano nomen nuncupauimus. Si non dum uideor animo tuo fructu esse, quod cepimus implebitur de meo. Nam defuncto Ioanne Frobenio, tota officinæ ratio in Phrysijs te & nomine & ad nomine referens, nisi quod gentili cognomento est Caminga, quo magis admior te non aliud acsiuisse cognomen, unde possis ab alijs dignosci. Versamur hic in summo periculo. Vtinam deus det lætum exitum. Tuus Carpenis adidit Lutetiae librum suum, rectius suo nomini consulturus si pressisset. Nos opella sex dierum respondimus. Ludus exit in rabiem. Vale mi Hermāne, & Erasnum tuum ut soles ama. Datum Basileæ quinto Cal. Martias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. PETRO BEMBO S. D. RAUI profecto sollicitudine liberarūt animū meum, ornatisime Bembe, R. Præfulis Iacobi Sadoleti proximæ literæ, quibus significauit te multo antequam oriretur illa R. Romæ procella, Patauiū uelut in portum quietissimum cōfugisse, atq; istuc inter musas honestissimo simul ac iucundissimo fructu. Quæ quidē felicitate dignissimus erat & Sadoletus, nec male congruebat, ut quorum est unus animus, esset communis item tranquillitas. Sed aliter uisum superis. Ille tamen putat separata decidisse cum fortuna, quod omnium facultatum, in quibus nihil erat bibliotheca neq; preciosius, neq; charius, factura redemerit incolumitatem. Nos hic urget tempestas nihilo mitior Romana. Si quidem illa rapuit opes, nos spoliatur his, quæ pijs omnibus sunt, ut esse debent, omnibus pecunijs chariora. Verum hanc tragediam te malim ex hoc grammatophoro cognoscere. Is est Carolus Vtenhouius, iuuenis mihi domestico conuictu eoq; diutino cognitus penitusq; perspectus. Nihil illo comperi multis annis syncerius, modestius, aut amico amicitius. Hunc literarum amor & coram exofculandi uiros tui similes cupiditas pertraxit in Italiam. Quare te rogo, quod alioqui scio te tua sponte facturū, ut pro tua solita in omnes humanitate, si quid opus erit, illi commodes, uel consilio, uel autoritate tua: Nam pecunia non eget. Et tamen hoc ipsum quod peto, nullo tuo incommodo feceris. Opto te q; prosperrime ualere. Datum Basileæ octauo Calend. Martij, Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. LODOVICO BERQVINO S. D. TIAMSI Nosoponus Erasmi personā gereret, nihil erat quod stomacharetur Budæus. Nec satis admirari possum istam iudiciorum peruersitatē. Hanc febrem nobis misit Italia, ne qua pars esset rerum immunis à dissidijs. Excusis Roma

Roma Galliam inficiunt, ac futurum arbitror, ut ex una hæresi plures nobis gignant. Ita, que est animus post Pascha proximum studijs ferias indicere, præsertim defuncto Frobenio. Parum feliciter celsit, quod epistola quam tibi familiariter scripserā, nec Brixio communicarem, nisi pressuro apud se, sic per omniū manus uollet, ut ædita uideri possit. Vix adducor ut credam Iacobum Tusfanum tam stolidi, tamq; agrestis esse ingenij, ut tam nihil ob rem maledicis uersiculis debacchari uelit in nomen hominis, à quo nunquam uerbo læsus fuerit. Sed multo magis admiror *ἡμῶν*, si carmina sunt illius quæ ipsi tribuntur, nisi forte student inire gratiam apud Sutores & Beddas. Equidem te mi Berquine non possum sic amantem non redamare, sed tuus iste amor utcunque excusas, me non ferenda grauat inuidia. Ostentas literas meas, quibus tecum in aurem *ἡμῶν* comunico. Prædicas me non fore murum. Istis iritamentis, mihi crede, non erar opus, suapte sponte plus satis accensis. Animi tui fiduciam amarem, nisi uiderem tam infelicem. Hactenus omnia tua cesserunt in diuersum. Adidisti uictoriam me dissuadente, uide ut celsit. Uersiculis illis tuis quam existimabas unicā esse uiam placandæ inuidiæ, quæso quid profectum est? unicuique episcopus cœpit meliuscule de me sentire. Quid actum epistolæ quid exhibitis duodecim propositionibus? Ista nihil aliud sunt quam iritamenta crabronum. Habes ad omnia bonas ac fortes rationes, sed utriusque nostrum parum prosperas. Maluisti uictoriam speciosam quam celerem. Faueo tuæ fiducia, sed aut ista te fallat, aut me fallat augurium. Satis odoror ex amicorū literis, Beddacos aliquid atrox moliri. Argumento est, quod ille pridem amicus minis rerum conterritus non audeat quicquam ad me scribere. Apud Louanienſes nunquam exijt ædictum aduersus mea Colloquia. Vanus igitur fuit is rumor. Iam dudum hoc priuatim agunt, ne prælegantur in collegijs solentiter, *ἡμῶν*. Accipio Beddam in actu publico, quam resumptam uocant, honorificam fecisse mentionem, primo loco Lutheri, secundo Erasmi, tertio Fabri. Ut nihil pudet. Sic ornatus incedit, & triumphat resumptis, quasi mundus nō habeat nisi fungos. Audio Fabrum clam subduxisse sese, sed arbitror rumorem esse uanum. Amici anonymi, nec libellum, nec epistolam ullam accepi. Simon Rychuinus, quem opinor tibi notum, retulit de quodam Gandauo, qui strenuum utrum præstitit in hoc tumultu Beddatorum. An is sit nescio. Si misisti, demitor te nō addidisse per quem miseris. Alberto Pio respondebo, sed epistola tantum. Demitor quo cōsilio spargat eum libellum. Nam in me impudentissimis argumentis causam agit, & agit hostiliter, docere laborās, me fuisse occasionem, causam, autorem & principem totius huius negocij. Quod idem agit Aleander in suo Racha, demitans me adhuc spirare, quum in Germania tot hominum misilia sint trucidata, nec me fugit Alberto cum Aleandro necessitudinem esse intimam. Aduersus Lutherum sic gerit rem, ut uideatur colludere cum aduersario. Quod te offendit in psalmo nihil est. Neque enim æternam salutem petimus à quoquam hominum, sed à solo deo, utcunque sanctorum suffragijs adiuuamur. Audio Budæi libros excudi de phrasibus linguæ græcæ, ad quod illū frequenter hortatus sum, & sanè gaudeo. Illic audio fieri mentionem mei. Si digna doctis ciuilitate id agit, me nihil offendet. Sin secus, quod non arbitror, cuperem quamprimum exemplar, haberet ante Pascha rationem, sed quæ nostram amicitiam non dirimat. Si quid erit, quod me scire uoles, mitte aliquem nostro sumptu, aut ita cōductum, ut istuc accipiat coronatos duos, hic totidem. Sed cura ut à cæteris item amicis efflagret literas. Carolus Vtenhouius re uera talis qualem prædicas, mihi suo conuictu magno solatio est: utinam parem ex meo capiat utilitatem. Hæ literæ maturius ad te uenissent, nisi Antonius supra omnem expectationem distulisset abitum. Bene uale. Datum Basileæ decimo Calend. Ianuarij, Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS ANDRÆÆ ZEBRI DOVIO S. D.

ORNATISSIME iuuenis, non minima ex parte nobis tui desiderium mittit gaudet, quod intelligo tibi & iter, & Lutetiam fuisse prosperā, præsertim quod scribis studia tua feliciter istuc quam hic solent succedere, quod ego sanè futurum augurabar. Habet enim ista ciuitas uiros non paucos exquisita doctrina præditos. Ducas musas omnes armorum fremitu Italia depulsas, in Galliam commigrasse. Nec dubito quin huc summis uiribus incumbas, ne frustra tam lo

cuples literarū emporum adisse uideatis, quanq̄ hic quoq̄ nunc nescio quo facto, profi-
rentium uocibus perstrepunt omnia. Glareanus iam magis tuus est q̄ antea fuit. Conci-
liauit uos illa concertatiuncula, ut interdū ex malo principio magna nascitur gratia. Non
est quod excuses silentium tuum. Epistolā ad Carolū Vtenhouium datam, mihi quoq̄
scriptam interpretor. Accessit alius conuictor non illepidus. Carolo male conuenit cum
æstuarijs. De reditu ad nos tuo an ludas nescio. Quando te dimittet Lutetia, quæ solet ho-
spitibus magis ac magis adlubescere, postea quā illos semel suis odoribus expleuerit. At
tamen si id tuo bono fieri poterit, uenies nobis gratior quā unquā fuisti, certe me nō ha-
bebis hospitem deteriorem, fortassis aliquanto commodiorem, quod memet breui excu-
tiam ab hisce laboribus. Miror è Polonia ne syllabam quidem: Tu si quid habes impartī.
Quod serius accipis hanc epistolam, in causa fuit Antonius, qui diutius solito atque opi-
nione nostra distulit abitum. Iubente saluere, Berus, Bonifacius, Hieronymus, Glare-
nus, reliquitq̄ tui studiosi. Quæro ne graueris Martino Dambroskio nostro meis uerbis
multam salutem dicere. Tu fac quā optime ualeas. Datum Basileæ decimo Calend. Ia-
nuarij, Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. DANIELI STIBARO S. D.

GE mi Stibare, sic perfrica frontem, ut subinde festiuissimis simul & huma-
nissimis literis animū nostrum recrees, nihil ueritus Erasmi mæstatē, uti scri-
bis. Sunt enim quidā tam uerecundi, ut pudore deterreatur ab officio. Quid
autem debet mihi esse gratius epistolis quæ mihi suauissimum amicum refe-
rant, absentisq̄ desiderium leniant. Nam te mihi uix bene notum casus abstu-
lit. Hic certe tuus pudor, alioqui tum ætatem istam, tum nobilitatē mire decens, mihi da-
mo fuit, per quem factum est, ut te serius cognoscerem. Quæ uerenda est cōsertam
improbitatē, omnes habeo suspectos istius ordinis. Itineris tui tragico comcediā lepidissi-
me nobis depinxit Philippus Montanus, qui mihi posthac futurus est multo charior, q̄
tibi tā opere placuit, suis ut scribis officijs. Prudenter tu quidē, qui ut gallice discas, in gar-
rulitatis scholam immigraris, tōstrinā, ubi Pythagoricā *ἐπιμύθη* aliquandiu serues.
Quid enim illic aliud esse potes quā auditor? Quamquam una puella galla ad linguæ fa-
cultatem non minus conferet tibi quā triginta uiri. Certissima ad profectū uia est, præ-
discere nominum & uerborū inflexiones, mox ad libros bene gallice loquentes, sed adhi-
bito magistro, siue malis magistra. Me autore nōnihil & Græcitatē asperges studijs tuis,
ut ad tuos redeas *πρὸς τὸν λόγον*. Quod te ipsum manumiseris & probo & gaudeo. Inte-
rim fac tibi uiuas dum licet. Reliqua quæ tu copiose differis de nostra necessitudine, deq̄
tua in me perpetua beneuolentia, quamquam erant superuacanea, præsertim apud me, qui
tot argumentis tuum erga me studiū habeam perspectissimū, tamen erant uehementer iu-
cunda. Lætor enim subinde mihi refricari memoriā tam singularis amici, cuius accessione,
puto nō leue momentū additum meæ, si qua est, felicitati. Præter animum mutuū & of-
ficia literarū, nihil abs te requiro iuuenis ornatissime: tu tamen abundantia quadam amo-
ris, præter id quod est in amicitia præcipuū, etiam fortuita nescio quæ munitaris, quasi pa-
rum sit quod hinc abiens, aureū amoris tui pignus apud me deposueris. Quicquid est igitur
istius sponsonis, totū tibi remitto. Vis augere tuam in me beneuolentiā? Fac te ipsum
optimis disciplinis q̄ ornatissimum cumulatisq̄ reddas. Posteaq̄ enim amicitia iure
meus esse cœpisti, mihi iudicaturus sum accessisse, quicquid honorum tibi accesserit. Ac
ne profus nescias quid hic agatur, Basileæ publice profitentiu tumultu perstrepunt om-
nia. Tantis prouentus subito erupit. Inter hos est Ioachimus Antuerpianus, huic rei na-
tus. Medicus quidam senex in publica professione, docuit quod esset testamentum Chri-
sti, cum ego semper putarim illud esse, Pacem meam do uobis &c. ille cōmonstrauit esse,
crescite & multiplicamini & replete terrā: magnoq̄ stomacho debacchabatur in con-
tinentes, præcipue monachas, quod fundi tam boni nō colerentur. Ex retento semine na-
sci syncopes & capitis uertigines, aliasq̄ mentis alienationes, quibus nunc passim labora-
tur. Hæc noster Silenus, breui, ut aiunt, ducturus monacham, ne labore capitis uertigine.
Alius eiusdem professionis dedit aliam fabulam. Habebar puellā ob terrores nocturnos,
eam sacerdos quidam ad se pellexit. Medicus cum literis amatorijs nihil proficeret, spar-
git rumorem, puellam sacerdoti ductam uxorem. Sacerdos metuens ne rumor ille detri-
mentum

mentum adferret cœsui, nam erat, aut certe uideri studebat catholicus, trahit medicū ad iu-
dices. Recitatae sunt epistolæ amatoriz, magno & iudicū & circūstantium risu, in quibus
misere querebatur, se puellæ desiderio sic exanimari, ut nec cibum nec somnū capere pos-
set. Quid multis? Vicit sacerdos, medicus ad palinodiā adactus est, nimirū bis uictus, nec
Venere propitia, nec Mercurio. Accessit Carolo Vtenhouio lepidus cōgerro, quod sane
gaudeo, medicus ut eruditus, ita mire comicis moribus. Si nomen quæris. Hubertus est,
si patriā, Berlandus. Itaq̄ risu minimeq̄ terricis fabulis aliquā diē partem fallimus. Libe-
bat diutius tecū confabulari charissime Daniel, sed in pilstrinū retrahit Seneca, qui me tan-
tum non enecat labore nunq̄ satis exhausto. Cupio te q̄ optime ualere. De medico per-
peram acceperā. Non sunt duo, sed unus utraq̄; saltauit fabulam. Serius accipis has lite-
ras. Antonius fuit in causa, qui præter solitum distulit abitū. Etiam atq̄ etiam uale Stū-
bare charissime. Datum Basileæ X. Cal. Ianuar. Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS ANTONIO SALAMAN-
cæ episcopo Gurcensi electo S. D.

ON mediocri me uoluptate iam affecerat Henricus Glareanus, cum nuncia-
ret istic adesse nepotem clarissimi Comitis Orthenburgēsis, cuius humani-
tatem iam pridē non literis tantum amantissime scriptis, uerū etiam oslicio-
sodā sum expertus. Hoc gaudium mihi conduplicauerunt tuæ literæ, quæ præ-
ter eruditionē, prudentiam ac pietatē minime iuuenilem, spirant non uulga-
re quoddā erga me studium, quod ego sane in parte nō postrema meæ felicitatis numero.
Atq̄ isto quidē nomine gratiam habeo maximā, daturus operam ne tantum fauoris in ho-
minem profus ingrattū tua benignitas collocasse uideat. Tibi uero gratulor uice, quod
uiruti tuæ tanta accesserit autoritas, qua possis de religione Christiana q̄ optime mereris
sed multo magis tibi gratulor istam tam religiosam mentem, quod studes animū his lite-
ris ac disciplinis infundere, quæ te reddant muneris tui destinatus es gerendo idoneum. De
fuerunt enim in huiusmodi ecclesiæ tempestas naucleros eximios, tum eruditione, tum pie-
tate insignes, qualem te fore cōmitem. Quod liberius in eo quod scripsisti sanctissimæ cōlan-
tati tuæ morem gerentis, si quod præstat ebit: nam talis quidem desiderium amplius dōrā,
hic mira raritas est. Vnum enim tantum huiusmodi quem auisisti tradere, hoc est mori-
bus integris atq̄ etiam cōmodis, in bonis literis eleganter eruditū, nec infeliciter progres-
sum in iuris peritia, tum alienissimū ab his disidijs quæ nunc infestant Ecclesiæ concor-
diam. Is intra paucos dies redibit Friburgū, ita licebit ut coram nullo tuo dispendio cum
homine miscæ colloquū. Qui si tuæ prudentiæ talis uidebitur, qualis hinc optimo cūq̄,
non mihi tantum uideatur, quod omnino futurum & optamus & confidimus, facile cum
illo rem transiget. Per eum tibi ferentur, ut quanto copiosius: nunc enim pluribus nō ua-
cat. Interim precor ut tua sublimitas quā prosperrime ualeat, & Erasum inter addi-
tissima sua mancipia numeret. Datum Basileæ VI. die Feb. Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS BERNARDO EPISCO-
PO TRIDENTINO S. D.

PERO futurū Reuerende Præsul, ut hoc tam celebre conciliū gignat no-
bis pro hac tempestate iam diu optatam tranquillitatē, domino fortunante,
quod pio, sicut arbitror, studio, molitur Sereniss. Hungariæ Bohemiæq̄ rex
Ferdināus. Quo in statu nos simus, facile coniectat tua prudentia, nō quod
mihi quicquā metuam à magistratu, sed multa fex hominū admixta est huic
ciuitati. O fores habeo permultos, amicos aliquot, sed quorū autoritas hoc rerū statu non
ita multū habeat ponderis. Percuperē hoc ab amicis procurari, ut Sereniss. rex Ferdinan-
dus suis literis me hinc euocet, uelut aliqua in re usus mea opera. Spero mihi fore liberū
abitum: neq̄ enim cuiq̄ obnoxius sum, sed eo pacto tutus migrauero. Nec usquā malim
q̄ Spirā, sed metuo ne huic afflictissimæ ualitudini parum conuenturū sit cum tanto prin-
cipum strepitu. Friburgum in proximo est, sed oppidum est angustius, & populus ut au-
dio supersticiosior. Ac mihi iam pridē tam male conuenit cum squamigero pecu, ut si uel
attingam, de uita periclitet. Cum habeam causam iustiorē q̄ uellem, cum habeam pon-
tificium diploma sine ulla exceptione, tamen rude uulgus clamaret, non minus peccās si
perditione, q̄ diuersa pars peccat contumacia. Gratius enim est damnare proximum,
Ss 4 qui

qui & summa necessitate coactus, & summi Pontificis autoritate confirmatus uelcitur, & si quis præter necessitatem uelcatur. Hæc res me hic diutius remorata est. Nam hyemem fortasse contempserim. Hæc in re quaeso, ut tua singularis humanitas mihi suum & consilium & auxiliū impartiat, quam opto quæ prosperrime ualere semper. Datum Basileæ VI. Cal. Mart. Anno M. D. XXIIX. Mitto primores paginas libelli de Vidua Christiana, quam rogatu cuiusdā dicaui Sereniss. quondā Hungariae reginæ Mariae, cuius fratrem nunc quod facile cōiecto plurimis negocijs occupatissimū, nolui meis literis obtundere. Habet me suæ Maiestati addictissimū semper ac habebit, dum spiritus hos reget artus.

ERASMVVS ROT. IOANNI HENCKELLO S. D.

X quatuor epistolis tuis tres ad me peruenierunt amice in domino charissimè. Proinde cum intelligerem tibi rem magnopere cordi esse, nec id sine causa, feci quod uolebas, licet animo reluctante, quod argumentū nec simplex esset, nec sibi satis constans. Tum exemplar uiduae parum cōgruit illi, quæ uti coniectio matrimonio seruetur, nec cōsolatio tam felicitis foeminae uidebatur suscipienda, præsertim iam fera. Itaque miscuimus argumenta nescio quæ feliciter. Id enim tui fuerit iudicij. Nunc tuæ partes erunt nostrum obsequiū Sereniss. reginæ cōmendare, qui huc perpulsi. Ex eo quem missurus sum, audies totam nostrorū malorum illadē, quam literis cōmittere uix turum fuerit: tanta est animorū uarietas. De munere de quo nō nihil significare uidebantur tuæ literæ, nihil est quod labores: existimabo me satis magnum huius laboris fructū percepisse, si Sereniss. reginæ gratum est quod fecimus. Quod si illa uultro uoluerit aliquo symbolo suæ erga me beneuolentiae testimoniū adere, puto satis tuto cōmitti posse huic cui literas & librum commisi. Quamquæ hoc quoque tui iudicij esto. Nam mihi parum est exploratus. Fac me de toto statu tuo certior: erit hoc tam gratum, quæ sunt gratissima. Res simpliciter exit in rabiem, utrinque sine modo insanitur. Bedda rursus addidit in me apologiā, sed puto non esse. Exijt & Lodouici cuiusdā Franciscani libellus, protector scilicet hierarchici ordinis. Idem libellus uidetur apud Hispanos editus eius gentis lingua. Albertus Pius Carporum Comes, dudum Cæsaris orator, ac Pontifici uehementer charus, nunc ad Galliarum regem dislapsus, addidit uolumen annis aliquot elaboratū, in quo duas res agit: persuadere conatur uniuersum hunc orbis tumultū, me autore natum esse. Præterea refellit Lutheri dogmata, sed tam dilutis rationibus, ut his de rebus leuiter cogitasse uideatur. Quid Pontifex agat incertum est. Utinam moliat Ecclesie concordiam. Equidem nihil ueo prospicere nisi cruentum exitum. Utinam hic Christus inexplabili tragœdiæ subito det lætam catastrophem. Spirensis conuentus quid nobis pariturus sit nescio. Bene uale. Datum Basileæ quarto Calend. Martias, M. D. XXIIX.

ERASMVVS ROT. LODOVICO BERO S. D.

A NE quàm lubens agnosco ueterē istum tuum in me animū plusquam fratrum, & gratiā habeo maximam, quando quidē referre nunquam potero. Sed nulla domus mihi potest congruere, quæ fumario caret, quare non est uisum istuc mittere famulum. Emandarā proprium nuncium Besontium, quod ni, tum ex thesaurario disceret, num expediret eō cōmigrare. Responderunt nunc nō esse cōmodum, aliquot cōmemoratis causis, quarum præcipuā nuncio non literis cōmendantur, quā ipse tamen ex me diuinarā, nimirū inter clerū ac magistratū esse nescio quid dissidij. Et Carcinus meus qui ibi latitauit, nam Dolæ cœperat obolere, non parū ueneni de me sparsit clanculū, præsertim apud magistratū, artifex Euangelicus. Itaque nuper mihi Frburgum, qui inspiceret locū quem cōsul obtulerat. Domus est extructa Maximiliano, planè magnifica, sed inabsoluta. Ego delector extructis, non extruendis. Spire puto me commodius posse uiuere, nisi me deterreret turba principū. Heri rursus accepti literas ab Archiepiscopo Panormitano, qui est primus aulae Cæsaris in Brabantia Cancellarius, pollicentes omnē fauorē, atque etiam benignitatē si uelim redire. Id omnino facerē si frigerent hypocaustra

hypocaustra Germaniæ, quæ nō minus odi quæ inferos. Hæc quæ tutum mihi sit manere nescio. Perferuntur ad me quorundā fremitus ac minæ parum Euangelicæ, neque nescio, quocumque migraro, id nō fore sine summo uite meæ discrimine, quum leuicula res, ueluti uinum mutatum, aut etiam nouata uelitis adducat in periculum. Sed quicunq; erit euentus, aliquod migrandum est. Cuperem hic harere usque ad Bibliopolarum e Francfordia reditum, sed uereor ut tutum sit. Carcinus hic dentio fuit, ac mira arte molitus est nouam tragediam. Nostri Polyphemum nostrum barbatū, hic à me, ut dixi, emadatus Besontium, habuit nescio quid rixæ cum eo de me. Eo profecto Dolam, clanculū, ut narrat, fategit, ut reuersus conijceretur in carcerem: & factum fuisse, ni Polyphemus iactasset se Ferdinandi regis satellitem. Hoc conatu frustratus, ilico uenit Basileā sub noctem. Id simul atque rescitui, protinus diuinaui quod erat. Iussi ut postridie mane Polyphemus se subduceret. Ad nonā uix illo profecto, ueniunt ad aedes meas duo uisatores, qui Polyphemum accersunt ad Tribunal. Dicum est illum abisse. Redeunt à prandio, responsum est idem. Qui est huiusmodi indignitas hominū & mihi minatur, quæ illi non timorim. Ita ferociter Euangelium. Bedda enim libellū Albertus Carporum Comes addidit Lutheri libellū, in quo persuadere conatur, Primum totius Lutheri contemptum esse autorem. Ut uideatur quidam in me uulgare libellum. Respondi omnibus, nisi quod mihi uideretur consultissimū figere pedem in petra immobili, qui est Christus. Suspicio te huiusmodi nenij nō delectari, si tamē tantū est ocij, mittam simul et illorum calumnias & mea responsa. Interim cupio te quàm optime ualere amicorum syncerissime. Datum Basileæ postrid. Calend. Mart. M. D. XXIIX. Si Consul, ut cinus quondam meus istic adest, meis uerbis multam illi salutem dicito. Mittam & reliquos libellos nouos, si significaris cui uelis committi.

ERASMVVS ROT. CORNELIO GRAPHEO S. D.

VBENS paruissimè uoluntati tuæ Cornelii charissime in excudendo carmine tuo, nisi duæ res fuissent dehortatæ. Non uisa est ea carminū uena, ut putarim hinc tibi multum laudis accessurum. Deinde inerant nō pauca, quæ tibi fuerat inuidiā auctura, quod mihi nequaquæ uidebatur expedire rebus tuis, præsertim hoc temporū statu. Discruciat me fortuna tua, quamquæ ipsum afflictiuum, sed quod diuinitus geri uideatur, fortī animo perferendū censeo. Bene uale. Datum Basileæ quarto Calend. Martias, M. D. XXIIX. Equidem nihil ueo prospicere nisi cruentum exitum. Utinam hic Christus inexplabili tragœdiæ subito det lætam catastrophem. Spirensis conuentus quid nobis pariturus sit nescio. Bene uale. Datum Basileæ quarto Calend. Martias, M. D. XXIIX. Opto te cum tuis omnibus quæ optime ualere. Datū Basil. Non. Mart. M. D. XXIIX.

ERASMVVS ROT. IACOBO TVSSANO S. D.

EMIROR quid tibi uelis cum tuis uersiculis, nec te nec me dignis, studio literarum, quibus prouehendis ambo desudamus, perniciosus. Magis oportebat aduersus tam pertinaces musarum perduelliones. A me sane nunquæ es dicto factioe læsus, nec tibi concedo, ut Budæi gloriae fauces impensius, quæ ego, tantum abest ut uel inuideam illi, uel desicere studeam ab arce gloriae, quam merito suo occupauit. Hoc te admonitū uolebam mi Tulliane, non tam mea causa quæ studio rum, atque adeo Budæi, cui tales uersiculi nonnihil inuidiæ conciliant apud eos qui me charum habent. Nondū enim omnes sunt Budæi. Quæso te patere Budæum apud omnes gratiosum esse. Quamquæ enim certum habeo illum ut uirum grauem ac probum istiusmodi cauillis non delectari, tamen non deerunt qui diuersum suspicentur. Bene uale. Basileæ tertio Idus Mart. Anno M. D. XXIIX.

ERASMVVS ROT. PETRO BARBIRIO ADRIA/
NI PONTIFICIS A SACRIS

S. D.

VLCHRE nobis depingis sanctissimū Pont. animū. Eam epistolę partem mi Barbiri magna sanē cum animi uoluptate legi. Aedam breui cohortatiunculam ab his impijs cōtentionibus ad Christianā concordiam. In ea sic exprimam piū & syncerum Pōtificis propositum, ut sperem eam cōmendationem ad negociū conficiendum non me/
diocre momentū habituram, præsertim si Germani senserint eius ani/
mum

Ego adhuc misere metuo, ne res exeat in tumultū. Præteritur Euange/
lica libertas, uerū non omnes eodem spectant. Sunt qui hoc, quæ sunt in sanā licen/
tiam seruiendi carnis affectibus. Sunt rursus qui inuidēt opibus sacerdotum, & sunt qui ut sua fortiter profundunt, uino, scortis & alea, ita rapinis inhiant alienorū. Sunt denique quorū res in eo statu sunt, ut tranquillitas illis tuta nō sit. Sunt in his tamen aliqui, qui cuperent absq; tumultu, si fieri possit, corrigi, quæ in ecclesiā parum utiliter irrepserunt. Rebus itaq; confusus ut solet in incēdio, qui q; rapiet quod affectarat. In primis igitur cauendum, ne tumultus semel exortatur, quod audio factum Erphordia, ubi singulis diebus occiduntur aliqui. Apud nos, tamen si stulta inclemētia Ecmōdani & illius collegæ, quidam indignè tractati sunt, tamen gaudeo nondum uentum ad manus, alioqui finem nescit tua lanterna. Cornelius Hoen uir optimus, ut audio, fuerat restitutus per aulam, eum arte retraxerant in arcem quandam: ibi conuicissent illum hæreseos, nam hic Egmondanus felicius argumentatur q̄ in scholis, uerū illico liberatus est per Hollandiæ proceres. Hic hæreticus erat, quod ausus sit cum Ecmōdano disputare. Cornelius restitutus est, sed diu passus indigna. Nunc demum restitutus est & Nicolaus noster uir integerrimus. Nec dubito quin his succurrerit Pontificis æquitas, rectius tamen factura si tales, qui suis moribus, cunctis & bonis & malis iniusti sunt, exarmaret, præsertim in tā arduo negotio. Quæ te carnalitam istum tāta armare autoritate, quid aliud erat q̄ furioso tradere gladium? Ego constanter sic me geram, ut exitus declaraturus sit, me nihil aliud spectare, q̄ Christi gloriam, & publicam utilitatem. Nuper quoniam oblatus erat prepositus quidam, Canonicus apud diuum Donatianū Brugis, homo certus, sed mox abiturus, scripsi plus quam ex tempore Pontifici, satis libere & haud scio an temere, certe animo sincero. Vix erat opus relegendi quod scripsissem. Bona spes est illius humanitatem boni consultiurā hanc simplicis animi fiduciā. Hic mihi uisus est parum certus, unde paucioribus ago, plura scripturus ubi cōtigerit cui tuto possimus fidere. Bene uale uir optime. Basileæ decimoquin to Calendas Masas, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. PAVLO VOLZIO ABBATI S. D.

T tibi tua crux ferenda est o bone, si uis regnare cum Christo, a qua nec pedum quāuis uenerabile, nec mitra bicornis, nec anulī te liberabūt. De paupere regno lis est. Et si maximū esset, scio tuum animū his rebus nō magnopere cōmoueri. Re cōperisti, ne tyrannos quidē esse liberos, quibus regnū etiam cum libet deponere non licet. Constanter recusasti thesaurariam Turonensem. Res erat & liberrima & paratissima, prouentus *τὸ ἀλλοτρίον* quingenti coronati. Nolo bos clitellas. Vtrum tu sceptrū tuum cum ea cōditione cōmutasses? Et si p̄sio designetur satis a qua, nō semper penditur quod pangitur: quodq; est omnium grauisissimum, qui quærent lædere crimen, prætexunt suæ maliciæ, ut probriū accedat damno grauius. Epistola qua scribis te ternas misisse literas, mihi tertia reddita est. Itaq; una duntaxat perijt. De

De amphibio suspicabar quod scribis, nisi quod non satis diuinabā, quid sibi uellet scholarum. Nam *ἀμφίβιος* dicuntur animantia quæ in utroq; uiuunt elemento, ueluti Crocodili & Phocæ. Deinde irata Grammatica scripseras *ἀμφίβιος* pro *ἀμφίβιος*. De uita mea, quam mihi sōgguam precaris, uiderit Christus, ego sciens nec ad dextram deflectam nec ad sinistram. Istorum tumultus quorsum euasuri sint, nescio. Ab his ego iam non iudicio tantum, uerum etiam religione abstineo. Quid si deus per istos corrigere uult nostram in malis peruicaciam? ~~Deuotissimū hunc libellum, quem scripsisti, uidebitur, ut spero, non perire. Fremunt stolidi. Thra Symachus & Bubulus non audent proferre caput, utrinque lapidandi si uel prospexerint. Seculum est in quo nec bene loqui licet, nec male. Opto tibi gaudium & pacem in domino pater reuerende. Beatum nondū uidimus, nec arbitror breui uenturum. Habes ad epistolam tuam *μετὰ λακωνικῶς*. Basileæ x. v. Calend. Ianuarias. Anno M. D. XXIII.~~

ERASMVVS ROTERODAMVS GASPARI HE/
DIONI S. D.

S. D.

RECOR ut nouum matrimoniu uobis sit felix. Miseram tibi literas ad magistratum scriptas, tanq; amico, cui uni omnium fidebam toto pectore. Quoniam aut nōlebam te uel minima inuidia grauari, motus, ut si malles preme res rem, sic ut nemo rescisceret, uidelicet quo mihi esset integrū quid uellena statuere. At tu nec tacuisti quod agebatur, nam Frobenio certe communica

sti, & Scottū tua opera subleuasti, ne daret pœnas. Non hæc dico quod offensus sim, ~~non potest quod hoc sit sine meo, non fortis, & Evangelii tenentur amplecti.~~ Verū ista lenitas interim in me crudelitas est. An tibi lenitas uideatur, si quis sicario aut latroni subueniat, ne captiur, post maioris audacia plures occidatur? Non est neganda uentia, sed respiscenti, sed conuerso. Istum adeo non pœnitent infantia, ut ferox minitetur se sceleratiora ausurum. Diligendus est inimicus, sed in hoc ut fiat alius. Non amat autē qui sinit impune peccare, si queat oblitere. Quo uehementius amat pater, hoc acrius cohibet peccantē filium. Misericordia fuisse, si mox æditis Flurenti lycophantijs dedisset pœnas, nō addidisset in saniam infantia. Sed monitus, inquis, clam a consule cauebit. Quam tenere consilium est illius honorū, qui tale facinus orbi publicauit, ut clam admoneretur. An spes est tale porrentum uerbis castigatus fore? Vix emiserat Othonis furias, cœperat iterum excudere, & præterea rabulæ nescio cuius libellum, & fecisset nisi fuisset cohercitus. Et tamen illinc depulsus, dedit nobis epistolam Othonis bellas scilicet, quæ Evangelia quoque uocent in dubium. Addita est pictura seditiosa. Si pingebant prophetas Baal, quare addiderunt crimem attonsum, uertices rasos, lineam uestem, mitram horum temporum; & me pinxerūt pileo sub mento religato, serico imposito humeris, & brachijs e pallio porrectis: sic enim ferē color, præsertim domi, & hoc cultu eram quum me saluaret Otho. Hęc ego quidē rideo, sed tamen indicant istorum, quos tu subleuandos putas, peruersissimam uoluntatem. An uos creditis talibus præsidijs processurum Euangelij negociū? Magis metuo ne talium stulta malicia & maliciosa stultitia, subuertat quum bonas literas, tum Euangelium, si fieri possit, et uos uestramq; ciuitatē aliquando pertrahat in graue discrimen. Scortus, inquis, habet uxorem & teneros liberos. Num ista excusatio uideatur iusta, si scrinijs meis effraçtis sustulisset aurum? Non opinor. Et tamen hoc quod facit longe sceleratius est. Nisi forte putas mihi famam esse uiliorem pecunia. Si deest unde alat liberos, mendicet. Pudet inquis. Et huiusmodi facinorū non pudet? Prostituat uxorem, & ad calices uigilanti naso stertat adultero. Nefariū, inquis. Magis nefariū est quod facit. Nulla lex punit capite qui uxorem prostituat, at capitalem pœnam denunciant omnes ijs qui libellos ædunt famosos. A me nunquam uerbo læsus est, nisi lædi se putat, quod Frobenius excudit bonos autores, dum iste nobis nihil dat, nisi furiosas nœnias. Sunt in orbe tot ueteres, tot noui libelli, aut restituat ueteres, aut prodat nouos. Solus ille typographus non habet unde alat uxorem & liberos, nisi suis libellis cōfundat omnia. Et me fautorem habiturus est, si proferat quæ prosint publicis commodis. Nam ego typographorum pecunijs non ego, gratia superis. Gratis faueo bonis studijs, tantum abest ut uerum sit quod de Frobenio scripsit iste rabula. Sed longe uantius est quod factat de præda. Ex Lutheri causa serenciū ad me non redijt. Nihil non respui, ne forte imprudens repugnarem spiritu Christi

Christi, nec unquam illius commendatione factus sum pilo ditior. Fouetis illum Euange-
 lici, qui tanquam draco rabidus dudum emerfit ex antro, & ebrius licentia putat suis furio-
 sis minis cessura omnia. Qui primum inuixerunt mundo Euangelium, tales furciferos non
 dignati fuissent alloquio. Capito noui Euangelij episcopus, non habebat alias delicias, qui-
 bus se oblectaret, quam perditissimi decoctoris conuictu, ne quid addam. Nihil inimice
 suspicor de Capitone, quem exceptis dogmatibus semper habui pro amicissimo. & cui
 semper me prebui amicissimo. Et tamen sunt qui putent illum non esse alienum ab hac
 tragedia. Non est tam simplex, ut non intellexerit technas decoctoris, & furias scriptoris.
 Diu siluit dum aleretur hoc monstrum, tandem admonuit de rebus grauibus, uidelicet,
 quod aliquid attigissem de libero arbitrio, prius quam Lutherus scriberet de libero arbi-
 trio. Deinde quod alicubi scripserim, legem Mosi cohibere manus, Euangelium etiam ani-
 mum. Imo, inquit, lex intendit in totum hominem. O graues admonitiones amici post ac-
 ceptas tales plagas. Non licet exponere quod docet Christus, dictum est antiquis, non oc-
 cides, hoc est cohibere manus. Ego autem dico uobis, Qui irascitur &c. hoc est cohibere
 animum. Explica legem, idem est cum Euangelio. At ego cum Christo loquor, de lege non
 dum explicata. O piaculum talibus libellis expiandum, & quidem per tales amicos, qui-
 bus etiam decem uitas crediturus eram, si decem habuissem. Quid agam pro Euangelio,
 nolim quousuis scire. Fingunt me timidum, homines ad omne facinus precipites. Si mihi
 constaret conscientia, si conspicerem fructus Euangelicos, uiderent me non esse timidum.
 Egregius Euangelij profectus, si ex una ciuitate ciecatae sunt imagines, utinam enjcerentur
 animorum idola, quae prodigiosiora uideo penes istos qui iactant Euangelij titulum. Olim
 amore Euangelij, qui habebant uxores, relinquerebant ultro. Nunc floret Euangelium, si
 pauci ducant uxores bene dotatas. ~~... Nunc uereor ne multi ducant uxorem, non ob aliud nisi quod non licet ma-~~
~~forum legibus. Scio quam sit impurus quorundam coelibatus. Verum an uxore ducta pro-~~
~~tinus consultum est castitati? Quid si sacerdos qui prius habebat concubinam, nunc ha-~~
~~beat uxorem cum pellicerit?~~

Nunc passim abijciunt temere, nul-
 laque maiorum autoritate, qui ex malis monachis fiunt deteriores laici. Nec aliud his praer-
 stat mutata uestis, quam ut impunitus patretur quicquid animo collibuit. Sunt fateor, quo-
 rum indolem melioribus rebus natam premit cuculla. Sunt rursus eo nati ingenio, ut de-
 cem cucullis cohercendi sint potius quam suo tradendi arbitrio. Certe multos alebat cu-
 culla, qui nunc ueniunt in periculum, ne magistra egestate discant tollere unde non oportet.
 Quid autem dicas de his qui prouecta aetate, dissuadentibus amicis, scientes, pruden-
 tes, uolentes, dediderunt sese cucullae. Satis istos pudeat incostantia. Nunc ut praclarum
 facinus iactant, & alios ad suum exemplum pertrahunt. Sed his de rebus alias, ualebis in
 Christo. Basileae, Anno M. D. XXI. III.

ERASMVVS ROTERODAMVS HAIONI HERMANNO
 PHRYSIO IUVENI CVM PRIMIS ERV-
 DITO S. D.

MICE candidissime, sic age, sic pergito ranam agere, donec impera uero tibi
 silentium. Quid enim mihi tam eruditus, tam amicus epistolis possit accide-
 re iucundius? Sed ut tribus uerbis ad singulas epistolae tuae partes respondeam:
 A Lazarum Baysum gaudeo uehementer hoc praestitisse in uestibus, quod Bu-
 daeus in asse, Cum primis autem exosculor hominis candorem, cum exquisi-
 ta coniunctum eruditione, quod inter literatos rarissimum est. Sciebam laenam esse genus
 uestis, & suspicabar respondere χλαίην, uerum uitabam dictionem primum minus no-
 tam, deinde ancipitem. Penulam hybernā nouerunt omnes. Mutabo tamen hunc locum,
 ubi

ubi librum Lazari uidero, quod equidem opto ut quam primum fiat. Quod ad *ἀναφυεῖν*
 pertinet, arbitrabar subligar idem esse quod bracas, aut aliquid certe simillimum; legeram
 apud Iuuenalem ni fallor, & subligar Acci. Caeterum utcumque hoc habet, si quis errasset in
 uocabulo uestis, an hoc tibi uideatur protinus conuictis exagitantum? Ac plane demiror
 si quis hodie de praescarum uestium nominibus certo queat pronunciare, quum me uito to-
 ties mutatas uideam uestimentorum formas. Criticos istos, de quibus scribis rideo, qui si
 uicissim aderent sua, inuenirent fortassis & ipsi censores suos. Et tamen aequo animo pa-
 tior mihi laudem detrahi, qui mihi nihil laudis arrogo. Alicubi sicut opinor, scripsi Buda-
 um cum Hermolais & Politianis certam sustinere, & fortasse *ἡ τῶν ἰσοπέδων ἔκδοσις* pri-
 mas illi tribui, Nec adhuc uideo quenquam qui tantum etiam possit ex tempore. Nam fre-
 quenter ad me scribit quauis de re totas Graecas, aut semigracas epistolas, idque ex tempore.
 Caeterum quum essem in Italia doctos omnes ueneratus sum, nec quisquam a me contem-
 ptus est. Angeli Colicij nomen ne audiu quidem unquam, unde miror quod ille repererit
 inuectiue argumentum. De Italorum ingenijs semper candidissime & sensi & praedicaui.
 Ne Casalium quidem noui, qui utinam docuisset certam prouerbiorum interpretationem,
 quam in me desiderat. De mali corui malo ouo refero quod est in Graecorum commenta-
 rijs, de cornicis oculis torquebar, & consulto uno aut altero, nihil indispici potui quod
 mihi satisfaceret. Nec mihi puto ignominiosum, si quis quid reperiat exactius, in tanta re-
 rum tum turba, tum obscuritate. De sene illo nihil admiror, eo ingenio natus est, ut ipse sibi
 literas inuideat. Talis fuit ante annos xxxv. nec morbus hic solet aetate reddi mirior. Ca-
 terum quod addidit de *ἀνδρῶν*, quod sonet remitte, & *ἀφῶν* cui respondeat dimitte, frivolum
 esse uel illud arguit, quod Lucæ capite quinto & septimo, idem interpret, qui alias gaudet
 uerbo dimittendi, *ἀφῶν* uerit remittuntur non dimituntur. Rursus in Cantico Za-
 chariae, in remissionem peccatorum, Graece est *ἀφῶν*. Iterum cap. 3. *ἀφῶν*. Rursus Le-
 uitici 25. annus remissionis dicitur *ἀφῶν* non *ἀνῶν*. Idem crebro comperies, Deute-
 ronomij 15. Iterum apud Ezechielem cap. 46. *ἀφῶν* est, non *ἀνῶν*. Ex his satis liquet
 quam non spectarit interpret quod senex iste ceu rem arcanam praedicat. Sed inepte fa-
 cio qui colligam loca, ubi *ἀφῶν* uerterit remissionem, quum nusquam uertat aliter. 2. ad
 Corinth. 8. *ἀφῶν* uerit remissionem, sed remissionem intelligit relaxationem uitae, potius
 quam condonationem peccatorum. Caeterum demus aliquid interesse inter *ἀφῶν* uel *ἀνῶν*,
 an ideo loquendum erat male Latine, dimitte pro remitte, quum sint tot uoces Latinae, con-
 dona, ignosce, remitte? Vides quam isti non serio cogitent de sacris literis. Quod praecipit
 to lucubrations meas, ipse iam pridem confessus sum hoc peccatum, & poenas de me su-
 mo. Nunc excuduntur epistola Hieronymi, in quibus plurima loca correxi. Ante annum
 exierant proerba, non paucis in locis uel locupletata uel castigata. Et est parata rursus
 aeditio noua. Id polliceor me facturum quam diu uixerō. Haec nos molimur in publicam
 utilitatem studiorum, destituti codicum & eruditorum hominum adminiculis, dum inter-
 rim isti in tanta rerum copia, sibi habent quicquid habent. Si censent nihil adendum, in
 quo sit quod possit reprehendi, proferant nobis aliquem Italum qui hoc praestiterit. Theo-
 dorus Gaza in nonnullis locis iure reprehensus est a Trapezontio, nec puduit eruditissi-
 mum uirum ea mutare. Hermolaus in praefatione Themistij uertenda, uelut in ipso por-
 tu, quod aiunt, impedit insigniter. Laurentius Valla, nonne locis aliquot euidenter labi-
 tur? Ne comemorem Valas, Pios, Beroaldos & Raphaelles. Dolet istis in uulgis spargi,
 quae sibi magnis laboribus compararunt. Agnosco uocem isto sene dignam. Tanto ma-
 gis optare debuit, ut fierent uulgo comunia, ne periret tot annorum industria. Ego uero
 nunc mihi uideor frui laboribus meis, postquam senex uincor a tam multis iuuenibus. In
 hoc enim suscepi tantum uigilanti. Sunt qui pro officio reponunt maleficium, Fateor &
 experior indies magis. At non est equum ob ingratitude quorundam frustrari cunctos.
 Vel ingratis benefecisse bono uiro dignum arbitror, sed multo magis Christiano. Nihil
 aedunt isti, sed interim, ut aiunt, non decipiunt quenquam. Quis decipit? is ne qui locum de-
 prauatum indicat, & ubi non succurrit uetus codex addit suam coniecturam? An parum
 debent studiosi diuinationibus Hermolai Barbari in Plinij? Nec ista molimur absque ueter-
 rum exemplariorum praesidijs, ubi nancisci licuit, ne errent qui me nihil aliud putant quam
 diuinatorem. In Seneca sefellit nos amicus quidam, qui quod susceperat, praestare uel no-

uit uel non potuit, Nam ipsi huic additioni non adsumus, qui sentiens male nauatam operam, exemplar denique mea manu notatum fustulit. Pannonium illum tot milia mēdarum fustulisse ex naturalibus questionibus Senecae sanē gaudeo. Nam in hoc opus nullū erat exemplar uetustum. Tantum ad altam additionem contulimus, neque quicquam mutauimus, nisi quod palam esset librariorum incuria deprauatū. Diuinationes margini adiectimus, quarum aliquot, ni fallor, ille non improbabit. Itaque si mendas prodidit, meas non prodidit. De Plauto apud Aldum castigato quadraginta aureis, ne iste modeste mentitus est, uiginti duntaxat coronati numerati sunt, nec aliud susceperam quam castigationem uer suum confusorum, idque praestiti in his, in quibus carminis genus erat perpetuum. De mendis tollendis nihil receperam. In Cypriano ubicunque suppetebat auxilium uetusti codicis, non dormitatum est, & uident totos libros additos, non modo uersus. Si quid erratum est incuria typographi, praestare non potui qui tum agebam in Brabantia. In Suetonio nihil à me deprauatum est, sed uetustissimi codicis fidem sequutus sum, nec ideo praclusa est uita ijs, qui plus utilitatis adferre possunt. Ex istorum igitur industria, si proferant sua, tantum abest ut ignominiam metuam, ut laudis etiam mihi non nihil sim arrogaturus, certe hoc, quod istis dormitantibus calcar subiecerim. De stili formula nunquam sui superstitiose sollicitus. Sat est si utrunque non spurce loquens, intelligor. Quam uero ueterem latini sermonis formulam in me desiderant, quum inter ueteres scriptores tam multa sint phraeos discrimina. Quid conuenit Senecae cum Quintiliano? Quid Quintiliano cum Cicerone? Quid Valerio Maximo cum Salustio? Quid Livio cum Quinto Curtio? Quid Ouidio cum Horatio? Non obsto quo minus alij mirentur dictionem Pontani, ego praeter orationis non inamœnum fluxum & uerborum tinnitum, nihil in illo magno opere suscipio. Marullus mihi uidetur nihil altud sonare quam paganisum. Et ob hoc ipsum fortassis istis gratior est Marullus quam Mantuanus. Oderunt Christi nomen, quod nostra barbaries utinam perinde synceriter ac uehementer amplecteretur. Verum quid haec ad rem? Ut palatorū ita ingeniorum semper fuere diuersa iudicia, nec ideo nō cuique libera. Bella uero facit de potrophago, quasi toties utar hac dictione, aut quasi utar tam infcite. Quod alius hoc alius illud in me desiderat, bis morose facit. Primum qui ab uno requirant omnia. Denique qui requirant hoc à scriptore quod non proficitur. Mihi satis est si in argumento suscepto sic uersor, ut praecurrā superiores. Etiam si nominasses istum qui Aleandrum Erasmo praefert in omnibus, nihil erat periculi. Nam & ipse plurimum tribuere soleo Aleandro, praesertim in literis, nihilque magis me laedi puto, si doctior est, quam quod ditor est aut formosior. Nisi forte me tam inuidum existimant, ut aegre laturus sim, si quis me sit sanctior. Aleander si amicus est, ego certe hominis ingenium amo, mihi quoque priuatim gratulor, meum esse ducens quod habet amicus. Sin parum amicus, tamen gratulor publice studijs. Nam spes est illum aliquando diuitem istum eruditionis thesaurum orbi communicaturum. Quid audior Negant Hecubam & Iphigeniam à me uersas, sed alicubi repertas mihi uindicasse? Vbi repertas? In Italia? Jam Badius excudebat antequam adirem Italiam. Apud nos: Quis aliquid huiusmodi uidit? Bene habet quod super sunt adhuc qui mihi semper adfuerunt ista molienti, Ioannes Paludanus, Montioius, Thomas Morus, Thomas Linacer, Guilhelmus Grocinus, Guilhelmus Latemerus. Aliena pro suis usurpare non est Erasmicum, qui in caeteris satis declaratum meam ingenuitatem, adeo nihil alienum mihi uindicans, ut aequo animo feram me passim meis penitis uulnerari. Si parum respondent quae uertimus in Proverbij, causam nemo melius reddet quam Alexander, qui me uidit ex tempore tantū scribentem in hoc opere quantum illi excudebant. Excudebant autē singulis diebus senionem, hoc est geminum paginarum ternionem. Si uideor aliquāto felicitior in tragœdijs, quam in adagijs, causa in promptu est. Quā ueterem tragœdias, hoc tantum agebam, quanquam & tum saepenumero centum uersus unico impetu transtuli. In adagijs eadem celeritate uerti carmina qua profam. Postremo quod me negant orthodoxum, ad id crimen respondebo, si isti nobis definierint, quid sit orthodoxus, & suum Christianismum proferant. Si non est orthodoxus qui reprehendit aliquid in episcopis aut sacerdotibus, nec Hieronymus, nec Cyprianus erit orthodoxus. Quis autem expectabat, ut isti in me desiderarent pietatem? Caeterum quis diuinasset hoc seculum exoriturum? Romana sedes nulli potius acceptam ferre debet suam calamitatem.

calamitatem, si qua est hic, quam istis qui sic adamant prophanas literas, ut minus habeant Christianismi, quam illi ipsi quorum libris immoriuntur. Haec morosis censoribus & malignis arrosoribus responsa sunt, quorum odium te crebra contentione nolim exacerbare. Beneuolorum catalogum libenter legi. Inter quos nullius nomen agnosco praeterquam Sadoleti, Alcyonij & Coricij. Loca de quibus amanter admones, iam ante treis annos mihi restituta sunt, sed non ista tantum ob bono. Mindexio scribam, si quid dabitur ocij. Post haec igitur expectabo tuas literas Graece scriptas, quas scito mihi fore gratissimas. Video te feliciter quidem esse progressum in hoc studiorum genere, uerum immori te nolim, sed suaserim adiungere animum ad philosophiae studium. Noui enim quantum absint à Christianissimo, qui in bonis literis uelut ad scopulos Sireneos cōsenescunt, praesertim apud Italos. Patavij sanctius uiuitur, & habes uicinos Venetos, inter quos complures iuuenes citra professionē egregie doctos, praecipue Leonicū. Deceuerā plane hybernare in Italia, sed pestilentia dissuasit. Excuditur nunc liber de libero arbitrio. Hic nō me fugit quos crabrones iritarim in caput meum, qui Christum & euangelium habent in ore, Satanam in pectore. Lutherus etiam ipse conatur illos cohibere, sed nihil agit. Bene uale. Basilea prid. Cal. Septemb. Anno M D XXXIII

ERASMVVS ROT. IOANNI MATTHAEO GIBERTO, CLEMENSIS VII. Datario Episcopo Veronensi S. D.

CRIPSI pridem per Ennium Episcopum Verulanum, nec dubito quin, ut uir ille semper nostri se declarauit amantissimum, praestiterit ne uel fidem uel diligentiam in ipso possim desiderare: attamen quoniam in rebus humanis uarij casus incidunt, nactus hunc mihi probe notum Hieronymum Blautum, eiusdem epistola exemplar mitto denuo. In prioribus literis erratum erat in titulo tui nominis. In istidem adiunxeram quaedam manu mea, satis libere, sed quae dicas non omnino temere dicta, si species statum Germaniae, quam uix possim oratione depingere. Mitescerent opinor, si mox quaedam relaxarentur. Si res tentetur saeuitia, nescio quem exitum sit habitura: & tamen sunt complures in hac fabula, qui nihil aliud conari uidentur, quam ut omnia tumultu misceant. Mitto libellum de Libero arbitrio, & eadem ferme aetate è musico factus retiarus in arenam prodeat, qua Publius mimographus prodijt in scenam. Hoc laboris nemini uisum est dicare, quanquam eram submonitus ut dicarem Card. Eboracensi. Clamassent illico, me conductum aut aliquid uentem, in gratiam principum hac scribere, Itaque & operi detraxissem fidem, & irritas in crabrones satis sua sponte insaniens. Absque conuictijs rem tracto, ut si illi conuictijs agant, euidentius sit quo spiritu agantur. Non me fugit, quantum tempestatum excitaram in caput meum. Sed certum est omnia perpeti potius quam dare nomen huic conuictationi, in qua uideo multos tales, ut nec Lutherus eos ferat. Reppererunt nouum dogma, ut obstitentes euangelio, sic enim illi loquuntur, furiosis ac mendacibus libellis, absque titulis, aut falsis titulis obruant. Habent suos quosdam typographos, habent distrahores huic negotio deuoratos. Iam aliquot tales libelli prouolarunt in caput meum, expecto quotidie plures. Admonui tamen senatum Argentinensem & Basiliensem, ut horum sceleratā audaciam coherceant. Vterque promissit se digna. Minus illorum scias metuo quam libellos. Nihil enim facilius, quam quoduis crimen in hominem confingere. Nihil autem his temporibus, tant impudenter fingi potest, quin inueniat plurimos, qui arrideant, ob insana partium sturdia. Ab his intemperijs, nec pontificis autoritas, nec Caesaris potestas nos potest defendere. Rursus ea est quum aetas haec, tum ualetudo, ut nec Caesar nec pontifex me beatum reddere queat. Quisquis enim nunc episcopatum aut dignitatem dederit, nihil aliud dederit quam sarcinam mox emorituro. Eoque magis adnitendum est mihi, ut hac in re syncceram praestem conscientiam, in quo sciens non fallam. Quod si pars utraque ius suum moridicus tueri pergat, uereor ne talis oriatur pugna, qualis fuit inter Achille & Hectorem, inter quos pariter feroces ira fuit capitalis, quemadmodum ait Flaccus, ut ultima diuisderet mors. Scripsit ad me Nicolaus Maruillanus, Clemētis animum nescio quibus de causis alieniorem factum ab academia Louaniensi, proinde recedere preces ambientium confirmationem ueterum priuilegiorum. Primum hic illud uelim praefari uir clarissime, hac

Tt 2 in causa

in causa mihi nec meti nec seruitamen qui huc instigant pontificem, fortassis seruicetes priuatis affectibus, mea sententia non optime consulunt illi. Satis odij conflatum est pontificio nomini, etiamsi nihil accedat. Nihil autem odiosius, quam reuocare, quod maioru benignitas indullit, quæ potius dilatare consueuit. Et decet Clementem suo nomini respondere. Adde quod hæc academia est unicum ornamentum Casaræ apud nos ditioris, sic florens omni genere studiorum, ut non cedat Parisiensi. Nec ulla minus infecta est Lutherano negotio. Nec enim illi debet imputari, quod Nicolaus Emondanus causam pontificiam infeliciter gessit. Quid enim aliud faceret homo natura fatuus, nec admodum doctus, moribus inamoenis, præfracti animi, impotenti impetu, nec aliò spectans quam ad suum commodum. Itaque quod euenit, futurum prædixeram Aleandro, pernoueram enim hominis ingenium. Huic Adrianus sextus misit diplomate, imposuerat silentium de me: nam in prælectionibus publicis, in concionibus deblaterabat, quæ nec Orestes irens dicere in quenquam: nunc Adriano mortuo cœpit denuo gannire, sed ridetur ab omnibus. Clementis in diplomate suo pollicetur animum, quem nunc habet, constantem: ego uicissim polliceor, quicquid officij præstare potest addiditissimus filius optime merito patri. Bene uale uir eximie, & istum candidissimum animi in me tui fauorem obtine. Vbi se dabit oportunitas, nos uicissim dabimus operam, ne penes hominem omnino ingratum collocasse uidearis tuum officium. Datum Basileæ postridie Calendas Septembris. Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO EPISCOPO
Basiliensi

VAMVIS præter assiduos studiorum labores, a quibus non recessas mihi nullas esse ferias, & alijs quibusdam occupationibus distringere, ut interim ne renouem de ualeudine morboq; iam nimium familiariter ueterem quere lam, tamen obsequi cupiens tue uoluntati, cui sic libens gratificari, ut nemi nisi mortalium lubetis, percurri uerius quam perlegi librum abs te missum.

In libello de statu & officio episcoporum fortassis multos offenderet & stili simplicitas & sermonis inelegantia, quandoquidem hoc seculo, nihil fere uendibile est, nisi quod & Musarum myrothecia redoleat. Alioqui non caruit ingenio Cartulianus ille, & oratio, tamen meti non est omnino latina, tamen est dilucida. Cæterum quod ad alterum libellum attinget, in argumento tam copioso, propterea quod in literis euangelicis & apostolicis in libris prophetarum, imò in omnibus utriusque testamèti voluminibus tam multa leguntur de pastoribus, uidebatur autor fuisse ieiunus, cuius obscuritas quoque obsecranda fuerat operis gratiæ, etiamsi materiæ fecunditatem utcumque tractandi felicitate exæqualset. ~~Libellus episcopi Berichensis mihi olim cogniti, non est indoctus, sed nimium sapit iura Pontificia, quo nomine nunc certe displicentur plerisque: quanquam & præterea ieiunus est, & inelegans. Proinde uix inuenietur, qui hæc suo periculo excudat. Quod si tua celsitudo mallet rem agi suo periculo, non foret consultum me præfationem addere operi, propter uarias utriusque partis suspiciones. Lutherani fremere quod rem Papisticam adiuuarem, diuersi suspicarentur me taxare uoluisse Præsules ac sacerdotes. Utriusque factionis studia sic ardent, ut non optem altius admisceri seditioso negotio. Expectamus quò te uertat studium & animus huius pontificis. Qui si uidebitur uere spectare Christum, totis uiribus adiutabimus, si quid tamen possum tantulus homuncio. Decreuimus hic adhuc commorari, usque ad Martium: Sic enim iubet necessitas, non ociosi tamen interim futuri. Nam præter alia, diu Hilarij libros magnis sudoribus emendauimus, & si uires dabit Christus, librum de ratione concionandi absoluemus: quem olim à me promissum crebris literis exflagitat optimus Præsul Ioannes Rossensis episcopus, per ueterem amicitiam nostram, perq; constans & perpetuum suum erga me studium obtestans. Accedent & alia quædam. Illud in literis tuis repetitum, tuus qui suis non est, magno animi cum dolore legimus. Suspicio enim celsitudinem tuam aduersa ualeudine discrucari. Quo nomine mihi quidē es charior, sed malim esset iucundior. Nam recte quidem dicitur, hominum amores nonnunquam malorum societate conciliari. Cæterum ego maioribus malis dignus sum, tua ista integritas tranquillitatem omnem promerebatur. Verum hæc est lex humanæ conditionis: Velimus nolimus marcescit hoc corpusculum, & collabitur hoc dormitum animus ob uita sanctimoniam semper floret in Christo, cui Paulus cupit propius coniungi, & à corporis sarcina liberari. Hæc uita etiamsi maxime bona contingat, tamen ad æternitatem quid aliud est quam momentum. Quanquam alioqui quid habet, quod optari longa debeat, nisi ut diu liceret prodesse quam plurimis.~~

... Bene uale præsul optime. Basileæ Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. AD N. DE LA ROSCHE S. D.

X amicorum literis ac prædicatione cognoui uir ornatissime, sed præcipue Michaelis Gillis & Guidonis Morilloni, quam candide de nostris studijs sentias. Id quidem mihi nouum non est, quandoquidem ante multos iam annos quum apud clarissimum parentem tuum cancellarium tum agerem nescio quid, quo tempore tu nouus eras maritus, sensi fauorem erga me tuum propensum ac benignum. Sane in omnibus mundi regionibus meæ lucubrationes mihi tam multos, tam insignes amicos pepererunt, ut si præterea nihil accederet, tamen hoc no...

... Romæ solus Stunica scribit, sed in uno Stunica multa sunt portenta. In Anglia summos & certissimos habeo amicos, sed illic nescio quo pacto non liber uire. Ad Gallos ingentibus promissis inuitor, sed obstat bellum. Calumniaretur aliquis me ad Cæsaris hostem descivisse. Quanquam mihi nihil rei cum bello, neque fuit neque erit unquam. Cæsaris ero ubicunque uisero. Itaque spe pacis hæsimus hic aliquandiu, cuius adhuc nullam auram assurgere doleo. Audio Cardinalem Columensem istuc a desse Legatum, cuius de xteritas, nam hominẽ noui Bruxellæ, utinam saltem inducias inter monarchas impetret. Difficile est simul & cum Turcis imminetibus, & cum Gallis & cum Lutherano populo, qui indies se latius spargit, bellum gerere. Adest hic Cardinalis Campegius cum de legatione componendi Lutherani negocij uir in primis eruditus & humanus, sed ut ego res Germanicas uideo, uereor ne nihil agat. Etenim si res agatur fauicia, periculum est, ne ciuitates sese munitant confederatione. Si tentent dissidium moderatis conditionibus finire, nullam ego spem uideo, futurum ut aut hæc pars aut illa sit uel tantillum de tuo iure remissa. Libris nihil agitur apud illos. Nam aduersus Lutherum scriptos, nec audeat quisquam excudere, nec alibi excusos legit quisquam. Utinã ita uisum sit principibus, publica autoritate, citraque tumultum corrigere, que merito corrigi debent. Sed cum suo quisque modo priuatim seruit, negligitur utilitas publica. In hoc seculum mea senectus uelut mus, quod aiunt, in picem incidit. Interim antiquantur bonæ disciplinae, negliguntur bonæ literæ. Me certe fatietas habet omnium studiorum, postquam uideo tantam hominum ingratitude, ut qui ex meis libris didicerunt sermonis copiam, certatim in me stringant calamum. Hæc uisum est in amici sinu effundere. Nihil habeo quo me consolet, præter bonam erga Christum, conscientiam, cuius gloria toto faueo pectore. Bene uale. Basileæ pridie Paschatis, Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. FELICI LL. DOCTORI S. D.

IHI quidem gratissimum fuit tuæ uocis patrocinium celeberrime doctor, eoque nomine me plurimum debere profiteor humanitati tuæ: sed uehementer admiror unde ista linguarum petulantia, seu uerius pestilentia. Ego Burgundiones semper iudicauit uiros graues & integros, unde istuc hominum loquacium solium, nisi quod suspicor pseudoeuangelicos qui nusquam non oberrant, & istic tales rumores serere. Res sic habet. Eram ualitudinarius ut ferè semper, tum etiam in nere festus & calculo grauidus: corpusculi imbecillitas abhorrebat ab esu piscium, animus tamen cupiebat uitare omnem offensionem proximi. Id significans aliquoties, inter amicos dixi per lusum, stomachum quidem esse Lutheranum, animum uero Christianum. Ab homine sic affecto ut tum eram, nec deus nec pontificum leges exigunt esum piscium. Et ad hæc habeo diploma Pontificis, quo mihi liceat sine omni exceptione uesci carnibus diebus quibuslibet. Quod si non haberem, tamen edendi causam habeo iustiore quam uellem. Nihil feci, quum istic grauisima febris teneret, a piscibus quidem & uino abstinui, nec tamen usus sum carnibus, ne quem offenderem. Hic erat ille animus Christianus. Stomachi tantus erat cruciatus, ut subinde uomitu leuandus esset. Hic erat stomachus Lutheranus, ut iocabar. Itaque cum morbo conscendi equos, & hic decubui fere mensem. Tantum a me tributum est stultorum maledicentiæ. De uisceribus beatæ uirginis sic habet res. Prandebam apud procuratorem Archidiaconi. A prandio famulus hospitis dixit gratias bene longas, poterant uideri breuis missa. Ibi kyrieleeson, ibi De profundis, ibi Pater noster aliquoties. Quid non? Tandem uidebatur finisse, nosque respondimus Amen. Quum inter siluisset, ego putans nihil superesse, uerti me ad conuiuas & hospitem, acturus gratias, quum præter spem famulus addidit. Et beata uiscera Mar. uirg. Ibi pudefactus, indicans gratias fuisse uel absque illa coronide satis longas, ludens dixi, hoc deerat, beata uiscera, haud quaquam in contemptum uirginis, sed significans eam gratiarum actionem ex farragine quadam diuersarum rerum esse conflata. Quam pius cultor fuerim uirginis declarant orationes duæ olim editæ, præan & obsecratio. Item noua missa quam nuper ædidi ab Archiepiscopo Besontino comprobata. Et hæc sunt argumenta quibus me faciunt Lutheranum. Nam is rumor etiam Lutetiâ perlatus est, ut Bedda mihi suis literis significauit. Neque quicquam addubito quin ab istis pseudoeuangelicis sit ortus, qui nihil in me non mo...

Vu liuntur

litatur, quod cum ipsis nolim infante. Officium tuum ex nobis doctores iuene Cypriano phoro Carleuitio cognouit, qui si huc redisset, per eum scripsissem accuratius. In hoc opere scripta commisi quibusdam mihi forte oblati. Res non aliter habet quam scripsi. Id te scire uolui, quo sis instructor aduersus linguaces. Opto te quod optime ualere uir egregie. Datum Basileæ, nono Cal. Mart. Anno M D XXVIII

ERASMVVS ROT. PAVLO BOMBASIO S. D.

V M tam diutinum silentium mi Bombasi non mediocre sollicitudinem inicit animo meo, num satis saluæ tibi res sint. Hic toties ob calculum periclitor. Sed penè usque ad uitæ desperationem mense Iulio, qua parte anni soleo sat commode ualere. Porro ferijs natalicij Iesu Christi, sicutorum mensem ægrotauit, ut mors fuerit in uotis, uita trædio. Quis enim non mallet semel mori, quam toties regustare mortem luge atrocissimam? Et tamen interim emisimus multos libros. Nec enim aliter decet Erasmus mori. Rex Galliarum motibus aureis allicit ad se. Non audeo ire, ne uidear me conferre ad hostem Cæsaris, cui iuratus sum consiliarius, nec ignoras quantus sim belligator. Nec interim tamen penditur pensio, nec pendetur opinor, ni redeam in Brabantiam. Atque illic præterquam quod omnia tumultus plena sunt, gladius datus est ~~quibusdam~~ cuidam simpliciter furioso, qui mihi petus uult quam Lutheri, idque ob linguas & bonas literas feliciter apud nos subolescentes, quam isti uellent. Roma quidam me faciunt Lutheranum, in Germania sum Antilutheranissimus, nec in quem quam magis fremunt quam in me, cui uni imputant, quod non triumphant. Disperam ni malim emori, quam tantum odiorum in me conflare. Opinor te scire quam criminoso libello sit in meum caput debacchatus Huttenus. Sed præter hunc multi libellos habent in prociñctu, ad primam occasionem emissuri, si quid scripsero aduersus Lutherum, Et tamen urgentibus undique regibus & amicis aggressus sum negotium, quo scio me nihil aliud profecturum, quam ut renouem illorum tumultus. Nihil illis pertinacius. Et sunt innumere rabiles, ut uix credas. Atque interim in hoc interregno Stunica, ut audio, Roma reuersus est ad suam tragœdiam, sic habent fata tui Erasmi. De hoc pontifice inritice prælagit animus, & adrepam illuc si potero, uel semiuiuus. Scribe quid rerum geras, meque tuo patrone commenda, quem cõfido affuturum nostro negotio. Scribunt mihi pontifici esse amico in me animo. Bene uale. Basileæ 14. Cal. Febr. Anno M. D. XXIII

ERASMVVS ROT. IOANNI CARONDILETO ARCHIEPISCOPO PARNORMITANO S. D.

T E A D E M opera & ad tuas & ad Illustrissimæ Dominae Margaretae literas paucis respondeam, non sunt sumi quos ostendunt Galli, sed iam olim Poncherius Episcopus Parisiensis, quum legatum ageret Bruxelle apud Carolum regem nondum Cæsarem, præter regis benignitatem suo nomine offerebat supra impensas omnes, quadringentos coronatos aureos, pollicitus interim ocium meum & libertatem mihi incolumem fore. Iam hæc absentia non debet uocari absentia, in qua tantum uoluminum ædidi, quod istic manens perficere non potuissem. Et tamen discedenti thesaurarij promiserant pensionem fore in tuto. Porro quod addit tua sublimitas, ne uidear ad hostem defecisse, nisi ut uerum fatear, quasi Erasmo sit quicquam negocij cum bello. Immo hoc pro uiribus ago, ut conueniat inter monarchas. Causam quam me toties uocavit Rex Gallia per nuncium aperuit, Decretum Lutetia collegium instituere trilingue, quale est Louanij. Et rei uolebat me esse præfectum. Excusauit tamen, memor uidelicet quantum inuidia, quantumque tumultuum sustinuerim istic à Theologis nonnullis ob collegium Buslidianum, Et tamen famulus meus è Gallia reuersus, certis argumentis docuit illic thesaurariam esse paratam mille librarum. Ego siccum principis mei nondum admodum grauauit. Nam ex eo pensio non nisi semel soluta est. Altera quaesita est arte, nullo fisci dispendio. Hic magno uiuo, præsertim ob crebras ægrotationes, quanquam & alioqui parum frugi pecuniarum dispensator. Iamque non parum æris alieni contraxi, ut si per ualeitudinem abire liceret, per creditores fortasse non liceat. Quare si fieri potest uelim, ut huic famulo numeraretur saltem unius anni pensio, ad subleuandam inopiam meam. Mitto Cæsaris literas, quæ idem hoc cupiunt. Quanquam ego & cum

& cum pensione & sine pensione. Cæsaris ero, neque uobis de re tantilla futurus sum frequenter molestus. Hoc anno crebro quidem, sed præcipue mensibus Iulio & Decembre, sic me traxit meus carnifex calculus, ut mors fuerit in uotis, uita in desperatione. Nulla enim mors potest esse calculo crudelior. Et tamen hæc tragœdiæ Lutheranae sunt mihi ipso etiam calculo molestiores. Audeo apud hominem amicum & illud effundere, non nihil dissualit mihi reditum præsens temporum status. Scis quanta mihi fuerit digladiatio cum Theologis quibusdam ob bonas literas ante Lutheri exortum. Et iam gladius datus est duobus acerrimis bonarum literarum osoribus, Hullo & Emondano. Emondanus qualis sit norunt omnes, et quam hostili sit in me animo multis modis declarauit, hodieque declarat. Scripsi multos libros ante cognitum Lutheri nomē. Et tamen in his nihil adhuc inuenit, quod cum Lutheranis cõsentiat. Tamen si facile est inimico decerpere, quod calumnietur, & res agitur iustus ordine Theologico. Homo cui male uolunt rapitur in carcerem, ibi inter paucos transigitur negotium, & innoxius debet indigna pati, ne quid illis decedat autoritatis. Vbi tota aberratum est uia, clamant fauendum est negotio fidei. Hæc res tamen non tantum ualuit apud me, ut deterreret à reditu, tamē ut ingenue dicam, fecit minus alacrem ad repetendam Brabantiam, maxime cum absente Cæsare non multum præsidij sit in aula. Cardinalis Campegius adest Norenberge destinatus componendo Lutheranis dissidio. Me iam ternis literis amantissime euocauit usus opera meaque quam quid ea profectura sit nescio, nisi quod uideo senectutem meam, cui debebatur ocium, obijci furij, & dum omnibus benefacere studeo, utrinque discerpi. Si potero me excusare Cardinali, posteaquam refuxerint hypocausa Germanica, aduolabo, & si licebit hic dissoluere æs alienum, quo præter morem meum sum inuolutus. Amplitudinem tuam Christus optimus maximus diu seruet incolumem. Basileæ die Mercurij post Pascha Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. MATTHÆO CARD. SEDVNENSI S. D.

V M V S utriusque in negotio toti. Et utinam prospere succedat quod agitur. Imò utinam in Christi gloriam æque cedat quod agimus omnes. Paraphrasim in Matthæum quam te autore suscepimus, ut debis excusam nundinis proximis, si modo Christus uitā suppeditabit. Adsumus & nouo Testamento tertio iam renascenti. Video seculum hoc esse malum & periculosum, Quid alij molstantur nescio, certe ego cupiā si liceat, omnibus satisfacere. In Lutheranis negotio fortasse plus præstiti, quam quidam, qui se factant mira præstitisse. Apud nos quædam linguæ, magne quidem sed nimium faciles, sparserunt me Coryphaeum esse Lutheranae factionis. Verum ipsa Germania multo aliter sentit, non sine meo periculo. Ego licet homunculus misellus & peccator, tamen faueo gloriae Christi, & ob hunc ijs qui eius gloriam promouent. Nec opes ambio, nec honores. Voluptates multo minus, quas scio etiam si diligere, mihi breui relinquendas. Atque utinam per istas negotiorum procellas liceat tibi nihil aliud agere, quam quod solum erat agendum. Et tamen quantum licet scio te fauere Christo, Proinde fauebis & Erasmo. De pontifice Leone cœpit hic rumor spargi quem planè uelim esse uanum. Germania nos exceperit, ut solet, nidor hypocausorum me propemodum exanimauit. Sanctitatem tuam incolumem ac florentem diu seruet dominus Iesus. Basileæ post Idus Decemb. Anno M D XXI

ERASMVVS ROT. ANDREÆ ALCIATO S. D.

R V D I T I S S I M E uir, Bonifacius Amerbachius candidus ac bene uocalis præco laudum tuarum, non tantum sua prædicatione, quam nunquam de te non honorificentissimam facit, uerum etiam ostensis lucubrationibus tuis, quas habet in delicijs, effecit, ut uehementer suspicere cœperim eruditōem tuam pro modo ætatis penè incredibilem, & mores niueos, omnibusque gratijs referros. Pyrrhi nostri mors mihi fuit acerba. Amabam hominis ingenium sic ut uix ullius equet nā mihi cognitum est à puero. Et illius gratia magis auebā adire Mediolanum, ni stolidus Mauors tumultu uesano misceret omnia. Scripserat enim mihi, se nescio quid habere meorum nugarū, quas ipse non meminisset me scripsisse. Eas ego certe cupiebam auferre, non ob aliud, nisi ut abolerem. Nam Germani quidam stultissimo consilio nūc nihil non euulgant, quantumuis lædant hominis famam. Quod sollicite mones de declamatione tua in li-

teris ad Bonifacium, ipse caueram diligenter, adeo ut nec legendam cuiquam dederim ex cepto uno amiculo, sed spectatissimæ fidei. Quare hac de re in utramuis aurem dormias licebit. Bene uale. Basiliæ posttridie Idus Decemb. Anno M. D. XXI.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO EPIS. BASILIENSI S.

I NTEGERRIME Præsul, ante dies octo decreueram adire te duce Lodo- uico Bero tuæ celsitudinis ex animo obseruantissimo: sed illi uisum est inhu- manum senectutem tuâ prolicere è uapore hypocaustorū, & ego non ausim me rursus illi committere, toties expertus pestem mihi esse præsentaneam, Quod si hic cœli tepor patitur te abesse à uaporarijs, cupide suar conspectu colloquioq; tuæ pietatis. Mihi iam diu res est cum calculo, malo iam olim quidem nimis familiarī, sed quod nunc aut sæpius recurrit, aut maiore cum periculo. Fœminæ sterile/ scunt ætate: me senectus reddit fecundiorē: aut enim concipio, aut pario, aut parurio, Sed partus est uiperinus, & uereor ne quando parentem interimat. Certe semel atq; iterū graui periculo sum enixus. Quod si quando parum fauente Iunone & Lucina nisi cœpe/ ro, uixerit Erasmus. Aiunt hunc morbum esse cognatum podagræ, qui cum audio & do leo tuæ celsitudini subinde rem esse. Vterq; gaudet recurrere, sed hic meus habet pericu/ lum præsentius. Si quid offendit in Paraphrasi quam nuper ædidimus in Matthæum, etiā atq; etiā rogo ut digneris indicare. Nam opus iā tertio excuditur. Cupimus enim sic mo/ derari nostra, ut omnibus bonis profint & placeant si quæ fieri possit. Bene ualeat tua fan/ citas, cui Christus optimus maximus largiri dignetur omnia tranquilla lætæq; sicut ista tua meretur integritas. Basiliæ, Anno M. D. XXIII.

ERASMVVS ROT. ANDREÆ ALCIATO S. D.

A LI quoties hominem certum nacti sunt, solent omnibus de rebus copio/ sius scribere, ego uero uel ob hoc ipsum puto mihi scribendum parcissimè, quod Bonifacium Amerbachium nactus sum grammatorū, quo nihil obtingere potuit uel fidei spectatoris, uel utriq; nostrū amicus. Quorsum enim opus est literis, quum hic rerum mearum nihil ignoret? De libello etiā atq; etiā tubeo te esse securum. Pyrrhi nostri mortem ut ex animo doleo, ita peccius istud tuum tam amicum exosculor, qui non passus sis amici memoriā interire. Ante annum Germani quidam mihi nimis amici rursus excuderunt ingens uolumen epistolarum, inter quas sunt quæ uereor ne mihi grauem consent inuidiam, præsertim hoc seculo, quo nihil non rapitur in suspitione aut calumniam. In aula Cæsaris uix subsisto per quosdam qui me Lutheranae factionis autorem iactitant, non quia hoc suspicentur, quod ipsi quo/ que sciunt esse falsissimum, sed partim ut me quocunq; titulo lædant, partim ut uolentem nolentem in Lutherana castra protrudant, Quod tamen nunquam efficiant. Rursus hic apud Germanos iidem illi sophistæ qui mihi male uolunt, apud Lutheri studiosos atro/ cem rumore dissipant, me magnis ac seuis uoluminibus oppugnatum atq; adeo fundi/ tus subuersum ire omnes Lutheranorum arces. Fremunt igitur hi quoq; in me, iamq; libel/ los dentatos habent in promptu, quibus me proscindant, & quod est paradoxon, quos Ro/ manus Pontifex & Cæsar pronunciauit hæreticos, ijs ego sum hæreticus, ni uelim esse hæ/ reticus. Est Romæ Stronica quidam Hispanus, qui nunc alterum librum conuictijs onu/ stum euomuit in me. Sed utinam ante biennium in me scripsissent Lutherani, certe graui liberaissent inuidia. Ego nullis procellis dimouebor ab instituto meo. Nisi mihi utriq; es/ setis ex animo egregie chari, utriq; alteri inuiderē, Alciatoū Bonifacio & Bonifacium Alciato. Emoriar si quicq; unquā uidit hoc iuuenē purius ac syncerius aut amico amici/ us. Nunquam animo suo fatissit in prædicandis laudibus Alciati sui. Utinam eius exi/ mijs dotibus non noceat factorum inuidia. Futurus est aliquando magnum Germaniæ suæ ornamentum. Noui te, qui tuus est candor, hominem tibi iam pridem & notum & charū omni officiorum genere prosequuturum, alioqui rogarem impense, ut ex mea commen/ datione nonnihil adiungeres tuæ in illum beneuolentiæ. Bene uale uir excellentissime, & Erasmi nomē inter eos scribito, qui tibi ex animo bene cupiunt. Basiliæ die Veneris post Pascha, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. NICOLAO VVATENVVILO
Præposito Bernensi S. D.

V I R ornatiss. ex degustata breui colloquio tua humanitate mirum quoddam tuū desiderium me cepit post abitum hinc tuum, adeo, ut in animo fuerit Ber/ nam uisere, quo diutius & propius frui liceret tua suauis. cōsuetudine. Et cō/ tigerat lepidiss. uia uel dux uel comes pro uehiculo futurus Henricus Glare/ anus, tandem nobis, id quod gaudeo, redditus è Gallijs. Sed nondum licebat abesse ab hoc pistrino, & si maxime licuisset, nō erat tutū me cōmittere itineri, donec repēt hypocausta, ad quorum uel leuem odorem statim relabor in morbum. Aduentus Glare/ ni nostri tantum alacritatis nobis attulit, ut mihi uidear reuixisse. Hoc nomine mihi uiden/ tur habere cor Eluetij, quod hunc uirum magnificiunt: nam unus optime meretur, de iu/ uentute sua gentis, semina bonæ mentis & honestæ eruditionis iaciens apud suos, olim in felicissimum prouentum eruptura. Mittam ad te Paraphrasim in Matthæum, si mo/ do fuerit perfecta ante abitum Glareani. Vbi retrixerint hypocausta, licebit istam urbem uisere. Interim mutuis epistolis confabulabimur. Bene uale. Basiliæ Nonis Martij, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. ENNIO EPISCOPO VERVLANO S. D.

R E UERENDE Præsul, fasciculus ille unā cū tuæ celsitudinis epistola bona fide redditus est. Qua quidem ex re multiplicem cepi uoluptatem. Primum quod ex eo cognoui quædā quæ mea referebat scire. Deinde quod hinc per/ spexi quàm ex animo mihi bene uelit Matthæus Card. Sed uenalis tamen si nō hoc argumēto nunc primum illius in me studium didici. Postremo quod obiter ceu nouum lucrum accessit animus iste tuus, tam propensus ad benemerendum de nobis, quum antehac te tantum de nomine notum habuerimus. Amplector utraque ma/ nu quod offers, & habeo gratiam, Porro de me, quoniam nihil aliud possum, illud certe polliceor, animum memorem & gratum, qualem debet habere fidus clientulus erga do/ minum ac patronum optime meritum. Bene uale. Basiliæ duodecimo Calendas Iunij, Anno M. D. XXII.

ERASMVVS ROT. REVERENDO GVLIELMO
patri Cartusie magnæ S. D.

Q UOD tua pietas, ut audio, lectione dignatur meas lucubratiunculas, quo mi/ nus istuc promentur, hoc magis prædicandus est animi tui cādor, qui sem/ per uera probitatis comes esse solet. Multum quidem hoc nomine tibi de/ beo, sed aliquanto plus, quod hunc homuncionem maiora, quàm pro uirib. molientem, precibus apud deum tuis subleues. Plurimum uero debiturus, si non grauatibitur tua charitas admonere, si quid in scriptis meis offendit animum tuum. Es/ quidem non admodum soleo uel obtreclatorum conuictijs macrescere, uel fauentium ap/ plausu pinguescere, tamen olim undiq; meis auribus obstrepens, illud *εὐχ*, quanquam non tantum ualuit, ut me mihi excuteret, tamen aliquanto securiorem minusq; utgilan/ tem reddidit. Vniuersum Germaniæ theatrū certatim applaudebat & benedictis & ma/ le dictis Erasmi. Sed longe plus attulissent utilitatis duo tresue fidi monitores, quàm mul/ ta laudantium milia, quorum immo discus fauor mihi præter inuidiam nō uideo quid fru/ ctus pepererit: nisi quod nūc in uersis rerum humanarum scenis, illi ipsi, quibus tum eram deus, rabiosis libellis meum nomen proscindunt: non ob aliud nisi quod Lutheranae fa/ ctioni nomen dare noluerim, nec cum his sentire qui sic inter se dissentiunt. Iam enim ad/ ornabant tritumphum, si Erasmus dux ipsorum castris accessisset: & quicquid malorum nunc patiuntur, mihi potissimum imputant, qui remoratus sum Euāgelij successum, quum ego semper egerim quod nunc ago, si se det opportunitas, ut hæc rerum humanarum tem/ pestas, quæ prope totam Europam concussit, Christo moderatore patiat nobis aliquid tranquillæ serenitatis. Nouit enim omnipotens artifex nostram dementiā in bonos exi/ tus uertere. Interim temeritatis poenas à me ipso exigo. In diuo Hieronymo tantum impē di curæ, ut iam existimem minimum esse, quod desideret lector etiam parum candidus, Idem nō semel iā præstitimus in Adagijs, in Paraphrasibus exorsimus, in cæteris item facturi. Quod si mihi solum hoc agere licuisset, tamen abunde multum erat negocij. Nūc

Vu 3 Pontif.

Pontificum ac regum autoritate protrudor in harenam gladiatoriam, hac etate, cui uelut emerita rudis dari solet. Nihil profuit tot causas allegasse, senectutem, ualitudinem, uires impares, restabar me nihil aliud profecturum, quam ut iritarem crabrones. Quid nō: Frustra omnia. Sumendum erat rete, prodeundum in harenā, quamlibet alijs rebus nato. Sic auspicatus sum pugnam, ut ciuilius non possem, aedita Diatriba. Quid profecerim, declarat Lutheri responsio, in qua seipsum multo superat interuallo. Nihil enim unquam scripsit amarulentius aut hostilius. Et apud diuersam partem adeo mihi non profuit, factionem quum armis, tum linguis & calamis formidabilem in meum caput prouocasse, ut inierim dum cum hostibus pro Theologis cominus manus cōsero, ab ijs quos defendo perniciosius impetar, quam ab illis quos oppugno. Verum ut nulli minus fuit causae, quur impeteret me, quam Petro Sutori: ita nullus catholicae professionis in potentius in me debacchatus est. Nihil opus est pluribus uerbis, si librum hominis legisti. Consilium erat nō respondere. Sensi protinus ingenium gloriae famelicum, cuique non in aliud quaesitum esset octium uestratis instituti. Et utinā hic animo meo paruissimam potius, quam consilio cuiusdam, cuius eruditioni prudentiaeque tantum tribuebam, ut nequaquam inducerem in animum, illum quicquam suaturum, quod non magnopere, tum ad me priuatim, tum ad religionem publice pertinere. Vix absolueram Apologiam, ita me cepit penitudo, quod illum dignatus essem respondere, ut nunc mihi fuerim ipse magis iratus. Quis enim alicuius precij iudicij ue dignatus fuisset talem librum sua lectione, qui quum nihil doceret, tamen scurrilem haberet loquacitatem? Nunc habet ille quod unum uenabatur. Volitat per orbem Petri Sutoris nomen, quod antehac Lutetiae quoque fuit obscurum. Hoc quoniam successit ex animi sententia, scripsit antapologiam, adeo scurrilem ac rabiosam, ut in prioribus libro probus ac sobrius uideri queat. Nondum uidi totam, quatuor dumtaxat quaterniones à typographo etiam nunc excudēte extortos, quidam amicus ad me misit. Ex hoc gustu ceu Leonem ab unguibus, ut aiunt, non difficile fuerit aestimare. Multa praefatus, non ipsi uertendum esse uitio, si cautam hanc uerbis asperioribus & risu tractet, hoc est si scurrilem agat & sycophantam, primum detrahit mihi laudem omnem eruditionis Theologicae: quum ipse disputans apud uiros doctissimos probatus sit, ego, quod sciat, nullum in ea professione gradum sim adeptus: quasi qui me excusserunt, Theologi non sint, aut quasi soli Theologi nomen promereantur, qui iuxta uiam, ut uocant nominalium de difficultatibus quibusdam, quae soleniter in scholis agitantur, idque magis ad ostentationem quam ad pietatem, sint exercitati: iuxta quam regulam, nec Cyprianus, nec Ambrosius in huius cognominis honorem recipientur, quamquam ab eiusmodi digladiationibus animi iudicium me subduxit ueritas, quam ingenij deteruit inopia. Sed tituli gloriam aequissimo animo posuerim, qui mihi non amibitus, sed obtrusus est. Certe Sutori debebam esse Theologus, qui tam multa docui, quae fugerant istos subtilissimos, qui tot locis commonstro lapsos ueterum excellentissimos, Augustinum & Ambrosium, ne reliquos commemorem recentioris antiquitatis scriptores, Thomam, Lyranum, Carensem, &c. Verum haec ludicra sunt. Aggreditur omnem fidem mihi detrahere, si quid de ipso dicam male, perinde quasi liber euulgauit, uel tacente me, non satis declaret ingenium ac mores autoris. Id agit his argumentis, Aut Erasmus esse blasphemum hominem, non tantum in omnia mortalium genera, uerum etiam in diuos omnes, atque in ipsum adeo deum. Nunc audi tam nefandi criminis probationem. Moria, nam hoc huiusmodi olim obductum refricat, alicubi locatur casum, qui prius deus erat, fuisse repertorem artium: aut ubi casus, ibi nulla sapientia. Hinc colligit, sibi magna ex parte deberi artium inuentionem. Ex hoc Sutor ita ratiocinatur. Deus scientiarum dominus est, & Erasmus harum inuentionem tribuit Mortae, blasphemus igitur est in deum. Mox quicquid exaggerari potest in ueram blasphemiam detonat in me. Hic quam multa sunt inepia, praeter hoc quod cantici mystici uerba detorquet ad artes humanas, quum sensus sit deo nihil occultum esse, nec quod illius scientiam fugiat. Blasphemiam in uirginem matrem sic arguit. Alicubi dixi, fuisse coitum quendam inter deum & uirginem, & Gabrielem fuisse pronubum huius coniugij. Primum hic Sutor non intellexit mentem meam: neque enim loquor de coniunctione diuinæ & humanae naturae in unam hypostasim, neque de coniugio Christi sponsi & sponsae Ecclesiae: sed id significo quod subnotat Hilarius, deū patrem denuo filium suum quodam modo genuisse ex uirgine: hic Gabrielem adhibuit

aio pa

aio paranympum, quem latine pronubum appello: spiritum sanctum hoc muneris expleisse, quod in alijs solet actus feminis. At clamat ille, coitum in sacris literis nō aliter usurpari, quam pro carnali congressu maris & foeminae. Esto, sed ne quis possit imaginari uulgarem coitum, addo quendam coitum. Hanc stultam calumniam circumfert per omnes diuos & omnem hominum conditionem. Tantum ad me delatum est: haec exordia declarant, quae dicitur sit, posteaquam in operis progressu Sutor incanduerit. Nec tamen satis causa uideo, quur haec te scire uelim. Etenim quod ad me quidem attinet, sera querela est: quod autem ad uos, frustranea. Iam opus illius prostat, nec autoritate uestra permouebitur, quae Theologorum iam bis contempsit. Natalis Bedda conatus est illum in editione prioris libri ab intemperantia calami reuocare, non quod illi curae sit mea fama, sed quod intelligeret magno dedecore futurum, si mundus sciret talem scriptorem è Sorbona prodisse. Quod de Bedda dico non somnio, ipse literis ad me suis perscripsit. Quanquam nō ille solus est, cui displicet Sutoris ingenium, sunt in Theologorum ordine plurimi, quibus uehementer displicet, quosque pudet eiusmodi sodalis. Tales enim Theologi non medentur haereticis, sed ex orthodoxis faciunt haereticos, quod tamen illi nunquam in me licebit etiam si sexcentis libris in me debacchetur. An ille cessurus est autoritati uestrae, quum sic in secesserit opus, quod Romano pontifice autore suscepti, quod eodem approbante perfecti, pro quo mihi tot episcopi, tot Theologi gratias agunt? Et tamen hoc quicquid est rei, nolui te latere, ut si meo nomini consulere non potestis, saltem aliqua ratione, uestra prudentia, uel ordinis honori, uel ipsius salutis prospiciat. Me posthac, quoniam perspicio rem in manus festam exisse rabiem, mutum lacestet. Bene uale, & hunc peccatorculum domino clementissimo tuis precibus commenda. Basileae VII. die April. Anno M. D. XXXVI.

ERASMVVS ROT. LVDOVICO VIVI S. D.

VIDE te feliciter eruditissime Viues, qui gratiam in eas etiam maledicendo, quum nos & bene dicendo nobis odium & inuidiam conciliemus. Conati sumus uerae pietatis ac religionis aperire fontes, adnixi sumus rem Theologicam, plus satis prolapsam ad argutas magis quam necessarias quaestiuiculas, praesca maiestati pro uirili restituere, & sic in me debacchantur ~~quidam~~ quidam, quasi sacrilegium admiserim, quum tu tam gratos & commodos experiaris sophistas, irritable ut uulgus existimat hominum genus. Proinde posteaquam res tibi tam feliciter cessit, perge qua coepisti, studijs ad meliora reuocandis inuigilare. Parisiensis Academiae candorem ac ciuilitatem iam olim sum admiratus, quae tot annos Faustum tulerit, nec tulerit solum, uerum etiam aluerit euexeritque. Cum Faustum dico, multa tibi succurrunt quae nolim literis committere. Qua petulantia solitus est ille in Theologorum ordinem debacchari, Quam non casta erat illius professio, Neque cuiquam obscurum erat, qualis esset uita. Tantum malorum Galli doctrinae hominis condonabant, quae tamen ultra mediocritatem non admodum erat progressa. Huius Academiae proceres non ferunt trilingue collegium, gratis adiuuans publica omnium studia, gratis ornans non solum hanc scholam, uerum etiam uniuersam principis ditidem. Non ferunt professores moribus inculpatissimis, professione casta, doctrina longe Faustinae preferenda. Parisiensis Academia, certe in hoc literarum genere quod sibi proposuit, semper primas tenuit, & tamen gaudet undecunque sibi contingere literaturae politioris accessum. Datur locus quiduis quacunq; merce de profitentibus. Hic Gulielmo Nefeno, Pomponij Melae geographiam profiteri gratis aggresso, nihil remissionibus studijs obstitit, quam si pariter totam hanc urbem incendio miscere. Ante annos non ita multos, frugebat haec schola: nunc bonarum literarum commedatione facta celebrior, mirum quas cristas erigit, quod attollit supercilium, quam meditatur tyrannidem. Sed hoc quicquid est tragoediae duobus aut tribus acceptis ferimus. Quos etiam si non queant mitescere, tamen obruent tandem indies magis ac magis inualescentia rectoria studia, praesertim si tu te in hoc bello Camillum quendam praebas. De Budæo tamen si nihil noui praedicas, tamen hominis amicissimi uerissimis laudibus sum unice delectatus. Ille uero nunquam Erasmus ab se alienabit, etiam si atroces inuenctiuas in nos scripserit. Tantum abest, ut illa literarum uelutatio queat animos gratiarum nodis coniunctissimos diuellere. Habes epistolam laconicam, sic enim soleo pro Lucullianis

Vu 4. cœnis

coenâs Diogenicum reponere cōiuium. Verum hoc non animo, sed occupationibus imputabis. Bene uale. Louanij Anno M. D. XIX.

ERASMVVS ROT. PETRO AGIDIO S. D.

O ANNES Frobenius à fratre tuo numerauit mihi quadringentos coronatos aureos, præterea nihil, quæ quidē moneta hic damnosa est, damnosior futura si me aliō conferā. Sed nunc nulla pecunia trāsfertur, nisi lucro negotiatorum ac damno nostro. De reliquo facies uti scribis tibi in animo esse. Non alto animo liberaui te deposito Petre charissime, nisi ut te subleuarem hac sarcina, quam mihi semper uisus es grauatim ferre, nec alio qui fatis callens id genus negotiorum; deinde ut nostræ necessitudinis tranquillitati simul & perpetuitati consulere; non quod magnopere metuere ne per ullam occasionem interiret, quanquam uitæ sunt res omnes mortalium, nihil autem amicittā fragilius; uerum nō arbitratus sum esse cōmittendum, ut ulla nubecula nostræ familiaritatis iucunditatē contristeret. Quare te rogo ne tu aliorum interpreteris atq; ego feci. Epistolam stratagematum à multis lectam esse doleo, nam ipse diuersum mandaram. Nec erat exitura, qualis missa est. Ut maxime uero talis exisset, quam tandem infamiam aspersisset tibi, si lector didicisset impostū fuisse naturæ tuæ bonitati ab eo, qui nulli non imponit. Quod negas tibi datum Tertullianum, nisi pro quo numeraris, planè fallit te memoria. Quum apud te pranderem mox Basileā profecturus, Pseudocheus attulit scriotolum dulciarijs refertum, & Tertullianū unum, dissimulans de reliquis. Eius habēdi quum uterq; uideremini cupidī: Nam aderat Nicolaus Syluaducensis, dolebam unum tantū allatum esse, quo minus liceret utriq; gratificari. Tibi tamen donauit, nisi malletis codicem inter uos esse communem. Eius generis ferè sunt, quæ respondes ad ceteras querimonias. Quare te rogo mi Petre, ut omittis istiusmodi natijs, ac profundæ obliuioni traditis, ea commentemur inter nos, quæ mutuam alant augeantq; beneuolentiam. Ego pro uirili cauebo, ne quid admittam, quæ mihi iure succenseas. Tu uicissim omnes istas suspitionulas procul eijcias ex animo. Non obsto quo minus Polydoro sis amicus: Nam mihi hæcenus animum haud quaquam inimicū præstat, tantum *νῆπε ἰὴ μὲν ἴσῳ ἔπισημῶν*. Vt cunq; erunt fata nostra, tu sua uiter oblecta te cum tuis, quibus *οἰσῶν* una tecum precor felicitatem perpetuam. Datum Basileæ uigesimo primo April. Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVS HADRIANO BARLANO S. D.

ALVDANI mortē duabus de causis fero moderatius eruditissime Barlano, uel quod ad eam ætatem peruenerat, cui nihil iam in hac uita dulce poterat expectari, uel quod huic seculo subductus est, in quo optimo cuiq; pessime est. Porro quod in demortui locū successus es, non tam tibi gratulor istud quicquid est uel honoris, uel compendij, q̄ ipsi studijs, quibus opera Paludani iam olim haud ita multū accedebat, per te melius expolientur, huic rei natum. Est in quo uelim operam tuam mihi cōmodes, nec tam studium curam ue requirit causa quam fidem. Sunt Louanij qui plurimum possunt apud episcopum cui scribo, ceterum quam amico in me sint animo nescio ob quosdam illi familiares. Diuinas opinor quos indicem. Hos uelim celatum hoc negocium. Mitto literas apertas, ut ex his rem intelligas. Eas ob signatas reddes episcopo Tornacensi, simulq; extimulabis, ut quam primum id fiat. Si quid erit, quod per me fieri uoles, uicissim impera. Basileæ uigesimo April. Anno millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROTERODAMVS CVIDAM S.

ILI charissime Bienniū ferè est, quod mihi redditus est libellus Hollandice scriptus absq; titulo, qui mihi suspicionem iniecit esse patris tui, cui consulto non respōdi perspicuus ex ea cōtentione nihil boni fructus rediturum ad lectorem, ad me dedecoris nō nihil, ad patrem multo amplius. Ad hæc uidebatur ineptum populi lingua scribenti respondere latine, nihilq; minus ridiculum, q̄ si quis accusatus apud plebem, in senatu respondeat. Auspicetur mecum amicitiam melioribus auibus, & inueniet Erasimū ad omnia Gratiarū munia promptissimū. Hoc nomine mihi charior erit, quod amplectitur ut scribis græcas literas. Germano tuo gratulor, gratulor & tibi, nō tam sacerdotium istud honorificum, q̄ ingenium, quod ex epistola tua

tua deprehendi, sanum summæq; spei. Patri tuo salutem ex me mutuam renunciabis. Bene uale. Basileæ tertio Calend. Maias, Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. NICOLAO HISPANO S. D.

GO VERO clarissime iuuenis & tuum istum erga bonas literas amorem, & animum in me tam candidum, lubens amplector atq; exosculor, etiam atq; etiam exhortans, & currentem, quod aiunt, extimulans, uti quæ cœpisti pergas, & præscam Hispaniæ tuæ gloriam instaurare, et clarissimis maiorum tuorum imaginibus literarū decus nunquam intermoriturum adiungere. Pindarus in Dithyrambis ludent elegantia carminum abolere probrū, quod uulgus in Bœorotos iacere solet, *φειδολο* inquit *βοιωτια* *ὑμ*. quo facilius erit, ingenij, doctrinæ, facundiaq; laudem, qua quondam Hispania non celsit Italiæ, postliminio reuocare, & si quid strabiliginis inuexit Gothorum aut Sarracenorum incurfus, abstergere. Istius regionis fertilitatem ac temperiem, uel ex Plinio licuit cognoscere. Gentis humanitatem indies experior uberius. Sed animus quidem hic per omnes terras uolitare potest, corpusculū uero non solum fathiscit, uerum etiam collabatur. Et tamen homo sexagenarius, cum hac ualitudine, cogor nouus fieri gladiator, & falce sumpta in arena, uel cadere, uel occidere, Gratijs & Musarum uitretis natus potius quam gladiatorij. Et utinam cum Fluttenis aut Lutheris tantum mihi res esset, nunc plus exhibet negocij pars ea cui me propugnatorem pro uirili præbeo. Sunt enim qui uel incolumi Luthero uellent extinctas linguas ac politiores literas. Tam impio factiori prætextitur zelus tuendæ religionis Christianæ. Tertiam sectam nobis peperit Italia: Magnis contentionibus depugnant quidam, submouendos ex albo doctorum omnes, qui non referunt phrasim Ciceronianam, quam ut fateor omnium optimam esse, ita non probō eos qui huic rei seruiunt. Sanctius Caranza mihi copiose prædicatus est ab Alphonso Vmetano: proinde quum me tam diligenter inuitas ad hominis omnibus dotibus ornatisimam amicitiam, nā tu planè quod aiunt *ἡμεῖς ἰσχυροὶ ἐσὶν ὁ θεός*. Sit igitur hæc epistola manu mea descripta, pignus ac monumentum foederis, auspicio Gratiarum ac Musarum inter nos initi, quod nullus unquam genius malus, aut hoc etiam nocētior mala lingua poterit ditimere. Hic murus aheneus esto. Caranzam meo nomine salutabis & amanter & reuerenter, blandeq; monebis hominē, amet quam uolet effuse, sed prædicet parcius, ob linguas fascinatrices. In hoc certamine non cedam. Saluta Morillonum, Beatum Arnoldum, Ioannem Almanum, quibus nunc non uacat scribere. Bene uale Nicolae charissime. Datum Basileæ tertio Calendas Maias. Anno M. D. XXVI.

ERASMO ROT. VIRGILIO POLYDORO S. D.

N excudendis ingenij tui monumentis non esse satisfactum animo tuo uehementer dolet tum mihi, tum Frobenio. Id enim magnopere studebamus utriusque. Literæ tuæ uidebantur hoc præscribere ne recederetur ab exemplari. Itaque diligenter hortatus sum, ut summa fide uersarentur in eo negotio, ac subinde in ipso operis progressu inculcaui eadem. Confirmabant id fieri, nisi sicubi manifestari esset calami lapsus. Præerat castigationi Sigismundus Gelenius, uir utriusque linguæ non uulgariter doctus, probæq; fidei. Tuum exemplar afferuari iussi. Mihi nihil mandaras: & religio erat in opere alieno uindicare tantum iuris. Alioquin piguisset hanc operam pro tanto amico sumere, etiam si quid fuisset grauius. Basileæ mihi asylum. ~~M. D. XXVI. April. Anno M. D. XXVI.~~ At ueniat huc ex istis quisquā, qui ausit in Lutherum quod ego audeo. Isti intra uallum tuti eminus conuicia iaculantur in hostem, ego in ipsis hostium castris manus cum illis consero. Tua benignitas semper officia officijs accumulat, meq; iam olim multis nominibus obæratum reddit obligatiorem. Dediti quo paretur equus, utinam dare possis quo reparetur eques. Frequenter nos exbilaras pollicens tuum aduentum. Utinam quod promittis, tuo cōmodo facias aliquando. Artificem illum nosse satis est, ne possit imponere, sed interim possis abuti. Bene uale. Datum Basileæ, pridie Calend. Maias. Anno M. D. XXVI. De pace hic frequens rumor, sed neminem uideo gratulantem, ut aut uanus sit rumor, aut pax non admodum plausibilis.

ERASMVVS ROT. ROBERTO ALDRISIO ANGLIO S. D.

I MEMOR es nostræ pristinæ consuetudinis, & si mores antiquos obtines, unum officium mihi præstes uelim, quod absq; tuo sumptu præstare poteris. In collegio Regali sunt opera Senecæ descripta in membranis. Ex his multa subnotaram in codice meo. A editionem commendaram Germano cuidam quæ habebat pro amico fidissimo. is absente me, pessima fide se gessit in excu- dendo opere. Et ne deprehenderetur, optimam exemplaris partem sustulit. Hoc dedecus mihi faciendum est. Quare te rogo charissime Aldrisi, sume uolumen operum Senecæ à Frobenio excusi, & committe aliquibus bonæ fidei, qui denuo ascribant in margine quæ discrepant. Eum codicem sic notatū mittito ad Thomam Morum, ut per eum ad me ueniat. Libros naturalium quæstionum scio æditos. Eam collationem ego peragam. Dignum est Seneca hoc studio, debes tu quoq; non nihil studijs publicis. Mihi præter mutuum amo- rem debes nihil. Reponam quicquid in hoc negocium impenderis uel ad assem, & insu- per dabo operam, ne profusus in sterilem fundum istam officij sementem fecisse uidearis. Magnopere uelim isthuc quàm primū fieri. Saluta mihi ueteres sodales, Phaunum, Om- fridum, Vachanum, Gerardum, Nicolaum & Ioannem Siburgum bibliopolas. Tibi sit pax & felicitas. Datū Basileæ Natali Iesu Christi Anno M. D. XXVI. Sunt isthic per uetusta quædam exemplaria, præsertim in collegio dñi Petri, Adiuua nos una cum Fro- benio, si quid potes, non laceffes ingratos officio.

ERASMVVS ROT. REGINALDO POLO ANGLIO S. D.

R NATISSIME Reginalde, ex literis Poloni Comitæ intelligo quod iam pridē ad me scripserit, tuasq; literas suis ad iuxerit. Magna felicitate me frau- dauit, quicquid fuit ille malus genius, per quem stetit, quo minus ad me perla- ta sint. Nihil enim istinc allatum est præter literas quas attulit Carolus Har- stus à Polono, & has quas hodie recepi ab eodē scriptas Calēdis Februarij. Si iam redijt Lupsetus, et dices Chrysostomum Græcum esse redditum, sed titulo tantum Chrysostomum. Itaq; sperato thesauro, iuxta prouerbū, carbones reperimus. Dices & illud, Hieronymum uix sub Calēdas Martias fuisse absolutū, & ex illius litteris uideba- tur Lutetiæ non tam diu commoraturus. Quare faciam quod uolet, modo sciam ubi loco- rum degat. Longolius & Leonicus hic distrahuntur. Doleo Longolium immatura morte præreptum studijs, quanquam in me uidetur iniquior, idq; sine causa. Excepi eum Loua- nij qua per occupationes & ualitudinem licuit humanitate. Epistolam illius Galliæ regis orator ad me miserat. Eam honoris ipsius gratia, ita me bene amet Christus, curarā edē- dam, tantum abest ut me offenderit. In his quæ prodierunt apparet anxia Ciceronianæ dā- ctionis affectatio, sed interim frigentibus interdum sententijs, subolet iuuenilis quidam amor gloriæ. Malueram prodisse commentarios illius, licet minus exprimentes phrasina Ciceronis. Id si tu curaris, non mediocrem mihi crede gratiam in ibis apud Senatum po- pulumq; studiosorum. Leonardum Casimbrotum tibi commendo. Saluta rursus Mar- meducum meum. Has literas uento commisi, mittēs Francfordiam. Vbi dabitur certior aliquis scribam copiosius. Bene uale studiosorum decus Pole charissime. Lutherus offensus mea Diatriba modestissime disputante, scripsit in me magnum uolumen, quale nemo scri- beret in Turcam. Huic ex parte respondimus. Nam sero uolumen illius nacti sumus. Ego ille pacis & quietis semper amantissimus, cogor esse retarius, nec hoc satis, cogor *byzouac* *χρῆς*. Sed de his alijs. Datum Basileæ, postridie Nonas Martias, Anno à Christo nato mil- lesimo quingentesimo uicesimo sexto.

ERASMVVS ROT. MARTINO LUTHERO *Heresianca*

E RO reddita est tua epistola, quæ si maximè uenisset in tēpore nihil me com- mouisset. Nō sum usq; adeo puerilis ingenij, ut tot uulneribus inflictis plus- quā capitalibus, placer una aut altera facetiola, palpoq; deliniar. Cuius inge- nij sis iam orbis nouit, stilum uero sic tēperasti, ut hæcenus in neminem scri- ptis rabiosus, immò quod est detestabilis, malignosus. Hic uidelicet tibi succurrit, te peccatorem infirmum esse, quum alijs postules tantum non pro deo haberi. Es homo, ut scribis, uehemētī præditus ingenio, & argumēto tam insigni delectaris. Quia igitur istam admirabilem *ἀνεπαγγελίαν* pridem effundebas in episcopum Rossensem, aut in Cochle

in Cochleum, qui te nominatim appellant & conuicijs laceffunt quum mea Diatriba ciui- liter disputaret. Quid autem faciunt ad argumentum tot scurrilia conuicia, tot criminosa mendacia, me *ἀθεος* esse, me Epicurū, me Scepticum in his quæ sunt Christianæ professi- onis, me blasphemum esse, & quid non præter alia multa quæ retices. Quæ quidem hoc leuius fero, quod nihil horum est in quo me mea remordeat conscientia. Nisi Christiane de deo deq; diuinis literis sentirem, non optarim uel in crastinum mihi proferri uitam. Si causam uehementia qua soles egisses, citra furiosa conuicia, pauciores in te prouocasses: nunc plusquam tertiam uoluminis partem his occupare libuit, dum tuo morem geris ani- mo. Quam mihi cesseris, res ipsa loquitur, qui tot manifesta impingis crimina, quum Dia- triba nec ea uoluerit exagitare, quæ mundus ipse nouit. Imaginari opinor Erasmo nul- los esse fautores. Sunt plures quam credis. At qui non refert adeo quid nobis duobus acci- dat, mihi præsertim hinc breui migraturo, etiamsi mundus uniuersus applauderet: illud mecum optimum quemq; discruciat, quod tuo isto ingenio tam arroganti, procaci, sedi- tioso, totum orbē exitiabili dissidio concutis, bonos uiros, ac bonarum literarum aman- tes, obijcis furiosis quibusdam pharisaïs, improbos ac nouarum rerum auidos ad seditio- nem armas, breuiter sic tractas euangelij causam, ut facta prophanaq; omnia cōmisceas, quasi studio tibi sit, ne tempestas hæc aliquando uertatur in lætum exitum, in quam occa- sionem ego semper intentus fui. Quid tu mihi debeas, quid retuleris præmij, non excutio. Priuatum est illud quicquid est, publica calamitas me discruciat, et omnium rerum imme- dicabilis confusio, quam nulli debemus, nisi tuo isto impotenti ingenio, bene consulenti- bus amicis intractabili, leuibus quibusdam tenebrionibus ad quidiuis flexili. Quos eripu- eris è potestate tenebrarum nescio, in hos tamen tam ingratos debebas calami tui mucro- nem stringere, potius quam in moderatam disputationem. Optarem tibi meliorem men- tem, nisi tibi tua tam ualde placeret. Mihi optabis quod uoles, modo ne tuam mētem, ni- si tibi dominus istam mutauerit. Basileæ undecimo die Aprilis, quo tuæ reddita sunt lite- ra, Anno M D XXVI

ERASMVVS ROT. IACOBO TVSSANO S. D.

M A G NVM officium est eruditissime Tussane, rei bonæ admonuisse quempi- am. Itaq; gratiam non mediocrem inijt apud me Nicolaus Episcopus, iuue- nis mire candidus, quod suis literis significauit, & eruditionem istam tuam Budæanæ proximam in utraque lingua, & candorē quendam propensumq; fauorem erga nostra qualiacunq; studia. Nam eruditionem his temporibus gratulari licet permultis, quum candorem animi non perinde probes in omnibus, quem certe in Longolio nonnunquam desidero, quū me semper habuerit eruditionis ingenijq; sui tum fauorem propensissimum, tum præconem haudquaquam malignum. Sed unde- cunq; concepit ille hoc in me stomachi, doleo uirum ante diem ereptum liberalibus stu- dijs, uel ornandis uel prouehēdis. Quali parum sit in orbe factionum, reuixit noua factio Ciceronianorum, nimirum quo Budæum & Erasimum submoueāt ex albo doctorum, & e manibus hominum excutiant. Vt fateor Ciceroni primam in dicendo laudem deberi, ita puto ridiculum, tota uita nihil aliud agere, quàm ut Ciceronē unum exprimas. Quan- quam nec hi Ciceroniani sunt, qui neminem lectione dignatur nisi Ciceronem. Faber Sta- pulensis hac iter faciens consternauit animum meum, nunciatus Budæum Galliarum de- cus, & studiosorum delicias fato functum esse; quem rumorem esse uanum uel hinc conij- cio; quod Nicolaus Episcopus in literis ad me suis huius mentionem faciens, de morte non meminit. Sit hæc epistola quamuis breuis ac negligēter scripta, chirographum inter nos iniri foederis nunquam interrumpendi. Nam in præsentia nec plura licuit, nec aliter. Saluta mihi Brixium, Beraldum, et Franciscum Syluium, Cyprianum & Badium. Mitto ad te præludium Galeni, qui totus græcus prodijt ex Aldi officina, uersum à nobis, con- feres & iudicabis tunc ubi recte diuinauerimus. Nam plane diuinandum erat: Nihil ad- huc uidi deprauari. Bene uale. Datum Basileæ X VII. Cal. Iun. Anno M D XXVI

ERASMVVS ROT. FRANCISCO CIGALINO MEDICO S. D.

QV IDEM gratulor bonis literis ac sacris uoluminibus, quod medicis quoque coeperint esse curae, atque isto sane nomine mihi charior eris, cui locum haud postremum in amicorum catalogo destinavi. Ceterum occupationes studiorum, quibus obruor, in causa sunt, ut ad tuam copiosam disputationem stricte ac *λακωνικῶς* respondeam. Primum non statim superioris receptaeque translationis reprehensio est, si quid aliter a nobis uertitur, non profecto magis, quam quum inter pretes orthodoxi diuersam adferunt lectionem, quod quidem faciunt non raro, exponentes utranque, neutram re improbantes. Deinde susceperam illic uertendos Graecos codices non castigandos, nec paucis in locis praefero latinorum translationem Graece lectioni. Fuisse autem impudens, si professus interpretem, aliud uertissem quam habet et codex Graecus, praesertim exemplaribus consentientibus. Multo uero impudentior, si id fecissem, quum e regione Graeca posuerim, quae me statim coarguerent, etiam si Graecorum interpretatio non coargueret. Id quod accidit frequenter ei qui uertit commentarios in epistolas Pauli falso Athanasij nomine, quum sint Theophylacti. Contextum enim uertit iuxta uulgatam additionem latinorum, cui saepe non quadrat interpretatio. Atque hoc quidem loco fateor, praepositionem *quae*, in nonnullis Graecorum codicibus non addi, quum in emendationibus addatur. Atqui non poteram in uersione nisi unicum lectionem reddere. Et duabus igitur eam sequutus sum quae magis ardebat animo meo, quaeque codicum emendationum & interpretum Graecorum enarratione commendabatur, quod supererat in annotationibus erat agendum. Quod si legisses ea quae calumniantibus hunc locum ante nos quinque respondi, aut satisfactum fuisset tuae quaestioni, aut habuisses uberem argumentandi materiam. Quae scribis de pace priorum, cui comes est iusticia, mihi tecum pax est: nisi quod pacis uocabulum in apostolicis literis ferè sonat reconciliationem, & ijs qui recipiebantur in Ecclesiae communionem, dicebatur dari pax. Atque hunc in sensum interpretantur Pauli salutationes, gratiam & pacem subinde precantes. Si legeris meam in Lucam Paraphrasim, uidebis me tibi iam tum *εὐλογησάντων* fuisse. Quoniam autem in caelis non erat peccatum, quod dirimeret amicitiam, sed tantum laus & gratiarum actio, angeli canunt Gloria in excelsis deo: ceterum hominibus uenerat ille qui pacificat omnia quae in caelis quaeque in terris, aboliturus peccatum mundi, pax canitur in terris. Haec uero opinor mihi tecum conuenit, restant duo scrupuli, de dictione quae facit tres partes e duabus, & de praepositione, *quae*. Ex Origene latine uerso per interpretem parum auspicaum nihil euincis, nisi ex ipsa enarratione liqueat quid legerit. At tale nihil habet locus qui profertur primo libro Origene contra Cellsum. Locum enim quem refert ex Origene, nescio unde hauferis, nec enim quicquam habemus Origene in decimum caput Matthaei. Nam hominibus quae feruntur huius nomine in Lucam, alterius cuiusdam esse uidentur, & tamen ille locus haec uero pro me facit, quod legit in hominibus addita praepositione, & quod semel appellat pacem bonae uoluntatis. Hoc uide ut memineris. Iam ex Chrysostomo utrunque uerso quid colligis? De distinctione nihil meminit, legis hominibus bonae uoluntatis. Imò scias haec uerba ab interprete fuisse addita. Sic enim habet codex Graecus, *πῶς δὲ οἱ ἀγγελοὶ ἐλέγον, εὐλογησάντων ὑμῶν θεῶν, καὶ ὑμῶν ἡμῶν ἐρεῖνην, πῶς δὲ οἱ πεφωτισμένοι πάντες εὖ εὐλογησάντων*. &c. I nunc & crede libris in alia lingua translatis. Verum quo perspicuum faciam Chrysostomum legisse quemadmodum nos uertimus, adscribam locum ex commentarijs in epistolam ad Colossenses, quo declarat haec Pauli uerba, siue quae in terra, siue quae in caelis, *εὖ εὐλογησάντων ἀρεσάντων λέγοντων, εὐλογησάντων ὑμῶν θεῶν, καὶ ὑμῶν ἡμῶν ἐρεῖνην, ἢ ἀνθρώποις εὐδοκίαν. Ἰδοὺ φησὶ καὶ ἀνθρώποι ἐφάνισαν ἀρεσάντων, λοιπὸν, τί δὲ εὖ εὐδοκίαν; καὶ ταλαγνή. δὲ ἐπιμειχρὸν δὲ εὖ εὐδοκίαν. Ad haec Theophylactus & legit, et interpretatur iuxta nostram sententiam. Pacem enim hanc uolens intelligi dei filium, de quo Paulus Ephes. 2. Ipse est pax nostra qui fecit ex utrisque unum, subiicit haec uerba, *αὐτὸν δὲ ἢ ἐρεῖνην ὁ ἴσος τῶ θεῶ ἀπὸ ἡμῶν γέγονε, καὶ ἢ τῶν ἀνθρώπων εὐδοκίαν, τὸν ἔστιν ἀνέπαυστος τῶ θεῶ. Nec dubito quin plura testimonia proferre queam, si maior esset Graecorum uoluminum copia. Sed iam arbitror te placatum de lectione distinctioneque Graecorum, a qua non oportebat fidum interpretem discedere, praesertim quum nostra uersio non suggillet publicam latinorum additionem. Restat ut si quid superest scrupulorum discutiamus. Qui factum est inquis, ut istam lectionem nemo ueterum latinorum**

rum latinorum attigerit? Equidem arbitror illos idem legisse, quod nos legimus, nec illorum sententiam a nostra discrepare, utrunque uerbis dissonant. Nihil hic adferam coactum aut detortum, sensus communis probabit quod dicam. Nec enim opus est commento quod adfers, ut *εὐδοκίαν* proferatur dandi casu, ut respondeat nostro genitio, qui uertitur in ablatiuum: quemadmodum dicimus, mulier egregia forma, & mulier egregiae formae: nihil enim simile est apud Graecos, sed Graecorum datiuo, responderi nostro ablatiuo, quem quidam septimum casum esse uolunt, per quem significamus modum aut instrumentum, ut cum dicimus, *ἐπιπέσει με σίδηρος*, id est percussit me gladio, aut *ἐδέξατο με μετὰ ἡδονῆς*, id est excepit me summa humanitate: Proinde quod hic adfers, nullo modo consistit. Primum docui hoc loco *εὐδοκίαν* esse non ἀγαθὸν βέλημα, ut non ad hominem, sed ad deum potius pertineat: quam uocem Hieronymus putat a Septuaginta nouatam, quo Commodius quod sentiebant explicarent, uidelicet gratuitum dei fauorem erga nos. Hanc latinus interpretis aliquando uertit beneplacitum, uelut 1. Corinth. 10. *ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσι αὐτῶν εὐδοκίαν ἔσται ὁ θεός*. Et psalmo 68. *καρπὸς εὐδοκίας λαλοῦσιν*. Sed quid ego haec, cum sacri libri scateant hac dictione? Tres igitur particulae ad eundem sensum pertinent: Christo in terris nato, uenerat tempus quo deus statuerat sibi per filium reconciliare mundum: pro hac admirabili bonitate dei, angeli canunt, Gloria in excelsis: nulla enim re magis innotuit dei benignitas, quam quod filium suum dedit pro nobis redimendis: Per cuius mortem quoniam abolenda erant gratis peccata mundi, addunt & in terra pax, iam diruta maceria quae separabat caelum a terra. Ceterum ne quis existimaret promitti pacem humanam, aut hominum meritis debitam, addunt in hominibus bona uoluntas: ut haec particula per appositionem referatur ad proximam praecedentem: perinde quasi roganti cuiquam, unde ista noua pax terris? responsum esset, non est pax uulgaris, nec hominum benefactis reddita, sed nihil aliud est ista pax abolens peccata, quam gratuitus dei fauor erga suos electos. Christus autem sic dicitur pax, quemadmodum dicitur iustitia nostra & peccatum, pro eo quod erat pacificator, iustificator, uictima pro peccato, quo tropo uidentur Hebraei delectari, quam & Latini dicunt, hic est mea mors, hic est mea uita. Quod autem dixit in hominibus, non refertur ad pacem, sed ad *εὐδοκίαν*, quasi dicas erga homines fauor. Sic alibi pater uelut angelorum caritatem explanans, Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacuit *quod εὖ εὐδοκῆται*: per illum enim coepit *εὐδοκῆται*, erga nos qui Christo per baptismum inferimus, efficiunturque cum illo filij dei, fratres Iesu Christi. Et conuenit sermonis tropus, in quo complacitum est mihi, & in hominibus *εὐδοκία*. Ostensum est, distinctionem trium particularum esse apud Graecos, demonstratum est addi praepositionem *quae*, quae si abest, idem tamen esset sensus, licet sermo durior: declaratum est, pacem dei distinctam a pace mundi: indicatum est eundem esse sensum, siue legas pacem bonae uoluntatis, siue pacem bonam uoluntatem, quemadmodum dicimur urbem Romam, & urbem Romam. Ex quibus probabilius colligitur, orthodoxos latinos idem legisse quod nos legimus, nec a Graecis sensu disidere, sed uerbis duntaxat. Haec tam euidentia, tam multa, si nondum satisfaciunt uilitatoribus, sequantur uulgatam lectionem, quam non suggillo, sequantur Beddae Lyrani & Hugonis interpretationem, qui ob Graeci sermonis imperitiam non intellexerunt quid sibi uellet uox *εὐδοκία*, nec mihi postulent esse fraudi, si Chrysostomi, si Theophylacti piam ac probabilem opinionem communicauit, relinquens liberum suum cuique iudicium. Tibi uero duplici nomine debere me fateor, primum quod tua disputatione me prouocarit, ut rem attentius inspicerem, deinde quod amicorum meorum numerum auxeris nomine nequaquam poenitendo. Superest ut Erasmi quoque nomen inter eos ponas, quos ex animo tuos esse putas. Habes epistolam fortasse breuiorem quam uelles, sed quam fatearis prolixam, si scias quanta mihi sit ocij penuria. Bene uale, Basileae Idibus Martijs. Anno M. D. XXVI.

MATTHAEO GIBERTO EPISCOPO VERONENSI DATA
tario pontificis Erasmus Roterodamus S. D.

GNOSCIT trilingue collegium, quantum debeat amplitudini tuae, cuius fauore consequutum est quod optabat, & largiter & gratis. In huius beneficij consortium me quoque recipit, cuius commendationem existimat non omnino frustraneam fuisse. Ego uero non inuitus tibi & hoc nomine debeo, cui nihil
Xx non

non debeo. Iam me pudor hortabatur ut aliquando desinerem te flagitatricibus epistolis interpellare. Verum unum quiddam adhuc abs te petere ut debeam suadet mea pietas, ut aulim tua inuitat humanitas. Iuuenis hic Luuinus cognomento Algotius, cuius supplitatorum libellum mitto, inseruuit mihi ferè septem annos, eo p̄dicitus ingenio, eoq; progressus in bonis literis, ut spem haudquaquam uulgarem de se præbeat, honesto loco natus, sed in re tenui ob matris fecunditatem, quem mihi iam olim in filij uicem adoptauit. Non ausim hoc flagitare ut gratis impetret, tamen non grauarer hoc totum imputari mihi. Illud non dubito, quin libenter præstatura sit tua benignitas, ut res æquo precio transigatur cum his qui præsumunt istius generis negocijs. Sub plumbo cupit expediri. Hæc est pontificis Maximi Clementis felicitas, ut possit, bonitas, ut uelit omnibus prodesse. Tandem inter monarchas facta concordia est, quam utinam deus pacis uelit esse perpetuam. Altera pestis remissior est, partim quod ipsi duces se uicissim bellis intestinis conficiunt, partim quod principes atque etiam magistratus, & optimi quicq; ciues hac in re strenuam nauant operam, non iam pietatis ergo tantum, uerum etiam exemplo docti, quod spectari fucatus ille titulus euangelicæ libertatis. Quid ego præstiterim ex alijs audire te malo, & si istuc perlatus est Lutheri liber quem in me scripsit, poterit ex parte testis esse. Scio quas excetras in me prouocarim. Id facile negligerem, nisi pars altera haberet aliquot, qui per tinacioribus studijs incumbant in meam perniciem, quam quisquam diuersæ factionis. Cum omnibus monarchis principibus & episcopis, mihi nō modo pax est, uerum etiam amicitia non uulgaris, id quod non tantum literis amantissime scriptis, uerum etiam ueribus ulro missis declarant: sed sunt aliquot iam olim deuoti bonarum literarum hostes, præsertim quidam præcipue in Germania, qui hoc miris technis magnaq; contentione agunt, ut elegantiores literas cum Lutheri negocio pmisceant, simulq; priuatis odijs, religionis prætextu seruiāt. Nimirum hoc erat huius tragœdiæ proœmii, itaq; ad caput redit fabula. At qui mea sententia magis expediebat huic negotio, non uocare in huius causæ confortium Linguas ac politiores literas multis gratissimas, nec irritare calumnijs innocentes, qui sic amant hæc studia, ut impietatem execrentur: denique nec impellere uacillantes, nec eos alienare, qui retineri in officio poterant. Abunde est eorum qui factiosa dogmata palam ac ingenue profitentur, ut nihil opus sit fallis delationibus innoxiorum ac suspiciosi insimulationibus. Louanij sic uiuunt, ac profitetur linguas ad id destinatis, ut nec Momus habeat quod reprehendat. Atq; id ipsum quosdam habet pessime. Mallent illos Lutherifare, quo detur occasio culpam hominum in studia conferendi. Indignantur me pugnare aduersus Lutherū, mallent pro Lutherō scribere, ut sit telum quo me conficiant. Lutheri librum rabiosa maledicentia plenum, quem nuper in me spar sit, nemo Lutheranorum legit aut dius, quam quidam qui uideri uolunt ecclesiæ nutantis Atlantes, nec ullus scurra libellos ædit tam famulos ac furiosos in me, quin illis probentur. A me nihil tam pie scribi potest, quod non calumnientur. Hi quibus pontifex imposuerat silentium, sic agunt, quasi iusserit eos magis insanire quam antea fecerant. Iactitant huiusmodi uoces, scimus animum pontificis, quicquid ille scribit. Vnde hæc illis fiducia nescio. Misit Cæsar edictum satis minax ac seuerum, quod amici me inficio impetrauerunt. Tergiuersantur, citius redituri in gratiam cum Lutherō quam mecum. Multa scripsi ante Lutherum notum, nullum adhuc dogma possunt ostendere, in quo cum Lutherō consentiam. Suspiciones tantum adferunt ac deprauationes, plerumq; uero manifestas calumnias. Quod si quid etiam inesset incircumspectius dictum, præstiterat istiusmodi causationes in aliud tempus rejicere, & hoc quod nunc est in manibus agere. Non credas quanto odio laborent isti apud optimos quosq; à quibus sic timentur, ut ipsi magis timeant: nihil autem opus erat odium accerere uel ex infestatione mei, qui ut nullam habeo factionem, ita plurimos habeo fauentes, præsertim magnates, uel ex insimulatione bonarū literarum, quas nemo non amat, nisi suilli generis, cui molestum est amaracinū. Arbitror has querimonias esse molestas auribus tuis. Sed quæ tibi molestum est audire, mihi longe molestius est perpeti, licet uix centesimam partem commemorem eorum quæ isti designant. Equidem spero omnia recte fore, attamen uereor ne incidant tempora, quæ sero fidem faciant, hic quoq; uigilandū fuisse, ne priuati quorundam mores & odia, publicum malum cui mederi student, exasperet. Ego sanè per infamiam ac bonam famam, per ignominiam

& gloriæ

& gloriæ, per uitam & mortem pergam Christo domino meo, & illius sponsæ ecclesiæ præstare sinceram conscientiam. Successum & pramium ipse dabit, qui solus potest. R. amplitudinem tuam incolumem seruet omnipotens ille cultos. Basileæ postridie Pentecostes. Anno M. D. XXVI.

FRANCISCO CHEREGATO EPISCOPO INTERAMNENSI ERASMVVS ROTERODAMVS

S. D.

R EDDITÆ sunt mihi literæ tuæ, quas è Vaticano miserat Idibus Ianuarijs, sed resignata, quod nunc ferè sit in omnibus. Aiebāt id factum ab Hispanis, opinor ijs qui iuxta Rhetos nescio quid arcis occuparunt. Excusatio diutini silentij tui fuit mihi longe gratissima, non quod ullam officij partem in te desiderarem, qui præter omne meritum hunc homunculū ultro tot officijs oneras, sed quod declararet singulare quoddam erga me studium ac beneuolentiam, qui nec inter tot negociorū undas excidere potuerim animo tuo. Publicè orbis calamitates, quas tua deplorat pietas, neminē non discruciant, nisi planè sit impius, ac profus hominis sensum exuerit. Ac de pace quidem inter monarchas facienda iam pridem bona spes est, sed nimium lenta torquet animum nostrum. At fieri uideo quod solet in corporibus exulceratis, ubi uomitam unam aut alteram utcumq; sustuleris, erumpit aliunde malum. Sed de rebus monarcharū nec ego quicquam scribere possum, quod te fugiat, & si possum, nō satis tutum arbitror. Perlongum est iter, fides nulla, hominum studia uaria. Agricolarū motus ferè coerciti sunt, sed immitti remedio. Sic postulabat morbi magnitudo. Quāquam ea pestis subinde meditatur recrudescere. Sed prouisum opinor, ne rerum nouarum audis liceat quod liceat. Verum altera lues quæ ferè iam Europam omnem peruasit, multo grauior est quam bellorum rabies: quod hæc tantum grafferetur in fortunas & corpora, illa uiolata pietate, sublata concordia, totum hominem demittit orco. Videtur tamen solito mitior, respiscunt multi, plerique fauent frigidius: qua quidem in re, nihil laudis mihi uindico, tamen sic in me fremunt, qui uehementer addicti sunt huic factioni, quasi præcipuam quandam ad id nauarim operam. Etenim ut de cæteris taceam, Lutherus nuper in me scripsit ingens uolumen, diu multoq; studio elaboratum, sed ita fermentatum amarulentijs, scommatibus & calumnijs, ut antehac in neminem scripserit hostilius. Meæ responsionis partem ad te mitto, mittam & ipsius uolumen, si quem nactus ero, qui tantillum sarcinæ uolet suscipere. Auget nobis spem finendi mali, uehemens inter ipsum dissidium. Lutherus cum aliquot suis defendit in Eucharistia esse uerum Christi corpus, alij plerique fortiter reclamant. Res agitur utriusq; dentatis libellis, apud Eluetios decreta est publica disputatio ad Pentecosten, in oppido cui nomē à balneis, Baden. Quid nobis paritura sit nescio. Quo minus succedat res, in causa sunt quidā homines inauspicati, qui tamen sibi uidentur totam ecclesiam suis humeris sustinere. Hi sub prætextu defendendæ pietatis suis affectibus morem gerunt. Cum enim linguas ac bonas literas multo peius oderint quam totum Lutherum, hoc miris technis agunt, ut quocumque modo lædant eos qui hoc studiorum genus prouehunt. Interim dum ego cum factione potenti non absque capitis mei discrimine digladior, Louanij quidam emisit in me tres libellos, sed suppresso meo nomine. ~~Hi libelli præstiterat istiusmodi causationes in aliud tempus rejicere, & hoc quod nunc est in manibus agere. Non credas quanto odio laborent isti apud optimos quosq; à quibus sic timentur, ut ipsi magis timeant: nihil autem opus erat odium accerere uel ex infestatione mei, qui ut nullam habeo factionem, ita plurimos habeo fauentes, præsertim magnates, uel ex insimulatione bonarū literarum, quas nemo non amat, nisi suilli generis, cui molestum est amaracinū. Arbitror has querimonias esse molestas auribus tuis. Sed quæ tibi molestum est audire, mihi longe molestius est perpeti, licet uix centesimam partem commemorem eorum quæ isti designant. Equidem spero omnia recte fore, attamen uereor ne incidant tempora, quæ sero fidem faciant, hic quoq; uigilandū fuisse, ne priuati quorundam mores & odia, publicum malum cui mederi student, exasperet. Ego sanè per infamiam ac bonam famam, per ignominiam~~

Theologus & Carthusianus, emisit in me librum iustæ magnitudinis, in quo nihil crepat nisi temeritates, hæreses & blasphemias, non ob aliud nisi quod uerū Nouum testamentum, in usum priuatae duntaxat lectionis. Idem nunc emittit librum, cuius initium duntaxat uidi, sed tale ut præ se ferat planè rabiosam maledicentiam. Et tamen nugacissimæ nugæ sunt, de quibus suscitatur tantas tragœdias. Per hos mihi nullū relinquitur ocium agendi quod & meus optat animus, & uestra suadet pietas. Quantū autem difficillimum est cum tam potenti factione bellū gerere, difficilium autem cum utraq; acie de

Xx 2 pugnare

aduersus Sirenum cantus auribus. Musis uirginibus adhareres, ni mihi spectata esset tua singularis cōtinencia. Hæc scripsi studijs enecijs, & in hoc tantum, ut scires te nobis nondum excidisse. Basileæ tertio Idus Ianuarij. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. LEONARDO CASIMBROTIO S. D.

PINOR te iam pridem effugisse *πῶ δὲ βελμίαν*, de qua proximis literis questus es. Certe minus erit tibi metuenda, quum tempus sit peponum ac melo-

o num. Accepi epistolium quod scripsit Baro Polonus te nuncio, adesse qui huc adornaret iter. Alteras literas quas prædicat se misisse, non accepi. Qui has reddit est Hieronymus Frobenij filius, iuuenis modestus & candidus.

Venatur istic, uelusta exemplaria seu precio, seu precario, seu furto, seu rapto. Hac in re uo-
~~poteris illi bonam nauare operam~~: quod ut facias te maiorem in modum rogo. Simul ca-
 nim & studia iuueris, & officium penes homines neutiquam ingratos collocaris. Per hūc
 non literas sed uolumen expecto. Ego totos menses duos perdidit, dum epistolas recipio
 & rescribo. Cupio scire quid agas. Si quis istic forte est qui petat Poloniam, committe illi
 hoc epistolium, haud magna iactura periturum, si fors ita euenerit. Si uiuat experiri quan-
 ta felicitas sit uersari in officina typographica, habes qui cum agas. Bene uale Leonarde
 charissime. Saluta comitem Germanum cui scripsi per Carolum. Basileæ Calen. Maias.
 Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. MARTINO DAUIDI S. D.

VANQVAM alijs intentus, tamen hoc opellæ non grauate dedi, uel tibi

Q hospiti meo: solet enim apud præcos hospitij ius uel in primis esse sanctum: uel optimi uiri memoria, cuius animum semper expertus sum unice candi-

dum, meorumq; cōmodorum percupidum. Si placet Epitaphium, bene habet; sin minus, non grauabor recudere. Bene uale. Louanij. Anno M. D. XXVIII.

Philippus Haneton, clarus auro, hic est eques

Regi Philippo Casarij Carolo

Cum laude gessit audientiarum:

Sacer ordo, quem uellus decorat aureum,

Voluit eundem præesse thesauris suis.

Virtus in uno hoc uicis inuidiam uiro,

Tanta erat in omnes, & fides & comitas

Animiq; candor, maximis & infimis

Desideratus unice, cœlum tenet.

ERASMVVS ROT. HIERONYMO RICIO S. D.

VOD me supra modum attollis, amori in me tuo parum, ut uidetur, sobrio-
 facile condono: quod te ipsum plus æquo deijcis, singularē tuam modestiam

Q non possum non amare Ricio charissime; nec est quod hic humanitatē meam mansuetudinēq; prædices, cum inhumanissimus futurus sim, si doctum ho-

minem, eumq; literis ad amicitiam prouocantem non amplectar. Ego me in-
 ter doctos uiros non annuero, sed tamen eruditione præditos, semper & amaui & uene-
 ratus sum, præsertim si accesserit humanitatis & probitatis cōmendatio, quorum utrunq;
 nobis arguunt tuæ literæ. Bene uale. Datū Friburgi XXI. die Apr. An. M. D. XXXIX

ERASMVVS ROTERODAMVS ANDREÆ AL-

CIATO S. D.

I INTER tot bellonæ tumultus, incolumis est præsidio Musarū Alcia-
 tus, est quod uehementer gaudeam. Longolū imatura morte præreptum

S sanè doleo. Cupiebam illum uel studijs promouendis superesse, utcumq; in nos fuit animatus. Iacit enim in suis epistolis nescio quas stomachi in me sig-
 nificationes, nunc Moriam taxans, nunc in Batuum oratorem nescio quid

καρσικωπιον, quasi ipse natus fuisset Athenis. Ego de hominis ingenio semper candidissi-
 me sensi. Quum Louanij nos inuiseret, hominem quanta per occupationes licuit, huma-
 nitate tractaui. Nec diuinare possum unde hoc stomachi in me conceperit, nisi quod con-
 iecto duas fuisse causas. Quum expetisset secretū colloquium, dedi. Exorsus est prolixam
 fabulā quomodo Romæ in Capitolio causam dixerit, magno capitis periculo: hic opinor
 uisus

uisus sum partū attentus, præsertim cum serio uultu subinde repeteret, admonens ut eius
 facinoris alicubi meminisset in scriptis meis. Respondi, ut soleo in re quæ mihi leuiter est
 cordi. Hoc illum opinor male habuit. Deinde nō nihil exposulauit mecum de epistola qua
 dam ipsius inter meas excusa, in qua confert me cum Budaro, in qua mihi placebāt omnia
 præter hoc quod addit iuxta calcem epistolæ, Demirari se cur rex exterū suo ciui præfer-
 rendum putarit. Verū hoc quamuis præter causam dictum, nō obstitit, quo minus hono-
 ris illius gratia uulgarē epistolam. Cum ostenderet quæ perperam essent excusa, sic muta-
 uit quaedam, ut meliora fuerint quæ uideri uolebat deprauata. Et in hac re decreuerat to-
 tum diem insumere, nisi ego pertæsus, pro mea simplicitate sermonem abruptissem. In te
 quoq; torlit allegoriā satis mordacem. Sed rem ingeniosam fecit, in iectō quod aiunt, spi-
 culo fugit. Prorsus in illo desiderio eādorem. Nam gloria cupiditatē ignoscerem arati, ni-
 si fuisset immo dica, sed hoc uicij uel correxisset, uel certe mitigasset etas. Toto triduo quo
 mecum egit, nunq; uidi hominem uel leuiter subridētē, ne in cōuiuijs quidem. Quæ res
 mihi sanè non mediocri fuit admiratōni. Et tamen in Epistolis non nunq; conatur esse fe-
 stiuus, ne parū uideatur Ciceronianus, quanq; inuita licenti uidetur. Exorta est
 noua secta Ciceronianorū, quæ mihi uidetur non minus feruere istic q; apud nos Luthera-
 norum. Posthac nō licebit Episcopos appellare patres reuerendos, nec in calce literarum
 scribere annū à Christo nato, quod id nusquā faciat Cicero. Quid aut inepitius, q; toto se-
 culo nouato, religione, imperijs, magistratibus, locorum uocabulis, ædificijs, cultu, mori-
 bus, non aliter audere loqui, q; locutus est Cicero? Si reuulseret ipse Cicero, rideret hoc
 Ciceronianorū genus. Verū de his alijs ridebimus. Cupio scire quid agas, quod opinor
 scribes Bonifacio, cui nominis studiosissimo. Bene uale. Datū Basileæ, An. M. D. XXXIX

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI BAPTISTÆ

EGNATIO VENETO S. D.

I N *Αυθροαφελυα* & Senecijs secutus sum auctoritatem tuam Baptista, uir non
 minus optime quàm doctissime. Verū latine priores aliquot paginas in Ga-
 leno. Nihil cōperi mendosius, quæ res animū meum triplici nomine discru-
 ciat, & studiosorū, & tanti autoris, deniq; & ipsius Asulani, qui in hoc male
 consuluit rei suæ, si famam negligit. Qui præfuit emendationi, uidetur uix fa-

tis tenuisse prima Græci sermonis elementa. Pro humanitate quā Baroni Polono, meoq;
 Carolo exhibuisti, gratiam habeo maximā, quanq; dum in tuis ad me literis tātopere præ-
 dicas elegantiam Caroli, arbitror errorem esse personæ. Polonus erat expositus, in Caro-
 lo meo nunq; anima aduertit sermonis insignem elegantiam. Qui has reddit, Hieronymus
 est Frobenius, Ioannis Frobenij filius. Præter aliam negotiationē cuperet huc secum aue-
 here, si quid istic esset ueterum codicū, quos euulgari sit in rem studiosorum. Nolim te gra-
 uari officio, poteris tuo cōsilio plurimū hac in re cōmodare iuueni, nec inhumano nec in-
 grato. Doleo Longolium ereptum studijs: quanq; in me uidetur habuisse nescio quid sto-
 machi, certe præter meum meritū, qui de illo semper optime tum sensi, tum prædicaui. Vt
 demus non esse prorsus anile somnū quod Homerus scripsit de Litis & Ate. Quanta ce-
 leritate per capita regum ac populorū cucurrit Ate, bellorum furijs miscens totam penē
 Europam. Quam uero lente procedit quod agunt Litæ? Quam diu disputatum est de fœ-
 deris conditionibus. Et adhuc pendere uidentur omnia. Audimus pacem, non uidemus.
 Lutheranae febris paroxysmus remissior est, recrudescit alterius partis accessio. Vna fa-
 ctio diducta est in quinq; aut sex. Vtinam mihi licuisset in Musarum uiretis cōsescere,
 nunc sexagenarius protrudor in harenam gladiatoriam, & pro lyra tenco rete. Bene uale.
 Basileæ pridie Nonas Maias, Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO GALLIARVM RE-

gi huius nominis primo S. D.

V O grauius diutiusq; nos discruciauit superiorum temporum calamitas,
 Franciscæ regum Christianissime, hoc magis exhilarauit nos tandem reddi-

Q ta serenitas. Meum quidem animum non simplex habebat molestia: nam &
 publice dolebat, duos præcipuos Christianæ ditionis monarchas inter sese
 commissos esse, non sine grauisimo totius orbis malo, haud aliter q; ubi lu-
 na cum sole cōmissa periclitatur genus mortalium: & priuatim angebar, eius regis cuius
 XX 4 propentiam

propensum in me studium multis argumentis cognitum ac perspectum haberem, animo summisq; uirtutibus fortunā non satis respondisse. Itaq; quemadmodū erat non simplex dolor, ita nunc multiplici perfundor gaudio, quod diuino fauore receperit Gallia regem, orbis tranquillitatē, eruditorum ac honorū chorus patronū. Merebatur quidem ista tuæ naturæ benignitas, ingenij simplicitas, & animi uere regia celsitudo perpetuā in omnibus felicitatē: nam tuæ maiestatis felicitas cum orbī publice, tum priuatim multis eruditīs & optimis uiris felicitatem attulisset. Quamq; autem nonnullis pax ista seueris, ne dicam iniquis conditionibus uidetur coisse, tamen confido futurū, ut summus ille rerum humanarum moderator, suis arcanis & inscrutabilibus consilijs omnia uertat in lætū exitum. Nouit ille, & solus nouit, quid nobis expediat: solus artificio suo diuino & potest & solet hominum inconsulta consilia in euentus lætos ac bonos perducere. Si Christianos monarchas firma iunget concordia, minus audebunt Turcæ, & in ordinem cogentur, qui nunc huic regi, nunc illi utcunq; cōmodum fuerit blandientes, non alia re magis q̄ uestro dissidio potentes sunt. Hac ratione simul & optimis studijs & Ecclesiæ iam dudū malis intolerabilibus laboranti poteritis mederi.

Christianissimam
ac novente seruet omnipotens. Datum Basileæ decimosexto Calendas Iulias, Anno millesimo quingentesimo uigesimosexto.

ERASMVVS ROT. IO. CARONDILETO ARCHIEPISCOPO PANORMITANO S. D.

ATEOR me nō minus debere tibi Reuerende Præsul, q̄ si quicquid petebamus obtigisset. Si Cæsar pernosset totius huius negocij circūstantias, non solū indignū me iudicaret qui frauder pensione, uerum etiam ultro deferret amplissima præmia. Declarant hoc Lutheranorum fremitus, declarant eorum libelli, præcipue Lutherus ipse fatetur ingenue, neminem magis fregisse spiritus & impotentiam huius factionis q̄ hunc homunculum, senem & ualeudinarium, idq; in ea Germaniæ parte ita qua maxime regnat hæc conspiratio. Id nō ignorant isti, sed tanta uis est liuoris & odij, ut malint me secedere in castra Lutheri, uidelicet telum captantes, quo me bonasq; literas lædant. At qui legimus ethnicos homines ueterē similitatem tātūper posuisse, donec cōmunī magistratu perfunderentur, ne priuatū odium officeret Reip. cōmodis. At isti me summo capitis mei periculo dimicantē cum instructissimis copijs, idq; in ipsorū castris, à tergo cōfodiunt. Arbitror prudentiā tuam non fugere, q̄ non simplices sint N. et N. alioquin res ipsa cogeret me illos paucis depingere. Sed qualescūq; sunt, in hoc tam periculoso negotio sudanti debebant auxilio esse, quem nunc hostilius insequuntur, quā ipsū Lutherum. Quid isti nō calumniabuntur, quilo ex Catalogo meo prolato conati sunt animum tuū a me auertere? Et dictis & picturis & libellis per totā Germaniā sparserant Lutherani, me præmijs magnatū corruptū in illorum gratiā scribere, & cauponari uerbū dei. Sic occupabāt mihi detrahere fidem & autoritatē, si quid scriberem aduersus Lutheri dogmata. Eam igitur famam coargui, non tam mea priuatim referebat, q̄ publicæ causæ Ecclesiæ. Quid enim profuisset aduersus illos scribere, quibus persuasum fuisset me pecunia corruptū scribere? Nec insinulaui tuam amplitudinē auariciæ. Nam cum esset necesse referre multos qui nihil dedissent, hoc pacto præfatus sum. De principibus illud mihi præfandum est, me quibusdā non minus debere qui nihil dederunt, q̄ qui dederunt: & ad tuū nominis mentionem statim subijcio, Præstitit ille totum quod uenabar, nempe fauorem ac beneuolentiā. Num hæc uidetur oratio suggillantis? Et tamen ut hæc dicerent coegit necessitas, nec alio consilio feci mentionē Card. Leodiē. Tandem ut excluderem omnem suspicionē, subijcio. Non hæc cōmemoro quod me poeniteat benignitatis principum. Meis scripijs accreuisse credo, quicquid accessit honestis studijs. In horū profectū capraui principū fauorem. Nō eget quidem monitore tua perspicacissima prudentia: sed tamen quoniam expertus sum quorūdam in calumniando tum artificij incredibile, tum studij indefatigabile, uisum est tibi uellere aurem. Si certa spes soluendæ pensionis fuisset ostensa, conatus fuisset adrepere. Nunc nihil certū promittit. Et me tam piget istarum delationum, quarum istos nulla capit fatietas. Si ualeret corpusculū hoc, non deesset pensio. Nusquam nō inuitor à maximis orbis monarchis, missis etiam ultro muneribus, ceu promissorū arrabonibus. Ego tamen excusans omnibus, Cæsaris esse perseuero, ualeudinaris quidē & absens, sed ea tamen in re uoluntati illius inseruiens, in qua & ego possum non nihil, & ille cupit maxime. Dabit aliquando tempus occasionem, per quam hic animus pleniùs innotescet Cæsari, simulq; quorundam peruersa studia, conantium Cæsaris in me benignitatē interuertere. Quod si ne id quidem continget, nos tamen nihilo secius in officio persistemus Christo agonotheta freti, qui precor ut te seruet incolumē. Basileæ pridie Calendas Maias, Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROT. IOANNI EPISCOPO LINCOLNIENSI S. D.

REUERENDE Præsul. Quicquid tua benignitas largiri uoluit, bona fide perlatum est. Decem angelatos accepi per Morum, rursus alteros decem anno proximo. Hoc constat ex literis tuis, quibus tamen annum nō soles ascribere. Quod Liuiuo datum est, recepi, per quem miseram epistolas Hieronymi. Item quod proxime Carolo, uidelicet libræ Sterl. quinq;. Porro quod aliquoties scripserim amplitudini tuæ declarant & tuæ ad me literæ. Et tamen fieri potuit, ut aliquot epistolæ meæ fuerint interceptæ, aut certe non redditæ. Id hisce temporibus nouum non est. Bene habet quod animum hunc gratum ac memorem nemo potest intercipere. Lubens misissem totū Hieronymum, uerum quū hic Carolus Harstus istuc proficisceretur opus nōdum erat absolutum, nec semper dantur idonei per quos talia mittam. Silegeris

Si legeris librum quem in me scripsit Lutherus, ac responsionis meae partem, intelliges cum qualibus excetris mihi res sit. Sed intolerabilius, quod dum pugno cum factione non solum numero, gladijs ac literis, uerum etiam uenenis instructissima, ab ijs quorum partes propugno, a tergo confodior. Quamquam hoc quoque perpetere, nisi uererer ne uictoria hanc Christo partem intercipient mali monachi, qui ueterem tyrannidem cupiunt instauratam. Quibus si res successerit, uae bonis literis & harum cultoribus, sed praecipue Erasmo. De Colloquijs quod admonet tua pietas, mihi gratissimum est.

... n eius ut
... monachorum, sed facti
... tamen tuo iultu à Colloquijs desinam, et si quid uidebitur corrigendum, admonitus corrigam. Hoc tempore nihil scribi potest, quod non pateat calumnia, nec raro sit, ut dum agis circumspiciat, utramque partem offendas, cum in utraque sint qui pariter insaniant. De Ambrosio nihil fiet hoc anno, res stat non per me, sed per socios Frobenij. Sed Irenaeum illum uetustum dabimus, antehac nunquam excusum, & alia quaedam, si deus donauerit uires. Seruet te dominus optime praesul. Datum Basileae pridie Calendas Martias, Anno M. D. XXXVI.

ERASMVVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S. D.

REVERENDE Praesul. Cum existimem me non minus debere tibi, quam si omnia accepissem temperemque, quae multa pariter ac magna, tua benignissima uoluntas ultro nihil promerenti defert, cumque tu singulare istum erga me fauorem indices nouis cumules officijs, non magnopere sollicitus sum, quomodo tibi gratias agam. Id enim nimis est uulgare, malim occasionem mihi dari, qua specimen aliquod adere liceat grati in te animi. Eam si neque tu dederis, neque fortuna obiecerit, ipse tamen alicunde accipiam, idque ut spero breui. Interim te rogo, ut Illustrissimi principis erga me studium ac beneuolentiam alere non graueris, atque idem excitare. Qui has reddit, iuuenis est nota spectataque, pbilitatis, causam habet iustissimam, quo certior mihi spes est, tuam amplitudinem illi non defuturam. Quid res sit, non prius audies quam tibi narro raro fabulam, quam nuper apud Senecam haudquaquam pessimae fidei autorem legi, fortassis non in hac tantum causa profuerit meminisse. Philippus Macedonum rex, Alexandri Magni pater, sed ueris animi dotibus utcumque laudato filio maior, inter bonos principes numeratur, sed nulla re celebrior, quam aequitate ciuilitateque morum. Is habebat militem manu fortem, sed animo prauum, cuius in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex praeda aliquid illi uirtutis causa donarat, & hominem uenalis animae crebris autamentis accenderat ad rapinas, non aliter quam ex fera canibus aliquid extortum obicitur, quo sint acriter in uenatu. Hunc militem forte nauis fracta, in possessionem cuiusdam Macedonis tempestas impulerat. Quod ubi nunciatum est Macedoni, collegit hominem, refoecillauit semianimum, multisque diebus summa cum humanitate tractauit, postremo discedentem instruxit uaticio. Interea miles crebro dicebat hospiti suo, referam tibi gratiam, uiderere tantum mihi contingat Imperatorem meum. Et quod pollicitus est, praestitit, uenit ad regem, naufragium exposuit, auxilium tacuit. Ac protinus petiit a rege praedictum illius Macedonis a quo receptus, recreatus, sanatus & uaticio adiutus fuerat, commentus est non nihil causae aduersus hominem benemeritum. Hoc erat referre gratiam promissam. Fauebat rex strenuo militi, miserebatur naufragi, credidit ingrato. Quid multa? Donauit quod petebatur. His modis peccat & aequi principes, praesertim in bello. Non absoluam narrationem, nisi recitatio sententias aliquot quas hoc loco interserit Seneca. Multa, inquit, reges in bello praesertim, operis

operis oculis donant. Non sufficit homo iustus armatis cupiditatibus. Non potest quisquam eodem tempore & bonum uirum et bonum ducem agere. Quomodo tot milia hominum insatiabilia fatiuntur? Quid habebunt, si suum quisque habuerit? Expulsus Macedo non tulit tacite hospitis ingratisimam perfidiam. Regi per literas breues sed liberas, rem omnem significat. At rex optimus id factum nihil leuius tulit, quam is qui fuerat expulsi: nihilque moratus, Pausaniae, id erat militi nomen, mandat, ut e uestigio restituat hominem in pristinam possessionem. Quid praemij debebatur impio militi, ingrato hospiti, auidissimo naufrago, impudenti postulatori? Inscrubi oportuit fronti illius stigmata, ingratorum hospitem testantia. Fortassis hoc exemplum non omnino simile est huic negotio, sed tamen hinc admonendus est optimus princeps Ferdinandus, ne quis ad consimilem modum ipsius bonitati imponat. Iustissimum est animaduerti in eos qui semet addixerunt impietati, quamquam qui leuiter afflati sunt, magis sanandos censeo, quam puniendos. Caeterum hic prudentia principis uigilet oportet, ne sub praetextu iustitiae, fiat iniuria innocentibus: multi exorientur qui sub titulo pietatis stu debunt ulcisci quibus male uolunt, plures inhiant praeda, nec effugiet calumniam quisquis habet aliquid. Tota Basilea nouit hunc iuuenem perpetuo non solum alienum fuisse ab his factionibus, quod tamen hic rarum ac mirum est, sed semper auersatum fuisse hoc hominum genus. Et tamen duobus ferdendis spoliat. Reliqua ex ipso cognosces. Non metuit sub quocumque iudice causam suam dicere. Tanta est innocentis animi fiducia. Reliqua non graueris uel ex clarissimo uiro Ioane Fabro, uel ex ipso cognoscere. Amplitudinem tuam incolumem seruet Iesus Opt. Max. Basileae XVI die Aprilis, Anno M. D. XXXVI.

SENATVI PARIENSI ERASMVVS ROT. S. D.

MAGNIFICI domini iustitiae principes, quae so ut occupationes uestras & grauisimas & sanctissimas patiamini paucis interpellari. Viuo adhuc Francisco Deloio Natalis Bedda norarat ex mea in Luca Paraphrasi loca quaedam quibus offendebar, quae licet mihi non communicasset, sed apud alios sparsisset, tamen pro officio gratias egi, precas ut in alijs idem faceret, me curaturum, ut nusquam in me desideraret officium hominis Christiani. Deinde misit alias aliquot, sed nudas propositiones, egi gratias, sperans fore ut res inter nos Christiana modesta transigeretur. Ad complures modestissime responderam. Mox ut ex literis deprehendi animum hominis exculerat: nisi responsiones meas ad sacratissimam facultatem, ut uiris nec odio nec inuidia corruptis traderent eas legendas, & si iudicaret illic esse, quae syncretitati doctrinae Christianae, aut pijs moribus officerent, admonerent fraterne, me uel corricturum, uel explicatione curaturum, ne quis ad illa posset impingere. Cum autem mea responsio nihil habeat stomachi, Bedda hoc ipso offensus, quod ausus sim uel priuatum respondere, extorto aut simulato consensu facultatis, emisit librum in me & Fabrum. Quae sit Fabri causa nescio, pro me respondeo, in censuris Beddae quibus taxat meas Paraphrases, esse plusquam centum mendacia calumniasque tam manifestas, ut digitis quod ait, sentiri possint, uel a calcearijs & fabris. Saltem debebat expectare iudicium sui collegij, non praesertim. Sed odio praiceps adidit suas calumnias, magno tam celebris academiae, magno Theologici nominis, magno demum suae famae dedecore, nec minore gaudio Lutherano rum, aut si qui sunt Lutheranis peiores. Ego cum illis quos Theologi damnant, in acie stans depugnabam, libri restantur: & hoc agentem, idque iussu Caesaris, Pontificis & aliorum principum, non sine capitis mei periculo, Sutor & Bedda furiosis libellis adoriunt a tergo. Hoc est uere fauere Lutheranis. Emiseram unicam responsionis partem aduersus Lutherum, alteram adornabam, quae nunc mihi uix perfici poterit ante nundinas proximas. Quid autem dicent Lutherani, ubi legerint Beddae censuras undique scatentes impudētibus mendacijs, & Sutoris furias? Sunt isti, inquit, Theologi qui damnarunt Lutheri dogmata? Tales sunt, quorum censuris homines adiguntur ad ignem? Talibus Atlātibus nititur ecclesia Romana? Nam ut sunt hominum mores, ex his qui libros emittunt, praesertim autoritate publica, ferē astitantur caeteri. Si zelo pietatis ducuntur, quur in me qui pro pietate depugno, longe uirulentius debacchantur quam in ipsum Lutherum? In meis libris aliquid erroris humani deprehendi posse non nego, nullus adhuc tamen errorem damnatum potuit ostendere: & qui id hostili studio conati sunt, praeter suspiciones & calumnias nihil adferunt. Certe

Certe hunc animū semper prę me tuli, qui paratus esset corrigere, si quid excidisset, quod uel pietatē, uel hominū moribus officeret. Idēq; hactenus feci sedulo, si quis monuit, quod esset alicuius momenti. Ordinem Theologicum semper sum ueneratus, eos qui uere mo nachi sunt, tum a mo, tum suspicio, nec apud ullos malim atatem agere, nisi corpulenti ob staret imbecillitas. Admonui quaedam in scriptis meis ad Theologos quosdam ac mona chos pertinentia, quę iudicauit tum ad ordinis dignitatem, tum ad omnium salutem perti nere. Et ob id quidam uociferantur schismata & scandala. Si mihi schismata placerent & factiones, non tanta perpessus essem ac perpeterer, ne essem talium rerum confors. Malui namq; solus ab utriusq; partis insanioribus dilacerari, quā esse tuus in parte damnata. Quid autem futurum est tandem, si tales libelli quales scribit Sutor & Bedda, excudētur Lutetia, exclusis aliorum scriptis? Illis licebit uenenū effundere, nobis non licebit adhibe re antidotum? Quid fructus referat iuuentus, quę Lutetiam confluit, ut eruditior ac me lior domum redeat, ex istiusmodi scriptis, in quibus nihil est, pręter amarulentiam, & im pudentes calumnias? Scio paucos esse Lutetię Theologos, quibus Sutoris & Beddę pla ceat amarulentia. Quid autem inutile ad uictoriam, q̄ eos in castra Lutheri protrudat, qui a Luthero dissentiant, et si consentirent, possent totam renouare tragediam. Istiusmo di odijs heresarcha factus est Arius, ab ecclesia recessit Tertullianus, hostis ecclesię coę pit esse Vicleuus. Theologorum est uel mederi uel coarguere hæreticos. At istud est hæ reticos facere, non coarguere; nec hoc est sopire excitatum per Lutheranos incendiu, sed iniecto in caminū, ut alit, oleo magis excitare. Illud etiam magis arguit impotens odium Beddę, quod cum ego priuatim ad propositiones ab ipso notatas responderim, easq; lege rit, ille tamen non expectato Theologorū iudicio, præcipit ut suas censuras; præsertim cum ad complures ita responderim, ut ostenderem quaedam à me correctā proxima addi tione, quę tamen typographorū errata fuerant, non mea, quaedam ita resellerem, ut nihil illi superesset nisi manifesta calumnia. Super his uisum est admonere uestrum Augustissi mum collegium, ut cognito periculo, uestra prudentia, uestraq; tum autoritas, tum iuuen tūtis salutē, uel studiorum tranquillitatem. Satis huc usq; processit maledicentię rabies, sedi tionum parens. Notaui loca quaedam præcipua ex Beddę censuris, quę si manifestam ha bent & uanitatem & calumniam, sicut habent, aut prohibere istis spargi uenena, aut sinite nostra inuehi antidota. Si ueris argumentis uolunt eos reuincere qui defecerunt à synce ritate Christiana, habebunt me commisionem. Sin odio caeci nihil aliud student q̄ quo uis pacto lædere, modestius esse duco, à senatu iuris & æquitatis principe flagitare præsi dium, q̄ rabire cum rabentibus. Hęc de Beddę & Sutoribus duntaxat loquor, nō de cæ teris Theologis. Venerabile uestrum collegiū seruet dominus Iesus. Datum Basileę, po stridie Idus Iunias. Anno M. D. XXVI.

ERASMVS ROT. IOANNI FABRO S. D.

QVIDEM non possum non boni consule, quod tantus amicus bono fa cit animo, & iam sera fuerit ex postulatio, fortasse tamen in futurum profue rit admonitio. Tu quidem pro tuo erga me studio magnifice prædicas Eras mum, & hoc nomine territas nouis hisce factionibus studētēs: at interim du plex accessus incommodum, simul & crabrones per se plus satis insanientes

iritans, & in me hominem nudum & inermem prouocans potentem factionē, multis qui dem alijs præsidijs instructam, sed nullo formidabiliorem quā maledicis libellis. Vides quā hostiliter in me scripserit Lutherus, nullo conuicio laesissus, quid faceret iritatus? Eum librum studio summa cura elucubrauit, ne periret, simulq; cum illo uiuerent mea cri mina. Is liber iam decies excusus est uarijs locis. Scio dices esse negligendum, quicquid à talibus impingitur. Id quum nec magnates aulint ecclesię, iuxta potentes ac felices, quo modo iubes hoc me facere, cui nec ea fortuna est, ut maledicum deterreat, nec ea uitę san cimonia, ut nulla criminis suspicio in me hæreat? Quid autem nō audeat in me iacere Lu therus magis iritatus, quum placidus, & ut uideri uult amicus, non ueritus sit mihi toties ingerere, quod cum Luciano non credam esse deum, cum Epicuro credam deo nō esse cu rā res mortalium, quod irrideam sacras literas, quod hostis sim Christianę religionis? Et tamen ipse literis, quarum exemplar ad te mitto, sic mecum agit, ut propemodum sibi po stulet

stulet agi gratias, quod præter morem naturamq; suam sic in me stilum temperauit. Quia & amici illius serio mirantur Lutherum tam moderate respondisse, quum esset tam atro citer laesissus, nimirum Diatriba, quę nullum habet in quenquam cōuicium. Arbitror esse boni uiri, etiam falsam infamiam metuere. Quid his ingenijs srauius? Nihil ab istis tam atrox confingi poterit, quod factio non sit approbatura. Et sunt artifices ut calum niam reddere possint probabilem. Nec unquā sic eluuntur magna crimina, quin hæreat in animis hominū aliquid suspicionis uestigium, quoq; grauius & impudentius est quod fingitur, hoc citius inuenit fidem: cogitant enim multi, aliquid subit oportet, quod auisus sit illum de re tam atroci insimulare. Verum ut maxime uita propellat suspicionem, quid dicit posteritas, quę calumniam leget, nos non nouerit? Et uident rem in eo statu esse, ut nisi perstiterint, incolumes esse non possint, eoq; nihil non facturi, ne loco depellantur. Porro quanquam ipsi sic rem gerunt, quasi nolint uincere, tamen uidemus hanc lucem in dies longius ac latius serpere, ut si mihi sit hinc fugiendū, non uideam usquam tutum præ sidium. Iam ut sit qui corpus tueatur, aduersus libellos rabiosos omnino nullum est reme dium. Lutherus decreuerat dissimulare meam Diatribam, quod & ipse fatetur, sed amici quorundā iactantia iritati, per literas extimularūt hominem, ut me prosterneret, si uellet factionem subsistere. Inter hos fuit, ut ferunt, quidam olim tibi charissimus ac tuę benig nitatis alumnus. Et tamen si unius Caris iactura consopiri posset hæc tempestas, non re cufarem meisum Republicę impendere, ac lucro ducere, si priuato meo malo, mederi queam publico. Nunc mihi malum accersitur, & adeo non medemur publico, ut magis exasperetur. Nec alias ob causas scripsi Diatribam, nisi ut principum uoluntati morem gererem, deinde ne quem lateret me à factione Lutherana esse alienissimum. Id enim refe rebat, tum mea, tum omnium. Alioqui sciebam me nihil aliud profecturum, nisi ut Luth eri calumnam lacefferem, ad confirmationem impugnati dogmatis. ~~Satis in iudicio meo~~ Mox ostendi uiam finiendi mali, reiectum est consilium. Egi tertio per literas cum Adriano pontifice, conicio non placuisse consilium, uel ex hoc quia nihil respondit. Et uidemus quo res eua serit. In Gallia gnauiter insaniant Beddati quidam, censuris, articulis, carceribus, incen dijs, libellis; optarim uel sic posse cohiberi pestem, sed exitus rei docebit. his modis nihil aliud quā exasperari malum. Factio his potissimum præsidijs nititur. Concionibus al liciant ac retinent populum, professione linguarum ac bonarū literarum suam faciunt iu uenutem, eosq; qui hoc genere studiorum impense delectantur; plebem inescant amore libertatis; nec mediocre momentū est in typographis: ad omnia maximo illis adiumento est, odium penē publicū in quosdam malos monachos & sacerdotes Epicureos, & theo logos cerebrofos. Nam de probis non loquor. Habent ex nobilitate præsertim inferiore, multos proniores quod in sient facultatibus Ecclesiasticorū: fortassis erunt & principes aliquot, qui publicam hanc rerum tempestatem uerrent in suum cōmodum, quemadmo dum solent quidam ex naufragijs aut incendijs aliorum augere rem familiarem. Quod si pergamus dentatis libellis, carceribus ac mortibus exacerbare malum, uereor ne tandem sequatur rerum omnium miseranda confusio. Prælidia uidimus. ~~Praeterea contribuit nos,~~ ~~no postremo in iudicio meo, hanc in iudicio meo, & ipse Lutherus, qui in iudicio meo, & ipse Lutherus,~~ ~~tempus est ut sapiamus et nos, ac seposito priuati cōmodi stu~~ ~~dio. Reipub. negotium agamus ex animo, memores nos omnes in eadem esse nauī, quæ~~ ~~perire sine cōmuni omnium exitio non potest. Et grauius est & latius patet malum q̄ ut~~ ~~uulgaribus remedijs sanari queat. Si flagites quibus utendum censeam, res ista maius in~~ ~~genium meo requirit, & tamen meum consilium quale quale est, si serio postulemonar~~ ~~cha; non grauiabor impartiri, modo id fiat occulte. Videmus qualibus libellis mundum~~ ~~impleant Lutherani.~~ ~~hanc in iudicio meo, & ipse Lutherus, qui in iudicio meo, & ipse Lutherus,~~ ~~tempus est ut sapiamus et nos, ac seposito priuati cōmodi stu~~ ~~dio. Reipub. negotium agamus ex animo, memores nos omnes in eadem esse nauī, quæ~~ ~~perire sine cōmuni omnium exitio non potest. Et grauius est & latius patet malum q̄ ut~~ ~~uulgaribus remedijs sanari queat. Si flagites quibus utendum censeam, res ista maius in~~ ~~genium meo requirit, & tamen meum consilium quale quale est, si serio postulemonar~~ ~~cha; non grauiabor impartiri, modo id fiat occulte. Videmus qualibus libellis mundum~~ ~~impleant Lutherani.~~

essent ad pietatem & ad bonos mores. Ludi literarij, & profectio linguarum committere
 curijs quilibet ab omni studio partium doceret utilia pueris. At nunc quidam ddm im-
 potenti odio feruntur in Lutherū, moliantur exitum & optimis literis, & harum studio-
 sis, protrudentes in castra Lutheri quos oportebat allicere. Interim sequitur & in innoxios
~~substanto pueris~~. In seditionis autores merito sciendum est, sed ita ut quantum fieri po-
 test, nec laedantur innocentes, nec alienentur sanabiles, & multitudinī parcatur. Et fortas-
 se praestiterit à civitatibus ubi malum inualuit hoc impetrare, ut utriq; parti suus sit locus,
 & suae quisque conscientiae relinquatur, donec tempus adferat occasionem cōcordiae. In-
 terea temporis parata sit atrox poena seditionem tentantibus. Interim ipsi statim corrigan-
 mus quaedam, unde hoc malum pullulat, & reliqua concilio generali seruetur. Sed de his
 alias copiosius uel coram potius, si uidero tibi rem esse cordi. Interim hoc te rogo per no-
 stram amicitiam, ne pergas istos crabrones in me iritare, ni uelis Erasmmum extinctū. Agno-
 sco tuam in me beneuolentiam, nec inficior me debere. uerum illud adijciat prioribus tuis
 in me officijs tua prudentia, ne studium amici peioris idem studium quod moliantur inu-
 mici. Quidam mei parum prudenter studiosi impetrarunt à Caesare seuerum ac minax in-
 terdictum aduersus quosdam rabulas Louanienſes. Atqui nulla re poterant magis in me
 prouocari. Nec fieri potest ut subsistam, ni monarcharū singulari perspicuoq; fauore ful-
 ctar, quādo cepti prodire in harenam, nec res iam potest dissimulari. Dices quid tibi fiet,
 qui recusas dignitates? Merito recuso sarcinas homo tam imbecillis, ut uix me ipsum susti-
 neam. Sed audi fabulam. Ruffus quidam ordinis Senatorij, quum iam inter coenam inca-
 lisset uino, imprecatus est Augusto Caesari, ne rediret incolumis ex ea peregrinatione
 quam apparabat, & adiecit uocem ebrio dignam, idem hoc optare tauros ac uitulos om-
 nes. Seruus qui illi stabat à pedibus, postridie monuit herum quē dixisset inter pocula, sua
 sit ut occuparet atq; ipse se deferret. Occurrit descendenti Caesari, factus est se pridie malū
 in illum habuisse animum, nunc optare, ut quod illi precatus esset, in ipsius caput & libe-
 ros recideret. Caesari ut erat mira clemētia, ignouit. Tum Ruffus. Atqui, inquit, nemo cre-
 det te mecum redisse in gratiam, nisi aliquid dederis. Et petijt summam, quam uix à propi-
 tio crederes impetrandam. Caesari dedit & adiecit, Quod ad me attinet, dabo operam ne
 unquam tibi traſcar. Nec hoc contentus, pro seruo qui monuerat herum numerauit pre-
 cium, ut manumitteretur. Ea quidem res feliciter successit Ruffo, cui Caesari clemētia be-
 nignitate cumſauit. Proinde non opinor improbam fore spem, si à propitio principē mi-
 hi promitterem aliquod fauoris argumentū, cuius ostentatione fidem omnibus facerem,
 me Ferdinando charum esse. Nec dubito quin ille hoc pro sua naturae benignitate liben-
 ter facturus sit, si tu modo submonueris. Argumentum primum inſigne sit oportet, dein-
 de eius generis, ut in usu quotidiano possit esse. Sunt apud me iam aliquot principum do-
 naria, quae mihi charissima sunt, non tam ob precium, q̄ ob id quod testificantur princi-
 pum erga me studium, quibus placuisse non infimam laudem duco. Hic Henricus totus
 ex te pender. Scio te curaturum ne spes illum fallat sua. Saluta D. Lucam, & Cantuuncu-
 lam si adest, & Iacobum Spiegelium. Illustrissimo principi precor omnia digna ipsius do-
 tibus. Bene uale. Basileae Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS FRANCISCO MO/
 LINIO S. D.

ISCRVCIABAR animo iam tum quum regum optimus Franciscus
 sub hyemem peteret Mediolanum, uidelicet magnum aliquod malum pra-
 sagiente. Caeterum ubi nunciatus est exitus belli, non aliter dolui, quam si
 D meae fortunae meaque incolumitas cum illo periclitarentur. Paucos qui-
 dem uideo sibi pacem hanc gratulantes, opinor quod legibus durioribus
 coisse uideatur, eoq; uerentur ne parum firma sit. At ego spero deum admirabile rerum
 humanarum moderatorem, omnia uersurum in bonum exitum. Scit ille quid nobis ex-
 pediat, & illius auspicijs frequenter prosperior nobis est calamitas quam successus. Rex
 posthac tenacior erit pacis, nec facile bellū admittet. Optarim tamen hanc mentem illi mi-
 noris cōstituisse. Certe bonitas illius erat perpetua felicitate dignissima, nisi q̄ haec quoq;
 felix erit ut spero infelicitas. Gaudeo uelut ~~de uis uis~~ exituisse, qui furijs quibusdā in
 exitium

exitium bonarum literarum, ac uigoris euangelici perniciem conspiratis, ~~in~~ ^{peruicacibus}
~~in~~ ^{peruicacibus} Mibi semper pa-
 cis aut dissimulo cum tot copijs uni congregandum. Cum hostibus melioris literaturae iam
 olim bellum gero, non incruentum, & hanc ob causam cum ~~in~~ ⁱⁿ
 paucis, qui putant laedi maiestatem ipsorum, si quis quid sciat, quod ipsi nesciunt. Luthe-
 rus aliorum instinctu, qui tamen ab eo dissentiant de Eucharistia, sic scribit in me, ut nul-
 lum amicitiae locum reliquerit. Pars Carolstadiana primum rumoribus, mox etiam libel-
 lo germanice scripto insimulat me, quod cum Carolstadio sentiam: id si profitear contra
 conscientiam meam, hoc profitebor, quod mihi nondum ipse persuasi. Sin minus, & cum
 hac acie dimicandū erit. Inquisitionis summa apud Anglos commissa est Standicio Fran-
 ciscano, tu conijcito caetera. Louanij Nicolao Montensi theologo, cui iunctissimus est Ec-
 mondanus, qui nec Pontificis edicto iam bis misso, nec Caesaris diplomate diligenter scri-
 pto cohiberi potest, quo minus iaculetur in me cōuicia, sed leuita, nimirum idem hae-
 reticum appellans. Nec mitior est excetra Lutetiae. Hispaniam habeo satis propitiam, ~~in~~
~~in~~ ⁱⁿ Romae ~~peruicacibus~~ illud eruditorum sodalium iam pridem fremit in me,
 ducibus ut ferunt, Alejandro & Alberto quodam principe Carpenſi. Exhibitus est Cle-
 menti liber plenus furiarum in me, incerto autore, qui tamen mihi certissimus est, in quo
 quaedam aperit mysteria, non proficienda porcis, ex adorabili Talmud. Et quum Racha-
 ad eum ferme modum exponat, quo ego sequutus Augustini & Chrysoſtomi autorita-
 tem, nisi quod ille nomen esse uult, quod illi uocant interiectionem, expatiatur in locum
 cōmuniem: in quo dicit demirari se, quum Germania tot hominum milia trucidarit ob im-
 pietatem, Erasmmum adhuc uiuere, qui sic docuerim Germaniam. Ipsos Lutheranos nunc
 in me scribere quamquam impijssimos, quod meam impietatem ferre nō possint, qui Ma-
 riam Iesu matrem spoliarim sua uirginitate, filium dei sua diuinitate, quod ausus sum sine
 Talmud exponere sacras literas, quod Romanum Pontificem appellarim scortatorem,
 lenonem & antichristū. Dices hominem lymphatum, adeo blaterat quicquid illi dicta-
 uit splendida bilis. Adhuc exorta est noua secta Ciceronianorum, quae non minus incru-
 duit quam Lutheranorum, uetus quidem, sed per Longolium innouata. Tot acies mihi
 sustinēdae sunt, & uni & inermi, quum ab aula ficulnum (ut aiunt) sit praesidium. ~~peruicacibus~~

Bene uale. Basileae XVII. Calend. Iunij. Anno millesimo quin-
 gentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROTERODAMVVS FRANCISCO MO/
 LINIO S. D.

XTIMVLOR quorundam literis, ut aliquo scripto gratuler Christianissi-
 mo regi incolumem ad suos reditum. Mibi quidem animus est promptissi-
 mus ad regi tam amanter de me sentienti quacumq; occasione gratificandū.
 Caeterum nondum satis constat consilij ratio, num expediat hoc argumen-
 tum attingere, quod uix tractari poterit, sic ut neminē offendas: deinde sub-
 dubito q̄ hoc meum officium sit gratum futurū animo regio. Quod si tua prudentia cen-
 set esse suscipiendū, cautus incedam per ignes, suppositos cineri doloſo. Sed prius illud
 à uobis curatum uelim, ut uel epistola de summa rerum edocear. Non enim tutū est quod
 populi rumusculis facta in literas mittere. Si istic adest Hilarius Bertulphus, poteris eum
 ad me mittere, relaturum ad uos libellū etiam formulis excusum si uidebitur. Nam id mi-
 hi promptius ac facilius, q̄ antigraphum parare manu descriptum. Hoc quo fiet matu-
 rius, futurum est gratius. Ignosces, in praesentia nō uacabat pluribus tecum agere, cui pre-
 cor omnem felicitatem. Datum Basileae XVII. Calendas Iunij. Anno millesimo quin-
 gentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROT. IOANNI LOTZERO S. D.

NON est eiusdem hominis pudere simul & amare. Amor itaque studiorum uix
 extulit nobis hanc suppeditat audaciam, ut licet nulla tibi consuetudine no-
 ti, nullis officijs commendati, tamen non dubitauerimus petacibus literis te
 compellere. Auxit hanc fiduciam tua singularis humanitas, mihi quæ à mul-
 tis, tum præcipue ab Hieronymo Frobenio prædicata. Quid sit rei, paucis
 aperiam. Habemus uarias eruditorum annotationes in Quintilianum, & accepimus tibi
 codicem esse peruetustum, cuius si nobis ad paucos dies uoles facere copiam, speramus fu-
 turum, ut in autore tam probo studiosi nihil sint desideraturi, & tuus thesaurus incolumis
 & illibatus ad te redibit cum fœnore. Ad hæc curabitur ne posteritas etiã ignoret, cui hoc
 beneficij debeat, quem admodum uides à nobis factum in præfatione castigati nuper Se-
 necæ. Habes & Marcellum medicum, quem utinam adiugas Quintiliano. Proditur cum
 tua summa laude, nec ex ullius officina poterit honestius quæ ex Frobeniana. Si quid præte-
 rea desiderabis à nobis officij, dabimus operam, ut intelligas tibi rem esse cum hominibus
 minime ingratis. Bene uale medicorum eruditissime. Basileæ postridie nonas Martij.
 Anno domini M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. IOANNI BRISGOICO THEOLO-
GIAE PROFESSORI S. D.

RO singulari humanitate tua facis mihi hortum tui copiam, in quo nonnunquam
 recreem corpus & animum studijs curisque fatigatum: ego uicissim pro mea
 gratitudine, facio tibi mei hortum copiam in quo temet oblectes, si quando uol-
 les animum à studijs serijs auocare ad literas amœniore. Tuo hortu sic fruatur,
 ut per me quam minimo fiat deterior. Nihil enim aliud quam oculos pasco.
 Tu in hortu decerpes quæ uoles, hoc potiore tuo, quod non minus uernat hybernis men-
 sibus quæ æstiuis, si quid tamen omnino gignit bonæ aut amœnæ frugis. Suspiciabar te hanc
 ædificationem non habere, multo superioribus locupletiore. Maluerã aliquid mittere gra-
 tius, si scilicet quid tibi magis arrideret. Bene uale. Ex meo musæo pridie Nonas Maias,
 Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. GUILHELMO BVDEO S. D.

AGNAM profectio uoluptatem mihi nunciarunt Iacobi Tossani literæ, ex
 quibus cognoui te, quod ego semper ut faceres optaui, tan de aggressum: ut
 delictet in lucem dare Græcæ Latinæque linguæ obseruationes, quæ tam accu-
 rata tamque diutina probatissimorum autorum lectione collectæ, non dubito
 quin plurimum utilitatis allature sint utriusque literaturæ studiosis. Interim & Ia-
 num Lascarem istuc adesse gaudeo, quem tamè optarim gratiore compede uinculum apud
 uos detineri. Audio tam ad senium uergenti rem esse cum podagra. Eiusdem iam quar-
 tum Nouum testamentum cum annotationibus, in quibus relegendis comperi me locis
 compluribus honorificentissimam tui facere mentionem. Scio tibi plus deberi laudis, nec
 ignoro nihil opus nostram lucernulam in tuæ gloriæ solem intulisse. Denique non inficiabor
 aliquid lucis accessisse meis lucubrationibus, ex tui nominis splendore. Quare non est quod
 mutuam officium abs te reposcam, optarim tamen ut in tuis lucubrationibus, præsertim
 ijs quas cum primis immortales maximeque manibus hominum terendas auguraris, admi-
 sceas non tam laudem mei quam beneuolentis in Erasnum animi significationem. Non
 enim desunt qui te parum candide de nobis sentire suspicentur. Hanc suspicionem peni-
 tus abolitam esse uelim, non tantum nostra causa, sed multo magis publico studiorum no-
 mine, ad quæ prouehenda magnopere refert, ut qui huic negotio nauant operam, inter se
 se mutua beneuolentia fœderentur. Audio Christianissimum regem impense fauere redio-
 ribus studijs, quem si currentem, ut aiunt, existimatis, confido rem felicissime cessuram.
 Crede mihi non alia res magis offuscat istius Academiæ gloriã, quæ quod iuuentus uix gu-
 stata grammatica, rapitur ad sophisticen, easque disciplinas quibus armatur ad palæstram
 scholasticã. Sunt illæ quidem ad iudicandum cõducibiles, at linguarum cognitio simplici-
 ter est necessaria. Absque dialecticis peritiam multi recte iudicant, citra sermonis cognitionem
 nemo potest uel intelligere, quod audit aut legit. Initio reclamabunt nonnulli, uerum is tu
 multus mox consilesceat. Iuuentutem omnem habemus pronam. Seniores qui publicitus
 obstre-

obstrepunt, clam affectant hanc accessionem studiorum. Declarant hoc Hoghestrati li-
 belli, qui prodeunt indices cultiores, testatur & Sutoris & Bedde scripta. Quin & ipse Clu-
 thoueus aliquanto politius scribit solito. Neque negligit stili mundiciam Latomus. Longo-
 lius ante diem ereptus, præclaram opinionem reliquit apud Italos, quod fuerit Ci-
 ceronianus. Et tamen neminem ex illis prodire uideo, qui uere referat Ciceronem, nisi bra-
 cea duntaxat orationis, ac uerbulis aliquot selectis. Qui mihi totum Ciceronis pectus re-
 fert, is uero Ciceronianus est. Est Romæ chorus eruditorum, qui uix ferunt nomen Ger-
 manorum aut Gallorum. Habent coryphæum & incitorem tibi non ignotum, cuius ani-
 mo ut nulla satis est gloria, ita non fert præter ipsum laudari quenquam, nec deorum nec
 hominum. Hos habeo ob hoc etiam iniquiores, quod in epistolis ad te meis alicubi scripse-
 rim, tibi certamen esse cum Hermolais & Barbaris, atque adeo Plinijs. Verum hos quo mi-
 nus habemus æquos, hoc arctioribus gratiarum uinculis inter nos iungi decet. Bene uale.
 Basileæ X Calend. April. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. IACOBO FABRO S. D.

VDIO tibi tuoque Gerardo Ruffo datum negotium à rege Christianissimo,
 ut Chrysofostomi commentarios in Acta apostolorum latine uerteretis. At
 idem opus iam pridem apud me est à Venetia deportatum, eleganter descri-
 ptum. Rursum idem habetur in Anglia. Iam annus est quod coeperam illud
 uertere. Ceterum quoniam subdubitabam de fide tituli, seposui. Nunc cum
 æderem alia quedam Chrysofostomi uersa, adiunxi tres Homilias quas ante uerteram, quo
 gustum darem eruditus, ex quorū iudicio uel absoluerem opus uel omitterem. Hoc cum
 esset iam factum, ex Brixij literis cognoui quod modo dixi: quæ si uenissent uno mense ci-
 tius, ad te misissem quod uerteram, totamque prouinciã uobis iubens cessissem. Et nunc si
 liber hoc ipsum quod æditum est uestrum facio, ne quid hic casus uos remoretur à bene cõ-
 ptis. Præter Homilias quas ædidi nouas, habeo commentarios Chrysofostomi in epistolam
 ad Romanos, in utramque ad Corinthios, in epistolam ad Galatas. Verum hæc eo minus ha-
 bitura sunt gratiæ, quod in Theophylacto totus fere Chrysofostomus est, exceptis digressio-
 nibus. Opto tuæ senectuti lætam tranquillitatem. Ruffo tuo plurimam ex me salutem di-
 cito. Optimo præfati cupio esse quæ commendatissimus. Basileæ nono Calendas Aprilis.
 Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS VIRGILIO PO-
LYDORO S. D.

VO non penetrant linguæ fascinatrices: Quas nos mi Polydore non alia ra-
 tione melius ulcisci possumus, quæ ut amicitiam quam isti rescissam uellent, uin-
 culis quæ arctissimis astringamus. Videbis homilias tibi dicatas, nunc rursus ex-
 culas cum dignitate, quo magis etiã urantur, quos cruciat nostra concordia.
 Quod sedulo agis *επιλωποτιδῶν* inter Leum & me, pro istoc animo Christus ti-
 bi referet promissam beatitudinem. At præscribit ille parum equas pacis condiciones. O-
 stendat ille quæ perperam scripserim in ipsum, ego uicissim ostendam quæ ille perperam
 scripsit in me. Tum post mutuam palinodiam coeat amicitia. Verum hoc esset non fari-
 re gratiam, sed renouare similitatem. Optimū fuerit *μη ληθησεναι*, sed illa Græcorum
επιλωποτιδῶν prorsus omnium ueterum iniuriarum abolere memoriam, ac scripto quo opiam ami-
 co testari positam esse similitatem, & animos Christiana iunctos concordia, quod factum
 est inter Iacobum Fabrum ac me. Quod mihi cum tot portentis dimicandum est, agnosco
 ferocem fatum meum. Cum summis mihi pulchre conuenit. Clemens septimus bis iam mi-
 sit ducentos florenos, nihil non pollicens. Cæsar nuper ad me scripsit amantissime cum suo
 Cancellario. Regum, Cardinalium, Ducum, Episcoporum literis *inimicis* *inimicis* *inimicis*
 huius habeo plena scriinia. A multis ueniunt & munera nequaquam uulgaria. A tenebrioni-
 bus uelut à cimicibus ac pediculis mordeor. Nam his nec Cæsar nec Pontifex potest im-
 ponere silentium. Tutus sum suis tenebris. Sed nihil aliud efficiunt, nisi quod traducunt se
 ipsos. Nos rectum clauum tenebimus, usque ad extremum uitæ terminum: de euentu uiderit
 Christus, huius fabulæ choragus. De libello excudendo egi cum Frobenio, respondet se
 paratissimum, ea lege qua excudit Adagia. Bene uale patrone magne. Basileæ nono Calen-
 d. Aprilis, Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. VALENTINO FVRSTERO SVO S. D.
 I præstas eum animum quem tua pollicetur epistola Valentine charissime,
 & tibi & tuis omnibus cõsulueris. Memento nullã ætatem magis idoneam
 § discendis optimis moribus ac disciplinis, per omnem uitam ului futuris, q̃
 istam qua nunc flores. Verum ut est optima, ita scito fugacissimam esse, nec
 semel elapsam unquam recurrere. Præcipuã studiorum partem impende hi
 storio-graphis & ethicis. Prioris generis sunt T. Liuius, uitæ Plutarchi, Cornelius Tacit
 us. Posterioris, libri Ciceronis De officijs, De amicitia, De senectute, De Tusculanis que
 stionibus, & Plutarchi libri De moribus. Ex his enim potissimum ea prudẽtia colliguntur
 quæ decet uirum in Repub. uersantẽ. Et habet ea lectio nõ minus uoluptatis q̃ utilitatis.
 Saluta mihi nostrum Erasimum, sodalem tuum. Bene uale. Basileæ nono Cal. April. An
 no M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. RICHARDO SPERCHFORDO S. D.
 X Linacri syntaxi quã dono misisti, curabo ut siam bene grãmaticus, tu cur
 ra ut ex Chryllo homo quẽ tibi uicissim dono mitto, sias bonus Ecclesiasticus,
 B & certemus inter nos mi Richarde, uter suo munere dexterius utatur, hac le
 ge, ut is alteri plus debeat qui plus fructus ex accepto munere tulerit. Bene
 uale in Christo, cui me tuis interpellationibus commenda. Datum Basileæ
 nono Calend. Septemb. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. ROBERTO ALDRISIO S. D.
 VB quadragesimã demum redditus est nobis tuus Seneca. Non erat neces
 se mittere codicem, poterant omnia describi in schedis. Bibliophylaces colle
 § gij Regalis dederunt tibi uerba. Habent in minore bibliotheca aliud uolumen
 in membranis descriptũ: ut agnoscas, habebat sententias per ordinem literar
 um digestas, & in medio sententiã eandem disticho, sed in doctissimo com
 prehensam. Inerant & initiales literæ coloribus & auro depictæ. Ex libro De beata uita,
 plurimũ emendam. Si uacaret, posses ex eo notare quæ dissentiuẽt. Ex libro De uita,
 uersu additionis Frobenianæ, & ascripta lectione quam habet codex, reliqua per nos fie
 rent. Doleo tibi tantum laboris susceptum non magno fructu. Sciebã codicem qui habe
 bat libros epistolarũ nihil habere frugis. Non ausim amplius abuti tua bonitate, si tamen
 posses hoc tæditi decoquere, faceres mihi magnopere rem gratam, nec penes ingratiũ ho
 minem collocaris officium, si uiam indicaris reponendæ gratiæ. Thomæ Moro te cõmen
 dauit non indiligenter. De quorundam ingrati tudine uetus est querela. Regium autem est
 audire male, quum feceris bene. Posteritas magis agnoscat, quam nunc etiam agnoscut
 optimi quicq; Cæsar, Ferdinandus, Pontifex, Card. Reges, Duces, Episcopi, & literis ho
 § mĩnibus scriptis, & muneribus optimis. Tenebriones modo quidam oblatrãt, ni
 hil profecturi, nisi quod sibi malum accersunt. Res alium habebit exitum q̃ credunt mul
 ti. Sed quicunq; erit exitus, nos bonam ac fidelem operam literis & Christo nauabimus.
 Bene uale. Basileæ nono Calen. April. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROT. IOANNI CARONDILETO, ARCHI
 episcopo Panormitano S. D.
 R E VERENDE Præsul iam pro tuo erga me studio gratias egi, quas certe de
 beo maximas. Nunc non ago causam meam quam habeo pro derelicta, sed
 studiorum causam tibi commendo. Mechliniæ Carmelita quidam Pascha
 sius, ut ex multorum literis accipio, publicitus e suggestio debacchatur in lin
 guas ac bonas literas, & nominatim in collegiũ trilingue, quod instituit Lo
 uanij in ðm̃m seculorum memoria dignus Hieronymus Buslidius. Agant hoc quod
 habent in mandatis, pugnent aduersus hæreses: at bellum gerere cum his literis, sine
 § bus omnes reliquæ disciplinæ mutæ sunt, mancæ sunt, cæcæ sunt, plurimum abest ab ani
 mo tum Cæsarum tum Pontificis. At Philippus Melanchthon, inquit, & alij nonnulli
 Græce Hebraiceq; periti, fauerunt improbatæ factioni. Ista non studiorum est culpa, sed
 hominum, sed sãge plures fauent Luthero, qui neq; Græce sciunt neq; Latine. Multo plu
 res his literis instructi pugnant cum Luthero. Certe Louanij nullus est ex hoc genere non
 alienissimus a re Lutherana. Hæc res fortasse uobis leuicula uidetur: At periculum est
 ne si

ne si ~~quidam~~ liceat impune quicquid libet, res erumpat in maiorem tumultum q̃ quis
 quam credat. Per uniuersum terrarũ orbem gratiosæ sunt bonæ literæ, quarũ utilitatem
 iam nemo non sentit, habent magnos patronos. Sint igitur isti sua contenti uictoria, nec
 optimas literas alienæ caute inuoluant. Si submouenda est professio linguarũ, quod his
 instruẽti quidam fauerunt improbatæ sectæ, eadem ratione submouenda est Theologiæ
 professio, quod multi Theologi propugnatores extiterũt, & indies existunt huius factio
 nis. ~~Sed per se non potest improbatæ sectæ, eadem ratione submouenda est Theologiæ~~
 Ut facill
 mum, ita fuerit optimum primos istorum impetus retundere. Quod si facere non geuar
 beris, omnes studiorũ cultores tibi reddes addidissimos. Mitto ad te exemplaria, postre
 marum Celsar is ad me literarũ, item Mercurini Cancellarij & Card. Campegij. In quem,
 inquit, usum: ut intelligat tua prudentia, meam fidem & studiũ in negotio pietatis, pro
 bari summis utriusq; status principibus, nec uel tantulum cõmouere quorundam impu
 dentissimis blaterationibus. Licet confido fore, ut aliquando magis perpicuũ fiat qua lyn
 ceritate uersatus sim in hoc rerum tumultu. Seruet amplitudinem tuam dominus. Basileæ
 tertio Cal. April. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS STEPHANO GAR
 DINARIO S. D.

RATISSIMVM fuit mi charissime Stephane mihi per literas refricari tuã
 memoriam, non opus erat tot indicijs, hæbebat animo illa imago quam Lu
 § tetiæ uideram, adeo ut nũc penè coloribus possim exprimere. Agnosco nũc
 eandem ingenij dexteritatem, & in literis & in grauioribus negocijs obeun
 dis, quam Lutetiæ præstabas in œconomicis. Nec tuæ literæ minus recrea
 runt meum animum abs te scriptæ, q̃ tum lactucæ delectabant palatũ meum arte tua de
 coctæ. Gaudeo nobis patronũ esse cõmunem, & hoc magis tibi pariter ac mihi gratulor,
 quod intelligo cum primis te apud illum esse gratiosum. Nunc erant onerandi literis qui
 peterent Saxoniam, Poloniam, Hungariam, Italiam, Hispaniam, Brabantia & Angliam,
 quare paucis tecum agere oportuit. Quoniã autem uix paucis licebat scribere, onerabo
 te negotio salutandi omnes, Franciscum medicum, Tonisium, Burbancũ, Petrum ab are
 nis cum ceteris qui nobis bene uolunt. Bene uale, & auspicio tui nominis ad æterni præ
 mij coronam emerendã enitere. Basileæ tertio nonas Septembris. Anno millesimo quin
 gentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROT. ALFONSO VALDESIO S. D.

V ENERVNT ad me licet sero cum alijs literæ Cæsareæ maiestatis amantiss
 sine scriptæ: nec minus humanitatis habentes, Mercurini Gattinarij, cuius
 prudenti iuxta ac fideli consilio certum est obtemperare. Tuum admirabi
 lem in me fauorem ac studiũ ornatissime iuuenis tot iam argumentis habeo
 perspectũ & exploratũ: quod si mihi facultas esset par animo, sentire te tan
 tum officiorum haudquaquẽ penes hominem ingratum collocasse. Hoc tantum in præsen
 tia scribere licuit. Patronis omnibus pro me gratias ut agas, te magnopere rogo. Bene ua
 le. Datum Basileæ pridie Cal. April. Anno M. D. XXVII.

ERASMVVS ROTERODAMVS FERICO CARON

DILETO S. D.

O RNATISIME uir quã propenso fauore sit in me R. D. Panormitanus
 frater tuus, ex complurium amicorum literis cognoui. Verum plus illic ua
 let quorundam dolo sa improbitas quã paucorum bonitas. Ex tuis literis
 amantissime scriptis, multum accepti solatiij. Sed hæc ualetudo me reddit in
 § uitilem ad hominum conuictum, & pudet etiam me quod tuis ædibus agro
 tatione mea tantum attulerim molestiæ. Calculus uersus est in aliud malum, sed immedi
 cabilius. Nota mala leuius feruntur, hoc est eo molestius quod ignotum. Deinde pistrino
 typographico sic alligatus sum, ut pedẽ discedere non liceat. Frobenius rursus orsus est
 Nouum testamentum. Si quid ista bibliotheca haberet ueterum exemplarium, præsertim
 in euangelicis & apostolicis epistolis, pergratum facies si miseris. Dabitur hoc pacto oc
 casio, celebrandi & tui collegij & tui proprie nominis. Nunc illud quæso fac ut abs te im
 petrem. Habebã tria uasa uini Burgundiaci, ea rebar in hanc hyemem suffectura, quorum
 Yy 4 unum

unum unde bibo tendit ad uapam, alterum dum aperio, comperio prorsus in uapam uerum. Seruabis Erasmus tuum, si huc uel pusillum uasculum miseris uini subrubri, non ardentis, sed generosi, ueteris tamen. Hoc negocium dedi nostro Bietricio, qui meo sumptu curabit huc aduehendum. Si quid erit in quo uicissim possim tibi gratificari, nihil sum recusaturus. Deus te seruet incolumem. Datum Basileae pridie natalis uirginis matris. Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS PETRO AEGIDIO S. D.

VVENIS ille qui petijt abs te tuas ad me literas, ut rem certam nunciaret Corneliam tuam in fata concessisse. Non libuit illi credere, quantumlibet asfirmanti rem tam tristem. Si uerum est, non dubito quin repetiturus sis matrimonium, nec dissuadeo, illud tamen te rogo, si modo tantum permittis Erasmo, ut in hoc interuallo te serues alienum ab omnibus ineptijs adolescentiae.

Noui tuum ingenium, iuuenis es fateor. Nondum ista magnopere dedecet etatem istam, tamen non ita multum abes ab anno quadragesimo, sed cogita quod multorum liberorum sis pater, & quos mores postulet ista muneris publici dignitas, praesertim cum ni fallor, deus te maioribus negocijs destinari. Hic ego ne quid dissimule, meam quoque rem ago. Malim mihi dimiduum mearum rerum perire quam talem amicum. Et uideo quid acciderit. N. posteaque ex marito procius esse coepit, sic immutatus est, ut non credas eundem esse, nec amicitiae ueteris, nec studiorum meminit. De Hieronymi libris concinnandis & Archiepiscopo Cantuariensi transmittendis opinor tibi fuisse curae. Nec de lineis quae mititit Dissus, quaeque tu mercatus es, quaeque huc allatum est, expectamus nunc per fratrem & haec & Prudentium & Senecam, & quod supererat ratiunculae. Qui has reddit, est is qui me pinxit, eius commendatione te non grauabo, quanquam est insignis artifex. Si cupiet uisere Quintinum, nec tibi uacabit hominem adducere, poteris per famulum comonstrare domum. Hic frigent artes, perit Angliam ut corradat aliquot Angelatos, per eum poteris quae uoles scribere. Bene uale. Basileae quarto Cal. Septemb. Anno M. D. XXVI Saluta dominum Cantorem.

ERASMVVS ROTERODAMVVS FRANCISCO ASVLANO S. D.

Nihil iam diu nobis accidit Franciscus charissime iucundius quam quod totus Galenus ad nos uenit, ex tua munificentia. Autor per se gratiosus est, mihi uero peculiari quodam uel sensu uel iudicio ad amatus: nec omnino falsum est, quod philosophus ille dixit: Dulcissimam esse rem, accipere: tamen hic mihi plus uoluptatis attulit animus in me tuus, etiam non memor ueteris amicitiae, quam uel donum ipsum, uel auctoris gratia. Aut me fallit animi praesagium, aut haec aeditio conciliabit tibi non parum & nominis & compendij. Aemulos non est quod uerearis, ut sit hic qui uelit, non est qui possit. Utinam detur occasio referenda gratiae, nam reponere malim quam agere. Interim adnitar, ut quicquid e tua prodit officina, quanquam nihil non est gratiosum apud uiros eruditos, fiat gratiosius. Felix iuuentus quae in hoc seculum incidit. Nam repubescendi uotum mihi sit ἀνευλαύω. Potes & meum nomen istic redde re uedibilius, si lucubrationes meas aliquot pias praesertim, tua digneris officina. Quales sunt De misericordia domini, De modo orandi, Commentarioli in quatuor psalmos, Paraphrases in Nouum testamentum. Paraphrases tamen te nolim attingere, nisi misero quaedam loca castigata. Mittam autem simul atque cognouero tuum animum. Patri, fratri, reliquaeque familiae multam ex me salutem dices. Bene uale. Basileae tertio nonas Septemb. Anno M. D. XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS HIEROSLAO A PALATINO SYRADIENSI POLONO S. D.

VIR CLARISSIME matrimonium Christianum, extremam ingeniosi nostri foeturam mitto, non fratri tuo, qui coelibatum amplexus est, sed tibi quidam operam, ne pereat humanum genus: nec tam ob id mitto, quo te doceam quomodo debeas uti matrimonio, nihil enim addubito quin in eo sanctissime uerferis: quam

quam ut nos admoneas, si quid illic praetermissum est, aut aliter tractatum quam oportuit. Nam tibi fortassis non minus ineptire uidebor, qui de matrimonio praecipiam, quam philosophus ille uisus est insanire Hannibali, qui de bello disputabat, quum bello nunquam interfuisset. Expectabimus igitur tuum iudicium, priusquam adornemus alteram aditionem. Diutius tecum fabulari cupientem reuocant occupationes. Precor tibi tuisque perpetuam felicitatem. Datum Basileae postridie natalis Mariae uirginis. Anno a Christo nato millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO A SCHYDLOVIETZ regni Poloniae Cancellario S. D.

NUNC demum mihi mea Lingua minus displicere coepit, posteaquam uideo tibi tantopere placuisse. Quod quidem si uir omni uirtutum & ornamento rum genere absolutus, tantummodo literis testificatus fuisses, erat abunde satisfactum uotis meis: nunc non hoc fuit contenta tua singularis humanitas, epistola testimonium, munerum insignium testimonio confirmauit. Redditum enim est bona fide, horologium aureum, cochlear aureum, & fuscina aurea. Mihi congruebant lutea, sed haec erant digna tuo uere aureo ingenio moribusque candidissimis. Habeo quod ostentem, nam erunt fortassis qui causabuntur uulgare tam esse literis efferte quemlibet: at uulgare non est, talia mittere munera, pro quibus uir clarissime, quum ut debeo, maximam habeam gratiam, tamen non minorem habeo, quod auctoritas tua nomen nostrum aduersus quorundam male linguacium calumnias defenderit. Quo tamen officio non me solum tibi deuinxisti, sed omnes etiam bonarum literarum studiosos. Aduersus has belligeratur, qui male uolunt Erasmo. Tuis auspicijs Lingua nostra fuit felix, Frobenius felicissimè uendidit, quum iam ter excuderit. Et interim a multis alijs fuit excusa. Hoc non fuisset factum, nisi multis placuisset. Bene uale. Datum Basileae postridie natalis uirginis matris. Anno millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

ERASMVVS ROT. ANDREAE CRITIO EPISCOPO PLOCENSI S. D.

ORNATISSIME praesul, quum hic γραμματικός, forte fortuna fuisset oblitus, relegi tuam epistolam & prolixam & ἀνὰ γράφην, non tam ut responde rem, quam ut eam uoluptatem quam initio ex eorum lectione coeperam, mihi renouarem, simul & in ualitudinis & laborum & publicae tempestatis solatium, sunt enim eruditae & alacres & candidae. Sentias illic Musas omnes coniunctas esse cum gratijs. In carmine pariter atque in oratione soluta probari nec Ciceroni contigit. Tu sic pangis carmen, quasi nihil aliud agas: sic te xis orationem liberam, ut quanquam ad historicae sublimitatem assurgis, nihil tamen obstrepat poeticae licentiae. Quo uero magis deploras te a literis quibus tibi natus uideris, ad episcopi munus, reique publicae functiones pertractum: hoc nos impensius gratulamur orbi Christiano, cui nulli sunt magis utiles, quam qui reluctantes a philosophiae dulcissimis studijs, ad patriae consulendum reuocantur. Et tamen inter istas quoque negociorum undas, licebit aliquoties aliquid ocij tuis musis succidere. Ad laudes quas tuus calor largiter nobis tribuit, nihil habeo quod respondeam, nisi me hoc plus debere tuo in me studio, quo minus agnosco quae praedicantur. Equidem adnixus sum ut nostra Batavia misceretur commercio bonarum literarum: nec id solum, uerum multo magis ut bonae literae, quas scis haecenus apud Italos sepe paganas fuisse, consuescerent de Christo loqui. Ea res quam mihi peperit grauem inuidiam, tamen satis feliciter successerat, nisi haec tempestas fatalis incidisset, quae nunc orbem Christianum uersat agitata. Edideram Diatribam, quod intelligerem me non alia ratione liberari posse, a tenacissima suspitione quam istius principum animis infixerant: sed disputauit tantum. Lutherus sic respondit, ut antehac in neminem uirulentius, & homo suauis post aeditum horum per literas deierat se in me esse animo candidissimo, ac propemodum postulat, ut ipsi gratias agam, quod me tam ciuilliter tractarit, longe aliter scripturus, si cum hoste fuisset res. Et interim cum tali gladiatore commissum, Theologi quidam, sed praecipue monachi, densatis phalagibus me adoriuntur, quod summo impetu, ut loquar, in me impetunt, quod summo impetu, ut loquar, in me impetunt. Et ut

Et ut scias rem de cōposito geri, simul orsi sunt fabulam in Hispania, in Italia, in Anglia, in Brabantia, in Gallia, in Hungaria, in Polonia, Lutetiae quatuor libri sunt in me proditi, plane fortes, ne quid dicam grauius, uix à rege possunt cohiberi. Eludunt edicta Cæsaris, eludunt edicta regis ac senatus. Nulla pudoris, nulla iuris ratio, quod libuit sanctum est: quorum intemperias nisi principum auctoritas coherceat, excitabunt orbem grauius incendum, quam unquam excitauit Lutherus. Quod me ab his Germaniae fluctibus istuc uelut in portum tranquillè amanter inuitas, ut liceat per ualeitudinem, perque leges arenæ gladiatoriae, in qua nunc uersor nouus Mirmillo, ueveor ne istuc non reperia omnia tam tranquilla, quæ esse uel uestra causa optarim. Et tamen optimo regi ac reginæ, quorum in me fauorem & ex aliorum amicorum literis cognoui, non minus me debere fateor, quam si tota benignitate quam offerunt, essem usus. Interim illud est molestissimum, quod literariam quoque consuetudinem nobis adimunt, partim terrarum spatia quæ nos dirimunt, partim labores mei, qui Milonem etiam possunt delassare. Quare te rogo ut optime, ne meum erga te animum ex his inconditis ac frigidis literis uelis aestimare, cuius declarandi fortassis altas dabitur opportunitas. Interim gratulor talem amicum ac patronum, tuasque literas ceu pignus charissimum nunquam inter mortuæ beneuolentiæ, seruo reconditas inter ea quæ mihi sunt preciosissima. Dñs Iesus amplitudinem tuam seruet incolumem, semperque in maius ac melius prouehat. Datū Basileæ postrid. natalis beatæ Mariæ. An. M. D. XXVI

ERASMVVS ROTERODAMVS IACOBO PISONI
PRÆPOSITO ETC. HUNGARO
S. D.

N tu doctissime Piso morem antiquum obtines candidus in amiculum, nisi misericors appellari maui. Accepi duas epistolas tuas, cum duobus nominatibus, aureo Gratiæ Cæsaris effigiem referere, argenteo Hercules. Gratulum animi tui symbolū, sed epistolis nihil acciderè potuit suauius, iucundius, mellitius. Eas frequenter apud amicos ac mecum relego, quoties libet tædium ex animo expuere, quod in tantis laboribus, tantoque rerum tumultu necesse est interdum obrepere, praesertim aduersa ualeitudine, ne quid inculem senecti. De tuo in me studio nihil dubitabam, etiam si nihil scribebas, non potest Piso nisi Pisonem agere. Attamen gaudeo me doceri literis tuis quot quantisque nominibus tibi debeam, cui debeo libenter. Obiurgat me frequenter suis literis Velius, quod cessem aliquid nuncupare episcopo Olimucenti, & post dicatum Plinium exigit libellum meo Marte confectum. Edidi nunc institutionem Matrimonij, uerum hoc argumentum ante annum à me stipulata fuerat regina Britannia. Est animus in posterum à talibus argumentis in totum abstinere. Forsitan non conueniret tam sancto Præsuli dicere prophanum argumentum. Nactus sum aliquot libros Chryostomi Græcos, ex his uersos illi dicabo nonnullos, si Velius censuerit. Irenæum emisi, sed per Ioannem Fabrum qui suppeditauit exemplar, non licuit alij dicere quam episcopo Tridēno. Quare monebis Velium, ut me doceat quid existimet illi gratissimum, quo simul & ipsi toties me prouocant, & fratris optimi memoriæ satisfaciam, quod ego certe cupio uehementer. Quod si tales libellos boni cōsulet, quales sunt De modo orandi, aut De misericordijs domini, deligetur aliquod argumentum quam minime inuidiosum. Sin græca mauult, dabimus uolumen mediocre. Doleo res apud uos esse turbatas, eoque sum breuior. Ad reliquas literarum tuarum partes ubi dabitur certus tabellito, simulque cognouero ubi terrarum agas, respondebo. Virinum amicum tui simillimum ex me salutabis diligenter. Et fortassis hæc nundinæ Francfordienses adherent à uobis aliquid literarum. Bene uale. Basileæ quinto Idus Septembris, Anno M. D. XXVI.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XXII

ERASMVVS ROT. CONRADO A DINGEN EPISCOPO
POVVIRTZBURGEN. S.

R ETORES quoties colorem non inueniunt, quo crimen defendat, confugere solent ad statum translatiuum, ita factum agnoscetes, quoniam negari non potest, ut facti causam in alium reſciant. Eidem ego qui & humilis & ignotus ad tantum principem ultro scribere non ueveor, quoniā impudentiæ crimen alia ratione nō possum effugere, huius audaciæ causam in Augustinum Marium reijcere cogor, qui quoniam istuc adornaret iter, sub tuis signis ecclesiae dei militaturus, noluit abſque meis literis discedere, mira facundia mihi depingens ingenij tui naturamque simulachrum, quod nemo pietatis amans non posset non tum amare tum suspicere. Rarum exemplum est hinc temporibus, summa dignitas cum egregia doctrina parique morum integritate cōiuncta: sed mihi præcipue calcar ad audendum addidit, mira quædam morum tuorum comitas. Quo nomine uehementer gratulor etiam ecclesiae Christi, tot rerum undis, tot disſidiorum tumultibus undique fluctuantiu. Magnos & exitios nauceros postulat hæc inaudita rerum humanarum tempeſtas. Videtur hæcenus dormisse Christus, is ut spero piorum hominū precibus excitatus imperabit tandem mari & uentis, & post has turbas succedet optata tranquillitas. Olim Apostoli uellicarunt dominum, ut expergisceretur: nunc idem, ut spero, facient hi qui in Apostolorum uicem successerunt: modo populus ad domini merito in nos fauentis misericordiam confugiens, conmutata in melius uita, dignum se præbeat pro quo piorum hominū clamorem exaudiat Christus. ~~Quia non potest Pisonem agere, quod non potest Pisonem agere, quod non potest Pisonem agere.~~ Clamatus est affatim, & clamatur hodie, sed per paucos uideo qui clamant ad Christum. Ad illum si sincero pectore clamauerimus, non alio respicientes quam ad illius gloriam, & gregis salutem, protinus expergiscetur, ac mari frementi dicet, obmutescere, moxque sequetur magna tranquillitas. Non enim passus est hanc tempeſtatem exoriri, ut perdat suos, sed ut exploret, ut purget, ut gloriosius coronet. Solent pſici lœtos rerum exitus, ex autum occursu conijcere: mihi uero felix augurium uideatur, quod uideo locis aliquot episcopos exoriri, qui pietate morum, qui sacra doctrina, qui prudenti moderatione laetiora promittunt. Nam à graculorum, picarum & coruorum clamoribus nihil unquam boni omnis mihi promittere potui. Auspicatissimas aues arbitror R. P. Alfonso Fonseca archiepiscopum Toletanum in Hispanijs, Ioannem episcopum Rossen. in Anglia, Christophorum episcopum Augustanum in Germania, aliosque complures, inter quos tua uirtus non infimum promeretur locum. Habebit tua pietas strenuum ac fidelem σιωπῶν, in restituendis ecclesiae collapsis rebus Augustinum Marium, quem tibi non cōmendo, quum sciam & pro suo merito & pro tua humanitate tibi esse cōmendatissimum, quin potius opto & spero futurum, ut ego per illum tibi fiam cōmendator. Qui si dignaberis hūc homunculū clientulorum tuorum numero ascribere, quod unum possum polliceor, uoluntatē ad omne obsequium promptissimam. Amplitudinem tuam reuerendam seruet Christus Opt. Max. Friburgi Brisgoæ festo Pentecostes. Anno M. D. XXIIX.

ERASMVVS ROT. DANIELI STIBARO S.

BINAS ad te literas dedi iuuenis ornatissime, priores te Lutetiae nō offenderunt, in causa fuit grāmatorphori tarditas, Alteris quas in Brabantiam miseram, idē accidisse ex Goclenij mei literis didici. Demirabar quo consilio Brabantiam adites, tam cito relicta Gallia, sed doleo nostram patriam tibi fuisse parum auspiciatam. Vt unquam tamen reualuisse gaudeo. Volebas opinor tibi parare quandam Vlyseam prudentiam, qui mores hominum multorum nouit & urbes, sed hanc prudentiam quæ malorum experientia comparatur, docti uiri miseram appellant. Ex philosophiæ præceptis, ex cosmographia, ex historijs plus uere sapientiæ tibi parabis uno

uno anno, idq; tuto, q̄ Vlyſſes annis plus quam uiginti, uix credendis calamitatib; ac periculis agitatus, collegit, quem niſi Mercurius herba moly præmuniffet aduerſus Circes ueneficia, nihil adhuc aliud eſſet q̄ ſus. Nuſquam deerunt argumenta, in quibus uirtutem uel explores uel exerceas, at non expedit accerſere pericula. Quum incurunt, tum oportet præſtare uirum & fortem & prudentē. Verum ut ſtultus eſt miles qui prodit in aciem inermis, ita tutum non eſt, cum malorū procellis congregi, niſi prius animū ſapientiæ decoretis diligenter obarmaris. Audio te patriæ redditum, ſed ita ut uidearis aliò ſpectare, ita que nolui literas prolixiores uento cōmittere, præſertim cum id bis male ceſſerit. Nunc quoniam Auguſtinus Marſus cōmigrat ad uos, concionatorē tuæ præſtiturus eccleſiæ, tam amicū ac certum naſtus hominē, mitto primæ epiſtole exemplar, miſſurus & poſterioris, ſi liceat nanciſci. Nam hæc demigratio permiffuit uniuersam ſupelleſtilē meam chartaceam, cuius ſcis me eſſe diſſimum. Ex Rauracis facti ſumus Briſgoi. Mire abhorret am à relinquēdo nido, cui tot annis aſſueueram, ſed res longe feliciter ceſſit q̄ expectaram, præſertim quod ad ualeitudinem attinet. Alioqui ut multum cōmodorum ſequi Baſilea diſcedens, ita non parum diſpendij mihi conceſſit hæc hoſpitiū nouitas. Sed pecuniæ ſactura recuperabilis eſt, bona ualeudo nullo precio poteſt eſtimari. Vno nomine ſum felix, quod nihil cuiquam debeo, crediti titulo, & ſi res deſecerit, habeo præter alios, ſatis opulentum amicū, inelictum Vngariæ Bohemiæq; regem Ferdinandum, cuius benignitas mihi nihil nō offert. ~~Quædam~~ literis euocauit me e Baſilea, ne qua remora profectio nem meam impediret. Addidit diploma, per quod liceat per totā ditionem ipſius, & per uniuersam Cæſaream ire immunem. Huius urbis magiſtratu me diligenter & amanter cōmendauit, qui ſua ſponte iam pridem omnem detulerat humanitatē. Designauit ædes plane regias, conſalutationibus, xenijs, conuiuijs, cæteroq; officiorum genere proſequuturus, niſi literis ad Glareanum miſiſſis ſignificafſem mihi fore gratius, ſi a ſolēnibus illis abſtinerent. Poſterioribus literis ſignificaram tibi de Carolo Vrenhouio, qui cum Andrea Zebriouio Venetiā adijt, uenans & ipſe prudentiam quandam Vlyſſeam, breui, ut ſuſpitor ducturus uxorem. Ex cudiſſimo uolumen Epiſtolari, meatum cum dignitate cum acceſſione grandis, hic curabo ut poſteritas quoq; noſcit, inter Eraſmum & Subarum amicitiam haudquaſq; uulgarem interceſſiſſe. Bene uale. Datū Friburgi Briſgoæ pridie Idus Maſas, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS PETRO MORNVEO ABBA
TI SANCTI SVLPITII S.

Q V ANQVAM fateor mihi gratiſſimas eſſe literas, quæ redduntur à talibus amicis, tamen ex hoc officiorū genere nunq̄ æſtimauit beneuolentiā eorum, quorum ſynceritatē ſemel habui perſpectam & exploratā; qui ſi ſcribunt, ſuauiores mihi ſunt, ſi ſilent, minus quidem iuuentis diſtringaris. Satis ſcripſit, qui cōſtanter amauit, qui quoties neceſſitas poſtulat officiū, bene nobis adefit. Quod cum Albano noſtro tam benigniter egeris, expoſuit enim rem omnē ordine, uix credas quantū hinc meo in te amori acceſſerit. Conſido futurū, ut experiaris hominē memorem & gratum. Antea cum illo mihi minimū fuit cōſuetudinis, nunc mihi cœpit eſſe charior, poſtea q̄ uideo hominē tua benignitate ſingulari ſic ornatū. Inuiſit nos Friburgi, repperit, ut ſolent noui hoſpites, ſatis irrequietū, nec aliud à me petijt, q̄ ut tibi pro ſe gratias agerem. Libellum quem tibi dicauit, nondum uidi: Quin & iſtum animū libenter exoſculor, quod omnes honeſtiſſimis ſtudijs deditos, fauore ac liberalitate tua prouehis, ueluti Hieronymū literis ac liberalibus diſciplinis natum, ut audio, quem iſtic aurea cōpede feliciter uinctum tenes. Ea res arguit te uirum bonū eſſe, qui quæ ſunt honeſta, ſic in alijs foues & amplecteris, parietq; tibi nō ſolum hoc noſtro ſeculo, uerum & apud poſteros clarā uicemq; memoriā. Epiſtola tua declarat cum græcanicis etiam muſis tibi eſſe commercium, quod ego maiorem in modum probo. Plurimum enim & lucis & dignitatis adiungent eruditioni tuæ, & ea eſt ingenij tui felicitas, ut quamlibet uarijs ſtudijs ſufficere poſſis, ſi modo intēderis. Veriſſimū eſt quod ſcribis, louē apud Germanos nubilū ac tristem eſſe, ſed uix alibi uideo ſerenitatē, ac metus eſt ne grauiorē aliquā tempeſtatē nobis gignat hæc nubila. Cōſulis Meltingeri uicē ex animo doleo, uir eſt de ſua Rep. frequēter oprime
meritus

meritus, ſed tamen feliciter elapſum gaudeo. Meus animus nequaquam abhorret à Galia, ſed iſtic nuſquam non plurimum licet picis & gracculis, ac Beddaicis ciuibus ſit

Ex muſca elephantem, dicebant priſci: tu ex lumbrico montem facis, ex cicada Apollinem. Optimo parenti tuo, & gratiam habeo ſummam, & omnia cum ſcenore precor, quæ mihi precatur. Gemuſeus mihi multis nominibus charus eſt, uel quod tibi placet, uel quod toto peſtore ſe diſciplinis honeſtiſſimis conſecrauit, uel quod in amando Eraſmo te patronum & Glareanum præceptorem reſert. Dominus te ſeruet incolumem, omniaq; ſtudia bene fortunet. Datum Friburgi Briſgoæ, Anno milieſimo quingentiſimo uigeſimo nono.

ERASMVVS ROT. PETRO TOMICIO EPISCOPO
CRACOVIENSI S. D.

A CCEPI ceſſitudinis tuæ literas, uigeſimo die Aprilis ſcriptas, ex quibus intelligo, nec poſtremas literas meas, nec Senecam eſſe redditum. Nunc tamē id factum opinor, nam duobus commiſi, alteri in nundinis Francfordienſibus, alteri per Viennam iſthuc profecturo. Dici uix poſſit quantopere me tibi deuinxeris iſta ſingulari benignitate, qua noſtro Antonio in ſua miſerabili calamitate cōſtanter adſuſti: reponat tibi mercedem, qui multo cum ſcenore penſat omnia benefacta priorū omnium. Quo magis conſido tuū iſtum in me fauorē fore perpetuum. Ego grati hominis laudem non poſtulo, abunde eſt, ſi tuo iudicio uideor ingrati tudinis notam eſſugiffi. Agnatus tuus ſub hyemem proximam adijt Lutetiā, me nec ſuadente nec diſſuadente. Quanquam ille iam per aurigam ſarcinulas emiſerat, priusquam me conſuleret. Tameſi iam diu diuinabam illum aut hoc, aut ſimile quippiam moliri. Ea res ad morum ciuilitatem nō nihil contulerit. Nam & regem ſalutauit, & cum eruditis cō pluribus congreſſus eſt. Cum hirundine reuolauit ad nos, priſtina mecum uſurus conſuetudine, uerum quum hic magni rerum motus uiderentur imminere, & forte naſtus eſſet commodum itineris comitem, qui cum apud me menſam habuerat communem, Venetiā proficiſci maluit, nec dubito quin eò peruenerit incolumis. Opto ut quod ille maluit, ſit illi felicius. Quod per me præſtari poterat, nunquam erat ei deſuturū. Nos meſe Aprilis toti commigrauimus Friburgum Briſgoæ oppidum ditionis Ferdinandicæ, eò tum rerum ſtatus compulſit, tum incliti regis Ferdinandū uoluntas inuitauit. Felicitas cecidit muſſe nidum, quam expectaram, & hoc cœlum experior meo corpusculo multo amicus. Et arbitror me hic aliquanto tutius agere, niſi ſi qua bellorum procella ſubito exorta permiſceat omnia, quod ego miſere metuo. Iam rumor eſt Tigurinos eſſe in armis, & ea pars Heluetiorum quæ priſtinam religionem mutare nō uult, dicitur inſiſſe ſœdus cum Rege Ferdinando. Quid ais eximie uir? Ego ne poſſim meum in te mutare animum? Tum uero ſim homo ſeris omnibus efferatior. Mutabo, ſed in melius ſi queam. Opto tuam ceſſitudinem q̄ diutiſſime incolumem, tum iſti regno, tum eccleſiæ Chriſtiane. Datum Friburgi Briſgoæ ſexto Idus Iun. Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. ANDRÆ CRITIO EPISCOPO PLOCENSI S.
O R NATIſſIME præſul Autumno proximo duas epiſtolas ad te dedi, ſed eodem ferme argumento. Rurſus his uernis nūdinis ſcripſi quod nūc opinor perlatū. Zebriouij res ut ſpero recte habent, id cognoſces ex meis ad epiſcopū Cracouiē. literis. Quid ego audio? Rurſus iſtic diem obijt Eraſmus? Onouam iſtorum crudelitātē, qui unū homunculū toties iugulant, quum Chriſtum non niſi ſemel iudæi neci dederint. Atqui poſtq̄ Friburgum cōmigravi, cœpi quodammodo repubefcere, tantam experior cœli clementiam, idq; præter ſpem, iſtas uiperas abs te contēni nihil miror. Nā tua uirtus, tuæq; dignitas te extra inuidiæ tela col
Zz locauit

locavit, me humi repens animalculū & pulices & cimices audent. Prodere. Inclytus rex Sigismundus & eximius suis uirtutibus, & tā obuia benignitate me totū sic habet sibi de iunctum, ut nihil mihi gratius sit futurum, q̄ si detur occasio illi in re quap̄ gratificandi. Hungaricæ res me nihil sollicitum habent, magis autē dīseruier, si quam orbis partem uiderem a calamitatibus immunem. In conuentu Spirensi propositum est de pecunijs in Ferdinandi regis subsidium colligendis. Sed dictū mirum, quā furdas habet aures Germania quoties de dando sit mentio. Verum interim fit ut dum alienas quisq; calamitates spectat ociosus ac securus, incendium ad omnes peruagetur. Sed bona spes, æterni numinis fauorem Ferdinandi regis pietati non defuturum. De munere nolim te sollicitum esse. Mihi fat est scire quomodo se res habeat. Tua benignitas me ditiores facere potest, de uindictiorē, ac tui amantiorē nō potest. Habes epistolam bis ingratā, hoc est & breuem & inconditā. In causa fuit tabellio prorsus incertus. Itaq; uix spes est eam ad te uenturam. Bene uale, Friburgi Brisgoæ, Anno M. D. XXIX. VI. Id. Iunias.

ERASMVS ROT. IOANNI ANTONINO MEDICO S. D.

R O meo singulari in te amore Antonine, charis. morbum tuum tuli non solum acerbe, uerum etiam impotenter. Scribebant enim amici malum eius generis esse, ut mors esset præoptanda. Quoq; minus erat spei, redituram sanitatem, hoc dolor meus erat in consolabilior. Quod unum potui, summū illum medicum, cui in procliu est & sepultos in uitam reuocare, uotis ardentissimis appellauī, ut in te suam illustraret misericordiam. Complures hic eodem malo miserabiliter diuq; dīseruati sunt, nonnulli & perierunt. Ex Frobenij familia, præter omnem spem aliquot reuauerunt, quum medicorum statio nihil adferret opis. Simili malo correptus est in Italia Ricardus Paecus, uir perpetua ualitudinis prosperitate, atq; etiam immortalitate dignus. Desperantibus medicis reperijt suam Britanniam, ac sero quidem, sed totus reuauit, hoc meo maiore gaudio quo magis præter spem. Nec ipse sui prorsus immunis ab hoc malo, subinde circa umbilicum senti non cruciatum sed molestam, quæ tamen aluo soluta mitigabatur, atq; interim pestilentia nostras aedes undiq; circumsilijt, planeq; quod ait Maro, Proximus ardebat Vcalegon, meaq; res agebatur, quum omni ex parte paries arderet proximus, attamen protectore deo, nullus meorum tactus est. Quod te conclamatum deseruere medici, tibi feliciter cessit. Si quidem ea res effecit, ut humanis destitutus præsidij cotum te conuerteres ad eum, qui solus percussit & sanat, occidit & uiuificat. Pie tu quidem calamitatem imputas peccatis tuis. Nullus enim mortalium purus est ab omni crimine. Cæterum istiusmodi mala, non semper dominus infligit in uindictam scelerum, uerum aliquoties talibus modis explorat fidem & charitatem suorum, & in hoc obijcit exercendæ pietatis materiā, ut uel amicos suos coronet gloriosius, uel alij ædat exemplum, in nullis omnino malis cuiquam esse desperandum, qui plena fiducia postularit auxilium a domino. Clamauit Ionas de uentre ceti, & redditus est luci. Tunc proxima est salus a deo, quum ab humanis suppetijs spei minimum est. Ille seruatus, cantico celebrauit dei misericordiam, tu quoq; pie cogitas, dum non uis tacere magnificam in te tui *σωτηρος* misericordiam. Ille iustificatus est in sermonibus suis, præstitit quod pollicitus est. Nam ipse loquutus est per Iohelē prophetam, Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: locutus est per os psalmographi, Clamauit ad me & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Proinde in te mi Antonine charissime, adoramus domini clementiam eximiam, eiq; gratias agimus, quod nobis amicū uitæ chariorem restituerit, atq; adeo quod in te nos æque periclitantes seruauit. Reuerēdi præfulis Cracouiensis constantem in te benignitatem sic amamus, ut si me donasset opimo sacerdotio, leuius obstrinxisset, quā ista in te pietate. O uirū omnibus & publice & priuatim iuandis natum. Dominus omnis pietatis remunerator, & illi rependat digna meritis præmia, & optimæ coniugitæ, quam nec morte crudelior morbus potuit a marito diuellere, reddat pro toleratis molestijs, copiosum foenus gaudiorum. Post hac fac sis animo leto uir amicissime, tempestas abiit auxilio numinis, eiusdem benignitate succeder iucunda tranquillitas. Tantum abstine a uehementioribus curis, studioq; uel in tempestiua, uel immodico, donec ualitudo pristinum robur collegerit. Legimus quosdam dolore occupatos, subito obiecto gaudio protinus efflasse animam. Ab hoc periculo non ita multum aberant

um aberant, nisi Iohannes Henkellus pridem literis suis nonnullam salutis tuæ spem ostēdisset, mox Iustus noster scripsisset, te prorsus morbo leuatum, sed nondum ad plenū recreatis uiribus. Dominus qui te uitæ reddidit, confirmet sua uirtute in omni corporis & animi prosperitate. De nobis omnem sollicitudinē deponas uelim Antonine charissime. Feruebat quidem Basileæ media bruma ingēs incendium, uidimus armatas cohortes uolitate per uias. Cæterum nemo mortalium tactus est, nec cuiusquā uiolata domus. Tantum in status diuorum & imagines fauutum est, usq; ad internitionem. Seremienis episcopi litteris rescribam, si quid dabitur ocij, quanquam is cui hæc committimus non aditurus est Cracouiam. Te dominus Iesus cum dulcissima coniuge seruet incolumem amice cordi meo charissime. Datum Friburgi Brisgoæ, quinto Idus Iunias, Anno millesimo quingentesimo uigesimo nono.

ERASMVS ROT. LEONARDO REPHANO S.

V DOVICVS Berus præceptor ac patronus meus plurimū obseruandus, multa apud me testificatus de propensa animi in me tui beneuolentia, salutem mihi tuis uerbis annunciauit, iussitq; ut tibi tribus uerbis uicissim salutem afferberem. Id equidem feci perquam libens, nō solum quod ille iussit, cui nil negare nec possum nec debeo, uerum etiam quia iste cantio prædicitur ut te mutuo diligam qui prior ad amicitia prouocaris. Huc si ueneris, facta tibi meo copiam, uel ad fatietatem usq; tantum abest ut te grauate sim admissurus. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoæ octauo Id. Iun. Anno M. D. XXIX.

ERASMVS ROT. CHRISTOPHORO A SCHYDLOVIETZ S.

T uentus non respondeat tuis conatibus uir egregie, tamē isti pie uoluntati non deerit apud Christum sua merces. Ego quid meis literis possim nō uideo, qui tot tam annis cano surdis. Nō est meum de monarcharū animis aut iure pronunciare, hunc orbis Christiani statū quis nō deploret Christianus.

Quam fœdum exemplum est duos potētissimos orbis monarchas sic implacabilibus odijs inter se dissidere, idq; tot iam annis, nec hic quicquam ualere ciuitatum cōsensum, seniorum prudētiam, abbatum, episcoporum, Card. & summi pontificis autoritatem, præsertim quum habeamus Clementē, qui ipso nomine pollicetur pacis studium: alioqui malis pontificibus nihil minus expedit quā summos principes iungi cōcordia, quorum dissidio non solum pontifices sunt, uerum etiam reges regū. Id quū multis iam seculis res ipsa docuerit, miror a principibus non intellectum. Si intellectum est, miror illos non meminisse. At uereor ne sint quorum oculos occupet ambitio, iudicium deprauet odium, nec philosophiæ locū det animus uoluptatum quā reipub. studiosior. Verū regibus si sapiunt, non uacat ludere: quodq; in priuatis hominibus luxus & nequicia est, in principe impietas est. Nulla res principi deberet plus adferre uoluptatis, quā reip. tranquillitas, quā ciuū emendati mores, quā bonarum legum autoritas. Hæc meditari, hæc procurare, hæc tueri principum est alea, lusus, uenatus, & amores. Et si uacaret, sublimior est princeps quā qui plebeis istis ac fordidīs uoluptatibus caperetur. An non numeris uicē est inter homines, ad cuius nurum tot hominum milia stringunt ferrum, & in mortem ruunt? A cuius prouidentia pendent tot urbes, tot regna? Et huic uacat pernoctem ludere aleam, ridere Moriones, indulgere furtiuis puellarū amoribus, & choreas ducere? Rex Ferdinandus sciens nullam esse fidam regni societatem, fortassis abhorret a fœdere, quod ut arbitror non recusaret, si Ioannes sua pristina dignitate contentus esset. In conuentu Spirensi actum est de subsidio pecuniæ, quæ bellorum est neruus. Verum dictū mirum quā ea postulatio non pronis Germanorum auribus excepta sit, quasi nihil ad nos attineat si Turca occupata Vngaria & Polonia uiam sibi struat progrediēdi uelit. Sed Germani magis assueuerunt accipere quā dare, & mundus toties delusus huiusmodi titulis, ne tū quidem credit, quū maxime est opus: certe Ferdinādi pietas omnium fauorem promeretur. Ideo repertum est imperatoris nomen, ut autoritate sua ceterorum principum motus cohibeat. Nunc ditionis amplitudo ad nihil aliud proficit, nisi ut belli calamitas latius se proferat. Si parum conueniret inter duces Lothoringum & Sabaudū, exiguo spatio circumferberetur malum. Nunc dum dissident Caesar & Galliarum rex, quæ pars orbis quieta est? Flandria cum adiunctis regionibus florentissimis primum or-

quam nunc sum uegetior. Originem morbi diuino iam annis plusquam uiginti consueua
stans scribere: nec unquam sece sedere, nisi uel prandens, uel coenans, uel a prandio dor
mitans, quod interdum soleo, praesertim lassus negocijs. At interdū urgebant prela, maxi
me epistola, quas cogor innumeras scribere, ut statim a prandio fuerit accurrendū ad scri
bendum. Nam a coena cogor ab intentione cessare: aut fabulor sine contentione, aut inā
bulans audito famulum aliquid praegentem, quod mihi sit usui futurū. Quodam autem
tempore quum essem occupatissimus, uenit nunciū a quodam amico qui de uita pericli
tabatur. Ad huic capitulandum scripsi plurima, nō habita ratione ualitudinis, quod & an
te saepe numero feceram. Rursus idem paucis post diebus misit alium nunciū. Huic quo
que dum cupio gratificari, malum hoc obortum est quod exposui. Quonia qui stans scri
bit, fieri non potest, quin stomacho sit aliquantulum inflexo, suspicor stomachum cibum
semicoctum coepisse deijcere, spiritibus alio uocatis, itaq; fieri, ut calculus nō concreseat
in magnitudine. Fortassis natura rupit & uias aliquas, quo facillor sit transitus: sic habet
morbus, quorsum euasurus nouit dominus. Vereor ne si accedat agitatio, aut aliud simi
le, uertatur in excoriationem uescig, quo malo nihil potest esse cruciabilius. Hoc cruciatu
perisse narrant Thomam Linacrum. Habes rem omnem. Si quid habet tua ars quo ma
lum hoc mitigari queat, nam tolli posse non arbitror, humanitate tua dignum facies si cō
municaris. Nam quod ultro miseris remedium, agnosco ueterem tuam in me pietatem,
quam hoc magis exosculor, quod ne leui quidem officio unquam te demeruerim, & uti
nam esset aliquid in quo declarare possim, & animum agnoscentem tua beneficia, & uo
luntatem reponenda gratia cupidam. Vale.

ERASMVVS ROTERODAMVVS FRANCISCO CARDINALIS
EBORACENSIS MEDICO S.

REQVENTER & admirari & dolere soleo, qui fiat ut Britannia tot iā an
nis assidua pestilentia uexetur, praesertim sudore letali, quod malum pene ui
detur habere peculiare. Legimus ciuitatem a diutina pestilentia liberatā, con
silio philosophi mutatis aedificijs. Aut me fallit animus, aut simili ratione li
berari possit Anglia. Primum quam caeli partem spectent fenestrae ostia ue
nihil habent penli: deinde sic fere constructa sunt conclauia, ut nequaquā sint perflabilia,
quod in primis admonet Galenus. Tum magnā partetis partem habēt uitreis tessellis pel
lucidam, qui sic admittunt lumen, ut uentos excludant, & tamen per rimulas admittunt
auram illam colatam, aliquanto pestilentiozem, ibi diu quiescentem. Tum sola fere strata
sunt argilla, tum scirpis palustribus, qui subinde sic renouantur, ut fundamentum maneat
aliquoties annos uiginti, sub se fouens spūta, uomitus, micum canum & hominum, pro
iectam ceruissiam, & piscium reliquias, aliasq; sordes non nominandas. Hinc mutato coe
lo uapor quidam exhalatur, mea sententia minime salubris humano corpori. Adde quod
Anglia non solum undiq; circumfusa est mari, uerum etiā multis in locis palustris est, sal
sisq; fluminibus interfecta, ne quid dicam interim de falamētis, quibus uulgu mirum
ita modum delectatur. Considerem insulam fore multo salubriorem si scirporum usus tol
leretur, tum si sic extruerentur cubicula ut duobus aut tribus lateribus parerent caelo, fe
nestris omnibus uitreis ita confectis, ut totae possint aperiri, totq; claudi, & sic claudi, ut nō
pateat per hiantes rimas aditus uentis noxijs. Siquidem ut aliquando salutiferum est ad
mittere caelum, ita nonnunquā salutiferum est excludere. Rideri uulgu si quis offendatur
caelo nubiloso. Ego & ante annos triginta, si fuisset ingressus cubiculum in quo mensi
bus aliquot nemo uersatus esset, ilico incipiebam febricitari. Conferret huc, si uulgo par
cior uicijs persuaderi posset, ac falamētorum moderatior usus. Tum si publica cura de
mandaretur aedilibus, ut uita mundiores essent a coeno micuq;. Curarentur & ea que ciui
tati uicina sint. Scio ridebis ocium meum, qui his de rebus sollicitus sum. Fauo regioni,
quae mihi tam diu praebuit hospitium: & in qua lubens finire quod superest aui, si liceat.
Non dubito quin tu haec pro tua prudentia rectius noris, libuit tamen admonere, ut si
meum iudicium cum tuo consentit, haec uiris principibus persuadeas. Haec enim olim re
gum cura consueuit esse. Scripsissem perlibenter Reuer. D. Card. sed nec ocium erat,
nec argumentum, nec ignoro quibus ille negocijs distringatur. Bene uale uir humanissimi
me cui debeo plurimum.

ERASMVVS ROT. HIERONYMO VIROMANDO S.

PISTOLA tua Viromande charissime mihi longe fuit gratissima, quippe
quae nihil haberet non laetū ac festiuum. Hoc ipso statim nomine mihi iucun
dus esse coepisti, quod te Hieronymi Buslidij profiteris alumnum. Deinde
non uulgariter me delectauit ipsa literarum elegantia, sanitas & argutia, sed
multo magis amicus animus, quem in illis spirantem sensi, sed multo iucun
dissimum fuit, quod ex his intelligo clarissimum iuuenem, in quo Maximiliani Caesaris
erga studia fauor ac liberalitas quodammodo superstes est, ad Brixinensem dioecesim esse
designatum, praesertim cum eo sit in nos animo, quo tu mihi persuades esse. Qualis patro
nus utinam hic alicubi uicinus esset. Nam hinc iam pridem cogito, quanquam haec uale
tudo manere non suadet modo, uerum etiam cogit propemodum. Haecenus hic fui utriq;
ciuium statui gratissimus, nunc sentio me quibusdam ad nouas res nimium spectantibus
obolere. Sed terret me primum itineris longitudo, deinde locus nimis alpestris, quae por
ro uina gignat nescio. Nam mihi cum acribus illis uillis ob calculum pessime conuenit,
Burgundiacis utor ijsq; subrubris. Scripsi Reuerendo Praesuli, sed aliquanto serius. Tot
entim labores, tot tragœdię interciderūt, ut ipse mihi penē exciderim. Cupio te q; optime
ualere. Datum Basileae postridie Purificationis, Anno M. D. XXVIII.

Zz 4

ERASMVVS ROT. IOANNI VALDESIO. S.

RNATISSIMAE Iuuenis, tantum officiorum in me contulit & confert ger-
manus tuus Alfonso Valdesius, ut amare debeat quicquid quocumque mo-
do ad illum pertinet. Tu uero, ut audio, sic illum refert & corporis specie &
ingenij dexteritate, ut non duo gemelli, sed idem prorsus homo uideri possi-
tis. Itaque aequillimum arbitror, ut ambos pari prosequar amore. Audio te de-
ditum liberalibus disciplinis, ut istam indolem uirtuti natam omni genere ornamento-
rum expolias, ad quod sane quid attinet hortari te, quum tua sponte curras in hoc pul-
cherrimo stadio? Gratulari magis conuenit, & applaudere. Illud habeto pro certo, me
nullius magis esse quam germani tui, nec minus esse tuum quam illius. Bene uale. Basileæ
Calend. Martij, Anno M. D. XXVIII.

SERENISSIMO POLONIAE REGI SIGISMUNDO, EIVS
NOMINIS PRIMO, ERASMVVS ROT. S. D.

T calamum in manus sumpsi, Sigismunde rex huius aetatis principum insi-
gne decus, multa protinus occurrebant, quae deterrent a scribendo, In pri-
mis enim parum mei pudoris uidebatur, si tantillus homuncio, tantum heros,
si ignotus, si ultro, si nullo penè argumento compellarem. Et ut ex ueterum
annalibus tradit Plinius, Tullo Hostilio male cessisse, quod Iouē euocasset,
ita non semper tutum fuit appellasse summos orbis Monarchas, quos oportet adire, non
solum in tempore, uerum etiam religiose. Ad haec uix pium uidebatur, Principem tot, tam
grauibus reipublicae negocijs, sed in primis faciendae regum concordiae intentum, litteris
non necessarijs appellare. Verum has omnes remoras facile discussit, uel insignis ista natu-
rae tuae bonitas, qua, meo quidem animo, non minor es, quam ipsa regni magnitudine: uel
ardor quidam in te meus, ac singularis quaedam uirtutum tuarum admiratio, quam non
solum ex famae clarissima buccina, uerum etiam ex ornatissimi uiri Ioannis à Lasko tum
colloquio, tum litteris concepi. Nunquam enim, dum hic ageret, illi Sigismundus rex non
erat in ore, nec aliud crepant illius ad nos epistolae, quam Sigismundi laudes: uel harum
denique orbis tempestatum reditum, & ingens tranquillitatis desiderium, quod nos tam len-
ta spe discruciat, nimium expertos non esse uanam fabulam, qua Homerus depinxit Atrē,
& pedibus & oculis celerem, Litas contra Iusciofas & claudas. Lubens & alacer Simeon
ille senex emigrabat è uita, posteaquam uidisset Christum domini. Videor & ipse mihi
aequiore animo relicurus hunc mundum, si dei benignitate, principumque consilij, publi-
cus hic rerum tumultus sedaretur. Ad hoc negocium tam pium, tamque diuinum, quonia
audio maiestatem tuam summa prudentia parique studio committis, tanto uehementius insti-
gauit animus, ut auderem currentem, quod aiunt, incitare, quanquam tua pietas, diui-
nitas, ut opinor, afflata, non eget ullis hominum stimulis. Solet enim deus plerumque in rebus
deploratis, uelut ex machina, subito proferre quempiam singulari uirtute praeditum, qui
res undique turbatas reducat in tranquillitatem. Sic Romanis eò redactis, ut auro salu-
tem redimerent, repente exortus est Camillus. Rursus eorūdem rebus ad extremam de-
sperationem spectantibus, extitit Scipio Africanus. Sic Hebraeis intolerabili diutinaque ser-
uitute pressis apud Aegyptios, productus est Moses. Sic periclitanti Susanna, praeter om-
nium expectationem extitit Daniel, innocentiae uindex, ac malitiosi facinoris coargutor.
Atque utinam mea uota rata faxit deus Opt. Max. Utinam hanc bonam spem uelit non esse
uanam. Titillat enim animum meum nescio quid laeti omnis, deum tandem, ira uersa in
misericordiam, te designasse. Rex sanctissime, qui tantas rerum undas, tua pietate, tua pru-
dentia, tua autoritate componas. Hanc spem auget nobis, quod in alio nemine perspici-
mus tot dotes, ad tantum negocium conficiendum necessarias. Nam ut omittam regni ui-
res, ne commemorem tot res arduas, uelut aspirate deo, felicissime gestas, quibus nuper ac-
cessit inclyta de Scythijs uictoria, Tria potissimum requiri uidentur in eo, qui tantos rerum
humanarum motus sit compositorus, pietas, excelsus animus, & prudentia. Pietatis nor-
men duo complectitur, amorem patriae, & studium religionis. In utroque genere summa tua
laus eluxit. Siquidem in regni tui commodis procurandis, seruandis, augendis, ornandis, &
constabiliendis, tanta uigilantia, studio, curaque semper es usus, ut praeter aetatis rationem,
nullum unquam laborem defugeris, qui uel iuuenē deterere potuisset. Olim optime de
republica

re publica meritis, deferrebat hic titulus, pater patriae: & habebat is titulus aliquid regis
aut Imperatoris nomine magnificentius. Huius inscriptionis honorem, tua maiestas, mul-
tis nominibus promeretur, ac possidet multo gloriosius impressum mentibus hominum,
quam si columnis ac statuis esset expressus. Porro non minorem tibi curam esse Christia-
nae religionis, declarat totius uitae tuae integritas. Ad haec rempla diuorum ingenti munifi-
centia structa, locupletata, ornataque. Postremo Prussia, quonia haereticorum corrupti exceperat,
in potestatem accepta, ac emendata. Tali animo non possunt non uehementer displicere,
haec principum tanta dissidia. Qui si tantum inter se conflictarentur, esset tamen bellum,
non dicam ciuile, sed plane parricidiale. Plato ciuile bellum esse putat, quod Graeci gerunt
aduersus Graecos. At Christianus Christiano propius iunctus est, quam ciuis ciui, quam
frater fratri. Nunc haec monarcharum inter ipsos conflictatio Turcae uitam aperuit, ut pri-
mum Rhodum, nuper etiam Ungariam inuaderet. Fuitque nimium felix crudelitas, altius
etiam ad nos penetratura, nisi concordia iunctis umbonibus obliterimus. Quem Chris-
tiani peccatoris debitam non ista discruciant. Verum is etiam atrocius est, quod, dum
Principes inter se dissidijs tumultuantur, funditus perit religio Christiana, luxuria etiam re-
rum compagibus, confusaque publici status ordine, ut qui parere debebant, postulent im-
perare maioribus. Nec hic simplex discrimen est. Vtraque pars ut habet quaedam non asper-
nanda, ita mixti sunt etiam illis, qui sub ecclesiae uexillis militare uidentur, quos apparet uic-
toriam Christianam debitam ad se rapturos, nisi summo Principum autoritas, & illorum
infanos tumultus coerceat, & rapinam prohibeat. Ita fieri poterit, ut ex hoc amaro phar-
maco, quo torquetur mundus, aliquid bonae sanitatis consequatur, ac uictoria cedat non
hominibus, sed ecclesiae principi Christo, cui debetur omnis gloria: qui fortassis ideo pas-
sus est has rerum humanarum procellas incidere, ut quosdam mundanae prosperitatis ab-
undantia, uelut ebrios, ad Christianae mentis sobrietatem expergefaceret. Huius animi
dicitur & Caesar Carolus, ut ex literis eorum qui sunt illi proximi, cognoui. His de rebus
plura litteris committere, nec satis tutum arbitror, nec necesse. Quandoquidem singularis
tua prudentia nouit quid significet. Haec de pietate. Animi uero celsitudo non tam
elucet in fortiter gerendis bellis, aut proferendis regni finibus, quam in his contemnendis,
quae nemo contemnit, nisi uere sublimi sit animo. Quisque superior est eo quod potest ne-
gligere, quoties id suadet utilitas reipub. Quem ira aut uindictae cupiditas ad bellum urget,
is inferior est affectu suo. Quem ambitio prolicat ad pugnam, inferior est eo quod ambit.
Ceterum qui publicam utilitatem anteponeat hijs rebus omnibus, is demum uere sublimis
excellentis est animo. In necessarijs bellis, quae multa cum Valachis, Tartaris, Moschis, Prus-
sijsque, non minus feliciter quam fortiter gessisti, plane regiam animi celsitudinem declarasti: sed
longe sublimioris animi sunt argumeta, quod cum Moschis toties debellatis, inducias ha-
bere, quam armis regionem opulentissimam in ditionem tuam redigere maluisti, quum id es-
set in procliu, quumque huc procerum cohortatio prouocaret: quodque quonia odio schisma-
tici nominis pacem nonnulli negarent coire posse, non grauatus sis induciarum facere pro-
uisionem. Nec tua refert, quam in partem uulgi hoc tuum factum interpretetur. Prior est
apud publicam aequanimitas, & Christianae pietatis tranquillitas, quam uoluntas
parata ante. Inueniuntur enim quibus de te existimatio. Nam ut eleganter dixit ille, Ver-
re dignum est, hoc quod ex illis inuidentibus animi ditionibus, quum bene feceris. Nec
recusasti cum Turcis inducias suscipere, libenter etiam cum Scythijs foedus inuenisti
ferae potius quam homines, non desinerent sceleratis incurfionibus uexare ditionem tuam:
quorum esseram & intractabilem immanitatem, a tuorum fortunis ac ceruicibus depel-
lere, pietas est uerius quam bellum: & si bellum est, eius est generis, ut quonia uitari nullo
modo potest, non absque nefario scelere praetermitteretur. Ad haec quam tibi toties aduersus
Prussios bellanti, feliciter ceciderit Martis alea, tamen amore pacis, maluisti Prussiae ducti
nonnullam eius prouinciae portionem concedere, quam totam armis, quod tibi facillimum
erat, tuo subiugare imperio. Eiusdem celsitudinis erat & illud, quam Germaniae Principes
decem milia pedum, duo equitum millia misissent Duci suppliciter aduersus Polonos, non
passus es tuos, longe numero superiores (erant enim equitum sexaginta millia) cum pau-
rioribus congregi: tantum octingentis tuorum hoc negocij datum, ut qua proficere-
tur Germani milites, comeatum aut praeriperent aut interciperent. Ita factum est, ut & illi
fame

fame moniti, domum se reciperent, & tua clementia sanguinis humani faciliorem ultarit.
 Quid ego nunc commemorem, quod post Christianum regem ditio pulsum, ultro de-
 lata Noruegiae Suetiaeque regna constantiter recufasti, ne tuis, hac occasione, belli materiam
 accereres. Non sunt uetera quae narro, sed illud recitius, quod nuper extinctio Bohemiae
 Vngariaeque rege, qui tibi fuit ex fratre nepos, cum ad te successio propinquitatis etiā iure
 pertinere uideretur, adeo non ambisti, ut missis Oratoribus, admoneris illos, eum sibi
 regem asciscerent, quem suae regioni maxime profuturū iudicarent, te tua sorte contentū
 esse. Nec hijs contentus, simul ut intellexeras res inter Ferdinandū & Ioannem qui regni
 titulum usurparat, ad arma spectare, misso Cancellario tuo, spectabili ac magnifico Chri-
 stophoro à Schydouietz, castellano & capitaneo Cracouiensi, quem uirum habes unum
 omnium & prudentissimum, & integerrimum, effecisti ne prius bellū susciperetur, quam
 omnibus tentatis, quae bellum possent excludere. Hec arguit animum uere sublimem, &
 omnibus mortalium rebus excelsiorem. Quanquam ex iisdem iam arbitror perspici sin-
 gularem quandam tuam prudentiam, quam in te tum aetas, tum plurimarum rerum usus
 absoluit. Dulce quidem bellū in expertis, sed ille per tenebras ac procul cernit, qui pacem
 iniquam anteponebat aequo bello. Quod si Principes tuum exemplum sequuti, contemptis
 priuatis affectibus, uelut è sublimi quadam specula deflecerent oculos ad pietatē, hoc est
 ad Christi gloriam, & gregis Christiani salutem, priusque ducerent publicā orbis tranquillitatem,
 quam, nescio quae, priuata commoda, quae & crebro fallunt, & ut nō fallāt, nimio
 emuntur; primū ipsi concordia iuncti multo felicitius ac magnificentius regnarent, & Tur-
 cam facile depellerent à Christianorum ceruicibus, & hoc exitiabile dissidiū ecclesiae, bo-
 nis rationibus componerent. Nunc uereor, ne sint, qui pietatis inopia, publicum malum
 conentur in suum priuatum bonū uertere, aut ob animum uere celsitudinis expertē, non
 possint publicae tranquillitatis studio quicquam de suo iure concedere, aut ob rerum im-
 peritiam, malint bellum quam pacē, quum bellum nunquam sit suscipiendum, nisi quum
 citra crimen impietatis uitari non potest. Quod si principes haec sinceris & Christianis
 agerent animis, adesset ipse Christus consiliorū ac foederum prosperator, daretque rebus
 laetorem euentū, quam ipsi queant optare. Nunc ut pleraque bella, uel ira, uel ambitio, uel
 alius quispiam priuatus affectus suadet potius, quam pietatis aut reipublice respectus; ita
 foedera uidemus infirma temporariaque, quodque grauius, saepenumero seminarium praebent
 bellis. Illud optare magis possum quam sperare, quod tamen arbitror ad conseruan-
 das principum amicitias, & rerum publicarum tranquillitatem cum primis facere, si Prin-
 cipibus persuaderi possit, ut ditiones procul distitas recusent. Quantum enim calamitatū
 inuexit Gallis, toties petitam ac repetitam Mediolanū? Quid esset eo regno florentius,
 si Neapolim, si Longobardiam, si Insubriam olim neglexisset? Ut naues quadam maio-
 res sunt, quam ut gubernari possint, ita difficillimum est ditioem ultra modum latam felici-
 ter administrare. Id uero multo difficilius, si ditiois portiones longis intervallis distra-
 ctas sint. Iam augenda ditiois cupiditas finem non habet, ut nonnullis tale quiddam usu
 uenire uideatur, quale solet ijs quibus studiū est sacerdotia sacerdotijs accumulare. ~~quid enim in
 omnibus locis acceptis quodlibet uelut bellum, sed quia quae quodammodo inuenerunt. Quae
 etiam in ueteribus scriptis. Quae de his rebus in ueteribus scriptis. Quae de his rebus in ueteribus scriptis.~~
 Haec nimirum sunt argumenta parum sublimis animi, nullum posse pati
 se maiorem. Ille demū magnus excelsusque est, qui nec inferiores fastidit, nec superioribus
 inuidet, hoc agens, nō ut quam latissime regnet, quod sceleratis etiā aliquādo dedit fortunā,
 sed ut quod sortitus est regni, quod optime administraret. Verum quoniam nunc successio
 regnorum, partim affinitate, partim cognatione transit ab alijs ad alios, optare, ut dixi, fa-
 cilis est, quod arbitror optimum, quam sperare. Iam nec pium est, nec animi mei, quem
 Christus totius ecclesiae suę presidē esse uoluit, eius autoritati quicquā detrahare: tamē si
 uerum fateri uolumus, & ipse felicitus ageret, & summi principes minus frequēter huius-
 modi bellis inter se conflictarentur, si bona ipsius pace persuasus, cū nullo monacha foederis
 iniret, sed ex quo se patrē praestaret omnibus. Nunc ex huiusmodi foederibus, toties
 icitis, rescissis, repetitis, relictis, quantā uidimus ac uidemus exoriri materiā, uel excitādā
 bella, uel alendi. Quid hic attinet exempla ab annalibus repetere, quā his annis uiginti, tū
 multa

multa cōspexerimus oculis nostris? Sed ego iam dudū abutens tua lenitate Rex inuidiosissime
 septa, quod auit, tranquillo itaque desina, hoc ardentissimis uotis cōprecans, ut deus no-
 stri misertus, tuis sanctissimis conatibus det exitū, ista pietate, ista animi celsitudine, ista
 prudentia dignū. Tuamque reginā Bonam optimo regi iunctā, diu felicē seruet, & regno,
 & reipub. Christiana. Datum Basileae. Id. Maij. Anno domini M. D. XXVII.

SIGISMUNDVS DEI GRATIA REX POLONIAE, MAGNVS
 DUX LITUANIAE, RUSIAE, PRUSSIAE, ac MASHONIAE & c. Dominus & haeres.

In primis uero tibi gratias

agimus non uingares, quod nos talitornaueris elogio, quate ueremur ut in nos tam plene
 quam tu uideri uis cōpetat. Nam & si nobis maxime cordi est, ut Rempub. Christianam
 adeo inclinam, pro uirili nostra iuuenus, & regna nostra tranquilla atque ab illa dissidio-
 rum lue, qua nunc sursum atque deorsum fertur Germania, incōtaminata seruemus: tamē
 quod haecenus id nobis feliciter cesserit, deo potius acceptū ferimus, quam ut inde nobis
 laudem aliquam aut arrogemus aut petamus. Imo etiā hoc ardentioribus uotis domini
 misericordiam imploramus, ut quemadmodum nos regnaque nostra haecenus integra ille
 factus seruauit, ita adhuc seruet in posterū, quousque illius uisum fuerit uoluntati: alioquin no-
 bis frustra facturi uidemur omnia, nisi ille cōpita nostra fortunet. Non potest autem hoc
 non illud magnificū

Et tamen interim habeas aliquod nostrae
 erga te beneuolentiae grauique amicitiae argumentum, mittimus hanc munus, quod in
 praesens grato animo suscipias: deinceps uberiorem ex nobis fructum beneuolentiae &
 fauoris nostri habiturus. Vale. Datū in oppido nostro Pijotrcon dei XXI. mensis Feb.
 Anno domini M. D. XXVIII. Regni nostri XXII.

ERASMVVS ROT. SIGISMUNDO POLONIAE REGI S.

IN TOT sudoribus quos praeter ualetudinis atque aetatis sortem sustinemus,
 in tot molestijs ac tedijs, quibus hinc atque hinc tūdimur, nō mediocre solatiū
 nobis attulit tuae maiestatis epistola Sigismunde rex cum primis inclyte, tota
 spirans, & admirabilē quandam humanitatem, & haud mediocrē erga nos
 fauorem. Etenim ut autore Solomone, indignatio regis nūcij mortis, ita se-
 cundum eiusdem sententiam, in hilaritate uultus regis, uita. Eum uultum hilarem ac bene-
 uolum, tuae mihi litterae exhibuerūt. Quanquam autem in me nequaquā agnosco dotes
 quae tuo erga me fauori respondeāt, tamen, ut ingenue fatear, iuuat interim laudari a rege
 laudatissimo, meaque qualis qualis est, industriae stimulos addi. Equidē mihi uidebar abun-
 de magni officij mei fructū recepturus, si tua maiestas boni consulisset audaciā nostrā:
 nunc eam uideo felicissime celsisse, quippe per quam factum est, ut istam uere reginā tum
 humanitatē tum pietatem, quas multorum praedicatione cognouerā experimento cōpe-
 rerim: humanitatē quidē, qui tam amāter sentias de Erasmo, tamque graui testimonio no-
 stram mediocritatē ornare dignatus sis, idque testimoniū non modo literis amātissime scri-
 ptis, uerum etiā amplissimo munere proditum & confirmatum esse uolueris: Pietatem
 uero quod omnem regni tui felicitatē, nec uiribus, nec consilijs tuis arroges, sed diuinā
 tribuas bonitati. Quis uocē tam piam, tam Christianā non exosculetur, a tāti regis pectore
 profectā? Vere scripsit Salomon, Cor regis in manu dei est, & quocumque uoluerit incli-
 nabit illud; sed ea demum uera laus bonorū regum est, si ipsi uicissim inclinēt cor suū deo.
 regum

regum omnium regi, semper ab illius nutu pendentes, sine cuius auspicijs nihil efficit hominum conatus, & omnes actiones suas ita componentes, ut qui sciant meminere, se se quicquid gerunt, coram illius oculis gerere, qui iudex est non minus regum quam plebeciorum. Verum ista Christiana tua modestia rex inclyte, non perdis laudes tuas, sed eas potius tibi facis proprias, perditurus nisi agnosceres, cui debeatur omnis gloria. Nihil uere prosperum, nihil felix dici potest, quod non fortunari ille totius felicitatis autor. Optimis aibus, secundissimis auspicijs geritur, quicquid ad illius geritur prescriptum, qui dixit, Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Dixit autem hoc eterna sapientia, qui est filius dei. Quid autem prescribit sapientia regibus? Misericordia, inquit, & ueritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Misericordiam praestat in subleuandis oppressis, ueritatem in integre iudicando, clementiam in temperanda legum seueritate. Ea prima regum est functio, quam etiam iureiurando solent profiteri quum principatus inaugurantur, opitulari uideus, succurrere pupillis, & ab omnibus per iniuriam oppressis, uim depellere. Veritas autem duas habet comites, sapientiam & constantiam. Sapientia illuminat oculos, quibus perspicitur quid recte sit quid secus, quid utile reipublicae, quid contra. Constantia perstat, ut animus omnibus superior cupiditatibus, nec ira, nec amore, nec odio dimoueat ab honesto. Clementia necessaria seueritatem lenitate temperat. Lex enim aequa praescribit omnibus, at non omnibus omnia congruunt: haec publici iuris moderatio, quam aequitatem uocant, a peccatore regio uelut ab oraculo petitur. Siquidem recte dictum est a sapientibus uicis, regem esse uiam legem. Lex pauciloqua est, at infinitae sunt rerum & personarum circumstantiae. In his igitur rex pro lege loquitur, nec aliud tamen pronuntiat, quam lex ipsa diceret si nobis ad omnia respondere posset. Clementia est non statim bellum suscipere, quum data est belli causa, sed nullam rationem intentatam relinquere, si res absque bello componi queat. Et interdum consultius est dissimulare iniuriam, quam armis persequi. Clementia est, si bellum nulla ratione uitari possit, ita gerere, ut & quam minimo sanguinis humani dispendio fiat, & quae celerrime finiatur. Hanc sapientiam quae secum omnia bona adfert, orabat Solomon, ut sub throno semper assisteret, fidelissima certissimaque consiliaria. Tale quiddam & a ueteribus quasi per nebulam, uisum est. Legimus enim Aegyptios litteris hieroglyphicis ita sole re regis imaginem exprimere, ut scepro adderent oculum, scepro rectam integrum, & inflexum animum indicantes, oculo prudentiam, quae comonstrat, quid honestum, quid contra. Eadem uirtutes alijs symbolis commendabant, summo sceptri fastigio imponentes aquilam, imo hippopotamum: aquila perspicentiam ac humilium rerum contemptum significantes, Hippopotamo ratione compressam iram ac feritatem. Est enim hoc animal indomitum ac ferum. Nec enim potest rectitudo consistere, nisi adlit animum uere sublimis, ac perspicax superior omnibus humanis affectibus, qui rationi solent obstrepere. Haec dotes quum in te reluceant Sigismunde rex inuicte, ita demum uere tuae sunt, si eas, ut facis, deo transcribas, unde fluit, quicquid in nobis est boni. In corporalibus bonis nostrum esse desinit, quod alteri transscripsimus, in animi bonis contra sit, uere nostrum incipit esse, quod deo tribuimus. Sed longius feror, quam epistolae modus patitur. Superest orare Christum Opt. Max. ut haec sua dona tueatur in te, semperque nouis successibus augeat, cunctisque principibus eadem mentem inspiret: ut illis inter se concordibus & coelestis sapientiae consilio, quae reipublicae salutifera, quaeque Christo placita sunt decernentibus, tandem haec rerum humanarum temperet aliquando uertatur in tranquillitatem. Fauorem quem praeter meum meritum tam benigniter offert tua clementia, lubens amplector, habeoque gratiam quantam possum maximam. Quid autem uicissim pollicear non inuenio, nisi animum memorem & gratum, & si quid ab infimo mancipio regi potentissimo praestari potest obsequium. Dominus Iesus bene fortunet omnia tua consilia. Basileae. v. Calend. Septemb. Anno M. D. XXVIII.

ERASMVVS ROT. COLLEGIO SORBONICO S.

VIDEM expertus noui quod non sit tutum rumoribus credere celeberrimi patres, sed pariter expertus noui, quod non sit tutum rumores subnascentes negligere. Erit igitur hoc equitatis uestrae, ut si falsum est quod huc fama pertulit, exstimetis hanc epistolam uobis scriptam non esse. Sin uerum est, roganda est mihi uestra sinceritas, ut sepositis interim affectibus priuatis, non grauemini scriptum

ptum hoc attente legere: quod nisi me profusus fallit animus, non tam ad me priuatum pertinet, quam ad uestri collegij dignitatem, ac publicam etiam studiorum religionem tranquillitatem. Res adeo non est elum, ut uulgo quoque factam Lutetiae, complures amici perscribant, nonnulli istinc huc profecti uoce referant, Natalem Beddam ingentem artificulorum aceruum ex omnibus meis lucubrationibus collectum ad uestram cognitionem detulisse, quorum aliquot iam uestra sententia percussos ferunt. Primum illud testor coram Deo, qui scrutatur cordis humani sinus, mihi inuisam esse omnem impietatem, & quicquid dissindit eorum gregis Christiani, totoque pectore abhorre ab his qui sibi contrahunt discipulos, quos non agnoscit Ecclesia Christi sponsa. Id & constanter & fat idoneis argumentis arbitror me declarasse. Siquidem hoc seculo non desuissent mihi uel sodales uel discipuli, nisi toto pectore detestarer omnem haeresim ac schisma. Iam ut ne commemorem quid operae praestiterim in hoc negotio priuatum ecclesiae catholicae, nulli potest obscurum esse, quod libris aeditis declaratum est, me syncerum & constantem militem praestitisse negotio fidei. Clamitant hoc Alberi, Othonis, Leopoldi, & ipsius Lutheri libri in me uirulentissime scripti. Contra me de Eucharistia libellus, & duo libri Hyperaspista. Qui demitor suos lateant, quum prostant & istis uenales. Itaque iure quis miretur & illud, me factionum omnium aduersarum odium meruisse, si uestrum fauorem emereri nequeam. Aduersus maliciae calumniandi nihil est tutum, & fieri potest ut in scriptis meis aliquid impium exciderit. Certe animus uacat impietate, paratus iugulare, quicquid officit sinceritati religionis. Proinde qui conspirant in me deuotis animis, in quem conspirant nisi in comilitonem suum, & cause quam tueri se praedicant propugnatorum? Cui gratificatur? nisi his quos ipsi iudicant ecclesiae perduelliones, cuius causam produnt priuatis affectibus. Porro quum uestra prudentia norit, quanta sit humanae linguae uanitas, quantumque uenenum, praesertim hisce temporibus, magis credere debet ipsis factis, quam delatorum suffuris, aut si testes quaerit, eos potius audire, qui me proplus norunt, quorum est Lodouicus Berus, mihi quidem non inimicus, qui nulli mortalium est inimicus, sed uestrae sodalitati addictissimus: ad haec uir doctus iuxta ac pius. Is est propinquo nouit, & quid agam, & quo sim animo. Caeterum quo grauior est istius ordinis autoritas, hoc oportet in iudicando maiorem esse tum aequitatem tum mansuetudinem: minimeque decet, ut ista dignitas seruiat priuatis hominum uel stultorum uel improborum affectibus. Mihi cum nullo unquam ordine bellum fuit, nec ut spero, futurum est, tantum abest, ut aduersus eum senatum, cuius oraculis prima semper tributa est autoritas, arma moueam. Quod Natali Beddae respondi, nunquam existimaui ad uestram sodalitatem pertinere, uerum ita mihi persuaseram, & adhuc arbitror, illum utique extorta aedendi libri potestate, uobis inscius suos affectus admisit. De cuius animo quid querat? Primum litteris meis humanissime prouocatus, ut res inter nos Christiana moderatione transigeretur, emisit librum plenum euidentibus calumnijs, mendacijs & blasphemijs: Res in aperto est, dissimulari non potest. Iam hoc ipsum facinus quam indecorum ei qui Theologi & cognitoris personam gereret? Quem si mea urit responsio, sibi debebat imputare, qui ne monitus quidem atque etiam rogatus, a tali scribendi genere temperarit. Indocili, stupidi, fatui conuictum feram, impius nisi sim, dici non patiar, nec adeo pati debeo, ne quis exemplo meo fiat impius. Verum ut cunctis poterat hoc factum primo calori, ceu furori cuiquam condonari: ubi mea responsio ne commonitus est, quantum aberrasset ab officio hominis Christiani, quae so num ullum pudoris aut poenitentiae signum dedit: num fratrem sic traductum studuit recocillare? Qui cum si uel leuis offensa intercederet, iuberetur munus ante aram relinquere, ac prius habere reditum in gratiam quam sacrificium. Nunc quum talibus libellis impetere proximam, nihilo leuius sit homicidio, & aliquot circumstantijs etiam grauius, quum frequenter interrim accedat ad sacrosanctam domini mensam, adeo non cogitat de recocillando fratre, ut calumnias addat calumnijs, uestram etiam autoritatem in suarum intemperiarum consortium pertrahere molies, quasi parum haecenus peccatum sit, nisi suum dedecus aspergat pluribus. At qui uestrae grauitatis est o uiri praecleari talibus ingenijs mederi, non fauere, nisi quod hoc ipsum est uere fauere, mederi. Quum igitur Bedda praiceps feratur ulciscendi studio, uideatis cuiusmodi sit huius negotij fons. Neque me clam est, isti camino unde addatur oleum. Eduardus Leus in Hispania spar sit librum in me scriptum, multo indoctiore magis

quem Bedda pronuntiauit, quā pedem po-
 fuerit in schola Theologica. Id nec ipse Leus potest inficiari, & si inficitur, scripra satis ar-
 guunt. Eluius insullis cōiuctis, quæ me dehortate prodidit, quoniã respōdi, licet lōge mo-
 deratius quàm ille prouocarat, hoc agit, ut quouis pacto dolorē ulciscatur suū, non se pur-
 gans, quod non potest, sed ad lapides prouocans. Ingeniū uidetur cōcitandis dissidijs na-
 tum. In primo tumultu quem excitauit Louanij, nec meis inimicis placuit, & suis amicis

quæ me erit Leus
 quā pedem po-
 fuerit in schola Theologica. Id nec ipse Leus potest inficiari, & si inficitur, scripra satis ar-
 guunt. Eluius insullis cōiuctis, quæ me dehortate prodidit, quoniã respōdi, licet lōge mo-
 deratius quàm ille prouocarat, hoc agit, ut quouis pacto dolorē ulciscatur suū, non se pur-
 gans, quod non potest, sed ad lapides prouocans. Ingeniū uidetur cōcitandis dissidijs na-
 tum. In primo tumultu quem excitauit Louanij, nec meis inimicis placuit, & suis amicis

comparationibus temperere. Ego iudicabam
 tanquam hoc doleo, me si non causam certe occasionem dare Christianorū dissi-
 dijs: quæ si mea culpa nascerentur, graui cum onere conscientie diem supremū expecta-
 rem, qui non potest abesse longius, cuiq; me quotidie paro. Nunc quum hæc me renitente
 pro uiribus, aliorum uitio contingunt, non possum quidē non dolere malū publicum, sed
 moderatius fero reputās hæc ex Dei uoluntate fieri, qui & me talibus modis purgari ue-
 lit, & illorū improbitatem mundo innotescere, quo facilius liceat illis mederi. Interim ego
 quod Deo gratū esse iudicabo præstabo, euentū illius arbitrio cōmittens. Nō itaq; dubi-
 to quin illorum autores tumultuū, Beddam & huius sodales instigent, ut susceptam fabu-
 lam adiuuēt. Videtis sapiētissimi uiri fontē & seminariū huius negocij, unde quid potest
 scetere dignū pietate Christiana? At qui hæcenus ea fuit istius fama collegij, ut mūdus lō-
 ge aliud expectet iudiciū, quàm Leus aut Bedda prodidit. Nec arbitror mihi tale quicquā
 a uobis metuendū, nisi prorsus me mea de uobis fallit existimatio. Ac è diuerso dum repu-
 to quale sit hoc seculum, quantum nunc liceat audaciae linguisq; maledicis; ad hæc quum
 probabiliter coniecto & in isto senatu sedere, qui Beddæ uel opinioni cōsentiant, uel odio
 subferuant, rursus alios inuidia: metu, alios odio turbarum conquescere, itaque fieri fre-
 quenter, ut pars deterior uincat meliorem: non abs re uisum est his literis & uestre digni-
 tati, & meæ quieti quantum in me est consulere. Quod si hic metus uanus est, tamen uo-
 bis ingratus esse non potest, ut qui partim ab odio dissidiorum, partim ab ordinis istius
 reuerentia proficiscitur. Etiam atque etiam rogo boni consulat uestra synceritas, si uideor
 liberius quod sentio proloqui. Vestrum erit, hoc nō arrogantia, sed simplicitatis bonæq;
 conscientie signum interpretari. Absit hoc consiliū a tam graui collegio, ut in gratiam
 Beddarum, Sutorum, aut pseudomonachorum (nam probos unice semper amaui) cogi-
 tetis me turba articulorum obruere, nec lecta responsione mea, nec expenso loco, nec ha-
 bita personæ quā loquentem facio ratione, nec collatis quæ præcedunt aut sequuntur, nec
 uilla reddita ratione, quare uideatur impium quod scriptum est. Non enim hoc iudiciū est
 eruditorum, sed potius lapidationis genus. Et si id ius esset autoritatis uestræ, longe tamē
 aliud est ius Christianæ charitatis, quæ uasculum contractum non comminuit, nec linum
 fumigans extinguit. Videtis qua mansuetudine sit usus Augustinus, etiam in deploratos
 hæresiarchas: in eos qui uel a maioribus traditum errorem acceperūt, uel arte in fraudem
 illecti, uel persuasione in impium dogma inducī sunt, uult omnem exhiberi lenitatem,
 docendos

docendos arbitrans non obiurgandos. In me uero qui pro meis uiriculis studij prodesse
 studijs bonarum literarū, ac profectui religionis, qui constanter ab omnibus abstinui sa-
 ctionibus, qui pro catholica Ecclesia eos in me prouocarim, quos habebū addicissimos,
 qui corpusculum hoc & animū hunc omnibus exposui periculis, talibus debacchari mo-
 dis qualibus iam cepit Bedda, aliq; nonnulli moluntur, papē quantū abest ab exemplo
 Christianæ lenitatis, quantū ab opinione quam hæcenus orbis Christianus habuit de ue-
 stro collegio. Huiusmodi tumultu diuus Augustinus nec hæresiarchas opprimi uult, ne se
 prædicent ut uictos non ueritate cōuictos. Fortasse nihil facilius quàm Erasmi obruere,
 nec hinc uobis cōtinget admodū splendidus triumphus, si tot heroes cōturatis animis eu-
 licem unum oppresseritis, etiam si nō sum usq; adeo destitutus amicis, q; opinatur quidā:
 at res inuicta est ueritas, & inexpugnabilis Christus ueritatis patronus, aduersus quē lū-
 mulum iactare calces durū est. Ista autoritas, ista eruditio, iste consensus in eos potius ex-
 promendus est, qui uestra dogmata palam detestantur, qui ciuitates & regiones uobis adi-
 munt, sibi adiungunt: a quibus demoror uobis esse tantū oej, ut sententiolis uel ambigue
 prolatis, uel recte propolitis, nisi quod aliter quàm solent hodie loqui scholastici, pleriq;
 deprauatis etiā uacatis excutiendis. Imbecillis est Erasmus fateor, sed est potens ueritas,
 contra quam absit ut uester cōsensus aliquid moliat, Quod si fieret, maiore periculo ue-
 stra existimationis fieret quàm meæ. Etenim si sexcenti iudices pronunciarent poculum
 esse aureum quod esset aureum, iudicum autoritas non efficeret, ut aurū uerteretur in as,
 nec iacturam sentiret poculi dominus, sed ipsi iudices autoritatis sue iacturā facerent. Ne
 quæso cōmoueamini, non tam male de uobis sentio, ut existimem aduersus euidenti uer-
 ritatem prolaturus sententiā. Quanquam sunt in uestro confessu Beddæ similes aliquos,
 qui uel imperitia sermonis quod dictum est non intelligunt, uel odio corrupti credūt esse
 falsum quod est uerissimū: sed arbitrator & integros & eruditos falli posse, si de nuda senten-
 tia alicunde decerpta, sine collatione locorū pronunciare conentur. Dabitur exemplum,
 Pro suo quisq; corporis affectu, uescatur quibus uelit modo sobrie parceq; super omnib;
 gratias agens Deo. Hanc sententiā si quis ita proponat nudam, uelut ex Erasmi libris, Pri-
 mum imperitus Latini sermonis offendetur, existimās me affectum corporis dixisse libi-
 dinem, ut quisq; uescatur, quod corpus appetit, quum ego affectum dicam habere uer-
 letudinē corporis. Id esse uerū declarat quod sequitur, pro cōmoditate corporis. Ad hanc
 in eodem capite multis uerbis excipio fratris offendiculum. Hoc ignorat ille qui de uerba
 sententiā pronūciat. Ad hæc non Erasmus ista dicit, sed Paulus. Hoc qui nescit, existimat
 me damnare cōstitutiones Ecclesie de discrimine eborū. Hic etiam quilibet doctus, de-
 prus damnabit quod nō intelligit

Paulus de se & Christianis dicit, Miserabilio-
 res sumus omnibus hominibus. Idem scripsit, Faciamus mala ut eueniant bona. Rursus:
 inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Quid his uocibus magis impium,
 si separatim proponantur, non habita ratione personarum, nec collatis his unde ea pen-
 dent? At nihilo uerecundius quædam è meis scriptis decerpi iam euidentius est, quàm ut
 quisquam ignoret. Et sanè miror quid isti cogitent. An credunt in mūdo pro hominibus
 esse fungos, prorsusq; perisse mortalibus sensum communem? Non uident quale sit hoc
 seculum? An putāt omnes ilico pro cœlesti oraculo habituros, si audierint, Bedda Theo-
 logus sic iudicauit? Fortassis ita cogitant, uociferabimur omnes simul, & clamorib; obrue-
 mus homunculū. Monachorum q; ~~et ceterorum q; quædam sunt hæc~~
 hic publice, priuatim, clam, palam, fingent, obstreperant, obreclia-
 bunt, ille unus est, nec quicquam potest nisi Latine, & si quid respōdebit opprimemus, si
 quid legetur, a paucis legetur: Nos paucitate contempta, turba numeroq; superabimus.
 At ego fauete Christo efficiā, ut istam maliciosam iniquitatē etiam uulgus hominum per-
 nouerit

nouerit, ut iam nosse coepit. Sed fingant oppressum Erasmus, an putant neminem exortum, qui aduersus tam tyrannicam malitiam tueatur innocentiam? Ut cessent homines, non cogitant deum hæc uidere, qui maliciose consilia plerumque uerit in capita molientium: Absit ut huiusmodi cogitatio execrabilis corripiat sacratissimam facultatem, tantum admono, ne ralia cogitantium affectibus seruens eleuet autoritatem suam, quæ ad adificationem ualere debet non ad destructionem. Doctores estis, Theologi estis, nihil à uobis expectatur nisi uere doctum ac Deo dignum. Ioanes Gersonensis recte monet Romanum Pontificem, ne passim, ne temere uibret fulmen anathematis, ne duobus modis uentur in contemptum, uel assuetudine, si nimium crebro fulminet: uel iudicio, si feriat immerentes. Hactenus multum ponderis habuit hæc uox, Sic iudicauit facultas Theologica Parisiensis. Verum hæc autoritas grauitate æquitateque iudiciorum tuenda est, idque eo diligentius quo seculum hoc procliuus est ad autoritatis humanæ contemptum. Per me quidem si liceat, nihil decedet istius senatus maiestati, malim aliquid accedere: qui si quid notabit quod uere sit impium, ipse confodiam errorem meum, Sin ralia proferet iudicia, qualia sunt pleraque Beddæ, indocta, iniqua, cæca, nihil inspirantia, nisi odium impotens & destinata lædendi malitiam, existimabo non facultatis esse sententiam, sed Beddæcorum. Hereticus esse non possum nisi uelim. Porro quum nec sim nec esse uelim, enitar efficere ne habeam, confidoque Christum adfuturum certissimum innocentiam uindicem. Si iunctis studiis pariter negotium pietatis egerimus, fauebit conatibus nostris immortalis Ecclesiæ sponsus. Sin mutuo contemptu, mutuis obrektionibus, nos inuicem laecerimus, quid superest, nisi ut iuxta Pauli dictum, mutuis moribus consumamur? Abunde satis tumultuum est in orbe, satis dissidiorum, & articulis calumniosis plena sunt omnia, adeo ut illa quoque uentur in contemptum quæ contemnere fas non erat. Quanto rectius uertemus nos ad Christianam sinceritatem, sufferentes inuicem, & adiuuantes potius infirmos, quam opprimentes. Quibusdam hoc unice studio est, è meis decerpere lucubrationibus, si quid ad Lutheri dogmata queat detorqueri, ac peruersis artibus, etiã illa deprauant, quæ ex diametro pugnant cum illius dogmatibus: quum fuerit utilis ad Lutheranam factionem extinguendam, si decerpant quæ palam illius dogmatibus contradicunt, quorum ingens ubique turba in scriptis meis obuia est: tum ea quæ sic dicta sunt, ut anceps habent speciem, in diuersam interpretentur partem? Fortassis expedit ad quædam per incuriam elapsa conuere. Sunt quæ neglecta non lædunt, exagitata graues suscitant tragœdias. Hoc si non putatis dandum meritis meis, saltem detis causæ, quæ nunc agitur, detis autoritati uestræ senatus, detis hominum de uobis existimationi, ut si fieri non potest quin istic sedeant Beddæ, saltem fiat, ut mundus intelligat, non omnes esse Beddæ: quanquam & ipsum Beddæ lubens recipiam in amicitiam Christianam, si se conferat ad magis sobria consilia. Satis superque hactenus datum odij est, & glorijs. Quoniam igitur quæ peto, pertinent non solum ad existimationem meam, uerum etiam ad publicam ecclesiæ causam, & ad uestræ facultatis autoritatem, non committetis ut plus apud uos ualeant quorundam impotentes affectus, quam sincera bonorum & eruditorum iudicia. Quod autem peto hoc est, ut si fieri potest, res inter nos priuatis ac fraternis admonitionibus transigatur. Etenim si quid in scriptis meis inest erroris, nemo poterit efficacius mederi quam ipse, si fuero commonitus. Id si fieri non potest, ut in iudicando absint priuati affectus, sed Christiana charitas adhibeatur in consilium, uestraque autoritas Christo seruiat potius, quam hominum odij & compendij. Ne grauemini legere locum unde decerpuntur quæ Beddæ nimium articulifex defert. Ne pigeat circumspicere, ad quod tempus, ad quam personam pertineant quæ dicuntur: deinde ne sit molestum euoluere quæ respondimus, hoc est, cognoscere penitus re prius quam adatis sententiam, ne cæcum prodeat iudicium, quod uobis maiori dedecori sit futurum quam mihi. Si quid erit uere impium, habebit impietas me cum primis uindicem. Ita nec ego lædar, & causæ pietatis recte consulatur, nec uestra autoritas exponatur linguis hominum. Videtis quam rem non inuicem petam, haud periturus, si uestram contemptam autoritatem, quemadmodum faciunt isti qui fauent nouis dogmatibus. Rursum contempiturus, nisi scirem, quantum ualeat etiam inter probos improborum peruicacia. Si monarchis bene consultum uultis, consulite illis, ut omittis istis maliciosis molitionibus, conferant sese ad eam uitæ sinceritatem, qua tantum orbis fauorem promeruerunt. Nulla recitius

estis mittigabunt inuidiam, quam istis tumultibus magis exasperant. Si contemptis hominum iudicijs rem gladiatoria uigere destinant, cogitent huiusmodi consilia nec monarchis fuisse prospera. Mihi responsiunculas ad quosdam articulos, quos audio iam uestro iudicio periclitatos, quo de cæteris certius iudicetis. Eas legere non grauabimini. Mihi & libellum Supputationum, indicatis locis, quo uobis quaerendi laborem adimerem. Precor ut Dominus Iesus animis uestris inspiret ea consilia, quæ & digna sunt isto collegio sacratissimo, & reipublice Christianæ salutifera. Repetam quod initio dixeram. Si rumor uanus hæc pertulit, existimetis hæc uobis scripta non esse. Officio meo non defui: si quid orietur tumultuum, alijs imputabitur. Datum Basileæ, postridie Natalis Martini, Anno M D XXVII.

SERENISSIMO PRINCIPI FERDINANDO PANNONIÆ
Bohemiæque Regi, &c. Erasmus Roterodamus S. D.

I PRINCIPIS sic de me meriti, sic in me affecti successibus non toto pectore gratularer, Ferdinando Rex inclite, merito dicar homo hominum ingratus: rursus si illius prosperitas mihi non esset uehementer inuicanda, a cuius felicitate magna ex parte pendet totius rei Christianæ felicitas, plus quam impius haberi debeam. Quanquam enim omnis humana felicitas ab autore deo proficiscitur, tamen plerumque per bonos Principes recreat, subleuatque populum suum propitius, per malos affligit offensus. Hic igitur nihil promereor laudis, si facio quod non fecisse summum scelus sit. Hoc mihi dolet, quod celsitudini tue quid ultra uota propensamque animi uoluntatem præstare queam, non uideam, nimium hac ætate, atque hac etiam ualitudine, quæ per se onus esset intolerabile, etiam si senectutis incommodum non accederet. Certe quicquid his ingenij uirumque reliquijs præstari poterit, id constanter ad extremum usque uitæ diem præstaturus sum, opitulante deo, qui pro sua bonitate, & sine nobis Maiestatis tuæ res actionesque in Christianæ ditionis commodum & Ecclesiæ concordiam prosperare dignabitur, id quod nos uotis ardentissimis optare non desinimus. Pro fauore quem per literas amantissime scriptas defers, quanquam tu quidem hic nihil facis noui, gratiam habeo maximam. Basileæ XVIII. Cal. Augusti, Anno M D XXVII.

SERENISSIMO PRINCIPI FERDINANDO PANNONIÆ
Bohemiæque Regi, &c. Erasmus Roterodamus S. D.

RO MEA in tuam Maiestatem obseruantia, proque illius amplissimis erga me meritis, semper eam fortunam tibi precatus sum Regi decus Ferdinande, quæ quum ista tua summa nobilitate, longa Cæsarum & opulentissimorum regum serie portectâ, tum ista tua singulari pietate integritate, & bonitate. Nihil autem iudicauit tanto principi, tali in ætate prædito felicis, posse contingere, quam si ditionem suam citra sanguinis humani facturam, uel adipisceretur, uel ueretur uel proferret. Idem semper optaui Inuictissimo Cæsari Carolo, tuo germano, quæ pari te cum religione semper, ut debui, ueneratus sum. Cæterum quoniam prima illa mea uota uideo non ualuisse, certe quod erat proximam, superis res tuas prosperantibus, euenire gaudemus. Incredibile enim cepimus uoluptatem ex rumore huc nuper allato, sed multo ut certiore, ita uberiore ex amicorum literis, quæ nunciabant te, nec multa strage, nec magno sanguinis humani dispendio, Pannonorum Bohemorumque regna in ditionem tuam redegisse. Non enim mihi ualde placent Romanorum triumphis, qui uidebantur hoc esse splendidiore, quo plura hostium milia trucidata, plures exustæ ciuitates ac uici, plures orbi, orphanis, uiduæque factæ nunciabantur, denique quo maior captiuorum ac fauciorum turba ad inuidiosum spectaculum producebatur, quasi parum esset esse prostratos, nisi accederet calamitatis exprobratio. Nulla potest esse uictoria speciosior, quam quæ quantum licet, cum paucissimorum exitio coniuncta est, quæque longissime abest ab ea quam Græci Cadmeam appellant: tum ex qua uictor maiorem prudentiæ moderationisque laudem refert, quam fortitudinis aut etiam felicitatis. Non admodum plausibilis felicitas est, quæ plurimum emittitur infelicitate. Quot cladibus interdum emittitur unius oppiduli aut arcis expugnatio, ut non minus fleat uictor quam uictus? Quot mortibus consistit Græcis Troia capta, in cuius obsidione plures propemodum absumpsit pestilentia quam gladius? Tu uero

Pannoniæ regnum amplissimū pariter & opulentissimū, iam ab alio occupatū ac dissidij turbatum undiq; tuorum minimo, hostium uero non ita magno dispendio uindicasti. De C. Cæsare, ni fallor, scriptum est, Secumq; deos in prælia ducit: agnouit & ipse suam felicitatem, ueni inquit, uidi, uici. Quanto iustius hæc in te dici possunt, principem singulari pietate sanctorumq; prædictū, qui nullo penè conflictu, solo aduētū tuo, tantos Pannoniæ motus composueris, tantum regnum tibi asserueris occupatore depulso. Quid hæc uictoria plausibilis, adeo non cruenta, ut ipsis etiam hostibus gratulari liceat, quod in uictorem tam elementem, tamq; cordatum inciderint. Nec dubito quin quotquot istic sapiunt, se uictos esse gaudeant. Fit enim interdum, ut uinci sit beneficio affici. Quis non agnoscit his rebus tam feliciter gestis numen propitium præfuisse? Nam ea demum uera felicitas est, quum diuinum fauorem promeretur uictoris integritas, religio ac mansuetudo. Pollicetur hoc ipse deus optimus maximus in sacris literis, se propugnatores fore suis, qui ipsius præsidio freti, non desistant. Iustitia. Et omnia, inquit, quæcumq; faciet prosperabuntur. Magnifica sanè pollicitatio, sed ab illo profecta, qui mentiri non potest, quum possit omnia. Siquidem illius auspicijs feliciter cedunt nobis etiam illa, quæ uidentur infelicissima. Contra quum improbis quædā uidentur secundo fortunæ flatu geri, non est prosperitas, sed insidiæ potius mali genij, uelut esca pellentis in exitum. Pro tanto itaque rerum successu Ferdinande Rex inclyte, primum Deo regum summo gratias agimus, deinde tuæ pietati, tuæ prudentiæ, tuæ moderationi clementiæq; gratulamur, non dubitantes tibi ceteris in rebus parem prosperitatem polliceri, aut etiam maiorem, si tu quod futurum confido, istas animi dotes, quæ te Deo gratum faciunt, constanter retinueris: nec tibi gratulor modo, uerum etiam ipsi regno gratulor, quod perierat, nisi tu princeps non minus pius quam magnus, diuinitus datus esses, qui & pro tua bonitate uelles, & pro tua magnitudine posses tantas turbarum undas componere. Vides Ferdinande Rex, quæ regnorum moles incumbant humeris tuis, quanto maiores maneant. Vides horum temporum periculosissimos tumultus. In tanta rerum tempestate nauclero insigniter docto ac uigilante opus est, quem te nobis exhibiturum, & indoles ista, & rerum exordia promittunt. Quanto cum animi dolore uisidimus duos præcipuos orbis monarchas tot annos inter se dissidere, & interim exitiosas factiones sub Euangelij prætextu indies latius agunt radices in morem, orbem propè totum occupantes. Si quid ego prospicio in rebus humanis, hanc unam satis grauem causam arbitror quæ & principes compositis utcumque dissidijs sibi foederentur, ut iunctis consilijs & autoritate, religio Christiana sic undique conuulsa in bonum aliquem statum reponatur. Quamdiu ad hunc modum belligerantur monarchæ, ~~non potest~~ ~~populo liberum est quod libet & credere & facere, nullum uideo malorum finem. Quod unum possumus, precamur Deum ut nostris commissis, quibus hæc mala commeruimus, aliquando factus propitius, ea consilia tum monarchis, tum religionis antistitibus immittat, quæ nobis ueram pietatem cum pace concordiaq; reducat. Prolixior fui quam uel ego statueram, uel tuæ ferunt occupationes. Sed boni consulet tua mansuetudo, uehemens affectus modum nescit. Scio, solet excusari fera gratulatio, sed quum adest facultas animi protinus testificandi. Hic primus obtigit, per quem tuto quæ uellem scriberem. Inclytam Maestatem tuam, Dominus Iesus publico orbis bono semper in maius prouehat. Datum Basileæ sexto Calendas Februarij, Anno M. D. XXIX.~~

CVTBERTVS TONSTALLVS LONDINENSIS ECCLESIAE
MINISTER ERASMO ROTEROD. S. D.

ICI non potest, quanto pere sum gauisus, lectis tuis literis, præsertim his, quibus tum ad regem tum ad Legatum scriptis, his te suspicionibus liberas, quas de libello à Luthero in Regem edito, tãquam aliquid inesset tuum, hic subortas esse nonnulli tibi rettulerunt: non quod animis hominum tam alte infederat hæc suspitio, ut tuis literis fuerit reuellenda: quandoquidem sic totus liber contumelijs scatet, sic singulis pagellis Lutherianum uirus spirat, ut ex qua officina

officina prodierit, ille ipse lectus prodit. Verum ea re sum lætatus uehementer, quod ex his intellexi tibi cum Lutheranis male conuenire, teq; à Pontifice Maximo rogatum, ut congregandi cum Luthero prouinciã susciperes, iam exoratum prope in procinctu esse. Id quod omnes amici tui magnopere & expectant & cupiunt, ut cum illo Proteo, imò uerius Atheo, tandem congregiare. Cæterum ex Luthero, inquis, & Lutherianis male audiam. At non peius, quam deus ipse, quem ille maliciæ omnis autorem facit, dum liberum tollit ab hominibus arbitrium, atque omnia statis necessitatis legibus fieri prius contendit, ut liberum cuiquam non sit, si uelit bene facere: Et Christi causa iniecta probra plus tibi laudis nimirum parient, quam omnia omnium quantumuis elaborata encomia, quocirca nihil est quod eo nomine terreare. Mihi quidem uideris hoc patriæ tuæ in primis debere, quæ nisi quam primum occurratur, pestilente hac contagione, seclatius sparsura, si nemo obuiam prodit, infici periclitatur. Nemo unquam in sacris eruditus literis eorum, qui hæc uenit fuerunt, sua arate perniciosam ortam hæresim uidit, quam non impugnavit. Quo quæso nomine tuus Hieronymus celebrior habetur, quam quod hæreses sui temporis acerrime confutauit. Non illum sacri Moseos & Prophetarum libri ad Hebraicam ueritatem restituti, non multiplices commentarij magnis deludati laboribus clariorem reddiderunt, quam quod aduersus Heluidum, Iouinianum, Luciferianos, Vigilantium, Pelagianos in harenam sese dedit. Vbi maior Origenis elucet eruditio, quam contra Celsum: Vbi maior Basilij, quam contra Eunomium? Cyprianus dum cõtra Demetrianum Nouatianum & Nouatum acrius inuectus est, quantam laudē retulit? Quanta Hilario contigit Constantium impugnantis? Quæ uero Augustinus contra Pelagium, contra Iulianum, contra Arrianos, contra Manichæos, contra Gaudentium, contra Petilianum, contra Faustum, contra Fulgentium scripsit: tãto opere illius uiri sanctum ardorem exprimunt, ut nesciam, an eius uel flagrans in dei ecclesiam charitas, uel magna in sacris literis eruditio, ex ullis alijs scriptis sit dilucidior. Porro quis unquam in ecclesia paulo eruditior, post ortam nouam hæresim reticuit? Ea demum uera militia Christiana est, hæreses expugnare. An barbaros in fines nostros irrumpentes, pauillumq; abigentes prædæ persequi pulchrum putamus: hæreticos de religione atq; aris nobiscum decertantes, æquo animo ferimus? quando multo est præclarior de his quam de illis uictoria: quod his deus cõdit æternus in coelis datur triumphus, illis sumptis, breuis admodum in hac uita gloria. Te uero uel maxime mouere debet, quod quomodo ~~quomodo~~ præcipere tibi Lutheriani parant, dum in suorum numero falso te recentent. Adde quod æmuli si qui sunt, qui tuam corrodunt famam, quando non alio magis nomine tibi nocere possunt, in illam factionem te ascribunt. Quantus autem accedit stimulus? quod Adrianus summus Pontifex, & tuus conterraneus, & de grege domini tam sollicitus, tantopere te inuitat, ut eam prouinciã desumas, ad quam cum illius atque omnium iudicio uideris in primis idoneus, tum etiam non rogatus sponte nomen dare debes: cum eas hæreses suppullulare uideas, quibus tandem adultis, tota ruet ecclesia. Neq; enim una aut altera perniciosa nouitas ingeritur, sed ad ingentem uulscificarum hæresum cateruam noua accedunt arma, nempe conuicia, contumeliæ, probra, linguæ ueneno tinctæ, ut plane uideri possit uenenum aspidum sub eorū labijs ebullire. His telis ecclesiam, quam alia ratione non possunt, expugnare parant. Quæ autem ab Apostolis instituta post Christum incarnatum in Ecclesia Catholica semper obseruata sunt, istis uniuersa displicent, traditiones sanctorum patrum, ecclesiæ ritus, sacra omnia, in quorum locum quid ipsi statuere uelint, nondum inter eos conuenit. Omnes namque Christianos uiros iuxta ac sceminas ex æquo sacerdotes esse, Stoica quædam morosopha, contendunt, omnes etiam ex æquo reges: nam eò tendit libertas illa Christiana, quam nullis hominum legibus asserunt obnoxiam. Quo quid aliud, quam anarchiam parant: tametsi Germaniæ principes nondum id persentiunt. Tentatum id aliquando à Vuyclesianis in hoc regno fuit, coactumq; ab his cõiuratorū exercitum, commisso prælio, uix tandem regia potestate fufum fugatumq; annales nostri testantur. Lutherus de Abroganda missa, quam nunquam intellexit, libellum est ausus ædere. Quid tandem superest amplius: nisi si de abolendo Christo scribere destinauit: nam huc hominis insania tendere uideri potest, quandoquidem diuam uirginem ab eius sequacibus iam explosam au dimus.

Tanta ne impietas ultra sustinenda est? Per ego te Christi tot exhaustos mortali corpore labores, per illum sanguinem quem in mundi precium moribundus profudit: per illam gloriam, quam in caelis decursa hac uita expectas, te obsecro atq; obtestor Erasme, immo uero te orat atque obtestatur ecclesia, ut cum hac hydra tandem congregiare. Aude tantum: & orbis spondet tibi uictoriam. Quantum etenim tibi culpae non abs te impingi potest, si tuae patriae periclitanti, si ecclesiae collabenti quamprimum succursurus non aduolus: tantum immortalis gloriae te manebit, si abs te patriae tuae conseruata religio, si tuis lubricationibus ecclesia sustulata erit. Denique illi ipsi labores, quos in sacris literis exornandis sumpsisti, non parum te excitare debent: quando quas tu multis sudoribus expolire curasti, foedis haerelibus ab istis pollutas uides, qui non impositi sermone cupiunt ipsi uideri. Quo fit, ut nitorem in sacris literis plerisque inuisum reddant. Qua quaeso in re melius animam iam per atatem sensim deficientem ponere potes: quam dum Cerberum istum ditro latratu in omnes ecclesiasticos ordines insultantem, gladio spiritus abactum in antrum suum coges. Id quod te facturum eo magis confidunt omnes, quod ipse nuper aditro libello, expectationem iam omnium de ea re concitasti. Vale Londini Nonis Iulij, Anno M D XXIII

ERASMVVS ROT. CVTBRETO TONSTALLO EPI/
scopo Londoniensi S. D.

I STVD TAM pium studium, tam flagrantem erga Ecclesiam dei zelum non possum equidem non uehementer probare praesul cum primis obseruande: nec dubito quin istum mentis impetum iudicio susceperis: at mihi meique similibus circumspectandū est, ne quod scribit Apostolus zelum habeamus, sed non secundum scientiam, ac iuxta Parmenonis Comici dictum, metuendum ne nimium calidū hoc sit modo. Si quidem uideo quibusdam usu uenire, ut dum maiore studio quam iudicio rem gerunt, non solum una cum zizanij euellant triticū, quod Christus in Euangelio fieri uetuit, uerum etiam pro zizanij euellant triticum, dum uel prius damnant quam intelligunt, uel quod pie dictum est interpretatione deprauant: idque uideri uolunt zelum religionis, & haeresion odium, quum haec praecipua sit pestis & pietatis & concordiae. Sic qui uehementer amant quempiam, nihil in eo non laudant: cui uehementer oderunt, nihil non damnant.

Fateor esse ue-
rissimum, quod tu non minus eloquenter quam erudite differis, praeficos Ecclesiae proce-
res nusquam magis declarasse, quid ingenio, doctrina, facundiaque ualuerint, quam in con-
fictibus aduersus haereticos, nec aliunde plus uerae laudis retulisse: & huc me prouocas
splendidis sane exemplis, Origenis, Basilij, Cypriani, Hieronymi, Augustini: uerum ubi
me cum his confero, me miserum, protinus, ut Homerice dicam *παρὰ τοῖς ἡρώεσσιν ἐβύμην*.
Vtinam eas uires quas mihi sermone tribuunt multi, re itidem dare possint. Hoc unum
polliceor, me pro mea qualicumque portione non defuturum Ecclesiae negotio. Vtinam
de exitu rei tua te fallat diuinitio, mihi non admodum sagaci iam dudum idē subolet: quod
si eueniat, uereor ne pro excusis pontificibus episcopis & principibus, sordidos quosdam
dominos recipiamus multo illis inclementiores. Nam *ἀρχιεραὶ* iam pridem mussant ij
quos anabaptistas uocant: aluntur & alia dogmatū monstra, quae si proruperint efficiunt,
ut Lutherus propemodum orthodoxus uideri possit. Mussatur & illud, baptismum nec
in adultis nec in paruulis esse necessarium. Quod si persuaserint, id quod moluntur qui-
dam, in Eucharistia nihil esse nisi panem & uinum, nō uideo quid nobis reliquum faciant
de sacramētis ecclesiasticis. Extitit aliud infantiae genus, Prophetae uolunt uideri, sed riden-
tur ab omnibus. Nulla quidem adhuc exorta est secta, quae de Christo praedicet impiet:
multis tamen hic opinionū tumultus addidit animos, ut ausint non solum de Christi diui-
na natura blasphemata loqui, uerum etiam de scripturae totius auctoritate dubitare. Ita fit,
quoties

quoties semel effractis repagulis sese in licentiae campū effudit hominū temeritas, nullum
facit insaniendi finem, donec omnia seculi inuoluat exitio. Illis, ut uerissime scribis, omnia
displicent, sed quidam e diuerso omnia mordicus retinent, nec ea quidem mutari uolent/
tes quae perperam irrepserunt in Ecclesiam, & unde sceter praecipua Christiani populi cor-
ruptela. Quumque dicimus illis, uehementer iniquum esse, ob hominū uicia conuelleret quae
recta sunt, respondere solent, ut sunt linguaces, eos quorum arbitrio gubernatur ecclesia,
nec dei timore, nec scripturarū admonitu, nec principū auctoritate, tot iam seculis haec
nec corrigi potuisse, nec aliam esse uiam excidendi, nisi perturbatis omnibus. Vtraque pars
ad se trahit funiculum contentions. Malum hoc immedicabile reddidit principum perti-
nax discordia, quod ita uelim radicitus extirpare, ne ad tempus repressum, paulo post ma-
iore exitio rebullat. Restituenda Ecclesia formis nobis depingit liber Eldra. Bona spes
esset, si dominus nobis talem principē mittere dignaretur, qualis fuit Eldras, talem postu-
cem, qualis fuit Iosue, talem Prophetam, qualis fuit Aggeus, talē populum, ut dum recla-
mat impijs dogmatibus, correcta mala uita, bonis operibus aedificet ciuitatem ac domum
deificam enim legimus, una manu faciebat opus, & altera tenebat gladium. Aedificantium
enim unusquisque gladio erat accinctus renes, & uisilebant, & clangebāt buccina
~~... ut afflatu spiritus experti-
fentur orbis primates. In domino confido, qui non trahitur in perpetuum: & nunc merito
cum psalmographo dicere possumus, Reppulisti nos, & destruxisti nos: utinam liceat &
illud accinere, Iratus es & misertus es nobis: illud certe licet, Comouisti terram, & contur-
basti eam, sana contritiones eius quoniam mora est. Sed nā ego insigniter impudens, qui
haec ad te. Dominus pietatem tuā sospitet ac prosperet in aeuum praesul ornatissime. Dat.
cum Basileae, Anno X D XXV~~

ERASMVVS ROT. QVIRINO TALESIO SVO S.

VRAVIMVS ut has literas reperires apud Marcum Laurinū ex Anglia
reuerfus, in qua non dubito, quin ea fide, studio, curaque rem gesseris, ut & tui
similis fueris Quirine charissime, & mea de te fiducia responderis. Fallere
praepitorem turpe est, sed turpius fallere amicum fidentem. Scis ut tibi ni-
hil unquam apud me, nec oclusum fuerit, nec ob signatum, ne earum qui-
dem rerum, quas alij non unis clauibus a famulorum, imo non a famulorum tantum, ue-
rum etiam a filiorum oculis submouent. Facile coniecto te diutius haesisse apud Britan-
nos, noui quam ubique contator sit Montioius meus, non tantum in similibus negocijs,
& quam aegre dimittat clientem summus ille purpuratus. *οὐδὲ ἴδιθι θεομαχέει*. Verum eam
moram fac ut nunc celeritate sarcias, nisi si quid extiterit nouae rei quod te remoretur in
Flandria. Iam dudum enim & mea studia, & domus in te inclinata recumbens, desiderant
tuam praesentiam. Ne tamen usque adeo properes ad nos, ut non amanter simul, ac dili-
genter salutes amicorum meorum uetustissimum Antonium Clauam, candidissimū Gu-
lielmum a Vala, fortissimum patronum Iacobum a Prato, quem tamen ut opinor apud
Anglos reperisti. Paucioribus enim scripsi, partim quod nihil rerum mearum te latet,
partim quod considerem te mihi apud amicos epistolae quamlibet loquacis loco futu-
rum. Hollandiam interea non secus, ac littus Sirenum fugito. Difficile est lotum semel
gustatam relinquere. De pensione Curtracensi diligenter explora rem omnem, & quod-
cunque consilium tibi tempus & occasio suggererit, sequitor. Negocij summam tuae
fidei prudentiaque permitto. Illud caue ne praeter uaticum necessarium, quicquam pecu-
niam, aut anulorum deferas per uiam, sed quo tutius ad nos redeas, deponito tuas quoque,
si quas habebis pecunias, apud eos quos designauit, nisi forte mihi quoque diffidis. Nō sum
Trapezita, recipies a nobis summam integram minimeque arrosum solita fide, tibi que iam se-
penumero perspecta. Bene uale. Datum Basileae quarto Idus Martias, Anno 1528

ERASMVVS ROT. IACOBO SADOLETO EPISC.
Carpentoractensi S. D.

Q VANTA S calamitates haec rerum humanarum fatalis tempestas secum
defert

desert, ornatisime praesul. Quid deplorabimus, aut quem consolabimur? Quam orbis partem immunē ab hac procella uidere licet? Aut quis est honorū, qui non ipse pariter egeat consolatore? Vidimus Romā crudelius captā quam olim fuerit à Gallis, aut post à Gortis. Vidimus Ecclesiae principem Clementē inclementissime tractatū, & adhuc uidemus duos potentissimos orbis monarchas odijs immedicabilibus inter se disidere, & si uerus est rumor, inuicem ad monomachia prouocare. In tanto rerū fragore, male metuebamus tibi, & Bembo, in quibus praecipue, ac pene solis mihi uidetur praescus ille candor, & erudita pietas illibata superesse. Vtriusq; dotes eximias semper amaui. Tuas enim non solum ex amicorū praedicatione, tuisq; ad nos literis cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere. At Bembum impensius tum amare, tum mirari coepi, posteaquam eas legi literas, quas Longolius uestrae quondam benignitatis alumnus, euulgandas curauit. Videbam quantopere referret & studiorum & Christianae religionis, tales animas incolumes esse ex hoc incendio. Ac de Petro Bembo nondum posuimus sollicitudinē, incerti quid agat. Tibi uero maiorem in modum gratulamur, quem nunc non alio quod non tibi modo, sed optimis etiam studijs ac pietati Christianae propitium, immuniti procellae subduxerit, atq; utinam totum subduxisset. Magnam tui partem audio perisse, uelidelicet bibliothecam utriusq; linguae monumentis exquisitissimis opulētā. Domi coniecturam facio, quam tibi grauis acciderit, praesertim irreparabilis. O barbarorum inauditam. Quae fuit unquam tanta Scytharum, Quadorum, Vandalorū, Hunnorum, Gotorū inmanitas, ut non contenta quicquid erat opum diripere, in libros rem sacratissimam saeuiret incendio? Atq; hic non tam amici uicem dolemus quam nostram. Nobis enim ac studiosis omnibus ereptum esse ducimus, quicquid tibi periit. Quemadmodum urbis Romae calamitas, omnium nationū calamitas fuit, quippe quae non solum arx erat Christianae religionis, & ingeniorum alitrix, ac musarū ut ita dicam tranquillissimū domicilium, uerum etiam omnium gentium cōmunis mater. Quem enim illa ciuitas quāuis in alto mundo natum, non placido gremio excipiebat, fouebat, educabat? Quis illic licet ab extremo orbis angulo profectus sibi uidebatur hospes? Imò quā multis illa patria sua fuit charior, dulcior, atq; etiam felicior? Aut quod ingenium tam effertū fuit, quod illa sua consuetudine non mitius ac mansuetius nobis remiserit? Aut quis illic aliquandiu uixit, qui non inuitus discesserit, qui non eius repetendae datam occasione liberem amplexus sit, non datam captauerit. Nimirum orbis hoc excidium erat uerius quam urbis. Tot opinionū disidijs labefacta nutat Christiana religio, Bellonae furor nusquam abest, & in tanto tumultuum fremitu, Musae liberalesq; disciplinae, aut profus tacent frigentq; aut contritae silent. Et perinde quasi parum sit hic calamitatis, adiungunt sese pestilentia, bulimia, & rerum omnium caritas. Nec in his rerum fluctibus, ullus bonae spei portus aperit sese, Coelum undiq; & undique pontus. Quanquā arbitror futuram, ut Ecclesiae princeps Clemens in tam saeva tempestate fortem & egregium nauclerum praestet. Requirit hoc malum insignem medicum, quem in illo nobis etiam Medicis cognomen pollicerā uidetur, requirunt hi monarcharum animi, magnum aliquem consultorem, qui illos nimium exacerbatos ad clementia reuocet. Et hic aridet nobis laetum omen Clementis septimi, cuius pietati non dubito, quin ad futura sint numinis praesidia, si modo populus Christianus agnoscens Dei manum ad uitae correctionem inuitantis, sua scelera cōfiteus non ficto peccore confugerit ad illius misericordiam. Alio qui uerendum est ne nobis eueniat, quod euenit Aegyptijs, quos remedijs tam multis, tamq; grauibus insanabiles tandem unda maris absorbit. Hac Euangelica febris, sic enim appellare libet, magna ex parte remittit sese, bonamq; spem rediturae sanitatis praebet. Nam quae nunc prodit Lutherus eius ferē generis sunt, ut uideatur *πικρὸν δὲ*, adeoq; non placet suis discipulis, ut eum, si Deo placet, appellent haeticum, affirmantes illum Euangelico spiritu destitutum, humano spiritu delirare. Nec pauci ciues, imò ciuitates resipiscunt. At uereor ne per quosdam recrudescat morbus. Per quos inquires? Per eosdem quorū sinistris consilijs, & uesanis clamoribus, malū hoc & ortū est, & hucusq; progressum. Victoriā autem Christo debitam ad se rapere molitur, nec satis magnificū triumphum existimant, nisi non solum haereses prostratas uideant, sed & bonas literas proculcarint. Siquidem harum cultores aliquanto

aliquanto uehementius impetunt, quam ipsos haesiarchas. Sed aduersus horum insolentiam, confido summi pontificis, episcoporum ac principum aequitatem bonis ac doctis uiris auxilio futuram. Bene uale. Basileae, Anno M D XXVIII

IACOBVS SADOLETVS EPISC. CARPENT. ERASMO ROT. S.

A CCEPI literas tuas Basilea Calendis Octobris datas, in quibus erat manu tua adscriptum, alteras te eodem exemplo ante dedisse, quas non acceperam: sed & haec tardius huc allatae sunt, medio enim Nouēbris mense mihi sunt reditae. ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ Quod enim tantam de salute mea curam sumpseris, atq; usq; eo fueris sollicitus, quoad habueris certum quid de me factum esset, meq; in meis locis constitisse cognoueris, amici nimirum animi & egregie beneuoli, haec magna est significatio: in qua ne uiam mihi Erasme si tibi concedo, ut in amando sis superior. ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ Huic uero tuo tanto in me ipsum amori, & si animo sim par, uerbis tamen & literis satisfacere non queo: ita uide cupio exprimere, q̄s me ista deuinciant: in quo mihi stilus & oratio non superbit, quod tu pro tua prudentia melius omnino concipies: sane quod ad me attinet, diuino admirabili beneficio salus tuam mihi & incolumitas fuit quaesita, cum uiginti diebus ipsis antequam horribilis illa clades urbi Romae incideret, ex urbe sum elapsus itineris ad meam Ecclesiam faciendi causa, quod proficisci, & in ea residere quod uix reliquum esset, relictae ceteris rebus omnibus iam ante Deo me obstrinxeram: quam bonam in me uoluntatem arbitror unam tunc idoneam iudicetam, propter quam salus mihi à deo esset: nam mea quidem reliqua eiusmodi sunt, ut mihi misericordia Dei magis quam iustitia sit confidendum: sed quo ego minus meritus sum, hoc summi eiusdem dei clemētia & benignitati maior à me debetur gratia. Meas quidem fortunas omnes illa acerba direptione amisi, ipsam etiam bibliothecam, quam ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ unquam sensu in meis damnis detrimentum, quod & tu graue uoluntas, & ego agnosco, sed tamen omnia in bona uiam accipienda sunt. De Bembo meo nihil est quod labores. Is uiuo etiā tum Leone, morbo quodam compulsus caeli mutandi causa contulit se Patanium, ibidemq; confedit, & nunc quoq; commoratur totus in literis & studijs intentus, omnemq; habens cum Musis rationem, quem ego arbitror pangere profectio aliquid, quod laudi ipsi atq; famae, alijs non mediocri utilitati sit futurum. Urbis Romae casum non alterius arbitror eloquentia ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ satis digne posse deplorari: incredibile est quantum calamitatis & damni in illius urbis ruina omni humano generi inuectum sit: in qua & si uitia quoque nonnulla in erant, maximam tamen multo partem dominabatur uirtus, domicilium certe humanitatis hospitalitatis omninq; prudentiae & sapientiae semper ciuitas illa fuit: cuius excidium si qui laetati sunt, ij non homines, sed ferē potius immanes sunt existimandi, quanquam hoc paucis usu arbitror contigisse, ut aut non doluerint nobilissimae omnium, & multo praestantissimae ciuitatis interitum, aut si furore quodam usq; eo perbacchati sunt, ut hoc illi exitium optauerint & calamitatem, nunc saturatis odijs non aliqua sui furoris poenitentia & uicissitudine rerum humanarum moueantur. Sed de his uiderit deus, quos tu quod scribis resipiscere iam uideri, cupio equidem ut ita sit, idq; precari deum non desinā: non enim illos, qui in pio reuerri ad sanitatem. Sed tamen deus uiderit. Ego quod te habeo ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ non solum locum huius doloris, quem ex indignissimo casu principis terrarum Urbis Bembo accepimus, neq; parum me consolor. ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ Quod utinam pacis & concordiae cōmunis aliqua ratio duceretur, aliquando esset quod melius nos consolari & recte sperare de omni Repub. possemus. Nunc & tu ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ scribis, & ego intelligo, omni hac spe, nisi deo aliter statutum sit, penitus sublata, nihil neque bonis literis, neque ~~Quae tibi ad nos litteras cognoui, uerum etiam ex absolutissimo libello quem nunc ubiq; uix credibili studio complectuntur omnes, quibus cordi est bonam mentem cum bonis literis coniungere.~~ pietatis esse loci relictum. Nec tamen propterea deficere animo, neque defatigari debemus, quin cuncti qui artibus optimis imbuti

malis. Quis tibi erroneus consultor esse uidebor, amabo te erroris mei rationem ut expli-
ces: Quanq̄ enim auctoritati tuę cedere nulla nõ in re, nullo nõ in loco sum paratus, tamen
in ea causa, in qua minus apud me affectus, q̄ apud te ualere potest, rectius arbitror ra-
tione abs te, quam auctoritate superari. Cõfido tamen omnino accessurũ te sententię meę,
effecturumq̄; ut neq; me cõsilię datę neq; te acceptę pœniteat. Quod ad edictum, cuius po-
strema epistola tua meminit, pertinet, quidnam ego aliud dicere hęc possim, nisi quod edi-
cto cautum esse hostes tui uoluerę, scripta tua senilia esse, nõ puerilia, posteaquam pueros
solos ab illorũ lectiõne summouēdos sanxere. sed extra iocum, quanquã iocus hęc nõ est,
miseret me profecto scriptorũ seculi huius, quibus haud satis esse uideo ad arcendũ existi-
mationis, nonnunquã & capitis periculũ, quod sani ad scribendũ accesserint, nisi & sanos
ubiq; lectores nacti fuerint: plane enim aliena del malignitatis, uel delirationis, uel utri-
usq; potius pœnas luunt. Huius indignitatis recordatio in animũ meum identidẽ influēs,
facit Erasme ~~ut qui alioqui assiduus meditator, si qua me quoq; possim tollere~~
humo, animo tamen nonnunquã despondeã, mihiq; reliqua uita ad Harpocratẽ relega-
to silentiũ indicere perpetuũ proponã. Sed de hoc plura alia. Perturbat me magnopere
aduersa tua ualetudo; ~~incommodum est, ut tam cito in ualiditate meam~~
~~itaq; oro te, & obtestor, ut tum animi meę perturbationi crebris~~
literis consulas, tum ualetudini curandę diligentissime, atq; accuratissime inferuias. Erit
tam hoc studiois omnib; fructuosum, quam animo meo iucundũ. Sed iam finẽ facio, ne
epistolę modũ, quem iam supergressus sum, supra modũ excedã. Tu uero nisi breuissimas
expectes. Ex hortis nostris Gentiliacis, ij. Id. Aug. Anno M. D. xxviii

ERASMVVS ROT. GERMANO BRIXIO S. D.

DMONVERAS pridem ornatissime Brixii, Ciceronianum æditum mihi
nonnullam istic inuidiã conffasse, quod ego facile augurabar fore, sed duntaxat
apud eos qui tali superstitione tenerentur, qualem affingo Nosopono,

A sub unius persona mederi studēs omnibus. At nihil minus expectabã, quam
ut ex eruditorum numero quisquam existeret, qui cõferet libellum ad publi-
cam studiorũ utilitatem elaboratum, Hipponacteis epigramatis lapidandum: quod istic
fieri significant amici ne utiquã leues, & in gustum miserunt tria quatuorue, non minus
iniqua quam indocta, nec tacuerunt qui nam essent illorũ autores. Frequenter deplorare
soleo pietatem Christianam tam miseranda dissidiorum lue nusquam gentium non peri-
clitari. Sed uereor ne similis lues inuadat politiora studia, quæ iam pridem multis regionib;
sat feliciter effloruerunt, quanquam non alibi felicius quam in uestra Gallia. Nam
apud Italos bellorum tumultibus conterritæ musæ silent frigentq;. Ego uero tamen si na-
tura plurimum absum ab istorum ingenio, qui sic additi sunt huic aut illi nationi, ut cate-
ras propemodum oderint, tamen si in ullam nationem animo propensiore sui, semper in
Galliam sui: cuius rei testes esse possunt, quum hi qui mecum familiariter uixerunt, tum
meæ lucubrationes, in quibus libet̄ immoror Gallicę gentis encomijs, nominatim au-
tem Panegyricus quo principi Philippo ex Hispanijs reduci gratulor. Quo magis etiam
me discruciat hoc fatale dissidium, quod duos orbis potentissimos monarchas tam diu di-
rimit. Quoniam autem uidebam apud Germanos, aut extingui prorsus, aut misere frige-
re liberalium disciplinarum studia, apud Italos inter armorum crepitus non audere ca-
put exerere, gaudebam certe apud uos Musis esse sedem tranquillam & amœnam. At
plurimum referebat, ut inter eos qui literas humaniores propugnant, esset studiorum &
animorum consensus: quod ex epistola tua ab hostibus literarum, perditum
uidemus miro syncretismo, iunctisq; phalagibus aduersus hæc studia dimicare. Nec hic
ad calculum uenire oportuit, sub quo quis celo natus esset. Ciues inter se sunt ac symmy-
stæ, quicunque studijs istis inuati sunt. Nunc quorsum attinebat ex causa tam friuola,
tam seriã excitare tragediam, & his qui non minus male uolunt nobis omnibus, quam
ipsis studijs, hoc longe gratissimũ ædere spectaculum, quo magis ac magis accedantur
ad id quod ultro nimium agunt strenue? Oleum, inquit, camino. Sed dedisti, inquit,
causam. Quam obsecro causam? Nisi plane uolumus nobis ipsi oculos obtegere, quod
aliud

aliud agit ille libellus, quam ut supersticiosam, anxiam, ineptam, & imperfectam Ciceronis
amulationẽ traducat, atq; ad ueram eius auctoris imitationem prouocet? Quis hoc do-
ctus, quis sanus nõ probet? Quid autem ad ueram eruditionẽ inutilius, quam si iuuentus
contemptis omnibus quã Ciceronis phrasi discrepant uni sit addicta, cuius tamen nihil
effingere conetur, nisi quod in illo minime est momẽti? Morbus hic primũ ex Italia duxit
originem, nec ulli maiores ibi tumultus concitarunt, q̄ qui minimum habebant Ciceronis.
Nec paucos nostratum ea lues afflare cœperat, præsertim illos qui nobis ex Italia re-
dierunt. Id quoniam perspiciebam uehementer inutile, uel eruditioni solida uel Christia-
næ facundię, paucorum dierum opella mihi sumpta est, ut eam superstitionem ab animis
iuuenum depellerem, ab hoc ipso quod affectatur submouentem, dum & tot autores le-
ctiõne dignos fastidiunt, nec cum quem unũ sibi proponunt assequuntur. Nec enim tam
sum cæcus, ut non uideam M. Tullium sic eloquentiã principem esse, ut ceteri quamli-
bet per se facundi, ad hunc compositi uelut obmutescere uideantur. Proinde non uideo
quir illos offendat argumentum, ad quod suscipiendũ literis hortatus sum Gulielmum
Budaum, & ille significat sibi in animo esse, per occasionem hoc genus hominum acci-
pere. Quod si huic nõ displicuit argumentum qd est quod fremũt isti, qui Budęi ualde stu-
diosi uideri uolũt? At fortassis nõ offendit argumentum, sed tractandi ratio, quoniam prope-
modum oēs submouet Nosoponus ab honore Tulliani cognominis: At qui reputare de-
bebant, illic Nosoponum loqui non Erasimum, quanquã ne Bulephori quidem simplex
est oratio, quippe qui se fingit eodem teneri morbo, ut alteri medeatur, eoq; patitur proba-
tissimis quibusq; scriptoribus hoc honoris negari, ne Nosoponus prorsus animũ despon-
deat, si minus quod ambit assequatur. Itaque non illic suggillantur qui negantur esse Tul-
liani, præsertim ad regulam æstimationemq; Nosoponi: quin potius illud erat proposi-
tum, ut persuaderem fuisse multos ea doctrina facundięq; præditos, ut si nõ similibus, cer-
te paribus dotibus cum Tullio certare possent, qui tamen ab illa Ciceronianæ phraseos
cute bracteaq;, quam unam affectant quidam, longissime absint. Adeo uero mihi non fuit
animus ullius nomen perstringere, ut quanquam induco personam parum integri iudi-
cij, tamen hic a decoro non nihil deflexerim, neminem recensens, cui non suam laudem tri-
buerim, sanè quantum in transcurso ~~ubi qd in epistola licuit~~. Nec enim illic susceperam cen-
suras, aut encomia scriptorum omnium. Sufficiebant ad id quod agebam exempla de-
cem. Sed a quibusdam arbitrabar me initurum gratiam commemorati nominis, & sunt
qui gratias egerunt: tum existimabam eam iudiciorum uarietatem non inutilem fore iu-
uentibus, eruditiã facundiã candidatis, quod ipse prioribus ad me literis sentire uisus es.
Sed indigne serunt quidam parum honorifice tractatũ ibi Budaum. Qui sic? An quia
Nosoponus nondum a superstitione liber, submouet illum ab albo Ciceronianorũ? Hoc
ipse Budeus ingenue fatetur, qui nec affectat hoc quod requirit Nosoponus, atq; damnat
etiam quod unum ille miratur. Nec ideo quisquam submouetur ab eruditorum aut elo-
quentium ordine, quandoquidem in eodem dialogo doceo, fieri posse, ut existat aliquis
Cicerone tum eruditior, tum etiam eloquentior, qui tamẽ illi in dicendi caractere sit dis-
similimus. Vbi nam igitur est hic illa in Budaũ contumelia? Faciant illum M. Tullio do-
ctiorẽ, nõ arcetur ab hac laude, faciãt illum facundiorẽ, nihil obstat elogiũ Nosoponi. At
paucis attingo laudes illius. Non enim patiebatur copiam argumenti suscepti ratio, ue-
rum in Annotationib; noui testamenti, in Adagijs non raro quæsitus est campus in illius
laudes expatiandi, si minus id factum est in epistolis: nisi forsitan hoc quoq; contumeliam
esse ducunt in Budaum, quod ab Erasmo laudatur, quum frequenter, tum in argumentis
serijs, atq; haud scio, an seculis aliquor auctori suo superfuturis, Vtuncq; de hoc iudicant,
certe a me honoris gratia factum est. Quanquam non eram nescius, nec illius modestiam
desiderare mei calami testimonium, nec illius gloriam egere nostra commendatione,
quippe qui domi habeat, unde semet orbi charum clarumq; reddat, etiam si nondũ esset,
ut est, celeberrimus. Sed hoc tum existimabam studiorum interesse, ac ut ingenue dicam,
mea quoq; non nihil. Tantum enim semper Budaũ tribui, ut illius amicitiam mihi cum
primis honorificam duxerim, eiusq; uiri mētiõne ueluti gemmis additis putarim aliquid
dignitatis accedere libris meis. Quin & eas laudes quas tu illi in epistola tua cumulatisi-
me tribuis, magna cum animi uoluptate legi, gaudens apud uos saltem haberi honorem

egregijs meritis debitum, ac utrum de doctissimis studijs et haecenus optime meritum, & indices melius ac melius merentem pro numine coli. Hunc animum quum constanter erga Budæum gesserim, & adhuc geram, quid est quod isti liuoris & odij suspensiones fingunt? Verum illud prædicant crimen esse nulla purgatione diluendum, quod Budæum cum Badio contulerim. Primum illic non iugatim commemorantur eruditorum nomina, quem admodum Quintilianus Græcos cum Latinis committit, sed iuxta regiones. Budæus autem & Badius fors simul occurrebant, quoniam uterq; Gallus, uterq; uiuit Lutetia. Nisi forsitan hoc quoq; putant non ferendum, si in eodem catalogo recensentur Budæus & Badius. Hoc qui sentiunt, longe dissentiunt ab animo Budæi, nisi prorsus totam illius naturam ignoro. Sed confers, inquit, alterum alteri, formicæ camelum. Imò Nosoponus, inquam, confert non ego. Sed age nihil mihi patrocinetur persona causatio, quod ad hunc sane locum attinet, scripserit hoc Erasmus & scripserit ex animi sui sententia, num ullo uerbo læsa est Budæi existimatio? Confero, sed qua tandem in re? Num in maiorum imaginibus, num in opibus, num in dignitate, num in eruditione, aut eloquentia? Nequaquam. Tantum in cute bracteaq; Ciceroniana phraeos, quam ingenue negligit Budæus, & ibi ex professo negligendam doceo, & à summis probatissimisque scriptoribus neglectam fuisse demonstro: nec aliter cõfero Budæum cum Badio, quàm Leonardum Aretinum conuulsi cum Quintiliano, Philephum cum Plinio. Sed anteponis, inquit, propemodum Badium. Nimirum in eo præfero in quo præferendus est, in quo quamlibet præfatus nihil officit gloriæ Budæicæ. Siquidem hoc illic agitur, celeberrimos quosque scriptores fuisse Ciceroni dissimiles. Proinde quo magis antecellit eruditione facundiaq; Budæus, quoque longiore interuallo à tergo relinquitur Badius, hoc exemplum est apertius ad id quod illic molior. Demiror istic esse doctos qui hæc non uideant, & si uident, magis etiam demiror esse qui uociferentur, qui maledicis uersiculis rem dignam existimant. Postremo, ne quis improbus arriperet ansam calumniandi, de collatione dispari, subiicio, quamquam Gulielmus Budæus alijs multis eximijisq; dotibus suspiciendus est. Quod hic uerbum, quod non habeat emphasim eminentiæ? Tribuo illi multas dotes, non hoc satis erat animo meo, addo eximias, nec dixi, præditus est, sed suspiciendus est, non iam illum Badio tantum præferens, sed uniuersis penè scriptoribus anteponens: neq; enim paulo subtilior est omnibus, quem suspiciunt omnes. Hæc cum sint meridiano sole clara, quæ nam ista iudiciorum cæcitas, ut quum ego tam honorifice tractarim Budæum, non aliter fremant, quàm si in faciem illius expuissem? Dicor, si Musis placet, laceßere uiuos & mortuos, quum illic neminem præterierim illaudatum, præter unum me. Atque adeo is ipse qui fertur huiusmodi uersiculis ludere, satis honorifice commemoratur in eo dialogo, nec utquam alibi nomen illius attingo, sine honoris præfatione. Alius succinit, plus fauet ille parti. Hoc dictum mihi profecto nequaquam contumeliosum esse duco, sed haud scio an Badius æquo animo laturus sit Erasmus ipsi æuari. Alijs liberum erit, de Badio iudicare quod uolunt, ego semper illum habui in eorum numero, quorum nec eruditionem, nec ingenium, nec eloquentiam possis contemnere, tamen non dissimulo illum longe maiorem fuisse futurum, si fortuna benignior ocium ac tranquillitatem studiorum suppeditasset. Verum hæc mihi dicuntur extra causam. Mea collatio ut Budæo est honorifica, ita nihil detrahit Badio. Et ubi sunt hic argumenta, Budæi laudibus inuidenti? An liuor impulsit me, ut in lucubrationibus meis, nec ludicris, & ut spero uicturis, toties tam amanter tam honorifice de illo prædicem, quàm haud scio an quisquam alius, etiam Gallus? Ita ne istic uocor in inuidiam æmulationis, quum Romæ grauem sustinuerim inuidiam quod in epistolis meis illum Italis etiam prætulerim? Ego mihi Germane talibus uiris, bonas literas nõ solum prouehentibus industria sua, uerum etiam dignitate sua ornantibus, gratulari soleo non inuidere. Nec arbitror ingenium meum ab ullo uitio alienius quàm ab inuidentiâ. Quis unquam sensit mihi motum stomachum, quod quamlibet etiam gregarijs postponeret? Utinam à cæteris omnibus uitijs æque purus sim. Sumus olim inter nos epistolis uelitati, dictionis exercendæ gratia, erat illum propensior in Iacobum Fabrum, uerum hæc conflictatiuncula nostram amicitiam confirmauit uerius quàm diremit. Post dicebatur nescio quid stomachi in me cõcepisse, quod in scriptis meis alicubi uidear attingere Gallos. Locus unus est in Colloquijs, ubi

quidam

quidam pollicetur sese cõmonstraturum unde posset quatum uellet nummorum petere, siue cuperet aureos siue mallet argenteos, & auidam alterius expectatione sefellit: respondens ex asse Budæi. Quid hoc loco possit esse magis innoxium? Aut quid hinc aliud admonetur lector, nisi Budæum diligenter scripisse de asse? An mihi merito successeat Lazarus Bayus, si quis in colloquijs ita loquitur in hominẽ pannosum, ut polliceatur se cõmonstraturum unde possit gratis quodcunq; uellet uestium genus sumere, & auenti scire unde, re sponderet ex uestiario Bayi? Tantum religionis uitæ arcanis defertur literis. Cætera quæ ferè sunt huius generis non repetam, ne fiat prolixior, præsertim quum hac de re per literas Budæo satisfecerim. An non licebit in quenquã Gallum aliquid sub quacunq; persona uel loco dicere, nisi tota Gallia me reum agat læsæ maiestatis? Quor igitur nationes mihi succensebunt, quarum mores notantur in prouerbijs? Sed quàm hic animũ habuerim syncerum, hinc perpendito. Nunquã crediturus eram Budæum hoc nomine subratum esse, nisi ipse literis ad me daret, pro sua ingenuitate stomachũ suum esset cõfessus, sed quẽ facile uidebatur posuisse. Nec arbitror ullas mortalium amicitias esse tam felices, ut non incidant aliquoties huiusmodi nubeculae. Atqui tales offensiunculae frequenter amoris integritatio est. Deniq; post æditum Ciceronianũ, literis amicorum admonitus sum, ut apologia quapiam ad Budæum scripta, placarem illius animum, si quid forte concepisset offensionis, ad quod tuæ quoq; literæ me uidentur adhortari. Sed nõ occurrebat quid scriberem aut cui scriberem. Nam de Budæi probitate prudentiaq; persuasionem habebam eiusmodi, ut citius sperarim ab illo gratiam eius cõmemorationis, quàm offensam me timebam. Cuius animi magnitudinem simul & humanitatem, quã tu uere prædicas, ita mihi uidebar habere perspectam, ut etiã si quid excidisset mihi minus circumspicte dictum, putarem aut neglecturum, aut in bonã partem interpretaturũ. Itaq; quum mihi animus esset erga illum qui debet esse erga ueterem amicũ, & in re literaria coryphæum, & locus a deo nihil haberet *uile*, ut paucis uerbis, plurimum illi laudis tribuerim, qui poterã inducere re animum, ut crederem indignari Budæum? Scripsissem ad amicorum illius quempiam? Quemcunq; delegissem, carbone notassem illius iudicium uel de me, uel de Budæo, uel de utroq; De me quasi sim tam petulã, ut talem uirum, quem studiorum nomine nõ possum non amare, etiã si mihi cum illo nulla intercederet amicitia: dicam amplius sed æque uerum, etiã si de me parum honorifice tum sentiret tum loqueretur, nulla laceßit in iuriã stilo peterem. De Budæo, qui tam morosum existimari, ut pro candido officio reponeret indignationẽ. De utroq; qui uel me tam ignarum mei putari, ut cum eo uero de gloria eruditionis contendere sustineam, quem semper extra huius ætatis aleã positum, cum præcis illis heroibus soleam componere: uel Budæum tam humilis animi, ut mei similem sit uel conflictu dignaturus. Nec adhuc mihi quisquã persuasurus est, Budæum pilominus amicũ esse q̃ solet, nisi stomachũ suis literis profiteatur, quod illum faciurum non arbitror. Iam qui tam ineptis uersiculis nugantur, utrius quæso existimationem magis lædunt? Me an Budæi? Me quidem ipse locus absoluit, itaq; si quid hic est reprehensionis, in Budæum recidit, quem uocant in suspensionem, uel quod nulla de causa successeat amico, uel quod amicis tam ineptis delectetur, nisi forte hæc ludũt illo inscio. Tibi iustior erat Erasmo succensendi causa mihi Brixii, quem multo frigidius recenseo quàm Budæum, & tamen abs te nihil omnino metui, iam pridem habens perspectam, & iudicij tui rectitudinem & ingenij suauitatem. Quantum autem absunt à gratijs & musis, qui te conati sunt dicere atrocibus in me concitare, quẽ concitatum placare debuerant? Quid moribus tam inhumanis cum literis humanitatis? Hortaris tu quidem & prudenter & amanter, ut hic succurrat existimationi meæ. Valeat ualeat omnis existimatio, si hæc animorũ lues inua sit melioris literaturæ cultores. Quo colore tractabo hoc argumentum, ut non lædam existimationem eorum, qui sic fremunt de re nihili? Contuli Budæum cum Badio. Quid si Budæi lagenam cum Badij lagena contulisset, clamarent læsam Budæici nominis maiestatem? Neque enim hæc collatio magis Budæi gloriam lædit, quàm si lagenam lagenæ comparassem. Restat etiam illud, si superis placet, ut me purgem, ne uidear inuidere Budæo. Quasi tot locis operum meorum insperfa nominis illius honorifica commemoratio non satis declaret quàm illi inuideam. Inuidemus ijs quos speramus nos assequi posse. Budæum tot studijs præcurrentem, suspicere mirariq; soleo uerius quàm æmulari.

Bbb 3 Nam

Nam quod tuus candor Budæum & Erasum pares facit, hoc me prædicans esse Germaniæ, quod Budæus est suæ Galliæ, eleganter id quidem & satis rhetorice, sed in re nihilo leuius peccas, quàm si ego simpliciter Budæum cum Badio contuliffem. Magis enim impares sumus quàm dissimiles, Erasmus & Budæus. Atqui ut grati iudicij est quod Gallia ueneratur agnoscitque suam *μωρῶν ἕρως*, ita non desunt Germaniæ, quibus hoc honoris debetur potius quàm Erasmo. Summum, inquit, esse conuenit, quæ ex æquas. Istud quo tandem latenti sunt animo quæ me Badio parem faciunt, nisi forte tribuunt eandem uentam amicorum præconijs, quam Venus tribuere dicitur amantium periurijs. Sed ut ad inuidiæ crimen redeam, obsecro quam syllabam reperiunt in libris meis, quæ spirat inuidiam in Budæum? Aut quæ omnino proferunt siue summum siue mediocrè, cuius industria non fauerim? Aut quis unquam meo calamo lacepsit est, qui non prior moleste lacepsit me? Indicas & remedium, si proxima æditione Budæi mentione expungam, aut à Badio separem. Id quidem ut est per facile, ita subens fecero. Sed quid non calumniabuntur, qui hoc calumntati sunt? Si prætermisero, dicar inuidisse: si correxero, repentem prioris collationis memoriam quæ iam animos occupauit. Faciam tamen quod mones, cuius consiliu ut certo noui ab animo sincerissimo proficiscer, ita spes est futurum etiam felix. Quanquam autem de tui erga me animi uel sinceritate uel constantia mihi Bixi, nunquam dubitauit, tamen non potest mihi non esse per gratum, hac occasione factum, ut omnibus tuam erga me pietatem faceres testatorem, modo ne quid tuo nomini concilietur inuidiæ, cuius eruditio singularis & nitens quidam ingenij candor hoc promeretur, ut tibi faueant omnes, inuideat nemo. Sed obsecro te, tantus patronus, quàm bonam, quàmque uincibilem causam suscepisti? Atqui pessimæ quæque causæ ad optimos oratores deferri solent, quanquam istis bono medico magis opus esse suspicor quàm bono oratore. Quid aliud adferunt isti, nisi Budæum Badio contulit, & hanc cantionem subinde recinunt. Budæum Badio contulit. Atque inter hos feruntur esse, qui prius amici uidebantur, quicquid de nostris studijs non omnino pessime sentiebant. Posteaquam Budæum Badio contulit, protinus abrogant mihi quicquid ante tribuebant, ingenium, eruditionem, eloquentiam, iudicium, denique sensum etiam communem. Amicitia quæ desinere potuit, nunquam uera fuit. Qualem autem coniectandum est illam fuisse, quæ tam friuolis de causis transit in simultatem? Immo quæ pro officio rependit contumeliam? Malis nihil opus est præter occasionem, ut habet pro uerbium. At peiores sunt quibus beneuolentiam rapiunt in occasione maleuolentiæ, & inde moluntur uindictam, unde decuit gratias agere. Mores istos plusquam scythicos immane quantum oportet abesse à studijs humanioribus. Fuit hoc infelicitatis meæ, quod aliquot in me stili mucronem strinxerunt. Sed quis est unquam à me ob causam tam friuolam impetitus? Equidem arbitror non temere repertum isti, in cuius libris tot reperias laudata nomina, quot in meis. Quin hoc ipso in libello, quum personam inducam sinistri iudicij, quum ipsa res inuitaret, ut de uarietate dictionis differens, quid in singulis placeret aut displiceret indicarem, eam tamen in censuris tenui moderationem, ut nullus, nisi fallor, æquus sit in me candorem desideraturus. Atqui ea res non mediocriter conducebat ad adolescentulorum profectum. Sed malui minus prodesse omnibus, quam quenquam offendere. Suspicio istic esse ἀποφύλας, quos intra sinum urit, quod negotiquequam esse facundum, quod non est Christianum. Hi forte suo dolori quem fateri pudet, prætexunt Budæum cum Badio collatum, ac dissidij semina iaciunt, quærentes quem protrudant ad sui doloris ultionem. Opinor te non latere, quid sibi uelit hoc ænigma. Nasum habes. Verum aduersus istos omni quod auit, pede standum est, qui moluntur ut sub titulo nomineque bonarum literarum repullulascant paganitas. Si sumus ex animo Christiani, nihil nobis eruditum, elegans aut uenustum uideri debet, quod non spiraret Christum, quoties materia postulat. Noui quosdam clancularios paganitatis fautores, qui si mihi stomachum mouerint, accipientur ut digni sunt. Pro Christo sentient me non esse timidulum, in alijs non grauare concedo quibuslibet. Sanè literas eas quas ad quendam scripseram, liberius in amici sinum effundens quod sentiebam, quanquam in illis non arbitror esse, quod uel uerum non sit, uel in Budæi nomen sit contumeliosum, tamen optatum in aliorum manus non uenisse. Vni scripseram, cuius fidem habebam perspectam, nec tuam prudentiam arbitrabar egere monitoris, quanquam posterioribus

rioribus literis admonueram. Tantum enim abest, ut illas scripserim æditurus, ut à duobus tantum lectas uoluerim. Quare te rogo ne latius serpat res, tamen si iam audio rumoribus huius ficti dissidij, ad Christianissimi regis aures dimanasse. Scilicet deerant illi negotia, nisi & talibus negotijs cogereur intendere. Scribunt regi sciscitanti quid esset inter nos res, quendam ex aulicis respondisse: Budæum moleste tulisse, quod in scriptis meis subinde debaccher in Gallos: me contra stomachum illius sic uelisci uoluisse, ut illum cum Badio commemorem. Quisquis hæc dixit, si modo uerum est quod scribunt, nobis parum erat amicus. Nam & falso falsius est, me usquam debaccheri in Gallos, etiam si Budæus uehementi quodam patriæ studio non nihil hinc uel suspitionis olim uel stomachi cõceperat, nec hoc quicquid est res ad præsentem causam attinet. Humanum est etiam inter amiciffimos interdum oriri fallas suspiciones, & offensionum ludibria, quæ mox si propius inspicias euanescent. Hæc omnia secum deferret humanæ uitæ comœdia. Ut finiam, semper ego iudicauit Budæum inuidia mea maiorè, etiam si cui possem aut soleam inuidere, ac uitum meliorem iudico, quàm ut istos inepros tumultus probet: tum absurdissimum sit, me nunc illi Badium antepone, quem soleo cum Hermolais Barbaris & Plinijs committere. Nec arbitror iustam rescindendam amicitia causam, sicuti Budæus diuersum sentit atque ego, modo morem antiquum obtinens à petulantia conuictorū temperet, ac uicissim patiat me simili temperamento patrocinari causæ meæ, si forte mihi uidebor aliquid habere iuris. De senilibus colloquijs ne tu falsissime ludis: omnino uolunt pueros semper esse pueros, nec aliud quàm lallare, adeoque tenere illis timent, ut malint illos legere Pogij facetias, quàm ex meis colloquijs de moribus ac pietate aliquid iudicij syncerioris haurire. Vtinam sim uerus augur, sed prospicio futurum, ut exoriatur tragœdia, Lutherana atrocior, nisi principum autoritas quorundam tyrannidè temperet, qui tam nunc gladiatorijs animis & in bonas literas & in horum cultores affectat uitæ, cæci in pugna, in uictoria insolentissimi. Optabam huius miserissimi cõflictus exitum cedere in gloriam Christi, nunc uereor ne quod illi debebatur, ad se rapiat humanæ cupiditates, oriaturque nobis bellum ex uetere nouum, ex pessimo petus. Verum hic ultra uota, non uideo quid possumus. Nec est eruditissime Bixi, quod hæc fatalis tempestas ingenium tuum à prouehendis optimis studijs deterreat. Nam quod meis laboribus, parum gratam uides hæc ætatè, erit fortasse minus ingrata posteritas: & hoc meis fati potius imputa, qui uideo habere quiddam cum Hercule commune, ut de re minima magnifice loquar, qui suis laboribus, nihil aliud sibi pepererit quàm inuidiam, cuius cum excetra postremus erat cõflictus multo durissimus. Tu benigniore natus sydere, felicioribus auspicijs rem gereres, nostro etiã exemplo cautior. Nihil est quod metuas si te intra Musarum uireta contineas. Quod uinam à me factum esset. Lazarus Baysius dedit nobis elegantissimo libello generæ uestitum, breui daturus uasa culinaria. In hac argumeta nihil habet turis isti qui ceteris suis nunc *τυροπαραδωκῆ*, at politionibus studijs plurimum adferunt & uoluptatis & adiuuanti. Valerianum fat fortiter fero uires addente Christo, qui me docet non horrere mortem, sed optare magis. Animo meo satis, & supra modum uitæ audus sit oportet, qui detrectet hoc seculum undique turou. Irrelinquere, quæ bona spes sit nos in feliceiore aliquam sedem demigraturos, Sed quid audio uir præclarè? Omnes ne bonæ artes meo unius interitu periclitantur? Ni mihi perspectus esset animi tui candor, dicerem hic te *ἡ παλαιὰ ἢ ἔντροπον*. Hic etiã ad pares epistolas prouocas, dira minitans ni faciã. Quid enim crudelius minitari poteris quàm mere laconicas post hæc epistolas? Non recuso cœttamen, si modo des parum ualetudinè, par ocium, & hortos Gētiliacos. Nondum scio an tuam æquauerim epistolam, numero uersuum duntaxat, nam elegantia qui possum? Adfertur huc rumor, inter monarchas sartam concordiam. Sed huic eo minus audeo credere, quo uehementius cupio uerum esse. Quod si fiat, liberet ante supremum uitæ diem Galliam reuifere. Quàm me putas inuidere tibi secessus istos, istos amicos, hortos, & ocium longe felicissimum? Ignosceres liuori meo, si scias in quo pistrino uerser. Septem prælis suppeditè oportet quod excudant. Sed cum primis enecat Augustinus, quem totum emendo, quum in Hieronymo præter epistolas nihil mihi sumperim. Hoc laboris mihi manibus pedibusque recusanti obrusit felicis memorie Ioannes Frobenius, quem sic amabam, ut pernegare nihil possem etiã si me in foriusisset restim ducere. Is operi immortuus est, quod uereor ne me quoque absorbeat, certe minimo minus exoculauit. Nullus uoluminum modus aut finis, toties legenda ac relegenda.

Ego tibi tuum talentum in domini lucrum deponenti sincere faueo, nec faueo solum, ue-
rum etiam opitator, quia mihi idem agenti obstrepitur. Dices in libris meis esse qua-
dam crepantia rectitudine fidei. Hoc nullus adhuc docere potuit, quum aliquam multi conati
sint. Sed fingamus esse, quid magni si mihi accidisset, quod accidit Cyprano, Hilario, Hie-
ronymo & Augustino? Tot iam annis libri mei uersantur in manibus hominum, quum
interea nemo uestrum admonuit, nemo docuit. Nunc post tantum temporis subito cla-
matis apud imperitam plebem, quae nec intelligit haec, nec ut sciat, refert.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Prorsus hoc aiunt quidam, sed impudentissime mentientes, quum haecenus nemo fuerit
qui uel unum dogmatum improbatum proferre possit, quod mihi sit cum Luthero com-
mune. Postremo ipsa declarat, quam impudenter & illud mentiti Hieronymus cum Lu-
thero colludere, sic nimirum colludebat Hector cum Achille. Iudicabis hoc ipse si lege-
ris meam Distribam, & huic sic respondentem Lutherum, ut in uerminem scripserit ho-
stilius, & rursus duos Hyperaspistae mei libros illi respondentes. Jam non me fugit esse
qui in ardentibus meis lucubrationibus monachorum ordinibus derogare.

quid offenderet uel in Hieronymo, uel in meis scholijs: ingentem errorum syluam congele-
rat ex Hieronymo. At quum in conuentu proferret quisque quae notarat, hic multum laudis
sibi sperabat, quod nemo plures adferret articulos. Tandem cordatior quispiam sensit ho-
minem nullum habuisse discrimen inter Hieronymum & Erasmus: Itaque pro sperata lau-
de, ludibrium retulit. Verum tamen hic casus docuit, ex quouis orthodoxo plures errores
decerpi posse, quam ex meis libris, si quis tales animos ad illos adferat, quales illi adferunt
ad meos. Imo polliceor me ex epistolis diuini Pauli prolaturum calumnias aliquanto proba-
biliore, quam illi proferunt ex scriptis meis, si modo semoueatur nomen & autoritas. Quid
hic repetam de Britanno Theologo, qui in concilio quum disputaretur, an ex literis sacris li-
queret haereticum esse capitum afficiendum supplicio, clamabat uerbis Paulinis, haereticum posse
unam & alteram correptionem deuita. Quum haec iterum atque iterum occineret, mirantibus cae-
teris quid sibi uellet, unus nasutior sensit illum in hoc errare, quod putaret deuitare nihil
aliud esse quam e uita tollere. Quid euenit? Puduuit ibi quosdam tam foedae delirationis, ita
sene ac Theologo. Huc prolabantur, qui sine grammatica, sine studio sacrorum uolunt
num Theologi uolunt haberi. Quod dicam, ex primi nominis ordine profectum est, scri-
pto quidem proditum, licet nondum euulgatum. In Colloquio symbolo, pater mihi dicitur,
simpliciter autor omnium, nimirum intelligenti illum solum esse principium sine princi-
pio, ubi meus Theologus, nomen non adam, de suo addidit rerum, quum a me scriptum
esses

Hoc
honoris loci & tunc

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XXIII

S. P. N. ADRIANO SEXTO DESIGNATO PONTIFICI ERASMVVS ROTERODAMVS S.

A
LIVS HIC beatissime pater, uniuersam rhetorices suppellectilem in hoc depromeret, ut tibi dignitatem istam qua maior in terris homini non potest contingere, gratularetur. Ego uero non sumam ullam hac in re operam, ut qui certo sciam, quam agre munus hoc praeter omnem expectationem delatum susceperis. Et fortassis ineptus uideat, si inde tibi gratuler, unde tu suspiras & ingemiscis, non ignarus quam difficile sit istam prouinciam sic obire, ut functionem tuam approbes principi Christo, cui mox omnium gestorum reddenda erit ratio: praesertim his temporibus, quibus totum Christianae ditioris corpus, utraque sui parte, tantis malis laborat, etiam si non accederent Turcarum atroces

atroces minae, atque adeo iam non minae tantum. Sed quo minus est causa, quae priuatim gratulemur tibi, hoc impensius publice gratulamur orbi Christiano. Nam haec rerum humanarum tempestas talem omnino requirebat nauclerum. Multis enim argumentis in spem uocamur, futurum ut prouinciam diuinitus delegata non alij geras quam Iesu Christo, & huius gregi. Qui utinam promereatur, ut tuos sanctissimos conatus bene fortunare dignetur, sine cuius fauore inanis est omnis conatus mortalium. Studij erga te mei ceu pignus quoddam nunc mitto Arnobium, qui tum forte erat in manibus, quum huc nuncius omnium laetissimus adferretur, Adrianum sextum rerum gubernaculis admotum, uberius ac plenius idem declaraturus, ubi se dederit opportunitas. Mihi probe nota est, & mea conscientiae sinceritas, & tui ingenij prudens aequitas. Sed tamen quoniam uideo, quantum hoc seculo possunt mala linguae, uisum est tuam sanctitatem aduersus harum uolentiam uelut antidoto quopiam praemittere: ut si quid delatum fuerit de Erasmo, aut plane rejiciat, aut si quid dubitabit, suspendat sententiam, donec meam acceperit defensionem. Nihil enim addubito, quin apud te iudicem aequissimum sim istorum calumnijs abunde responsurus. Hoc quum scirem te tua sponte facturum, tamen quorundam improbitas, qui nusquam non cessant, fecit, ut si non rogare, certe submonerem. Haecenus in re Christiana animum praestiti dignum orthodoxo, eundem praestaturus usque ad extremum uitae diem. Si neutri parti causam meam probare potero, certe Christo conscientiam hanc confido me probaturum. Sit hoc non tripode, quod aiunt, sed ex sinceri pectoris oraculo dictum. Huius epistolae breuitatem pensabit prolixior in Arnobium praefatio. S. T. diu nobis seruet omnium seruator dominus Iesus, qui tibi suas uices gerenti semper adesse dignetur. Basileae, Anno Millesimo quingentesimo uigesimo secundo.

Haec epistola missa est priore diplomate missa quidem, sed nondum reddito.

S. P. N. ADRIANO SEXTO ERASMVVS ROTERODAMVS S.

B
EATISSIME pater, pietatis in te mea, promptaeque erga sedem istam obedientiae pignus, iterum mitto, per publicum nuncium ciuitatis Basiliensis, si forte libellus quem pridem misi, redditus non est. Tum aliud ad manum non erat, ubi sese uberius obtulerit occasio, non defuturus sum officio meo. Nihil his temporibus potest esse turbulentius, in quibus difficillimum sit omnibus satisfacere. Ego certe haecenus satisfeci conscientiae meae, quam spero me Christo etiam approbaturum. Neque simplex est rerum tempestas, armis, opinionibus, studijs, factionibus, odijs, conuulsa sunt omnia. Mundus unum te spectat, qui rebus humanis serenitatem reducat. Si tua sanctitas iubebit, audebo secretis literis indicare consilium meum, si non prudens, certe fidele, quo malum hoc sic extingui possit, ut non facile repullulet. Nec enim magni refert, sic opprimi uolentia, ut mox erumpat maiore cum periculo, quemadmodum solent male curata hucera. In magnis tempestatibus a quouis etiam se moneri patiuntur, quam libet periti gubernatores. Nec Moses repudiavit Ietro consilium, etiam si ego Ietro non sum, sed tamen apud Horatium Dauus fidele consilium impartit hero suo. Si quid erit quod probabitur, licebit uti. Si nihil erit, quoniam praeter duos nos nemo cognoscet, nullo periculo res obliterabitur. Nos humiles uidemus & audimus forsasse quaedam non aspernanda, quae summos uiros fugiunt. In primis illud cauendum censeo, ne priuata quorundam odia ledant publicum orbis & Christi negocium, & sic uindictetur hominum autoritas, ut non prodatur autoritas Iesu Christi, qui solus est heri & hodie ipse & in secula. Nos olim quaedam liberius lusimus, sic tum ferebat temporum tranquillitas, non suspicantes hoc seculum exoriturum. Nunc quoniam uideo rem Christianam in graue discrimen adduci, modis omnibus aduigilandum est, neque quicquam omnino dandum priuatis affectibus. Nolim ominari male. Tamen uideo plus imminere periculi, quam uellem, aut quam multi intelligant. Utinam Christus omnia uertat in bonum exitum. Ciuitas haec Basilea multis dotibus eximie florens, peculiari quodam studio ducitur erga sedem istam, quum ob multa, tum ob synodum quondam hic habitam. Proinde digna est meo iudicio fauore sanctitatis tuae, praesertim quum quod petit, nec iniquum sit, nec difficile. Hoc iussus sum adscribere, quum nihil esset opus. Si tua sanctitas dignabitur obedientiae meae periculum facere, adiungat quod uolet, nisi promptus & alacer paruero, ne numeret Erasmus inter suos.

Spiritus

Spiritus domini Iesu dirigat animū tuum & omnes tuos conatus ad salutem orbis ac dei gloriam. Basileæ Anno M. D. XXII. XI Cal. Ianuarij.

ADRIANVS PAPA SEXTVS.

D ILECTE fili, salutem & apostolicam benedictionem. Literas tuas, tam eas quas manu tua ad nos exarasti, quā eas quibus in fronte commentariorū Arz nobis exculis, labores tuos nobis nuncupas, semel atque iterum legimus perscrutabenter: tum quia abs te ueniebant, quem ob egregiam eruditionem semper plurimi fecimus, tum quia singularem quādam in nos & religionē nostram, pietatem præ se ferebant. Nam de Arnobio, & si eum per grauissimas occupationes nondum nobis perlegere licuit, ex his tamē quæ huc usque quasi raptim de eo libauimus, tum ex ueneranda eius uetustate reicq̄, de qua agit, argumento, & tua denique commendatione persuasum habemus, non posse eum non esse optimum autorem. Quod uero scribis, uereri te, ne aliorum odijs & insurrectionibus Lutheranae factionis nomine sis nobis suspectus, bono in hoc te esse animo uolumus. Licet enim ut uerum fateamur, nomen in hac re tuum ab uno forte uel altero, tui non multum studioso, non nihil apud nos delatum sit: ex natura tamen nostra & instituto, adde etiam ex eo quod gerimus officio, non faciles præbere aures solemus ad ea quæ de doctis & uirtute præditis uiris sinistre nobis referuntur, quos quanto scimus excellentiore doctrina præditos, tanto uidemus esse inuidiosos moribus magis obnoxios. Pro ea tamen qua te prosequimur charitate, proque famæ & ueræ gloriæ tuæ desiderio te hortari non omittimus, ut contra nouas istas hæreses stilum istum, qui tibi dei benignitate felicissimus contigit, exerceas, cum multis de causis tu prouinciam hanc tibi potissimum à deo seruata reputare merito debeas. Inest enim tibi magna ingenij uis, uaria eruditio, scribendi promptitudo, quæta nostra memoria paucissimis alijs, ne dicamus nullis: præter hæc uero apud eas nationes, unde hoc malū ortum est, summa autoritas & gratia, quibus sanè dotibus ad eius honoris, & ecclesiæ fidei defensionem uti debes, qui eas tibi sola sua benignitate largitus est. Quod ea potissimum de causa à te fieri cupimus, ut & his qui te super re Lutherana suspectū reddere conantur, hoc demum pacto silentium imponas: & labores tuos quos locupletadis positionibus literis, & exponendis sacris diu impendisti, hac tam sanctissima opera, qua nulla deo gratior, nulla ueris catholicis optatior, nulla te & ingenio & eruditione, eloquentiaque tua dignior esse potest, exornes. Caue enim expectes tibi tota uita tua datum iri occasiōem, qua uel inuis deo obsequium, uel uberius nationi tuæ, imò uniuersæ Reipublicæ Christianæ beneficium impendere possis: quàm si nō minus stolidas rusticas quā in malignas istas hæreses à Martino Lutero, non quidem inuentas, sed à priscis hæresiarchis, quos Catholica ecclesiæ ac sanctissimi patres diuino spiritu proculdubio afflati, sepius condemnarunt, acceptas quas ab inferis denuo erutas: quæ tot animas fratrum tuorum quotidie subuertunt, & uniuersa confundunt, turbationibusque replent: Hieronymi tui, Augustini, & aliorum sanctorum patrum zelum exemplaque imitatus, lucidissimis rationibus, & sanctæ scripture autoritatibus confuderis, sustuleris, exploferis. Multa quidem Erasme magno studio magnoque successu antehac scripsisti, quæ licet permagnam doctis omnibus utilitatem attulerint, tamen præ hoc opere ad quod te hortamur, & quod hominū abs te consensus expectat, minus necessaria: cum illa doctis tantum prosint, hoc uero in comunem omnium Christianorum pacem & tranquillitatem (qui ferè unus in hoc seculo est Euāgelicæ doctrinæ finis) deo aspirante sit redundaturū. Quod cum ita sit, non debes fili Erasme, tu qui à puero ad hoc ætatis, quasi per omnes gradus eas artes quascunq; tractasti, semper aliquid meditando & scribendo iuuisti, ad hanc rem isti professioni, isti arati debitam diutius subsistere: cum idem in te ad scribendum uigeat tenor, iudicium longe sit firmius, doctrina uero (ut par est) etiam locupletior accesserit, quàm prius: neque uero prouinciam hanc rationabiliter declinare queas, quod forte ex modestia tua te huic rei imparem dicas. Nam præter quod contrarium & omnes norunt, & rei habet ueritas, aderit tibi in hac laboranti deus, cui in hoc seruit: aderit & iustissima fidei causa, quæ aduersus hæreticorū impetum & infidias ad extremū semper uictrix fuit, & proculdubio etiam nūc erit: licet deus iustissimo iudicio propter grauissima hominū scelera, maxime Ecclesiasticorum, Ecclesiæ suæ nauiculam in his fluctibus non nihil laborare permittat. An putamus eundem deum sponsam suam

suam ecclesiam, quam precioso sanguine suo sibi acquisiuit, & cum qua usque ad consummationem seculi se futurum pollicitus est, nunc deserturum, & non potius confusurū eos, qui superbos intellectus suos contra dei scientiam, & contra Catholicam ueritatem extollere non uerentur: quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. Vidi, inquit Propheta, impium superexaltatum super cedros Libani, & transiit, & ecce non erat, quæstus, & non est inuentus locus eius. Quod procul dubio etiam Lutero & suis, nisi resipuerint, cito eueniet. Qui ut ipsi sunt carnales, et dominationes contēnentes, ita omnes sui similes reddere student. An igitur contra istorum insaniam stilum tuum cōuertere dubitabis, quos deus iam à facie sua proiecit, & in reprobam sensum manifeste tradidisse conspicitur, ut dicerent, docerent, atque agerent quæ non conueniunt: quibus uerba Christi Ecclesia perturbatur, innumerabiles animæ æternæ damnationis reatu cum eis inuoluuntur: Exurge exurge in adiutorij causæ dei, & præclaris dotibus ingenij, quas ab eo accepisti, in eius honorem, sicut huc usque fecisti, utere, Cogita in te positum esse, cum dei adiutorio, ut magna eorum, qui per Lutherum subuersi sunt, pars in rectam uiam redeat: qui nondum ceciderunt, stabiles permaneant. Qui uero uacillantes, ac lapsi propinquii sunt à labendo penitus præseruentur. Quæ res quæ grata deo, & ueris catholicis iucunda futura sit, tu ipse facile æstimare poteris. Quin etiam meminisse debes dicti illius beati Iacobi Apostoli, quo asserit eum, qui fratrem suum à ueritate errantem conuerterit, & peccatorem ab errore uia suæ reuocauerit, seruire illum à morte, & operire multitudinē peccatorum. Nobis certe, dici non potest, quàm acceptam rem facies, si tua opera fier, ut qui pessima ista hæresis infecti sunt, sponte potius sua resipiscant, quàm censoria sacrorum canonum legumque imperialium uirga percuti expectent. Quod quæ nostra natura sit alienū, tu ipse, uti credimus, ex eo tempore quo simul in iucundo literarum otio, & priuata ad huc uita, Louanij degimus, optime nosti. Quod si rem hanc, quam salutis creditarum nobis omnium Christianarum tranquillitatis desiderio, tanto studio abs te poscimus, plenior adhuc obsequio augere cupis: fac, transacta hyeme & aere Romano, qui aliquot iam mensibus peste laborat, purgato, ad nos quàm primum uenias, sed incolumis, sed lætus. Inuabit enim non parum te ad hoc opus, quod tam præstare debes quàm potes, magna quos hic habemus, librorum copia, & frequens nobiscum, & cum pluribus alijs pijs & doctis uiris de hac re commentatio. Nos uero uicissim dabimus operam, & breui cum dei auxilio, ut ne te istius itineris, aut tam sancti laboris pœniteat. Prout dilectus filius magister Ioannes Faber, uir zelosus, & egregie doctus, tuicque amantissimus, & magnus laudum tuarum ubique præco, tibi uiua uoce, uel scriptis latius explicabit. Cui eandem, quam nobis habiturus esses, fidem adhibebis. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris. Die prima Decemb. M. D. XXII. Pontificatus nostri anno primo.

ADRIANVS PAPA SEXTVS

D ILECTE fili salutem & apostolicam benedictionem. Reddita sunt nobis his proximis diebus literæ tuæ 11. Calend. Ianuarij, Basileæ ad nos data, cum altero exemplari eleganter & sumptuose apparato, Arnobij tua opera castigati, & sub nostro nomine in lucem emissi, propterea quod nondum certior factus esses, an quod primo miseris ad manus nostras peruenisset. Quibus duabus rebus uere ex animo, & plus quàm credi facile queat, in domino lætati sumus. Nam & munus ipsum tale est, ut quantum ex longa epistola tua opera præscripta credere, & ex paucis quæ hæcenus per diuersas occupationes in illo legere potuimus, odorari licet, uel per seipsum, nedū ex eo quod abs te probatum & aditū sit magnopere doctis omnibus placere debeat: & literæ ipse tantam animi sinceritatem, religionem, zelum dei, pietatem, ergaque nos, & hanc beati Petri sedem deuotionem & obseruantiam præferunt, ut si qua unquam ex minus amicis de te delationibus (quales excellentibus uiris nunquam deesse solent) irreperere potuisset animo nostro sinisterior de tua integritate suspicio, eam omnem hæc literæ penitus sustulissent: omninoque credas ex illis ad eam beneuolentiam, qua te tum ob patriæ studiorumque & uitæ communionem, tum ob multiplicis ingenij & naturæ dotes, quas honorū omnium largitor in te collocauit, semper sumus prosequuti, maximum pondus accessisse. Summo opere uero in illis gratum fuit, quod nobis consilium pollicearis tuum, quo temporum istorum turbulentia atque confusio sic, ut

D d d ais, extia

ais, extingui possit, ut non facile repulset. Teq; in domino hortamur, & quam maximè possumus seruo, & in abundantia charitatis requirimus, ut quantum tibi dominus donauerit, nobis modum ac rationem aperire satagas, quibus tetrum hoc malum (dum adhuc medicabile est) de medio nationis nostræ auferri ualeat. Quare nihil est sub sole quod ardentius desideramus, neq; id quidem, quod nostra auctoritas atq; potentia (quod ad nos priuatim attinet) hac sacra tempore estate nonnihil periclitari uideatur: quippe quarum neutram non modo unquam concupiuerimus, uerum etiam ultro delatas uehementer reformidauerimus, planè (deum testamur) recusaturi, nisi inde dei offensam, & conscientia nostræ læsionem ueriti fuisset: sed quod tot milia animarum Christi sanguine redemptarum, & cura nostræ pastoralis creditarum, idq; nostræ secundum carnem nationis, sub spe Euangelicæ libertatis, re autem uera diabolicæ seruitutis reuicta in perditionem trahi uideamus. Quanto uero & citius & secretius nobis huiusmodi tuum consilium patefeceris, tãto deo maius obsequium, nobis rem gratiorem præstiteris. Celeritate enim propter commune periculum, secreto uero propter tuum, cuius incolumitatem ut nostram cupimus, opus est. Et quamuis iãdudum ad te peruenisse credamus literas nostras prioribus tuis, cum quibus alterum exemplar Arnobij ad nos dederas, respondentes, in quarum calce te inuitabamus, ut transacta hyeme, & aere Romano à præsentis pestis contagione repurgato, ad nos uenires, magnamq; ex his postremis literis fiduciam conceperimus, te ei desiderio nostro morem gesturum: omittere tamen nolimus, quin id ipsum & per has nostras abs te etiam instantius deposceremus: nisi forte tibi euidentissime constaret, te istis plus quam apud nos deo obsequi, & ecclesiæ suæ prodesse posse. Eo enim casu contra rationem propositumq; nostrum, quo dei honorem, & Ecclesiæ suæ ædificationem, posthabitis omnibus priuatis affectibus, quaerimus, futurum esset, si te ex uberiori messe auocaremus. Alioqui uero scio, te nihil nobis gratius, quam si ad nos ueneris, & cito ueneris (quatenus tamen id citra incommodum tuum fieri ualeat) præstare posse, nobisq; omnino cure fore, ne itineris ac laboris te tui poeniteat: ueluti prioribus literis promissimus, & hisce re promittimus. Non est autem cur ob alterutram diænarum causarum uentre differas, cum iam & hyems declinare incipiat, & pestis contagio adeo facta sit exigua, ut in tanta urbe prope nulla uideri possit. Negotium istius ciuitatis, & ob illius nobilitatem, ergaq; hanc sedem deuotionem, & ob tuam intercessionem, commendatissimum habemus, breuicq; expeditum ad ipsam ciuitatem cum eius nuncio reuertetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die uigesima tertia Ianuarij M. D. XXXIII. Pontificatus nostri anno primo.

ERASMVVS ROTERODAMVVS IODOCO GAVERIO VIRO

præter iuris professionem undequaq; doctissimo S. D.

O ANNIS NÆVII communis amici nunciata mors queammodum mihi grauem moerorem attulit, ita attulit & salubrem admonitionem. Non enim possum non grauius ferre tam singularis amici iacturam, præsertim quæ ipse multis nominibus esset uita longissima dignissimus, Rursum tam subita mors, admonet nos omnes, ne quis in eo statu uelit uiuere, in quo nolit mori. Ex amicorum enim literis intelligo, illi cum amicis hilariter ac iucunde coenasse. Mox quum ascenderet gradus illos à me toties calcatos (nam demigrabat in cubiculum meum) subito morbo correptum ad horam ferme decimam, nec ab hoc paroxysmo uixisse, nisi sex horas. Quamquam haud scio an ista mors possit uideri subita, cum illi tot annis res fuerit cum paralyti. Ac mea sententia nimium indulget medicina, cuius ipse non erat ignarus. Nam quæ pars est liberalis eruditionis, in qua uir ille non fuerit felicissime uersatus? Tanta erat ingenij dexteritas. Proinde in familiaribus colloquijs soleo nonnunquam illud in illum iacere, Ingenium Næuij male habitare. Profecto dignus erat animus ille feliciori domicilio. Rursum indigna mens erat, quæ curis humilioribus inquinaretur, sed semel irretitus explicare sese non poterat. Iam quæ linguæ felicitas, quàm prompta, quàm parata dicendi facultas, si de re seria dicendum esset? Qui lepos, quæ argutia, si iocis aut salibus ludere libuisset? Tum qui morum candor? Quæ conuictus suauitas? Quàm erat amicus amico? Quàm arcani crediti continens? Quàm non sordidus? Vnum in eo desiderabam,

desiderabam, ne ullus esset nauus in Næuij; Tenacior erat simulacrum quam ego uolebam. Has non facile quidem concepebam, sed semel conceptas a gre deponebam. Hac uita de re nonnunquam inter animos tam concordēs erat, ut scis, aliqua discordia. Non poteram illi persuadere, quàm facile nonnunquam graues inimicitias comis appellatio solueret, quamq; uerum esset illud Græcorum prouerbium, πολλὰ ἐς ἑλίνας ἀπροσρηγία δὲ ἄλλοις. Solebam illi occinere fabulam de Ioanne Coletio, uiro perenni hominum memoria digno. Pessimè illi cōueniebat cum patruo, uiro admodum sene ac præfractis moribus. Lis erat non de lana caprina, nec de asini, quod aiunt, umbra, sed de magna summa pecuniarum, ob quam tam uel filius bellum indiceret patri. Coletus pransurus apud R. P. Guillelmum Archiepiscopum Cantuariensium, iuxta me sibi in cymba. Interea legebat ex Enchiridio meo remedium iracundia, nec tamen indicabat cur ea legeret. Accubitus ordo forte sic dabat, uelut si Coletus sederet e regione patris, uultu subtristis, nec loquens, nec pueri. Archiepiscopus uero tara quædam ceteris dexteritas, uelut si quis parum hilaris, sed uerborum sermones ad omnium affectum adtemperans. Per eum itaq; infectis est sermo de collatione ueteratum. Hinc orta est intermutuorum confabulatio. De illis patruus senum more gloriari cepit, quod tantus natus, tantopere polleret uiribus. A prandio nescis quid serosim agitatum est inter illos. Vbi Coletus mecum repetisset cymbam: Video, inquit, Erasme te felice esse. Ego admirabar, quor hominē infelicissimum diceret felice. Ibi denarrauit, quàm atroci animo fuerit in patruum, adeo ut propemodum statuisset omnibus Christianæ modestiæ repagulis refractis, & cognationis affectu contempto, manifestum bellum suscipere cum patruo. Ea q; gratia coepisse meum Enchiridium in manus, ut iracundia remedium quaereret, & profuisset. Mox ex ea qualicūq; confabulatione, quæ orta est in prandio, utriusq; dilutam amarulentiam, sicut mox Archiepiscopo sequestro facile res omnis inter eos composita sit. Huius generis exemplis apud illum commemorandis non admodum promouebam. Sed hunc naturæ nauum, quot eximijs uirtutibus ille pensabat: Hic non pergam te consolari Iodoce, uirum iuxta prudentem ac doctum, ob mortem amici. Sciebas enim te habere mortalem, quemadmodum ille dixit de filio: Sciebam me genuisse mortalem: & ab omni philosophia uideretur alienus, qui miserius ducit mori natum, quam nasci moriturum, quum utrunq; pariter secundum naturam sit hominis.

~~...~~
 Narrant Theodoricū Prædicantī sodalitij, qui Louanij diē suū obiit, uirum, ut
 scis, habitū & piū & integrū, quū sentiret corpusculū grauari lassitudine, unde cōij-
 ciebat morbū sequuturū, solitū inter suos dicere: Vtinā deus ubi uisum ipsi fuerit, hinc
 me subito tollat, ne diutino morbo grauis sim fratribus meis. A deo uir bonus nō uult cui
 quam in uita molestus esse, ut ne morte quidem sua uelit ullū grauari. Quod optarat con-
 tigit. Eo die quo defunctus est, his fuerat cōcionatus, peregerat rem diuinā, interfuerat so-
 lenni Liturgiæ, accumbebat in prandio, sub finē prandij petijt abeundi ueniā, dicens se sen-
 tire nescio quid nauſæ. Abijt solus in cellulam, creditus est quiescere. Vbi diu nō prodū-
 ret, ingressi sunt fratres, & repperunt in lecto uestitum & mortuū, sed dormienti simillē.
~~...~~
 Miserū est, inquit, mori solū. At qui morienti sufficit unus angelus, qui animā
 elapsam deferat in cœlum. Adsum nōnunq̄ qui solatio sunt morienti, sed frequētius ad-
 tunt qui dolorē addant ac desperationē. Vxor morosa, liberi inobedientes, sodales alicui,
 temulentia ac scortationū, concubina, inimicus qui laſit. Nostri senatorē illum Mechlini-
 ensem, sodalē & æqualem Bogardi medici, nā uterq̄ uixit usq̄ ad decrepitā atate. Gron-
 sellus autē ille superabat etiā aliquot annis, ut ex illorum colloquio didici. Huius hospiti-
 o sum usus aliquādiu Mechlinia. Ibi ex filijs cognoui, quū iam decūberet, nam senio periit
 uerius q̄ morbo, cognatos apud ipsū pernoctare uolētes, iussit abire cubitū. Nihil, in-
 quit, opus mea causa quenquam grauari. Facile uel solus morior, nimirum paratus quā-
 docunq̄ me uocarit deus. O uocem uere Christiano dignā. Quum agerē Romæ, narra-
 bant Saxonem quendam cum sodalibus aliquot eō religionis gratia uenisse: quumq̄ sur-
 rexisset à poenitentiario apud quē exonerauerat conscientiam suam, procubuit genibus
 flexis ad altare, quoddam, sic innitens scipioni suo comploſis manibus orans. Huius sōda-
 les quū uellent abire, mirantur quid ille tā diu moraretur in precibus. Quum ille finē non
 faceret, uellicat hominē admonentes esse tempus abeundi, & reperiūt mortuū, sed pror-
 sus oranti similem. Narrat & Physiici subitā ac uehementē affectū mutationē parere mor-
 tem, quod ferunt ulū uenisse mulieri, cui mœrētī quod falso rumore perſuaſum eſſet filiū
 in bello perisse, repentinā mortem attulit filius prater expectationē saluus ingressus do-
 mum. Idem uidetur huic accidisse. Præcesserat ingens dolor de commissis. Successerat in-
 gens gaudiū ex absolutōis fiducia. Hinc mors subitanea. Mortuus est, inquit, sine lux,
 sine crux, sine deus. At quis eā mortē nō optaret ut lōge felicissimā? Nullum apostolorū,
 aut ueterū illorū quos Christus unice charos habuit, legimus morbo perisse, sed omnes
 fuisse ~~...~~ quemadmodum fuit ipse dominus. Atque ego quidē arbitror hoc mor-
 tis genus, magni muneris loco illis donatum fuisse. Tota uita impendebatur Euangelio,
 mors ipsa plurimū habebat gloriæ, minimumq̄ cruciatūs. Quid enim martyris morte le-
 uis & cruce? Quot annis multos dissecrat podagra? Quot excoriatio renum ac uellicat?
 Quot calculus, meus carnifex? Quæ crux conferenda est cum pleuretidiis cruciatu?
 Leges cum maxime ſauunt, dissecant uiuū in quatuor partes, priuſq̄ attingant uitalia?
 At ego crediderim minus sensurū cruciatu, si cui membratim corpus dissecetur, q̄ qui
 sentit calculū sub imis costis, ac circa uenarū quas mēsericas appellāt medici, angustias
 ſeuientē. Quanc̄q̄ medici ueteres inter extremos cruciatu, qui subitā mortem adferret,
 primas tribuit calculo uellicæ. Qui fortassis hoc est acerbior, quod ferē sit immedicabilis,
 nisi uelis remediū morte crudelius, atq̄ ipsam plerunq̄ mortē. Certe huic proximū ma-
 lum est renum calculus, quū ſauit acerbius. Me uero tā subinde repetit, tamq̄ capitaliter
 adoritur, ut si quis odit Erasmum, merito iam inimicus esse desinere debeat, nimirū odio
 tot malis saturato. Porro cruciatū tam immitē ſecum adfert calculus, ut quāuis ualidum
 ac robustum corpus intra tridū nōnunq̄ interimat, & si se remittat dolor, in hoc remitte-
 rit, ut.

tit, ut mox atrocius ſequiat. Quid hoc est aliud q̄ frequēter reguſtare mortē? Quis autem
 cuperet reuiuſcere, paulo post iterum moriturus? Proinde graues autores non sine causa
 repentinam mortem summam uitæ felicitatem dixerūt. Huius exempla multa cōmemo-
 rat Plinius lib. 7. cap. 53. Sed multo plura quotidiana uitæ calūs ſuppeditant. Quanquam
 inter hos feliciores uidentur, qui uehementi gaudio subito eſſarunt animam. Sed longe
 felicissimi qui post multos annos feliciter actos, in re iucūda pariter & honesta subito de-
 fecerunt. Quemadmodum accepimus quibusdam rem diuinam facientibus aut concio-
 nantibus, aut cœlestiū rerum contemplationi intentis repentinā mortem accidisse. Sunt
 qui felicius existimant bene uiuere, q̄ diu. Sunt rursus qui longauitatem in maximis bo-
 nis numerant. Ego me inter felices numerare non possum. Vix enim arbitror quenq̄ ui-
 uere, qui minus debeat fortuna. Tameſi bonā malorum partē, ut ingenuè loquar, meq̄
 ſuis incogitantia debeo. De longauitate queri nō possum, iam enim nō procul abſum ab
 anno ſexageſimo, quantum ætatis si quis astrologus aut chiromantis mihi iuueni promi-
 ſiſſet, nunq̄ fueram crediturus. At tum etiam mihi uideor uiuacior, quoties me conſero
 cum his qui paucioribus uixerūt annis. Ante diem morior, si me conferam cum diuo Plie-
 ronymo, si cum Varrone, qui octogelimum agens annū scripſit libros de re rustica, & ita
 scripſit, ut ex his uideatur adhuc alacri animo fuiſſe, & ſenſiſſe ſtudioſū dulcedinē. Cum
 his potius me conſero, qui cum tanto me præceſſerint eruditione, tanto paucioribus an-
 nis uixerunt. Non iam loquor Lucanos & Perſios. Vergilius anno quinquageſimo pri-
 mo periit. Quidius non multo maior. Cicero anno. LXXXIII. Et hæc ingenia inter homi-
 nes numero. Magis nos mouēt exēpla uicinia. Laurentiū Vallā pono inter eos qui ſem-
 piternam poſteritatis memoriā promeruerunt. Videtur ante ſenectutē obſiſſe diem. Fler
 molauis ad iuſtam ſenectutem peruenit, ſed multo ante decrepitam exceſſit atatem. Picius
 Mirandulanus, Angelus Politianus, quæ ſui ſeculi decora, uigenti adhuc ætate perierunt.
 Si ueterum monumenta reuoluas, cōperies multos in literis celebres uiros ad multā æta-
 tem uixiſſe, hac noſtra memoria per paucos reperias: ſiue hoc imputandum mundo uer-
 genti ad ſeniū, ſiue quod nūc eruditio maiore diſpēdio comparatur. Veniā ad illos quos
 mihi ante annos non ita multos uidere contigit. Quum primum adirem Italiā iam perie-
 rat Philippus Beroaldus Bononiēſis. Cuius memoria tum mire celebris erat & gratioſa,
 & tamen ille deceſſit, me ut nunc ſum, natu minor. Huius cognatum eodem nomine &
 cognomine referentem illum uidi Romæ, iuuenem moribus candidiſſimis, ſtilo & erudi-
 tione non inferiorem illo maiore, iudicio multorum, ut & mihi uisum eſt, etiam ſuperi-
 orem. Hunc iuuenē ſata ē terris eripuerunt. Bononię primum uidere contigit Scipionem
 Carteromachum, reconditæ & abſolutæ eruditionis hominem, ſed uſq̄ adeo alienum ab
 oſtentatione, ut ni prouocaffes, iuraſſes eſſe literarū ignarum. Cum eo poſt Romę fui mi-
 hi propior familiaritas. Et deceſſit haud multo maior annis quadraginta duobus. Para-
 uij neminē uidi celebrē, mortuos tantum cōmemoro, præter Raphaelē Regiū, hominē
 admodum natu grandem, ſed cruda uiro uiridiſq̄ ſenectus. Erat tum ut opinor non mi-
 nor annis ſeptuaginta, & tamen nulla fuit hyems tam aſpera, quin ille mane hora ſeptima
 adiret M. Muſurum Græce profitentem, qui toto anno uix quatuor intermittebat dies,
 quin publice proſtiteretur, iuuenes hyemis rigorem ferre non poterant, illum ſenē, nec pu-
 dor, nec hyems abigebat ab auditorio. Muſurus autem ante ſenectutem periit, poſtea q̄
 ex benignitate Leonis cœperat eſſe Archiepiſcopus, uir natione Græcus, nimirum Cre-
 tenſis, ſed latinæ linguę uſq̄ ad miraculum doctus, quod uix uſti Græco contigit præter
 Theodorum Gazam, & Ioan. em Laſcarē, qui adhuc in uſuis eſt. Deinde totius philoſo-
 phiæ non tantum ſtudioſiſſimus, uir ſummis rebus natus ſi licuiſſet ſuper eſſe. Quodā die
 quum domi ipſius cœnaturus eſſem, & ad eſſet pater ſenectulus qui nihil niſi Græce ſcie-
 bat, tamq̄ in Chernibe ut ſit alius alij deferret, ego ut ſinitē moram inuſitē, arrepta patris
 manu dixi Græce, ~~...~~ mire exhilaratus ſenex, lauic mecum. Quamquam id
 temporis haud multo maior eram Muſuro. Muſurum autem in amplexu Zachariam iuue-
 nē eximie doctum. ~~...~~ Venetiā uidi Paulum Canalem Patricium,
 iuuenem ſummis rebus natum, niſi mors illud ingenium terris inuidiſſet. Is philiſi periit
 me illic agente. Aldus hoſpes meus multis poſt annis periit, haud multo minor annis ſe-
 ptuaginta, ſed tamē animo ad literas mire iuuenili. Petrum Cottam uno prandio uidi, &
 Ddd 3 audiui

auditi tatum, etate florenti, pari modestia atq; eruditione uisū. Romę uidi Petrum Mar
 sum longæuū potius q̄ celebrē. Non multū aberat ab annis octoginta, & florebat ani
 mus in corpore non infelici. Mihi uisus est uir probus & integer, neq; potui non mirari
 industris. In tanta etate scribebat commentarios in librum de senectute, aliosq; nonnullos
 Ciceronis libellos. Licebat in eo perspicere uestigia ueteris seculi. Ibidē cognoui & ama
 ui Petrū Phædrum, lingua uerius q̄ calamo celebrem: mira erat in dicendo rē copia, tum
 autoritas. Magna felicitatis pars est Romę innotuisse, ille primū innotuit ex Senecę Tra
 gœdia, cui titulus Hippolytus. in qua representauit personam Phædrę, in area, quę est an
 tē palatiū Card. Raphaelis Georgiant. Sic ex ipso Card. didici, unde & Phædro cogno
 men additum. Is obiit minor annis, ni fallor, quinquaginta, dictus sui seculi Cicerō. Hic
 ronymum Donatū tantū uidere contigit per occasionem. Nec post data est congregiendi
 facultas: senex erat, sed florentissimo corpore, uir ob raram ingenij dexteritatem, non so
 lum ad literas, uerum etiā ad omnem publicorum munerum functionem appositus. Pro
 cul abest ab Italia Britannia, sed eruditorum hominum æstimatione proxime est. Quam
 multos hic ex uetere sodalitiō desidero. Primū Andream Ammoniu Lucensem, deū im
 mortalem quāta ingenij dexteritate, q̄ fideli memoria prædicit. Tum animus q̄ erat ex
 cellus, q̄ alienus à liuore, quā alienus à sordibus. Hunc & suis dotibus & omni princi
 pum applausu florentē, maximis rebus destinatum subita mors interceptit, natu minorē
 annis quadraginta. Cuius equidem decessum, non possum non dolere, quoties in mentē
 uenit, q̄ mihi fuerit iucunda eius familiaritas. Erat huius sodalitiatis & Ioannes Sixtinus
 Phrysius, qui non multo post obiit, sed illo maior, cæterum corpore, quod nisi si qua mor
 bi uis incidisset, in Nestoris ætatem durare potuisset: ingenium erat ad omnia uersatile,
 memoria prompta tenaxq;. Præter iuris utriusque scientiā, quam habebat loco uaticā, in
 nulla disciplina non feliciter uersatus. Successit his Ioannes Coletus, qui decessit anno fer
 mē quinquagesimo tertio. Huius eximias dotes quid oportet recensere, quum eū in lite
 ris meis satis depinxerim, idq; ex uero. Nam hominē multis annis domestice noui. Haud
 multo post periit Guilielmus Grocnius, præter theologiæ professionē, in omni genere di
 sciplinarum usq; ad morositatē exacte uersatus. Is tamen ut ad multam uixit ætatē, ita ni
 hil scriptum reliquit. Attactus paralyti plus minus annū ipse sibi superstes fuit. Ex Ger
 manis amicis nullū desidero, præter Ioannem Capnionē, qui florenti quidem senectute,
 sed tamen iusta defunctus est. Poterat adhuc diu succurrere publicis studijs, nisi sic uisum
 esset superis condere quadam animātia quæ nihil aliud q̄ lædant, Bos arat, equus gestat,
 ouis pascit, Quid faciunt crabrones, cynomyiæ, uiperæ & cantharides: His accessit publi
 ca bellorum tempestas, Vtinam liceret Huttenum in hoc catalogo ponere. Nunc circuli
 ru factio redeo Louanium. Illic triduū frui sum consuetudine Christophori Longolij
 Brabantis, Nam Mechliniæ natum aiunt. Is nupet periit Patauij, natus annos plus minus
 triginta. Iuuenis ad literas natus, & in his mature feliciterq; institutus, inter nobiles futu
 rus, si licuisset uiuere. Postremus omnū nos reliquit Næuius. Sic solent milites nobilium
 ducum cōmemorare fata, & ex illorū exemplis sibi proponere quid possit accidere. Nos
 itaq; restamus. Quid dixi restamus? Ego, nam de me loquor, ultra colum, quod aiunt, ui
 uo. Felix si cum eorū quæ expertus sum memoria liceret repubescere. Verum hoc ut uo
 tum est *ἀνευλόγητος*, nam Homericō uerbo libenter utimur, ita nihil me torquet. Volens se
 quor quod uocat communis naturæ cursus. De uitæ spatio nihil queror, ultra spem conti
 git, Quamquam poteram annos aliquot in amicorum fauoribus, quos industria mearum
 lucubrationum mihi per uniuersum orbem non paucos parauit, conquiescere, nisi uelut
 mus, quod Græco proverbio dicitur, in picem, in hoc tragicum seculum incidissem. Quo
 minus obtigit hic felicitatis, hoc confido melius mihi futurum in altero seculo. Et tamen
 mihi sui infelix potius quā alijs. Sunt qui sibi nati, sibi uiuunt, omnibus incommodi, si
 bi solis felices, neq; cuiquam benefaciunt nisi quum moriuntur. Ne tum quidem deest ani
 mus incommodandi. ~~Quædam enim sunt, quæ in seculo nostro, præcipue in his, quæ sunt in
 mori laboribus. De mortis genere, quo non aliud cruciabilius, sic me consolor, quod nihil
 habet omnino cōragij, cū leuiora etiam corporis uicta, quod genus sunt lippitudo, aut lin
 guæ balbuties, afficiant conuictorē, cui cum calculo res est, solus dolet, solus periclitatur.~~
 Nullus

Nullus autem est cruciatus tantus, quem humana natura non ferat, si assueuerit, præfer
 tim si assit fortis animus. Nec multiebriter dictum est apud Euripidem ab Electra.

*ὅτι ἐστὶν ἄσπετος, δεινὸν ὅσῳ ἐπιπέσει
 ὅσῳ πάλῳ, ὅσῳ συμφορὰς ἄχρηστος
 ἢς δὲ αὐτὸν ἄρατ' ἄχρηστος ἀβήρωτος φύσει*

Porro quod ad animum attinet, non solum sic cogito, mitius reddi malum, si quis ferat, &
 quo animo, quod uitari non potest: uerum etiā hoc Evangelicæ debeo philosophiæ, quod
 corpusculum hoc totum semel dedidi Christo, non aliter quā ægrotus ac de uita pericli
 tans se credit medico ungenti, proluenti, secanti, urenti, persuasus quod quibuscunq; mor
 dis ille tractauerit hoc animæ domicilium, salutis meæ causa facturus sit. Nihil illi præseri
 bo, tantum seruet, ac faciat quod uelit. Scio illum nihil uelle, nisi quod nobis est optimum.
 Cæterum ab his remoris, quæ non patiuntur alios equo animo supersticibus dicere, uale
 re & plaudite, iam propemodum sum liber. Et iuuenis cibum ac potū semper ita sumpsi,
 ut pharmacum. Ac sæpenumero doluit, non licere sine cibo potuq; perpetuo degere. Ve
 neri nunc q̄ seruitus est, ne uacauit quidem in tantis studiorum laboribus. Et si quid fuit
 huius mali, iam olim ab eo tyranno me uindicaui aras, quæ mihi hoc nomine gratissima
 est. Ab ambitione semper abhorui, cuius rei nunc me suppccitet. Tantum honoris acci
 piendum erat, quantum sat erat ad uindicandum à contemptu. Sed nec tum poteram ima
 ginari, tales esse beluas sub humana specie, quales experior: & nunc ambire ferū est, quod
 obire non possum. Senectus solet ad rem attentos reddere. Huius morbi ne tantulum qui
 dem adhuc attigit animum meum. Atq; utinam sic liceat moderari sumptus, ut morientē
 nec proprium as nec alienum superstit, præterquam quod huic ubicunq; reponendo cor
 pusculo sit satis. Porro famæ sarcinam utinam liceat & antequam corpus deponere. Tam
 tum abest ut me gloriæ poeniteat, si quid tamen omnino est gloria. Nulli sunt affectus pri
 uati, puta liberorum aut parentum qui me remorentur in uita. Omnes amo ex æquo, quā
 Christum diligunt. Nonnihil mihi luctandum fuit cum animo meo, ut erga eos qui sciens
 uolentes, destinata malicia, nihil commérito imò benemerito oblatrant, obtrectant, at
 que etiam exitium moluntur, sumeret affectum pure Christianum. Impetrauimus & hoc,
 ut non solum non cogitemus de uindicta, sed ne male quidem precemur. Videmus hanc
 lenitatem etiam in militibus, quum certa mors urget, quanto magis hunc affectum no
 bis præstare debet Evangelicæ philosophiæ. Nunc aliquantulum in hoc luctor, ut certam
 fiduciam animo concipiam de salute. Atq; hac de re frequenter ipse mecum cōfabulor, nō
 nunquam & cum eruditis amicis cōmunicō. Nec adhuc sit satis, nec à Lutheranis nec ab
 Antilutheranis. ~~Itaque nihil uidetur consultius, q̄ hanc securitatem modis omnibus
 ambire precibus ac beneficijs à Christo, usq; ad supremum uitæ diem, ac tum huius quo
 que rei iudicium illi permittere: sic tamen, ut quā est minimū spei ex nostris meritis, tū
 sit plurimum fiduciæ ex illius immensa erga nos charitate, eq; promissis adeo benignis.~~
 In hac philosophiā nunc uersor eruditissime Cauere, ad quam te quoq; hortarer, nisi sci
 rem te uirum iuxta pium ac doctum, iam olim hæc omnia fuisse meditatam. Incufas incō
 modam ualitudinē, nec iniuria quereris. Erat istud ingenium omnino dignū meliore do
 micilio, sed uide ne multum adiciat mali morbi imaginatio. Deinde medicis uti laudo, in
 dulgere non laudo. Salutabis diligenter ueteres congerrones nostros, Ioannem Paluda
 num, Theodoricum Aluistensem, Ioannem Armentherientem, & Petrum Curtium, qui
 in Næuij uices successerunt. Cumq; his totum sodalitiū trilingue, Basileæ Calend. Mar
 tij, Anno à Christo nato M. D. XXIIII.

ERASMV ROTERODAMVS MARCO LAVRINO COL

legij S. Donatiani apud Brugas Decano. s. d.

Æ tu plurimum debes Hilario nostro, qui tibi scæuis rumoribus exanimato,
 quemadmodum scribis subito reddiderit animū: sed esse qui rumores huius
 modi mēdacissimos spargant, uel ob hoc non debet esse mirū, quia iam nouū
 non est: præsertim cum mūdus alat tot ociosos, quibus hoc unice studio est,
 ut quod istis proclique est, & solum superest, homines de publicis studijs, deq;
 religione Christiana benemereri conātes, linguis ueneno tinctis cōfodiant, & uel hac rati
 one ad breue tēpus discrucient animos eorū, qui ut publicis cōmodis gaudent, ita fauēt
 Ddd 4 utilita

utilitati publicæ sua industria consulentibus. Verum illud admiror esse qui rumoribus istiusmodi commouentur, maxime iam toties experti, quam uanos fuisse docuerit rerum exitus: mirum autem uideri non debet, si homines qui nec per somnium quidem unquam intellexerunt quid sit pudescere, audent mentiri de tam procul absente, quum in proxime uicinum soliti sint nouas subinde comminisci fabulas. En casus senarium effudit. Arbitror rem iambo dentato dignam. Louanij tot annos egi, quoties Bruxellam aut Mechliniam me contulisset, totos decem dies minatus iturum me priusquam item, isti quos nihil pudet, iactabant me fugisse metu. Dentq; quum rusticans Anderlaci, qui locus est & celeberrimus, & Bruxellæ, ubi Cæsaris est regia, proximus, ualetudini consulerē, penè quotidie in urbem adequitans, ac Louanij quoq; subinde recurrēs, uidelicet latitabam istis. Ac frequenter eodem tempore Louanij decumbēbā febris immedicabili, & iuxta Bruxellam delapsus ab equo perieram apoplexia, quum multis annis gratia Christi nō ualuissem reuolui, q̄ id temporis ualebam. Sed intra septem annos, quoties isti me extulerunt, quoties profligant, quoties uarijs malorum generibus afflixerunt: O plus q̄ Phalarides ac Mezentios. Non satis est semel occidisse miserū Erasmus, nisi toties tot malis excarnificent, tot exitijs extinguant? Nec interim tot supplicijs, tot moribus saturare possunt crudelē animum. Vbi est interim illud Ioannis apostoli, Qui odit fratrem suum homicida est: An non satis declarant isti, quid sint faciuri, si tuto liceat, qui toties occidunt lingua, quoniam ferro non queunt: Et tamen dies ille non potest procul abesse, quo uerum erit dixisse, Vixit Erasmus. Nec ullus est casus non expectandus mihi, qui possit homini accidere. Quin mirandum etiam hoc corpusculū per se inualidum, in nunc ætatis etiam accessione imbecillius, tot morbis, tot malis, tot laboribus sufficere. Quod ego sanè deuotionibus istorū, & aris debere me puto, sic uolente deo, ne tā crudeli uoluptate cito potiantur. Iam ubi me tandē diris modis confecerūt, tum sauiunt in libros meos, perinde atq; in liberos charissimi mos, ut in his ueluti rediuius, uel superstes magis, crudelius etiā intereā. Hos quoties prefixo ~~dam~~ damnarunt, quoties ultricibus flammis exusserunt? Quo minus adfuerim in conuentu Vormaciēsi, siue ut nunc doctus uocari cœpit Berbetomageni, quod certe fueram inuitatus, partim in causa fuit quod nollem inuolui negotio Lutherano, quod tū uehementer anceps erat: partim quod facile diuinare in tanta principū frequentia, tantaq; uarij generis hominum colluise nō defutura pestē, quum Colonia non fuisset immunis ab eo malo, quum illic primū ageret Cæsar. At mortuo principe Cicerio, nescio quid conati sunt deferre quidam apud Cæsarem: sed adeo impudenter, ut nemini bono cordatoq; per suaserint. Atq; ego submonitus amicorum literis, illico scriptis ad aulae primores epistolis ita fumum illū discussi, ut omnes mihi non minus amanter ~~respondissent~~ responderint. Inter quos erat illustrius, uir Mercurius Cattinarius summus Cæs. Ma. cancellarius, Card. Sedunensis, Marlianus episcopus Tudenis, Hieronymus Aleander tum nūcius apostolicus. Nam alios data opera non nomino. Solus episcopus Leodiensis dies aliquot remotus nūcius, tandē exclusus negocijs uerbis duntaxat respondit. Vbi redisset Cæsar Bruxellam, uix ullus erat dies, quin per medij forū ac præter aulam obequitarem, in aula frequenter uersarer: idq; non admodum ex more meo, ac propemodum magis habitabā Bruxellæ q̄ Anderlaci. Quotidie salutabā episcopos, quantū alioqui neutiq; ambitiosus in talibus officijs. Prandebā cum Cardinale, cōfabulabar cū utroq; nuncio: uisebā oratores, & illi me uicissim Anderlaci. Nunq̄ in uita minus latui, nec unq̄ magis uersatus sum in oculis hominū. Et erāt interim ex istis blaterōibus, qui descriperāt in Germania Erasmus abditū alicubi latitare. Nec id factū prius rescui, q̄ huc me recepissem. Rursus quū Cæsar ageret Brugis, unā cum rege Danorū, & adesset id temporis Britānici regis nomine legatus R. D. Thomas Card. Eboracensis, si me domi tuę tantū continuissem, scis ipse q̄ latitasset, quū frequenter omnes aut certe præcipuos aulae proceres haberes cōuiuas, inter quos sedebā omnibus ut opinor gratissimus. Nunc quoties foris prandebā, aut cœnabam apud optimates, atq; etiam apud Danorū regem, qui me uel quotidianum conuictorem optabat. Quod non obequitabā frequēter & te comiter. In qua magnatum celebritate non adfui: nunc in aula Cæsaris, nunc in familia Card. Eboracensis, nunc apud alios atq; alios, etiā si frequenter inuitatus non ibam: Sum enim natura domi amantior: & hoc uitæ genus postulant etiam studia nostra. Atq; uti tum latitabam, ita postea fugi. Sex uo-

ros mea

ros menses adornaueram iter Basileam, idq; palam omnibus. Quandoquidem hoc nomine maturius etiā numerauit Cæsarem pensionē thesaurarius, quod dicerē mihi iter esse Basileam. Neq; causa latebat, nimirū eadem, ob quā toties & ante Basileā inuisi, prius q̄ istos heroes timerem. Excusum fuerat prius uoluntati Noui testamenti, supererat annotationes. His adesse cupiebam, non solum ut exirent emendatiores, uerū etiā ut paulatim prore nata, uel immutarē aliquid, uel adderem. Nam in hoc scripti genere, redit auctori labor actus in orbem, cui nuncq̄ exhausti satis est. Cupiebam autem hac ædificatione, quæ tertia erat, postrema defungi. An hæc leuis causa uideatur? Videatur sanè, sed istis uentibus, qui tamen ob conuiuium opiparum, non dubitarent uel Basileam usq; pedibus aduolare. Mihi certe ea causa non minus cordi erat quàm regi Gallorum ditio Mediolanensis. Iam ad iter eram accinctus, nec quicquam obstabat nisi uitarum discrimina. Expectabatur igitur tur cōmeatus. Interea diuersis locis colligebatur pecunia, qua gratia & Louanij sex dies sum commoratus, nimirum & illic latitans, quemadmodum soleo, in diuersorio, quod nemo se confert hospitium, adeo ut frequēter non sit locus. Pandocheo symbolum est imago uiri syluestris. Forte fortuna tum aderat Hieronymus Aleander, quicum suauiter uiximus, nonnunquam & in mediam usq; noctem producentes literatas fabulas. Conuenierat inter nos, ut si contingeret turum iter, unā discederemus. Eodem reuersus aliquot post diebus, etiam tum offendi Aleandrum molientem abitum, quemadmodū moliebar. Bruxellæ didiceram Franciscū Sychinum ducem postredie Tenæ futurum, cui tum pulchre conueniebat cum Cæsare, quomodo nunc conueniat nescio. ~~Et tunc cum meo~~ meus & apostolorum Simonis & Iudæ: ~~quod tunc cum meo~~

~~bonis quibusdam~~ Vbi Tenā uenio, Franciscus quidem dux nō aderat, nec expectabatur, sed aderat magna uis militū, partim pedum, partim equitum, partim medij generis qui prædam bigis deportabant, unā cum claudis ac faucijs, qui sibi partū cauerant in bello. Hos habui comites itineris usq; ad Spiram: Illic transmissis Rhenō, relinquo illos ad sinistram, Horū frequentia hacienus contigit iter tutissimum. Decretum erat quàm minimum uitæ dispendium facere. Solent enim officij gratia more Germanico conuenire sodalitates, qua re nihil iucundius quum uacat, sed properanti & fessō, tum itineris negocijs occupato nihil inutilius. Interim dum salutamur & salutamus, equi neglecti morbum contrahunt, aut siti pereunt. Itaque ab oppido Dura, rectā transcurro Sychinum, relicta ad lauam Colonia Agrippina. Eo die

ictum.

ieiunij sedimus in equis totas noctem horas, gnauiter interim equitates, quod extrema uia longior esset opinione, parumq; tuta ob montium ac collium flexus. Postridie uenimus Confluentiam, hora ferme decima, Quum illinc quoq; gestirem abire tacitus, nescio quo casu rescituit eximius uir Matthias eius urbis officialis, homo totus bonis libris ac uirtuti deditus. Is (quod fore diuinaram) nos uolentes nolentes domum pertrahit, confluunt sodales. Illic primū & didici & uehementer sum admiratus in Germania fuisse, qui mihi nescio quid metuerent. Sed hunc *παικλὸν λόγον* ridens etiam illis ademi. Narrabant & episcopum mei conueniendi desiderio teneri. Nam & Colonia me uocarat ad pradium, sed excusauit cœlum pestilens & incommodum, nimirum prius habens consulere ualetudini, quam obsequi principum uoluntati: uerum is tum aberat. Porro quoniam uidebam mihi per amicos salutatores nō permissum iri, ut eo die me illinc explicarem, ne totus sine linea periret dies, à prandio complures epistolas scripsi diuersis amicis, per humanissimum uirum Carolum Hartum, qui me officij gratia fuerat eò comitatus. Prius quam Moguntiam peruenire, in itinere cognoui R. D. Card. Moguntinum abesse: itaq; solum Capitonē ad colloquium euocauit. Simul atq; uero, & hunc abesse cognoui, accingor itineri. Comitres e suis famulis armatos obtulit eximius iuuenis Marquardus ab Hattelino, canonicus ecclesie Moguntinae, qui nuper mortuus est, longa alioqui uita dignissimus. Id quum recūsarem, quod ea res frequenter etiam inuitat prædones, puerum suum comitem addidit. Vormaciae dum adornatur prandium, Hermannum Buschium ad colloquium euoco, uirum *παικλὸν λόγον*, & mihi uetere necessitudine coniunctissimum. Dum is diu frustra quaesitum non inuenitur, diutius in hypocaufto desideo, nō sine magno meo malo. Quum enim antea semper bellissime ualuissem, illic sensi ualetudinē infici, pedore magis quam calore. Adeo mihi male conuenit cum hypocauftis Germanis, cui cum ipse hominibus tam belle conuenit. Gratularer illis rem tot modis commodam, si mihi liceret cōmuniter frui. Sed tamen primam hanc corporis affectionem, labor equitationis excussit. Volabamus enim Spiram uerius quam equitabamus, & plane pegafos habebam, qui nunc quoq; deuorant dominum suum. Spiram ubi uentum est, uentum est autem admodum sero, recta me confere una cum equis ad aedes Thomae Truchses, eius ecclesie decani, siue quia ille sic crebris ad me literis iusserat, siue quia noueram omnia diuersoria militibus undiq; differta, qui illic ferocius agere solēt, quam in bello, ita ut fortes decet uiros. Apud hunc quoniam canonicos aliquot cœnantes offendi, accubui pariter. Tepebat & illic hypocauftum, licet abesset nidor. Illico redijt illa iam nimis nota corporis affectio. Itaque decretum erat in totū abstinere à delicijs Germanorum. Illic biduum refocillato corpore, Argentoratum peruenio. Nec hic decreueram cōmorari, sed Iacobus Spiegel Caesaris secretarius, *παικλὸν λόγον*, quem in salutatum præterire non audebam: me prodidit sodalitis, cui nuper accesserat Lucas Bathodius, & hoc in amore cæteris uehementior. Datus est his dies unus, & item alter. Inde Sletstadium me cōfero comitantibus aliquot, inter quos erat Bartholomæus Latomus Treuit, singulari morum & ingenij dexterritate iuuenis, qui Friburgi moderabatur collegium philosophicū. Hinc rursum nos honoris gratia Colmariam usque produxerunt aliquot e sodalitis, inter quos erat Beatus Rhenanus, qui me postridie Basileam usq; prosequutus est. Quid ego tibi hic mi Laurine Thrasionem referam, cōmemorans quāto studio sit mihi reditum gratulatus senum optimus ac sanctissimus episcopus Basiliensis, qui nunc quoq; missis subinde xenijs & epistolis testatur suam erga me pietatem: quanto magistratus huius ciuitatis, quanto cæteri uel ecclesie, uel studiorum proceres, copiosius etiam declaratur studiū animi sui, ni talibus officijs ubique præ me feram me nequaquam capere. Et adeo nō lauit Germaniam adesse me, ut præuolante rumore, dies aliquam multos illic fuero, ante quam aduenirem. Et interim isti nugones iactabāt me demigrasse Vuitbergam. Quid enim istos pudet? Erat interim Basileæ fat prospera ualetudo, donec frigerēt cœnacula. Ceterū ubi perspicerē alijs esse frigus intolerabile, passus sum semel atq; iterū incēdi moderate, sed ea ciuilitas magno mihi constitit, mox orta pituita pestilens. Pituitę successit calculus adeo subinde recurrēte malo, ut nullus esset dies, quin aut conciperē, aut parturirē, aut parerē, aut à partu decumberē, quæadmodum solēt puerperę. Stomachus interim sic collapsus, ut nullo remedio posset restitui. Mihi natura letalis est inedia, & calculi nixus, qui sæpe

qui sæpe biduum durabant, nihil minus patiuntur q̄ cibū. Itaq; quum dolor esset quauis morte grauior, tamen non minus erat à stomacho collapsio periculi. Quid multis? tantū hic erat calamitatis, ut uel Nicolao Emondano fuerit satis futurū. At interim corporis quamlibet magnis malis nō cessit animus infractus. Præter alia multa absolui annotationes in noui testamenti: aggressus sum & absolui intra duos ferme menses Paraphrasin in Matthæū: eam absolutā mitto Cesari, *παικλὸν λόγον*. Exhibuit eam Ioānes Glapion in sacello, presentibus aliquot aule primatibus, inter quos erat R. P. Episcopus Palatinus, *παικλὸν λόγον*, *παικλὸν λόγον*, *παικλὸν λόγον*, *παικλὸν λόγον*. Protinus agnouit Cesar Erasmi, qui quondā patri Philippo porrexisset Panegyricū, ipsi pridem librū De principe Christiano: ac munus sibi gratū fuisse, literis etiam *παικλὸν λόγον* scriptis testatus est. Testati sunt idem literis suis humanissime scriptis, quum alij complures tū ipse Glapion, N. episcopus Palatinus, *παικλὸν λόγον* cancellarius, Georgius Haloianus, R. D. Ioānes Carondiletus archiepiscopus Panormitanus, Antonius Suketus inter cōsiliarios autoritatis præcipue, Maximilianus inter secretarios primi nominis. Quum plerisque pēssiones uel adimerētur, uel decurtarentur, mihi polliciti sunt meam incolumē ac solidā futurā, iubentes ut maiora cētā à Cesaris benignitate sperarem in posterū. Quin & ipse Cesar paulo post cū Anglorum rege conuiuiū agitās, ulstro fecit *παικλὸν λόγον* mei mentionē, satis declarans quo esset in me animo. Id certo cognitū habeo ex his qui mensæ astabāt. Scio iam dudū ridere *παικλὸν λόγον* meum, sed huc me cōpellit lycophantarū impudentia: & tamen aliquāto minus narro, q̄ res habet, tantū abest ut quicq; admentiar. Nam nec te fugere puto, q̄ non sim huiusmodi gloriolarū appetēs. Verum illud interim calumniatur, uod tā diu hēserim, Basileę, quod ante Cesaris abitum non aduerim, quamlibet inuitatus amicorum literis. Hic uellem e quidem ornatissime Marce mihi causam esse minus iustam quā est. Apud Cesarē nē hil agebatur, nisi de fortuna uel constabilienda quæ contigerat, uel augenda, & ego iam parata plane contentus eram, & Basileæ me non fuisse ociosum res ipsa loquitur. Quid si hoc negocium mihi prius fuisset, quod ad publicā utilitatem pertinebat, quā quod mihi priuatim conducibile fuisset, num essem reprehendēdus? Ad summos honores uocabar: hoc enim non unis ad me literis testatus est Glapion, & tot argumentis compertum habebam Cesaris erga me studium, & metu scilicet abstinēbam. Quod si tale periculū ostensum fuisset istis mundo mortuis, ut alatis pedibus hiantes aduolassent? Ego si quid erat quod hic metuebam, nihil aliud erat, quā me cum Lutheranis conficiendū negocium ab eo mihi delegaretur, cui negare fas nō fuisset: non quod faueam seditioso negotio, qui sic ab omni dissidio natura quodam instinctu abhorream, ut si mihi pro latifundio līs esset suscipienda, citius rem deseram quā ius meum persequar. Sum enim uere uitis ac ficus illa apologetica e libro Iudicum, quæ per legationem arborum uocata ad imperium, bellumq; gerendum, respondit se non posse deserere naturæ suauitatem, ac bellicis turbis inuolui. Erat hoc à magnis, sed falso persuasum Cesari, me cū primis huic prouincię gerenda esse idoneū, cum nemo deligi potuerit magis inuitis. Videbam undiq; multos accinētos ad hoc negociū: agnoscebam q̄ essem impar tantæ prouincię, etiā si fuisset natura compositus ad tam odiosas pugnas, uidebā alia multa quæ dissuadebant, de quibus opinor magis expedit nūc siluisse. Et tamē ne hæc quidem tā multa deterruissent me à reditu, nisi me uiolentus ille tyrannus cōpedibus suis uinctum detinuisset. Quis iste tyrannus, in quies, quū Heluetia tyrannos nesciat? Phalaris in quā ille calculus, cuius utinam mihi liceat esse tyrannicidā. Et hoc tamen contēpto Sletstadium usq; profugeram: sed sic affectus ex itinere, ut primum Brisacī apud Henricum Gallinariū, eius loci parochum biduo refocillari corpusculi lassitudinem, ac febrim lenierim. Deinde apud Beatum amicū omnium candidissimum refocillatus quadriduū, ægre me Basileæ receperim, sed hic quoque apud Gallinariū refocillatus: uerū interim obfirmato animo, ut si rescissem Carolū diutius apud nos cōmorari, satis uiribus retentarem iter. Vbi per famulum, quē itā hoc præmiseram, cognouissē certum diē, ad quē Cesar destinasset nauigare, is erat Maij primus, qui tum proxime imminebat, exclusus à spe uidendi Cesaris, cōtinuū me Basileæ menses aliquot, haudquaquam indulgens ocio. Interea cum eruditorum hominum literis Romam inuiterer, & complurium, & eorum quibus fidere tuto poteram: sed præsertim

R. Card. Sedunensis, qui frequenter per alios, sed bis proprijs literis amanter, magnoque studio scriptis hoc agebat in quibus propter omnem fauorē, propter omnes spes, de suo pollicebatur quingentos ducatos annue, præterea uitaticum non fordidum: & eodem prouocaret literis humanissime scriptis Syluester ille Prieras, cepti & de Roma adeunda cogitare, si quo pacto tyrannus ille meus daret commeatū. Et erant alioqui permulta, quæ me Romam prolicerent. Optimorum librorum, & eruditissimorum hominū copia: tot amici ueteres, inter quos erat & Ricardus Pacæus, tū illic agens, & Paulus Bombasius, & Ioannes Faber, & Georgius Sauromanus, præpositus Vratislauenſis, iuuenis ad unguem doctus, ac maximis rebus natus: & Hermānus Phryſius, iuuenis olim magnus & nobilis inter eruditos futurus. Tot noui inter quos Coricius, uir cædidissimi pectoris, & Landauus olim futurus inter scriptores nobilis, nisi me plane fallit animi præſagium. Omitto nūc tot Cardinales, quorum maxima pars mihi impense fauet, ut ex amicorū literis cognoui: quidam etiam suis ipsorum literis animum erga me suum restati sunt. Si quis addubitat de mea fide, productæ literæ docebunt, me modestius quam pro re loqui. Itaque quanquā distūdentibus amicis omnibus Constantiā adij, comitātibus ultro duobus amicis, Henrico Eppendorpio, præter generis claritatem, ac literas, moribus suauissimis: ac Beato Rhenano. Exceptit nos omnes hospitio clarissimus uir Ioannes Borzhemus Abstemius, eius loci canonicus: quo quidem homine nihil adhuc uidi comius, aut cædidius. diceris musis & gratijs natū, Domum habet, quæ musarum domicilium uideri possit: nusquam præ se ferens aliquid nitōris, & elegantia: nusquam muta, sed undique loquacibus picuris alliciens ac remorans oculos hominum. In aula æstiuā, quam, ut ait, mihi parauerat, proxime mensam, stabat Paulus docens populum. In altero pariete sedebat Christus in monte, docens suos discipulos: tum apostoli per iuga proficiscentes ad euangelij prædicationē. Secundum fumarium consiscebant sacerdotes, scribæ, & pharisæi cum senioribus cōspirantes aduersus Euangelium, iam suboleſcens. Alibi canebant nouem sorores Apollinis: alibi Charites nudæ simplicis beneuolentiæ, & amicitia: non fucata: solum. Sed quid ego persequar totam illius domū epistola depingere, cuius nitelas, cuius delicias uix decem diebus perſuſtrare possis? Sed in totis ædibus undique ornatis nihil est ornatus ipso hospite. Musas & gratias magis habet in pectore, quæ in tabulis: magis in moribus, quæ in parietibus. Primo statim aduentu, rogaram hominem, ne quem uocaret ad conuiuium: quod & ego natura paucis delector, & tum sic erā affectus ut ego potius essem alijs molestus futurus, quam ut multorum cōuiuio possem hilareſcere, primum lassus de uia, deinde adeo grauidus, ut nulla scropha æque, denique partui proximus: presentissimus enim & hoc, non aliter quæ puerperæ. O uere miseram prudentiam. Aderat tum forte R. D. Hugo, Constantiēſis episcopus, uir heroica corporis proceritate, comitate singulari, homo syncerus & absque fūco, absque supercilio: non militaris, ut fere solent apud Germanos, sed uere sacerdotem agens. Is ilico rescituit aduentum meum, & honoris gratia uolebat accerere: sed submonuit hominem Borzhemus, parceret ualeitudini meæ, se indicaturum, quādo id commodum esset futurum, Atque hic geminam humanitatis laudem promeruit episcopus. Humanitatis erat, quod offerebat officium, sed maioris humanitatis erat quod oblatum patiebatur recusari. Quidam enim indignantur, seque contemni putant, nisi per omnia obseruias, uel tuo malo: misit tamen œconomum suum, qui mihi per dicitibus aliquot donatis deferret, quicquid rerum haberet domus episcopi: & usi sumus assidua liberalitate præſulis. Post dies aliquot entus sum: sed sic, ut nunquam maiore cruciatu. Languēbam igitur è partu, sic ut nec mihi, nec alijs essem iucundus: alioqui nihil deerat ad summam uoluptatem. Deum immortalem quod hospitium, quis hospes, quam belli homunculi, quam nitidus apparatus, quæ fabulæ, quæ lectiōnes, quæ cantiones. O menſæ cœnæque deum. Non inuiderem dijs poeticis suum nectar & ambrosiam, si ualeudo fuisset aliquāto secūdiōr. Ad blandiebatur & ipse loci situs. Imminet enim Constantiæ lacus mire spaciosus, in longum simul & in latum ad multa passuum milia porrectus, nec minus interim amœnus. Ad dunt gratiam montes nemorosi undique sese ostentantes, quidam eminens, quidam è propinquo. Nam illic Rhenus uelut in Alpium confragosus ac præruptis locis delassatus, tanquam amœno diuersorio refocillat sese: per cuius medium leniter delabens, apud Constantiam recipit sese in suum alueum, recepto simul & nomine: quanquam totus lacus semper ma-

luit

luit nomen suum debere ciuitati, Bregantinus olim dictus, qui nunc Constantiensis appellatur, donec ei quæ nunc Constantia uocaret, Breganto nomen esset. Dicitur & piscosus esse, & profunditatis uix credendæ, adeo ut alicubi summa aqua ab imo fundo absit cubitis centum. Nam aiunt, ingentium montium moles aquis huius regi. Is qui præest fodalitio Domicialium, uir integerrimus, doctrinaque solida, sed in concionibus sacris admirabili quadam facundia, donauit nobis ex eo lacu piscem ingentem, quam Trottam appellat uulgus, munus rege dignum, si apud nos datum fuisset. Rhenus relicto ad dextram lacu, paululum præterlapsus urbem Constantiam, uelut ludens ac lasciuens insulam facit, quam occupat insigne monasterium uirginum: ac mox in sese coiens lacum efficit minorem, quem incertum quamobrem, Venetum appellat. Ab hoc iusto aluco uoluitur, plerumque uorticofus, sed utinque nauigabilis usque ad oppidum, olim Cameram imperialē nomine Schiffhusiam, ob traiecit, ut opinor, prius quam illic pons esset. Nam haud procul inde sunt cataractæ, per quas se præcipitat magno fragore Rhenus: quanquam & altis frequenter cataractis intercisus, & saxis impeditus, parum aptus est nauigijs usque ad Basileam. Sed interim Constantiam recurat oportet narratio, quæ ciuitas nulla re magno opere celebris est, quam ecclesia perquam uetusta, nec ineleganti: tum synodo illic olim habita, præterquam quod, sed præcipue Ioanne Hus illic exulto. Misitabantur undique xenia, è locis etiam procul distitis. Alius uinum aliquod insigne mittebat, alius auriculas, alius pisces, alius aliud. Magistratus honorario uino misso gratulatus est nobis. Canebāt è propinquo diebus aliquot publici tibicines. Nam hoc quoque solet honoris hospitibus quibusdam præstari. Quod si conuiuias quoque nocte cupis, assidue erāt præter Beatum & Eppendorpiū Ioannes medicus, homo iuuenis quidem, sed insigniter ingeniosus ac doctus, ac perinde sobrius & modestus. Michael Hymelbergius, quem ut tibi paucis depingam, pudore, modestia, doctrina, suauitate morū, alter Rhenanus est. Aderat & Vannius concionator, uir euangelicæ sinceritatis. A partu postquam non nihil uitium collegimus, horulam dabamus amicis saluatoribus, sed electis & commendatis, nec enim licebat omnium affectui morem gerere. Episcopus pro sua humanitate cupiebat, quicquid poterat honoris exhibere: sed ab hospite submonitus est, me hominem esse modici cibi, uel nullius potius: abhorre à tumultuosis cōuiujs: ne quem mea causa uocaret: ne quid apparatus adiungeret quotidiano. Paruit, & fodalitate illam nostram dūtaxat accepit prandio. Ab hoc dimissus honorificentius, quæ ego sanè promerebar, inuisimus R. P. Ennium, episcopum Verulanum, tum illic nuncium apostolicum. Nam iam ante coierat inter nos mutuis literis amicitia, qui tanta cum alacritate nobis occurrit, ac si quisquam alicuius precij ad se uenisset. Cōſedi magis soli, uarijs de rebus cōſabulantes. Est enim uir apprime prudens: & quoniam in multorum principum negocijs diu uersatus est, singulari præditus iudicio. Augebat & ætas æqualis & morbus communis, mutuam beneuolentiam. Nam & ipse calculo fuerat obnoxius, eadem ex causa collecto malo, nimirum ex uinis earum regionum, tenuibus, acerbis, asperis, crudis, crudelibus et inamœnis. Mutato uino desierat laborare, aut certe laborabat leuius. Communicabat & alia remedia, ex Mediolano misisa. Adornabat & ipse iter in Italiam, neque quicquam obstabat, nisi breue Pontificis, quod in singulas horas expectabat, me cupiebat itineris sui comitem. Ac mihi quidē gestiebat animus, quum non longius abesset Tridentum, quam itinere sex dierum, ut aiebant. Nam illac erat eundem ob Cæsarianorū & Gallorum dissidia. Sic enim nunc fruimur monarchis. Inuitabant Alpes è propinquo aridentes, dehortabantur amici, sed frustra, nisi calculus uiolentus rhetor perſuaſisset, Basilea repetita, reuolare in nidum. Interim dum Abstemius hospes innectit moradi causas, dum uerba dant nautæ (Nam erat animus Schiffhusiam usque nauigio deuehi, quod diffiderem me ferre posse iactationē equestrem. Sic eram affectus) commorati sumus Constantiæ ferme tres hebdomadas. Tandem quum nautæ nullum faciunt mentiendi finem, idque suo uel iure uel more, ira robur addidit, & conscens equis hora octaua, peruolauimus Schiffhusiam ante tertiam pomeridianā. Vbi reditum est Basileam, uisum est gustare uinum Burgundiacum, quod mihi multum recusanti, ante dies complures donarat uir humanissimus Nicolaus Diesbach Decanus, ac designatus episcopus Basiliensis, quem nunc coaditorem uocant. Primo gustu non admodum adlusbeſcebat palato, cæterum nox arguebat indolem uini. Sic enim subito recreatus est stomachus

Ecc chus

chus, ut mihi uiderer renatus in alium hominem. Atque ego sane semper imputarā malum hoc uinis quibusdam, quæ pleraque quum cruda, acris, & ob hoc inimica stomacho sint, tam facile penetrant in renes, eoque crudam materiam secum deferunt. Ad hæc quali per se parum sint infelicia, malis pharmacis uiciant, calce, alumine, rhelina, sulphure, sale: nam aqua, quam largiter addunt, minimum est malorum. Quid multis pleraque digna sunt, quæ bibantur ab hæreticis. Nam hoc ego tormenti satis esse putarim ad quoduis maleficium puniendum. Et tamen reperuntur qui tam miseris uillis dignentur inebriari. Gustarā & ante uina quædam apud Burgundiones nata, sed ardentia & austera. hoc erat colore gratissimo, Pyropum esse diceres, sapore nec dulci, nec austero, sed suauis, nec frigidū, nec ardens, sed humidum & innoxium, stomacho sic amicum, ut nec copia largior multum offenderet: & quod in uinis subrubris rarum est, mediocriter soluebat aluum ob genuinam, ut cōiunctio, uim humiditatis quam explicat in stomacho. O felicem uel hoc nomine Burgundiam, planeque dignā, quæ mater hominū dicatur, postea quam lac habet in uberibus. Non mirum si præci mortales pro dijs colebant, quorum industria magna quepiam utilitas addita est uitæ mortalium. Hoc uinum qui monstrauit, qui dedit, quantum monstrasse fuerat, nonne uitam dedit uerius quam uinum? Aduertū est & aliud uas priore non inferius, nisi quod auriga plus satis diluerat aqua. Alterū obfiguratum erat gypso; licebat exhaurire, non licebat infundere, hoc non item. Et idcirco illud aduertū est, non omnino plenum, hoc plenum usque ad summum, & hoc ipsum prodidit ceno cleptā, quo se probare uoluit bonæ fidei uelocem. Atque interim qui nummum suffurantur, pendunt: qui rem simul tollunt & uitam, impune ludunt. Itaque mi Laurine, facili negotio possum adduci, ut totus demigrem in Burgundiā. Ob uinum inquit? Imò malum uel ad luuernos usque migrare, potius quam uel semel experiri calculum. Hoc certe literis meis debeo, ut quocumque terrarum me ueritatem, nusquam mihi defuturi sint amici. Certe totius Germaniæ, quæ latissime pater, nullam arbitror esse ciuitatem, quæ non cupide sit exceptura Erasmi, si quod lubeat commigrare. Nec admodum mentiar, si idem prædicem de Italia & Gallia. Certe ad nonnullas inuisendas humanissimis literis sum inuitatus, & quas adhuc inuisi, uel Cōstantiā, uel Sleradium proficiscens, atque inde rediens, uino misso, quod ex more nouis hospitibus honoris gratia donari solet, mihi gratulatae sunt: quo quidem honoris genere intantum non delector, ut frequenter mandarim amicis, curarent ne quid tale fieret: nō ob id solum, quod existimem honoris hoc alijs deberi magnatibus, non Erasmo humili modis omnibus hominulo, uerum etiam quod hæc officia lassis, aut alioqui occupatis, nonnunquam impedienda sunt uerius quam ornamenta. Iam porro quandoquidem gloriosum est comœdia militem agere cepti, quid tibi commemorem tot epistolas, ~~hæc est epistola~~ uel ab eruditis uiris, uel a magnatibus, & longinquis etiam regionibus huc missas, non sine muneribus? Quid referam doctos homines, quosdam etiam dignitate præminentes, huc non ob aliud longinquo profectos, quam ut uiderent Erasmus? Quibus nō ambigo quin usu ueniat, quod Græcorum pro uerbo dicitur, thesauro sperato carbones repertos. Sed qualis qualis ego sum, hæc certe coarguunt rabularum istorum impudentem uanitatē: qui, ut scribis, istic iactabant, mihi nusquam in Germania tutam esse sedem, et ideo opinor quoties aliquid me cōfero, solitus sum impetrare fidem publicā. Cæterū quo minus multas urbes inuisam, quod uel animi gratia fecissem nonnunquam, etiam si ad id per literarios labores daretur ocium, tamen hypocausa prohiberent, quæ quidem hic feruent totum annum, ut tribus exceptis mensibus: & locum quem mihi Basileæ parauit, mecum circumferre non licet. Nec hoc minus impudens mendacium erat, quo me iactabant hic Basileæ domum esse mercatum, & ius ciuitatis redemisse, uidelicet istuc nunquam rediturum. Ut omnia mihi placeant in Germania, si cut placent pleraque: certe res una propellit hinc, nimirum communis omnium hypocausorum usus, quo fit ut solus habitem: ac nec alios liceat inuisere, sine ualudinis meæ periculo: nec alijs me liceat inuisere citra incommodum, qui non minus offenduntur frigore meo, quam ego illorum calore. Illud uerū est, esse Basileæ qui mihi ædes dono obtulit, quadringentis florenis aureis emptas, in quibus nūc uersor. Sed ego nec emi, nec donum oblatum accepi. De ciuitate ne per somnium quidem est unquam cogitatum. Quidam non infirmę autoritatis apud Turegos, semel atque iterum mecum egit per literas, ut illic ius ciuium acciperem. Ego demirans quare hæc ageret, respondi me uelle ciuem esse totius mundi, non

unius

unius oppidi. De Gallia adeunda, quod eam mihi uelut unicum asylum superesse dicebant, non omnino de nihilo nata est fabula. Persuasum habebam uinum esse causam morbi mei: nec dum intellexeram tale uinum cominus à Burgundia suppeditari posse: & si potuisset, ferebantur hic tum uarij rumores, metum iniicientes, ne nō essemus hic omnino futuri bellorum expertes. Tale si quid accidisset, ne Burgundia quidem potuisset sibi me succurrere. Verum illud, ut dixi, cum ignorare, et rumores huiusmodi serupulū iniicerent, cepti leuiter de Gallia adeunda cogitare, quæ uel medijs in bellis uini copia suppeditaret. Hac de re cum mentionē fecissem apud R. P. Franciscum archiepiscopū Ebrodonensem, qui tum hic legatione fungens, nos semel atque iterum inuisit: ultro pollicitus est ille, se curaturum a rege suo diploma, quod tutius eō liceret proficisci, si ita uisum fuisset. Iuuenis humanissimus gestiens, ac sibi gratulans, apud meam regiam quod Basileæ uidisset Erasmi, egit de diplomate, aderat autē id temporis R. D. Card. Lothoringia. Rex iatus etiam inuisit quod petebatur. Deinde ubi Budæum uidit, quem a se uisit inter intimos aule primores, Heus, inquit, Budæe, mox habebimus Fabrum in nostra Gallia. Cum Budæus respondisset, Fabrum non abesse à Gallia, rex intellecto nominis errore, Erasmi, inquit, Erasmi uolebam dicere. Nam diploma paratum est, quo tuto ueniat. Inuitabat quidem me uetus illud Gallia hospitium, quæ mihi nunquam non fuit iucunda. Inuitabat quod ante annos sex magnificis conditionibus me reuocauit: quas si tum accepissem, ut nihil aliud dicam, certe non tam diu digladiandum mihi fuisset, cum aliquot stolidis matæologis Louanienibus, nec mihi calerent aures huiusmodi furiosis tragædijs, quibus hic feruent omnia. Et res esset alioquanto quam nunc est amplior, aut certe minus angusta: fortassis & ualutudo melior, qui toties ob hæc uina, & nidorem hypocausorum, sum de capite periclitatus. Inuitabat & illud, quod in Gallia uersans multo propius abfuturus essem à Brabantia, quod uel in bello transcurrere licuisset ob noticiam & priuatam amicitiam eorum qui ciuitates hinc & hinc obtinent, quæ sunt in confinij. Vnum obstabat, bellum inter tres reges, quorum uni, nempe Carolo, iureiurando etiam addictus sum: alteri nimirum regi Angliæ, pluribus nominibus sum obstrictus, atque adeo toti illi nationi. Tertium uidelicet Galliarum regem ob tam propensum in me studium, non possum non amare. Sperabam autem uel huius noui Pontificis opera, breui pacem inter eos coiturā. Quantum ad me quidem nihil attinebat bellum, ut qui non adirem Galliam, illuc ducturus exercitum, aut aliquid magni muneris apud regem ambiturus, sed cum eruditis amiculis inter musas ac literas suauiter uiuere, quam hic uidebam. Itaque diploma iam multos menses apud me est, nec usus sum. Dices, quare nō huc potius? Quoniam istic omnia feruebant bellis: ferebatur esse rerum omnium ingens penuria, sed præcipue uini Gallici, cuius istic uel in pace ægre est copia, si quis *uini* desideret. Et erat furiosus quibusdam datus gladius, quibus nec collegam esse libebat, nec aduersarium. Et iam satis mihi uidebar conflictatus cum monstris quibusdam, quæ cum prodesse nec uelint, nec possint, tamē in hoc unum uacant totam ætatē, ut uel male loquendo negotium facebant bonarum literarum cultoribus. Denique semper è Gallia breuissimus fuisset transcursus ad uos, si quid inuitasset. Hactenus rem habes paucis, sed absque furore. Iam quod scribis à nonnullis audisse te, quod etiam apud Germanos audire male, fortasse uerum est: nec mirum cum nusquam absint homines maledici. Equidem do pro uiribus operā, ne quis meo merito de me male dicat. Cæterū si mihi sperem tantam felicitatem, quæ nemini hactenus contigit, ut efficiam, ne quis omnino de me male loquatur, tum uere tempus esset in proprium expuendi sinum. Roma Stunicam habet: habet & Germania nonnullos, qui nesciant bene dicere. Audio queri non nihil quosdam impense Lutheranos, ut uocant, quod dilutior sim, quod blandior principibus, quod nimium pacis amans. At ego ut uerum fatear malim in hanc peccare partem: non tantum quia tutius, uerum etiam sanctius. Placeat sua cuique sententia. Sunt & in altera parte, qui me data opera suspensum reddere conentur, quasi mihi cum Lutheranis sit foedus. Sed huiusmodi rumores qui studio finguntur, utrinque quemadmodum temere nascuntur, ita facile euanescent. Et habent hoc sane à præcis moribus quidam, ut ad huiusmodi rumusculos mire commoueantur. Pridem late sparsus erat hic fumus, libros meos exustos esse in Brabantia, idque autore R. P. Iacobo Hochstrato uertere meo, si non familiari, certe amico: & commentum tam impudens, homines etiam literati, desultorijs epistolis distulerant. Sensi illico technam quorundam, quos ego sane nescio

Ecc 2 quo

merchab: Imò quis non censuisset me quouis Oreste infaniorum, si falsissimam gloriam capitis mei periculo uoluissim emptam? Iam erat plerisque monarchis ac praesulibus persuasum, me totius Lutheranae doctrinae fontem esse, autorem, propugnatorem & Atlantem: imò libros qui nomine illius circūferuntur, Lutheri titulo meos esse. An ego tacitus tantam gloriam mihi tribui, pati debebam? Clamat Ioannes, Non sum ego Christus, an me conueniebat obticesceret? Sed nimis, inquit, multis epistolis hoc testaris. Imò tam multis epistolis uix adhuc persuadeo quibusdam, adeo mendacium hoc impudentissimū erat infixum animis plurimorum. Iam quod ad modestiā & maledicentiam attinet, rursus percontabor Lutheranum meum, an expediat Lutheri doctrinam quam maxime propagari in orbe, summisque & infimis quam cōmendatissimam fieri? Nimirum respondebit, hoc in primis expedire. Quir igitur quidam indignantur Erasmo, qui duas res uellet abesse à libris Lutheri, quae potissimū & fidem abrogant, & optimi cuiusque animum alienant, rogantque speciem, & maledicentiam, inmodicam: Et tamen haec ipsi sume insigniter mansuete, ut qui potissimū defendunt, non habeant colorem quem adferat, nisi si hoc non ueruisse peccata nostra, ut per tam acerbum obiurgatorem, & corpioribus, caderemur. Mihi certe primum Lutheri spiritum non nihil suspectum reddidit illa scriptorū ferocia, & nusquam non parata conuicia. Nec dubito quin alijs quā plurimis idem usu uenerit quod mihi. Si Lutheri doctrina sancta est, quā multos credis ab ea alienatos eo libello, quo respondit Anglorum regi, quo principe uix alius hoste uiuit omnibus regijs dotibus ornator, nec alienior à tyrannide, nec gratiosior apud suum populum: nec apud quem bonae literae, & egregia uirtus magis sit in precio. Liceat hoc citra adulationis suspitionem testari de eo, à quo nec accipio quicquam, nec ambio. Hoc certe negari nō potest, regem pio animo scripsisse, & si quid conuiciorum admiscuit in Lutherum, praeter quā quod ipsius exemplum posset praetextere, scripsit in eum in quem persuasus erat longe atrociora competere. Et tamē si quid in eo libello est alienum, suspicor esse dictoria quaedam acerbiora. Itaque si Lutherus collaudato pio regis studio, rem solidis argumentis fortiter peregrisset, non uiolata regia dignitate, rectius opinor, consulisset suae causae, de qua nunc cum Lutherano quopiam perinde loquar, quasi sit optima. Quid autem inutilius quā conuicia ri summis principibus, quibus facillimū est ea contemnere, & in promptu est si liceat *αὐτοκράτορας*. Ego nec amore, nec odio cuiusquam mortalium, sciens prodam ueritatem Euangelicam. Ferunt monarchae liberam admonitionem, seditiosam petulantiam non ferunt. Haec in hoc tantum dixerim, ut perspicuum sit, quā nec Lutheranis dederim occasionem quur in me merito sauiant. Non quod illos metuum, si suo uitio feratur in me potius, quā mea culpa: sed quod uelim aequitatem meam omnibus esse probatā. Nam pro uolant hinc atque hinc aliquot epistolae, ceu uelites, nescio quid minitantes: & inter has una non parum spirans ueneni, etiam ante confertas manus. Sed hic uolo rursus ut adsit mihi Lutheranus ille, quem ut aequiorē delegi iudicē huius causae. Indignandi causae sunt huiusmodi. Videbar in epistolis alicubi nescio quid ostentare spei, si liceret, & si daretur ocium, me non defuturū tranquillitati rei Christianae, & dignitati sedis apostolicae. Quid hec promissio facit aduersus Lutherū? Sed fingat me scripsisse nescio quid aduersus illū, quod adhuc sanè uerum non est, quum totus orbis ultro acuat stilū in illum, quur uni mihi indignentur, si me commoueam iustus ab his quibus uix tutum est nō obsequi? Sed illud mihi concedet opinor, iudex meus, Lutherum non esse tam peruerse iniquū, ut quum ipse sibi permittat, non solum ab omnibus ecclesiae doctoribus dissentire, uerum etiam à conciliorum decretis, indignetur si quis alicubi ab ipso dissentiat: seque laesum existimet, si quis à cōuicijs temperans, sacrarum literarū testimonijs, quibus ille tribuit plurimum, ac solidis rationibus inquirat ueritatem. Nam huc ipse prouocat omnes, nec aliō prouocat Romanus pontifex, quā ut Lutherus solidis rationibus, ac sacrae scripturae testimonijs coarguatur. Proinde non erat aequum minitari, prius quā uidissent qua ratione, quaque moderatione scripsissem. Irritabat autē multos ridicula suspicio, quae persuaserat libellum quem rex Anglorum scripserat aduersus Lutherum, meo Marte compositum esse, ceterum titulum regis additum, quo magis grauarietur Lutherus. Et hac de re tam stulta scribebant ad me serio, magni principes, & amici docti, conātes expiscari ueri professionem.

Quod

Quod si uicisset stultissima suspicio, uidelicet in meum caput ipsdem leporibus iussisset Lutherus, quibus nunc iudit in regem. At ego interim annis aliquot non uideram Britanniam: & quum Calerij salutarem regem innumeris aulicis praesentibus, ne cogitabatur quidem de scribendo aduersus Lutherum, sed potius de componendo dissidio. Nō dum enim exierat captiuitas Babylonica. Porro libellum nō prius rescitū scriptum esse, quā uidi excusum, idque Brugis, quum illic Cardinalis Eboracensis ageret de rebus componendis inter Caesarem & Gallum. Obsidebam ostium R. Card. fabulans inter illius proceres, & expectans ut ad primam occasionem illum salutarem. Tandem prodit Marinus Caracciola, nunciū apostolicum, libellum manu gestans. Rogo num licet aperire. Annuite. Lego titulū duntaxat, & quod rex in ima margine primae paginae suapte manu scripserat: ac quoniam tum nō licebat pluribus, aridens reddo librum. In uideo inquam Lutherum talem aduersarium. Ille primum ringebatur magis quā ridebat. Vbi sententiam eandem dilucidius expressissem, respondit: Et ego gratulor Romano pontifici talem defensorem. Interea quum mihi quoque libellus esset certo ac saepenumero promissus, nescio quo casu non redditus est: suspicor ob abitum Card. opinione celeriore. Est enim & hoc regium. Erat tamē destinatus libellus, quem rex suapte manu notauerat, pro D. Erasmo. Is missus mense Augusto, anno iuxta Romanam supputationem millesimo quingentesimo uicesimo primo, redditus est Basilea, mense Februario, anno millesimo quingentesimo uicesimo secundo: nec unquam mihi licuit legere libellum regium, nisi ex conditione miserabili Argentinensi: eoque perlecto, mox perlegi & Lutheri responsionem. Tantum mihi constat de libello, nec praeterea pilus ullus. Nec unquam offacere potui, si cuius opera rex illic adiutus esset. Plane phraasis ipsius est, & ingenium habet ad omnia felix & expeditum: & tamen si quid uoluisset uti doctorum auxilijs, habet aulam disertam uiris disertis & eruditis. Ceterū in epistola quid aliud laudauit, quā animum regis: aut quid aliud laudare poteram, non lecto libro? Hic expecto sententiam mei Lutherani, an aequum sit, huius suspitionis tam inane somnium mihi obesse apud uiros euangelicos. Audi nunc aliud crimen: impingitur mihi, quod ante quatuor annos non discesserim è proscenio dicens: Valere & plaudite: nimirum mea gloria, meoque praemio contentus, quod linguas consecrarim Theologiae, quod sophisticas ranas è scholis profligarim, quod contemptis caeremonijs ad fontes sacrae scripturae sim adhortatus: hic certe plus laudis mihi tribuunt quā ego agnosco. Sed ex hoc proscenio discedere non licet, nisi choragus ille nos iterum uideret. Et tamen sic haecenus ago fabulam, ut illa sublimia Roscijs & Aesopis reprehensam quae comceditur, magis libet, quā tragœdium. Ex hoc, lateribus, arte me ipsum metior. Sed obitas, inquit, reliquum fabulae peracturis. Audiamus igitur & haec crimina. Romanam, inquit, ecclesiam adhuc magnificat & agnoscit. Romanum pontificem adhuc coli iubet. Scribit neminem bonum unquam subtraxisse sese huius regno. Haec aliaque per multa sunt in illorum literis. De regno nusquam memini. Alicubi scripsi, pios omnes ubique fauere dignitati pontificis. Quis autem nō faueat eius dignitati, qui uirtutibus euangelicis Christum nobis representet? Et hoc addo, quoties aliquid tribuo dignitati Pontificis. Nemo uero nescit quibus in rebus sita sit uera dignitas Romani pontificis: nec hoc uno in loco declaratum est in lucubrationibus meis. Ego uero doctus ex euangelicis & apostolicis literis, etiam ethnicis principibus aliquid tribuendum esse didici, nisi palam impia iubeant. Ad hanc regulam nullius episcopi dignitatem commendam esse cenfeo. An non impium est contemnere bonum episcopum? Sed depingunt quem uelint contemni. Et quis est, inquit, Romanus pontifex, an non exustor Euangelij, inimicus dei, seductor totius Christiani populi? Si de tali pontifice loquuntur, à me nullus unquam probatus est. Et tamen si quis talis esset, non est meum illos de solio praecipitare. Viuit adhuc Christus, & habet in manu flagellum, quibus tales exturbet è templo. Sed non est spes, inquit, secuturū meliorem Leone. Primum, ego nō sum iudex Leonis. Habet ille suum iudicem, cui stat aut cadit. Si praecesserunt tot boni, quur non est spes alique posse sequi, priscis illis adsimilem? Nam de hoc nihil pronūcio, ne cui uidear assentari. Christus ipse per impiū pontificem adiuratus respōdit, nec prorsus obticuit, à Pilato iussus loqui. Paulus quomodo agit causam apud Festum, Felicem & Agrippā, uidelicet

Ecc 4. appellar.

appellat tyrannos, mancipia diaboli, seruos peccati, hostes dei, mox aeternis ignibus addicendos: Nunc uide quid isti responderint, ciuilitatem meam excusantibus. Sic, inquit, diceret Erasmus, Antichristus es Papa: seductores estis episcopi: Romana sedes ueltra abominabilis est deo; aliaque in hanc sententiam multa his etiam odiosiora. Non uolunt Erasmi ciuilitatem, nisi prius haec praefati, tam uidelicet euangelice. Primum illud quaram ex meo iudice, an putet aequas huiusmodi leges quas mihi praescribit: deinde an putet utiles negocio Lutherano. Si haec scriberem in bonos pontifices, nonne uidear iniurius? Si in malos sic debaccharer, quid aliud quam iritarem crabrones in meum multorumque malum? Superest adhuc unum crimen omnium maximum: in Paraphrasi qua explico nonum capitulum apostoli Pauli ad Romanos, tribuo minimum quiddam libero arbitrio, uidelicet sequutus Origenem & Hieronymum. Principio quum Paraphrasis sit commentarii genus, quum profitear me in plerisque sequi probatos ac priscos interpretes, quid admissum est piaculi, si sequor alicubi Origenem & Hieronymum autores, ut arbitror in sacris literis non aspernandos? Atque id factum est ante quam Lutherus prodidisset dogma suum, siue Vnicententium, quicquid facimus siue boni siue mali, esse necessitatis absolutae. Nam mea Paraphrasis excusa est Louanii, anno millesimo quingentesimo decimo septimo, et aliquot mensibus erat Antuerpiae scripta, prius quam excuderetur. Atque interim quidam appellatur totus Erasmius, quod De libero arbitrio mecum sentiat, & a Lutheri dissentiat: sed tamē huic datur uenia, quod iuuenis bonae spei breui sit aliter sensurus. Hic rursus appello meum aequum iudicem, quum hoc scripserim ante proditum Lutheri dogma, quum idem sentiant omnes Theologi, tum ueteres, tum recentes, Origenes, Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Arnobius, Scotus, Thomas, cur ego uelut autor huius sententiae uocor in ius: & cur qui dissentit a Lutheri uocatur Erasmius potius, quam Hilarius, aut Hieronymianus: praesertim quum eam quaestionem non susceperim pertractandam in Paraphrasi, sed obiter transtulerim quemadmodum fecit ipse Paulus, qui non dignatur illic respondere percontatori improbo: & tamen uide lector quanto minus illic tribuam libero arbitrio, quam tribuant uel ueteres, uel recentiorum scholae. Suspicio enim haec esse uerba, quibus offenduntur ex capite nono. Quum enim proposuissem improbam quaestionem obieciam deo, quae conatur illi impingere iniustitiam: imo, inquam, non nihil est in uoluntate conatusque situm: licet hoc ita sit exiguum, ut ad dei gratuitam beneficentiam nihil esse uideatur. Nemo damnatur, nisi sua culpa: nemo seruatur, nisi dei beneficio. Eo dignatur quos uult, sed ita, ut sit de quo gratias agas, non sit quod queraris. Haec in Paraphrasi. ~~Ubi dicitur quod~~
~~illuc uidebam charybdim, malum etiam formidabilis, quo nunc non pauci tenentur,~~
~~dicentes: Obsequemur animo nostro, siue torquemus nos ipsos, siue indulgemus animo,~~
~~tamen eueniet quod semel statuit deus. Itaque sermonem meum moderatus sum, ut minimum~~
~~quidem tribuerem libero arbitrio, ne fenestram aperirem tam capitali foecordiae, ut abiectio~~
~~omni conatu uita: melioris, quod suo animo collubitu fuerit quisque faceret: & tamen haec~~
~~scribebam ignarus fuisse quemque, qui funditus tolleretur omnem liberi arbitrii uim, quod dogma~~
~~etiam mihi constaret esse uerum, nolim tamen nudis uerbis in uulgus ferere. Nunc~~
~~quis nescit de fato disputatum inter philosophos, ante Christum natum? & hinc ad nos~~
~~uenerunt quaestiones inexplicabiles, De praescientia, De praedestinatione dei, De libero~~
~~hominis arbitrio, De futuris contingentiis: in quibus arbitror optimum esse, non admodum~~
~~anxie uersari, quando abyssus est imperuestigabilis. Malim ea inculcare, quae nos~~
~~hortantur ad modis omnibus conandum optima: nihil tamen interim nobis arrogantes,~~
~~etiam si quid esse nostrum possit, sed totum iudicium deferentes Christo, cum bona fiducia~~
~~de illius benignitate potissimum concepta. Pronunciet hic igitur meus ille iudex, an mihi uelut~~
~~autori debeat imputari, quod nemo ueterum ac recentium non dixit? An aequum sit~~
~~meum hac de re litigare, cum potius agendum sit cum tot huius sententiae autoribus, qui rem~~
~~ex professo tractant, quum ego obiter in Paraphrasi paucis attigerim? Fieri potest, ut quoniam~~
~~nam non satis teneo omnia Lutheri dogmata, imprudens & in alium quempiam lapidem~~
~~impingam: quod si contingat, num protinus in me fremet illius amici? Tot sunt ubique qui~~
~~magnis clamoribus libris aeternis in Lutheri doctrinam desomachant: & mihi uni hincere~~
non

non licebit, si quid parum ardeat: Saltem hoc concedant homini, ut uere scribunt metrico Ioso, parum erudito, nullius in hoc rerum genere iudicij, ut tot probatorum uirorum iudicij subscribat alicubi, & in tumultu tam periculoso tacitus in eorum discedat sententiam, quorum auctoritatem tot seculis secutus est orbis Christianus. Si quis Erasmus non potest amare ut Christianum infirmum, sumat in eum quem uolet affectum: ego alius quam sum esse non possum. Si cui Christus impartijt grandiora dona spiritus, & sibi fidit, utatur in Christi gloria. Mihi magis interim cordi est humiliora sectari, modo tutiora. Non possum non execrari dissidium: non possum non amare pacem & concordiam. Video quanta sit in rebus etiam humanis obscuritas: uideo quanto facilius excitetur tumultus, quam sedatur: & didici quot sint artes satanae: nec meo ipsius spiritui ausim per omnia fidere: tantum abest, ut de alieno spiritu possim certo pronunciare. Cupiam omnes in hoc conuicti, ut uictore Christo coeat inter omnes Euangelica concordia, & excluso tumultu ueris rationibus consularur hinc sacerdotum dignitati, hinc populi libertati, quem dominus Iesus liberum esse uoluit. Huc euntibus pro sua uirili non deerit Erasmus. Caterum si cui magis placet omnia miscere, me certe nec ducem habebit, nec comitem. Pretextat energiam spiritus. Saltent igitur bonis aibus inter prophetas, quos afflauit spiritus domini. Me nondum corripuit ille spiritus: ubi corripuerit, fortasse dicar & ipse Saul inter prophetas. Non dubito quin iam dudum dicas: Quorsum ista tam multa, tam putida? Nimirum huc, ne posthac talibus rumulculis uel tantillum commouearis, etiam si nullus accurrat Hilarius, qui te exhilaret, animumque reddat. Vtrique uideat ceterisque amicis multam ex me salutem annuncabis. Simul atque se remisit huius prouolabimus e nido. Quo nam inquires? Ad uos, si pacis affulserit serenitas. Sin minus, illuc ubicunque fuerit paratior salutaris uini copia. Nam Romae pestis odiose ludit, nec minus sauit Lutetiae. Bene uale uir optime. Basilicae, Cal. Febr. Anno a Christo nato M. D. XXXIII.

~~Die viginti octo mensis Augusti, anno M. D. XXVIII.~~

ERASMVVS ROTERODAMVVS ROBERTO ALDRISIO LIT-
teris ac moribus ornatissimo S. D.

IGNIFICATVM est mihi per homines minime uanos, καὶ πένυ ἀφίονιστος,
Londini quendam non Theologum, se Tyrologum opinor, e suggesto cum pri-
mis celebri, quod uulgus appellat crucem diui Pauli, seditiosa temeritate lapidasse nomen Erasmi, impietatis ac falli crimen impingentem, quod in Euan-
gelio Ioannis cap. septimo pro eo quod ecclesia legit, Nondum enim erat spiritus
ritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: uerterim quod habent Graeci, subtractio
participio, Nondum enim erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus: idque
non absque summo catholicae fidei discrimine, ne rursus incipiant omnes credere spiritum
creaturam, qui non fuerit ab aeterno, sed in tempore coeperit esse. Haec ille blatero summa
petulantia, parique stoliditate detonabat apud eruditos uiros, apud primores urbis, ac frequentissimam ciuium multitudinem. Nec dubito quin ipse adueris, ut soles a tali mensa,
quod dici solet, non libenter abesse. Ego sane lubens tam impij facinoris immanitatem reiecerim in errorem, aut inscitiam, nisi non quadraret hoc excusationis genus. Primum in
Theologum, deinde in Ecclesiasten, postremo in eum locum, quem nemo conscendit, nisi
FF 3 primo

præmonitus ac meditatus tali digna auditorio. Certe prius quam illic profiteri debet, inspicere, quid super hac re scripserim in Annotationibus. Illic ostendo Græcos omnes summo consensu legere quod ego uerti, & indico sensum orthodoxum, ne quis labi possit. Iam finge quod nec uerum est, nec uerisimile, uocē illam, datus, à Græcis maliciose de tractam, quum nullum suppeteret exemplar, an uolebat ut ego Græcorum uoluminum interpretem professus, adderem de meo quod Græci non habebant? Si detractum esset utique detractum esset ab Arianiis, nunc in eorum libris hæc reperimus, qui summa uir pugnax aduersus Arianos, nominatim de Chrysothomo loquor & Theophylacto. Et si quid tale fuisset deprauatum ab Arianiis, orthodoxi non hic siluissent tam impiam fraudem, quemadmodum alii diligenter produnt corruptelam, si quid tale deprehenderint. Quis autem unquam Arianiis protulit hunc locum ad defensionem sui dogmatis? Et si quis protulisset, nonne statim fuisset exhibitus? Nam locus ipse sui interpretis est. Præcessit enim, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes. Et mox sequitur, Nondum enim erat spiritus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Vides hic non de natura spiritus, sed de dono & de energia loqui Euangelistam. Nec enim aliter dictum est, nondum erat spiritus, quam si dicas nondum erat dies. At nunquam non est dies, sed intelligimus illic non fuisse diem. Quid autem hoc tropo uulgatius, ut dicamus non esse solem, quoties obteclus nubibus non apparet nobis? Item quum negamus esse aquam, quoties nondum in tantum accreuit, ut sit nauigandi facultas? Sic Euangelista de discipulis loquitur, nondum erat spiritus, id est, nondum acceperant exundans illud donum spiritus de quo loquitur propheta. Hæc omnia declarat annotatio, docens & ad sensum minimum interesse utrum addatur datus, an non addatur. Nec his contenta, declarat certissimis argumentis etiam Augustinum legisse quemadmodum legunt Græci. Augustini uerba quæ illic recitata sunt hæc. Sed quid est, quod ait, Non erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus. Non enim non erat spiritus Dei, qui erat apud deum, sed nondum erat in eis qui crediderant in Iesum. An ex his uerbis non satis liquet, datus, non ab Augustino lectum, sed à scriba additum? Si nihil huius admonuissim, tamen si uel micam habuisset Christiani pectoris Ecclesiastes debebat inspicere paratum locum, prius quam tam atrocem calumniam etomeret in fratrem suum, & tot milium animos uispero toxico inficeret, quibus etiam si uellet in posterum mederi non posset. En habes autorem insignem & opulenter armatum Augustinum. Quid si idem legit Hieronymus, cuius hæc uerba referuntur in glossa ordinaria. Non quod nunc non esset spiritus sanctus, dicente saluatore: Si autem in spiritu dei eijcto dæmonia. Sed qui erat in domino, nondum notus in Apostolis morabatur. Hic Hieronymus, non repetit datus, & si repetisset, non erat locus questionis. Nam non datum fuisse discipulis spiritum signo uisibili, quemadmodum post resurrectionem insufflauit in eos, & post ascensionem misit illum in linguis igneis, extra controuersiam est. Sed quoniam dixit non erat, uidelicet in discipulis, periclitabatur ne discipuli uiderentur caruisse spiritu sancto, usque ad Christi resurrectionem. Eam absurditatem amolitur, interpretans non datus, pro eo quod erat, palam & exundanter effusus. Et aliquanto post in eadem glossa. Nondum ergo erat spiritus in Apostolis, nec de uentre eorum fluebant gratiæ spirituales, quia nondum fuerat dominus glorificatus. Nec hic additur datus. Habes præter Græcos omnes duos præcipuos Ecclesiæ Latinos doctores. Et sanè quum illa proderem, nondum eram nactus Latinum exemplar quod cum horum Græcorum lectione consentiret. At nuper nactus sum ex bibliotheca Constantiensi ecclesiæ duos codices, in quorum altero habebatur Græca lectio sincera, in altero scriba quispiam manu recentiore, datus addiderat in spatio, quod uersus dirimit. Nec dubito quin centies germana scriptura reperiri queat, si quis excutiat ueritos codices. Nec id mihi fuisset difficile factu, sed non expectabam exoriturum qui hinc moueret calumniam. Adieceram in Annotationibus & illud argumentum, quod apud Græcos hac sermonis parte non additur articulus, tantum est *πνεῦμα*, & apud nos non est sanctus, quod indico apud Græcos adiectum à scribis, quemadmodum apud nos participium datus: ut hinc liqueat illic fieri uerba, non de natura spiritus, sed de dono siue gratia, nec de quauis, sed de illa largissima effusione, quæ nec in prophetis fuerat. Nec causari possunt hic Græcorum codices deprauatos, quum hæc ut dixi legantur in libris orthodoxorum. Porro ne quis perfricta fronte dicere possit hos quoque

hos quoque deprauatos, obstat illorum interpretatio quæ declarat quid legerint. Theophylactus sic inter cetera loquitur. Quia igitur tunc quidē non erat operatio spiritus, sed erat danda, propter hoc inquit, quia nondum erat spiritus sanctus, hoc est non uersabatur in Iudæis, nec apparebat per operationes. Et aliquanto post: Erat & in prophetis spiritus uirtus, & in apostolis ante crucem, sed non sic, ut post assumptionem largius & copiosius, ut luminibus comparari debuerit. Itaque merito Euangelista dixit, quod nondum fuerat spiritus sanctus, hoc est, nondum ita largiter effusus. Hæc palam arguunt, quid ille legit. Nec mirum si semel atque iterum inter exponendum dicit spiritum datum, quum in se legit Euangelista. Certe contextus non habet datus, & in his uerbis recitat contextum alique datus. Chrysothomus Græcus apud me non erat, & in huius commentariis interpretis constanter addidit datus, nec id hoc tantum loco fecit, uerum ubique insulcit Latine translationem. Sed quid attinet huius citare uerba, quum Theophylactus ex huius fontibus hauserit quicquid commentatus est in hunc locum? Porro si scriptura fuisset ab Arianiis deprauata, nequaquam dissimulasset Chrysothomus, qui nullam prætermittit occasionem retellendi illorum dogmata. Sed quid tandem erat quod Arianiis quispiam locum uicium putaret? An ut persuaderet spiritum sanctum post Christi mortem demum fuisse creatum? Nullus hæreticorum unquam sic insaniit, erant qui quum maxime blasphemis furerent in deum, dicerent filium esse creaturam patris, spiritum sanctum creaturæ ministrum, sed utrunque fatebantur esse creatum ante omnem creaturam reliquam. Nec Ariani negabant prophetas afflatu sancti spiritus futura prædixisse. Atqui hoc illis negandum erat, si sensissent spiritum sanctum creatum post Christi mortem. Nullus igitur hæreticus ex hoc loco poterat sui dogmatis confirmationem arripere, quod si potuisset, haud dubie non desuisset qui hoc tentaret, quum illi nihil non soleant ad impiæ causæ uictoriam pertrahere. Quod autem est istud horrendum discrimen quod hic metuebatur? Nihil oriri poterat, nisi quod studiosi quidam erant intellectu participium datus apud Græcos non exprimi, sed subaudit. Nos enim publicam Ecclesiæ lectionem intactam reliquimus, nec ullus codex habet nostræ rasuræ uestigium. Et si quid hic discussione dignum erat, non conueniebat hæc fabula tali theatro. Sed quid magni tandem confectum est, quod Latini scribæ addiderunt participium datus? Ademerunt ansam Arianiis? Docuimus, hunc locum illorum dogmati non posse patrocinari. ~~Quid si idem legit Hieronymus, cuius hæc uerba referuntur in glossa ordinaria. Non quod nunc non esset spiritus sanctus, dicente saluatore: Si autem in spiritu dei eijcto dæmonia. Sed qui erat in domino, nondum notus in Apostolis morabatur. Hic Hieronymus, non repetit datus, & si repetisset, non erat locus questionis. Nam non datum fuisse discipulis spiritum signo uisibili, quemadmodum post resurrectionem insufflauit in eos, & post ascensionem misit illum in linguis igneis, extra controuersiam est. Sed quoniam dixit non erat, uidelicet in discipulis, periclitabatur ne discipuli uiderentur caruisse spiritu sancto, usque ad Christi resurrectionem. Eam absurditatem amolitur, interpretans non datus, pro eo quod erat, palam & exundanter effusus. Et aliquanto post in eadem glossa. Nondum ergo erat spiritus in Apostolis, nec de uentre eorum fluebant gratiæ spirituales, quia nondum fuerat dominus glorificatus. Nec hic additur datus. Habes præter Græcos omnes duos præcipuos Ecclesiæ Latinos doctores. Et sanè quum illa proderem, nondum eram nactus Latinum exemplar quod cum horum Græcorum lectione consentiret. At nuper nactus sum ex bibliotheca Constantiensi ecclesiæ duos codices, in quorum altero habebatur Græca lectio sincera, in altero scriba quispiam manu recentiore, datus addiderat in spatio, quod uersus dirimit. Nec dubito quin centies germana scriptura reperiri queat, si quis excutiat ueritos codices. Nec id mihi fuisset difficile factu, sed non expectabam exoriturum qui hinc moueret calumniam. Adieceram in Annotationibus & illud argumentum, quod apud Græcos hac sermonis parte non additur articulus, tantum est *πνεῦμα*, & apud nos non est sanctus, quod indico apud Græcos adiectum à scribis, quemadmodum apud nos participium datus: ut hinc liqueat illic fieri uerba, non de natura spiritus, sed de dono siue gratia, nec de quauis, sed de illa largissima effusione, quæ nec in prophetis fuerat. Nec causari possunt hic Græcorum codices deprauatos, quum hæc ut dixi legantur in libris orthodoxorum. Porro ne quis perfricta fronte dicere possit hos quoque~~

~~Si interpretis explicandi gratia participium addidisset, haberent quod ut unque causeretur, si modo tradidisset ecclesiæ nouam lectionem: nunc hic quoque impudenter calumniatur, quum intacta uulgata lectione bona fide uertendum susceperim quod in Nouo Testamento legunt Græci, siue recte legant, siue non recte: nisi forte succentebunt & illis, qui nuper Vetus Testamentum Latine uerterunt e Græcis, quod Græcorum exemplaria plurimum à nostra lectione dissimulantia, quam Latinos codices sequi maluerunt. Ceterum quando constat hoc scribarum temeritate factum, non autoritate publica, neque per interpretem, multo impudentior est calumnia. Si sic uertisset interpretis, aut si ecclesiæ consensu fuisset additum participium, nimirum ita legeret Augustinus & Hieronymus, & consentirent ueritos codices. Vtinam autem in hoc tantum loco possemus scribarum audaciam in ius uocare. Nimis comperitum est quantum sibi permiserint in diuinis libris. Proinde nemo mihi obijciat, in Didymo ab Hieronymo uerso, aut in Chrysothomo Latine loquente, frequenter addi datus, quum~~

uideamus id constanter ab interpretibus aut scribis factum, ut uulgatam infusciant lectio-
nem, crebro reclamantibus commentarijs, & ὁδὸν πρὸς ἑμὴν loquentibus, ut dicas aliud
sonare citharam, aliud cantoris uocem. Iam fingant me tradidisse Latinis Theodotionis
æditionem, num falsi crimen intenderent, si multa dissentirent ab ecclesiastica lectione, an
potius malæ fidei dicam scriberent, qui quod ille Græce uertit, non reddiderim Latine,
quamuis eum autorem nō agnoscat Ecclesia, quum agnoscat eos quos sum sequutus. Por-
tremo quur hunc unum locum incessendum putarunt, quum innumera sint loca, in qui-
bus Græcorum orthodoxorum codices à nostris dissentiunt. Immo in hoc ipsum hic mi-
hi labor sumptus est, ut ex dissonantia codicum studiosi, uel deprehenderet germanam le-
ctionem, uel dilucidius intelligerent quod scriptum est. Iam quur magis accusatur qui uo-
cem subtraxerit, quam qui addiderit. Vtrunque pari seueritate uetuit spiritus sanctus, ne
quid uel adderemus, uel detraheremus. Itaq; qui de participio datus subtracto calumnia-
tur, quur silent, de addito nomine spiritus? Porro quur existimem hanc uocem sanctus ad-
iectam à scribis Græcorum, illud me mouet, quod priore loco, hoc autem dixit de spiritu,
apud Græcos additur articulus πνεῦμα ἁγίου, ut non possit accipi, nisi de spiritu san-
cto, etiam si non adiunxeris sancti cognomen, quum bis legatur apud Græcos sanctus,
Latini codices summo cōsensu, neutro loco addunt epitheton. Et cōuenientius erat nō ad-
dere. Quāobrem? Quia nō loquitur hic proprie de natura aut sanctimonia spiritus, ut san-
ctum distinguat ab impio spiritu, sed de modo donati spiritus. Et tamen ne quis de alio spi-
ritu, quam de unico illo dei spiritu possit accipere, priore loco additus est ab euāgelista ar-
ticulus, quem secundo non addidit, quum de eodem loquatur spiritu, ὁ πνεῦμα ἁγίου ἡμῶν, quo
clarius demonstraret modum donandi spiritus. Ad id declarandum, adeo nihil con-
ducebat articulus, ut officeret etiam nonnihil. Facile quæ diximus intelligent Græce peri-
ti, si locum attentius expenderint. Rem paucis habes mi Roberte Aldrisi. Nunc mihi con-
sidera quanta fuerit istius Ecclesiastæ stoliditas. Vtinam hanc solam liceat incusare. Primum
quid attinebat, apud promiscuam multitudinem refricare, fuisse quosdam impios, qui di-
ceret spiritum sanctum nō fuisse ab æterno? Is enim error mille iam annis adeo sepultus
est, ut uel in Theologorum scholis hæc agitare superuacaneum uideri queat. Multo mi-
nus id congruebat apud multitudinem illiteratam, ex uarijs etiam nationibus constatam,
in qua potest fieri ut sint, qui ne de deo quidem admodum magnifice sentiant. Verū illud
etiam stupidius erat, quod non intellexit hunc locum nihil facere ad Arfanorum impium
dogma, quum hinc neq; confirmarint inquam quod docent, neq; confirmare potuerint:
nec uider se dum inanem metuit umbram, in ueram foueam incurere. Quid igitur isti cre-
demus in mentem uenisse, ut sic proderet eruditjs omnibus suam stulticiam? Existimabat
hoc postulare loci celebritatem, ut aliquid nouum minimè que protitum adferret in me-
dium. Nam id ferè solet esse studio, quibus delegatum est ex eo suggestu dicendi munus,
præsertim qui recens è schola tument persuasione scientiæ. Mihi uero probabile est il-
lum ne legisse quidem locum, sed à combibone quopiam fuisse submonitum, ut hac calu-
mnia sibi pararet opinionem singularis doctrinæ. Si falsi crimen est, ex Græcorum libris
uertere quæ dissident à nostra æditione, quur hunc unum locum impetijt, quum tot locis
idem potuisset obijcere? Minus impudenter reprehendere poterat, quod Nouum Testa-
mentum è Græcis uoluminibus translatum prodiderim. Id si donat, iustius erant accusan-
dus falsi crimine, si aliud quàm Græci codices habent uertissem, si hoc quoq; reprehend-
dit, quod Græcorum lectionem prodiderim Latinis qui Græce nesciunt, præter quàm
quod declarauimus aliàs hoc multis de causis utile fuisse, dicam etiam necessario factum,
ob Chryostomi, Basilij, Athanasij, Cyrilli, Gregorij aliorumq; commētarios, qui crebro
non congruunt nostræ lectioni. Et quod à me factum est in Nouo Testamento ex autori-
tate Romani pontificis, idem factum est apud Hispanos, impendio curaq; Francisci Car-
dinalis Toletani, in Veteri Testamēto, ex eiusdem pontificis auctoritate: quibus quū esset
exemplar eximiae uetustatis, spectataq; fidei exhibitū è bibliotheca Vaticana, à quo ius-
si sunt non recederet: idem habebat ille codex probatus, quod omnes mei, quos non pau-
cos habebam in consilio quum illa scriberem. Eligat nunc iste calumniator, utrū malit Ro-
manum Pontificē in ius trahere, an mihi dicā scribere, quod bona fide reddiderim quod
habent incredibili consensu codices Græcorum omnes. Ac ne uel imperitus quispiam
nouitate

nouitate sermonis possit offendi, in Annotationibus submoui scrupulum. Hæc quum ita
habeant, hoc est, quum Græcorum codicum summus sit consensus, quum ita legant Au-
gustinus & Hieronymus, quum eadem lectio extet in uetustis aliquot Latinorum codici-
bus, quærendum an Ecclesiæ ius sit aliquid addendi detrahendūe factis uoluminibus, eti-
am si quid occurrat, quod hæreticis ansam præbeat. Hoc si semel recipitur, quàm multa fu-
erant addenda, detrahenda, mutanda? Delendum erat apud Ioannē, Pater maior me est,
aut addendum erat, secundum humanam naturam. Delendum & illud, ut cognoscat te
solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, aliq; complura, quæ rapiant Aria-
ni ad impietatis suæ defensionem. Item quoties in scripturis fit mentio de spiritu sancto,
addendum dei cognomen, ~~quod in ueteribus scripturis non legitur~~. Rur-
sum quum dominus dicit, ne fillum quidem hominis diem extremum scire, addendum
est, secundum humanam naturam, aut aliquid simile. Breuiter hic erat euidentis ab Aria-
nis periculum, in datus omisso nihil erat periculi. Quum omnes hæreses sua dogmata af-
ferant ex sacris literis perperam intellectis, quis erit mutandi finis? Quid autem hac cau-
tione profecerimus, nisi ut ex diuina scriptura factamus Lesbiam regulam ad nostras opi-
niones flexilem, potius quàm coarguentē, si quid à uero discrepat? Et id iuris si sibi sumant
orthodoxi, aut idem concedere cogentur hæreticis, aut nihil agent scripturarum testimo-
niji. Proinde quemadmodū Ecclesia non habet ius instituendi noua sacramenta, ita mul-
to minus ius habet condendi nouam scripturam. Quod si negatum est hoc ius Ecclesiæ,
uter falsarius est, qui id bona fide reddit, quod habent & orientis & occidentis Ecclesiæ,
an qui mutat germanam scripturam? Leuisissimus scrupus est in, nondum spiritus erat, sed
in mutanda scriptura summum est discrimen. In scribas igitur qui locum hunc auctoritate
priuata uel temeritate potius deprauarunt, uociferari debebat potius quàm in me. Dicit
absque sensus detrimento poterat addi uerbulum, datus. ~~hanc non exaruit scriptura~~
~~quod in ueteribus scripturis non legitur~~. Iam quum
nullum crimen sit atrocius, quàm si quis prudens uiter scripturam canonicam, nō oportet
tuit apud tam celebrem conuentum præcipiti lingua quicquam effutire, quod non habe-
ret compertum. Locus ipse Paulo sacer, præ se fert maiestatem quandam. Semper adsumt
ex more urbis præfecti, quos illi Maiores uocant, adsumt doctores, nonnunquam & epi-
scopus, præter numerosam promiscuam multitudinis frequentiam, Hæc si quid habuisset
humanæ mentis, monere debebat hominem, ne cum locitam celebris contumelia, simul
& eruditjs proderet suam maliciam, ne dicam stoliditatem, & imperitorum animos letali
ueneno inficeret. Nam qui seps, quæ aspis, quæ uipera, letalius habet uenenum, quàm lin-
gua calumniatrix, inflammata, ut ait Iacobus, igne gehennæ: quod semel infusum in ani-
mos nulli Psylli possunt exugere, nulla Marforum incantamenta possunt educere. Scor-
pius post uulnus inflictum, si admoueas resorbet suum uirus, sic etiam si quis uelit non
idem licet. Ex uiperæ carnibus conficitur theriaca, præfens aduersus uenena antidotum,
at si omnes maledicorum linguas contundas, nihil adferent remedij. Age si ex eo sugge-
sto uenerando apud splendidissimum hominum cœtum dixisset Erasmus uinosum, non
ne cuncti quibus erat aliquid sobrietatis mentis detestati fuissent hominis intempestiuam pe-
tulantiam, etiam si credidissent esse uerum? Quanto magis id fecissent si scissent illum mē-
tiri? Quid igitur putas secum cogitasse doctos, qui sciebant eo loco tam atrox crimen im-
pingi falso, quod si uel in conuiuium fecisset, scelus erat piaculare? Et fortassis ille sibi blā-
tur, putatq; se clarum facinus designasse: & haud scio an eodem ore quo uenenū efflauit,
& Euangelium prædicauit, eodem die contigerit sacrosanctam Christi carnem & sangui-
nem. Ipsa sceleris cogitatio mihi horrorem incutit. O miserum hominem, si non ueretur
cum tali conscientia ad sacratissimam mensam accedere, misertorem si sic excæcatus est,
ut suam non cernat miseriam. In horrescimus, crucis imagine nos ipsos munimus, si quis no-
minet diabolum. At qui talibus calumnijs & proximum rodit, & auditorum conscien-
tias inficit, & fraternam charitatem extinguit, is uere diabolus est, & quouis satana nocen-
tior, id agens unde, uelut ex eo quod habet pessimum, ille nomen inuenit. Quid tali lin-
guæ cum Euangelio? Quid tali ori cum Christianæ concordie symbolo? Quid tali peccō-
ri cum hospite Christo? Fortasse negabit, ut solent quibus quicquid uolunt sanctū est, sibi
reclamare conscientiam. Quasi non & adulteri, & sicarij suis uitijs blandiantur. Olim qui
factis

nisse, contra nullius quamlibet vulgaris officij poterat obliuisci. Atque hic sane mea sententia, melior erat interdum, quam expediebat uigilanti patrifamilias. Admonebat interdum ut in synceros amicos esset qualem esse deceret, in impostores uerbis duntaxat benignus esset, interim sibi cauens, ne damnum cum ludibrio lucrifaceret. Arridebat humiliter, sed serido canebam fabulam. Vixit omnia monita naturae eadior. Mihi uero quas non tendebat insidias, quas non uenabatur occasiones, ut aliquid obtruderet muneris. Nec inquam uidi latrorem, qui quum uel dolo perfecisset, uel precibus impetrasset, ut aliquid acciperem. Hic aduersus hominis captiones erat opus cautione, quae in me non fuit. opus erat mea rhetorica, et ad excogitandum colorem, quo extra molestia amici recta ten quod ingerebat. Tristem enim illum uidere non sustinebam. Si forte panus ad uestem erat emptus per famulos meos, ille subodoratus, me nihil suspicite iam soluerat. Nec ullis precibus adigi potuit ut reciperet. Arte simili fallendus erat, si uoluisset illum eximere damno. Tale certamen inter nos fuit assidue, longe diuersum a uulgi moribus, dum alter hoc agit ut abradat et plurimum, alter agit ut det quam minimum. Ne quid omnino daret, efficere non potui, certe moderatissime illius benignitate usum esse me testabitur, ut arbitror, omnis illius familia. Mihi quicquid laborum suscipiebatur, amore studiorum suscipiebat. His cum ille cohonestandis, illustrandis, prouehendisque natus uideretur, nec ullum defugeret laborem, nullas uigilias, satis magnum quaestum esse ducens, si bonus autor cum dignitate prodiret in manus hominum, qui potuissent in hominem sic animatum praedonem agere. Si quando nobis ac caeteris amicis ostendebat primas paginas magni cuiusdam autoris, ut gestiebat gaudio, quae uultus alacritas, qui triumphus. Diceres illum iam tum totius operae fructum cumulatissime percepisse, nec aliud expectare praemium. Non hic attolla Frobenij laudes aliorum uituperatione. Nimis notum est, quos autores et mendose, et sordide excusos nobis typographi, quidam etiam a Venetia Romaque miserint. Ex huius autem domo paucis annis, quae uolumina, quanta cum dignitate prodierunt. Eorum suam officinam a contentiosis libellis, unde quaestum haud mediocre fecerunt alij, semper immunem seruauit, ne literas ac disciplinas aliqua contaminaret inuidia. Hieronymum bis excuderat. Ab Augustino pari cum dignitate rursus excudendo, quum amici complures, in quibus et ipse, deterrerent, tamen totum animum sic huc appulerat, ut inter familiares subinde dicere solitus sit, se non optare longius uitae spatium, quam quod absoluendo sufficeret Augustino. Primum ac secundum Tomos uidit absolutos, pius erat hominis uotum. Et erat animus ille dignus immortalitate, sed aliter usum aeterno numini, cuius in abdito sunt consilia, quae nobis scrutari fas non est, reprehendere nefas. Aetas erat prouectior, sed ualetudo ita prospera, uegeta, ut per omnem uitam nunquam morbo decubuerit. Ante annos sex et summis gradibus in solum lateritium decidit, casus erat plus quam letalis, conualuit tamen, sed ut solet, mali reliquijs in corpore resistentibus, utcumque dissimulabat ille. Tam erat animi generosus, ut puderet dolere. Anno priusquam moreretur, corripuit illum grauissimus cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi praesto erant medicorum officia, quae nihil aliud quam exasperabant malum. Tum de morbi genere dissentientes, alij aliud admovent remedium, nec de erant qui autores essent pedem refecandum esse. Tandem aliunde uenit medicus, qui dolo rem haecenus sedaret, ut & tolerabilis esset, & somni cibique sumendi permitteret facultatem. Demum ita confirmatus est, ut bis equo proficisceretur Francordiam, malo in dextri pedis digitos relegato, quos solos flectere non poterat, caetera ualens. Tum a me tum a medico frequenter monitus, ut rarius prodiret in publicum, aut uestitu contra frigus munitior prodiret, non obtemperauit, pudendum esse ratus, si quicquam omnino pristinae consuetudinis omittens, morbi speciem praese ferret. Iam & duos manus dextrae digitos stupor occuparat: morbi imminuentis praeludium. Dissimulauit & hoc, parum uirile ducens quicquam morbo concedere. Denique dum in sublimi agit nescio quid, correptus, ut est probabile, ut morbi, in pavementum decidit pronus, non sine graui cranij uulnere. Delatus in lectulum, nec oculos attollebat, nec ullum sensus indicium dedit, nec ullam omnino uitae significationem, nisi quod manum sinistra mouebat, nam dextrum latus omne dissimulata paralytici stupefecerat. Ita biduum consopitus, sub mortem experrectus est, aegre paulum ductus oculi sinistri genis, lingua tamen immobilis, nec superuixit ultra sex horas. Ita nosse Frobenius rebus humanis exemptus, ad uitam transijt felicior, Vxor, liberis, amicis, acerbo

acerbo luctu, toti ciuitati notisque omnibus graui sui desiderio relicto. Ob huius mortis deiebat oes qui colunt bonas literas, pullatos, lachrymas & luctum sumere, apio flosculisque sepulchrum ornare, lymphas aspergere, odores adolere, si quid talibus officijs proficeretur. Certe illud erit gratitudinis, ut oes defuncto bene precemur, memoriaeque laudibus debitis celebremus, Officinae Frobenianae faueamus, quae non solum non cessabit ob heri sui decessum, sed summa ut adniteat, ut quod ille instituit, semper in maius meliusque prouehatur.

EPITAPHIUM IOAN. FROBENII PER
DES. ERASMV ROT.

Arida Ioannis tegit hic lapis ossa Frobeni,
Orbe uiret toto, nescia fama mori,
Moribus hanc niueis meruit studijsque iuuandis,
Quae nunc mcesta iacent orba parente suo.
Retulit, ornauit, ueterum monumenta sopherum,
Arte, manu, curis, aere, fauore, fide.
Huic uitam in caelis date numina iusta perennem,
Per nos in terris fama perennis erit.

Eiusdem in eundem Graece.
Ωδὲ τῶν κεινῶν τῶν λαβῶν τῶν τῶν πρῶτον ἀποβύοντι,
Οὐδὲν ἄλλο πλεονόχῳ ὀφείλει τῶν λόγων ἀποδοσεύματα,
Μὴ νεκρῶν θελωῖται ἔτι γὰρ καὶ τῶν ἐν τῶν νεκρῶν αἰε,
Τῶν ἄλλων, τῶν φήμῃ, οἷς τῶν βιβλῶν ἀφ᾽ ὧν οἷς.

ERASMV ROTERODAMVS ORNATISSIMO
VIRO IOANNI VLATTENO
S. D.

Q UOD fatum, aut quis genius hanc malignitatem adiunctam rebus humanis esse uoluit Vlattene charissime, ut quae plurimis placent, eadem multis uehementer displiceant. Simul atque eodem, ut ita loquar, nixu nuper emisimus duos libellos, alterum de Pronunciatione, alterum de Ciceronis imitatione: quorum ille sicut neminem offendit, ita minus inuenit amatorum: hic quem admodum auidē distractus est, ita apud aliquot non mediocre offensionem incurrit. Queruntur alios silentio praeteritos, quos non oportuit, alios secus attractos et par fuit, alios infra meritum, alios supra meritum praedicatos. Ad argumentum quod illic agitur, sufficiebant ueterum exempla septem, tantum abest ut statuerim omnium scriptorum nomina per censere, praesertim quum hoc ipsum sit hic quasi παρρησιάζω, in quo si uoluisset esse copiosus, merito poterat in me torqueri Graecorum adagium, μᾶλλον ἐπιτιμῶμαι τοῖς βιβλικοῖς. Iustus hoc nomine poterat ineptus uideri, qui tam multos recensuerim, et qui quosdam praetermiserim, ineptior multo futurus, si conatus fuisset omnium aestimare stilum, qui scriptis innotuerunt, quando quidem hodie tam multos habet Germania, Gallia, Anglia, Hungaria, Polonia iuuenes, qui possunt eleganter tum dicere, tum scribere. Utinam ad pietatem tantundem profectus accessisset. Caeterum quod neminem uel odio, uel obliuione praetermiserim, illud argumentum est, quod quorundam quos & unice diligo, & uideo quotidie, nullam feci mentionem. Noueram quosdam esse tam uirginei pudoris, ut omnino in publicis scriptis uelut e profcenio nominari non uiderentur, uelut profus histrionicae generis, libros in uulgi aedre: quosdam adeo delicatos, ut nescias quomodo tractari debeant, alios tam feroces ac morosos, ut quomodocumque palperis, recalcitent. Iam si tantum laudassem quos nomino, & laudassem citra exceptionem, corrupissem expetitum huius operae fructum. Si quidem ex huiusmodi censuris magnopere proficiunt adolescentes, dum assuescunt omnes cum iudicio legere, tum quid in quoque uitandum sit, aut expetendum dispicere. Plurimum autem interest inter censuras & encomia. Iam hic erat huius recensionis scopus, ut anxius ille Tullianae phraeseos affectator, neminem omnium dignaretur honore Ciceroniani cognominis. Id tamen si sub persona Nosoponi, hac in parte parum sani iudicij, tamen ne quem omnino offenderet negatus titulus, singulis multum laudis aspersi, eo temperamento, ut nec candorem in me quicquam possit desiderare, & quod cuiusque

propriū est agnosceret attributū, adeo non maligne, ut nec hostium nomina sileam, uel
 lut Flutenti & Siuicā, nec illos merita laude fraudem. Nam quod quidā stomachabat
 tur Budāū parū honorifice tractatū, arbitror illos sui iudicij poenitere. Nec minus impu-
 denter multabant quidā me Longolio subinuidere, cum uix a quoq̄ prædicatus sit cadi-
 dius, quanq̄ ille quædā asperit scriptis suis, quæ suspiciōne præbeant ipsum non admo-
 dum magnifice de meo ingenio sensisse, uerū hæc iudiciorū libertas in uiris eruditis nun-
 quam ostendit animū meum. Si recte iudicāt, docent: sin minus, humanū est uisum, nec fa-
 tis dignū quod honorum dirimat amicitia. Optarim multos esse Longolios, qui uiderēt
 in oratorē Barauū, modo de disciplinis ac religione Christiana bene mererentur, quod il-
 lum egregie fuisse præstaturū arbitror, si uita longior cōtigisset. Iam ne parū esset ponder-
 ris laudibus quas eruditus ascribo, fingo personā hominis egregie docti, qui cetera sanus,
 tantū inmodico Ciceronis amore delirer. Sed o uitam hominis fugacissimā, o rerum hu-
 manarum Euripū, aut si quid est Euripo uolubilius. Dum hæc loquimur fugit hora, ut ait
 Sathyricus, & dum amicos recensemus, unum nō postremi loci amissimus, Iacobū Vuim-
 phelingum Sletstadiensem, qui quidem inter felices numerari poterat, nisi senectus illius
 in hoc seculū multo turbulentiū incidisset. Nā a teneris usq̄ annis educatus est in ho-
 nestissimis literis, primū Sletstadij sub Ludouico Dringenbergio Vuesphalo, deinde Fri-
 burgi, mox Heydelbergæ, pōtifficij iuris peritiā cum theologia scientia nō infeliciter con-
 iunxit, & alioqui nullius honestæ disciplinæ rudis. Eloquētiæ uero tantū præstitit tum in
 carmine, tum in oratione soluta, quantū uel a theologo, uel ab illorum temporū homine
 possit requiri. Ascitus Spirā, ecclesiastice munus nō sine laude gessit. Inter hæc uir pius ar-
 dens amore rerum cœlestiū, eoq̄ pertæsus seculi, quod teste Ioāne, totum in malicia pos-
 tū est, de secessu cogitauit. Eius propositi confortē habebat Christophorū ab Vtenheim,
 doctū pariter & castissimæ integritatis uirum. Atq̄ ut nudus ad nudū Christum confuge-
 ret, quod erat Ecclesiastici census, erat autē quod ad uitæ mundiciē sufficiebat, resignauit.
 Cæterū hoc consiliū abrupti Christophorus ad episcopi munus retractus, amicis ita sua-
 dentibus, futurū, ut si ad mentem tam piā accessisset autoritas, plures Christo lucrifacere
 posset, q̄ si se abdidisset. Ille tamen sua paupertate lætus, pergebat quod instituerat agere,
 rursus Heydelbergæ sacros autores enarrans, & in his Hieronymū. Ad hæc libellis ædi-
 tis & adolescentiā instituit, & sacerdotes ad pietatis castimoniamq̄ studium excitauit. Nec
 grauatus est amore pietatis, agere pædagogū, aliquot magnæ spei adolescentibus, quorum
 præcipuus, nunc inter nobiles, doctrina, synceritate, candore, prudentia, nobiliss. Iacobus
 Sturmus, cuius consilijs plurimū debet tota penē Germania, non solū inclita ciuitas Ar-
 gentoratum. Nec inuidia caruit hominis sancta libertas, Romam exiit, ut homo & se-
 nio & hernia tardus, monachorum Augustinensiuū opera, quod alicubi scripsisset, Augu-
 stinum non fuisse monachum, aut certe non talem quales nunc habentur Augustinenses,
 quum hi tamen illum in tabulis ac libellis exhibeant promissa barba, nigra cuculla, & zo-
 na coriacea. Hoc incendit ex minima scintilla latius euagaturū, Iulij secundj presit auto-
 ritas, idq̄ honorum omnium applausu. Præter alias aduersitates, quibus hominis uirtus
 exercita fuit, hoc fatale totius ecclesie dissidium uehementer illum afflixit, ac tantum non
 ad ultæ rædium adegit. Itaque solitudinem ac secessum frustra tentatum, ingrauescētibus
 annis egit Sletstadij in ædibus Magdalene fororis, ex qua nepotes duos, quos paterno
 semper affectu cōplexus fuerat, reliquit, moribus ac literis eleganter institutos. Quorum
 Iacobus Spiegellius, prius Maximiliano Cæsari, mox regi Ferdin-
 nando fuit a Consilijs: Apud quem nuper Ioannes Maius, natu minor, in fratris locum
 successit, aulæ primoribus indolis elegantia, ac dexteritate morum optimo iure gratissi-
 mus. Nondum tamē statui, utrum Vuimphelingi mors gratulatione dignior sit, an deplora-
 tione. Annum attingit penē octogesimum, diutius etiam uiscurus, si corpusculi deficien-
 tis rationem uillam habere uoluisset: & subductus est huic seculo, quo nihil fingi potest
 inquinatius. Postremo nihil addubito, quin uita innocenter actæ præmij iam fruatur a-
 pud cœlites. Sed ut redeamus ad id quod institueramus, Multo post æditum Ciceronia-
 num, comperi hoc ipsum argumentū fuisse tractatum tribus epistolis inter Franciscū Pi-
 cum comitem Mirandulanū, & Petrū Bembum, quorū alter fufius differit, alter haud ita
 multū a me dissentit. Negat enim se loqui, nisi de raræ felicitatis ingenijs: neq̄ hic deterret
 a bono

a honorū autorum lectione, sed ad unius Ciceronis imitationē inuitat, atq̄ adeo quod est
 difficultus emulationē. Mihi cum his modo res est, qui huic superstitioni sic addicti sunt,
 ut miro fastidio respuāt quicquid dissonat. Recognouimus libellū emēdatis perpaucis lo-
 cis, adiectis etiā nominibus aliquot. Cum enim pridē excuderet, subito exortus ἀλαζον-
 ονοφυλλοῦς cūsum & attentionē non nihil interrupit, ut sunt quidā ad nihil aliud nati, q̄
 ut honesta cōtractibus facebant negotiū, ipsi nullis occupati, præter q̄ alea, scortis, comest-
 rationibus & glorijs. Bene uale. Datū Basileæ nono Calen. Febr. M. D. XXXIX.

ERASMV ROT. IOANNI SVCQVETO S. D.

ESTITUIT nos Antonius Sucquetus frater tuus uir ornatiss. patronus
 Erasmi candidissimus, ac bonarū literarū inuictissimus propugnator, cuius
 mortē nobis alioqui multis nominibus acerbiss. ob id aliquanto moderatius
 ferimus, quod cōfidimus te pro tua humanitate in germani uices successurū.
 Id ut faceres te etiā atq̄ etiam rogare, nisi mihi persuasum esset, tibi eam pro-
 uinciam iam dudū sponte susceptam esse. Sunt cōplures Louanij, uelut in hoc cōiurati, ut
 collegium Buslidianū, unicum nostræ regionis, imō totius Cæsareæ ditionis ornamentū,
 sublatum cuperent: eiq̄ miris cuniculis exitū moliantur, unde cum omnibus publice pa-
 riter ac priuate proditura est summa utilitas, tum aulæ Cæs. prodibunt eruditi Secretarij,
 cordati cōsiliarij, legati facidi, proceres non tantū imaginibus nobiles. Deniq̄ principes,
 qui si uideatur, possint oratoribus citra interpretē respondere: postremo grauioribus illis
 disciplinis, atq̄ adeo cunctis bonis artibus plurimū lucis ac dignitatis accedet. Si nō esset
 institutū tale collegium, nihil prius erat curandū Cæsari, q̄ ut suis impendijs institueret.
 Nunc rem egregiā aliena benignitate datam, nō desunt qui conentur amoliri. Quosdam
 impellit ingenij stoliditas, alios amor questus, nō nullos liuor: sunt qui subseruiunt alienæ
 uoluntati: quare te rogo maiore in modum, ut quod Antonius feliciter orsus est, tu gratia
 & autoritate tua, qua tuo merito uales in aula plurimū, perficias, ut hoc collegiū sit omni-
 bus aula proceribus q̄ maxime gratiosum. Reditus adhuc tenues sunt: uix alunt profes-
 sores, eos augebit principū ac diuitem liberalitas, te tuiq̄ similibus rem prouehentibus.
 Ego uero nō hoc tantum mihi de te polliceor uir clarissime, uerū nihil dubito quin totum
 Antoniū Sucquetū sis nobis representaturus. Quid enim illius ingenio magis niueum,
 quid amico amicius, quis in officio promptior, in cōsilio fidelior, quis iusti tenacior, quis
 fuscis, fraudibus, & iniustitiæ insensior: quanta pietas citra superstitionem: q̄ perspicax sa-
 numq̄ iudiciū, multum abhorrens a uulgi iudicijs. Quanta dexteritas in rebus gerendis,
 quot dotes, quot ornamenta in uno uiro perdidit aula Cæs. quanto studio id agebat, ut si
 beri quos habebat aliquot, mire patriam indolem referētes, honestissimis disciplinis iam
 inde a teneris instituerentur. Maximū natu destinarat theologie, proximum studio iuris:
 tertium admodum puerum bonis literis dedicarat. Et hic fraternas uices geras oportet.
 Cum erit cōmodum salutabis mihi Ioannem bombardarū opificem, uicinum tuum, uete-
 rem amicū meum, qui cum olim arma cōmutauit in amicitia symbolū, nec id multo con-
 gruētius, q̄ fecerunt Glaucus ac Diomedes. Dedi Enchiridion, nostri librum iam olim
 per omnes orbis plagas uolūtatem, Latine, Gallice, Germanice, Hispanice, Tusce loquen-
 tem: ille contra dedit gladiolum, quo nō magis adhuc sum usus, quam ille libro. Bene ua-
 le. Anno M. D. XXXV.

ERASMV ROT. CAROLO SVCQVETO S. D.

X literis tuis Carole suauissime, quæ mirā quandā in me spirant beneuolen-
 tiam, aut, ut uerius dicam, pietatē, facile poteram agnoscere germanā Anto-
 nij Sucqueti prolem, in cuius affectū cum tua sponte successeris, æquum est,
 ut ego uicissim mutua pietate illum tibi referā. Proin illud tibi persuasum habeto mi Ca-
 role, nihil a me petes, modo tibi uel usui, uel ornamento futurū uideatur, quod tua causa
 sim grauate facturus, & si fors deerit facultas, certe prompta uoluntas nunq̄ est tibi defu-
 tura. Age quod agis optime adolescēs, fac totum Antoniū nobis exprimas, ut cuius mor-
 tem iustissimis de causis acerbissime tulimus, eum in te ueluti superstitē esse gaudeamus.
 Nam oris habitus, forma corporis, gestusq̄ & sermone sic illum reddis, ut non te filium,
 sed illum ipsum in te repubuisse credamus. Idem est ingenij morumq̄ candor, eadem hu-
 manitas, eadem in amicitia fides, eadem simplicitas ueritasq̄. Quin & iudicia ferē consen-
 Ggg 3 tiunt

erunt, quæ per ætatem in te maturefcunt. Sed est in quo parentem ornatisimum etiam fup-
peraturos uideare, quod illius manibus gratissimū esse scio. Quid ni sit, quum uirius nihil
magis habuerit in uotis, quam ut in liberis suis seipsum uinceret. Quid hoc est inquis?
Quod absolute iuris prudentie, utriusq; literaturæ decus pergis adiungere, quæ nisi ac-
cedant, Deum immortale quæ balbuties, & prudenti orationes, quæ multa superuacanea
solent hoc studiorū genus cōsequi. Laudatun in illis. Locus ille quæ. Cæsaribus cō-
siliario factus erat Senatus Mechliniensis Præses, sibi quidem in sua professione uideba-
tur nihil nescire. Tolerabilis forsitan hæc *Quæritia*, illud intolerabile, quod in omnibus
conuuijs, etiam à nullo prouocatus, uelut è plaustris debacchabatur in linguas ac bonas
literas, nec cuiq; harum perito concedebat, ut uel unam legem iuris intelligeret. Obijcie-
batur illi nonnuncq; Gulielmi Budæi nomen. Ibi quid non dicebat: sed tam infulle, ut ne-
mo non rideret hominem. Legum magnā uim tenebat, sed desiderabat in eo iudicium
naturale, tum non potest non passim delirare, qui præter illas literas nihil omnino didice-
rit, præsertim quum codices eius disciplinæ sint, non solum deprauatissimi, uerumetiam
mutilicuius in cōmodi nōnullam partem amoliti sunt, in Germaniâ Ulrichus Zasius, in
Galliâ Gul. Budæus, in Italiâ Andreas Alciatus. At patri tuo præter seculū nihil deerat,
ingenium mire felix, industria singularis, eruditio summa, iudicium excussum. Mox aulae
negotia, crebræ ac longinquæ legationes, ne dicam relegationes, nihil serè permiserunt uir-
ro, nisi ut hæc studia amaret. Alto qui uel natu grandior eas literas attraxisset. Nec alijs in-
uidit, quod ipsi non contigit, imò hoc impensius dedit operam, ut iuris professio cum lin-
guarum ac politiorū literarum peritiâ iungeretur. Quare te uehementer hortor. Succue-
te charissime, ut in isto stadio cursum gnauiter peragas, quemadmodū hæcenus magna
cum laude cucurristi. Habes concertatorem Viglium, cuius alacritas non patietur te leg-
nescere. Video te meditari demigrationē, nec dubito quin tibi constet cōsiliū uirato, quæ
propter non est quod hic uel te hortet, uel dehorte. Habes domi Palladem, quæ tibi sug-
geret quod maxime sit in rem tuam. Vigliū aliunde aliō fortuna propellit, is interim agit
Vlyssēm. Auenionē & in Montepessulano ludere pestilentia nouum non est. Ad Bituri-
gas uehementer arridebat, præsertim quod eo se cōtulerit Andreas Alciatus, unicum hu-
ius ætatis miraculum, ac studiorum delictum. Verum narrat & eam regionem infestari
lue, quod non modo studiorum causa doleo, uerumetiam illius. Nam uitrum illum om-
ni prosperitate dignissimū fortuna uidetur annos aliquot habere pro pila, adeo nunc bel-
lo, nunc pestilentia sursum deorsum uoluitur. Qui rumor si uanus est, gratulor Viglio no-
stro, gratulaturus & tibi, si eodem te contuleris. Quod tibi uideris *in uis* futurus, si li-
ceat mihi *διωρησθησθαι* esse, utinam tibi tantum utilitatis adferre possit noster cōuictus,
quantum & tu tibi polliceris & ego optarim. Quod ad meum quidem animū attinet, nul-
lus hospes fuerit te uno gratior. Ego quum natura semper à turba abhorruerim, nūc ætas
ac studiorum assidui labores, ad hæc indies incommodior ualendo cogunt, ut sim homo
per paucorum hominum. Duos tresue soleo recipere, ne sit lupinum conuuium, sed exi-
mios. Nam inter epulas gaudeo serè fabulis amoenioribus hilarare nonnihil animum stu-
dio festum. Sat feliciter cessit hæc migratio, idq; præter expectationem. Quum enim op-
pidum hoc penè cingatur montibus è proximo imminētibus, nec usquam aperiat se pro-
spectus liber, nisi ad occasum, uerebar ne coelum minus esset amicū meo corpusculo. At
uix usquam sensi illud amicus. Vocabar aliō magnis conditionibus, sed non ausus sum
è nido tot annos presso statim longius euolare. Itaq; decreuimus hic hybernare, si modo
per belli tumultus liceat. Ciuitas est regis Ferdinandi, qui sic uidetur in me affectus, ut ap-
pareat illum nihil mea causa non facturum. Est & academia nō incelebris, in qua nulla fa-
cultas magis floret quam iuris. Habet Zasium ætate senem, sed ingenio uiuidū, cui quem
alium conferam in his regionibus non inuenio. Sunt præter hunc & alij non uulgariter
eruditi. Inter clerum, magistratum, populū & academiā summa concordia est. Haio
Caminga Phrysius nobiscum agit, cuius consuetudo mihi sit indies iucundior: nimi-
rum quo magis ille quotidie sit & literis eruditior, & philosophia melior. Eiusmodi ue-
ro experior iuuenis ingenium, ut confidam hanc mutuam animorum beneuolentiam
inter nos fore perpetuam. Nunc certe tam charus est ac iucundus, ut si filius esset uix
posset esse charior aut iucundior. Demitor autem quid sit rei, ut quum Dola Cæsareæ sit
ditionis

ditionis, tam iniqua se præbeat nostratibus. Id enim ex multis cognoui, tamen si tu pro uia
ciuitate dissimulas. Verumtamen uide etiam atq; etiam mi Carole, ne præcipites consi-
liam. Quod maxime putabis in rem tuam fore, id sequitur. Ita demum mihi futura est iur-
cunda tua cōsuetudo, si quantum mihi allatura est uoluptatis, tantum dem studijs tuis fru-
ctus contulerit. ~~.....~~ Rissimus & cæteras tuas fa-
bulas, nimirū eximie ridiculas. Iudicium quidem tuum probamus optime Carole, ac stu-
dium erga nos tuum amplectimur, sed si me audies, nec cum carcinis, nec cum plauodor-
pijs, nec cum inauspicatis auibus consiliaberis, quum uolunt, ex picis, graculis & upu-
pis, uertitur in uiperas, lupos ac leones. Ne in te crabrones iritaris. Musarum & Gratiarum
contubernio temet oblecta. Et si tumultus istorum in cōditos ridere libet, ride sed in
suo. A nemine magis lædi poterant, quam ipsi se lædunt. Bene uale. Datum apud Fribur-
gum Brisgona, postridie Calen. Iulias, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS LODOVICO
BERO. S. D.

APVISTI qui hinc mature euolaris, nos subinde libratil alis meditamur
nidum relinquere, sed subinde remora quippiam exoritur, quod cogat com-
perendinare profectiōē. Accidit hic quiddam, Democriti ne risu, an Hera-
cliti lachrymis dignius, tu iudicabis. Sacrificus quidā huc aduenit, is simul
atq; hospiti suo pecuniosā quam debebat, numerasset, uale, inquit, & age pœ-
nitentiam; moxq; progressus in publicum, exhibuit nobis alterum *πρόδρομος*, clara & ar-
ticulata uoce, serio uultu clamans, agite pœnitentiam, agite pœnitentiam, agite pœniten-
tiam, imminet uobis manus domini. Cum hoc præconio complures dies per omnes ciui-
tatis uias obambulauit. Ingressus summum templum, coepit in corruptā Canonicoū ui-
tam detonare. Id ridebāt pleriq; negligebant alij. Tandem ingressus dicitur & Occolam
padianoū templa, & in hos multo tum liberius tum atrocius uociferatus est, identidem
animarum interemptores appellans. Interpellauit illum quidam, heus tu, uocas ad pœ-
nitentiam, æde quid nobis censeres agendum, & quibus modis sit placandus deus. Ibi uelu-
ti numine afflatus, Gorgoneis oculis intuitus percontatorem, Pharisee, inquit, quid
me tentas? Non aliud iussit me loqui spiritus. Dicitur & in monte Pellicardi *πρόδρομος*
egisse, quum nec illic quenquam repperisset, cui liberet agere pœnitentiam, ipse tres men-
ses conclusus carcere, pro omnibus pœnitentiam egit. Illinc dimissus, iuxta præceptum
Euangelicum, excusso pedum puluere, huc demigrauit, ubi quum multo minus arri-
deret nomen pœnitentia, duci iussus est in carcerē. Quum duceretur nihilo segnus clamabat,
agite pœnitentiam. Alter satellitum, ni taces, inquit, improbe, hunc pugnum ingeram in
os. Ille tanto magis clamabat, agite pœnitentiam. Quid actum sit in carcere, nō liquido scit-
tur. Dimissum constat, hac lege ne redeat in ditionem huius reipublicæ. Mox, ut accipi-
mus, contulit se Luceriam, quæ ciuitas sic est infensa nouis sectis, ut nō alta magis. Illic alij
quot diebus *πρόδρομος* functus officio, in hoc quoq; retulit nobis Ioānem Baptistā quod
cōiectus est in uincula, in illo dissimilis, quod ille decollatus, hic exustus est, nimirū quod
Baptistam male representaret anabaptista. Quæ secta quum magis inuisa sit principibus
q̄ ulla cæterarum, propter Anarchiam & rerum cōmunionem, quam prædicare dicun-
tur, tamen nec templum habent usquam, nec regnum moluntur, nec ulla ui se tuentur, &
habere dicuntur multos moribus longe syncerioribus q̄ ceteri. Quamquam quid ibi syn-
cerum esse potest, ubi corrupta est fidei integritas? Si nobis coruus à læua crocitetur, com-
mouemur, & aliquod grande malum imminere credimus, & hominis uocem risimus om-
nes. Multis iam annis quid malorum nō uidimus? Exactiones, tumultus, bella, cades, pes-
tilentias, famem, seditiones. Quis studuit uel pilo fieri melior? Occalluimus aduersus fla-
gella dei, obduruimus aduersus illius medicamenta, quid superest nisi extremæ calamita-
tis diluuiū? Vtinā res feliciter cedat omnibus q̄ mihi præfagit animus. Sedulo molimur
abitu, magno rerum dispendio, sed maiore salutis discrimine. Verum decretū est uerte-
re solum, facienda est alea. Bene uale. Datū Basileæ Idus Aprilis, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROT. ORNATISSIMO ANTONIO
FVGGERO S. D.

TA sunt res mortaliū Antoni uir eximie, nonnunquā ubi speres summā amicitiam, exoritur summa similtas: unde nihil expectes, inde prodeunt amici
bus dolij, quae

laetis miscet. Quis expectasset ex Augusta Vuindelicoꝝ, tam candidū, tam flagrantē, tam benignū amicum? Quid enim spirabat illa tua epistola, nisi singularē quamdam tuam in me pietatē, cum haecenus ne tantillū quidē de te fuerim meritis. Quam paritas mihi grata fuit illa tā obuia benignitas? Itaq; mihi crede, multo plus uoluptatis ac solatij ceperā ex tuis literis, q̄ si quis optmum sacerdotiū nunciasset. Siquidē uerissime scripsit ille regum sapientissimus, nihil esse tam charū, quod cum sincero fidoq; amico conferri debeat. Atq; aliquanto plus gaudij tum pensū animo meo, quod & tu tam amanter deferres liberalitatē tuam, & ego ea non essem usus, pro qua nihilo quidem minus de bebam, & debebā libenter: sed tamen iuuabat, nec amici rebus quicquid decessisse, & me debere quidē, sed debere liberius. Quisquis enim beneficiū accipit, simul cum beneficio sollicitudinem accipit reponendę gratiæ. Nihil autē ingenuis animis libertate dulcius. Quamquam tum quoq; sollicitabat me nonnulla cogitatio, circūspectantem qua ratione declarare possem, quanti facerem studium erga me tuum. Accessit huc, quod non tantum ex Luscinio nostro cognoui te literis ac literarū cultoribus Mecœnatem haudquaquā sordidum præstare, quod non faceres, ni & uir optimus esses, & animum haberes opibus tuis superiorē, quanquā eas largiter fortuna minime cæca in te congestis, si tamen illas fortunæ, ac nō potius industriæ prudentiæq; tuæ debes. Laudatus est Vespasianus pater, quod male quæsitis optime sit usus. Quanto tu Antoni laudabilior, qui his quæ uel fortunæ fauor obicit, uel industria parauit, tam bene uteris? Arguit & illud prudentiam tuam non uulgarem, quod nulla tibi potior cura est, quam ut liberi tui si quando cōtingent, aut si quos in liberorum uicem adoptasti, iam inde à teneris, & ad pietatem, & ad honestissimas disciplinas instituantur, multum abhorrentiā quorundā sententiā, qui credunt se præterea nihil debere pietati, si filios suos modo ditarint. Agnoscis nimirū esse præclarissimum quoddam opum genus, in quod animo conditum, nihil habeat iuris fortuna. Proinde non iudicas liberos tuos esse uere diuites, nisi hoc genere possessionum fuerint locupletes. Hæc itaque quum extimularent animum meum, si minus ad reponendam gratiam, certe ad testificandum quam penitus & nossem & amarem peccus istud tuum, tam excelsum ac nobile, ecce redditur altera abs te epistola, multo priore tum candidior tum amantior. Equidē præclare mecum actum iri putabam, si nostram excusationē humanitas tua boni consilii uisisset. Scripseram enim subtilis & inter sarcinas. At tuæ benignitati non satis fuit in bonā partem accipere, quod munificentiā tuam ulro delatam recusare quam amplecti malui, sed literis amantissime scriptis perpetuum amicitiae foedus mecum sancire dignatus es, proq; tua singulari modestia, ambis etiam, quod mihi uotis omnibus erat expetendū: Imō iam hoc ipsum in præcipuis bonis meis numerare coeperam, quod tam eximius patronus, & si ita mauius amicus, catalogo meorum accessisset. Hæc tam multa uotis quidem meis plus satis erant, at tuæ bonitati clarissime Fuggere nondum erat satis. Addidisti pignus & arrabonem, ut tu uocas, amoris in me tui perpetui, munus nō minus elegans, q̄ præciosum, nec interm mutum. Nam Disticho testatur autoris animum. Ex tam amico poculo, quid ni uel aqua mulsū sapiat? Etiam si iam annis compluribus ad necessitatem bibo uinum, nō ad uoluptatē, magis pharmacum sumens q̄ potum. Cum equestri agitatione caperer, solitus ea corporis adrepentē languorem depellere, amici dono mittebant equos: sed ante triennium eques esse desij, non ab equis ad alinos, ut habet prouerbij, sed in pedes deiecius. Verum iam plusquā biennij est, quod nullam ex uino capio uoluptatem, quod mihi bibitur non modo perparce, uerum etiam aqua è glycyrrhiza decocta sic dilutum, ut si infueto porrigatur, medicam potionem esse diceret, non uinum. Verum è tuo poculo, si non uiteum liquorem, certe amorem bibere iuuabit. Addis & illud ad cumulum tuorum erga me meritōrū, ut in posterum utar amicitiae iure, & ubiq; res postularit, audacter requiram tuum officium. Equidem amplector quod offers ex animo, sed quid tibi uicissim pollicear

polliceat non inuenio. Si tecum munerum uicissitudine contendam, merito uidear impudentior q̄ Marfyas, qui cum Apolline canendi suscepit certamen. Ne opella quidē mea ubi tibi possit esse usui uideo. Si quid tamē indicaris, aut si qua se obtulerit opportunitas, faxo ut intelligas omnia potius Erasmo defuisse, q̄ animi memoris propensam uoluntatē. Nūc ad reliquas epistolę tuæ partes superest ut paucis respondeam. Quod scripsi me à diuersis principibus, amplissimis conditionibus alio atq; alio uocari, nequaquā hoc ed feci, ut tecum illorum uel dignitate uel benignitate cōferrem, sed ut tibi persuaderem, eam esse ualitudinem, ut nec ob conditionum magnitudinē, nec in ullius gratiam oportuerit longinquæ profectio comittere. Ego candidū amicum omnibus regum Gazis anteposuerim, tamen si Casarem ac Ferdinandum haecenus non minus candidos erga me, q̄ magnos experior. Nec deesse illorū liberalitas, sed quemadmodū ab aulæ cultura meo pte ingenio semper abhorruī, ita nunc per etatem ac ualitudinē ad eam sum ineptus. Tum ut me paucis contentum non urget inopia, ita illorum benignitatem non admodum flagito. Casarea pensio iam debetur annis plus septem, promittitur, nec mittitur. Et is est aulæ nostræ status, ut officarij bene secum actum putent, si quum nihil accipiant salarij, non cogantur ipsi numerare mutuum. Scripsi semel atq; iterum ex Hispanijs Casar, numeraretur Erasmo sua pensio extra ordinem. Respondit ex cōsilij decreto Margareta, si redeam in Brabantiam, uel aureos Perfarum montes esse paratos non modo pensuunculam. Tanta porro est flagitantū turba, tanta improbitas, ut mihi prius sit negligere quicquid hoc est emolumentum, q̄ præter ingenij meum flagitatorē agere. Est autem pensio, trecentarū in singulos annos librarum monetæ francicę. In summa uidetur hoc esse quodāmodo fatale aut læ Casaræ semper egere. Dicas esse Danaidum dolum. Non exiguum est, ut tu modestissime scribis, sed planē regiū est quod offers, quanq; etiam si nihil offerres, animus iste tam amicus posset Erasimum istuc pellicere. Misere tum metuebā ne male cederet nidum, cui tot annis assueueram relinquere. Sed hæc profectiuncula longe felicitus cessit expectatione. Siquidē & situm diutinæ quietis excusis, & cœlum experior tam amicū meo corpusculo, ut uix alibi cōmodius sim expertus. Magistratū huius urbis habebam fauētem, & priusq; me illi rex Ferdinandus suis literis cōmendasset. Nihil in cōmodi est, nisi quod nihil hic non magno emitur. Id facile negligo, homo pecuniosus scilicet & philosophus. Quare bona spes est hanc ciuitatē mihi perpetuo fore quod dicitur ἐλευθεροπολις. Mihi tamen foret gratius in ciuitate celebrari uiuere. Quod nuncias, pietatis causam istic longe melius habere q̄ huc pertulerant quidam, non tantum isti reipub. sed tibi quoq; priuatim gratulor. In his rerum procellis nihil arbitror melius, q̄ a quo libramine suspendere res, ut neq; prorsus in quorundā iudicium ac tyrannidem recidamus, nec in Anarchiam ac paganissimum deuoluamur, donec deus aliquis deυ ευχευis quod aiunt exortus, hos orbis tumultus ad tranquillitatē componat. Solus enim ille potest huic tragœdię legem exitum imponere. Scripsi nuper, sed tribus duntaxat uerbis. Iubes ut subinde scribam. Si potes tales legere literas, non cōmittam ut hac quidem in parte cessasse meum officium queri possis. Dominus Iesus te cum omnibus tibi charissimis seruet incolumem amice inter præcipuos eximie. Neq; enim nostram amicitia aestimo mensium aut annorum spacio. Amoris magnitudinem expendo, qua polliceor te nec cuiq; ueterum, nec ulli principum in beneuolentia pietateq; erga me cessurum. Quod ego omen Antoni charissime lubens amplector. Animum mutuum hoc meo chirographo tibi polliceor, addico, dedicoq;. Datum: Spaldingburgum Brisgotæ, Nonis Julijs, Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTERODAMVS IOANNI

COCHLEIO S. D.


CEPEI libellos quos ad me misisti. Horum priorem iam deuorata, & adeo demirabar ardens quiddam ac uasrum, tum spiritus illos tragicos, ut nō nihil suspicarer Hieronymum Aleandrum operis esse partem: alterum paginis aliquot degustauī duntaxat. Nam demigratio perturbauit res meas omnes. Casar opinor, minore negotio mutat sedem. Tanta est epistolarum libellorum & schedarū supellex. Hic ubi confedissem, excussis denuo chartis non repperi quod uolebam. Ex gustu satis placet hominis ingenium, ac facile paterer istiusmodi ludicris retaxari Lutheri uolentiam, nisi ista procacitas, non solum non mederetur Ecclesię distidio, uerum

uerum etiam exacerbaret malum. Quam illius in me obseruantiam nartes nescio, mihi sane profus ignotus est, quod si nobis bene uult, non grauabor mutua beneuolentia respondere. Cassiodorum uirum tantæ dignitatis, tantæ fortunæ, tam eruditum, tam pium, facile inter felices & claros numero, sed quod omnes disciplinas prophanas simul & sacras suo stilo complecti studuit, non admodum probatim. Primum ut cætera omnia fuerint in eo summa, quis est qui præcellat uetus in linguis? At qui hoc magis expediebat studijs, ut eam quisque portionem tractaret, in qua potissimum ualeat. Talis quidam affectus habuisse uideatur & diuum Augustinum, quum adhuc esset in catechumenis. Et tamen uidemus, uir alioqui cœlesti præditus ingenio, quanto opere frigeat in quibusdam progymnasmatis. At Cassiodorum apparet ut ingenio mediocri, ita dictione non admodum felici fuisse. Tot Græci, tot Latini scripserunt in psalmos, sed nemo fufius quam Augustinus. His quid opus erat succedere Cassiodorum? Et arbitror illum in cæteris quæ tractauit, sui similem esse. Sed multo peius ocio suo uidetur abusus Bruno, quem Cartusiani quidam instituti sui principem haberi uolunt, qui mihi uidetur in psalmos Dauidicos nimium frigide scripsisse, præsertim post tot claros interpretes, Optarim tamen omnes Cassiodori lucubrationes extare, uel ob id quod autores plerique profus interierunt unde ille sua decerpfit. Et mihi quidem arridet animi modestia sinceritasque, quam & in diui Gregorij scriptis adamaré soleo. Porro non semel iam literis tuis interpellas, ut hunc laborem emendandi ueterum libros alijs cedam, ipse tractem disciplinas aut argumenta quæ nemo alius, ut ais, pari felicitate tractare possit. Non dubito uir optime, quin sint qui possint idem in emaculandis aut toribus præstare quod præsto, sed qui tantum molestiæ deuorare uelint, non uideo. Cæterum à me posse scribi, quæ nemo possit alius, tum mihi persuasurus es, quum persuaseris mihi esse pauonis pennas. Attamen amo te tam amanter de me hallucinantem. Imò iam dudum me pudet præterita temeritatis, qui tam multa sim ausus supra uires, & illud potius à me flagitat & ætas & animus, ut in totum à scribendi munere mihi dem rudem, præsertim hoc seculo furioso, quo nec bene loqui fas est, nec male. Iam quod subdubitare uideris, an libellum ac duas epistolas quas scripsit aduersus Lutherum, suo Marte confecerit rex Angliæ, id tibi cum multis commune est. Nec mirum quum hæcenus prodigij simile in habitum, præsertim apud Germanos, principem scire literas. Cæterum ut non contenderim neminem scribenti fuisse auxilio, quum eruditissimi quique uiri nonnunquam utantur amicorum subsidijs: ita non dubitem affirmare ipsum eorum quæ ædit parentem & autorem esse: Siquidem patre natus est, quo uix alium reperias exactiore iudicio. Mater item erat sanctissimi ingenij, planeque singulari quadam prudentia, tum pietate: puelus admodum studijs admotus est. Ingenium erat uiuidum, erectum, & ad quodcunque se uertisset supra modum habile. Neque quicquam attentauit unquam, quod non absoluerit. Tanta naturæ dexteritas est, ut & in istis uulgaribus uelut equitandi iaculandisque peritia, neminem non à tergo reliquerit. Dicas illum ad omnia natum. Nullum est mulices genus in quo non excefferit mediocritatem. Mathematicarum item disciplinarum mire docilis. Nec unquam omisit studia, quoties per regni negocia uacat, aut legit aliquid, aut disputat, quod solet perlibenter, mirè comis ac placidus in certamine, dicas hic socium esse non regem. Ad eas conflictatiunculas nonnunquam præparat, se lectione scholasticorum autorum, ueluti Thomæ aut Scoti, aut Gabrielis. Iam quod ad dictionis facultatem attinet, mitto tibi gustum unde conijcere possis, quantum tot annis accesserit. Totam enim hanc epistolam, suapte manu descripsit adolescentulus. Quum agerem Venetia, literis ad illum missis, deplorabam mortem Philippi regis, mei principis, hoc ferme exordio, nam exemplar mihi seruatum non est. Allatus est hic rumor tristior quam ut uerum esse credere libeat, sed idem constantior, quam ut omnino uanus uideri possit, Philippum principem in fata concessisse, & cetera. Agnouit ille protinus schematis gratiam, & suam epistolam ut uides similiter exorsus est. Equidem manum agnoscebam, cæterum ut ingenuedicam, tum non nihil suspicabar, in sensibus ac uerbis, alienis suppetijs adiutum fuisse. Eam suspicionem quum Gulielmus Montioius mihi nullis argumentis posset excutere, celsit ac dissimulauit, donec esset satis instructus ad causam. Quumque forte soli confabularemur, protulit multas eius epistolas, quum ad alios, tum ad ipsum Montioium, & in his etiam illam qua meæ responderat. In his extabant manifesta signa, commentantis, addentis, detra-

detrahentis, corrigentis & immutantis. Agnouisses singularum primam manum, ac ueluti delineationem, agnouisses secundam ac tertiam, nonnunquam & quartam. Quicquid erat dispendium, aut adiectum, eiusdem erat manus. Ibi quod tergiversaret, profus nihil habebam, sed ipsa re uictus omnem posui suspensionem. Nec dubito quin tu mihi Cochlee facturus sis idem, si propius nosset illius regis longe felicissimam naturam. Bene uale. Basileæ Calendis Aprilis. Anno M. D. XXIX.


ERASMVVS ROTERODAMVS ÆMILIO AB ÆMILIIIS BRIXIANO S.

CITO utraq; epistolam tuam uir ornatissime, mihi redditam esse, quibus nunc de eodem quod aiunt, oleo respondeo: quanquam quid opus responso, quum Magium habeamus *μαγικου*, quem opinor ad te recursum. Non omnino mentiuntur *μαγικου*, qui me mortuum prædicant, subinde mihi luctandū est cum mortis satellite calculo: ut omittam se neclutis onus, de qua tamen non admodum habeo quod querar, ut illeam studiorum labores immodicos, neue comemorem assiduas conflictationes cum tot monstris, nunc hinc nunc illinc ador sentibus. An hæc uita dicenda sit nescio. Me quidē nullius laboris tederet, nisi perspicerem hisce temporibus omnia in peius ruere. *μαγικου*. Iam diu parturit mundus, utinam aliquid boni pariat obstetricate Christo, alioqui nullam uideo spem. *μαγικου*. Utinam Enchiridion meum tam esset eruditum, ut tuam operam promereatur, aut tantum conduceret ad pietatem, ut te nec operæ poeniteat, nec inuidie pigeat. Siquidem apud Hispanos populari lingua uersum mitos *μαγικου* tumultus excitauit, nec substitisset nisi procerum quorundam, sed præcipue Cæsaris fauore subleuatum. Quir autem tantopere fatagunt, ne quid mearum lucubrationum loquatur lingua uulgi, causa in promptu est. Isti nusquam digna atque indigna in me debatterant & persuadent plurimis, quidni uincat *μαγικου*. Quod si libelli mei loquerentur sermone uulgari, mox deprehenderetur illorum impudentissima mendacta. Minus tamē fuerit inuidiæ, si præfationem ad Paulum Volzium omiseris, si quæ nonnulla ambigue dicta, ut trahi possint ad calumniam, explanes, & odiosius dicta, arte lenias. Mos gerendus est huic seculo *μαγικου*, & Paulus nobis qua licet imitandus



benus satis amplum & elegans...
soleo pomeridians aliquot horis, uel somnū obrepentem arcere, uel alsiduitatis tedium fallere, si quando inuitat aeris temperies. Post deambulat uinculam cōscenderam domunculam hortensem, tamq̄ coepit aliq̄uid ex Chrystostomo uertere, quum interitū uitreas fenestras feriret fulmen, sed tacitum ac lenē. Primum suspicabar oculorum esse errorem. Quum rursus semel atq̄ iterum effulisset demiror ac prospicio, si se uertisset cœlum, contractisq̄ nubibus pluuiam ac tempestatem minaretur. Vbi nihil uideo periculi, ad librum redeo. Mox auditur sonitus sed obtusior. Ad eum modum poetæ narrant Iouem ludere, si quando est hilarior. Siquidem longe aliud fulminis genus erat, quo gigantū moles distecit, ac Salmonea & Ixionem demisit in tartara. Paulo post emicat plus fulgoris, et audio fragorem horribilem, cuiusmodi fere crepitus audiri solet, si quando fulminis ictus impetgit uehementius in aliquid solidum. Etenim quum agerem Florentiæ eo tempore quo Iulius pontifex tonabat ac fulminabat aduersus Bononiam, magnam dei partem & tonabat uehementer & fulminabat, magnæq̄ uis hymbrium ruebat. In recessu sedens ad exonerandam aleum, quum horribilis fragor insonuisset, territus subduxi me, & ad cæteros redij. Aut me planè fallit inquam, animus, aut post hunc crepitum audietis aliquid parum laxi nunciij. Et ecce nō ita multo post, uenit chirurgus nuncians in collegio uirginum tres ictas, quarum una mox exanimata est, altera propemodum extincta, tertia sic afflicta, ut negaret esse spem uitæ. Ad similem itaq̄ sonitum surrexi, & prospicio, quæ sit cœli facies. Ad leuam erat serenitas, ad dexteram conspicio nouam nubis speciem uelut è terra sese proferētis in sublime, colore propemodum cinericio, cuius cacumen uelut inflexum sese demittebat. Dixisses scopulum quempiam esse, uertice nutantem in mare. Quo contempler attentius, hoc minus uidebatur nubi similis. Dum ad hoc spectaculum stupeo, accurrit famulorum unus quem domi reliqueram, anhelus admonens, ut subito me dor-

me domum recipiam, ciuitatem armatam in tumultu esse. Nam is mos est huius Reipub. ut sicubi fuerit exortum incendium, confestim armati procurrant ad tuendum. Fortas ac moenia. Nec satis tutum est armatis occurrere; ferrum enim addit ferociam animis, præsertim tibi nihil est periculi. Hortus autē in quo studebam, erat pone moenia. Recurro domum, multis obuijs armatis. Aliquanto post rem totam didicimus, quæ sic habebat. Paucis ante diebus in unam turrim earum quibus incenia ex interuallis muniuntur, delata fuerat aliquot uasa pulueris bombardicæ quæ magistratus iussisset reponi in summa camera turris, nescio quorum incuria reposita sunt in imam turrim. Quod si uis pulueris in summo fuisset, rectum modo sustulisset in aera, reliquis innocuis. Ac miso casu per rimas illas specularias fulmen illapsum attigit puluerem, moxq̄ uasa omnia corripuit incendium. Primum impetus incendiij tentauit an esset oneri ferendo, possetq̄ totam molem in altum tollere. Idq̄ testantur qui uiderunt turrim iuxta partes imas hiantem semel atq̄ iterum, sed rursus in se coeuntem. Vbi uis ignis sensit molem esse grauiorem, quam ut totam possit subuehere, eo conatu relicto, totā turrim in quatuor partes immani crepitu dissecuit, sed tanta æqualitate, ut amulsi Geometrica factum uideri posset, ac per aera, altam aliò sparsit ipse puluis accensus in altum se recepit, qui flamma cōsumpta cinericiæ nubis præbebat speciem. Vidisses immania fragmenta turris, aut ritu uolitare per aera, quædam ad ducentos passus deferri, quæ dabatur liberum aeris spaciū, alta ciuium domos longo tractu demoliri. Non procul à turri magistratus curarat extrucendas ædiculas, in quibus habitarent mulierculæ quæ corpore quæstū facere malūt, q̄ nere aut texere. Hæ lateris unius impetū exceperē. Tantus autē erat fragor tamq̄ subitus, ut qui erāt in propinquo, putarēt rupto cœlo, mundum in chaos abiturū. Nec ridiculum putabatur quod uulgo dici solet: Quid si cœlum ruat? In agris multū sunt ruina oppressi, multi sic membris uel truncati uel afflicti, ut miserandum spectaculum præberent obuijs, è quibus aiunt extinctos numero duodecim, uisere uexatos quatuordecim. Sunt qui credant hoc ostento quiddam portendi in futurum, ego magis benignus quam inopertus nihil aliud arbitror significari, quam incogitantiam eorum, qui casum eum non uisq̄ adeo farum non præcauerint. Nec mirum si puluis ille leuissimus dissecit faxeum ædificiū: etiā si turrim eam undiq̄ ducentorum pedum cinxisset paries, ignis ille subitus ac uehemens dissecit obstaculis omnibus erupisset in suum locum. Quid autem uentū mollius? Et tamen inclusus terra: cauis boreas, non in montes totos concutit, terram inuatu diducit, & interdum campos spaciosos in collem erigit. Quis hoc machinarum genus excogitauit? Olim artes ad humanam uitæ usum repertas dejs attribuit antiquitas, ueluti medicinam Apollini, agricolatiōem Cereri, uitis culturam Baccho, furandi artificij Mercurio. Huius inuenti laudem, nō puto cuiquam deberi, nisi uehementer ingenioso cuipiam, nec minus scelerato cacodemoni. Si quid tale comminisci potuisset Salmoneus ille, potuisset uel ipsi Ioui medium unguem ostendere. Et tamen hic nunc Christianorū atq̄ adeo puerorū lusus est. In tantū apud nos decrescit humanitas, accrescit immanitas. Olim Corybantes tympanorū & tibarū strepitu homines cōpellebant in rabiem. Habet enim ille sonitus miram uim ad cōmouendos animos. At horribilius sonant nostra tympana, nūc anapestis, nūc pyrichijs perstreptentia. At his nunc pro tubis Christiani utimur in bello, quasi illic non satis sit esse fortem, sed oporteat furere. Quid autē dixi de bello? Utimur in nuptijs, utimur diebus festis, utimur in templis. Ad furiosum illum sonitū procurrant in publicū uirgines, saltat noua nupta, ornatur festi diei celebritas, qui tam est maxime latus, si toto die per urbem obambulet plusquā Corybanticus tumultus. At ego arbitror apud inferos non alio organo celebrari dies festos, si modo sunt illic ulli. Plato putat magni referre, quo genere musices uteretur ciuitas, quid dicitur si hanc Musicam audisset inter Christianos? Iam hoc musice genus quod simul & statile est & pulsatile, in templis solenne, quibusdam nō placet, nisi bellicam tubam longe superet, & immanis ille sonitus auditur à sacris uirginibus dum res diuina peragitur. Nec id satis, sacrificus uocem ad tonitruifragorem effingit, nec alij magis placent aliquot Germanicę principibus. A deo nostris ingenijs nihil est dulce, quod nō sapiat bellū. Sed desino scribere. Bene uale. Datum Basileæ sexto Cal. Octobr. Anno M D XXVI.



ERASMVVS ROTERODAMI NICOLAOCANNIO S. D.

VANTA est felicitas astrologorum Nicolae charissime, qui ex astris norunt sibi dies & horas fortunatas eligere. Si biduo serius hinc abisses, habuisses facundum uirum comitem, qui tibi *ἡμετέριον* pro ueliculo fuisse, totus enim scater fabulis lepidissimis, & ut scis, maxima laboris pars est laboris imaginatio. Extrusi tamen ocyus hominem tua causa, nec is dubitat, quin te intra triiduum sit assequutus. Nouit opinor tuam celeritatem ubique *ἡμετέριον*. Multis de causis cuperem te mi Canni quam primum ad nos recurrere. Scis enim quam egre carcam opera tua, praesertim in describendis Graecis. Verum quoniam tibi res erit cum mari nauisque: nihilo mari inuicioribus, nonnunquam & per regiones iter futurum est laeticiis infames, nullum certum diem tibi praescripsi. Facit tamen tua mihi frequenter alijs in rebus perspecta fides, ut confidam te nusquam cessaturum, nisi si qua urgeat necessitas. Malo enim te serius sed incolumem redire, quam ob celeritatem uel te periclitari, uel mea negotia non recte peragi. Ita fugias, ait prouerbiu, ne praeter casam. Et paucioribus amicis per te scripsi, *ἡμετέριον* *ἡμετέριον*, quod nihil ferere rerum mearum tibi sit incognitum, quodque tuae prudentiae non mediocriter confidam. Semper enim, ut nosti, te amici loco magis habui quam famuli. Non falles opinor hanc meam de te fiduciam. In reuiscenda Holladia, nolim te profectiois dispendium facere. Quid enim eo te uocet, nisi copulationes aliquot, quae nec ingenio tuo, nec ualitudini conueniunt? Est aliquid uidere illam doctorum omnium litteris celebratam Britanniam, & ad morum ciuilitatem simul & prudentiam conducet. cum tot Angliae magnatibus, cum tot eruditissimis uiris fuisse congressum, quorum tamen humanitas singularis, caue ne te reddat negligentem aut audaculum, sed ut cunctis se submitunt, tu semper fac ut tuae modestiae praemineris. Heroes illi, non semper hoc animo sentiunt, quod uultu praefereunt. Ut olim cum dijs, ita nunc cum summatis uiris religiose loquendum est. In recipiendis munusculis. Nam est ea gens non minus liberalis, quam parca Brabantia: ueteris prouerbijs meminere, *ἡμετέριον* *ἡμετέριον*. A beatis ac sinceris amicis si quid ultro deferretur, accipito, sed cum grati animi testimonio. A mediocribus aut frigidis amicis si quid offerretur, excusato sed ciuilitate. Est enim plus artis bene recusare beneficium, quam bene accipere. Sunt tamen qui quum parum sint amici, tamen palam fiunt inimici, si recuses quod offerunt. Interpretantur enim aut muneris exilitatem contemni, aut se esse inuisos. Florum animo cedendum est, sed oratione quam maxime plausible. Absit autem ut usquam praeter te feras sordidum animum, & huiusmodi praedulatum auidum: quod, nisi me prorsus fallit mea de te opinio, uel non monitus eras facturus. Alioqui malim de meo sumas decuplum. Nec conuenit ut admodum horreas fretum Caletense, *ἡμετέριον* ac propemodum in fluctibus natum, si modo satis olim contemptus sum tuum Amstelredamum. Est sane quum molesta tum sumptuosa traectio, sed ut breuis, ita non admodum infamis naufragijs. Et si quid erit illic molestiarum, olim meminisse iuuabit. Sed transmissio mari, aliud te periculum excipiet tibi fortasse grauius. Nosti prouerbijs *ἡμετέριον* *ἡμετέριον*. Caeterum *ἡμετέριον*, equi sunt prudentissimi, Norunt uiam, nec egent calcaribus, Tantum illis permittite frenum, non desinent currere, donec te quod conducti sunt, uel sarcinae in morem peruenerint. Cum populo facile tibi conueniet, si populum imitaberis, aperi caput, da dextram, cede locum, arripe quibuslibet, sed ita ne cuiquam fidam ignoto. In primis caue ne quicquam eius regionis contemnas damnasue. Est enim ea gens mire *ἡμετέριον*, nec id sine causa. Habet enim exitimiam regionem, quanquam omnes in admiratione rerum patriarum *ἡμετέριον* sumus. Solent enim quidam incuiles illico damnare, si quid insolitum uiderint, ut nulla ferere placet musica, nisi cui assueuimus. Haec quum magna ex parte te monuerim abeuntem, & si non monuissem, tamen sperare te pro tua prudentia functurum officio tuo, tamen posteaquam & hic tam certus obtigit, & aliquid

datum est, nullum est inculcare dentio, ne quid excidat. Nihil enim docet in honorem mouisse. Precor ut alacris ac re bene gesta ad nos quam primum redieris. Nullis reddas, ut hoc dispendium uigilantia sarcias. Bene uale, & si que forte in itinere certum *ἡμετέριον*, fac paucis perferbas, si quid erit, quod nostra re *ἡμετέριον*. Datum Basileae. Anno millesimo quingentesimo uigesimo septimo pridie ascensionis Domini.

ILLVSTRISS. PRINCIPI GVLIELMO DVCI CLIVENSI, IVLIACENSI, MÖTENSI, COMITI MARCHIAE, & IN RAUENSPURGO, &c. Erasmus Rot. s.

ONRADVS Heresbachius clarissime Princeps, indolem tuam eruditioni pariter ac pietati natam ita mihi suis literis frequenter depinxit, ut si copiosius menses tecum domesticam habuissem consuetudinem, non esse posses notior. Idem pro singulari quodam erga te amore, quem undique spirant illius epistolae, magno studio, multisque argumentis illud agebat, ut aliquo monumento litterarum tibi in isto longe pulcherrimo stadio strenue currenti, calcar, ut aiunt, adderem. & alios adolentes generis imaginibus claros ad emulationem tam felicitis exempli prouocarem. Ab hoc officio adeo mihi non abhorrebat animus, ut beneficij loco ducere admonitum fuisse. Verum quod in annos aliquot distulimus officium, nihil aliud mihi crede fuit in causa, nisi quod non obtigit argumentum, quod tuae magnitudini aliqua ex parte respondere uideretur. Nam ille sic temperauit orationem suam, ut appareret non quolibet munere fore contentum. Quum igitur non occurreret quale uolebam, coepit tandem me pudere promissi mei, uisumque est tenues quosdam sed callidos eluentes imitari, qui cum ingentem summam debeant patronis suis, nec adhuc soluendo sunt, hortensibus quibusdam munusculis eos delinunt, quo patientius ferant recalcitrantem solutionem, hoc pacto restantes non animum facultatibus, sed facultates animo deesse. In Italia delinunt opus de uerborum rerumque copia. Adieceram exemplum eiusdem generis, quam potuit in dispendium contracti, & eiusdem uisum copiosius tractari. Is cui Romae tradideram describendum, reddidit hanc partem multam ac uix dimidiatam, ut quod supererat mihi frustra supererit. Eiusdem uisum ab eruditissimis subinde rogaret, ut excitandis studijs, quae tam refrigescere uidebantur, opus illud abolerem: animum uehementer abhorrentem, tamen huc perpulsi, ut inspecta diuisione, quae totius argumenti propositiones ceu columnas habebat, denuo receptum in manus meas ducerem. Puta hoc esse munusculum aliquod ex aetate. Adieci quos libellos non quam antehac aditos, puta haec esse duo mala Cyrenae ex horto paupere selecta. Quae rusticana munuscula non in hoc damus adolens generosissime, quod his fidem nostram liberatam uelimus, sed ut liberandi uoluntatem adesse testemur. Solent autem humani creditores minus appellare eos, qui subinde ueluti se ipsos appellantes profitentur res alienum. Quod qui dissimulant, meditari uidentur infestationem. Quamquam haec causa mihi potius agenda fuerat cum Heresbachio, qui me exitimiatione poterat in ius uocare. Sed apud te malui, quem mihi sciebam aequiorem fore in negotio proprio, quam ille foret in alieno. Sic enim ille te deamat, sic fauet, commodis honoris dignitatibusque tuae, ut si usquam possit, in his procurandis uideatur ab illa genuina uerecundia posse recedere. Age Princeps ornatisime, perge in isto pulcherrimo certamine, ut ille tuam Celsitudinem optimis disciplinis, tu illius doctrinam, fortunam ac dignitatis accessione illustres. Libellum non laborabo tibi commendare, nisi hoc nomine quod & nouus est, & totus meus. Deinde quod docet multa paucis complecti, quod dictionis genus, nullus magis decet quam summos principes. Vnicum exemplum a nobis proditum est, ex diebus Augustino plura suppetunt, qui nonnunquam psalmum mira breuitate complectitur, quem mox largissima rerum ac uerborum copia differit. Postremo quod haec instituendi ratio, principum liberis potissimum est accommodata, quippe qui quum maxime omnium egeant recta institutione, tamen non conuenit fecus, quam liberaliter erudiri. Bene uale apud Friburgum Brisgoiae, Cal. Iunij, Anno M D XXIX

spicerem rem paulatim ad summa tendere, iamq; uix inuidiam principum & obtrectato-
 rum apud meos sustinerem, qui iactabant me non tot annos in ea ciuitate commoratu-
 rum fuisse, nisi tacitus probarem quæ illic gererentur: subinde abiturientem me, nunc re-
 morabantur orsa, quæ nisi adessem, absoluti non poterant. nunc alia quædam alligabant,
 sed in primis periculum, ne mihi perniciosum esset, si nidum satis commodum cui tot
 annis assueuissem, magno saluti discrimine relinquerem. Sola enim uita recuperari non
 potest semel amissa. Cæterum ubi publicitus omnia templa cessissent ei factioni, cui me
 nunquam uolui addicere, & sublati aris sæuitum est in ~~basilea~~ ac picturas, tum nihilo se-
 cius his peractis, identidem noui quippiam exoriretur, resq; uideretur spectare ad sedi-
 tionem, statui uertere solum, utcunq; cederet profectio. Huc quum me magis etiam a-
 nimaret Ferdinandi regis uoluntas, qui tum Spirensi concilio præsidebat, non nihil etiam
 extimulabant quædam non satis auspiciata præfagia. Nunc stolidus ille Thrafo munita-
 batur iudicia, nunc alter ille uiperinus, simile quippiam moliebatur: quumq; nihil haber-
 rent quod obijcerent, tamen amicos uidebam sollicitos, ne uel optimam causam sub tali-
 bus iudicibus perderem, quibus utcunq; dedisse ansam satis erat futurum. Ergo quum
 staret sententia discedere Basilea, consultatum est, utrum furtim subducerem me, an pa-
 lam excederem. Alterum erat tutius, alterum honestius. Nos honestum uero prætulimus.
 Iam præmiseram duo plaustra serinijs & sarcinis onusta. Nam id clam fieri non potui.
 Postridie nunciatum est mihi, Ecclesiastes omnes mihi uehementer inuenos duabus de
 causis. Altera, quod aditurus hortum Frobenianum, ipsis conspectis deflexerim ad dex-
 tram, ore ueste obturato, quasi gestu significarem abominationem: quum os texerim
 ob uentos incommodos, qui admissi solent interdum dentium cruciatus gignere, & ad
 dextram ex more deflexerim, quod altera uia esset ut angusta, ita excrementorum fetor-
 ribus molesta: altera quod in colloquio Cyclope notaram quendam prelongo naso, qui
 ouem gestaret in capite, uulpem in pectore. Is iocus quum tortus esset in unum, ex an-
 nuenibus meis, qui sat bene nasatus, pilea d'illo ueretur.

+ imagines

[REDACTED SECTION]

Postridie Tribunus arripit Bea-
 rum Rhenanum. Rogauit num uerus esset rumor me demigrare: ait esse uerissimum. Sci-
 scitatus est, num qua re offensus discederem: nō arbitror, inquit, sed inuidiam principum
 ac theologorum diutius ferre non potest. aliaq; multa dixit Tribunus, quæ huc redibant
 omnia, ne discederem. Conduca est nauis quæ mecum aliquot ueheret Neapolim, oppi-
 dum plus satis adamatū Rheno flumini. Nam cæteri terra faciebant iter equis, apud Nea-
 polim occursum. Mihi qui nec ciuis eram nec cuiquā uel publice uel priuatim obnoxius,
 cum nemine quicquam erat negocij, & habebā literas regias, quibus me ad se euocabat,
 si cōmode possem, tum diploma publicum quo per uniuersam Cæsaris ac Ferdinandi dā-
 tionem iter facerem immunis. Et tamen nescio quid remorari inuenerunt quidam, nunc
 hoc nunc illud causantes, mecum tamē nihil actum est. Visum est amicis & nauatæ, ut sol-
 uerem, non iuxta pontem, qui locus est frequentissimus urbis, sed iuxta diuum Antonij,
 qui & ipse portus est ciuitatis publicus. Nauta semel atq; iterū reuocatus est in senatum,
 plus duabus horis consultatum est. Quid rei fuerit nescio. Illud certum est, nauta uetitus
 est aliunde soluere q; à ponte. Nauta respondit semper licuisse illi à quocunq; portu pu-
 blico soluere. Respōsum est, illi nunc nō licere. Id cū nullius referret, uidetur nō æquo ani-
 mo in me fuisse qui id ueruit. Quid facerē? Parui magistratui & à pōte solui, meq; populo
 spectādū aliquādū præbui. Præterea nihil accidit molesti. Reliqua oīa fuere prosperrima,
 nec

ERASMVVS ROT. BILIBALDO BERKHEMERO S. D.

M A G N A M uoluptatem attulit mihi epistola tua Bilibalde, tam alacris ac ge-
 stiens: declarat enim tibi à podagra & calculo ferias esse, quod utinam sit per-
 petuum. Quod mihi gratularis elapso, tu quidem & amanter facis, nec sine
 causa. Ut enim nihil fuerit periculi Basileæ, certe Friburgi magistratus me
 summa cum humanitate excepit, Cœlum autem cōperio tam amicū meo
 corpusculo, ut hic propemodum uidear repubescere. At antea mihi persuasum erat, hic lo-
 uem esse tristem & incommodum, semper nubilum ac nebulosum: & habuimus sanè cœ-
 lum iam illi prodigiose pluuium, qua de re tetrasticho lusimus.

Obsecro, quid sibi uult, in quod ab æthera nymbus

Noctes atq; dies sic sine in

Terrigenæ quoniam nolunt sua

Cœlum, pro nobis, soluit in lacrymas.

Verum hoc incommodum huius regionis non est proprium. Basilea toties, quidam qui
 sub terra labebatur, subito erumpere, tantam uexisse lanitatem, ut negentia curiam
 tum uulibus ducatorum sarcini hoste. Iam ~~basilea~~ solo sit commodam uale
 sumus. Cæterum quæmadmodum gaudemus dilectis, ita uahemem inuiti discedere
 mus. Ante annos quindecim cepi cum ea ciuitate habere cōmercium, quam totis
 bantia recurrere inuisi, deniq; annos, quæ ~~basilea~~ illius hospitij sum, usq; ~~basilea~~
 do sanè bonoq;. Ibi Ioannes Frobenius obtigerat amicus, quo synceriorē ne optare qui-
 dē à superis poterā. Nec alius erat in me totius familiæ animus, unde & mea erga liberos
 beneuolentia nihil illius morte est imminuta. Proinde ciuitatem illā, propemodū adopta-
 ram in patriæ locum. Nec ego, nisi fallor, illi fui grauis aut incōmodus hospes, id quod na-
 uim ingressus tetrasticho sum restatus, quod aureus ille Bonifacius Amerbachius, qui
 profectiois fuit comes, suis tabellis excepit. Est autem planè nauticum, si libet audire.

Iam Basilea uale, qua non urbs altera multis


Annis exhibuit gratius hospitium.

Hinc precor omnia læta tibi, simul illud, Erasmo

Hospes uti ne unquam tristior adueniat.

Certe arbitror in ea ciuitate neminem esse, cui sit, quod iure de me queri possit. Prius
 quàm Lutheranismus eo demigrarat, erā & Ecclesiasticis & magistratui & populo gra-
 tiosus. Mox ubi perspexerunt à me nunquam impetratum iri, ut me tumultuosos negotio
 comitem præberem, nedum ducem, sordidi quidam & intemperantiores cœperunt ob-
 gannire. Tandem epistolis, picturis, ac libellis incessere. Id facile deuoratum est, Nec
 aliud illi profecerunt, nisi quod quo uehementius adnitebantur, ut me uel inuitum in fa-
 ctionem propellerent, tanto magis abhorreret animus. Tales enim uidi mores ut etiam si
 minus displicuissent dogmata, non placuisset tamē cū huiusmodi scœdus inire. Quū per-
 spicerem

nec multis annis ullius rei me minus poenituit, quam relictae Basileae. Discessi autem non modo summo cum dolore amicorū, uerum etiā eorum qui fauent nouis rebus, si qui sunt inter eos paulo cordatiores. Sic abire malui, quā plerisq; gaudentibus. Hic nihil adhuc accidit, non ex animi mei sententia. Itaq; patera tua sane quā elegantī quam dono stī, libauimus *οὐκ ἔστιν ἄλλο*, non tertium, ut habet prouerbium, sed primum secundū, & ultimum: siquidem is est heri & hodie, idem & in secula. Munus scito mihi fuisse gratissimum, utpote ab animo profectum, qui posset etiam uitreo munusculo gemmarum precium addere. Terminus infolentis, admonet me non procul abesse diem supremum. Et annulus pridem missus quotidie refricat mihi Bilibaldi mei memoriā. Tametsi altius infusus est animo nostro Bilibaldus, quā ut eius generis Mnemosynis sit opus. Ante paucos dies praeter omnem expectationem uir egregius Antonius Fuggerus dono miserat poculum mira forma, & pulcherrime inauratum, nihil praeterea non offerens & humanitatis & benignitatis, si uoluissē Augustam demigrare, ac ne causari possem de uaticos, designauit unde Basileae centum florenos aureos acciperem. Video mi Bilibalde non omnes esse Sutores, Beddas, Leos & Stunicas. Ac planē malueram in celebri ciuitate uitā agere, ubi nihil nō reperiat, sed quidam apud me infamarunt cōelum Augustanum, & tam male tum de me ipso sentiebam, ut uix sperarem corpusculū hoc dimidiati diei equitationem laturum. At illa profuit etiam. In Brabantiam crebris amicorum literis reuocor cōelum ac terram obtestantium, quod alienas regiones illustrans, sic enim loquuntur, solam patriam nullo digner honore, & sanē magis decebat in patria senescere. Sed quoties succurrit illius aulae frigus, praesertim quum de numerando agitur, quoties meo cum animo reputo, quas digladiationes illic multis annis quum monstris quibusdam pertulerim, minus me tædet exilij. Vbi bene es, ibi patria est, habet prouerbium. Libebit saltem ad annum hoc tam amico caelo frui, nisi nos Mauors hinc propulerit. Sed quanto impetu nunc profectum sit ad arma. Acies ferro ac machinis instructa minimo spacio dirimebantur. Sed misera non perijt. Tantum cerarorum magna fuit



enim fieret de nobis, si deus rerum iram poneret. Iam tot annis, nulla fere Europae pars uacat à tumultu, nec adhuc quicquam uideo praeter belli praeludia. Fortassis hi rerum motus haud quaquam inutiles sunt Hispanis militibus. Verum quid facias? Haec est rerum humanarum natura, sursum deorsum uoluuntur ac reuoluuntur, in morem Euripi. Zastium planē beasti, missis digestorum libris. Non enim aliter exilij gestijq; gaudio, quā si regnum obtigisset. Ceterum ut illi non inuideo munus, ita uereor ne nobis tanta felicitate sit factus aliquāto ferocior. Miserat mihi cōnanti literas tuas, indicans esse properandum. Exemi syngrapham Germanicam, eiq; missi, duobus uerbis rogans, rem suo curaret arbitratu, meis impendijs. Post biduum misit pateram, dedi puero asses duos. Ac meis literis quibus illi gratias agebam inclusi coronatulum in uaticis rationem. Ac ne dolo dicam non nihil metuebam litigatricem epistolam, sed non tam atrocem. Remisit aureum inclusum literis, in quibus uidebatur me uocaturus in ius, nisi hoc honoris haberet cliens suo patrono, nostrū hominis immodicam modestiam; negat sibi toto anno quicquam grauius aut magis inuisum accidisse, & meam liberalitatem appellat insolentem. Mirabantur, ut ait, conuicta tam stupendam liberalitatem, ipse non stupebat modo, uerum etiam expauescebat tantum proluuium. Negat illic amicitiam synceram esse posse, ubi nummus mercator, non peritur gratuita esse officia. Quumq; me Zastius ante multos annos & multis & magnis officijs onerarit, quibus ne micam quidem gratiae rependi unq; nec in me tantum fueris

POSITO CVRIENSI S. D.

ANTO affectu tantae facundia uir ornatissime, mihi de praedicas animum ac benignitate Antonij Fuggari, ut si mihi antehac nullis fuisset officijs commendatus, potuerim tuis ex literis magnam beneuolentiam erga illum cōcipere: nunc cum & omnium qui illum norunt miro consensu praedicetur omnium inuicem amorem dignissimus, & ipse se mihi iam non literis tantum amantissime scriptis, sed etiam muneribus non sordidis, abunde commendat, nihil erat quod tuae literae potuerit mea erga illum beneuolentia adtingere. Quas tamen ne uel mihi parū gratas, uel supra scriptas existimas, scito mihi hoc nomen fuisse longe gratissimum, & me modicis gratiis, quibus per eas didici me uno amico, nec eo uulgari nomine amari. Quis enim epistola modestius, candidius, amicitius fingi potest, quae quum in uisum meum, in hunc modum uenisset, quidam tamen aliquid affectus eximij, quod oratione consequi non poteris, in me plenissimā facit fidem, nihil nō ex animo sincerissimō se habere, & equax me res est uulgaris amor, ingens minus eloquitur quā sentit. Quare ad quae uisum te partes non sum, ut non sum, quae rum altera lulentis sane uerbis appulit, eas Antonij Fuggari singularem in me beneuolentiam non enim potes ullam tam magnificam illius imaginem mihi, quo calidius depingere, quā ego magnificentiore me idea, nullo modo ceperim: altera, manu largissima mirificas laudes in me congeris, quae mihi nihil omnino persuadent nisi te uirum esse singulari candore praeditū, nostriq; praeter modum amatē, quo necesse est, ut me tibi faveat etiam deuinctorem. Quod scribis tibi deprehensum ē literarijs monumentis meis, ingenij meae libertatis & quietis audium, non falleris uir egregie coniectura. Hanc amantiam semper unice dilexi, pertinaciter amplexus sum, adeo ut frequēter totis pilea sarcinis redemerim. Nec enim semel sese nobis ostenderunt amplae spes dignitatis & opum, sed quoties mecum subducebam rationem, aut negligendum honorē, aut cum libertate diuortij faciendum, illis malui nuncium remittere. Iam facile credo, quae tu multa & praecleara de ciuitate Augusta cōmemoras, licet alioqui mihi suspectus esse posses testis, ut aiunt, domesticus, propterea quod iā olim publicus rumor hoc nobis persuasit, Augustā Vindelicorū inter nobiles Germaniae ciuitates esse praecipuam, nec diuersa praedicat Luscinus noster. Illud uix credibile est, isthuc neminē esse, qui mihi molestus futurus sit. Haud enim scio, an hoc detur insulis fortunatis. Nec adeo sum delicatus, ut nihil molesti perpeti queā. Quod autē te nō latet uitae meae ratio, nec aetas, nec quassa ualetudo non solū immensis studiorū laboribus, uerum etiam calculo, denique ipsa etiam senectute quae per se morbus est, & grauis & insanabilis, deterres me mi Cholere, ne longo itinere, nouoq; caelo corpusculum hoc committam. *χαλεπὸν γὰρ ὄλεθρον μεταφορδύειν*, certe uisendi gratia isthuc proficisci non est ratio. Porro literis tuis adeo non sum offensus, ut tibi habeam plurimam gratiam, quae libere nullōque fuce tuam perscripseris sententiam. Etenim quemadmodum ipse sum natura

natura simplex, ita liberis ingenijs unice delector. Hactenus nihil est, quod querar de nomine huius *Adversarios*, mihi saepe fuit hactenus quod dicitur. Veruntamen ut ceci maxime dicuntur capi rebus uidentium, ita ego pusillus semper magnis ædificijs & urbibus sum delectatus, quumq; raro pedem efferam cubiculo, tamen in ciuitatibus frequentissimis uiuere gaudeo. Hic est naturæ sensus, cui tamen non omnino deest ratio. In illis pauciora sunt ruris uestigia, & paratior rerum bonarum copia. Deniq; in magna hominum turba facilius est inuenire probos amicos, quam in raritate. Cupio te quam optime ualere. Datum Friburgi, pridie Idus Iulias. Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTEROD. GENEROSO ADOLESCENTI MAXIMILIANO A BVRGVNDIA. S.

QVIDEM optabam istam adeo felicem indolem tuam Maximilianæ suauissime, unum atq; alterum annum adhuc in musarum uiretis ludere, quo magis in aulæ adferres animum aduersus Circes ueneficia, philosophiæ decretis, uelut antidotis præmunitum. Sed quoniam secus uisum est optimo patre, cui non dubito quin constet consilij sui ratio, super est ut te pro meo in te studio moneam, pro mea erga te charitate rogem etiam, ut inter aulæ delicias, subinde uel furtim recurras ad literas. Non me fugit, in magnis aulis, uelut in nemore uasto, uaria animantium genera ali. Verum hoc erit tuæ indolis, etiam inter corruptos natuam ingenij probitatem tueri. Aurum etiam in sterquilinio aurum est, Adamas in cœno non mutat naturam suam. Etsi quando timetur afflatus ueneni, pharmacum arrodendum est. Id peccatas ex myrotheijs philosophiæ. Ridebunt interim crassi Calphurnij, sed tu uicissim illos rideo. Etenim si iudicant hoc uehementer aulicum esse, nihil sciunt bonarum artium, propterea intelligent suam stulticiam, si cogitent quales olim fuerint regum multorum, & Romanorum imperatorum omnium aulæ. Quod exemplum est apud nos iam aliquos seculis intermissum fuerit, tamen hodie didicerunt & aulæ principum honorem habere literis, postquam ipsi principes coeperunt philosophari. Hinc amanuensis meo Quirinum Taleium, tibi non ignotum, uidebis, qui non solum in omni re commoda, nisi in illa, in summa uoluntate, in summa temperantia, in summa moderantia, in summa est moribus & fide placidus. Græce Latineq; doctior quam præ se ferat. Est enim rara quadam modestia præditus, ut plus habeat in recessu quam fronte pollicetur. Mihi iam multis annis magno fuit uelut uixit, alius obicit, qui mihi uel diligentius uel amantius inuenit. Ad studiorum labores pro meo amantissimus est, unde Hubertus Ballandus medicus, solitus est illum appellare mulum Mariani. Quod habui preciosissimum, illi non maligne impartij; pecuniarum uelut in diebus, ita largus esse non possum, quamq; arbitror illum de mea benignitate non esse querulum. Ad perpetuam autem fortunam, uelut ad opimum sacerdotium aut munus aulicum, præter commendationem nihil dare possum. Quare te uehementer rogo, ut principi Veriano patri tuo, nonnunquam literis tuis de Taleio aurem uellices. Crede mihi beneficiū hoc collocaris in iuuenem non indignum nec ingratum. Qui si sefellert, quod scio non futurum, en me fideiussorem habe. Cupio te quam optime ualere, adolescens clarissime. Tua Pronunciatio rursus excuditur à me recognita & nonnihil locupletata. Datum Friburgi Brisgoæ decimo Calend. Augustas. Anno M. D. XXIX.

ERASMVVS ROTEROD. ORNATISS. D. ANDREÆ CRITIO EPISCOPO PLOCENSI S. D.

ANTE duos menses, per hominem mihi parum cognitum scripsi, sed paucis, & incondite, itaq; uisum est eisdem de rebus denuo scribere. Præsertim quum nos tam ingens interuallum dirimat, ut uix fama licet toto corpore alata, si Maroni credimus, huc aliquando peruolet, eorum quæ isthic geruntur, nuncia: & si peruolat, sero penè discimus, quæ scire referebat, tantum abest ut epistolæ bona fide ultro citroq; cōmeent. Si species animū meum, est fortasse de quo mihi gratias ager tua celsitudo, sin mea in Andream Zebridouij officia uoces ad calculū, quam minimū ad me redierit, Principio non penitus perspectū erat adolescentis ingenij, quod

quod imprimis necesse est ei, qui uelit indolem erectam, ac generosam tractare. Vbi iam alter alteri notus esset, iamq; uterq; alteri posset & usui & uoluptati esse maiori, incelsit illi cupiditas uisenda Gallia: id quoniam sciebā illum haud leuibus de causis uelle, non admodum refragatus sum illius animo: & arbitror eam profectioem illi non esse peccatitendam. Salutauit regem, cōgressus est cum eruditissimis uiris, audiuit eximios profectores. Deinde non nihil est, Gallicæ gentis mores ac linguam degustasse, nec enim illic hæsit multis mensibus, sed cupidissime Basileam se recepit, hoc animo, ut totum annum mecum uersaretur in literis: quæ res fuisset mihi longe gratissima, uel ob id, ut aliquo officio, duorum præsulū & meritis & animo in me responderem. Carterum ubi subodoratus est, Basileæ res esse suppuratas, metuens ne quid tumultus oriretur, & nactus itineris comitem, ex animi sui sententia, Iuuenem, eruditum, nobilem, & prudentem, Carolū Vrenhouium, mutauit sententiam, simulq; cum illo Patauij profectus est. Habet enim ea schola, præter alios exacte doctos, Nicolaum Leonicum & Petrū Bembum, duo præcipua huius seculi lumina. Consilium approbaram, tantum iter non satis tutum nos habebat sollicitos: hoc illi felicitus uenit in mentē, quam ego existimabam: nam Basileæ ante Christi natalem agi coepit fabula, qualem adhuc in uita uidi nūquā: cui si interuisset Zebridouius, licet fortasse fuisset sine periculo, certe magno in metu fuisset: nam Epitasis fabula moderatorem habuit Catastrophen quam expectabamus. In nullius ædes irruptum est, nemo ferro uulneratus est, tantum consul uicinus meus proximus noctu furtim se subduxit, non in porta, ut Paulus, sed cymba: & sic elapsus est e manibus eorum, alioqui suspendendus in medio foro, quod sanè narrat ac iactant ipsi, non ob aliud, quam quod sua facundia diu restitisset Euangelio, iam uolenti irumpere. Carterum in aras, & picturas, ad interuersionem usq; factum est, crudeliter quidem, sed citra sanguinis effusionem.

Nobis nec hyeme, nec feruente tumultu, maledem, sed commodum erat, uel tutum: itaque expectata hirundine, cōmigrauimus Friburgum: id est Brisgola, quæ in Germania, Ferdinanda, distans Basileā iter diei. Huc præter alias causas, induxit uicinia, quod anxie metuebam, ne corpusculū hoc longius iter ferre non posset, sed res felicissime cessit: nam & agitatio profuit ualeitudini, & cœlum hic reperi tam amicum, ut mihi uidear, quodammodo repubescere. Pro Zebridouio, quod mihi non licuit adest Martinus Dambrouiskius, quem tu recisissimo consilio nepotum conuictorem dederas: est enim iuuenis quidem ætate, sed matura prudentia, moribus sedatis, ac placidis, sobrius, compositus, nec uita solum, sed lingua pudicus: cui multo suauior est mensa meæ Diogenicæ frugalitas, quam omnia iuuenum conuiuia, lusus, & choreæ. Vnius rei parcissimus est, nimirum temporis, adeo uix ulla diei parte diuellitur à libris. Redibit ut spero ad uos, non indignus fauore utrorum tuū similitum. Certe, quod antè ni fallor literis meis significauit, tanta fide, studio, uigilantia, māsuetudine, se gessit erga Zebridouium: ut si frater fuisset, non potuisset amantius cōuiuere, si mancipium, non potuisset obsequentius morem gerere. In eodem habebat & amicum, & famulum, & consiliarium, & studiorum adiutorem: quare non dubito, quin pro tua singulari humanitate, sis Martini cōmodis, si quādo inciderit opportunità, fauturus. Hic reliqua satis sunt ex animi sententia. Annonæ charitati iam affueuimus. Bello uacamus, at belli metu non uacamus. Cæsar fulminat in Italia, hic omnia suspensa sunt, magnaq; rerum nouarū molimina. Nos interim inter spem metumq; pendemus. Quoties optauimus, subito esse Cracouia. Sed sic delati quemadmodū *ὄγυλος* capillo detulit Abacuk Babylonē ad Daniele. Aut quemadmodū Mercurius Menippum e cœlo deportauit Athenas, καὶ οὐδὲν ἀνευδία Βέη *ἔβη*, ut inquit Homerus. Quam gratiam apud uos inierim pacis encomiastes nescio, certe nulli persuadeo eorum quibus uolebam maxime. Quod rides tituli calumniā, intelliges non fuisse ridiculum, si legeris apologiam, quam cum his ad te mitto. Hic erat primus inter articulos Beddæ: quod paraphrasim in Lucā dicans, in titulo addiderim, Angliæ Fræctacq; regi, quum eum titulum reges eius insulæ insculpant monetæ publicæ, propterea quod olim aliqua Galliarum pars fuerit in potestate Anglorum. Quid timentis ecclesiæ

Dei, quum habeat tam uigilantes custodes: De munere ne quid fueris sollicitus, accepisse me puto, quicquid dare uoluit tua benignitas. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoe decimo Calend. Augusti, Anno M D XXIX

ERASMVVS ROTEROD. NICOLAO EPISCOPIO S.

NON est quod mihi gratias agas Episcopi charissime, quin potius ipse sim Scythis omnibus inhumanior, ni peccus istud tam candidum, tam amicum, tam nobis bene cupiens, amore mutuo prosequar. Erat quidem officij meum quum Basileam relinquerem, aliquod amicitiae nostrae pignus apud te relinquere, sed ipse scis eam migratione & sollicitam fuisse & tumultuosam, quae res non patiebatur uulgarium officiorum meminisse. Id quo moderatius etiam feras, scito me tum nemini quicquam omnino dedisse. Iam praecesserant farcinae, mihi tandem in censuro nauim uenit in mentem Episcopus, cum noua nupta Iustina, cuius modestissimam indolem ab ipsius infantia semper amaui: porro cum aetate semper accreuit uirginum praecipua dos, pudor ac uerecundia morum, ut non sine causa inter caeteras puellas eximium quoddam uirginis pudicitiae exemplum haberetur. Ergo quum nihil superesset in aedibus, praeter gallum gallinaceum & gallinam cum agmine pipientium pullorum, libuit munere iocoso quidem illo, sed non prorsus opinor sinistro ominis te donare. Id disticho non ita multo pluris aestimando commendauit, sic ludens ex tempore.

Gallus es, & gallina tibi est, fausto omine, dono

Gallum, cui coniunx teneros fouet anxia foetus.

Versiculos tibi redditos gaudeo, & agnosco tuum non insolitum animi candorem, qui pro tam male torto carmine, tam diligenter agas gratias. Munus interceptum fuisse de quo quidem in te non queo satis mirari nostrae alicuius impudentiam, quae subin-

Itaque quum ex tuis meritis cognouissem quod quod id fieri passi fuissent. Responderunt fuisse satis trinitam, sed frustra. Quum non placatus, regerent, oportuit potius in ueneficam, aut certe sem ad me deferre, respondit Cannius illam dolo elusisse: promiserat se futuram quod tuebatur, sed fingebat se ad uos ituram, sed iuit quod destinarat. Iam expectas illam erubuisse, quum ob id facinus obiurgaretur. Nihil magis suffusa est rubore, quam solet asina, si quando onus excussit tergo. Haec prorsus erant intolerabilia, nisi assueuissem. Nam huiusmodi iustis mihi luit frequenter mea Xanthippe, quam habeo tolerantiae magistram. Itaque non addidum repugno, ne frustra nitar, quando quidem hanc nec Prometheus arbitrari refingere, nec Vulcanus recedere possit. Sed perierit sane munus, modo ne pereat omne. Ex animo gratulatus sum utriusque uestrum, quod sacer ille matrimonij nexus, tam aptum par hominum copulasset, castum castae, candidum candidae, probum probae: spero futurum, ut breui magis etiam gratuler, ubi uobis paruulus in aula luserit Episcopiolus, qui nobis eodem ore uos ambos referat, nec uos solum, sed amicissimum etiam uirum Ioannem Frobenium: solet enim natura frequenter & in nepotibus auorum simulacrum depingere. Audio te successurum in aedes quas isthic meo discessu feci uacuas, in eas, inquam, aedes, in quibus tantum amorum peregi, ut ab exortu uite, ne in ciuitate quidem ulla uixerim diutius, in eas quas socii tui benignitas toties mihi conata est dono obtrudere. Id maiorem in modum gaudeo. Quod enim auspiciatus iugum optarim diutinae nec ingratae mansionis *διὰ δ' οὐχό*. Per Hieronymum mihi commendatior esse uoluisi. Apud me uir optime, nullius eges commendatione, qui iam olim mihi, & morum synceritate, & fide, & officijs non uulgaribus es optimo iure commendatissimus. Vale cum dulcissima coniuge. Datum Friburgi septimo Idus Augusti, Anno M D XXIX.

ERASMVVS ROT. IOANNI BOTZEMO S. D.

EC te mi Botzeme arbitror de eorum esse numero, qui amicitiam epistolarum officio metiuntur: nec ego sum is cui uel mors, uel consuetudinis intermissio candidorum amicorum tuique similitum adducat obliuionem: sed ex quo tuas accepi duas tres ue, nemo sese obtulit, qui adiret Vberlingam, nouum regnum uestrum

literis autographis tibi bene tranquillo esse animo. Post triduum mittam istud quod e proprijs famulis dies aliquot apud uos comoratur, per quem poteris quo commodoque uoles scribere. Nuper mihi literas Jacobi Sadoleti, quas comuni cum meis tunica obuolu- tas accepi. Nunc mitto tres fasciculos epistolarum ex Italia, ni fallor, datos. Ad me peruene- runt ex Augusta Vindelicorum. Basilio, uxori, ceterisque tibi charissimis salutem plurimam. Bene uale. *Ερασμὸς ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν ἐν τῷ φρένῳ τῆς Βρυσηῖς τῆς 17. Ἰουλίου. Ἰ. 1552.* Anno M. D. XXXII

ERASMVVS ROT. IODOCO SASBOVTO S.

ICTVM est olim, eū oportere egregie probum esse, qui Athenis esset pro- bus, Nunc nō absurde quis dixerit, eum oportere syncerum esse amicū, qui hoc seculo sit amicus Erasmo, quo sycophantijs, cōsilijs, ac mēdacijs undiq; feruēt flagrantq; omnia, & in quo nec inimicos attingere tutum est, nec ami- cos prodere. Experiō tamen in hoc reuoluto nō paucos esse qui mihi

ex animo bene uolunt. Hos eō mihi chariores habeo, quod rari sunt. Sed paucos eximios malo, quā turbā inexploratorū ac uulgarū. Complures anni sunt, quod ex amicis mihi me leuibus cognoui te de nostris studijs & sentire candidē, & honorifice pradicare. Eum affectum nondum in te refrixisse ex Quirini Taleij pridem amanuēsis mei literis cogno- ui nuper. Quo nomine Sasboute charissime, profiteor me tibi debere plurimum, & debe- re libenter, atq; utinam tam mihi esset in proclui tecum mutuis officijs paria facere, quā in promptu est amore mutuo respondere. Hollandiam patriam tot bellis laelesi, tot exa- ctionibus expilari, tot incursionibus uexari, diripiēq; ab amicis pariter atque ab inimicis, mihi ut esse debet, auditu grauissimum est. Maximam horum malorum partem gignit no- bis *ἡ ἀσθένεια τῆς ἀρετῆς*, qua nihil exitius, si ablit illa uere *καλοῦ* sapientia. Auidi nego- tiores dum nouis latifundijs inhiant, autōs agros aut habent pro derelictis, aut in for- tes ueros committunt aleae. At olim abunde magnificum erat esse comitem Hollandie, nunc sunt astus rerum humanarum perpetui, nisi quod uix unquam immanior procel- la terrarum orbem occupauit. Verum ut in magnis tempestatibus apparet, qui sint periti gubernatores: ita mihi uidetur insignis cuiusdam esse tum integritatis tum prudentiae, in tanta rerum omnium confusione tantisq; procellis rectum tenere clauum. Quod an nos assequuti simus nescio, certe conati sumus & conamur sedulo. Expectamus qd nobis hęc pariat Synodus Ratisbonensis. Mihi quidem bona spes est, sed paulo melior esset lati- spes euentus, nisi Caesaris pietas tantum tribueret quibusdam insulatis, quibus equidem uelim suam uindictam autoritatem, sed quorundam ambitioni nihil est satis. Regina Ma- ria, foeminarum huius aui laudatissima, reuocat me in Brabantia, sed posthac mihi uiuā oportet, si cupiam omnino uiuere. Studijs immori libet, aulicis negocijs immori non li- bet. Scripturus eram clarissimis uiris D. Abeli a Colster, & D. Gerardo ab Ascendest, sed hęc Gerardus Henricus medicus ex Italia reuersus offendit me & studijs & scriben- dis epistolis delassarum, nec uisum est illū diutius remorari, post diuinam peregrinatio- nem ad patriam suam properantem. Quare te rogo ut apud illos preclaros uiros mihi sis epistolarum uice, donec dabitur ocij pauillum. Nolim enim illos literis incultis ac laqui- dis appellare. Interim persuade illis has literas & ad ipsos esse scriptas. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoia: tertio die Maij, Anno M. D. XXXII

ERASMVVS ROT. GEORGIO AGRICOLAE S.

ENEPROfecto celsit illa mea cū Plateano expostulatiuncula, quae mihi duo- rum iustas epistolas conciliauit, tamen si tuam tu quidē mauiis chirographum haberi quā epistolā. Atqui id sane mihi multo iucūdius est, ut Agricolam hominē egregie doctū, & nisi me fallunt omnia, breuē inter literariae rei pro- ceres praecipuo loco futurum, uel ut obliuatis tabulis docere possim, mihi gratiarū legi- bus esse foederatum. Studium meū in aedendo libello, uel obsequiū potius, nam Andreae Conritz impulsu id factum est, tibi nō ingratiū fuisse, mihi magnopere gratū est. De Cor- nelio Agrippa quidā amici docti ad me scripserunt e Brabatia, sed sic ut nec hominis uo- lentiam probare, & plus illi in colligendo studijs, quā in deligēdo iudicij tribuere uidean- tur.

Librum illius nondū uidere contigit, nec ad me scripsit un- quam. Opus quod de mensuris ac ponderibus habes in manibus, cupidissime legā simul atq; miseris. Id auguror mi Georgi, tibi magnae gloriae futurū. Nec est quod inuidiā me- tuas, quum argumentū sit eius generis, partim ob uetustatem, partim ob regionū uarias consuetudines, partim ob ipsius materiae subtilem obscuritatē, ne quid interim dicam deff- bris deprauatis, ut nunquā sit exhausti satis. Portū audio uirū non minus humanum esse quā doctū. Alciatus ingenio cādidijsimo praeditus est, ut ab illo tibi nihil sit metuendū. Budaeus ut est stomachi liberioris, ita uir melior est quā ut indignetur tantū argumētis agenti. Quod etiā si maxime faciat, quod opinor nunquā facturū, suo nomini magis ob- fuerit quā tuo. Dentq; ut maxime nascatur inter uos aliquid cōtentionis, modo citra pe- tulantiā, consolabitur te illud Hesiodū: *ἄραβι δ' εἶς ἦδ' Ἐβόβια πῶδ' Ἰουδύριας*, non est quod mihi gratuleris, quum eius consiliū me supra modū poenituerit. Poterā longe aliam illadem texere, sed ualeat illud portentū e meris fumis, fugis, mendacijs, glorijs, ac prestigijs conflatum. Tuę literae nunquā non uenient mihi gratissima. Lucae Schoppegio con- sili, & Barptolomaeo Baccho scribae senatus uicissim ex me plurimā dices salutem. Vale, Apud Friburgum Brisgoia: III. Cal. Septemb. Anno M. D. XXXI

ERASMVVS ROT. REGINALDO POLO S. D.

EVERSVS ex Anglia Simon Gryneus nonnihil expostulauit meū quod ceteris amicis quum scriberem, te praeterierim, cui merito debetur inter pre- cipuos locus praecipuus. Verum id ornatisime Pole, nec obliuione tuā, nec mea desidia factū est. Suspiscabar te ad Musas tuas a quibus audierā te oppi- do q̄ inuitū distrahi quū Patauiō discederes, iam dudū reuolasse. Chrysosto- mus tuus in tuto est, mittamq; hūc nūdū, si scia cui iubeas tradi. Nam codex totus iam pridem ab amanuēsi meo descriptus est. Biennium est quod totus Chrysostomus Graecus promittitur nobis e Verona, idq; autore Matthaeo Gibberto quondā pontificis data- rio, nunc Episcopo Veronensi, sed nihil adhuc prodire uideo. Hieronymus Frobenius meo suauis excudet totum Basilium Graecū, qui mihi inter eius aetatis scriptores unice pla- cet. Nam Chrysostomus habet nescio quid submolesta *πολυουβία*, Gregorius Nazian- zenus nō nihil affectatae argutiae, atq; id magna ex parte situm in uerbis, in Basilio nihil est quod offendit. Opinor Leonicū uirum optimum iam reliquisse terras. Nam ante mensē ferme quatuor, quidam Patauiō rediens, nuntiabat illum id temporis decubuisse, despe- rantibus medicis. Precor ut per domini misericordiam bene sit illius manibus. Accipio et Lupsetum nostrum in meliorem uitam demigrasse. Mihi summa uoluptati fuit, quod ex Grynaeo cognoui, te istic & recte ualere, & in ea esse dignitate, quā praeter imaginum cla- ritatem, & probitas ista meretur & eruditio. Futurum tamen est multo gratissimum, si ex tuis literis plenius de statu rerum tuarum cognouero. Bene uale. Friburgi Brisgoia: post- tridie Barptolemāi, Anno M. D. XXXI

ERASMVVS ROT. GASPARI VRSINO VELIO S.

Ephrasi doctis. Veli, nunq; fui magnopere sollicitus, nec in uideo Budaeis hic primas tenentibus ut scribis. Sum enim in hoc nō dissimilis Quidio, cui quaeuis puellarū species aliquo lenocinio placuit. Vbiuncq; sanitas est inge- nij, sensus arguti, cogitationes recōditę, mihi abunde satisfacit dictio. In hoc sapuit Budaeus: quod neq; quaslibet edit epistolas, nec ad quoslibet. Ego dum uel amicis obsequor, uel typographis urgentibus obsequendo, saepenumero parum consulo fama. Quāquā ut nunquā huius laudis fui anxie ambitiosus, ita nunc sic ubiq; regnātib. bonis literis, aequissimo animo fero me iam plusq; sexagenariū de pōtibus deſci. Ac eandē pro- pe uoluptatē animo persentio, quā Lacon ille, qui quū ambiret in trecentū uirū numerū allegi, repulsi abijt alacer ac ridens. Rogatus quid gestiret: Quid ni gaudeam inquit, in hac ciuitate trecētos inueniri me meliores. Quod ad instaurandū genus humanū, tot cla- dibus afflictū, strenuā nauas operā, laudo pietatē: quod succedit, gratulor felicitatem. De principe tuo & recte & sapiēter iudicas, sed spero aliquando fortunā illius animo respōsu- ram. Caesar nihil adhuc aliud q̄ colligit, quādo sparsurus nescio. Sunt qui dicant hęc esse fatale imperiali coronae, semper egerē uacuatq; esse Danaidū dolū, quātum uis infundas.

De

Quid cogitat Cæsar nusquam minus scitur, quam illic ubi
cant de concilijs Germaniæ, quid sit euenturū nescio. Ne nihil nouæ rei putes esse: Merca-
tus sum ædes honesti nominis, sed iniqui precij, Exhausimus quicquid erat præsentis pe-
cuniæ, & adhuc ædificamus. Tantum sensi tædiorum in licitando, contrahendo, stipu-
lando, emigrando, immigrando, rixando cum fabris & furibus, ut malim decennium in
libris uersari, quam unicum mensē hæc deuorare catapotia. Corpufculum hîc habitat,
animus alibi. Iam illud etiam periculum est, ne ex cædibus bene adornatis nos exigat pesti-
lencia, quæ iam mature scintillat hîc odiose. De Cluuiacensi præfule, faciam quod iam to-
ties hortaris, simul atq; dabitur opportunitas. Hæc ad epistolam tuam Viennæ scriptam
16. die Iunij, Vale Friburgi 7. die Augusti Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. IOANNI PAUNGARTNERO S.

NTE annos ferme duos, Ulrichus Zasius uir plurimis maximisq; dotibus
suspectendus, sed haud alia tamē amabilior, quam admirabili quodam animi
cādore erga amicos, præbuit mihi gustū uirni Paungartnerici, quod sanē pa-
lato quāuis exquisito placere poterat. At idem ingenij Paungartnerici gur-
stum nuper aliquanto pleniorē dedit, mihi quidē longe suauiorē. Nam ea
suis ad me literis de te prædicauit uir clarissime, ut non solū me totum rapuerit in amorem
tui, uerum etiā effecerit, ut existimē me tibi non mediocriter deuinctum, ipsi deuinctiorē,
quam antehac fuerim deuinctissimus. Quis enim non amet uirū reip. cōmodis natum, &
in quo cū amplissima fortuna præclaræ uirtutes animi paria faciāt. Imò nō paria faciant,
sed longe superent. Zasium autē promerentiē sic multis annis amauit, ut prorsus iuxta legē
Pythagoricā omnia mihi cum illo duxerim cōmunia. In quem quū tam effusa fuerit tua
benignitas, scito Erasimū totidem nominibus obstrictū esse tibi quot Zasium habes obstri-
ctum. Quod si hac lege me recipias in numerū debitorum tuorum, eadem lege me recipias
oportet in numerum amicorum. Etenim si hoc est amicitia: ius ut res cæteras faciat inter
amicos communes, multo magis cōuenit, ut ipsi quoq; amici sint communes, quum hac
possessione nulla sit preciosior. Porro Zasius plurima sua in me merita non mediocri au-
ctario cumulauit, posteaq; in huius amicitia: consortium adoptauit ueterē amiculū. Sed
hæc alias copiosius. Hæc uix scribere licuit diutina tuisi cōcussio, quod malū hîc plurimos
occupauit. Bene uale. Apud Friburgū Brisgoiæ octauo die Febr. 1532

ERASMVVS ROT. R. D. BERNARDO CARD. ET
Episcopo Tridentino S.

VI se profitentur spirituum callere naturas, hoc nobis affirmare solent, bo-
nos adferre hilaritatem, malos terrorem ac tædij. Hi si uera prædicant, oportet
in te ac rege Ferdinando genitū quempiam esse mihi felicem atq; amicum
Nulla enim uel ab illius maiestate uel à Celsitudine tua uenit epistola, quæ
non egregiū aliquod solatiū adferat animo meo, etiam si parū latum sit argu-
mentū. At est diuersum hominum genus, qui nullam scribunt epistolam tam amicam aut
blandam, quin aliquid habeat admixtū amari ueneni. Quanta cum uoluptate legi, quod
epistola proxima scribis serenissimū Romanorum regem Ferdinandum multis audienti-
bus tam honorifica mentione meū ornasse nomē, ut mihi apud illum nullius omnino com-
mendatione sit opus. Quid faceret princeps humanissimus, si quo obsequio maiestatem
illius demeruissem? Mihi hæc ætas tam grauis, sed aliquanto grauior ualeudo, nō alio no-
mine molestior est, quam quod per eas nō licet, tam pio, tam cādido, tam amico principi
inferuire. Nam quum Græcorū adagij probentur facta iuuenilis ætatis, consilia mediæ,
uota extremæ, ad hanc lineam mihi deuentū est, ut optimo principi nihil aliud quam opti-
ma precari ualeam, id quod facio sedulo. Iam semel atq; iterū in literis admonet tua pie-
tas, ut aliquid nominatim petam ab amicissimo rege, te curaturum ut optaris potiar. Ut
nam istuc ad me perscripserit summus ille monarcha Christus, permulta forent quæ ab
eo peterem, sed nihil prius quam mentē ipso dignam, A rege Ferdinando uix uideo quid
petam, præter ea quæ ultro præstat illius eximia bonitas. Exceptis studijs quibus immo-
ri libet, ad omnem uitæ functionem som inutilis. Dignitas nihil aliud iam esset mihi quam
farcina

farcina equo collabenti, opes congerere iam deturfo uitæ spacio, nihil minus absurdum
magis quam si quis confecto itinereaugeat uaticum. Paruo altur frugalitas, quæ mihi sem-
per grata fuit, nunc etiam est necessaria. Optarim tamen tranquillam feneclurem, si nega-
ta est hilaris ac florida, quam multis uideo contingere. Senium depellere, ualeudinē cor-
rigere, nec summus pontifex, nec principū maximus Cæsar potest, quum habeam utrum-
que mihi beneuolentem, utinam saltem oblatantium ora possent obturare. Ne id qui-
dem illis in manu est. Præter eos autē qui palam undiq; obstrepunt, nō desunt qui malefi-
cis artibus ac per cuniculos moliantur exitium. Scio uerissimum esse quod ad consolan-
dum me commemorat tua pietas: Semper uirtute partam gloriam fuisse obnoxiam inui-
diæ, nec hoc modo seculum genuisse ac pertulisse similes improborum tumultus. Memi-
ni quā improbe sit oblatatum Hieronymo, sed illius eximia uirtus aut obruebat inui-
diam, aut certe pensatione reddebat toleratu facilem. Ego quid sum ad tales collatus ui-
ros? Si doctrinam ac pietatem expendas, indignus sum qui illis calceos extergam: si inui-
diæ magnitudinē, totis paralangis illos præcurro. Attamen ingenuè fateor me hoc prin-
cipum clementiæ debere, quod hæcenus aduersus tot excetras subsisto. A rege Ferdinan-
do nihil est quod in præsentia petam, nisi ut si quid per amulos meos exiterit tragœ-
diæ, sui similis esse pergat, id quod & pro regalis ingenij benignitate iam dudum sponte
facit, & tua commendatione, uel admonitione uerius, posthac cumulatus faciurum con-
fido. Promerebatur illud sanctissimi regis pietas, ut florentibus tranquillisque rebus per-
petuo fruereur. Sed quando bellum commeruere scelera nostra, precor ut auspice Deo
feliciter tum illi tum nobis omnibus cadat Martis alea. Henricus Glareanus studiorum
suorum specimen mittit in clyto Romanorum regi Ferdinando, nihil quidem ab illo ue-
nans muneris præter fauorem optimi principis, quem iam pridem expertus est sibi fuisse
bono, ut hoc officio non tam capret gratiam quam referat. Est uir ut si quis alius integris
& inculpatis moribus, doctrina uaria, recondita & exacta, multum dissimilis quibus-
dam, qui quum decem uersiculos possunt scribere, pro consummatissimis uiris haberi uolunt.
Hic philosophiā cum poetica, historicam cognitionem cum mathematicis disciplinis com-
iunxit. Profitetur hîc publice, ordinario salario, nihilo secius priuatim instituit aliquot ge-
nerosos adolefcntulos, ut illius domus re uera sit optimarum artium officina, ipse non mi-
nimum huius Academia: ornamentum. Quid multis? Dignus est, qui tuæ Celsitudinis
commendatiōe regi fiat & notior & charior. Excitabitur ad alacrius prouehenda studia,
si senserit hoc officium regis maiestati fuisse non ingratum. Vale, die Pentecostes, Anno
M D XXXII

ERASMVVS ROT. IOANNI BONERO S. D.

QVOD Stanislaw literæ sine tuis ad me perlatae sunt, quo casu factum sit ne-
scio, tua certe negligentia factum non arbitror. Hanc enim de te persuasionē
indui, Bonerum Stanislaw, nec amore in me mutuo, nec studiorum alacritate
ullo unquam tempore cessurum, imò potius annexurum ut utraque in re
licet gnauiter currentem à tergo relinquas. Decet enim, ut qui maiorū imagi-
nibus, opibus, reliquisq; fortunæ commodis antecedis, multo magis ueris illis bonis in
quæ fortunæ nulla est manuum iniectio, superior euadas. Tibi præluet generis claritas,
fortunæ splendor, ut iam cessationi nullus sit locus, quam ipse etiam tibi iam dudum præ-
clusisti, ut qui ætate tam tenera, adeo feliciter progressus sis in Musarum uiteta. Turpissi-
mum enim fuerit mi Bonere, si quum tibi Deus ac parentes optimi, ad summam eruditio-
nem, egregiamq; uirtutem omnia affatim suppeditarint, ingenium docile, indolem feli-
cissimam, pecuniarum uim, qui non minus studiorum nerui sunt, quam belli, deniq; præ-
ceptorum, quo doctorem, uigilantiorē, atq; etiam amantiorē, ne optare quidem possi-
sis, tute solus tibi defuisse uidearis. Quum itaq; tantam multis nominibus sustineas ex-
pectationem, non committes ut eam fallas. Quod si nunc studia non nihil aloes habere ui-
dentur, cogita quantum uoluptatis, quantum gloriæ hîc tibi sit prouenturum, quum ue-
lut audis negociator, iustratis utriusq; Germaniæ, Italiæ, Galliæq; emporijs tot erudi-
torum hominum contubernio usus, redibis in tuam Poloniam omnium disciplinarum ac
uirtutum mercibus egregie locupletatus. Vale Friburgi Natali D. Matthæi. 1531

ERASMVVS ROT. GERMANO BRIXIO S.

ECREVISI ut uideo Canossæ nomen immortalitati consecrare. Ante complures annos noui hominem in Angliâ, sed ignotum notus. Rumor erat tum illac uenisse legatum Pontificiū Cardinalem, sed cultu prophano. Inuitarat me Andreas Ammonius ad prandium, ueni nihil suspicans insidiarum. Amabam enim hominē familiariter. Apud eum reperi quēdam ueste oblonga, sed capillis in reticulum collectis, unico tantū famulo. Multa fabulatus sum cum Andrea, nihil omnino suspicans de Canossâ. Admirabar tamen hominis militarē ferociam, itaq; græce percontatus sum Andrea, τίς εἶμι δὲ σὺ; Is respondit, ἔμμενος μέγας. Atque ego contra, εἶπες ἢ ἄλλο τι δούξῃς, & persuasus esse negociatorem planē neglexi hominē. Accubatum est. Canossâ præfedit, ego proximus. Toto cōuiuio cum Andrea familiariter ex more fabulas miscui nō dissimulans negociatoris contemptū. Tandē percontatus sum Andrea, num uerus esset rumor uenisse legatū, qui iussu Leonis X. dissidiū inter Galliarū & Angliæ reges componeret, annuebat. Summus in quā Pontifex non eget meis consilijs, si tamen hic me adhibuisset, aliud suasissem. Quid inquit Ammonius? Non expediebat inquam fieri mentionem pacis. Quamobrē? Quoniam pax inquam subito coire non potest. Atque interea dum monarchæ tractant de conditionibus, milites ad odorem pacis peiora moluntur quàm in bello. Per inducias autem subito cohibentur militum manus. Inducias autem præscriberem trium annorum, quo liceret cōmode de duraturi fueris legibus dispicere. Approbavit Andreas, & hoc inquit opinor, agit hic legatus. His ita dissertis redij ad id quod Ammonius non responderat liquido. Est ne inquam Cardinalis? Vnde inquit tibi isthuc in mentem uenit? Quoniam inquam hoc narrant Itali. Et illi inquit, unde norunt? Hic inquam te noui, si post annos aliquot te uiderem in Brabantia, quæ res unde te agnoscerem? Subriserunt inter sese, me ne tantulū quidem etiā suspicante. Mox urgebam, num re uera esset Card. Tergiuersatus est Ammonius, tandem, est inquit, animo Cardinalitio. Hic ego suauiter arridens, isthuc aliquid est inquam, gerere animum Cardinalitium. Hæc aliaq; multa Canossâ audiuit tacitus. Tandē dixit nescio quid Italice, mox admiscuit uoces latinas, sed sic ut posses negociatorem ingeniosum agnoscerē. Quum nihil responderem, ad me uersus dixit: Demoror te in hac barbara natione uel le uiuere, nisi forte hic maus esse solus, quàm Romæ primus. Hanc argutiam demiratus in negociatore, respondi me uiuere in ea regione quæ plurimos haberet insigniter doctos, inter quos mihi satis esset ultimum tenere locum, quum Romæ nullo in numero futurus essem, Hæc aliaq; dixi, non nihil iratus negociatori. Puto mihi tum genium aliquem bonū aduuisse, alioqui in summum discrimen me pertraxerat Ammonius, qui non ignorabat, quanta libertate soleam apud amicos effutire, quicquid in buccam uenerit. Surreximus. Andreas & ego diutius ambulauimus in horto, qui ædes dirimit, ac post diutinam conuulationem officij causâ produxit ad ostium terrestre, nam ea pars domus in qua pransi fueramus, spectat flumen Thamisin, malebam enim redire pedibus quàm cymba. Post aliquot dies quum redissemus in colloquium, aperit Andreas fabulæ scenam, ac mecum sedulo agit, ut Canossam comiter in Italiam, plurima testificata quàm ille de me magnifice tum loqueretur tum sentiret. Sed furdo canebat fabulam. At interim parum amice factum est ab Ammonio, qui non ignorabat linguæ meæ παρρησίαν. Poteram aliquid uel in pontificem, uel in legatum effutire, quod mihi post fraudi fuisset. Si nunc Canossâ parum bene esset in Erasmmum animatus, nihil esset nouæ rei; solet spretus amor in iram uerti. Et uideo quosdam esse, qui similem pestem conantur iniicere studijs, qualem iniecerunt religioni. Apud Italos feruet Ciceronianorum factio, quum nulli sint minus, quàm qui uociferantur maxime. De fortuna tua non ignorabam, de animo tuo credo tibi, & gratulor. Sed arbitror dignitatem uel non ascitam accessuram. In Chrystomo malueram te minus esse Callipidem, id enim fit luculenta fraude typographi. Bene uale, Frisburgi Brisgoæ, Anno M. D. XXXII.

ERASMVVS ROT. BERTHRAMO DAMO. S.

NON DVVM statui Berthrame charissime, utri potius succensere debeam, isti ne tuo pudori immodico, per quem factum est ut minus præ te ferres qualis & quantus esses: an meæ incogitantia, qui distractus alijs curis, sero fenserim

fenserim quantus mihi esset oblatum thesaurus. Tandē in carmine tuo totū Berthramum uelut in speculo contemplatus sum magna sanè cum animi mei uoluptate. Est enim sobrium ac sanum, amabilem quandam præ se ferens modestiam, in eruditis raram, in nobilibus rariorem. Vnum uereor ne illic non sine meo dedecore legatur, in cœlum ferri humanitatem meam, quod talem hominem tantum itineris mea causa emensum admiserim ad qualecunq; colloquium, qui ἢ ἑβδομα tot dies mensa exceperim. Deum immortalem, quantus hic mihi perijt fructus, uel tua uerecūdia, uel mea socordia. Quod si in rem tuam foret hic cōmorari, scito & domum hanc, & domus dominum esse pleno iure tuum. Sin aliō te uocant rerum tuarum rationes, tamen Berthramus mihi præcipuū locum obtinebit in eorum numero, quos & amo synceriter, & suspicio non uulgariter. Bene uale. Uereor ne nobis diuersum quiddam acciderit, tibi qui pro thesauro repereris carbonēs, mihi qui carbonēs esse suspicans, thesaurum amiserim.

ERASMVVS ROT. HECTORI HOXVIRIO S. D.

X literis tuis planè agnouī γνησιον Goclenij discipulū, ad eū illum & sermo nis elegantiâ, & singulari modestiâ refers. Næ tu de Erasmo perq; magnifice sentis, qui quum nequaquā ueritus sis adire Casarem totius orbis monarcham, tamen per Gocleniū non hortantem modo, uerū etiam fide iubentem uix perpellit quiteris ut me literis compellares. Atqui negant epistolam erubescere. Quis in tam præclaris animi fortunæq; dotibus tam insignem uerecūdiā nō exosculetur? Sed eidem tamen nō nihil succensco, per quam stetit, quo minus mihi tam amabile pectus innotesceret. Quamquā epistola tua septimo Calend. Iunias scripta, postridie Non. Nouemb. demum reddita est, ne quid meam incules uel negligentia, uel inhumanitatem, quod ferus accipis responsum. Nō est autem ornatissime tu uenis, quod ambias ut Hectoris Hoxuirij nomen, in amicorū meorū album ascribatur, inō tibi plurimam habeo gratiā, quod me tam singularis amici accessione locupletare uoluit. Illud mihi persuades facillime, quod arcano quodā naturæ sensu raptus fueris in amorem mei. Nam id ni fuisset, quid haberet hic hominulus, quod uel amet, uel admiretur quispiam? Gaudeo tamen ubiq; multos exoriri, qui suo splendore, meam si qua est, famam obsecrent. Gratulor autem & uestræ Phrysiæ, quæ cum antehac Como & Baccho familiarior habita sit q; Palladi, nunc Musarum domicilium esse cœperit, tot felicibus ingenijs istic efflorescentibus. Quid enim Halonis Hermāni senatoris ingenio dexterius, quid moribus humanius, quid stilo purius aut expolitius? Sic igitur funiculus triplex, qui ut ait Hebræus ille sapiēs, non facile rumpitur, postq; accessit Vtiglius Zuichemus, cuius ingenium plusquam niueum in ipsius ad me literis sæpenuero demiratus sum. Sed meo in illum amoris plurimum accessit, postea quā hic me salutauit, tametsi parum in tempore: nam offendit & languentem, & migrationis tædio lassum. Admirabilem quendam erga me affectum, nō iam oratione tantum, sed oculis, uultu, totiusq; corporis gestu præ se ferebat. Reliquit enim μνημόσυνον apud me sanè q; elegans. Anulus erat astrologicis notis sculptus, qui explicitus sphaeræ uicem exhiberet, ut mihi liceat mūdum gestare digito. Aut me fallunt omnia, aut illi si superi uitam dederint, futurus est aliquando uestræ Phrysiæ magnum ornamentum. Adibat tum Italiam, absoluturus Patauī studiorū suorum cursum. Ab Halone Hermanno iam diu nihil accipio literarum, ob id fortasse quod non detur per quem tuto scribat. Tametsi solet hoc officij genere mire sedulus esse. Hominem meis uerbis salutabis diligenter. Nam in præsentia non uacabat scribere. Salutabis & reliquum sodalium nobis bene uolentium, in quod utinam nulla irrepit uipera, quæ nostram amicitia maleficis uiciet sibilis. Nocentissimum habet fascino non rectus inuidiæ oculus. Posthac si quid a me fieri uelis, amicitia iure postulabis. Nō repugnabo Hectori, cui uix Achilles erat par. Nec dubito quin in a. nicitia quoque sis tuo nomini responsurus quem admodum facitissime polliceris. Bene uale. Apud Frisburgum Brisgoæ decimotertio die Decembris, Anno M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. IACOBO CANTÆ S. D.

GIDIVS Vannonius famulus tuus me nō mediocriter inflāmauit in amorem tuū uir ornatissime, multa prædicans de tuo pulcherrimo instituto, quoniam conaris studia iam apud plerosq; nescio quo malo fato refrigerentia excita-

LII re, &

re, & ad id unum omnes fortunas tuas, omne studiū industriamq; conferre. Quæ res mihi persuadet, te nō solum uirum bonum esse, uerum etiā animo generoso præditū. Quod si literæ quæ nunc apud plerosq; languent, emoriantur, quæso quid erit hæc uita nostra, aut quid sperandum, nisi ut in Turcicam barbariem degeneremus. Ut approbo summo pere conatum tuum, ita precor ut Christus Opt. Max. quod agis, bene fortunare dignetur. Oro ut posthac Erasmus in amicorū tuorum album ascribere digneris. Reuerendissimo Cardinali Campegio meis uerbis salutē dico reuerenter. Scio quantū illi debeam, & deo profecto libenter, & plura debere cupio. Eram occupatissimus, sed hoc tempore sculi iussuratus sum ut te salutarē, nactus hunc iuuenem tuū amantissimū, qui cum lubens egissem de conuictu, nisi tam cōmodum haberet dominum. Nulla re mihi magis est opus q̄ fidelibus ministris, sed hæc alea mihi nō semper cadit ut uolo. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoæ, Anno à Christo nato M. D. XXXII.

ERASMVVS ROT. AMBROSIO A GVMPENBERGO S. D.

ROFECTO meū me pudet Ambrosi uir eximie, suspicor literas tuas mihi redditas simul cum multis aliorū, iam studiū laboribus, ac legendis epistolis fatigato. Nam sic interdū euenit, ut inter plurimas una quæpiā effugiat falsatq; aut non lecta, aut oculis carptim decursa. Hoc tempore cum responsurus quibusdā epistolarum aceruos excuterē, tua forte uenit in manus. Ex ea cognouit te R. Cardinalis Caietani literas ad me misisse. Scito nihil mihi ab illo reddītū, præter libellos de Eucharistia, confessione, & inuocatione diuorū, in quibus mihi uehementer placuit, & erudita breuitas, & disputadi sobrietas, cum nunc magnis clamoribus res à plerisq; agatur, & sic agatur, ut ex perturbatissima fiat perturbatio. Eos & legi perlubenter, & doctis amicis cōmunicauit, dentq; & typographis commisit. Quod si literæ R. D. Caietani accessissent, planè triumphassem. Hoc te nescire nolui, precorq; ut hanc infelicitatē mihi cōdones, meq; patrono tuo excuses, cuius amplitudini cōmendatus esse cupio. Bene uale. Friburgi Brisgoæ v. die Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXII.

ERASMVVS ROT. GVLIELMO COMITI AB EISENBURGO S. D.

LARISIME uir nec pietate minus illustris, q̄ maiorum stēmatibus, reddidit mihi Polyphemus abs te pugionem fanē q̄ elegātem, cum hoc elogio, ut si minus possem calamo profligare hostes meos, ferro rem gererē. Lubens agnouit morum tuorum comitatē, quam hic uno atq; altero colloquio sum expertus. Petrus habebat duos gladios, eosq; Christus putauit esse satis. Verum aduersus tot phalanges undiq; cōiuratas in Erasmus uix Cæsaris arma suffecerint. Videor mihi iuxta uetus prouerbium asinus in apes, uel in crabrones uerius incidisse. In dies se densius conglomerant furiosa examina. Nunc Pelusij quidam sodales, gladiatorijs animis ad me affectant uiam. Nec uideo fore finem, nisi forte hirudinum more expleti meo sanguine, tandem sponte defluant. Animat illos in me mea imbecillitas atque etiā solitudo. Hinc imbecillis sum, quod nulla dignitate maleuolos submoueo. Crabrones em nulla re melius quam fumo depelluntur. Solutus uideo, quia nulli me sectæ addixi, nec sum additurus, modo deus hanc mentem mihi seruet. Prouolant undiq; libelli, ex Italia, ex Gallia, ex Hispania, è Germania uarijs partibus: Quibus nihil aliud proficiunt, nisi quod traducunt suam indoctam malitiam, & dissidiorum incendiū exasperant. Equidem quod unum possum, opto illis mentem meliorem. Nam mihi in hac arena standum est usq; ad extremū uitæ diem. Quid facias? Ita uisum est satis. Tuę profectio uirtuti gratulor, qui magno animo, pariq; successu rem geras, partes ad mediocritatē reuocans, tam cauta moderatione, ut nec in Scyllā impingas, nec à Charybdi sit periculū. Enchiridion tuum non patietur animo meo obrepere tui obliuionē uir amicissime. Vicissim hæc epistola meis descripta digitis, interdū te cōmonefaciet Erasmi, quem tuto potes inter eos connumerare, qui tibi precantur omnia fausta letaq; quibus profectio uiridis ista floridaq; senectus cum primis digna est. Vide enim natura mentis pulcherrimæ simulachrū in ipso corpore expressisse. Dicas istuc esse futurę olim immortalitatis specimen quoddā. Sed heus tu pugionem misisti Petri, q̄ uidetur idoneus amputandis auriculis, magis opus est qui amputet linguas

guas, nam ea parte nocentissimū est hoc animantium genus. Sed desino tocari tecum. Bene uale. Datum apud Friburgū XXII. Iunij, Anno à Christo nato M. D. XXXII.

ERASMVVS ROT. VIGLIO ZVICHEMO S. D.

EPISTOLAM quam Augustæ reliqueras, accepi plenā amicissimæ cuiusdam erga me uoluntatis, quā abunde & hic præsentī præfens declararas. Vigli cōdidissime. Respondi per Gallū auspiciatissimi nominis, dicebatur enim ni fallor, Petrus mons aureus, uisus est sobrius ac probis moribus, is non pe-tebat Patauiū, sed per Venetias Romam. Cōmiseram illi & alias literas, sed an reddiderit nescio. Alteras literas tuas accepi per Antonij Fuggerum, Patauij scriptas XXIII. Cal. Septemb. Qui dies si nihil habet erroris, uolasti tu quidē, nō equitasti. Suspicor errore calami Septēbrem pro Octobri positū. Vt cunq; habet, gratulor tibi aditæ Italiae proemia fuisse prospera, precorq; ut his auspicijs cætera respondeat. De Egnatio nihil tu quidē noui narras, sed tamen iucunda omnia. Sic enim amo uirū ad unguem factū, ut ad omnem de illo cōmemorationē exhilarer. Quid audio, cum Ciceronianorū turmis uelitaris, & paras te iusto cōstituit? At prius scire uelim quid inter uos cōueniat, quid sit in cōtrouersia. Si uolunt ut iuuenes sese cōponant ad imitationem Ciceronis, in hoc maxime nobis cū illis conuenit. Nec repugnari, si cēsent hunc præcipue imitandū. Si uero nō permittunt ut usq; à Cicerone recedamus, neq; quicq; ab alijs licet probatis autoribus sumamus, nec ipsos arbitror hoc facere, quod ab alijs exigūt, si qui sunt omnino qui hoc exigūt. Sed malus quispiā genius hæc pestem conatur inijcere studijs, qualē iam pridē iniecit religioni. Hermānus Phrysius semper mihi uisus est affectare Ciceronis iucundā facilitatem. Quod arbitror te quoq; tū fecisse, tum facere. Nā hæc epistola tua postrema spirabat nescio quid Tullianū, non quidē præter solitū, sed tamen solito magis. Verū illud tibi uidendū est, ne dum impediō studes esse Ciceronianus, parū approbes te auribus *ἢ νομοσφραγ καὶ φιλοθερηπύλου*. Extra iocū mi Vigli suaferim, ut aut cū talibus ne conflikeris, aut ne cōcertatio exeat in amarulentia. A me si requirūt Tullianę dictionis notorē, bis iniquū faciunt, primū quod à Batauo, dein quod à Theologo. Alioqui sum ex eorū numero, qui M. Tullij facundia, diuinā esse potius q̄ humanā arbitrantur. Tantū abest ut illius phrasim improbē. Nos hic toti sumus in rixis. Proderunt cæsura Sorbonicæ, his respōdi, sed perpetua moderatione. De eodē quo aiunt oleo, respōdi & Clitoui ueterib. nānq; Expetatur Cæsar Ratisbonæ Synodū instauraturus, sed ille mirum q̄ agat Callipiden, nec id præter solitū. Ego multis iam dieb. russi cōcutior. Vulgare nūc hic malū est. Miror te in literis nō meminisse Bembi, quē audio præcipuū istic omnium felicū ingeniorū agere patronum: oportet em te illi tā & notū & charū esse, nisi aut tu aut ille mihi parū notus est. Vale. Datum apud Friburgū octauo die Febr. Anno à Christo nato M. D. XXXII.

ERASMVVS ROT. IOANNI PAVNGARTNERO S. D.

VTINAM ex ingenij mei uena tam facile aliquod depromere liceat uir clarissime, q̄ tibi proclue est è terræ uenis, munus nostra dignum amicitia. Ut ad te antehac ignotū scriberem, eam audaciam me docuerat Zasius exhortator uehemens, cui quicq; negare mihi nō est integrum, ob innumera ipsius in me merita, quibus me sibi iam habet obstrictū, nunc hoc etiā nominē obstrictiorem, quod hominis candidissimi accessione amicorum meorum catalogū auxit. Paucos hodie reperias ex animo amicos. At illud synceræ beneuolentiæ præcipuū est argumentum, si quis suos etiā amicos cum amico cupiat habere cōmunes. Proinde cum mihi uehementer gratum sit quod misisti aurum natium & insectum, animi minime facti symbolum, tamen nō paulo beator mihi uideo factus, qui te amicum lucrifecerim, q̄ qui munus acceperim, quod tua tamen modestia hoc nomine uocari nō patitur, aram dici matris. Nihil adhuc officiorū in te contuli, nec quid omnino possum uideo, sed si quid in te conferre liceat, in promeritum contulero. Repeto enim id quo scripsi superioribus literis ni fallor, quot nominibus tibi Zasium habes obstrictū, totidem habes & Erasmus deuinctum. Superest ut Zasius proxeneta, & tibi gratias agam uir amicissime, lubens relaturus, si uel tu uel Zasius submoneat qua in re queam animo tuo gratum facere. Si lubet, facito periculum an hæc ex animo loquar nec ne. Cupio te cum omnibus tibi charis q̄ re cūssime ualere. Septimo die Martij, Anno M. D. XXXII.

DES. ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XXV

ERASMVVS ROTERODAMVVS THOMÆ CARDINA/
LI CAIETANO S.

PSA re cōperio uerum esse quod scripsit beatus Augustinus, esse errorem aliquē bonum. Nam ut illi itineris error fuit salutis, dū per ignorantiam à recta uia deflectens, euitat Donatistarū insidias, ita mihi Ambrosij Gūpenbergij error, qui credebatur tuas ad me literas fasciculo admixtas esse, uiam aperuit ad T. R. dignitatis amicitiam. Si quidem tuam erga me beneuolentiam, haud alio argumento euidentius perspicio, quod prudenti simul & amico consilio rationem ostendis, qua pariter & hominum uel suspiciones, uel offensiones ualeam abolere, & studijs meis ac senectuti ab oblatatoribus quietē redimere. Quod suadet tua R. D. iam mea sponte magna ex parte praestiti, notatis & correctis locis compluribus, in quibus indubitatus erat lapsus, uel meus, uel typographorū. Moderationem autem quam requiris, iam omnium iudicio praestiti, respondens censuris Theologorum Parisiensium, quae nuper facultatis nomine prodierunt, cū reuera sint unius hominis itrequieti, ac eiusmodi moribus ut suo collegio uix sit tolerabilis. Toties mihi occinuit Augustinus, at ego non paulo fui seuerior in meas lubricationes, quae in suas fuit Augustinus, qui retractationem appellat, non palinodiam, sed recensioem suorum operum ne quod intercideret. Quamquam obiter quaedam corrigi haud magni momenti, nonnulla defendit haud absque specie tergiversationis. Neque uero reuolens idem facere in uniuersa scripta mea, si modo constet quae loca uel errorem habeant, uel ob affinitatem erroris probabile offendiculum. Sed quid faciam ad loca reprehensoribus non intellecta, quid ad deprauata, quid ad malitiose in alienum sensum detorta, quid ab alia persona ad aliam, ab alijs temporibus ad haec translata? Et huius generis sunt plura; quae mihi complures obganiunt, uel odij, uel inuidiae, uel gloriae causa. Fingunt illi quidem ecclesiae zelus, sed tamen nunquam me capitalius inuaserunt, quam id temporis cum in Germania maxime depugnarem cum seculis inualescentibus. Et sunt quorundam tam sinistra iudicia, ut si illis seruire uelim, ea mihi tollenda forent & scriptis meis, quae homines docti iuxta ac pie iudicant esse optima. Si mihi uel mica esset haereticę mentis, iam pridem tot in probis oblationibus efferari, & in haereticorū castra transire poteram. Nunc ne unum quidem discipulum mihi unquam adiunxi, sed si quos potui auellere, tradidi ecclesie, condiscipulos illius malens quam meos discipulos. Multis obicui, nullum non uici moderatione. Sed utcumque haec habent, quod suadet T. R. Reuerenda prudentia, quamquam id mea sponte destinaram, hoc tamen faciam alacrius, quod tantum habeam huius instituti comprobatores. Ora obloquentium, quod tu speras, nunquam prorsus obstruam, duntaxat eorum qui id morbo animi faciunt, non iudicio. Mihi abunde satis fuerit, si bonis satisfaciam, sed in primis Christo. Illud etiam atque etiam sibi persuadeat uelim R. T. dignitas, suam ad monitionem mihi fuisse multo gratissimam, quam breui fax ut intelligas non fuisse inanem. Nam his nundinis autumnalibus hoc absolueri non possum. Ad Pascha, fauente Christo, perfectum curabo. Deceueram & illud, & scriptis meis colligere in unum, quae palam aduersantur quorundam calumnijs, & improbatjs dogmatibus. Deinde tot loca suspecta uel interpretari, uel emendare, sic ut interim nullius hominis aut ordinis nomen ullo conuicio perstringatur. Scio quosdam hinc ad ornatum triumphum, & Erasmus deiecit clamituros. Sed mihi prius est quod conducit ecclesiae tranquillitati, quam meo nomini. Si Christo probor, si tibi tuique similibus, qui ueram eruditionem cum uera pietate coniunxerunt, satis uici. Dignitates ac sacerdotia nihil moror, & homuncio, pergratum tamen erit, si hoc agenti summus Pontifex faueat, idque aliquo declaret argumento. Roma multos iam libellos sycophanticos nobis misit, cum ab ista pietatis arce meliora expectet orbis. Dissidiorum plus satis est ubique. Tales libelli nihil aliud sunt quam dissensionum seminatia. Bene uale. Datum Friburgi Brisgoae x Cal. Augusti, Anno M. D. xxxii.

ERASMVVS ROT. IOANNI RINCO S. D.

RNATISSIME uir, quamquam non erat quicquam rei seriae quod scriberem, tamen non potui committere, ut unicum amicum meum Rinckum his nundinis insalutatum praeterirem, cuius perpetua consuetudine si frui datum esset, sat mihi beatus uiderer. Sed satis agimur, & satis cedere cogimur. Facile sentio mihi non multum eius filii quod Parcae nent superesse, sed tamen quam uolumuncumque id est, malim in ciuitate celebri frequenter peragere, ubi & amicorum largior & rerum paratior esset copia. Sed in hoc littus nos detulit tempestas. Locus hic non est quidem in amoenus, sed ut submotior à Rheno, ita minus frequens, ac maligna rerum copia. Oppidum inuitum, ut fertur, duxit à metallis, nunc exhaustis: hinc morum inuiciorum nonnulla etiam uestigia animaduertas licet. Quum aetate superiore pararem migratum onem, admonitus sum ab amicis aulicis, praesertim Episcopo Augustensi, expectare exitum concilij Augustani. Nunc quum denuo librarem alas, aliquid prouolare gestiens, rursus iussus sum expectare exitum concilij Spirensis, qui qualis futurus sit uaria est hominum diuination. Sed de nobis accipe quod rideas. Si quis tibi nunciaret Erasmus iam prope septuagenarium duxisse uxorem, nonne terque quaterque te signares crucis imagine? Faceres sat scio, & equidem non iniuria. Atqui nunc mi Rinckum rem feci nec minus operosam, nec minus molestam, nec minus ab ingenio studiisque meis alienam. Eui domum speciosam quidem nominis, sed parum aequi pretij. Quis nunc desperet amnes uerso in diuersum cursu, relapsuros ad fontes suos, posteaquam Erasmus, qui haecenus per omnem uitam omnia posthabuit ocio literario, factus est licitator, emptor, stipulator, cautior, aedificator, ac pro Musis rem habet cum fabris lignarijs, ferrarijs, lapidarijs, uitrarijs? Haec curae mi Rinckum, à quibus meus semper abhorruit genius, me tantum non exanimarunt tedio. Et adhuc peregrinor in proprijs aedibus, quod spatiosa licet, nullum habeant nidum cui tuto possim hoc corpusculum committere. Vnicum conclauae parauit extructio fumario, & contabulatis solo pariter ac lateribus, sed ob uirus calcis nondum ausum me illi credere. Breui tamen immigrare oportet, quod felix faustumque sit, Nondum enim fuit. Cruciatum sinistri pedis excepit stomachi profluuium, qui diem iam septimum me tenet. Sed nimium de meis. Facile poteram prono Rheno delabi Coloniam, sed in uentibus amicis hinc haesi, atque ut uideo expectanda hirtundo noua. Neque enim me remorabitur empti domus, si caetera habebunt ut uolumus. Si tibi tuisque prospera sunt omnia, est quod summo opere gaudeamus, idque ut perpetuum sit optamus. Datum apud Friburgum Brisgoae quarto die Septembris. Anno à Christo nato M. D. xxxi.

ERASMVVS ROT. EPISCOPO RIVENSIS.

VRE quis tribuat improbitati, ornatisime praesul, quod ignotus appellem ignotum: audacie, quod tressis homuncio ad tam eximium principem, omnique decorum genere splendidum memet ingenium, sed ut egestas excutit pudorem, ita charitas, autore loquente, propellit timorem. De tuis egregijs uirtutibus mihi tam multa praedicantur à multis, ut te non possim non uehementer amare. Addidit fiduciam meum tuorum admiranda quaedam, ut accipio, comitas, sed in primis mirifice propensus fauor erga politiones disciplinas, quas uidemus hoc seculo feliciter apud omnes nationes efflorescere, idque praesidio linguarum, ac ueterum autorum undique e tenebris in lucem emergentium. Quamquam ex his qui extabant aliquot non minus perierant, quam qui maxime uidebantur interciderunt. Liber enim prodigiosis mendis undique scaturiens, crux est uerius quam liber. Sudatum est pridem à Frobenijs in restituendo Iosepho historiographo cum primis celebri, sed cōperimus illum insanabiliter deprauatum, nisi ipsum Graece loquentem adhibeamus. Ruffinus quidem nihil unquam uertit bona fide, sed in hoc autore uidentur multi suo iussu arbitrio. Eum accepimus in tua bibliotheca Graecum esse, cuius codicis si nobis ad paucos menses copiam facere non grauaberis, non nos tantum, sed uniuersos etiam studiosos isto beneficio tibi reddideris obstrictos. Liber ad te redibit incolumis, atque adeo illaesus, ad quemcumque diem tu praescriperis. Dices cum Ennio: Ecce quid erit pretij? Scilicet hoc, quod mortales persoluunt diuis immortalibus. Agemus gratias, celebrabimus autorem beneficij, & quod re non possumus rependere, gratiae uoluntatis studio referemus. Ob hanc causam emadauimus hunc tabellionem, quo codex tuto

LII 3 ad nos

ad nos perferatur. Scio ciuitatem Basiliensem his temporibus non optime audire, sed nihil secius habet illa multos integros uiros, qui mallent sibi uiuere si sine graui incommodo liceret demigrare. Certe illud a nobis curatum est sedulo, ne quid ex illa prodeat officina præter optimos quosque autores. Haecenus egi causam mihi cum Hieronymo Frobenio, cumque studiois omnibus communem, nunc proprie agam mecum Hieronymo. Quod isthuc inquires? Etiam atque etiam rogo ut Erasmus inter infimæ fortis clientes ascribere digneris. Bene uale. Friburgi Brisgogæ XIII. Calend. Decemb. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. IOANNI GEORGIO PAUNGARTNERO S.

AT ER tuus optime Georgi, me primum uicisti humanitate, quod per excellenti doctrina uirum Zalsium prior ad amicitiam prouocauit, quam crebris literis amantissime scriptis haecenus diligenter alit foueris. Ego uero inter precipuas felicitates meas numero, quod hominis tam candidi, tamque benigni beneuolentiam nactus sum, nec alio nomine magis perspicio Zalsium mihi ex animo amicum esse, quam quod tam singularem amicum mihi secum uoluit esse munem. Hanc meam felicitatem auxisti, mi Georgi, qui literis tua manu descriptis in hoc nostrum foedus remet insinuaris, in quibus cum alia multa sum exosculatus, tum praecipue indolem istam liberalem, ingenuumque pudorem, qua factum est, ut quod tuto iure licuit postulare, id tam uerecunde, tamque reuerenter putaris ambiendum. Mihi uero post hac & ipse Ioannes Paungartnerus erit charior, qui talem habeat, non modo facultatum haudquaquam exilium, uerum etiam egregiarum uirtutum, quibus multo speciosius diues est quam possessionibus, paratam haeredem. Etenim si quod arbitror, haec epistola tuonius marce, *καὶ ἀπὸ βραχέως* scripta est, nihil mediocre de te nobis pollicetur, nec dubitamus quin tu qua coepisti pergens, sis & maiorum splendori, & omnium tuorum expectationi abunde responsurus. Respondebis autem si solidam eruditione cum integritate morum coniunxeris. Ad quod quum tibi domestica progenitorum atque affinitu exempla, & praceptoris eruditi uigilantia, & quicquid a fortuna suppeditari potest, abunde superpetat, non ueremur ne tute tibi sis unquam defuturus. Praefertim cum adhuc in herba tam praclarum de te specimen dederis. Superest uideum Opt. Ma. & prope eam, ut tibi & uita incolumitatem, & istum animum quem inspirauit semper in meos prouehat. Haec scripsi inter varias occupationes, ne non haberes mea in te non iam beneuolentiae tantum, uerum etiam pietatis chirographum. Nam si mihi cum patre tuo icium amicitiae foedus postulat, ut inter illum & me sint omnia communia, aequum est profecto ut in te parentis sumam affectum. Id quod facio per te libenter, quia non perinde ex amicitiae legibus atque pro tuo merito. Dominus tua indole sospitet ac prosperet Georgi charissime. Apud Friburgum Brisgogæ v. die Iulij. M. X. XXXI.

ERAS. ROT. R. D. D. BERNARDO EPIS. ET CARD. TRIDENTINO S.

Q V A TERNAS iam hisce diebus literas a tua R. sublimitate accepi, non dissimili argumento. Quae res mihi declarat singularem quandam tuam erga me pietatem, plurimis quidem argumentis iam olim perspectam & exploratam, sed gratum tamen est eius memoriam subinde nouis occasiõibus reficari. Quod inuitas ad conuentum istum Spirensem, uideo te satis magnifice sentire de mea ualitudine. Ego in his nouis aedibus iam quartum luctor cum morte. Satis feliciter cessit concertatio, donec astitit coeli commoditas faueret luctanti. At simul in horruit Autumnus, aegre inclusus apud focum desidens languidum spiritum traho. Sub festum Michaelis subito exortus Euroaquilo me coiecit in lectum. Amicus quidam ac uicinus meus eodẽ die eadẽ ex causa morbum contraxit, & decessit intra quatuoriduum. Deiecta est quercus, ego arido, ut est in apologis, uacillando subsisto. Quid istic Reip. sim profuturus nescio, certe mea referret istic adesse, quemadmodum retulerat & Augusteli concilio non abfuisse. Sed quid faciam huic corpusculo plusquam uitreo, cui mutatũ cubiculum, aut uinũ, cui aurula incommodior mors est? Non me clã est interfuturos consilio, qui mihi pessime cogitat, atque etiã exitũ molitur. Id si uacabit, poteris ex R. D. Ioãne episcopo Viennensi cognoscere. De pecunijs nõ sum sollicitus, dominus prouidit haecenus, & prouidebit ut spero, tantum optabam, ut mihi liceret in hac extrema senecta quiete agere, ne id quidem datur. Haec domus epta inextricabilibus molestijs me inuoluit. Nec adhuc tamẽ ullus est

locus in

locus in ea tota huic corpusculo sat commodus. Multi mirantur, quis sit istius conuictus futurus exitus. Spiritus Christi dignabitur suggerere principum animis quae sunt saluberrima. Ibi magna adhibenda est cautio, ne dum alteram partem comperimus, alteri non iam suum, sed tyrannidem uindicemus. Quos fugiam uideo, quos sequar uix uideo. Tanta nunc licuit per ualeitudinem. Vbi fuero confirmator, scribam copiosius. Dominus R. Celsitudinem tuam seruet incolumem. Datum apud Friburgum nono die Octob. millesimo quingentesimo trigessimoprimo.

ERASMVVS ROTER. ALFONSO VALDESIO S.

A MANTIVM ira, inquit Comicus, amoris reintegratio est. Absit autem ut inter nos tam non uulgari coniunctos amicitia, quicquam incidat offensionis. Fit tamen interdum, ut inter conuictissimos quoque suspiciuncula quaedam aut ex postulationes obortae renouent beneuolentiae uigore. Vix enim fieri potest ut inter homines amoris flagrantia perpetuo duret, nisi subinde stimulis quibusdam excitetur. Postremo iam nimium compertum est, quantum ualeat nocentium linguarum fascino. Proinde si quid etiam de uehementia singularis istius erga me beneuolentiae, aut ut tu rectius nominas, pietatis remissiles, tanto seiunctus intervallo, tot aulæ distentus negocijs, quid aliud quam homini quiddam humanum accidisset. Ac prorsus nisi ex ipsis natus esles Gratijs, earumque lacte nutritus, qui potuisses inter tot oblatrantium uenena, constanter istum animum purum ac sincerum tueri? Porro nigri nomine, quandoquidem hoc scire cupis, notauit. N. De te uero nihil aliud suspicabar optime Valdesi, quam si forte in animum induxisses, post hac cum istis crabronibus non congrederi, idque consilium ualde mihi probatur. Facilius enim subleuat amicum inuidia grauatum, qui ipse nulla premitur inuidia. Nec mihi semper libet scire, quid hic aut ille de me loquatur scribatur. Nihil hoc seculo furiosius neque loquacius. Soles autem non ipse tantum ad me scribere quorundam inauspicatorum hominum tumultus, uerum etiam aliorum epistolae simili argumento transmittere. Haec nouitas fecit, non quidem ut ueterem in me beneuolentiam in te desinere, sed ut magis prudentiam. Noui celsitudinem mearum lucubrationum tibi dicari. Haecenus quidem mihi tecum causam quam subijcis non satis intelligo: non quod inuidiam timerem inquis, sed quod eas pluris facerem, quam ut mihi inscribi deberent: optauique potius, ut uerum amicum decet, earum immortalitati, quam meae gloriolae consultum esse. Vtinam meae lucubrationes essent eiusmodi, ut talis amici nomen possent ad posteros transmittere. Sed uehementer erras uir candidissime, si me putas hoc esse animo, ut existimem meis scriptis ex cuiuslibet principis titulo plus decoris accessurum, quam ex Valdesij nomine. Habes tu quidem in te quo nomen meum faceret, ita & utilitatis. Vnde extrema uirtus nrobratur hominum, uideam, ac tamen istud, quod meum est, non parum uideam, quia nata ingenia posteritati tradantur. Quum enim praesentia sunt mirifice iucunda, clausula tamen eius multo fuit iucundissima, quum in offensa ore uobis dominus inter nos colloquamur. Qua re uix aliud acciderit exoptatius, sed ualeat, et tunc tanta felicitate, & inexplicabiles negotiorum, ne nobis uideant. Attamen tibi parabitur hospitium. Age si quis tibi nunciat Erasmus meminit, ac pene septuagenarium dixisse eum, nonne manu pinxeres magnam crucem, clamaresque, papae prodigium audio. Atqui ne sis insciens, rem feci neque minus molestam, neque minus alienam a studijs ingenioque meo. Rogabis quid sit? Emi domum, hic quidem honesti rumoris, sed iniquae indicaturae. Dices, quid accidit? Longa est amice fabula, quam praestat in nostrum referuare colloquium. Tantum uereor ne loci nouitas, & insolite curae magnam aliquod malum accerant ualeitudini. Iam enim ut omni tam alia, laeuum pedem corripuit podagra, aut aliquid podagrae affine. Nimirum hi sunt *τὸ πρὸς τὸ πικρὸν* ueredarij. Accessit hodie dysenteria. Leuinus meus Panagathus ambit nescio quid muneris apud Reginam Mariam. Velim mihi significes quid de iuuenis ingenio sentias. Liberet tecum pluribus confabulari, sed eodem tempore plurimis scribendum est. Vale Friburgi quarto Calend. Septemb. M. D. XXXI.

LII 4

mum magni constantisq; animi, ac prope diuini consilij fuit. Sed de his haecenus. Perturbari tua studia tumultu prope bellico, conuelliq; ut audio, uestrum omnium ueterem in Deum. Opt. Max. cultum, caeremoniasq; factorum nobis à maioribus nostris per manus traditas, moleste tuli: doluiq; tuam uicem, quæ iam ætatis

Quancq; quis est, qui hoc tempore plures cum fortuna expostulandi causas argumentaq; non habeat? Tibi si recte cum ualitudine tua erit, reliqua uel sanabuntur aliquādo, uel erunt ferenda: humana enim sunt: prudentibus præsertim uiris, quibus uiuis animi cursus & uoluntas impediri pietasq; nō potest. Carolus Vtenhouius erit mihi eo loci quo apud te est. Vna enim cōmendatio tua omnium mihi necessitudinū instar est, ut nō modo nullo meo incōmodo, quod ascribis ipse, illi cōmodem, si quid erit, in quo ei usui esse possim: sed etiā ut nihil plane habeā cum illo non cōmune, non amicos, nō domum, nō pecuniam ipsam quam excipis, si ea uolet uti. Omnino nihil tam tuū esse, q̄ mea omnia, meq; ipsū si existimabis, non fallam opinionem tuam.

Vale. Pridie Non. April. M. D. XXIX. Patauio.

ERASMVVS ROT. PETRO BEMBO S. D.

QVIDEM sat feliciter mihi celsisse meam audaciam existimaturus eram, Bembe multis nominibus incōparabilis, si uir tantus, omni disciplinarū genere perpolitus, hominis Bataui literas, easq; tam neglecte scriptas æqui boni consulisses. At tu pro tua uix credibili humanitate, pro uitreis repositis gemmeas. Quid enim in illis tuis est, quod non smaragdus & unioibus tum

preciosius sit, tum amabilius: Quam niueus ibi candor ingenij? Quanta dictionis iucunditas, quanta sententiarū sanitas, quanta uerborum proprietas, quanta structuræ concinnitas? Quam mihi totus displicui tua legens? Quam puduit me mei? Sed hæc missa facere fatius est, ne quæ iudicio dicuntur, tribuantur affectui, quæq; ex animi penitissimis recessibus proficiuntur, existimentur tuis auribus dari, quod hoc à plerisq; fieri soleat. Ad epistolam tuam ueniam. Satis confidebam Carolū Vtenhouiū claris maiorum suorum imaginibus, præcipue parenti, uiro quo multis iam annis nihil habeat Flandria, neq; doctius, neq; melius respondurum, atq; adeo sui similem, ut nō tam enim mihi meritis com plures indolis haud quæq; plebeie specimen egregium. cederat. Is tamen nō mihi solum, sed omnibus suis & charior & iucundior multo futurus est, quod tati uiri iudicio sese probarit. Pulchrius enim est uni placuisse Roscio, quam reliqui theatri totius plausum tulisse. Arbitror autem illum meminisse, quantopere amicorum omnium de ipso expectatio nem auxerit, primū Italia, dein urbis Patauinae celebritas, quam ut olim Atticam quidam appellarūt, merito Italiæ Italiæ quis dixerit: Postremo Petrus Bembus unicum huius æui decus, & præceptor & amicus. Significarat Iacobus Sadoletus, te

in secessu longius Basilea. Habet tamen academiam bene institutam magis quam numerosam, & honestis ornata uerius quam multis discipulis. Inter professores iuris primæ celebritatis est Zasius, homo iam extremæ senectutis, sed ingenio uelut uictus. Nihil adhuc in Germania uidi hoc uno uel sanctius uel cæcidit. Nec quædam aduenit, qui uideatur in illius locum ita successurus, ut Zasium non sint desideraturi, et sunt aliquot, quos non possis cōtemnere. Friget hic magis quam uellem Theologia, sed ut spero, breui efflorescet: linguarū studium uiget mediocriter. Bonas disciplinas omnes sat feliciter excitat Hericus Glareanus. Vnam is esse m. optatissime Bembe, qui hoc ætatis in meis moribus quos tu uocas optimos, & uirtutis actione possim conquiescere, saltem daretur in sacris literis tranquille cōsenescere. Sed homo non tantum ætatis, ut uere scribis, deuexæ, uerum etiam quotidie colluctans cum immanissimo carnifice calculo, subinde cogor

num furentibus rusticis, quo tempore plebe armata in foro cum instructis bardarum ordinibus, quædam perurgetant. Sed tui humanitas fauit, ut diuos istos & laxeos. Terror omnes habebat, quibus erat aliquid quod nolent perire. Hæcenus bono numini debemus, quod in tot tumultibus, cū toties hinc atq; hinc ad arma procurreretur, gutta sanguinis non ceciderit. Scena rerum nunc inuertitur, uideo mira rerum molimina, quem exitū sit habitura fabula nescio. Si modo liceat effugere bellum in Germania, cætera deus aliquis fortasse benigna reducet in sedem uice: uerbis enim Horatianis libenter utor. Quicquid officiorū impendisti in Vtenhouium, addā meo diario, tibiq; ius facio his nominibus appellandi. Si uoluerit, in quo uoles uicissim experiri quantū Bembi causa cupiam. Ego uero perq; libens accipio, quod humanissime defers, ex amicitia legibus bonorum partium cōmunionem. Pollicerer in mea ius mutū, si quid offerre possim, præter animum bene uolentem. Eum certe præstabo, si fide, & si quid præterea poterunt nostræ facultatæ. Bene uale. Datum apud Friburgū Brisgoæ VIII. Cal. April. Anno à Christo nato M. D. XXX.

IACOBVS SADOLETVS EPISCOPVS CARPENTORACTI

ERASMO ROT. S. D.

ANNVS est, aut eo plus, cum binas abs te literas accepti eodem exemplo: quarum quæ posterior scriptæ erant, cum priores mihi reddita fuissent, esset autem in illis tua de mea incolumitate & opportuno ad meam ecclesiam receptu gratulatio plena amicissimæ uoluntatis, recordor me tum ut, postquam amorem ferebat diligenter tibi rescripsisse. Post mihi allata sunt alteræ unā cum Psalmo octuagesimo quinto & tua in illum interpretatione.

quod ego abs te reor, quod numquam, quæ tibi uelut, idq; tibi uehementer suadeam, ut à cōtentionibus omnibus te auoces. & aliqua in scribendo prætermittas: quæ ut non sint à uera pietate ab horrentia, contra tamen inueteratas populū opinionēs, & quorundam hominū siue etiam ordinum studia tendunt: quibus se non opponere maioris arbitror fore grauitatis. Quicquid

Nos mi Erasme, quantum possumus uterq; pro
 in hac parte te... opem labenti fidei Christianae, quae ut uides...
 in hoc ten... factu...
 dant, sed externis domesticisque hostibus, omnibusq; & bellorum & impietatis machinis
 oppugnatur, estq; ad cadendum procliuus, nisi eam qui unus omnia potest, fulserit & susti-
 nerit Deus: cui quidem Deo ac domino si gratiam eam quam debemus, conabimur refer-
 re, & beatam ipsi inueniemus uitam, & caeteris noster non inutilis erit, neq; infructuosus
 labor. Quamquam tu quidem hortatione non indiges, nos ut locum nostrum ne deseramus,
 debemus magis providere, sed de his satis. Tu ualebis, nosq; diliges, tibiq; persuadebis esse
 se nobis maxime curam quietem... Vale etiam atq; etiam mi Erasme.
 Amorbach nostro plurimam salutem, a quo crebriores literas desidero. Carpentera citi
 pridie Idus Februarij. Anno M. D. XXX.

MVS ROT. IACOBO SADOLETO S. D.
 O T epistolariu acerui ex omnibus mundi plagis ad me deferuntur, praeter-
 tum bis in anno, sub mercatum Francordiensem uernum, rursus sub autu-
 T nalem, ut hisce temporibus agre tueat ualentinem, dum pleriq; rescribere
 conor: nam omnibus qui possim: Atq; inter has sunt quaedam nugales ac fri-
 uolae loquacitatis, quaedam amarulentae, quaedam plurimum & uoluptatis
 adferunt & solatij. In his tamen postremi generis uix ulla fuit, si quid mihi credis, tua gra-
 tior, in ligno praesulum huius aevi decus. Eam igitur a turba semotam alicubi seposui, per-
 ocium accuratius relegendam. Sed quod non raro nobis usu uenit, hoc ipso mihi perijt,
 quod anxie studuerim ne periret, quamquam opinor aliquid ad manum non quare-
 rit. ~~... nunc inueniri non potest. Hoc praefari uisum est, quo mi-
 hi his aequior, si forte ad elegantissimas tuas literas parum apposite respondere uidebor.~~
 Pro psalmo tuo uix dici possit, quanto opere te amem, qui me legentem sic affectit, ut exor-
 dio gustato non conquiescerem, donec ~~... ad calcem peruenissem.~~ Ea lectione factus
 sum primum alacrior, dein aduersus quorundam improbissimos tumultuosos animosior, po-
 stremo ad pietatis studium inflammator, & omnino me ipso melior. Manifesto sensi spi-
 ritus energiam per te loquentis. Non sic inflammares, nisi flagrares ipse: non sic raperes,
 nisi raptus afflatu numinis. Et iudicium haec dantur auribus tuis ornatissime praesul, nec
 enim te tibi laudo, sed numinis eximiam benignitatem in te ueneror atq; exolucor. Quis
 & in spem bonam erigor, fore ut aliquando Christus nostri miseris, ecclesiam suam ma-
 gna ex parte conuulsam pristino uigore restituat, postea qd tales exoriuntur episcopi. Equi-
 dem sic existimo, unicuq; hoc tuum comentarium si quis attente legat ediscatq; ad omne
 uitam recte pieq; instituentiam sufficere. Nam quae tandem pars est Christianae philoso-
 phiae quam ibi non accuratissime tractas? Quam ualidis rationum machinis retundis im-
 pios, qui negant esse deum, item qui negant illi curae esse res mortalium? Quo fulmine re-
 ritas eos qui spreto numine prauis animi cupiditatibus obsequuntur. Deinde quae modice
 ratione laudas philosophorum de beate uiuendo praecipua, sed ita ut non patiaris nos ille-
 tacere felicitatis ancoram. Rursus comonstrato quid Iudaeis etiam defuerit, adducis nos
 ad Christu unicu uere felicitatis autorem. Quam graphice ponis ob oculos, qui se totos
 dederunt impietati, etiam in summa felicitate esse infelicissimos. Contra qui se ple-
 ducia ~~...
 Quam uero Christiane omnem uindictam libidine penitus ex animis hominum retellis. Qua-
 ra mansuetudine nullum quamuis scelerosum submoues a spe ueniae, sed deploratissimis et-
 tiam ostendis uiam qua possint cum deo redire in gratiam. Ad haec qd prudenter temperata
 libertate, declaras quanto in discrimine uersentur principes & episcopi, si contempta pie-
 tate uincentis, neglectis populi comodis, ad tyrannidem animum adijciant. In his nimirum do-
 pennis ~~...
 nunc inueniri non potest. Hoc praefari uisum est, quo mi-
 hi his aequior, si forte ad elegantissimas tuas literas parum apposite respondere uidebor.~~
 adhibita~~

adhibita, facit ~~...
 Quid enim fructu praedictem illum uere? Tullianum orationis fluxum, utiq; puru, sum-
 pidum, uberem & amoenum? Quoties optauit, ut coelestis illi sapientia tales aliquem nan-
 cisceretur oratorem, qualis Cicero contigit uel causis forensibus, uel Graecorum explican-
 dae philosophiae, in quo sincera pietas animi, cum eloquendi uirtutibus paria faceret.
 Eum tu nobis si quis alius, ut praefare coepisti feliciter, ita constanter praestaturus uideris.
 Quod apostoli Christi mysteria impolitior uerborum tectorio nobis prodiderunt, pecu-
 liarem habet causam, nimirum ne quid tum eius laudis, quae tota numini debeatur, homi-
 num uiribus decideretur. Nunc alia est ratio. Nonnulli Theologiam immodico prophae-
 nae philosophiae admixtu, propemodum obruerunt, ac uerborum sordibus non nihil con-
 spurcarunt; tu sic aspergis subinde quaedam e philosophorum libris, ut ancillentur pietati
 non imperent, condiant non uitent, aut non obscurent. Sic adhibes felicissimam ora-
 tionis nitorem, ut ueluti morigera pedissequa seruiat religioni, nec sese ostendet, sed regi-
 nae suae maiestatem officio suo commendat. Quantum pietatis habent illae tuae frequen-
 tes apostrophae, nunc ad deum, nunc ad leges diuinas? Adhaec uehementer arrisit mira
 quaedam dexteritas in concinnandis uersiculis, quod tu facis tam molliter, ut non lino
 quod adiuunt lino connecti, sed naturali perpetuoq; fluxu sermo totus sibi cohaerere uideat-
 ur. super omnia uero me delectauit ista singularis ingenij tui sanitas, quae nihil usquam
 hiulcum, aut abruptum, aut inconcinnum, aut frustra repetitum, aut alieno loco positum
 resistere patitur. Haec nimirum sunt dotes animi puri, nullisque prauarum cupiditatum tu-
 multibus irrequieti, in qualibus coelestis ille spiritus gaudet uitam suam exercere. Quare
 praesul egregie non dubito quin alij qui largissimam Christi in te benignitatem rectius
 me respiciunt, sint tibi gratias uberiores acturi, ego certe meo nomine me tibi profiteor
 semperq; profitebor debere maximas. Decem Nestores optabat Agamemnon, nos arden-
 ter uobis uos decem Sadoletos optamus ecclesiae Christi. Nec desperamus id fore, neq;
 enim est abbreviata manus domini, nec in totum abiicit uiscera misericordiae, utcunq;
 nos ad tempus destituisse uideatur, quo suos electos redderet probatiores. Quod opella
 meam in psalmum LXXXV. non improbas, non minus amo candorem istum tuum sin-
 gularem, quam admiror incomparabilem eruditionem. Et antea mihi totus ibi displice-
 bam, uerum ubi meam inconditam balbutiem cum ista tua sacundissima sapientia con-
 fero, liberet ad laqueum confugere, nisi hoc essem ingenio, ut uoluptati sit in honestis atq;
 utilis a quam plurimis superari. Atq; utinam ea esset studiorum felicitas, ut Erasmus aut
 rigeretur Myrorum ultimus, aut cum Megarensibus nullo loco neq; numero haberetur.
 Nos si quid istiusmodi damus, alieno fere damus affectui, idq; obiter, uelut a grauioribus
 operis redintegrantes animi uigorem. Nemini procliu sit aestimare, quantum sudoris fu-
 erit in recognoscendis ac locupletandis Adagijs, quantum in emaculando Seneca, qui ma-
 gno mei nominis dedecore fuerat antea per indiligentes amicos me absente aeditus, quan-
 tum in Augustino, nunc in Chryostomo, quantum in uertendis Graecis, & in conferendis
 quae uertimus, quantum tedij in recognoscendis nostris, quae subinde reuocantur ad pre-
 ent a nobis amici. Imo ni-
 hil est tam sordidum, quod mihi non obrudat officina Frobeniana, nimirum familiariter
 abutens ingenij mei facilitate. Et hoc mihi uitium est maximum, cuius nec ipse mihi grati-
 am facere possum. Nihil patio, sed aborsu eijcio foetus ingenij omnes. Isti comentario que
 dignatus es legere, utx dati sunt dies septē, nec hi tamen toti, nec ab integro, sed a defatiga-
 to. Hic ex aut septē praela feruent, non licet uni uacare negotio. Etsi quid talium est libello-
 rum, fere incidit sub nudinarum tepus, quum in officina tumultus plena sunt omnia. Que
 res in causa est, ut multis fere mendis oblitiscant. Effugi quidem Basileam, sed me ue-
 lut umbra corpus sequuntur officinae negotia. Eoq; sum ingenio natus, ut agre quicquam
 amicis pernegare ualeam, quamquam hic animus iam pridē quiete optat, aetas ac ualendo
 etiam flagitat ocium. Pro tuo gemmeo libello mitto comentariolum in Psalmum XXXII
 uere quod abs te mouente didi esse. ~~...
 Eam tamen in se non
 desumpsit, sed a quodam ex aula Britannicae procibus designatus est. Citas ~~...
 huium
 quendam, cui primas in hoc genere tribuere uideris. Is haecenus mihi prorsus ~~...
 or-
 tu. Cuiuslibet habemus sed mutilum, quae arbitror ex Origenis comentarijs haussisse
 Mmm que~~~~~~~~

quæ nobis tradit, qui tamen mihi quum enarrarem Psal. LXXXV, nescio quo pacto non uenit in mentem, quem acinacium nec Pomeranus, non quod omnino fidam huiusmodi scriptoribus, sed quod sapienter quæuis occasio præster interdum ut fiat sapientior. Hieronymi commentarios in psalms opus habemus indigne contaminatos ab improbis, mo quopiam impostore, cuius nanie sunt & in eum psalmum tuum. Augustinus non indiligenter tractauit hanc prouinciã, nisi quod permulta dare cogitur auribus populi quæ in insituebat, occupato doctore; lectori non admodum necessaria, non nunquam & onerosa. In quosdam Psalms non scripsit commentarium, sed breuissima modo scholia, quod accidit in hoc Psalmo quem nunc mitto. Casiodorus maluit omnia scribere quomodocumque, quàm pauca exacte. Extant & Brunonis in psalms commentarioli, pietate uerius quàm eruditione comendabiles. Arnobii enarratio non nunquam ipso breuior est psalmo. Quin offitit interdum scripturienti tam uaria lectio, in hoc Psalmo præter Hieronymum & Augustini scholia nihil à quoquam mutuati sumus. In priore Psalmo quem nobis dedisti, uideo te non parum multa haulisse ex lucubrationibus Ambrosianis. Non semel rogatus sum quum ab alijs tum ab Anglorum rege, ut in omnes Psalms æderem commentarios, sed deterrebant me quum alia multa, dum illa duo potissimum, quod uiderè hoc argumentum uix posse pro dignitate tractari, nisi quis calleat Hebræorū literas, atque antiquitates, partim quod uerebar ne turba comentariorum obscuraretur sermo propheticus citius quàm illustraretur. Quis enim nō scripsit in Psalms? Et quinquagesimus ille in quo nobis primum dedisti specimen facundissimæ tuæ pictatis, à quo non contractatus est? Quanquam tu superiores omnes longo post te intervallo reliquisti. Porro quum ea sit tua autoritas, dignitas ac sanctitas, ut abs te æquo animo non solum amicam admonitionem, uerum & colaphum accipere possim: tamen præstaturus præcipuum amicitie officium, quanta uteris *relegat*, non alia lege tibi sumens admonenditius, nisi mihi id ex equo facias mutuum. Ego uero uir incomparabilis tales heroas suspicere soleo, non admonere. Displicere tibi uideretur, quod in scriptis meis taxem ordines, aut uiros dignitate præminentes: nisi tamen me fallit memoria, nam uerba tua tum in transcursu lecta, nō tibi exacte teneo: quid mihi exciderit alicubi nescio, certe nunquam fuit animus gentem iam aut ordinem scripto lædere: nisi forte lædit ordinem, qui monet ea quibus ordini suæ cuique paratur & augetur tum autoritas tum dignitas. Velut ordinis Theologici dignitas est, ut prætermittis frivolis argutatioibus diuinas literas sobrie tractent ac reuerenter, ut mores professioni respondeant. Monastici ordinis dignitas est, ut uere mortificatis affectibus humanis, declarent se sincera pietate uulgus antecedere. Principum dignitas est, ut quam longissime absint à tyrannide. Episcoporum dignitas, ut ad Christi & apostolorum uirtutes quàm proxime accedant. Hæc qui monet, taxans eos qui dedecorant professionem suam, adeo mea quidem sententia, non lædit ordinem, ut ordinis honori commodisque uehementer consulat. Ac ne quis quod in degeneres aliquot dictum est, rapiat in omnium contumeliam, frequenter obtestor lectorem, ne quod in malos paucos dicitur, existimet ad omnes pertinere. At in hoc fortasse pecco, quod id facio, uel nimium crebro, uel æquo uehementius.

multis

diuersum uertere. Id ni faciat, nihil uideo nisi crentos tumultu in *relegat*
 ferè & agricolæ aut Lutherisiant, aut odio sacerdotum inhiat ad uernem occasio
 iam Ecclesiastici cordatores non minus metuunt sibi à principibus ac militibus, quàm
 hereticis. Adde quod sub hoc Euangelij nomine latitât quidam deplorata malicia, &
 omne facinus parati homines. Duæ quædam res nonnullam præbent spem: una est, ge
 Caroli Caesaris mire felix: altera est, quod isti in dogmatibus, suis inter se dissentiunt.
 De me qui hic inter sacri & saxum sto, uiderit dominus. Nullū portum mihi tranquillum
 uideo, & corpusculum hoc non tantū senio fractū iam dudum abhorret a uertendo solo.
 Hoc uideo, quanta cautione, quanta dexterrate sermonem temperas, quoties mo
 narchas aut episcopos admones officij sui. Verū hoc est istius felicissimi ingenij peculia
 re donū: & quum sapiens ac moderata admonitio probum lectorem magnopere dele
 stat, tamen improbos & alium uitijs indormientes nō perinde excitat. Tamen hac in re
 plim prorsus esse tergiverfator, agnosco nonnullā culpam meam: abusus sum illius tran
 quillitate seculi, morem, & studijs & applausibus amicorū, & utinam liceret omnia ab in
 tro retexere. Non suspicor hominū ingenijs tantū morosæ teneritadinis inesse. Sed
 erim molior efficere, ne quæ ostendam, præsertim his operibus quæ tractat pietatis ac
 negotiū, tuæ moderationis exemplar mihi proponēs. Coniicio uero istos tū quo
 placidissimū ingenium tentasse suis querelis. Quo enim nō penetrant? Cuius non felici
 animum? Cuius aures non fatigant suis delationibus, plerumque uanissimis? Utinam
 Mmm 2 domi

dominus det illis mentem meliorem, ut mutatis in diuersum moribus praesent sese tales orbi, quales haberi uoluit. Verum ipse iam dudum de his nimium multa apud te. Illud uero sciat tua charitas, mihi tuam admonitionem aliquanto gratiore fuisse quam laudes tuas, etiam si non sum nescius utrunq; ab animo facere beneuoloz proficisci. Bene uale. Aliquot errata typographi notauit in scheda, de quibus tute statues quid fieri uelis. Friburgi

XIX

DOL

11

ERASMVVS ROT. ALFONSO VALDESIO S. D.
VDIO te subnotare cessatorem meam, quod uigilior factus & breuius scribam & rarius. Mihi sane non ingratum est, hac in parte meum officium abs te requiri. Nam & hoc argumentum est animi bene cupientis Erasmo. Sed illud meae fidei credas uigilior, nullum esse mortaliu cuius literas libentius accipiam quam tuas, nec ad quae uicinas deum libentius. ~~erum qui nihil esset, quod uel de ualitudine mea, uel de reru mearum condicione tibi uoluptati futurum scribere possem, puduit ista candidissimam indolem tuam inuidiosis queremonijs amplius offerare. Quae de re ante aliquando meis literis admonuerim, nescio, certe constitueram admonere. Proinde quum ex tuis scriptis intelligerem ac magnopere gaudere tibi propositum esse, in totum ab odiosis illis abstinere. Quod supererat quod ad te scribere, nisi te mihi tuo merito esse charissimum, meq; tibi officium plurimis maximisque nominibus obligatum esse, quod utriusq; nostrum perspectum est, quam ut ulla testificatione sit opus, Idem arbitror in causa fuisse, ut tuae quoque litterae huc uenerint, & multo rarius, & solito breuiiores, aliquanto etiam ut mihi quidem uisum est, languidiores. Mihi quoque fata trahunt retrahuntq; sequendum est. Tuum istud ingenium gratiarum domicilium, indignum est quod ab ulla inuidia molestiae cogaminetur. Ex illius nigri colloquio, de quo te literis admonueram, quid audieris facile diuino, nec tamen arbitror hinc quicquam tuae in me beneuolentiae decessisse. Quod si quid de meo in te animo dubitas, uerbulo duntaxat significa, quo genere officium quae tibi gratum facere, nisi id summa uoluntate, protinus aggrediar, nomen meum inter~~

inter homines ingratos scribito. Lucubrationem aliquam iam pridem tibi dicasset. hoc officij genere quidam delectantur, quidam offenduntur, idque nonnunquam in charissimis ob id non praesto, ne quid illis consem inuidia. Quid faciam? Pecuniam non recipis, ut quod debetur offerenti, tu duplum offeras. Mittam libros? Nihil enim quod agis istam fabulam plusquam motoriam. Commendatione mea te reges: quod mihi quidem pericundum est, & tuo merito fieri gaudeo. Nec addo, quin tui mores, Caesarisq; fauor sint aliquando te ad summam dignitatem prouecturum. Quis quid agatur in aula, nec secretariorum scribere, nec mei candoris ex his uell cognoscere. Super est igitur Alphonse charissime, ut aut mihi credas me eo esse in animo: quod esse gratum hominem, & optime meritum: aut tu mihi suppedites occasionem, qua in te animi periculum faciam. Haec scripsi in certis, an haec epistola sit ad te peruentura. Pro tuo in Liuinum meum fauore gratiam habeo. Nos apostemate rupto meliuscule ualemus, gratia Christo. Aestas nobis in senilis, hyeme non nihil abortiuimus, praeter cetera uero sex libros apophthegmatum, & commentariolum in psalmum xxxiii. Hoc fuit a morbo paulatim reualecentis praeludium, tunc accingimur ad grauiora, tantum ut liceat uidere Germaniam a bellis quietam. Bene uale amicorum fidissime. Datum apud Friburgum Brisgoiae, Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. NICOLAO MALLARIO S. D.

AE TV mihi Mallari doctissime Comico tragœdiam non tam legendam exhibuisti, quam spectandam. Sub oculos posuisti: quae quidem ut mihi geminam peperit uoluptatem, ita dolorem quoque duplicem conciliauit. Primum enim delectauit animum meum epistola tua tam copiosa, uerbis optimis ad fabricata, Graecae uocum emblematis subinde praefigurata, postremo lepidissimis salibus hilaritate animi tui declarans: quare factum est, ut ipse, quoque iuxta Pauli praecceptum, cum amico gaudente gauderem, & cum ridente frontem exporrigem. Deinde magna sum affectus laetitia, quod Christus Opt. Max. ueluti de machina apparens laetum exitum addiderit turbulenti fabulae. Rursus indoluit, quod quum ex meo colloquio nihil aut minimum fructus retuleris: tum enim coeperat adrepere morbus, alioquin nec alias in eius congressibus admodum officioso, idque propter occupationes ac uelutudine potius quam ob naturae uicium: tamen ea res tibi tantum constauerit inuidiae, cum singularis ingenij candor illud promerebatur, ut nullis excetrae sibilis afflaretur unquam. Nam de me leue detrimentum est, & his fatis natus sum, ut bene faciens male audiam, non oportet ~~theophrastus~~. Vixit, uidetque nos noster agonotheses, unde braueum expectamus, si gnaueris certauerimus. Quod tibi ista contumelia ob Christi nomen fuisse illata, non solum non deplorarem uicem tuam, uerum etiam inter beatos ponerem nomen Mallarij. Nunc si quid mea causa molesti accidat candidis amicis, acerbis uero, quae atroces in meum ipsius capus debacchationes, illud tamen mihi longe grauius dolet, quod istorum imperijs, & publica illorum, qui in probetis ~~etiam~~

Vix nostra phalanx sur-
 uanet hostium confuratorum impressionem, ni Adrianus tum Cardinalis, postea Ro-
 manus Pontifex hoc reddisset oraculum: Bonas literas non damno, haereses & schisma
 ta damno. Sed apud nos indies mitescit haec inuidia, summamque in spem uocor, sicut ex
 cellentissimi Regis Francisci felicibus auspicijs adeo consulescant coaxantes ranae, ut de-
 mo Theologorum ordine dignus habeatur, qui rudis sit linguarum. Certe ante anno
 non ita multos Hermannus Letmannus Barauus, aut si mauis, Flolandus, harum litera-
 rum accessione non nihil etiam commedatus fuit, ad hoc, ut in distributione laurae Theo-
 logicæ primas sortiretur. Arbitror hominem tibi notum esse. Proinde perquam lubens
 spectauit te in tuis literis iuueniliter stomachatem: hinc enim perspexi quam ex animo fa-
 ueas huic studiorum generi: sed spero fore propediem, ut istos tenebriones contemptu in-
 dices digniores, quam in Macho tuo. Quin & nunc sic eluxit linguarum fulgor, ut ma-
 gis opere pretium sit, flagrantis iam & inflammatae iuuentutis studia prouehere, quam
 cum rabulis male feratis rixari. Quod tibi esse quosdam qui sibi bonam felicitatis par-
 tem deesse iudicant, quod Erasmus non uiderint, quum corporis effigiem aere susam ex-
 osculentur, eaque conspecta ad studiorum amorem inflammantur, puto non omnino uanitas
 esse: quanquam tu consolandi mei gratia rem, ni fallor, uerbis amplificas. Sed ne possina
 istiusmodi fauoribus insolescere, facit quorundam diuersus affectus. Dicam enim quod
 rideas. Est quidam doctor Constantiensis, qui mei effigiem in charta impressam habet in
 conclaui suo, non ob aliud nisi ut quum inambulat, quoties eam praeterit conspuat: perco-
 tantibus odij causam, respondet se mihi acceptum ferre hoc calamitosum seculum. Antea
 uolens nolens eram Lutheranus. Hoc telo de manibus excusso, quaerunt aliud: aiunt me
 dedisse gradum secliarum autoribus. Hoc argumentum serio rursus tractauit Albertus
 Pius, cuius ingens uolumen excudit Badus, quum opus ut audio non sit Alberti, sed per
 multas operas conductitias conflatum: nec minimum contulerunt Franciscani Parisien-
 ses: ~~hinc enim quendam insigniter inperuoboy Petrum Cornuensem. Ipse Pius remfer-~~
 cit oppido quam ingeniosam, infixit aculeum ac sese proripuit. Decessit enim multis an-
 te diebus, quam Badus opus absoluisset. Dicebatur Carpenlis, & quanquam ditio-
 nis Carpi erat Carpenlis, post a carpendi libidine. Atque ut intelligas illum non si-
 ne causa dictum Pium, triennio quum moreretur, induit amictum diui Francisci, in ea ue-
 ste Franciscanorum humis deportatus est solenni pompa per uias, facie, manibus & pe-
 dibus nudatis, & in monasterio sepultus. Non insector religiosum hominis affectum:
 uulgatum est hoc apud Italos: sed denotat patres, illos, quum non ignorent cuiusmodi
 sit hoc seculum, etiam modo egremiis, ne uicam superstitionibus, irritare in se orbis inui-
 diam, plus satis iam flagrantem suapte sponit. Sed Alberti manibus preceor lucem & quite-
 tem. Opus nondum uidi. Sento quosdam paricidalibus odijs in me ferri, non Luterae
 tantum, sed in Germania quoque: qui simul atque comperissent Caesaris animi in hoc obfirma-
 tum esse, ut secliarum dissidijs Germaniam liberaret, protinus priuatim ac publice utrius-
 euomere coeperunt in Erasmus. Longa est fabula, sed parte eius e lechedis quas mihi co-
 gnoscas. Varia sunt martyriorum genera, innumerabiles suppliciorum forme, sexcentarum
 mortium species. Ego fortasse cum diuo Cassiano uidebor conferendus, quem accipimus
 stilis grapharijs a suis discipulis fuisse consolium. Sed quanto crudeliora patitur Erasmus,
 qui tot annos innumerabilium hominum linguis & stilis confusus usque ad uitalia, uiuit
 adhuc in tormentis, & sentit totus, nec datur morte finire dolorem? Verum omittis iocis
 ad tuam epistolam redeo: Quid audio? Lutheranus dicis es quod inuiferis Erasmus?
 Mmm 4 Ae

At quotquot sunt eius sectæ, si quem senserint me petere, dicere solent, caue tibi ab illo, in
 fiet te si conueneris hominẽ, hostis est acerrimus Euãgelij. Quid istud monstrum? Illi
 quod, ut prudẽtissime scribis, nec legunt nostra, nec scire cupiunt, quid agamus. Tantum
 quod in cõuuijs sodalium audierunt uociferantur. & Antabatarum more clausis oculis
 gladium uentilant. Iam fingant me sentisse cum his quos isti ducunt pro hæreticis; quanto
 Christianus erat, suspitionẽ in eam partẽ esse pronam, ut crederent te hoc animo Erasmi
 colloquium exoptasse, quo eum in uiam reduceres. Quantum igitur isti absunt ab Euãge
 lio, quæ non suspicatur, nec cogitat malũ. Quid dicerent si istuc commigrare,
 tibi; domestica conuenerit. Quod tantum laudũ in malorũ summe
 Mallari doctissime, non expectabis à me mutuũ, non quod nõ paria tu atq; etiã in
 promerearis, sed quod nec ego agnoscam quæ mihi tribuis, nec tua modestia uideatur tali
 bus encomijs oneranda. Demiror quo consilio mutos magistros ad percipiendam Græci
 sermonis scientiam adhibere malueris, quum Gallia tam multis abundet Græce peritis,
 & uia uox ut habet suam peculiarem uim, ita dimidium laboris adimit discenti. Vehe
 menter autem laudo quod uertendis Græcis de te ipso periculũ facis, quãtum in utriusq;
 linguæ facultate profeceris. Sed ista quoq; meditatio succedet felicius, si uersionis tuæ cõ
 forem adhibueris, aut tuam uersionem cum aliorum translatione contuleris. Quod per
 contaris num Chryostomi monachus ab alio quopiam latinus sit factus, uideo te uirum
 esse minime curiosum, quid rerum gerant alij. Nam monachus ille in quo scribis te tyroci
 nij tui spectamen ædidisse, iam ante sex annos prostar uersus. Eundem
 meo suasu uertit Germanus Brixius, sed quoniam ille Callipidem egit, seroq; misit quod
 uerterat, quũ totus exiret Chryostomus, ad editionẽ recepimus. Rursus
 idem opusculum in Anglia uertit Vergilius Polydorus satis feliciter, mihi dicatum. Ex
 cufum est autem Lutetia. Si qui uero nancisci Brixianam additionẽ, ad te mittam, ut tuam
 possis cum triplici uersione conferre. Rumorem retractationis hinc opinor natũ, quod
 libri quo monachis Hispaniensibus respondeo, posteriori additioni subieci loca quadã ex
 aliquot meis lucubrationibus emendata, quæ uel ipse deprehendit, uel amici suggererunt.
 Verum hic dum amicis fido, quædã dum emendare conor deprauaui. Is liber prodijt An
 no M. D. XXXIX. mittam si quem nactus ero qui nõ recuset sarcinulam. Neq; uero pude
 ret pigeret ue idem in uniuersas meas lucubrationes faceres, si quam uiderem rationẽ qua
 liceret omnibus omnium offensionibus mederi. Nunc quod alijs uidetur maxime piũ,
 alijs uidetur impiũ, Sequar scholasticorum placitorũ gnomones. Ipsi inter se dissident.
 Quosdam autem offendit quicquid alijs uerbis dictum est, quàm ipsi loquuntur in scholis.
 Quibus si uelim morem gerere, bis frangebũt omnia, partim quod pleraq; scholæ dogmata
 sunt eius generis, ut etiam si nitantur indubitata ueritate, tamen extra scholam non habeat
 gratiam, partim quod impunitas orationis rebus etiam per se gratiosis detrahat gratiam.
 Iam qui istis faciam, qui sibi uidentur callere Latine quum nesciant. Quid illis, qui quo
 niam ad lectionem adferunt inimicum animum, omnia detorqueat ad calumniam? Aliud
 male sonat, aliud est suspectum, aliud est affine. Turbulentum error, aliud est offen
 suum piarum aurium, aliud est parum reuerenter, aliud parum circumspecte dictum.
 Si quid eiusmodi uideatur, ut offendere possit Principum aut Pontificũ animos, schisma
 ticũ est. Quasi per se non sit ulcerosis odiosa ueritas. Deniq; quid facias his qui mea non
 legunt? Atqui ea maxima turba est, nec ulli uoluerantur improbus. In tanta sententia
 rum uarietate, in tam furdis clamoribus quæ me tubas sequit? Certe hæc mihi mens est,
 ut si quid uel ipse deprehenderem in libris, uel alius commonstraret, quod uere pugna
 ret cum indubitata ueritate fidei Catholice, mox iugularem. Quidam e tuo sodalitiõ
 damnauit quod in Colloquio cui titulus Inquisitiõ, scripsi patrem autorem esse omnium,
 complectens etiam duas personas diuinas. Sed ille putat autorem nihil aliud esse quàm
 factorem, quum autor dicatur frequenter fons & princeps negocij, autoritas principium
 & origo prima. Eas uoces sic frequenter usurpat diuus Hilarius, proinde si Latine cal
 uissit, nihilo magis offendisset autor omnium, quàm principium omnium. Rixandi, ca
 lumniandiq; nullus est finis. Hic nobis toties occinũtur Augustini retractationes. Atqui
 retractatio nihil aliud est quàm recognitiõ. Neq; enim eo titulo profitetur se castigationẽ
 errorum suorum, sed catalogũ & recensioẽ operum suorum texere, ac singulorum uelut
 argumenta

argumenta, eõ spectans, ne quid lucubrationum ipsius intercideret, aut alteri tribueretur
 quod ipsius esset, aut ipsi tribueretur quod esset alterius. Verum obiter quedam sua repre
 hẽdit, fateor, sed leuicular ueluti quod alicubi sit usus uocabulo fortunæ, quod lapsus sit in
 nomine medici. At plura defendit, quæ non tam inuicem. ~~quæ non tam inuicem. Quæ non tam inuicem. Quæ non tam inuicem.~~
 Proinde frustra tãtopere tactatur hoc exemplum Augustini. Quis magis ingenue
 corrigauit sua, quàm ego? Quoties recognoui mea Prouerbia? Quoties Nouum testamẽ
 tum? Quod opus rursus excuditur, in quo non corrigam aliquid? Idem ante annum sepa
 ratim etiam feci, præsertim in his operibus quæ credebam me uiuo non iterum ædenda.
 Itaq; quod hortaris ultro currentem uir amicissime, pro tua quidẽ sollicitudine debeo gra
 tiam, sed officiosius faceres, si cõmonstrares quæ merito sint emendanda. Nã hæreseõ
 errorumq; mentione plena sunt omnia. Non dubito quin tibi sit animus integer, si modo
 uacaret nostra legere. Ut redeam ad Græcos, si tibi non est cui tua præbeas examinanda,
 superest hoc exercitationis genus, uerte quiddam à docto quopiam uersum, sed illius uer
 sione nõ inspecta; ubi præsteris quod potes, tum confer utriusq; translationẽ cum Græ
 cis, senties hinc fructum haud poenitendum. Arbitror Græcum Chryostomum tam pro
 disse ex officina Veronensi. In uertendo præcipuam laudem obtinet Theodorus Gaza.
 Summus artifex est Angelus Politianus. Mihi in uertendo semper placuit fidelis & eru
 dita simplicitas, præsertim in hagiographis. Budæus uicinior est Politiano. Opinor me re
 spõdisse ad omnes epistolæ tuæ partes, fortasse breuius quàm tu uelles. Sed hic certe ue
 niam dabis, si cogitaris me post absolutos libros, hoc ludo relaxasse delassatũ ingenium,
 ut eodem tempore scriberem epistolas p. m. nonaginta, quarum aliquot sunt hæc duabus
 paginis longiores. Pro epigrammate habeo gratiam, sed aliud dicis Latine, aliud Græce.
 Nam Græce loquens non uis me prius liberari a rabulis, quàm mortem oppetam, iam an
 streperus pro obstreperus inueniatur addubito: particula αὐ non uideo quid agas, nisi
 quod explet hiatus metri, dicere poteras ἐξ ἡμῶν ἀνομιῶν. Sed nimis abutor humanitate
 tua Mallari charissime, opto te quàm rectissime ualere. Datũ apud Friburgum Brisgoiæ,
 quinto Calend. April. Anno à Christo nato M. D. XXXI. Habes epistolã ἀπολογητικὴν
 ἡδὲ ἀπερτυπωμένην. uix enim uacauit scriptam recognoscere. Sed suspicabar hoc sic amanti fo
 re gratius, si scriptum acciperes ipsi situr ac dispoñtionibus referens notas animi ex te
 pore simpliciter ac sine furo apud amicum sese proferentis.

ERASMVS ROT. ANTONIO DALBONO ABBATI S.

I TAM facile montes & ualles transmitterent corpora, quàm transuolano
 animi, iam dudum Erasmus haberet hospitem in sula Barbara, meo iudicio
 dignior quæ uariis dicatur. Sed præter itineris longitudinem deterruit me
 Mallarius proluxa epistola, qua longam textit fabulam de tumultu quem
 quidam excitat in absentem, quod diceretur exoptisse colloquũ
 Erasmi. Quid facerent, si isthuc cõmigrassem, uiderentq; nos arcta familiaritate uinctos?
 Miseret me profecto talium ingeniorum. Sed hæc de re copiosius respondi Mallario communi amico. Abunde malorum hic erat, etiam si nihil ac
 cederet. Iam pridẽ infestat nos pestilentia, quæ definire nescit. Summa rerũ caritas crescit
 indies. Quid sit sequuturum, nouit deus, mihi nequaquã placent auguria. Et tamẽ incom
 modum est huic corpusculo mutare nidum, ut iam maxime tutum sit. Narrant Turcam
 adornare treis exercitus, quorum uno incurrat in Austriam aduersus Ferdinãdum, altero
 in Poloniam, cui iam olim minitatur, tertio Neapolim. Dura sunt hæc, tamen hæc quoq; puto leuioia, quàm sit ora Germania &
 huic finitimæ regiones mutuis cædibus misceatur. Dices sauum esse morbum, nec posse
 curari uulgaribus remedijs. At ego odi remedia morbo grauiora. Si ferro res agetur, ma
 xima calamitatum portio recidet in immerentes, & sub prætextu defendendæ pietatis
 mundus implebitur latrocinijs. Hispaniæ multos alunt occultos Iudæos; Germaniæ plu
 rimos

rimos habent. & natura propensos, & bellis exercitatos ad latrocinium. Tota hæc collu-
 uies exundabit primùm in Germaniam, mox in reliquum orbem. Nesciunt enim arma po-
 nere quibus semel tradita sunt. Iam semel atq; iterùm dedere sui specimen. Romæ atq; Vien-
 næ. Quibus nunquam habebat. Sic enim posuerunt, ut quæ nunc habet. Is pro sua pietate æ-
 reliquos in sedem Romæ obseruauit, uidentur facturus, qui equid præcipit. Quæ
 mensura est? Cetera rebus humanis, scilicet, Christi. Multis tunc
 parentes, ita multis ethnicis uilum est non esse phas in patriam utcumq; meritam
 stringere. Themistocles & Aristides per inuidiam exules, magno tamen adiumento iure
 patriæ. Lacedæmonius ille rex præter meritum exul, ne queri quidem de patria sustinuit.
 Coriolanus iustissimum dolorem, matris autoritati submisit. At uereor ne nobis qui præ-
 cipites agitur cupiditate uindictæ, eueniat quod euenit equo, qui tergo sefforem, ore fre-
 num recepit, dum certum ulciscitur. *eis diuinos æpis* & *ἀμύνεδαι πῶδι πᾶτρως*, ait Hector Ho-
 mericus: at hoc rerum statu mihi uidetur *eis diuinos æpis*, & *ἄπειρας θεῶν ἰλάσκειν*. Sed hoc
 quod omnium est caput cum primis negligitur. Vnde enim sub optimis principibus tan-
 tum in orbe Christiano malorum, nisi à deo nostris irato sceleribus? Quædo unquam ue-
 stra Gallia grauiorem accepit plagam? Bene habet quod eam tempestatem excepit fere-
 nitas. Quis unquam uidit afflictiosem Italiam? quæ multis annis uereor ut recuperet ui-
 gorem pristinum, in quo nos quondam illam uidimus. Quid nunc Germania turbulētius?
 quid miserabilius, si incidant quæ uidentur impendere? Iam ut parcius bibatur, ut minus
 sit luxus in conuiujs ac uestitu, ut clerici uerticem habeant latus rasum, ut ueste ad ralos
 demittant, ut soli dormiant, facile præscribi potest ab hominibus: sed omnium bonarum actio-
 num fontem solus deus purgare ualet, & faciet, si nos sincera plenaq; fiducia ad illius mi-
 sericordiam confugerimus. Ille exoratus dabit ecclesiæ primatibus animam omnia mundi
 commoda Christi gloriæ posthabentem. Dabit principibus mentem, & opibus, & glorijs, &
 uindictam, & omnibus humanis cupiditatibus superiorē, dabit sapientiam cœlestem, uniuersam
 terrenam malitiam superantem, dabit sacerdotibus ac monachis uerum mundi contemp-
 tum, & scripturarum amorem, dabit magistratibus & populo timorem sui. Finem philo-
 sophandi faciam, si restatus fuero, me pro his quæ defers, nihil minus debere tibi, quam si
 fuisset usus. Opto tuam pietatē cum omnibus illi charis quam optime ualere. Apud Fri-
 burgum Brisgoiæ, Anno à Christo nato M. D. XXXI. Calend. Aprilibus.

ERASMVVS ROT. PETRO MORNVEO ABBATI S. VLPITII S.

TINAM quemadmodum hic temporū status multis nominibus protrudit
 ad emigrandum, ita sterneret mihi commodam uiam ad tam amabilem hospiti-
 um. Sed deterret itineris tum longitudo, tum incōmoditas, & hoc corpuscu-
 lum iam desijt ad omnem profectioem esse accommodū, utcumq; uiget ani-
 mus. Sed testudinis *φειροικας* fortem agnosco, domicilium quod circumfero
 ratur hospitem, indies etiam ruinam minitans. Compluribus argumentis mihi com-
 mendas tuam Sabaudiam, tamen mihi non prorsus ignotam. Olim enim Lutetia per
 Lugdunum petens Italiam, bonam illius partem uidi. Apud Taurinorum Augustam cō-
 morari sumus, aliquando in *ἐπιπέδα* obrogatis humanitas. Sed inter omnia regionis cō-
 moda, quæ commemorat, uilissimæ me sollicitas occupat, tam candidus tam amicus
 animus. Spero autem si Germania bellis intestinis collidi cœperit, uestram regionē fore
 quietam: quæquā audio nescio quid cōtrouersia uobis fuisse cum Bernatibus, id arbitror
 esse consopitum. Triste porro fatum narras Rolandi Caroli magni nepotis, qui siti perie-
 rit in Hispanijs. *λίμω δ' οὐκ εἶσεν θανάτῳ καὶ πόντῳ ὕδρατων*, inquit Homerus, quando uideo
 te libenter *ἐκλυίρειν*. At medici censent longe cruciabilius, mori siti. Sed Rolando Hispan-
 ia alibi fuit. Sic enim appellat beatus Paulus. Delectauit me Castoris & Pollu-
 cis mentio. Castor, inquit Horatius, gaudet equis, ouo prognatus eodem pugnis. Hæc
 me olim equitandi studio fuisse captum, *ὅτι τῶν ἰπποποφείων* mihi fuisse luculento damno,
 sed iam pridem Castor esse desijt. An tu etiamnum Pollucem agas nescio, nam aliquando te
 strenuum egisse pugilem ex tua ipsius narratione cognoui, quum Basileæ familiariter in-
 ter nos miseremus tabulas. Sed ut idem narrat Horatius, ob dissimile studiū, geminorum
 gratia

gratia fratrum propè dissilij: nos porò communis literarum amor arctius iunget, quàm
 Castorem & Pollucem iunxit inde ouum, modo liceat istucuscq; prorepere. Id si minus
 licebit corpore, certe animus subinde ad uos transuolabit. Mihi cum paucis uiuendū est,
 si uelim uiuere, adeo tenera est ualetudo. Inter *ἀναλαβήτους* uestros, ut tu uocas, licebit
 utcumq; balbutire: hic planè mutus sum, nec intelligo quenquam, nec intelligor ulli. Cum
 aulis mihi nihil conuenit. Quid autem dicas aulam planè Gallicam, nondū intelligo, sen-
 tis opinor comem & humanam, sed Germani nostri secus interpretarentur. Verū omnis
 iocis, gratificum est quod offers & te ipsum & tua omnia citra exceptionem. Sed ut
 gratiarum, iam pridem in are meo es, licet ego magis etiam in tuo. Fortunas autē tuas nō
 admodum grauabo. Contigit enim mihi fors animo par, inter *πλοῦτον* & *εὐψυχίαν* media.
 Dedimus hac hyeme sex Apophthegmatum libros, & Commentarium in psalmum 33.
 Præfati sumus in Aristotelem Græce excusum, multo quàm antea emēdatius, quem iam
 paruo sibi quibus parare poterit. Præfati sumus & in Titum Latiū, auctum quinq; libris
 qui nunquam antehac prodierunt, præter innumeratas epistolas. Tāum horti nostri por-
 rigunt hybernis mensibus: Quid faceret æstiuis? Sed ingeniorū æstas semel elapsa nun-
 quam redit. Cetera coram, si tēporum ratio sic suaserit, & ualetudo permiserit. Bene uale.
 Datum apud Friburgum Brisgoiæ postrid. Calend. Aprilis. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROTEROD. ANTONIO FVGGERO S. D.

VVM animum istum tuum tam amice amicū contemtor uir ornatissime,
 quum reputo quod in me nihil promeritum beneficijs beneficia cumulas,
 postremo quod homo prædiues ad fortunarum consortium inuitas: partina
 mihi uideor egregie felix, cui talis patronus & amicus diuinitus obtigerit:
 partim rubore suffundor, atq; etiam animo discrucior, quum excussis omni-
 bus meis facultatibus, nihil reperio quo tecum paria facere queam. Quid autem dixi pa-
 ria? quo saltem grati debitoris propensam uoluntatem declarem. Proinde Ioanni Chole-
 ro communi amico pristinam amicitiam renunciaui, ni mihi bona fide suggerat occasio-
 nem declarandi quanti faciam istud peccus tor gratiarum muneribus exornatum. Magnæ
 diuitiæ solent possessori cōciliare fastum & supercilium. At quem inuenire est ex medio-
 cris census grege, cui par sit morum comitas, facilitas ac uerecundia? Solent opes sui sitim
 excitare, uelut hydrops quidam. Tu contrā quod ulro in te effundit numinis benignitas,
 alijs potius habere uideris quàm tibi, uere diuitiarum dominus, ut in quem illæ nihil turis
 habent, sed tibi tuo arbitratu seruiunt. Beatus Rhenanus homo insigniter eruditus in ep-
 stola quadam ad D. Philippum Puchaimerum sic depinxit aedes tuas, quas Polyphemus
 mihi parum rhetorice commendauit, ut si eas fuisset omni ex parte contemplatus, non
 fuerim uisurus amplius. Sed quanta felicitate me spoliat horum temporū iniquitas? Vti-
 nam propiciū aliquod numen ciuiles tumultus arceat à Germania. Sed ubicunq; loco-
 rum fata uolent esse Erasmus, ibi scito futurum Antonij Fuggeri, totiusq; nominis Fug-
 gerici studiosissimum. Pro lagena uini quam per alium aurigam misisti, per eundem qui
 attulit gratias egi. Sed quoniam & ille utrem reddidit nihilo pleniorē quàm reddiderat
 Polyphemus, eaq; de re questus est famulus, fieri potuit, ut epistolam ad te meā suppres-
 serit, metuens ne per illam proderetur. Hoc eō scribo quod uideam Cholero anxium,
 ne uinum posterius missum non sit redditum. Cetera uasa erant plena. Si quid tale mite-
 rendum esset, uasi fideli beneq; picato oporteret committere, addendus esset fucus, quasi
 ad alium magnæ autoritatis uirum mitteretur. Quum audiunt ad Erasmus hospitem,
 putant obiectam prædam absq; periculo. Bene uale. Datum Friburgi pridie Non. Aprie-
 lis, Milleesimo quingentesimo trigesimo primo.

ERASMVVS ROTERODAMVS CVIDAM THEOLOGO S.

BSOLVTISIME magister noster, Quirinus famulus meus huc reuer-
 sus, retulit te in conuiuio dixisse, quædam esse in libris meis, quæ nullo pacto
 possent ab hæresi excusari. Fieri potest, ut ille nō satis intellexerit quid dixe-
 ris: & fieri potest, ut imprudente me tale quiddam sit in scriptis meis, quum
 eiusmodi nonnulla reperiantur in scriptis Hieronymi, Ambrosij, & Augusti-
 ni. Verū ego sum in hac sententia, ut existimē in scriptis meis nihil esse, quod proprie dici
 possit hæreticū, si absit disputandi calumniandiq; studiū. De cæteris lapsibus qui solent
 hominibus

hominibus obrepere, nunc nō ago. Quare rem mihi sum mopere gratā facies, si tale quid-
dam ostenderit: ostensum protinus à me iugulabitur. Odi hæresim ut si quis alius. Audio
enim te uirum esse ciuilem & æquum, ac Beddæ dissimillimum, qui mihi rabie uidetur nō
iudicare, precor illi sanam mentem. Vter autem nostrum acrius retundat uires secliarum,
uel illo argumento apparet, quod neminem uehemētius oderunt quàm me, neq; quenq;
frequentius lapidant aculeatis libellis, quum Beddæ nemo succentat. Et hæc Erasmus au-
det in Germania, non sine summo discrimine & fortunarū & capitis. Neq; enim libellis
tantum res agitur, sed criminationibus periculosis, & clancularijs insidijs. Enorant è libris
meis, si quid irritare possit in me ciuitates, populum aut principes. Aedunt odiosa quædā
sine nomine, & subornant qui suspicionem in me deriuent. Latitāt enim sub Euangelij no-
mine quidam artifices moribus non admodum Euangelicis. Basileam non reliqui, donec
esset aliqua spes rem posse ad saniora referri consilia. Hæc si nossent Theologi quidā, sal-
tem hunc hominem aliquo fauore dignum iudicarent. Dominus te prosperet in omnibus.
Rescribe per hunc si molestum non est. Est enim Ottomarus Lusitanus huius urbis pri-
marius ecclesiastes, nec à linguis ac musis alienus, in hoc mei fati, quod ut ille Augusta, ita
ego Basilea profugi, ne uideremus quæ dolerent oculis.

ERASMVVS ROT. BERNARDO BOERIO SVO S. D.

I quid omnino mihi credis, hoc tibi persuadeas uelim Bernarde suauiissime,
quum ex omnibus mundi plagis fasciculatim adferantur literæ, multis retro
mensibus nullas uenisse tuis gratiores, quas Idibus Martij M. D. XXX. ad
me dedisti, adeo ut quum id temporis alui torminibus tantum non exanima-
tus essem, epistola tua lecta reuixerim, adeo mihi iucunda fuit pristini conui-

uius nostri recordatio: sed multo iucundius fuit, quod intellerem eam eruditionis semē-
tem, quam nos Bononiæ in puerilis ingenij nouale iecimus, ad luculentā maturamq; fru-
gem peruenisse. Alioquin nonnihil uerebar, ne quod pleriq; solet usu uentre, opes, Roma-
næ delitiæ, dignitas, & huius comites prophanæ curæ, mentē tuam à philologiæ cōtuber-
nio distraherēt. Hanc sollicitudinem ab amore tui profectam inanem fuisse & per te mihi
penitus ademptā gaudeo. Nam rarum quoddam acumē in literis tuis, sensus arguti, nec
ē tritio desumpti, schematum gratia, uerborum delectus abunde testabatur te in musarū
hortis uersari. Super omnia tamen me delectauit ista tua in me pietas, quam mirificā quæ-
dam undiq; tota spirat epistola. Nam uera uiuidaq; sit oportet, quam tā ingens temporū
ac locorum interuallum, tamq; diutina corporum seiunctio & consuetudinis intermissio
non potuit uel tantillo reddere languidiorem, sed ut apparet, reddidit flagrantiorē. Pro-
inde subscriptionis illius quæ tibi scrupulum iniecit, me mi Bernarde nō poenitet, ut quæ
te excitarit, ut euidētius exprimeres amoris erga me tui magnitudinē: qui si in adolescen-
te per tot occasiones, quas commemorauī, refraxisset, nihil alienum ab hominū moribus,
aut rarum nouum ue accidisset. Eoq; uoluptatem uberiolem cepi, posteaquā intellexi no-
stri memoriā non solū nō abolitā ex animo tuo, uerū etiā uenerabilē, ac sacrosanciam esse.
Sic enim scribis, & credo. Nisi enim ex animo scriberes, nō scriberes tam ardentē. Porro
nomen Erasmi uobis pro hedera fuisse, magnamq; apud omnes eruditionis opinionē cō-
ciliaffe, utinam tam sit uerum quàm amanter abs te scriptum est. Debemus hoc illi, quē tu
scarabei nomine signas, non solum quod maturius uos reliquerim, sed etiā quod postre-
consuetudinis iucunditas, multa aloe fuerit temerata, ut ni me fides retinisset in officio,
ne uiuam, si talento magno perpelli potuissē ad menstruam eius monstrī patientiam. Sæ-
penuero miratus sum patri uiro prudenti tam læuum fuisse hac in parte animum, ut eī
crederet charissima pignora, qui uix idoneus erat curandis porcis, imō qui ob mentis im-
potentiam uere curatoris egeret. Sed hæc est rerum humanarū infelicitas. Me hinc quum
multæ res protrudunt, tum in Italiam inuitant plurimæ: sed hoc corpusculū nullis iam it-
neribus accommodum est: conditiones nihil moror, paratum est quod meæ frugalitati sa-
tis est: tantum contingat tranquilla sedes, quam hoc fatali rerum humanarū tumultu in-
uenire perdifficile est, presertim Erasmo, inuidiosæ famę graui sarcina onusto, quam uelit
nolūt quocunq; terrarum sese receperit, secum circumfert, etiā si Constantinopolim pro-
ficiscatur. Atq; ut nusquam non habeo qui mihi bene uelint, ita nusquā absunt secus affe-
cti. Sed plerūq; plus ualet malorum improbitas, quàm bonorum fauor. Quam aliuixerim
Germaniæ

Germaniæ nescio, certe illa mihi multas offudit nebulas ac tempestates. Delectatus
men sum ista tua collatione solis, omnibus mundi plagis circumferens, in eam impar-
tienti, non quod esset apta, sed quod ingentior. Quia totum hoc argumentum uarijs ar-
guitisq; rationibus abs te declamatū me uehemēter delectauit. At hic rumor est, imō non
rumor est, sed publicum præconium, Turcam totis regni uiribus inuadere Germaniā,
decertaturum de rerū summa, utrū Carolus futurus sit totius orbis monarcha, an Turca.
Mundus enim duos soles diutius ferre non potest. Quod si sit, nescio an uos sitis abfutu-
ri à periculo. Illud uehemēter sum admiratus, in tota epistola tua nullam esse Ioannis
Boerij fratris tui mentionē. Quod si concessit in fatā, doleo: sin parum (quod absit) inter
uos conuenit, magis etiam doleo. Pergratum facies, si hunc scrupulum animo meo exe-
meris, simulq; scire cupio quid agat optima matrona Iulia mater, quid Vincentius confo-
brinus. Audieram ordinem militum S. Petri quē Leo instituerat, ab Adriano sexto sub-
latum: & tamen eum titulum adhuc tua habet epistola, unde conijcio rumorem cum fuis-
se uanum. Bene uale Boeri charissime, & si fata pertinaciter negabunt propiore con-
suetudinem, certe mutuis epistolis inter nos confabulari licebit. Quicquid miseris ad He-
ronymum Frobenium Basileam, ad me tuto perferetur. Apud Friburgum Brisgoæ, ter-
tio Idus April. Anno. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. LIVINO AMMONIO CARTVSIANO S.

πότε σωπαρέθη, φενικός τὸ ἔπος τῶν ἀλαφύλων. ἢ ταύτη μὲν ἀλαστοκότης ἔχει βρασι...
Re enim te sagaciter subodoratū longiore illa epistola ad me pridē missa declarasti. Nūc
quum serenitatē alyones aduexerint, sintq; nostrorū omniū animi sedatiores facti, ama-
bo te Erasme, si qua forte offensiuncula facta est animi tui, & te quoq; ad leni-
tatē ut des, Tusanoq; uel propter summā istam humanitatē, uel honoris mei causa, in pri-
stinā istam amicitiam receptū praebeas, πάντα τὰ ἐκείνη ἐμὴν ἀμυσία τὴν ἐμὴν. Vetus est uer-
bū, amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere: quāq; affirmare tibi possum,
illum in animum induxisse suū, ut tuas inimicitias susciperet; quo uarior esse de-

Datum apud Friburgum Brisgoæ Id. April. M. D. XXXI.
ERASMV ROT. EDINGO AVDOMARO S.

AGNAM nobis uoluptatem attulit Carolus Vtenhouius noster, ex Italia
nobis redditus: is ut me perpulit ut aliquid ad te scriberem, ita in causa est
parcius scribam, quod ex eo poteris omnia plenius cognoscere, q̄ ex litteris
meis quamlibet prolixis. Iam enim audies Italica facundia loquentē, aut Ci-
ceroniana potius. Vnum ingeniu uere candidū abstulit nobis inuida parca,

Antoniu Clauam, quo tu nobis es mi Audomare charior, quod pauciores sint istic tuis
miles. Sum tā pridem Germania satur ad uomitū usq;. Quos fugi uideo, quos sequar nō
uideo. Flandriā saepe cogito, sed an per totos ἠλωγοστράτους tutū futurū sit dubito. D. Ma-
ria quondam Vngariae regina, quam audio in D. Margareta locū substitui, bene uult no-
bis. Sed si quid illa secus fecerit, q̄ uellent ualde, nō dicā Catholici, sed δευρόζυλοι, dicerēt
me illi nō nihil instillasse in aurē, etiā si distulisset. Nec illa me posset ueri ab his qui pon-
tificia simul & Caesarea autoritate sunt armati. Nollem eū rerum statū esse apud uos, qui
dicitur esse in quibusdam ciuitatibus, ubi cōplurimū seclāra nihil patiū esse tran-
quillum, aut ubi Euangelicis licent omnia, caeteri coguntur ad ea quae non probant. Certe
cogere non est Euangelicum. Ego planē uereor ne dum alij sunt Lutherani, alij Zuinglia-
ni, alij anabaptistae, pugnantes cū Turcis, efficiamur ipsi Turcae. Hoc augurium optarim
esse uanū. Tibi precor tranquillā uitā, mihi in hac arena gladiatoria cadendū est; in quā
animo reclamante protruserūt amici quidā. Pro tuo erga me studio, p̄ hoc delata benigni-
tate profiteor me tibi debere plurimum, & sine his alioqui mentē tam candidam & amicā
non poterā non amare, quod ipsa uirtus in se phyltrum habet efficacissimum. Caetera nar-
rabit Carolus. Bene uale Friburgi. XVI. Calend. Maias. M. D. XXXI.

GERMANVS BRIXIVS ERASMO ROT. S.

ENIET ergo ad nos sub unum idemq; fere tempus à Germania uestra Lati-
ne, ab Italia Graece loquēs Chrysofomus. Nam & Ioannem Matthaeū Epi-
scopum Veronensem referunt, qui Verona ad nos ueniunt, nulli sumptui
parcere, ut sua lingua loquentem illum habeamus, & quidem q̄ fieri poterit
correctissime, adhibitis ad id exemplaribus ijs, quae Venetijs ē Cardinalis Ni-

centi bibliotheca eruta sunt, itemq; & alijs compluribus, multo multis locis studio conqui-
sitis. Opus ipsum iam formis excusum fuerat, ne dum quod mendosum contemptum est ab
Aristarchis ijs, quibus negotium credidit Episcopus, denuo Episcopi iussu ac sumptu
sub praetū redijt. Ea Graeci Chrysofomi expectatio fecit, ut Latinū istum haud pluribus
nostris uersionibus augeremus, q̄ duabus ijs, quae te autore atq; hortatore à nobis ad uos
antea profectae, in manibus hominū iam uersantur. Nam ut summe etiā cupias, quid tan-
dem est quod uertendum tibi proponere possis, nisi habeas unde uersionis materiā desu-
mas? certe exemplariorum Graecorū penuria in causa est, cui ipsi hoc tēpore te hoc in exer-
citationis genere defudantē opera nostra nihilo amplius subleuare possimus, quo magis
laetor istic inueniri qui labore aut adiuuent οὐνε δὲ ἐργουίνα. Monachus meus quod se-
ro ad te perlatus est, imputat ipse nō meae, sed tabellarij tui negligentiae, cui opus ipsum
tradidi, statim ut tuas accipi, quum sperare illum tibi in tēpore reddi posse. De Cardinali
cancellario, recte te memisse uideo quid alteris tuis ad me scripseris. De Tusano crede mi-
hi, amans est ille atq; obseruans nominis tui, ut si quis alius; nec minus q̄ fauet, q̄
Budaicae, etiam si Budaeo ipsi in primis doctrinae suae Graecae arcana omnia accepta refe-
rat: qui si fuit se, id tempus quo mare ipsum undiquaq; turbatū erat, cū reliquis uectō-
ribus unā eam tēpore nauem temere, ut sit, ingressis, ad horas per paucas rapi potius, q̄ du-
ci, quod tum uentus pelagusq; ferebāt, id ipsum uero nō hominis leuitati, sed tēpestatis po-
tius uias dedit: quae ipsa me hercule tuis erat tum suborta, ut mihi etiā clauus, quē ego ta-
mē rectam semper tenere animo obfirmauerā, in latus quodāmodo deflectendus fuerit,
quo minore negotio undarū fluctuumq; densim incurritum impetū sustinerē, & uel uo-
tam nō nihil uelificatione destinatum tandē portum tenerē. ὁ μὲν δὲ ἀνεμος, ὁ τῆν δὲ ἄλαστοκότης

epigramatis tabernaculo...
cā mihi musam prorsum redolētia, Tusanum autōrē haudquaquā referunt, uirum & Gre-
ca & Latina facundia in primis clarū, tum ut à morū simplicitate maxime cōmēdatum, ita
ab omni maledicētia prorsus alienū. Agnoscit quidē certe ille se unū dumtaxat distichon,
ut in eo tumultu, ex tēpore effudisse magis, q̄ meditatū fuisse. Id quod amico cuidā quū
recitasset, unā cū alijs aliorū nequijs amico prodēte, magno certe autoris dolore exijt. Ma-
iori porro ego te semper animo esse putauī, q̄ ut huiusmodi bullatas nugae alicuius estima-
res, ac tantū id spectare, quod ex studiorū usu foret. Meminisse te puto ab Alexandro olim
dictum, quū illi quidā renunciaisset, extitisse quī de eo male locutus esset, Regium esse ma-
le audire quum bene feceris. Hunc te hac quidem in parte imitari uelim.

~~.....~~
de hoc ita satis. De Bu-
dæo libera quæso animum tuum suspicione ista. Ne de utroq; uelstrum, deq; studijs bonis
male mereri mihi uidentur uelstrigatores ij, qui huiusmodi sermunculōs spargunt. Nisi il-
lius animus mihi prorsus incognitus est, nihil minus somniat, quā quod ad rē perlatū signi-
ficas. Indicasti & antea literis quid de illo linguae Graecae cōmentarios inuulgante suspi-
carere. Libro eo iam emisso, dic mihi quæso bona fide, ecqua libri parte perstrictum, sug-
gillatum ue nomen tuum deprehendisti: nōne tibi Budaus, Budaus semper est: nōne
tibi ille perpetuum modestiae tenorem toto eo opere seruat: Est ille & natura & studio sic
ad candorem accommodatus, sic ad modestiam comparatus, ut nihil non candidum, ni-
hil nō modestum ab eius ingenio, studio ue exire unquā possit: nisi ille forte (ὅπως ἐμοὶ περὶ
εὐείης εἰδῆς ἀπόπτου πείσει εἰδῆ ἄνθρωπον) à suo genio degenerare, sed sibi moribusq; suis im-
mutare proposuerit. Atq; hoc ipsum, quod dico, quidā modo ἐπιπέδου ἐργου, quo de loque-
ris, λέγει. Tuas audivisse expecto, sed tales, ut nunciae mihi ac testes perpetuē sint, Tu-
sanum meum per me uere tibi esse recōciliatum. Bene uale, & me ut soles ama. Pridie no-

ERASMV ROTEROD. GERMANVS BRIXIVS

PISTOLA tuum Buxi doctissime pridie Nonas Iulias datam accipi
die Nonas Septemb. ne quid mecum expostules, quod haecenus nihil acce-
peris responsi. Quamquā illud quoq; me facit alioqui ad scribendum segnior
rem, quod tu fere motoriam fabulam agas, nunc urbanus, nūc rusticus, nunc
aulicus. Praesuli isti Veronensi bene faxint omnes superi, qui de priuato suo cu-
rat utilitatē publicā, suisq; impensis tam insigne beneficium parat studiosis omnibus. Vti
nam hoc exemplum aemulentur abbates & episcopi nostri praediuites. Suspicio eundem
esse qui quondam apud Clementē Pontificē functus est Datarij munere, meq; non semel
suis litteris dignatus est, ex quibus licuit eximiā quandam hominis & grauitatē & prudē-
tiā cum humanitate singulari coniunctā colligere. Nomē, ni fallor, est Ioannes Mattheus
Gibbertus. Conatus sum hoc aliquādo persuadere Aldinæ officinae moderatoribus, sed
frustra. Eadē de re sepius egi cū Frobenijs, sed haecenus surdis cecini fabulam. Quo magis
Nnn 2 gaudeo

gaudeo, quod deus hanc mentem immisit optimo uiro, nosq; per illum uotorum compo-
 res fecit. Chryostomus Latine loquens iadudum prodijt ex officina Frobeniana. Si Gre-
 ca ut indicas, rursus excudenda sunt, uereor ne res nos expectatione longiore torqueat.
 Scis uehementi desiderio omnem morā esse longā. Quod nunc ex ~~extremis~~ dicim inopiā,
 quo minus aliquā Chryostomi portionem uertendā suscepis: non defuissent mi Brixii
 exēplaria, si significationē aliquā dedisses animū tuum ab hoc labore nō abhorre-
 re: certe cōmentariorum in epistolam ad Romanos, geminum habebam exemplar, unicum com-
 mentarij in priorē ad Corinthios epistolam, cuius aliquā partem uertit Franciscus Aretii-
 nus. Ceterū quū māt uiderer perspicere, te non admodum ad hanc prouinciā animatum
 esse: ad hęc quum reputarem ingenij tui lentitudinē, siue hęc mauius appellari diligentia,
 porro Frobenianā officinam praelis non paucis operosam, plurimum uoluminum absum-
 mere, cōmentarios in epistolam ad Romanos mihi sum in Brabantiam, quae iam habet ali-
 quot huic negotio pares, sed uoluptatum q̄ honestissimorū laborū studiosiores. Itaq; qui-
 bus datū erat negotiū, nobis dedere uerba, ac post sex demū menses remiserunt. Gregum
 codicem: alioqui eius operis portio aliquā mihi desumpsissem, huc uehemēter urge-
 re Frobenio. Vulgo dicunt, nihil esse spe fallaci dānosius. Certe hęc spes effecit, ne ad mer-
 catum uernum hęc quoq; Chryostomi pars prodiret, ac nobis apologum de cassita in
 memoriā reduxit. Maluerā duplum operā in gnesijs insumere, hoc quia nō licuit, uertere
 ceperam in posteriorem ad Corinth. epist. homilias aliquot: sed quo longius progressus
 sum, hoc magis pertaxum est hoc laboris ~~uobis~~ impendere. Eam itaq; lampadem alteri lu-
 bens tradidi, qui tamen nō uidetur olfecisse longe aliud ingenium, aut certe belle dissimu-
 lat. Rursus hortatu R. P. Cuthberti Tonstalli, nunc episcopi Dunelmensis, in manus rece-
 perā cōmentarios in acta apostolica, absoluturus quod deerat, plus illius iudicio tribuens
 q̄ meo. Verū hic idē gustus qui prius, fecit ut ab instituto desisterē. Ad hęc cōmonstra-
~~uit me pereres Græcos codices, etiam illi anōbis nihil mitterent, sed ab uno uerba~~
~~causa permauer uerba. Quod si in hęc procau Chryostomus Græce loquens, id quod~~
 nescio quo pacto mihi nō dūm audeo ponere, nō est quā res, ut tēdā nō red-
 dat pigriore, quando quidem hunc laborē nō tua proprie causa, sed potius utilitatis publi-
 cæ respectu susciperes. Reor autē Latinā editionē hoc fore uendibiliorē, si Græca prodie-
 rit. Scis enim per paucos esse præsertim inter Theologos, nā his potissimum hoc opus pa-
 ratum, qui tam expedite Græcā calleant linguam, ut non malint Latinā, præsertim ubi pro-
 perāt. His igitur iucundum erit cōsulare Græca, si quid occurrat deprauatum, aut parum bo-
 na fide redditum ab interprete. Si quidem in confesso est, plerasq; huius uiri lucubrator-
 nes uersas ab his, qui nec Romanū sermonē nec Græcū satis calluerunt. Si nulla hinc alia
 peteretur utilitas, q̄ ut hoc genere laboris ingenij ac stilū exerceremus: ut mihi ferū in his
 exercitamentis desudare, ita tu fortassis in alio quopiā argumento libētius uerfareris. Na-
 sit sumus Basileæ ~~in hunc modum~~ Simonē Gryneum, cui partē
 negotij delegauimus. ~~Ipse quidam nō in hunc modum~~ sed in sacris autoribus nescio an per-
 inde sit exercitatus. Porro Frobenius non tā eruditionē requirebat q̄ famam. Germani
 Brixij nomen tā illustre est, & librum emptori per se cōmendat. Magnum lenocinium est
 autor gratiosus. ~~De hunc modum~~ De monacho non ita magni refert, ~~ut quod~~
~~prohibere q̄ tibi ipse hunc modum~~. Verterat idē opus-
 culum nō in scite Polydorus. Morę culpā reijci in tabellarium meū nescio quē. An expe-
 ctabas, ut ob duas pagellas legatum emādarem in Gallias: Qui uero mitteremus, quū
 nobis non constaret uertisses nec ne, id quidem, ubi locorum ageres: Nam significaras
 te diūtius ac longius abfuturum. Quid quod indicauī uiam, qua mature perferretur inter
 nos, si quid extaret rei seriæ. Quatuor coronatuli semper parabant tibi ueredariū: eius
 precij dimidiū ego resoluam, tu dimidiū non grauaberis, præsertim cum audiam, & op-
 pido gaudeam, tibi rem domi haudquaquā angustam esse, sed fortunas amplas, quæ beni-
 gnitati quoque sufficiant. Quædam uero Budai ad te epistola declarat te in apparandis
 conuiujs planē Lucullum quempiam esse. Ego præ te tenuis non possum effugere, quin
 singulo quoq; anno, coronatos plus minus sexaginta insumam in ueredarios & gram-
 maphoros. De Card. Cancellario nondum fat scio an recte diuinari, certe nullam ille ua-
 quam

quā parum amice mentis in me significationem dedit. Frobenianę tātum petitioni fuit
 surdaster, cuius causam egi per literas, sed amico obsequens uerius q̄ meo animo, & ita
 ut satis præ me ferrem hoc negocij nihil ad me pertinere. Ne illud quidem satis liquet, de
 quo tandem allophylo sentiamus utriq;. Nam is in quem tum uergebat suspicio, mihi nar-
 rauit Louanij, sibi cum Budeo tam acrem fuisse concertationem, ut res tantum non ad pu-
 giones uenerit. Qui conuenit igitur, ut ille Budaici nominis tantam habuerit curam: Nisi
 forte cupiens cum Budeo redire in gratiam, hoc officio uoluit sibi Budgum demereri: aut
 hoc agebat peruerso studio, ut nos inter nos cōmitteret, utriusq; fruiturus malo. Hoc stra-
 tagema non admodum abhorret ab illius ingenio. Nec dubito quin idem Alberto Pio, &
 animū addat aduersum me, & materiam suppediter: Dicitur enim Venetiæ: quicquid est
 mearum lucubrationū diligēter euoluere. Sed obsecro quibus artibus ~~επελιώρης~~ ille tan-
 tam excitauit tēpestatem: Indicaui in libris meis aliquot loca. Quæ? Quæ notarent Bud-
 gæum: Nusquā facio illius uiri mentionē, id quod facio frequenter, nisi quā possum ho-
 norificentissimam. Sed cōmonstrauit locum in Colloquijs, ubi nescio quem facio loquen-
 tem, Galli amant quæ paruo constant, tum ubi per occasionē refero quæ Hilarius & Hier-
 onymus de priscorum Gallorum ingenijs prodiderunt, aliaq; leuiora. Nam hoc erat cri-
 men omnium capitalissimum. Vtrum mauius mi Germane, uana hæc esse, an Budæū tam
 parum constantem grauemq; uirum haberi, ut ob eiusmodi nugalia, ueterem amicitiam
 nō dissuerit sed abrupit, & hostilem induerit animum? Atrox facinus sit oportet, quod
 foedus Musarum auspicijs inuitum dirimat. An confugiemus ad Budæum & Badium ea-
 dem pagina nominatos? Quod lemma non mirum est à te reijci, magis mirum cuiquā ue-
 nisse in mentem, ut proponeret tam friuolum nugamentum. Vnde igitur illa prodigiōsa
 tempestas, quæ nobis concitauit plusquā Tyria, quod dici solet, maria: Quis Aeolus tam
 impotētes emisit uentos, qui uelut agmine facto, Qua data porta procurrētes, incubuere
 mari, totumq; à sedibus imis Vnā Euruseq; Notuseq; ruunt, creberq; procellis Aphricus,
 Insequitur clamorq; uirum, &c. Vnde Typhonicus uela dilacerans, rudentes abrum pēs,
 antennas ac malos dirringens: Vnde densim incurrentes fluctus decumani, certum exiti-
 um minantes omnibus: Oportuit enim immanem fuisse tempestatem, quæ tibi tam uigil-
 lanti nauclero & clauum & funes excusserit ē manibus, uixq; tandem obliquo cursu per-
 ueneris eò quod destinaras. Equidem delectauit me in litteris mi Germane tuis ingenij tui
~~ἀειρωσις~~. Verum ubi uerborum grandiloquentiā ad rē confero, uix teneo risum, uideorq;
 mihi quiddam legerē non dissimile ~~καταχαρμονομαχία~~. Ex tam inanibus ampullis tātos tur-
 bines, tantas rerū procellas existeret: lam quæ de Tufano scribis, uel hoc nomine mihi fue-
 re grata, quod declarāt ingenium tuum humanum amansq; concordia. Sed his quod ad
 me quidem attinet, nihil erit opus, quando quidem totum hoc de uersiculis prorsus exci-
 derat animo; nisi tu dum ~~ἀμυσία~~ suades, ~~ἀνέμωσι~~ reuocasses, ac memoriā refricuisses.
 Cum Tufano nulla mihi intercessit unquā familiaritas, nec alter alteri priuatim ullo bene-
 ficio obstrictus est, nisi quod bene uolebā homini quum erudito tum bonas literas gnau-
 ter prouehenti. In his quoniam ipse sui dissimilis nō est, sed quotidie seipsum superat, fieri
 non potest, quin meæ etiam in illum beneuolentiæ semper accedat aliquid. Porro q̄ non
 intēderim animū ad simultatē, uel illud arguit, quod amicis qui uel rumores uel id genus
 suspiciones ad me perscribebant, adeo nō egi gratias, ut obiurgādos etiam putarim, quod
 quorumlibet rabularum uoces, aut grammatarum nēnias ad me mitterent, ad nihil uti-
 les, nisi ad gignenda alendaq; dissidia. Tufanum excusauī, quod me in publica professio-
 ne parum amice, ut ipsi uidebatur, attigisset. Item de Budeo testās me nullam omnino su-
 spicionem in pectus meum posse demittere, quæ uiro constanti, probo, docto, deniq; Bud-
 gæo sit indigna. Quid multis? Tale fuit genus literarum ad illos mearum, ut offensi non
 nulli uideantur in totum à literarū officio abstinere, tantum abest ut cuiusquam operam
 implorarim, qui maledicis uersiculis uicissim in illos luderet, tamen non deerant qui
 hoc & uellent & possent. Is uere pacis amans est, qui submouet ab oculis & auribus quic-
 quid imminuere beneuolentiā possit. Hoc fūco illos deterrendos existimaui, quū eius
 negocij mysteria multo rectius norim, q̄ opinantur pleriq;: sed malo quod scio nescire. Il-
 lud tamen ingenue fateor, me à Gallorum ingenijs plusculum expectasse grauitatis & cā-
 doris q̄ ibi declararunt, qui ob Budæum & Badium eadem charta nominatos tantas ex-
 citarunt

citantur turbas, ut eius uere *πρὸς τὸν* rumor, ueluti tinnitibus Dodonæis lebetibus, per utranq; Germaniam, per Brabantiam, per Italiam, deniq; in ipsam regiam dimanarit. Scilicet hoc erat regia cognitione dignum, Budæum esse collatū cum Badio. Passim uoluntabant illæ uanissimæ uoces, Erasmus inuidet Budæo, Erasmus uoluit uicisci Budæū. Natio Gallorum uulgo ita olim male audit, stuporis ac leuitatis nomine: quam opinionē semper conatus sum refellere, non ob aliud nisi quod eam pro falsissima ducerem. Verum forte ut ob rem nihil inter uiros eruditos tam inhumani tumultus orirentur, ne Catoni quidem eram crediturus. Quod tandem illud exemplum est, in Budæi scilicet gratiam, scurrilibus epigrammatijs eius famam incessere, qui Budæum tot libris editis amantissime simul & honorificentissime prædicasset & prædicaret. Hic mihi prodibit elephantus Indicus qui negligit culices. At si tibi proferam uersificatorum nomina, nolent illi pro culicibus haberi. Sed condonetur gregarijs, si quid in publico tumultu deliquerunt. Vbitum indormiebant *γυμνασιῶν* Budæi amici, qui inconditos leuium homunculorum motus compescerent. Nam fortasse Budæus grauioribus negocijs intentus, nihil horum sciuit. Alio qui si hæc sciuit, nec cohibuit Budæus, quo colore tueberis illius candorem & probitatem, qui passus sit hoc fieri in amicum, quod ego non sum passus fieri in Leum hostem. Quis enim Louanij ut quum maxime ferueret tragœdia, meq; absente mei fautores schedis ac ludibrijs in illum insultarent, denunciaui omnibus inimicitiam, si pergerent me talibus ineprijs inuidie obijcere, meamq; uictoriam illiberalibus factis obscurare. Eam epistolā iussit per Viuetem e cathedra recitari publicitus. Hoc meum factum quidam indigne ferentes recesserunt ab amicitia. Similiter quum Germani ingens epistolarum uolumen misissent, quibus profcindebatur Leus, uix una altera ue lecta epistola, fasciculū Moro tradidi premeendum. Nemo nesciebat quid mereretur amarulentia Lei, sed ipse maluit rationem habere quid deceret Erasmus. Id siue hoc animo feci, quod nollē externis uti uiribus ne in hostē quidē, ciuilitas erat: siue ne petulantia exēplum in meū recideret caput, prudentia erat. Hic spectā quāto altius fuerim in Budæū, q̄ in me Leus: & tamen quod in hostem profcsum fieri passus nō sum, hoc amici Budæici putarūt in me faciendū. Rursum ubi tragœdia nō leuis exorta fuisset in Martinū Dorpiū, in quē Hieronymus Buslidius ac Thomas Morus acerrime scripserāt, consopiu turbā omnē diligenter pressis libellis, quibus & defendebat & prædicabat. Idem feci quū inter te & Morū res uideretur ad extremā similitudine exitura, pressi quicquid Morus in te scripserat, etiā illa quæ iā erant typis excusa, exorauit Morū ut ea in re suos affectus mihi permitteret. Ita ne ex tot amicis Budæi neminē extitisset, qui nascēs incendium extingueret. Atq; hic unus duntaxat erat placandus. Nam ut in animo meo nulla fuit unq; similitudo, ita nullam maleuolentis animi significationem dedi. Quod ego præstiti Dorpio, cuius stilo fuerā lacessitus, nemo uestrū præstitit amico, quū non deessent qui oleum adderēt camino. Compertum enim habeo, Budæum si quid hie fuit sui dissimilis, aliorū instinctu fuisse. Quod si minus mihi putarunt tribuendū hoc officium, certe tribuissent existimationi Budæi, tribuissent cōmunibus studijs, deniq; tribuissent sibi. Quid enim hoc exēplo sceleratius abiectius uer? Atq; hic cōmemoras celsitudinē meā, summamq; gloriā studiorum partam laboribus: demum prouocas ad imitationē Alexandri magni, qui dixit, regium esse male audire cū benefeceris: admones inimicitias mortales, amicitias immortales esse debere, alijsq; multis argumentis mecum agis, ut cōtemptra improborū petulantia, recipiam memet ad animi tranquillitatem posteaq; ista cōquieuit tēpestas ac redierunt Alcedonia. Hæc omnia, ut fateor, abs te diserte & *μάλιστα* *ἐπιεικῶς* dici, ita nō uideo quorsum fuerit opus hanc mihi cani cantionē. Nullo indicio significauit me talibus uersiculis cōmoueri. An non satis contemnit, qui ne legere quidem dignatur, tantū abest ut ultionem pareat. Quas autem inimicitias iubes me ponere, quū ego nulli denunciarim inimicitias? Hanc tolerantiam si minus præstat fiducia meritum, aut animus excelsus & Alexandrino similis, certe præstat animus alpinus. Vix enim reor inueniri posse quenquam *ὄνον ἀχλοφόρον*, cuius tergū sic ad fustem occalluit, ut mihi animus ad istiusmodi cōtumelias. Quotidie lapidamur maledicis libellis. Dicas fatale malum. At hanc luem decuit ab humanioribus abesse studijs. Proinde Tusani causæ serus, ut dixi, patronus extitisti. Iam dudum enim eram defecato in illum animo: & quanquā antehac mihi nullum cum homine icium sit amicitiaæ foedus, tamen haud abnuo facere quod postulas, si libet

libet illi mecum de integro inire beneuolentiæ certamen, meliōre iam ut spero fide. Budæum semper existimaui uirū & probum & humanū, nec de cōmentarijs illius eram quicquam suspicaturus, nisi monitus amicorum literis. Nec aliud expectabam, q̄ necubi a me dissentiret: quod si citra petulantiam faceret, testatus sum mihi etiā gratissimum fore. At que haud scio an maioris fuerit cādoris, cum præfatione honoris alicubi dissentire, q̄ perpetuo silentio contemptū præ se ferre. Quod si fas in sinum amici effundere quicquid est in animo, sum equidē mi Brixii ingenio simplici natus, quæ res mihi sæpenumero luculentæ fraudi fuit: at non adeo nullum habeo nasum, ut in illis cōmentarijs, quos carptim duntaxat legi Basileæ excusos (prius enim non data est copia) non alicubi senserim Budæi stomachum: uelut de his qui de singulorum ingenio phrasiq; censuras ferunt, de his qui Laurentio inferiores præscribunt loquendi formulas, de his quorum scripta, quoniam dilutio ra sunt, nec solem nec ætatem ferre possunt: atq; huius generis alia nō pauca. Negabūt ea in me torta. Id facilius persuaderent, nisi tam pridem Budæus in Assē, quoties iuuat expatiari, hoc genus strophis in alios citra nomenclaturam digessisset stomachum suum. Ma uult exerce coniecturam lectoris, q̄ nomen ædere, siue quia tutum nō putas, nullum relinquere locum inficiationi, siue quia non existimat quem petit, hoc honore dignū ut nominetur. Nam hoc consilio ipse quorundā nomina uel suppressi uel inuerti. At donemus Budæum hoc suo iure fecisse, certe, quando tu non depellis crimen, sed candoris laudem hinc illi uindicas, candidus erat & illius probitate dignus, hanc suspicandā materiā lectori subtrahere, magisq; decebat illius humanitatem, non modo nullam offensi animi significationem illis cōmentarijs inspergere, uerum etiā euidenti testimonio suspicionē omnem eximere, non nobis, sed alijs iniquioribus scriptorum Budæorum interpretibus q̄ ego sum, præsertim quum id ab illo per literas petissem, nō quod ambitrem hoc gloriola, nam famæ iam olim satur sum, sed quod arbitrabar ita cōducere studiorum tranquillitātē. Perspiciebam quæ pestis Christianæ philosophiæ professionē occupasset, uidebā animos hominum fatali quodā malo ad dissidia propēfos, uerebar ne hoc contagiū ad humaniores literas serperet, & iam serpere cœperat, eiusdem *ἀλαζονείας* opera, per quem tu putas Budæum in me tritatum, Suspicionē autem quam aboleri cupiebā, nemo conceperat ex me, sed partim ex Budæicis ad me literis, ut illis uisum est feroculis, ut mihi, liberis, hauserant, partim ex uocibus apud complures ab illo sparsis. Eius suspicionis *ἰσχυρῶς* Budæus non abnuo, tantum aiebat se uereri ne non incidere illi occasio honoris nominandi mei. Atqui mihi in meis lucubrationibus sæpe quaesita est occasio honorifice prædicandi Budæi. Cæterum quum in hoc opere ob unius uocabuli occasionē de nonnullis honorificam faciat mentionē, non paucis locis se dabat occasio salte tribus uerbis nominandi Erasmi. Certe ubi de *παρανομιῶν* quod est apud Lucam, retractat priorē sententiā ac nostram asserit, admonitus ni fallor meis in Lucam Annotationibus, aliqua sese obtulit occasio. Rursum ubi declarat quid sit colophon, nō pauca uidetur ex meis Adagijs mutuatus, nō quod hoc suo iure nō fecerit, fas est uti publicis, fateor, sed si quaesita fuisset occasio, tales aliquot sese ultro dedere. Immo haud scio an in ullo argumento alio potuit commodior occasio obtingere. Verū hoc officium qualecunq; est, tametsi studijs ambiebarur non mihi, iam illi remisera priusq; excuderet opus suum. Ego scurrilem maledicentiam nunq; metui a Budæo, etiā si quo pacto fuisset lacessitus. Sed medēdum erat hominū suspicionibus. Nunc ego quidē interpretor in illius cōmentarijs nihil esse quod ad me pertineat, & tamē interim qui mihi bene uolunt, queruntur perstricium Erasmus, & qui parū æ qui sunt, etiā libris editis mihi impingunt illius dicta, uelut in me citra nomenclaturam torta. De uno loco admonuit illum Danesius, hortans ut uitaret suspensiones hominum. Ille pernegauit, quū leuissima unius chartæ iactura res sarciri potuerit. Quid est igit quod Budæi candorē sic admistreris in hoc opere? An quia nō perstrinxit me nominatim? Atqui hoc ut non metuerā, ita nec expectabam a tali uiro. Non est candor illæsum sinere qui nulla in re legit, sed candor est etiam immerentem amice prædicare. Si Budæus animo in me sincero, atq; hoc mihi persuasum habeā, quid refert, quū ita tēperata sit oratio, ut amici pariter & inimici, sentiant aut certe suspicentur attackum Erasmi? Itaq; si rem æstimes, non est quod hac quidē in parte tantopere prædices Budæi candorem. Sin respicis ad improbitatem instigatorum, qui pro delectamento habent studiosos inter se com-

mittere, fateor agnoscere me cādorē hominīs, qui plus dederit suā existimatiōni, q̄ illorū malitiā. Habent, habent prohi dolor & humanitatis studia pestes suas. Ipse comperi, qui quod Demostheni uicio datum, utranq; partem armarēt: nec aliud magis placuit exercitationis genus, q̄ eruditos inter sese ueluti gladiatorum partia componere, quo possint aliorum dolore frui. Ex non ita ualde senibus discas licebit, fuisse quondam Luteriā, qui Faustum nunc cum Tarduo, nunc cū Delio, nunc cū Balbo, nunc cum Scopo, nūc cum alio atq; alio cōmitterent, non ob aliud nisi ut illorum insania fruerentur: Rursus inuenias quosdam usq; adeo gloriae siticulosos, ut quoniam ipsi rebus tranquillīs non possunt sibi parare nomē illustre, faciant quod de Androclide Græcorum prouerbio celebratum est, excitant seditiones: sibi postea q̄ ei cui fauent bonam nauarunt operam, duplicem ueniantur laudem, sumpta persona εἰρηνοποιῶν, uoluntq; uideri cōposuisse tumultum cuius fuerunt autores. Talibus iustius succensuero q̄ Budæo, cui etiam si quid humanum accidisset, is sum qui possim ad quādam amicorū delicta cōnuere. Quin in totum eō degenerarunt hominum mores, ut hodie cygnus niger aut coruus albus minus rara sit auis, q̄ fidelis amicus, tanta in plerisq; simulandī dissimulādīq; uastitas, tantum fallendī artificium, εἰδὲν ὕψις, κίβδηλα εἰπέναι. Et si quid in nonnullis comperias syncerioris affectus, tanta est uoluntatum incōstantia: dicas Euripum quempiam. Alios paululum inuidiā deterret ab amicitia, tantum abest ut nunc speres ὁ μὴ σωματιοβηνιστὸν γῆρῳ. Alios quamlibet leuis offensus uincula ex amicis uertit in hostes. Sunt quibus si quid benefacias, plumea est gratia: si quid offendas, plumbeas ut ait ille, iras gerunt. Hæc res mi Brixī, mihi plurimis experimentis compertæ faciunt, ut hominum amicitias moderatius ambiam, indiligentius colam, minore cum animi molestia amittam. Tutius est in amicitia Christi cōquiescere, qui nunq; deserit, quem semel in amicitiam receperit. Mihi satis est hunc animum prestare hominibus, ut prodesse studeam omnibus, lædere quod quidem in me est, neminem: bonorum amicitias non respuere, neq; cuiquā dare iustam causam ab amicitia recedēdi, nec dēscruciari si quis præter meritum meum discedat. Leuis enim hæc iactura est, si amicus esse desist, qui nunq; uere fuit amicus. Talibus amicis iustius indignor, q̄ Budæo. Verū dum ego cuncta boni cōsulens pergo mei similis esse, quid obsecro laudis ferā? Iniquioribus ut debor timidus ac pugnae metuens, æquiores probabant animi mei moderationē. Verum apud hos, a quibus fero suffragiū moderationis, quid laudis feret Budæus? Malebam sic innocentis laudem auferre me, ut Budæo cederet humanitatis & candoris præconium. Quum homines minime stupidi uidebūt in illius scriptis perpetuū mei nominis silentiū, tū morsus aliquot figuratos: cōtra in libris meis nihil obliquarū stropharum, sed illum & nominatim, & plenis, ut aiunt, tibis toties predicatum, quid apud se cogitabant. Quid dicent: Quid aliud, q̄ illum esse mire candidum, me illius splendore macrescere? Epistolarū opus iādudum hic expectamus, sed nescio quo pacto uestra Gallia parū benigniter impartit nobis sua studia. Siquidē commentarios Budei nunq; antehac nācisci potui, donec Basilea nobis eos daret illic excusos. Sed ut finiam epistolam, Tusano iam pridem irasci desieramus, nec asperror illius amicitia, si nos huc te autore prouocet. Ne illi quidem pilosum minus amicus, qui in tam horribili tempestate clauū rectum constanter tenere nō potuit. Grammaticulorum nēnias adeo cōtempseri semper, ut oblatas ne inspicere quidē dignatus sim. Videtur fatalis quædā horū tēporum pestilentia, ut sordidissimus quilibet non metuat in quemlibet celebrem aut eruditum debacchari libellis æditis. Ab hac petulantia quum ne Cæsarem quidem sua potentia reddat tutum, nimium sim delicatus, si meam sortem ferre nō possim. Iam sit peculiaris infelicitas mea, quod complures in me unum strīgunt calamum: malo sic esse parū felix, quā si ipse stilum meū multorū sanguine eruentassem. De Budæo sic habeto mi Brixī. Fortunis illius nō egeo, gratia superis, nec est animus illū ullis grauare officijs. Potest prodesse famæ, fateor: sed hæc farcinā lubēs abiēcero, tantū abest ut aliquid cupiam adijci. Potest nocere famæ, assueui contumelijs, & sua cuiq; fata ferēda sunt, tamen si tale nihil ab illo metuo. Si quid est leuioris offensæ, homo sum: non ut non nihil condonare humanis affectibus, plus amicitia, plurimū publicæ studiorū tranquillitati. Alioqui non sum tam obefæ naris, ut nō intelligam strophas rhetoricas; nec inperitus si libeat ἀντιρροπῆν, fortasse nec materia sit defutura. Sed plus q̄ atrox iniuria si oportet, que meū calamū in Budæū armare possit. Alibi disertus esse malim, Equidē Budæum

dæum existimo maiorem q̄ ut quisquā meæ classis inuidere possit. Principatum in optimis literis illi libenter cedimus, applaudimus pulcherrimum agenti triumphū, tātum abest ut illi studeamus detrahere barrentē capiti multa cum laude coronā. Sed tamen ut habeat ille dotes primarias, sunt & alijs suę dotes, nec omnibus idem est institutū, nec statim deterius quod est dissimile. Nulla uero res magis aluerit studiorum cōcordiam, q̄ si absit εὐλαστὴς morbus, & alienarum uirtutum quisq; sit cādūsus æstimator. Ego uestram Galiliam multis nominib. felicem existimo, primum quod priscam illam studiorum gloriā sibi postliminio uindicarit: deinde quod ceu Remp. quādam literariam instituerit, cui principē optimo iure dedit Budæum, quodq; studiosi mutuis operis sese uicissim iuuant. Utinam eadem mens sit Germaniæ nostræ, in qua sibi quisq; scribit, ac uix ullum inuenias cui delegates uel exigui libelli recognitionem. Adeoq; gratiarum cum Musis sodalitiū diremptum est, ut si qui sint inter quos cōueniat, faciliore potius quā sincera beneuolentiā conglutinentur. Verum optarim istam ciuitatem patere latius, ut pro Francis haberetis quicunq; Musarum sacra colerēt, essetq; sœdus ingeniorum, non regionum. Hæc concordia maiorem in modum conduceret, & prouehendīs optimis disciplinis, & bonarum literarum hostibus opprimendīs. Nondum enim omnino profligata est barbaries, habet adhuc præsidia, & alicubi meditatur redintegrare bellum. Est utilis inter eruditos concertatio, sed ab ea oportet omnem amarulentiam procul abesse. Quam uolupte est, inter Budæum & Zasium esse concordiam, qui proximo libello Budæum appellat in optimis literis principem. Audio illi & cum Alciato conuenire. De Longolio quid dicam nescio, nisi quod doleo summæ spei iuuenem fuisse κωνσταντινουπόλεως, ut dicam ὀμυρικός. Non satis est autem inter literatos animorum esse concordiam, sed refert id omnibus esse perspicuum ac testatum, præsertim de his inter quos aliqua contentionis species intercessit. Proinde si Budæus uolet mederi suspitionibus hominū, rem faciet amicitia nostra iam ueteri suisq; mortuis dignam. Sin est cur hoc nolit, boni consulam etiam si plures libros nobis emittat aliquid stropharum habentes, modo tanta fruge eruditionis differtos. Epistola tua per manus multorum uolitarat, non resignata tantum, sed penē detrita. Suspicio illam excussam ab Euangelicis fratribus. Iacobo Tusano multam ex me salutē dico, Budæum item meis uerbis salutatis reuerenter, si modo is est, quem mihi persuaferam & priusq; tu mihi prædicares. Quorum utriq; si persuaferis, & quod tu spondes illorū nomine, ipsi scripto profiteatur, eodem officio nos omnes demereberis. Hic si libet explica tuam rhetoricam. Alterum non egebat tua facundia, & hoc mihi pertinere uidetur ad communem studiorum utilitatem. Rumor hic sparferat Badium fato defunctum, Fabrum exustum, utranq; uanum esse gaudeo. Sic apud Biturgas exustus erat Erasimus. Verum ego toties mortuus sum, toties reuixi, ut existimem uix quenquam crediturum, etiam quum uere decessero. Opto tibi perpetuam felicitatem Germane charissime. Datum apud Friburgū Brisgoæ, Nonis Septemb. Anno M. D. XXX

ERASMVVS IAC. SADOLETO EPISC. CARPENTORACTENSI S.

ER omnem ferē estatem præful ornatissime mihi res fuit cum medicis et chirurgis, ob durum ac durum apostema, quod umbilicū obsederat. Atq; ut me dicorum sedulitas magis aggrauabat malum q̄ leuabat, ita chirurgum nauus erā, qui uel apud Scythas immanis uideri posset. His rebus factum est, ut ea pars anni quæ maxime frugifera solet esse, mihi fuerit sterilis, nec Augustano principum conuentui interesse licuerit, complurium licet magnatū literis illuc inuitato. Hyems fuit aliquanto fertilior. Nam præter Apophthegmatum uolumen iustum: quod eo consilio sumptum in manus, ut corporis ingeniq; utriculas uehementer attritas quassasq; paulatim argumento festiuore ad pristinū uigorem instauraremus: enarratus est nobis psalmus trigésimustertius, non ille quidem a nobis delectus, sed ab alijs designatus, quem admodum & duo proximi fuerant. Quanquam autem nusquam non mirifice facundus est diuini spiritus sermo, tamē in collatione paucos arbitror hoc uideri steriliores, quum titulus nos multis salebris, lamis, ac alluisionibus remoraretur. Cæterum quum prior audacia iā bis non omnino cessisset infelicitate, ceterum sumus, & ausus sum hoc quoq; quicquid est lucubrations ad tuū tribunal mittere. Mirabor autem si quicq; hic tuo calculo probabitur, si modo paulisper deposita amici p̄ter modū cādidi persona, iudicē agere uoles. Mihi certe nusquam

nusq; ipse magis displicui. Cum primis non dubito quin damnaturus sis meā illam plus q; extemporalem temeritatē, praesertim in argumento sacro, quā & ipse uehementer & damno & odi. Sed immedicabile malum est, adeo penitus insitū, ut nisi cum uita reuelli non queat. Huius igitur unius culpae si tua placabilitas mihi gratiā fecerit, in ceteris omnibus libenter adnitar in posterū, ut me conformē ad tuū iudiciū, id quod ut scribis, aliqua ita ex parte facere cepti. Quod tuarum uirtutū tā parcus ac prope dixerim malignus estimator, plena ut aiunt manu tantū laudis in meā effundis medio critate, ne credas te prorsus operā ludere; efficit enim, ut & te magis magisque suspiciā, & ipse mihi uehementer displiceam, reputans me non minus animi modestia q; ceteris ornamentis omnibus longo abs te interuallo relinqui. Sed haec missa facere praestat, ne quid tuam onerem modestiam, praesertim quod ut tu uere iuxta ac pie scribis, quicquid sumus aut possumus, id totū munificētia diuinā acceptū ferre oporteat. Nam ut illa, quae mihi singularē quendam ingenij tui cādorem declarāt, me nō corrūpant, haec enī etiā conducibilia, quod segnicie ac pusillanimitatem meā ad industriam excitant; tamē ex admonitionibus tuis & liberis & amicis ut exploratius intelligo tuā erga me beneuolentiā, ita fructū etiā nō paulo uberiores capio. Duo sunt autē, ut mihi tuis ē literis collegisse uideor, in quibus cuperes me uel cautiore esse, uel certe moderatiorē: uidelicet in uellicādis his, quae tāetsi nō sunt perfectę pietatis, non pugnat tamē cum uera religione, ueluti sunt inuocatio diuorū, & usus imaginū. Deinde in resellēdis quorūlibet calumnijs, quas tu mihi aut in totū negligendas autor es, aut ita refutādas, ut nihil stomacho datum esse uideatur. Equidē in utroq; peccasse me nunq; inficiabor, ac uehementer optarim, ut in multis quod factum est fieri infectum possit. Certe quod unum nunc licet, plurima in lucubrationib; euulgatis uel corrigo, uel tempero, non paulo seuerior scriptorū meorū expētor, q; suorū fuit D. Augustinus, ad cuius exemplum subinde uocor ab amicis. Atq; utinā mihi rēpestiuus monitor adfuisse, aut aliquis tui similis: nūc enī demum experior, q; parum mihi contulerint quorundam applausus, & uoces acclamantiū *δὲ ἕνε ἕνε*. Sed tamen calumniae quaedam eius generis sunt, ut impiū sit ad eas cōtice scere, ueluti quum in frequentib; cōcionibus, aut libris aeditis traducor impiorum dogmatum autor, pontificiae dignitatis euerfor, scripturarum *ἀκρίβειαν* falsarius, schismatis molitor. Mihi neutiq; uir pius uideatur, qui haec tacitus ferat. Iam ut mihi meae famae nullus omnino sit respectus, quid minus expediebat ad ecclesiae tranquillitatē, q; hoc pleriq; uis se persuasum, quod illi coniuratis odijs moliebantur. Cum nemine mihi fuit acris contentio, qui uel ingenium modo reprehēderet, uel in moribus aliquid desideraret. Eruditionis laudem cuius facillime cedo, moribus nihil aliud esse me fateor q; hominē. Verum ad extremē impietatis manifestam calumniā elinguem esse, quid aliud est q; crimen agnoscerē, quū respondere etiā leniter ac placide, non careat gemina suspicione, uel sibi parum bene conscij, uel subdole colludētis cū ecclesiae perduellionib;. Periculum enim esset ne quis illud M. Tullij secum cogitet, nisi fingeres Erasme, non sic ageres. Quāq; ne hic quidem omnib; linguā aut calamum habui. Quosdam quia sic merebantur, irrisi uerius q; confutui, nusquā non temperatior his a quibus lacelebar, ut mea quidē fert opinio. Nam fieri & potest & solet, ut meo iudicio imponat affectus: atq; is sum fateor, qui possem lacelesitus incādescere, sed nec irā pertinacis, & iniuriarū obliuiosus, ut si quis alius. At quum libris euulgatis res agitur, nimium indulgere bili soleo. Hoc factum fortasse non prorsus improbares, si tibi uacaret, & illorum calumnias, & meas Apologias legere. Sed diu meliora, q; ut tu sanctissimis tuis occupationibus tantum bonarum horarum decidas, & inamcentis naenij impartias. Meum porrō ingenium q; ad istas plus q; gladiatorias pugnas proclue non sit, uel hoc iudicio liquet, quod multas quidem Apologias, sed nihil aliud q; Apologias haecenus scripsi, nec unā quidem inuectiuā. At Cato uir bonus habetur qui sapius accusauit, q; in ius uocatus est. Res etiā hoc indignior est, quod dum in harena rete fallcemq; teneo, aduersus eos quos isti ueluti capitales pietatis hostes omnibus uotis extinctos optant, me pro ipsis magno fortunarum capitisq; periculo depugnātem a tergo adoriuntur, idq; subinde, nunc Strunicae, nunc Sanctij, nunc Latomus, nunc Bedda, nunc Sutor, nunc Clithoueus, nunc Eustathius, nunc ~~...~~ Vincentiani, nunc turmae monachorū Hispaniensium, nunc Albertus Pius, nunc Tittelmanus, nūc Caruaialis: eos taceo quorum libri uolitant per manus hominum, nondū uulgati typographorum opera, taceo

uiru

uirulentas ac uiperas obtreccationes, nec priuatim, nec pulice parcentes meo nomini. Iam quāto meo discrimine cū nouorum dogmatum autorib; conflictet, nō satis tutum est mihi Sadoletē literis cōmittere. Atq; hic uelim ut mea fides apud te nō nihil habeat ponderis, credasq; neminē esse quē illi magis oderint, aut cui plure struant insidias. Si legisti nostram Diatribam, si duos Hyperaspistas aduersus uiolentissimum Martini Lutheri uoluntē, si Spongiā aduersus Huttenū, si libellum aduersus Leopoldum, si epistolam ad Vulturū, si librū aduersus ecclesiasticas Argentoratenses, facile diuinabit tua prudentia, quātū mihi cōstet ab ecclesie Romanēsis consortio nolle recedere. Hic rursus taceo libellos amarulentissimos, quos aut nō dignatus sum responso, aut nondū euulgauerunt typographi, taceo minaces epistolas multo aconito cōditas, taceo criminatiōes & subornatas sycophantias, quae quāuis excellum animū possent a tranquillitate dimouere. Cū tot portentis cōflicari quid sit, magis intelligere poteris q; sapere, quippe nunq; hoc genus intēperij exercitus. Nam ista morū integritas de qua mētiri & fama ueretur, ista eruditio incōparabilis *ἕξω το φθόνος βελών* in tuto consistens, deniq; ista tua dignitas autoritasq; procul submouet crabronū aculeos, canumq; latratus, quibus me mea exposuit medio critas, uel ut uerius dicā humilitas. Primū immodicus libertatis amor mihi imposuit, uidebā honorē sine curarum onere suscipi geriq; non posse. Ad dignitatē eam consequendam magis ipse mihi desui q; fortuna. Sed eodē animo quo fugi dignitatē, & famae celebritas erat fugienda. Hunc errorē meum sero cepti sentire, nimirum corpusculū sic affecto, ut iam nec aulae colendę, ad quā fuerā pertractus, nec ulli splēdidę functioni par esse posset. Atq; interim exitit hęc ecclesiae tempestas, quae meum caput planēmersura fuerat, nisi quā aliorū principū tum uero maxime Caroli Cęsaris fauor me aliqua ex parte subleuasset. Nam hoc hominum genus, si quando ceperit insanire, nec Cęsaris nec summi pontificis autoritate prorsus deterritur. His rebus factū est, ut dū pristinos hostes, quos reuocatae apud nostrates mea potissimū, ut sibi quidē persuadent, opera bona litera in me excitauerunt, placatiores habere nō possum, & aduersus studiorū cōmuni fœdere mihi iūctos, ob innouata dogmata protrudor in harenā, utrinq; lapider, & quidē impune, utpote nec excellenti doctrina, nec fortunae splendore, nec ulla autoritate munitus, tutior aliquāto futurus, de externis loquor, si uel in castra nouorū dogmatū me cōtulisset, uel aulae mācipiū esse sustinuissem: a quorū altero reuocabat pietas, ab altero partim genijus meus, partim ualetudo retrahebat. Prius q; haec opinionum digladiatio nasceretur, erā apud humanioris literaturae myrtas gratiosissimus, praesertim in utraq; Germania. Atq; hoc uno presidio mihi satis uidebar munitus, nunc nullos fere habeo insensiores hostes, q; quos prius habebam, acerrimos propugnatores. Ita euenit, ut uelut humili repens animalculum molle & inermē, nō solum camelis, sicutibus, picis, coruis, graculis, aspidibus ac uiperis, uerū etiā uespis, cimicibus ac pulicibus expositus essem. Et qui inter se *ἰσπὸν δὴ πολέμῳ* conflictabatur, ad me lacerandū cōcordes, focia arma iungebāt. Nec defuerūt Itali, qui Cęsarē totamq; Cęsaris aulā in meū exitium iritarēt, & persuaserāt, nisi literarū presidio, aequioris iudicij principes reuocasset. Quā quā aduersus cinctorū, discinctorū, ac palliatorū phalanges, nec Cęsar nec potifex ualeat quenq; planē tutū reddere. Quid faceret Equus se tuetur calcibus, canis dente, bos cornibus, hīstrix spinis, apes aculeis, narce ueneno, colūbis presidio est uolandi pernitas: mihi nihil erat praeter calamū, quē semper optarā ut perpetuo incruentū habere liceret. Hoc quoniam satis negatū est, ad id quod erat proximū confugi, his tantum respondi, qui uiolentius urgebāt, a nominibus libenter abstinui, ne quē ordinē laederem sedulo caui, nusquam non moderatior lacelescente, in summa clypeo magis utens q; gladio. Sutori respōdens nō alijs tantum sed & mihi uideor ab ingenio meo non nihil recedere. Nec enim illo quisquā in me scripsit indoctius aut impotētius, quū esset ex theologo Sorbonico monachus Cartusianus. Quibusdam tamen respondisse poenitet, praecipue Sutori: minimum enim obfusset famae meae si neglexissem illius naenias. Idq; facturus eram, nisi cunctantē quidā uir grauis alio impulsisset. Neq; raro paterno seu potius fraterno affectu illos obtestor, amice rogo moneoq; ut animum ad saniora consilia recipiant, desinantq; dum me conantur opprimere, sibi suocq; ordinē grauē tum inuidiā, tum ignominia cōflare, praesertim apud doctos & cordatos. Tecū sentit uir tui simillimus Cuthbertus Tostallus apud Anglos episcopus nuper Londoniensis nunc Dunelmēsis, eandēmq; fere cantionem solet occinere, quam tu

nunc

nunc. Sed nec illi per aulae saepe & ecclesiae negotia, uacat laceffentium libellos & eregio-
ne meas apologias attentius cognoscere. Nam conuiuitorum fabulis aut delationibus cre-
dere minime tutum est. Eius tamen iudicio plurimum tribuo, nec pauca ad illius sententiam
sum moderatus. Quo nomine tantum ei me debere fateor, quantum non alio, quam illi mul-
tis nominibus debeam plurimum. Tantum ad eam literarum tuarum partem, in qua mones, ut ra-
bularum laetratus aut silentio contempnam, aut ita resellam, ut minimum uidear indulsisse
stomacho. Nolim autem haec ita putes à me dici uir optime, quasi prorsus culpa uacem, tuque
admoneris: sed ut mihi sis aequior, faciliusque ignoscas, quod ha-

me nihil poenae deprecabor, si quis usque in scriptis meis ostendere possit simpliciter à me da-
mnatam, uel diuorum inuocationem, uel imaginum uenerationem. Hac in re si dignaberis & apud
alios esse sponsor, polliceor id citra captionem ac sine fraude tua fore. Quod si quis tibi secus
persuasit, si mihi parum fidis, quaeso te ut ab his qui deserunt, iubeas tibi demonstrari locata
simul ac inspexeris, ut debis illorum tragicas calumnias, nihil esse nisi meros fumos ac nebu-
las. Haec quae per se leuiuscula sunt, tuque de his tam leniter tamque amanter submoneas, tamen
immodice modestus, audacia ac temeritate amicitiae praetextu deprecaris, immane quan-
tum dissides à quorundam moribus, qui quum ipsi tota errent uia, tamen tertio quoque uerbo
schismata & haereses crepant. Ego mi Sadolete, à tui similibus uel conuicijs uel colaphis
etiam admoneri aequissimo animo feram, tantum abest ut tam blandis admonitionibus offen-
dar, nisi quod hoc ipsum offendit me, non admoneri liberius. Nam Cuthbertus Tonstal-
lus cetera par, hoc uno nomine te superat, quod liberius reprehendit, si quid in meis displi-
cet, utpote propius perspectum habes ingenium meum, ac mores domestico etiam conuicio re-
ctius cognitos. De insigni sacerdotio quod mihi Clemens pontifex te suafore daturus erat,
nisi certorum hominum calumnijs retractus fuisset in diuersam sententiam, pro tua quidem
propen-

propensa uoluntate gratiam in solidum me debere profiteor: sed tamen quod ad instituti
mei rationem attinet nullo detrimento res meas diminutas esse puto. Nam si talibus au-
cupijs fuissem intentus, plus offerebat Caesaris, regis Angliae, regis Galliae benignitas, quam
etiamsi essem auarissimus optare possem. Posteaquam mihi contigit quod huic corpuscu-
lo fouendo sufficeret, nihil amplius requirendum putavi, quam otium & tranquillitatem,
quum senectuti, tum studijs meis, in quibus decreui quod reliquum dederint superi uitae
conquiescere. Quid Clementi persuasum sit, nescio: illud mihi persuasum habeo, si sum-
mo pontifici, tum hic animus meus, tum ea quae uel feci uel passus sum perinde paterent,
ut patent deo *ἡμεῖς δὲ ὑποδύομεν*, aliquanto propensior esset in Erasmus, quam in quosdam,
qui tum uulgo clamant. Si caprassem mitras ac census, iam deplorarem operam inani-
ter sumptam, nec non arbitror mihi multum perisse fructus, si summo agonothetae pro-
baro studium meum. Porro quemadmodum ingenij tui mirificum gratuitumque candorem
exosculor: ita non queo satis mirari ingenium istorum, qui summi pontificis animam cona-
ti sunt in me calumnijs irritare, neque enim me clam est qui sint: cum altero fuit mihi olim non
tectum modo ac mensa, uerum etiam cubiculum & lectus communis: adeoque à me nulla lae-
sus est iniuria, ut quum illi res essent angustiores, commendatricibus literis meis non nihil
etiam adiutus sit, nec usquam illius in scriptis meis nisi honorifica mentio. Quo tamen in
me fuerit animo, ab eodem declarat libellus, in quo docet quid significet Hebraeis *racha*, quae
in aula pontificis per manus multorum uolitantem amicus quidam bona fide descriptum ad
me misit. In eo praeter omnem occasionem pontifici scribit se uehementer admirari, quum
in agricolarum tumultu tot hominum milia trucidata sint apud Germanos, Erasmus ad-
huc uiuere, qui totius huius tumultus princeps & antesignanus fuerit, qui tempestatem
saeuissimam excitari, qui maria turbare ab imo. Quasi mihi quicquam fuerit cum uelata
no pariter ac misero tumultu rusticorum, aut quasi non primus omnium instituto seditio-
so reclamari, submissius aliquanto, sed tum opinor prudentius, tum ad tuendam eccle-
siae concordiam accommodatius quam hi, qui uociferationibus, minis ac saeuitia, protinus
hoc incendium extinctum iri putarunt: à nominibus tempero, nam in his sunt quidam mihi
non uulgari necessitudine iuncti, quos tamen haecenus nihil aliud profecisse uidemus, ni-
si quod ciuitates & plures & arctioribus foederibus sese conglutinarunt, & indies congluti-
nant. Faxit Christus Optim. Maxim. ut uanus augur reperiar. Attamen si quod abomi-
nor, uideris exoriri terrificos orbis tumultus, non tam Germaniae funestos, quam exitia-
biles ecclesiae, memineris hoc ab Erasmo praedictum.

tum notus tum etiam charus, Romae nusquam non declamabat in Erasmus, in-
doctum, nullo iudicio praeditum. Cum eo posteaquam expositularem literis amanter &
honorifice scriptis, ille iusto meditatoque uolumine respondit, quod ad me nondum excu-
sum misit. Ex eo facile deprehendi hominem mea non legisse, sed audita delataque scribere,
imò ne scribere quidem, nisi per conductitias operas. Hoc opus quum Parisijs excusum,
sed adiectis nonnullis ad me uenisset, respondi, sed tamen ciuilliter & honorifice, sedulo ca-
uens, quantum ipsa cause natura patiebatur, ne quid excideret quod illius uel animo me-
rito doleret, uel fame detrimentum adferret, amicitiam etiam mutuam offerens quam ille
deserebat in calce uoluminis. Sed non conqueuit instigator ille primus, nec defuerunt Lu-
retiae qui stimulos adderent, praesertim *γυμνοδοτες*, quorum sacrum amicum ille triduo
quam moriretur induit, in eoque sepultus est solennibus illius ordinis ritibus, priusquam
typographus uolumen absoluisset. Quod mihi nondum uidere contigit, qui uiderunt
Ooo atunt

aiunt ingens esse: in eo per multas operas conductitias collectum est ex omnibus meis laborationibus, quicquid improbatum dogmatibus, affine quoquo pacto uideri potest. Quanto consultius erat ea decerpere, quae palam aduersantur eiusmodi dogmatibus, quorum nullus est numerus. Ita bonus ille uir, infixo, ut dicitur solet, aculeo fugit: cuius animae precor Dei misericordiam, operans ut feliciores reperiat patronos apud summum iudicem, quam ipse patrociniatus est Gallo aduersus Caesarem, aut Pontifici aduersus Caesaris copias, aut sibi ipsi in tuendo suo principatu. De Stunica cohercito perlubens tibi debeo, quem scio & ab Adriano pontifice uetitum ne quid in me scriberet, sed posteaquam iam praeter annotationes quas in Hispaniis aditas Romae distraxit, quinque aut sex libellis ad fatietatem usque in me debacchatus esset: minatur etiam nunc nescio quid, non iam de fidei, ut ait, dogmatibus, sed de re grammatica. Praeter hoc calumniandi genus, habet hoc seculum portentosa quaedam malefica cuiusdam ac uix credibilis peruersitatis, qui miris uentibus hoc agunt, ut aut latronibus obiciant Erasmus, aut moerore conficiant. Sed haec nusquam gratia Christo, nec animum a suo proposito labefactare ualuerunt, nec studiis meis ita multum detrimenti attulere. Ad psalmum abs te laudatum redeo, posthac sedulo conabor, ut quae scribo, citra exceptionem abs te probari mereantur: quod uereor ut in hoc psalmo sim affectus, certe spem assequendi nunquam abiciam, posteaquam autore te proficere coepi. Esti soleo dumtaxat in hoc scripti genere parcius indulgere stomacho meo, uidelicet in tanta mysteriorum maiestate, memet ad religiosam quandam componens reuerentiam. In illo ualde tecum sentio, multorum interpretum lectionem non nihil officere, tale praesertim argumenti genus tractant: multoque felicius cedere, si quis perspecta rei summa, totum se permittat arcano spiritui, animum interea non tantum a uitijs, sed prorsus ab externis humanioribusque curis auocans, et in sublimem quandam recessum subducens, ab omni mundanarum cupiditatum strepitu tranquillum & quietum. Nec leue momentum habet identidem interiecta precatio, quae spiritus uigorem alacritatemque mire redintegrat. Deum immortalem, quanta esset nostra felicitas, si relegatis opinionum & affectuum dissidijs, unanimes in fertilissimis scripturarum aruis exerceremur, aut in amoenissimis earum pratis luderemus: si tamē ludendi uerbo utendum est in re tam non ludicra. Verū ego confictus impuritate meae, nec ignarus quam incommodum quancumque refractarium organum prebeant officio spiritus ad haec tractanda, in quibus ille maxime reclusa philosophiae celestis arcanis, uelut in sacratissimo quodam adyto recondita esse uoluit, non sine tremore soleo accedere, in quibus uix quisquam factis religiose uersatur, nisi qui perpetuo uersatur. Tui uero pectoris tranquillam puritatem primum mihi delinuit Nicolaus Leonicus, uir ut apparet integer, & in Platonica philosophia feliciter exercitatus: delinuit autem in dialogo quo te de precando perquam sancte differentem facit: quem dialogum si prius legissem, legissem autem si huc amici misissent in tempore, meus de orando Deum libellus, aliquanto minus ieiunus, minusque humi repens prodisset. Sed animi tui pietatem quam illic adumbratam uidi, multo expressius mihi repraesentarunt psalmi tui luculenter enarrati, praecipue posterior, quem attentius & ut Graeci dicunt *αὐτὸν δὲ* legitur unquam curassem excudendum, nisi alij anteuertissent. Iam uix credas quantopere te amem de tuo isto iudicio, cum mea sententia ualde consentiente: Deus inquis omnium potens, qui tibi labores & sollicitudines & affectam ualitudinem dat, qui scis an maiore tuo bono id faciat, quam si quietem tibi & molle otium praerberet. Videris me tam penitus introspexisse, ut ipse mihi notior non sim quam tibi. In tot calamitatum perpetuo tenore, non alio argumento magis animum meum subleuare soleo, quam quod reputem hoc expedire saluti meae. Deus enim pro sua inenarrabili sapientia diuersis rationibus, purgat homines ac se dignos fingit, qui uelut egregius choragus uarias personas inducit in huius uitae theatrum, a quo paratum est omnibus praemium, si suas quisque partes quas ille delegauit decenter agat. Diuus Paulus eremita hoc ipso clarus est, quod uni affixus loco tota aetate fuit obsecutus. Beatus Hilario dum famam fugit, nusquam locorum non inclauit. Diuus Antonius eremo & urbibus se partitum est. Nullus horum quicquam aduersi passus est. Iam quantum discrimen est, inter Hieronymum & Augustinum, inter Chrysostomum & Basilium, inter Anathasium & Gregorium theologum: Ne ceteros commemorem, ingenio, fortuna, uitaque instituto dissimilimos, pietate pares, Quod si mihi choragus personam humilem & afflictam imposuit, utrum par est me illi obmur-

obmurmurare, et partes potius delegatas pro me uicissim suscipere. Deinde ille cuius ego seruo geruntur res mortalium, huius fabulae bonam catastrophem. Haec contemplatio facit ut nondum omnino spem abiciam, de his Germaniae tumultibus in magnum aliquod ecclesiae bonum exituris. Nouit enim ille etiam mala nostra in suam electorumque suorum uertere gloria ac salutem. Sed quod tu pro tua singulari bonitate precaris Germaniae, multis alijs regionibus precandū est, in quibus non minus sauit haec febris, licet minus eruperit. Quod si negotium hoc a tui similibus fuisset curatum, mitius ubique nunc laboraretur. Ferocia quorundam ad se magis quam ad Christum spectantium, exasperauit haec, exasperatque hodie morbum. Sed quae chorago nostro uidebitur, haec omnia cessura sunt in bonum rei Christianae. Non es tui dissimilis Sadolete modestissime, dum pro meis in psalmum tuum annotationibus gratias agis. Immo non tua errata notaui, absit a me tantum arrogancia, sed typographorum, nec ea in aliud annotaui, nisi ut tu dispiceres. Epistolae tuae clausula legens, uix praegaudio lachrymas tenui, quo magis iuuat ea uerba hic repetere. De me inquis, mi Erasmus licet tibi persuadeas uolo, quamquam tenuis sim, & magna a fortuna detrimētis multatus, nihil tamen me habere, quod non tuum aequae uelim esse ac meum. Neque in hoc solum, sed in omni tua dignitate atque fama conseruanda hoc sum animo, ut & sponte per me ipse, & abs te monitus, summam tibi fidem in amicitia ac beneuolentiam semper sim praestaturus. Haec quoties lego a tanto praesule, ex animo profecta, libet comici senis sermonem usurpare. Quam gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias restare uideo. Vah, uiuere etiam nunc lubet. Fortunae tuas imminutas hoc gratius sero, quod quae eas haberes cum optimo quoque communes, non tuo unius, sed plurimorum damno attritae sunt. Quod ad me attinet, abunde mihi uideor, per te locupletatus, dum te tam incomparabili amico frui licet. Mihi quidem perquam angusta est res familiaris, sed ut aiunt, pusillis auribus non multis opus est plumis. Minimo contentus sum, & si quid desit, sunt qui promptly alacriterque cupiant impartire. Hanc tuam epistolam si quid mihi credis, pluris facio, quam si misisses tantum aurum magnum. Neque haec eodem mihi dicuntur, quod isto nomine tibi debere nolim. Immo libens profiteor me tibi non minus obstrictum esse pro his quae defers, quam pro his quae iam praestitisti. Bonifacius Amerbachius, in cuius amicitia praecipue conuiuio, homo tam purus, ut in eo nihil reperias nauis, nisi quod est immodice modestus, iam duorum liberorum pater est, sustinetque Basileae publicam iuris professionem. Hoc eodem te scire uolui, quo illi sis aequior, si forte rarius ad te scriberet quam uelles. Tamen si non arbitror illum unquam tantum occupatum, ut tibi, quem unice diligit, non uacet scribere: sed raro dantur quibus tuto committamus literas istuc perferendas: quotiesque tuas post magnam etiam interuallum accepimus, bonae fortunae nobis litasse uidemur. Is nobis magis solatio est quoties reuiscit Friburgum. Id quod nunc rarius facit metu pestilentiae, quae hic per totum autumnum hinc memque satis proterue lustris, ac nondum etiam potest desinere. Miror autem qui fiat, ut quantum hominum decreuerit numerus, nihilo secius tamen indies accrescat rerum caritas. Bene uale, apud Friburgum Brisgoiae Non. Martij, Anno M D XXX

ERASMVS ROT. ALFONSO MANRICO

scopo Hispalensi S. D.

R N A T I S S I M E praesul, pridie huc a Lutetia missus est libellus titulo Ludouici Caruatali, illic excusus furtim, suppresso loci typographi nomine, nam per senatus aedictum non licet illic quicquam excudere non approbatum: Ego quum nec nomen agnoscerem, & libellus miram leuitatem ac petulantiam praese ferret, suspicatus sum esse iocularem, & per subornatum iuuenem agere fabulam. Respondi sicut riderem potius quam redarguerem. Aliquanto post uenit libellus idem apud uos excusus simili furo, cum literis amicorum admonentium ne dignarer hominem ullo responso. Vehementer dolui me sero fuisse monitum. Nunc idem iuuenis mittit nobis librum multo petulantiosem, similiter excusum absque loci typographi nomine, uidelicet praeter aedictum Caesaris. Cum tam ineptis libellis colluctari mihi non est animus, etiam si prodeant sexcenti: demiror tamē ab illo sodalicio obseruantium prodire tale scribendi genus, quum regula quam sub ueste gestant, serio deterreat illos ab omni obreccatione.

~~Epistola ad Petrum Episcopum Cracouensem~~ ad uestra
 tamen Hispania tranquillitatem pertineret, si clancularius ille typographus daret pœnas,
 ne subinde peccet grauiora, expertus felicem audaciã. Ab istis iuuenibus nihil expectan-
 dum, nisi stultum ac seditiosum. Si seniores habent quod adferant pro defensione uerita-
 tis, exhibeant libellos suos anteq̃ aedat. Non ero tibi pluribus molestus clarissime præsul.
 Si Erasmus tibi uidetur dignus ista contumelia, tu tamen pro tua aequitate publicæ tran-
 quillitatis curam non depones sat scio. Dominus clarissimam Cellitudinem tuam seruet
 incolumem, ac bonis omnib. florêtem. Domino meo Ludouico Coronello S. plurimam,
 Datum apud Friburgum Brisgoiã pridie Cal. April. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO MESIÆ HISPANO S.

IN me quidem nihil est ornatisime Christophore Mesiã, quod ullo pacô
 cum diuinis Marci Tullij uirtutibus sit conferendum, ego tamen quocunq̃ in
 numero sum recta studia pro uirtibus adiuuantur, illud tuum ingenium tam
 cãdidum, tam sanum, tam sobrij iudicij pluris facio quãm quemuis Asia re-
 gulum. Cæterum ab ignotis ac semotis accipere literas adeo mihi nouũ non
 est, ut pene sit quotidianum: a doctis, a magnatibus, ab episcopis, ab abbatibus, quos ego
 natos non noueram, subinde ueniunt literæ: a regibus, a principibus ac præsulibus ea di-
 gnitate, ut nulli possint esse ignoti, non tantũ literæ ueniunt, sed etiam splendida munera.
 A Cæsare Carolo multas habeo epistolas, ~~per hunc uicium~~ tam amãter scriptas, ut eas plu-
 ris faciã quãm illius in me benignitatẽ, cui tamẽ bonã fortunã partem debeo. A rege Fer-
 dinando, nec minus crebras, nec minus amicas, nõ sine munere ~~honoribus~~. A rege Gallia
 quotiens quã amplis conditionibus inuitatus sum? Rex Angliæ & crebris literis ac mu-
 neribus utroq̃ missis, declarat fauorem ac beneuolentiam in me singularem. Nec illi facile
 cedit foeminarum quas hæc ætas habet optima, Catharina illius regina. Rex Poloniae Si-
 gisimundus misit epistolam, cum ipso munere uere regio certantem. Dux Saxonia Geor-
 gius crebris me literis appellat, ~~id est ad id~~. Quid memorem Gulielmum archie-
 piscopũ Cantuariensem, quid Cutbertum nuper episcopum Londinensẽ nunc Dunel-
 mensẽ, quid Ioannem episcopum Lincolnensẽ, qui præter epistolas omnibus gem-
 mis preciosiores, quotannis ueluti tributum amicitiaẽ mittunt, nec petenti, nec expectan-
 ti? Ab Alberto cardinale Moguntino habeo præter literas egregium beneuolentis ani-
 mi monumentum, quemadmodum & a Philippo a Burgundia episcopo Traiectino nu-
 per uita defuncto, item a Ioanne Card. Lothoringia fratre ducis. Bernardus episcopus &
 Card. Tridẽtinus præter ~~hunc uicium~~ unus idq̃ non exiguum, crebro misit literas tam
 amicas, adeoq̃ solatij plenas, ut quamuis deiectum animũ possint erigere, amplissimis in-
 super conditionibus inuitas ad conuictum, a quo & hodie literas accipi eadem pollicen-
 tes quæ olim detulit, ac fortassis ut nunc res sunt, utar illius oblati. Archiepiscopi Tole-
 tani ad me literas iam excusas arbitror te uidisse, quid his fingi, quid optari potest aman-
 tius ~~hunc uicium~~. Nec defuit illius uel fortuna uel animo digna benignitas. Nup̃
 Gulielmus princeps dux iunior Cluensis ac Iuliacensis adolescẽs uirtuti natus, scripsit li-
 teras amoris plenas, addito poculo magnifico. Antonius Fuggerus simul atque sensisset
 me Basilea moliri abitum, misit uaticum centum flor. aureorum, pollicẽs in singulos an-
 nos tantundem & amplius, si uellem Augustã me recipere. Vbi respõdit mihi non esse
 commodum, misit poculum in primis elegans, pignus inuitaẽ inter nos amicitiaẽ. Ante pau-
 cos dies Christophorus a Stadio episcopus Augustensis, uir tum nobilis tum apprime
 doctus, itinere septem dierum, nec eo satis tuto, huc se contulit non ob aliud, quemadmo-
 dum ipse predicabat, nisi ut uideret Erasmi, uidelicet hominis umbram. Candorem illius
 prædico, non mea merita: attulit secum duo pocula regia, cum ducentis flor. aureis, dese-
 rens insuper omnium facultatum suarum comunione. Dum hæc scribo, ueniunt literæ a
 Iacobo Sadoletto Carpentoraensi, Deum immortalem, qua doctrina, qua morũ integri-
 tate, qua autoritate uiro. Solitus est & ante subinde nos doctissimis epistolis appellare. Ex-
 ciderat ille, nisi episcopus ~~hunc uicium~~ a commonisset. Nec dubito quin plures nunc
~~hunc uicium~~ Petrus episcopus Cracouensis, uir
 summa doctrina præditus, cum rege ~~hunc uicium~~ quãquam erga me pietate
 literis

literis amantissime scriptis, & magnificis donarijs declarauit. ~~hunc uicium~~ Polonia est, a
 dreas Critius episcopus Plocensis, quos frequenter & humanissimis literis, & eruditissi-
 mis carminibus recreat excitatq̃, ne hinc quidem ~~hunc uicium~~. Habeo etiam hunc epistolam
 ferum ab eruditis, a magnatibus, a principibus, a regibus, a cardinalibus, ab episcopis: ha-
 beo scriinium plenum donarijs poculorum, lagenarum, cochleariorum, horologiorum,
 quorum aliquot ex puro sunt auro, anulorum magnus est numerus, omnium autem lon-
 gemalor futurus, nisi pleraq̃ donata redonarem alijs studia prouehentibus. Et in his qui
 hæc donant sunt multi non doctrina modo, sed & uitæ sanctimonia præstantes, uelut Ar-
 chepiscopus Cantuariensis, episcopus Londinensis, episcopus Augustensis: & in pri-
 mis Ioannes episcopus Roffensis, qui fugerat, quemadmodum fugerat & episcopus Vra-
 tislauiensis Ioannes Turzo, qui miserat scriinium rebus elegantissimis referum Antuer-
 piam, ubi tum agebam, quum ego nunquam audissem aut somniassem Vratislauiam aut
 Turzonem. In huius locum successit frater, episcopus Olmuensis. Et indies accrescit ta-
 lium numerus, quum ego nullius benignitatem inuitarim, ingenue præ me ferens mihi fa-
 tis esse facultatum ad hanc uitã sobrietatem, cuius adeo me non pœnit, ut citius sim ali-
 quid detractus quã additus. Et tamen tanta est ultronea illorum liberalitas, ut si nulli
 sint reditus (sunt autem etiam præter Cæsareã pensionem aliquot) hæc sola meis studijs
 alendis sufficeret. Medio crum dona semper reieci, quoties licuit incolunt amicitia: aut
 sic accipi, ciuilitatis gratia, ut abunde pensarim. Sunt ut scribis, qui dicunt me nihil contu-
 lisse studijs, sunt qui clamitant me seminariũ hareseon. Et unde hic affectus rot ac talium
 uitorum, quos nemo non fatetur & acri iudicio præditos, & toto pectore pietati fauere?
 At isti graculi studio infelices, decem iam annis nullum non mouerunt lapidem, & hodie
 mouent in me, apud principum aulas, apud episcopos, apud Pontificem, apud Cæsarem,
 quid multis apud maximos & minimos: ubiq̃ repererunt, qui Erasmus defenderet, pa-
 troni inopinati, sæpe etiã ignoti. Qui sunt isti qui sic fauent impietati? qui fauent nihil con-
 ferenti studijs? Imò sapiunt & intelligunt uentrium istorum maliciosam garrulitatem. Fa-
 teor esse multos qui me præcedunt in hoc argumento laudis, nec mirum est, quum ego pri-
 mam inuidiam exceperim, uiamq̃ munierim, quum nouale repurgare cœperim, ac doleo
 nõ esse plures a quibus superer. In hoc enim a me sudatum est. Quod si quis conferat secu-
 lum quod fuit ante annos triginta sex apud nos, cum hoc quod nunc est, intelliget an ali-
 quid literis cõtulerit Erasmus. Ante annos uiginti nullus erat princeps qui teruncium im-
 penderet instituendo filio: nunc nullus est, qui non magno conductum adhibeat formato-
 rem pecularem. Reclamabant initio Theologi, sed seniores modo, nec hi tamen omnes:
 imiores nostra amplectebantur, nunc & Cæci mitefcunt. ~~hunc uicium~~

at sensim. In ea afflictione solatij plurimum attulit mihi tuae celsitudinis epistola, candoris, humanitatis, & eximia cuiusdam erga me pietatis plena. Quem fauorem si promererer, uel tuo unius iudicio me beatū existimarem; nunc apud me pudore suffundor, quoties tuum istum in me animum, quoties benignitatē effusissimā cogito. Quotidie uotis ardentissimis Deum comprecor, ut suo spiritu Cæsaris & principum animis suggerere dignetur consilia reipublicæ Christianæ salutaria, perq; Cæsaris summā potentiam & potentia parem pietatem, salutem hanc & humanis praesidijs insedabilem tempestatē in tranquillum uertere dignetur. Adest istic Card. Campegius, sedis Apostolicæ legatus, qui me semper singulari fauore prosequutus est. Scripsit ad me ex Oeniponte, cuius literis ob morbum serius respondeo. Hoc amplitudinem tuam non sine causa scire uolui. Archiepiscopus Cantuariensis iam ad extremā senectutem peruenit. Si nō attingit, certe proximus est anno octogesimo, sed magis arbitror excessisse. Alio qui semper hactenus prospera ualetudine, nūc ut fertur, adhibuit tibi tibi. Spero equidem illum mihi superstitem fore, sed timeo: si quid secus acciderit, animus est tuam celsitudinem in illius locum surrogare. E duabus Angliæ pensionibus debentur quorannis plus minus ducenti floreni, sed ea pecunia per negotiatores ad me peruenit accisa, nonnunquam usque ad quartam partem, interdum & intercipitur. Si quid humanitus acciderit Archiepiscopo, nihil mihi penderetur. Flaudica pensio quam habebam ex præbenda resignata, inaudita perfidia mihi cœpse intercipi per eum cui credideram omnia, uitam etiam creditorus. Tantum ualeat amor pecuniæ. Ex Cæsarea pensione absens terentium non recipio, uix reuerso quicquam daturus arbitror, utcumq; lactant me magnificis promissis. Ita futurum arbitror, ut Erasmus breui redeat ad paupertatem euangelicam, à qua tamen adhuc mediocri absum interuallo, gratia superis. Et si res ita postulet, parsimonia censum augebimus. Hactenus enim multa profudimus non necessario. Non tamen est quod metuas, ne tibi grauis cliens futurus sim, qui Cantuariensem adeo non grauarem, ut non semel oblatam illius liberalitatem recusarim. Utinam liceat aliquando moribus tuis humanissimis & eruditione multiplici propius frui. Libet hincaliquò prouolare, non quod quisquam misit molestus sit, sed quod in oppido non inamœno quidem illo, uerum nec magno, nec admodum frequenter, ad hæc semoto, multa desiderent qui multis egent. At non uideo portum. Quod si exoritur bellum, nec tutum fuerit hic manere, nec aliquò proficisci. Sed de his uiderit dominus, qui tuam pietatem sospitet ac prosperet in omnibus. Friburgi, natali Ioannis Baptistæ, M. D. XXX

ERASMVVS ROT. GEORGIO SAXONIAE DVCI S.

ILLVSTRIS SIMI princeps, ante complures dies scripsi Simoni Pistorio celsitudinis tuæ cæcellario. Sarcinula quam Gualthero Lypsiensi cōmiseras initio Ianuarij, mihi reddita est in fine Aprilis grauissime agrotanti. Nā morbus qui tentarat in Martio, repetijt me postredie Pasche, tam uolētus ut nec edere, nec dormire, nec scribere, nec legere, nec recitantem audire, nec cum quoquā colloqui liceret. Si sarcinula uenisset ante nundinas, fuisset mihi gratissimū. Non libenter legi iugum illud nominū, Dux Georgius & Martinus Lutherus in eadē pagina. Multū addit animorū illi præferoci, quod sic impune debacchatur in principes. Nusquā mihi magis displicuit quā in illa apologia, in qua de nihilo excitat tibi de furto, si superis placet, tragœdiā. Quantum illic amarulentia, quanta uasricies, quāta impudentia detorquendi ad calumniā omnia. Citat Hieronymū querentē de his qui scripsi ipsius effractions suffurabantur schedas, quasi T. C. quicquam simile fecerit, qui epistolam per multorum manus iactatam accepisti. Quā seditiose exaggerat, quod Ioanni ducti Saxoniae, ac senatui Noremburgensi uolueris imperare, quum in tuis literis nullum sit uerbū imperiosius. Quā impudenter uult idem uideri, tacite apud se cogitare quippiam, & alteri loqui seu scribere: quum ex cogitatione nuda nullius fama lædatur, ex epistola ceu colloquio nascatur rumor. Quā absurde citat, ecclesiam non iudicare de occultis. Imò occulta tormentis exquirunt leges, & ecclesia subet ut impias cogitationes aperiamus sacerdoti. Deniq; quum nihil cōuiciorum omiserit, fingit se parcere C. T. minitans nisi desinas se propurpurum uasis acidi fundum. Quoties inculcat te hostem esse, quum toties tam amanter inuites illum ad resipiscentiā. Postremo, qua fungitur autoritate, tradit te cum omnib; tibi quoquo

quoquo modo fauentibus satana: sed homo misericors mox soluit nodum, quem nexuerat, idq; nec penitenti, nec agnoscanti culpam. Deum immortalem, quantū illa discrepāt à spiritu euangelico. Centum libri aduersus hominem scripti non perinde alienassent animum meum ab eo atq; illa inuictua. Nusquā magis agit hyperbolum. Non est illi nouū sibi pugnantiā scribere. Quumq; docti quidam illi loca eiusmodi ingererint in os, homo suauis obticecit, quasi sint indigna respōso scilicet. Palinodiā de bello Turcico risi, quasi nunc alia sit Germania quā pridem fuit, aut quasi deus nunc quoq; non uisitet peccata nostra per Turcas. Quod si hæc causa ualeat, phas non esset ullam calamitatem à nobis depellere, non pestilentias, non bella, non latrocinia, non rusticorum incurfationes. In conuisione de bello aduersus Turcas, Turcæ imperium facit perpetuum & inuolabile, nobis nihil relinquit præter atroces calamitates & patientiam. Me non deterreret, licet ut scribis ætate decrepita, quo minus cōsererem manus cum homine, nisi toties re compertum esset nihil aliud profici, nisi quod iricem crabrones. Et iam pridem ab istiusmodi furiosis libellis libenter abstineo, senectutem meam consolans sacrorum uoluminum lectione. Ad Calendas Ianuarias emisi epistolā aduersus eos qui se falso iactant euangelicos, quū nihil sint minus. Ea re commoti quidam, duos libellos bene dentatos emisunt in caput meum, quos ego nec legerē dignatus sum hactenus, tantum abest ut parem responsionē. Ediderunt nouum dogma, phas esse fucis & mendacijs uti ad propagandum euangelicū, (sic appellant sectam suam) idq; iactant permitti legibus Cæsareis: quasi si quid humanæ leges permittant in re prophana, idem liceat in negotio euangelico. Cōcedunt hoc leges sed citra fraudem cuiusquam. Hic insimulantur innocētes & insiciuntur incauti. Assiduis uotis deum sollicito, ut Cæsari ceterisq; principibus suum spiritum impertire dignetur, ut hæc prodigiosa lues, si non penitus tolli, certe mitigari queat, ijsq; consilij res agatur, ut uiuat non pars, sed ueritas. Bellum horreo, cuius uariis est euentus, nec minus lædit bonos quā malos. Ueritatē inquit Paulus, hæc reses esse. Hæreticorū impietas olim cessit in magnum ecclesiæ commodum, exercuit illius doctrinam, & aperuit qui uere crederent, qui non. Tam eximia Cæsaris pietas mihi spem bonam facit, fore ut dominus per illius potentiam magna ex parte medeatur huic fatali malo: quod quomodo consilij aut præsidij hominum sanari possit, non uideo. In epistola tua ad Lutherum pag. C. facie priore lapsus est scribæ aut typographi. Nam Augustinus nunquam adhæsit Arianae sectæ, sed Manichæorum, ac rursus non nisi ante baptismum. Siquidem catechumenus scripsit in Manichæos. Hoc igitur exēplum nihil ad Lutherum pertinet. Dominus illustrissimā celsitudinem tuā sospitet ac prosperet in omnibus. Apud Friburgum Brisgoiæ postredie natalis Petri & Pauli, M. D. XXX

ERASMVVS ROTEROD. SIMONI PISTORIO S.

VVM maxime fauisset morbus, scripsi tibi per Henricum quendam, qui uideretur minus suo functus officio. Tantum eas literas uidetur reddidisse, in quibus erat commendatus. Illustrissimus princeps nullas quæstiones insperuit proximis literis. Sed tuæ tractabant nonnullas dubitationes. Quibus respondere prolixum esset, & mihi uideretur ad seditionem tendere si quid nouetur absque publica autoritate. Menses aliquot grauissime agrotavi, primum alui torminibus, unde uomitus ac stomachi ruina, & hinc extrema debilitas. Successit apostema sceleratissimum, umbilicum occupās. Ruptum est ferro, manet tamē duricies, unde me tuo nouam tragœdiā. Nam chirurgus præter naturam, in duro apostemate, quod frigidis erat dissoluendum, calidis & acribus malagmatibus fecit huleus. Adhuc repo & paulatim reuiuisco, nondum liber à medicis ac chirurgo. Absit, ut ego istius inextricabilis tragœdiæ me faciam Aristarchum, utriusq; pessimam gratiam reportaturus. Utinam Deus dignetur esse Aristarchus, qui solus potest huic fatali tragœdiæ finem imponere. Quod si Cæsar imperat ut Augustam ueniam, necesse est ut prius imperet huic malæ ualetudini. Cum tali Thrasone quid agi possit, non uideo. Scis omnem historiam. Obserua dissimulanter quid moliat, & si docem impleat mendacijs, fac uti rem cognoscat. Ducinuper scripsi per canonicum cognomento Rina. Bene uale patrone singularis. Friburgi septimo die Iulij, M. D. XXX

ERASMVVS ROT. NICOLAO OLAHO S.

A NIMVM istum tuum humanissime Nicolae lubens exosculor, tuum no-
men inter precipuos amicos adscripturus. Optimae reginae pietatem & hu-
manitatem singularem frequenter mihi suis literis depraedicaui Henkellus,
cuius autoritas apud me plurimum habet ponderis. Caeterum reginae nomi-
ne ad me nulla uenit litera, nec ipsius nec aliena manu scripta. Si uenisset epi-
stola, fuisset mihi in molestissima ualitudine magno solatio, Ignosce breuitati, adhuc te-
nellus sum, & scribo multis. Serenissimae reginae precor omnia fausta lataq;. Bene uale.
Friburgi septimo die Iulij, M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. IOANNI VLATTENO S.

S IVE scribis, siue non scribis, scio Vlattenum esse Vlattenum. Tot legationi-
bus ac negocijs exercitum fuisse, iuuabit olim. Dux Iuliacensis iunior misit
poculum cum literis. Quid illic agerem non uideo hac ualitudine, quae uelis
equisq; quod alunt, fugit aulas. Ex diutino morbo paulatim reuiuiscimus. Et
omnino de migrando cogitamus, sed nullum uideo portum satis tranquil-
lum. Dominus sine me dabit Caesari reliquisq; principibus salubria consilia, mihi humili
non tutum est talibus admisceri negocijs, in quibus si quis quid liberius aut aequius dixe-
rit, statim audit Lutheranus. Cupio te quam optime ualere uir animo meo charissime.
Friburgi nono die Iulij, M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. LVCÆ BONFIO S.

L EONICI libellum legam perlubenter, scio enim à uiro doctissimo sanctissi-
moq; nihil proficisci nisi doctum & sanctum. Quod hortaris ad comitia, Cato-
nis illud obiecta, ad consiliū ne accesseris priusq; uoceris. Et si maxime uoceris,
alligat hic ualendo. Nec uideo quid ego infimae fortis homuncio possim in
negocio tā perplexo, ad quod expediendū uix synodus *diuina* triennis
suffecerit. Quid, quod nec tutū nobis est hic hircere; si quid aequi dixerimus, statim audis
mus Lutherani. Nisi res per magnos ex omni prouinciarū consensu agatur, nihil egerint,
sed ab ea synodo submouenda sunt omnes humanae cupiditates. Pro tuo in me animo ha-
beo gratiā, & mutuū polliceor bona fide. Vale. Frib. IX die Iulij, M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO DILFO S.

S TIPVLÆ innitebaris mi Francisce, cum tantum tribueres meis epistolis.
Ab archiepiscopo Toletano iam abunde magnum accepit praemium, nec est
quod ista res te sollicitum habeat. Quae mittes ad Cocleniū, quando huc ue-
nient: Citius uenirent, si mitteres Augustam ad Antonium Fuggerum, nec
dubium quin ad conciliū eant multae legationes, currantq; ueredarij. Vi-
num abs te aduectū, quum primo gustu sic arrideret, mire imposuit nobis: simulatq; coe-
pinus serio bibere, mutauit colorem, saporem, & odorē. Martinus Polonus hac de cau-
sa profectus est Besontium cum uiginti coronatis, sed guttā non attulit. Officialis & the-
saurarius aberant legati ad regem Galliarum, caeteros Polonus *et alios* affirmabat esse me-
ros nebulones. Ita laborauimus grauiter quatuor ferme menses, nondū firmi. Haec ad epi-
stolam abs te scriptam Calend. April. & per ueredarium missam. De reliquis fac aulico
more, mitte exemplaria duplicia, & amicos admone ut idem faciant. Quum ego maxime
aegrotarem, Quirinus meus subito correptus est sudore Britannico, nec alium habebam.
Nam Cannius redierat in patriam amore libertatis, iam factus sacrificus, ac nobis fausta
lataq; precaturus. Haec repetijt Frisiam. Bene uale Dilfe charissime. Friburgi nono die
Iulij, Anno M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. ALPHONSO VALDESIO S.

N ON possum non uehementer dolere sortem tuam Valdesi charissime, qui si-
mul & parentem optimum, & patris affectu patronum Mercurinum Gat-
tinarium amiseris: sed animus offirmandus est ad omnia quae possunt homi-
ni accidere. Nos quoq; dominus dignatus est inuisere, paulatim reuiuisco,
sed quoniam chirurgus in duro apostemate uiolentis malagmatis induxit
hulcus, quod ita sanatum est ut maneat duricies, uereor ne recurrat malum. In medio mor-
bo, famulus meus quem unicum habebam, nam alter reuocatus est in patriam, sudore
pestilenti

pestilenti correptus est, qui mihi & in cubiculo & in mensa perpetuo adfuerat. Sed domi-
nus est, faciat quod bonū est in oculis ipsius. Bene uale Valdesi charissime, & post istam
tempestatem expecta serenitatem. Nil adhuc accidit tibi noui. Amilisti parrē, id quotidianum
est. Gattinarius diu uiuere nō poterat, in caducum parietē inclinabas. Scias hunc hominē
quantus quātus est tuum esse. Bene uale rursum. Friburgi 1 x die Iulij, M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. CONRADO EPISC. VVIRCENBURGEN. S.

N VLLA unquam commendatio cessit felicius ornatisime praesul, q̄ illa qua
tuae celsitudini paucis uerbis Mariti ecclesiasten, & Stibarum collegij tui ca-
nonicum cōmendauit. Quandoquidem tuis ex literis intelligo, non solum il-
los tibi factos chariores, uerumetiam me quoq; prius ignotum tantam inisse
gratiam, ut cōmendatorem inter tibi cōmendatissimos habere dignatus sis:
nec satis habueris epistola tam candida mihi gratias agere, contra quam fieri solet: nam
quorū commendatio tibi ipsi gratias agere non potuit, quod uultu, & am-
icissimi animi solum ac *uoluntate* apud me deponeres, quae tibi epistola tantum
eximio principe, tam honorifice, tamq; amanter scripta, mihi quāuis magni muneris lo-
co esse potuerit. Nec sufficit animo isti tuo munus qualecūq;, sed plane regium donare
uoluisti, magis reputans quid te deceret dare, quam quid Erasmi accipere. Auger doni
precium, quod nec promerito, nec ambientī, ac ne expectantī quidem ultro detulerit tua
benignitas. Quo maiorem gratiam eius nomine me tibi debere profiteor. Siquidem quae
dantur benemeritis, mercedis nomen mereantur citius quam beneficiorum: quae preci-
bus extorta sunt, ea magno empra scripsit Seneca. Quae promissa diu torserunt, expecta-
tione magnam suae gratiae partem amiserunt. Verum pro his demū quae prius uenerunt,
quā uentura suspicaretur qui accipit, solidam debemus gratiam: quae etiam si exigua
sint, tamen animus dantis reddat ea preciosissima. Scribit Homerus non esse reijcienda
deorum munera, ego uero tantum principum spontanea dona, ceu sacra quaedam monu-
menta apud me libenter seruo, ac ueluti pro testimonijs ostendo, quibus me non medio-
criter ornatum arbitror: iisdem interdum me ipsum conolor aduersus quorundā inauspi-
catissimorum hominum prauitatem, qui nec de benemeritis bene loqui possunt, nec his be-
nefacere a quibus beneficentia sunt prouocati. Quid igitur superest amplissime praesul,
nisi ut nostrum singulis magnifice gratuler: Mario ac Stibaro, auctam tanti principis be-
nevolentiam: mihi, cui tam feliciter celsere audacia, ut non solum non offenderim impro-
bitate, uerumetiam gratiam non mediocre inierim, in eorum numerum quos tu digna-
ris amicitia tua coopatus. Sed & tibi suspicende praesul, non minus gratulor istum ani-
mum, in tanta dignitate modestissimum, in tanta fortunae indulgentia incorruptum, in tot
negociorum undis nihil aequae cordi habentem, atque ecclesiae catholicae commoda. Eai-
nunc tot fluctibus factata planē tui similibus naucleris eget, qui non grauentur priuata
commoda Christi gloriae posthabere. Ita que sic sibi prersuaadeat tua celsitudo, Erasmi
quantus est, in ipsius aere esse, neq; quicquam magis optare, quam dari sibi occasionem, qua
uicissim grati clientis animū utcumq; testificari possit. Neq; enim me minus oneratū tuo
beneficio quam honoratum arbitror. Nec tamē exonerari cupio, uel quia debeo tali prae-
suli libenter, uel quia perspicio me prorsus non esse soluendo etiā si facultatū mearum om-
nium atq; etiam capitū huius fecero auctionem. Sat habeo si quo argumento declararo,
mihi reponendae gratiae uoluntatem non deesse. Dominus Iesus R. C. T. sospitet prope-
retq; quum in omnibus, tum in sedandis his ecclesiae tumultibus. Neq; enim desperandum
est. Grauiores olim aetate diui Hieronymi pertulit, & uiuit etiamnum Christus, qui uer-
bo sedat mare quamlibet fremens, atq; exitium minitans. Nos tantū excitemus eum pre-
cibus, ac bonis operibus uellicemus, donec expurgatur, iubeatq; tempestatem hanc con-
silesce. Hanc gloriam sibi uult tribui, non nostrae prudentiae. Datum apud Friburgum
Brisgoiae postridie Laurentij, M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO EPISC. AVGVST. S.

E ODEM die quo celsitudinis tuae postremas literas accepti, miserā isthuc nun-
tium meo aere in hoc proprie conductū. Tuas tertio die Augusti scriptas red-
didit rusticus quidam, dicēs se Augustae accepisse a filio cuiusdam piscatoris.
Id quo casu acciderit nescio. Vereor ne reliquae sint interceptae. Nam Corycaei nūq; non
uigilant

uigilant. Paulatim euado firmiusculus, nisi quod pulicum improbitas nos tantum non ene-
cat inquietudine. Pergrata mihi fuit tua obiurgatio, quod scripseram me tibi non fore graue
clientulum. Declarabat enim constantissimum in amicitia animum, cui utinam aliqua ex parte
te queam respondere. Libellis quos emittunt seclorum *πρόμαχοι*, etiam minantur nobis, tan-
tum abest ut pacem ambiant. Tres conditiones quas recensentes, meo iudicio, nulla religionis
iactura concedi poterant, sed minime credo seclorum proceres illis fore contentos. De cere-
broffis & capitolis, scio tuam sublimitatem extra reptilium morsus esse. Nihil tam est quod
non moliantur istri crabrones, & si credimus apologis, etiam in caelum subuolans scarabeus
ultus est aquilam. Praefationem in Chrysostomum iam absolui. De Iacobo Fabro Stapu-
leni suspicor esse fabulam, nisi id nuper accidit. Nam ad festum Ascensionis in Lutetia re-
cepi literas, nec ullus uel huc uel Basileam rumor aduenit de illo tristior. Ante complures
menses exusserunt quendam Lodouicum Berquinum, ~~uicium peritum in periculo, non tam
hominem. Opus est de hoc uero admodum acerbum, sed in quo, si inueniatur, de his
hominem peritum in periculo.~~ Ea uti suspicor, fuit rumoris occasio. Nam Faber ut Enoch, assum-
ptus est a rege Gallorum, qui uetuit ne quis uel in illum uel pro illo scriberet. Id opinor pro-
curatum ab eius patrono episcopo Lodouensi. Dominus amplitudinem tuam prosperet
in omnibus. Friburgi postridie Laurentij, M. D. XXX.

ERASMVS ROT. PETRO EPISCOPO CRACOWIENSI S.

XHILARARUNT animum meum tuae literae reuerende Praeful, quae tuam
R. cellitudinem & superstitem declararunt & nostri memorae, denique nostram
in dedicando Seneca propensam uoluntatem boni consuluisset. Sed hoc gau-
dium temperauit Martini Slapi oratio, referentis te ad diutino periculoso
morbis nondum satis confirmatum. Caeterum e proximis amicorum literis ex-
pecto lactora. Vernis hisce mensibus spirarunt hic uentuli misere blandi, sed exitiales. Multi
tis conciliarunt languorem, non tam grauem quam tenacem. Me torminibus alui tantum
non enecarunt. Diutino cruciatui successit apostema circa umbilicum. Male cesserat me-
dicorum cura, sed peius chirurgi sedulitas, qui durum apostema, quod moderate frigidis erat
discutiendum, igneis emplastris sic adussit, ut carnem asiam gestare uideret. Post quatuor
menses uix ceppi reuiuiscere, & ad hunc usque diem paulatim uiriculas accrescere sentio.
Haec igitur aetas nobis penes fuit sterilis, nisi quod unico libello rixamur cum pseudoeuange-
licis, & Chrysostomum dedimus ea dignitate, qua prius dedimus Augustinum. Multa acce-
serunt prius nunquam aedita, uelut commentarij in utraque ad Corinthios epistolam, aliaque: Si
contingeret hanc hyemem tranquillam agere, dabimus nonnihil iuuandis studijs comodum.
Martinus Slapus constanter eum animum in me declarauit, ut si ex me natus esset, non pos-
sem optare plus pietatis in filio, ingenium uerecundum, sedatum, patiens, amicum, fidele, mo-
destum. Quo genere natus sit nescio, sed utinam tales semper gignerent principum uxores.
Is nisi me fallunt omnia, praestabit aliquando bonum uirum uestrae Poloniae. Hoc eo scribē-
dum putauit, ut si qua se dederit opportunitas, tua cellitudo faueat illius comodis. Eadem
si quid a me fieri uolet, suo mancipio imperabit, cui precamur omnia laeta. Datum apud
Friburgum Brisgoiae postridie Cal. Septemb. Anno. M. D. XXX.

ERASMVS ROT. IULIO PFLVG S.

APIENTER ab antiquis dictum est, uir clarissime, ex malis si quid inest ho-
ni, decerpendum esse. Ex illius de quo scribis negocio, quanquam alioqui mo-
lestiarum pleno, hoc capio comodum, quod tui notitia nactus sum. Nam mihi
uideor in literis tuis uelut in speculo quodam perspexisse peccus istud tuum,
gratiarum ac mularum & omnis honestae eruditionis domicilium. Cum pri-
mis autem exosculatus sum, quum mirificum animi tui candorem, tum uero eximia inge-
nij sanitatem. Eam mihi declarat oratio tua, undique sibi coherens, nihil usquam habes asper-
rum aut hiulcum, aut affectatum, aut intempestiuis sensiculis ineptum. Vix autem credas,
dum tuas contempler uirtutes, quantopere mihi displicuerim; uerum haec alias. Libenter
tibi debeo pro ista in me pietate, qui tam sedulo meae tranquillitati consultum uelis. Atque
utinam efficere possis, quod pariter optamus ambo. Ego enim iam pridem in hoc nugone
plane lupum, quod aiunt, auribus teneo, quem neque ut amittam, neque ut retineam scio. Vti
nam sibi petinde amicus esset atque ego sum. Sed utcumque cadat istius negocij alea, amicitia
intra

inter nos initam confido fore perpetuam. Quod si pro tua singulari humanitate non fa-
stidis infimae fortis amiculum, enitar sedulo, ne quid committam gratijs indignum. Illud
autem in primis abs te petendum, ut has extemporales schedas boni consulas. Eas comi-
simus praefecto arcis Brisfacensis. Nonnihil etiam uereor ne haec uos Augustae non reperi-
ant. Si contingeret uos isthic commorari diutius, scribam aliquanto accuratius. Bene uale.
Friburgi Brisgoiae X. Calend. Octob. M. D. XXX.

ERASMVS ROT. LEONARDO OFFICIALI BESONTINO S.

ROFECTO quanquam nonnullis inuidiae causa rhetor appello, consum-
psi colores omnes excusandae importunitatis meae, qui uiris alias occupa-
tissimis, tum de quibus nihil unquam sum meritis, non desinam meis petaci-
bus obturbare literis. Sed quis pudori locus, ubi ea urget necessitas, quae fre-
quenter huc perpellit, ut homo comedat hominem? Stomachus nullum fert
uinum Germanicum. Homerus scribit durissimum esse mortis genus, mori fame: ego durius
esse puto, mori siti, cui periculo nunc proximi sumus. Ante menses aliquot emandaram
isthic iuuenem quendam nobilem Polonum, is quonia uos isthic non offendit, redijt huc
uacuum. Nunc mitto familiae meae miserimae columen. Nolim uos grauari ullis impedijs,
iam toties expertus uestram benignitatem, nummorum affatum tradidi. Hoc agendum, ut
pauiscamur uinum aptum nobis, id quod uel per famulum tuum fieri poterit. In monte
Pellicardi nullum habeo mihi uel leuiter notum, alioqui non essem uestrae ciuitati mole-
stus. Ad Calend. Septemb. accinctus eram ad repetendam Brabantiam, sed per aulicos Ca-
saris iussus sum manere usque ad exitum concilij. Nec semel me poenituit obsequij. Nunc
hyems urget, nec tutum est in nido prouolare. Quapropter oro te, ut nunc modo serues
Erasmum, in posterum prouidebitur ne uobis cogar esse molestus. Non te morabor am-
plius. De rebus nouis scripsi Francisco thesaurario. Bene uale patrone incomparabilis.
Friburgi pridie Lucae, M. D. XXX.

ERASMVS ROT. ANTONIO DALBONO ABBATI S.

VM oblatuisset qui Lugdunum peteret, huc rediturus, non putauit commit-
tendum, ut ad te sine meis literis ueniret. Itaque tuam epistolam quam attulit
theologus Mallarius, relegendo ex uetere mihi feci nouam, geminamque ex ea
uoluptatem ceppi. Nam tota spirabat & summam humanitatem & eximiam
quendam pectoris tui candorem: Ne quid de me dicam, quem Mallarius pro
sui ingenij benignitate tibi persuasit esse aliquid. Porro quae de lucubratiombus meis pre-
dicas, non sine rubore legi uehementer tam optarim eas esse tales, ut possint non omnino
indignae uideri uirorum tui similibus auribus atque oculis. Iam duo sunt de quibus non ar-
bitror esse necesse ut me tibi purgem accuratius, si tuum ingenium satis ex epistola tua
perspexi. Mallarium scio, frigidissime excepi & talem uirum & tam diligenter abs te com-
mendatum. Verum haec ualetudo me cogit, ut in totum ab hoc officiorum genere me te-
perem, adeo ut cum nuper huc uenisset Christophorus a Stadio episcopus Augustensis,
uir non solum natalium imaginibus illustrissimus, uerum etiam eruditione exacta caete-
risque episcopo dignis uirtutibus ornatissimus. non ob aliud nisi ut uideret Erasmum, adferens
secum munus honorarium, quod non indecorum fuisset quamuis potenti regi dare ma-
gnati: multo frigidius hominem acceperim quam Mallarium, quippe quem nec ad conuiuium,
nec ad poculum inuitarim, nec saepius quam bis mei conueniendi copiam fecerim. Odi ego
hanc non inhumanitatem, sed inhumanitatis speciem. Verum aut hoc ferendum incom-
modum est, aut negligenda uita. Interdum forticulus conor agere bellum hominem, sed
mox praesto est Ate. De altero crede mihi iustitiam esse excusationem, quam tu quoque
uelles fat scio. Septem iam menses exierunt, quod amplitudinem tuam nullis literis com-
pellarim. Utinam hic nihil aliud causari liceat, quam tabellariorum inopiam, quam studiorum
occupationes: sed ab eo languore qui me dum hic esset Mallarius cepit, uix sub Aprilem
reualueram, quum subito uenti quidam blandissimi, sed nocentissimi morbum reuoca-
runt. Primum erant alui tormina, cruciatus morte crudelior. Successit apostema subter
umbilicum. Hinc mihi res fuit cum medicis & chirurgo immanissimo. Nec erat finis fu-
turus, nisi ferro uentrem incidissemus. Hoc genere mortis diuus Erasmus peregit marty-
rium. Cum hoc malo quinque ferme menses luctatus sum, a quo sic tandem dimissus sum,

Ppp ut

ut me mihi reddiderit imbecillitorem. Utinam mihi licuisset tua tempe, tuamq; infulam nomine magis quam re Barbaram inuisere. Talem enim sedem iam dudum circumspicio in qua mea senectus iam & laboribus & rixis lassata conquiescat: inuitor à multis, sed nescio quo arcano sensu in Galliam inclinatus animus, non uini causa tantum, quanquam & hoc est aliquid. Nam hac aestate minimum abfuit, quin sibi perierim, homo minime bibosus. Besontium commigralessem, sed ob dissidium quod tum gliscere ferebatur inter magistratum & canonicos, non expediebat. Lugdunum saepe gestiebam, sed deterrebat partim itineris longitudo, partim nihil istis esse parati, partim bellum, quod ferebatur existeret inter Sabaudos & Bernates. Certum erat ad Calendas Septembris isthuc demigrare, nam hic praeter rerum necessariorum summam uel caritatem uel inopiam, & scuit mala pestilentia, & bellum timetur euangelicum: sic enim libet appellare. Sed id temporis uenerunt ex aula Caesaris literae admonentes ne quo pedem ante exitum concilij: si quid esset à bello periculi, se in tempore monituros. Eandem cantionem cum multi canerent, parui, & poenitet obsequij. Interim enim occupauit hyems, & pestis immanissime grassatur, nec adhuc satis liquet, quae futura sit huius conuentus catastrophe. Zuingliani non impetrarunt ut audirentur. Lutherani concessum est ut exhiberent suos articulos, his ubi paucis esset responsum, Caesar pronuntiaret. Cum nihil conueniret, principibus aliquot ex utraq; parte delectis datum est negocium, ut si qua possent, dissidium componerent. Cum à pluribus nihil ageretur, sex eximij delegatum est negocium. Res pro modo deducta erat ad concordiam, nisi quod Lutherani principes nihil audire uoluerunt de restituendo & ablegandis sacerdotum uxoribus. Denique Caesar pronunciauit, ut ciuitates quae noua dogmata recepissent, se conformarent ritibus altarum ecclesiarum: ad id datum est spacium sex mensium, hoc est usque ad idus Aprileis. Principes euangelici offensi sunt duobus uerbis sententiae Caesarianae: alterum erat quod in ea ipsorum sodalitas diceretur secta: alterum quod adiectum esset, quanquam Lutheranorum doctrina sufficenter ex diuinae scripturae fundamentis fuit confutata. Hoc non tulerunt, dicentes se non solum credere, uerum etiam scire suam doctrinam nisi fundamentis euangelicis & apostolicis, idq; in conspectu Caesaris magna confidentia, eam uocem indignissime tulit Caesar. Illi redierunt ad sua. Non dum prodita est extrema sententia, quanquam non latet qualis sit. Iam enim numerantur principes & ciuitates, quae uelint haerere Caesari, quae secessis. Haec quorsum euasura sint nouit deus, sed interim tamen haec serio fiunt. Caesar accepit coronam à Pontifice nulla caeremoniarum parte omitta, nisi quod Romae res acta non est. Ferdinandus institutus est archistrategus Austriae, designandus breui & Romanorum rex, solennibus caeremonijs. Turca misere tractauit Austriam, nuper etiam Morauiam, moliturus crudeliora, ni Deus prospexerit. Sunt qui minantur & Anglorum regi, quod uxoris repudium mediteretur. Ab his malis Galliam uestram immunem esse gaudeo, atque utinam sit perpetuo. Certe nullam malle mihi supremam dari senectutis sedem. Pecunia non admodum egeo, homo paucis contentus: tranquillum portum desidero, quandoquidem Germaniae tumultibus solus Deus poterit finem imponere. His literis si dignaberis rescribere, magno me solatio affeceris. Si Mallarius queretur se nihil accepisse litterarum, existimet has quoque sibi scriptas esse, quando talium certe amicorum comunia sunt omnia. Vos ambos incolumes seruet Opt. Max. Christus. Datum apud Friburgum Brisgoiae, quinto Calend. Decembr. M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. MATTHIAE KRETZERO S.

GO uero non modo sim inhumanissimus, uerum etiam Christiani nomine indignus, si te qui prior ad amicitiam prouocasti, non redamarem. Complures iam annos quidam improbe mentiti sunt, mihi per omnia cum Luthero conuenire, non quod hoc omnes sibi persuasissent, sed quod eum rumore perdedo Erasmo putarent accommodum. Nunc ab ea spe delapsi, comenti sunt alium colorem, Erasmo huic tragodiae seminarium ac fontem esse. Hoc etiam num mordicus tenent. Albertus Pius quondam Carporum princeps, ante duos annos in hoc argumentum uelutans, nunc idem serio tractat conductis operis, quae ex omnibus meis lucubrationibus collegerunt, quicquid ad calumniam detorqueri potest. Idem pontificis

pontificis in me animum siminus alienauit, certe refrigerauit. Opus excuditur à Badio. Vetus est, de consule fieri rhetorem, nunc uidemus e principe fieri, penè dixerim sycophantam. Hoc organum praecipue mouet quidam sibi felix, ecclesiae infelix, quum Pius nec sibi, nec alijs fuerit felix. Certum est posthac istiusmodi sycophantijs esse mutum. R. Praefulis Augustani pectus plus quam aureum iam pridem exploratum habeo. De nostro amico non queo satis mirari. Si hoc uenenum diu gestauit in pectore, miror potuisse dissimulare: si nuper concepit, demiror unde hauserit, qui ante hac nullam iniquioris animi significationem dedit, imò aliquoties per communes amicos me iussit amanter saluare. A me certe nunquam lesus est, quin potius amabam hominis ingenium. At si uera scribunt amici, nemo unquam in me furiosius debacchatus est. Fuit istic quidam omnium Thrasonum alpha: Is ut suspicor, ei camino suggestit oleum. Haec uix licuit scribere uir absolutissimo, alias copiosius. Friburgi undecimo Calend. Ianuarias, Anno millesimo quingentesimo trigesimo primo.

ERASMVVS ROT. GEORGIO SAXONIAE DVCI S.

AM olim quidem compluribus argumentis perspectum habens illustrissimae tuae celsitudinis erga me propensum fauorem, & intelligebam & profitebar me illi plurimis maximisque nominibus obligatum esse. Verum nuper grauioribus etiam nominibus me sibi reddidit obligatorem, praecipue duobus. Alterum quod, ut ex literis R. D. Christophori episcopi Augustensis accepit, tuam in Erasmo beneuolentiam apud aliquot ecclesiae proceres, inter quos erant Cardinalis Campegius & Cardinalis Leodienis, dignatus es profiteri. Quo quidem testimonio arbitror ornamentum dignitatisq; meo nomini non parum accessisse. Alterum quod tam amanter, tamq; sollicite dederis operam, ut senectis studijsq; meis otium tranquillum parares ab eo, cui pro delectamento est mihi negocium facessere, literarijsq; commentationibus obstrepere. Quod tuae sublimitatis studium, utcumq; caetera casura sunt, hoc certe nomine mihi fuit felicissimum, quod hac occasione nactus sum amicitiam uiri omni decorum genere ornatissimi, Iulij Pflug. Cuius similes utinam quamplurimos haberet Germania. Mihi quidem multis de causis quies non solum optatissima est, uerum etiam necessaria. Sed si hanc personam Deus humanae fabulae choragus mihi imposuit, partes delegatas agam oportet. In hac arena mihi uideo moriendum esse, nam ut isti uiui conquelescant nihil est spei. Nullus est annus quin duos tresue libellos in caput meum eiaculentur pseudoeuangelici. Priuatas molestias facile concoquerem, si publicus ecclesiae status haberet ut uellem. Pacata est Italia, Gallia Caesari nodo ut aiunt, Herculano foederata est. In Hispania nihil est tempestatum. Negocium Britannicum de repudio facile citra tumultum componetur, ut audio, utq; noui regis ingenium. Cum Turca sperantur induciae quod quidem existimo non tantum ad reipublicae commoda, uerum etiam ad Christi religionem propagandam esse conducibilis. Si Deus huic febre Germanicae mederi dignaretur absque bellis intestinis, sperare liceret aureum quoddam seculum. Tot iam diu flagellis afflicti sumus, bellis, tumultibus, pestilentijs subinde spectem mutantibus, summa caritate rerum atque etiam penuria, nec solet dominus irasci in finem, sed in ira recordari misericordiae, tantum ut nos toto pectore conuertamur ad illum, in eum unum figentes anchoram spei nostrae. Non erat animus illustrissimam celsitudinem tuam hisce literis interpellare, nisi suam operam ultro detulisset generosus adolescens, mihiq; tum ob eruditionem haud uulgarem, tum ob morum integritatem etiam domestica consuetudine perspectam in primis charus & amicus Andreas Conritz, qui cum fratre suo Erasmo repetit patriam, relicto hic altero germano Christophoro, qui & ipse diligenter ac feliciter in iuris peritorum literis exercet ingenium. Precor ut illustris, C. T. incolumem ac florentem nobis reipublicae seruet Opt. Max. Christus. Apud Friburgum Brisgoiae Idibus Martijs, Anno à Christo nato M. D. XXXI.

DES. ERASMI RO

TERODAMI EPISTOLARVM LIBER XXVI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS IVLIO PFLVG S.

I INTER nos susceptum esset eloquentiæ certamen Iulii præclarum Germanicæ decus, profecto literarum tuarum erudita facilitas & decora iucunditas, ac felicissimus quidam perpetuusque Tullianæ dictionis fluxus, me à scribendo deterruisset. Id esse uerum ne me putes rhetoricari, quantumuis sancte deierare non dubitem. Sed quoniam nec hanc ætatem, nec theologum decet anxia poliendi sermonis cura, non uisum est affectare, quod assequi nullo modo possem, etiam si omnes neruos intendero. Pro in tua frater humanitate, ausus sum ex tempore, meoque more quicquid in calami cuspidem uenerit chartis

illinare: quod nunc etiam maiore uentia facio, cum eodem tempore plures sexaginta scribenda sunt epistolæ, & in his aliquot, quæ iusti prope uoluminis instar habent. Pro laudibus quas tibi tuo merito tribuo, non est quod mihi gratias agas, aut benignitatem meam prædices, quum iustus sis, ut utriusque Deo, cuius munificentia est, quicquid in nobis est laude dignum, gratiam habeamus: quem precor ut suam in te benignitatem semper in maius ac melius augere dignetur, quando quod haec tibi concreditum est, tam non maligne quum amicis omnibus, tum uero reipub. potissimum impertis, uidelicet non ignarus in quæ usum tot præclaras ingenij naturæque dotes ille tibi scenerauerit. Quod uero tua bona sic extenuas, nihil aliud efficit, quam ut magnificentius etiam de te sentiam, ut pote ueræ minimæque fucatae uirtutis notam agnoscens, quæ nihil moratur hominum laudes, sed ad eas ceu uirgo quæpiam intacta, rubore suffunditur: nec est ulla tutor uerorum bonorum custodia. Quod polliceris te si non cæteris uirtutibus, certe gratitudine fideque meo de te iudicio responsurum: Gratitudinis uocabulum non agnosco, de fide lubens audio, quanquam nihil addubitaturus, etiam citra promissum. Tua de principis erga me studio propensaque uoluntate mihi iucunda fuit magis quam necessaria testificatio. Tot argumentis illius in me non modo beneuolentiam, sed & pietatem iam pridem exploratam & perspectam habeo. Itaque mihi nihil æque persuasum est, quæ quicquid in hac causa fecit, ab amicissimo profectum animo fuisse. Nec ob id pilo minus me illius humanissimæ celsitudini debere puto, quod res in diuersum cessit. Animos spectare decet, non exitum. Quare quod tam diligenter persuadere niteris illustrissimo duci nihil aliud fuisse propositum, quam ut dum meam senectutem ab his turbis asserit, & studiorum meorum tranquillitati, & publicæ, ut ais, utilitati consulat, honestam tu quidem uir egregie, sed superuacaneam operam sumis. Quod autem scribis, hoc actum, ut ille præcisa materia litis mihi negotium non faceretur, aut si faceretur, id ei sine fraude non esset & c. Ad hæc aliæque huius generis arbitror te non desiderare responsum, si modo schedæ quibus ad tuam priorem epistolam rescripti tibi reddite sunt, aut si eas tua lectio dignatus es. Nec enim me fugit, quam non capiantur eiusmodi rixis ingenia generosa. Quod si nemini persuadeo monstrosas quorundam delicias, quid mihi superest, nisi ut euangelico clypeo memet obarmè patiētia? Cum tot enim monstris mihi res est, ut iam debuerit animus ad ista occaluisse. Sed piget harum nentiarum meminisse. Posteaquæ hoc fato natus sum, iuuat in tui similitum uirorum amicitia conuiescere, quos habeo non tam paucos quam multi sibi persuadent. Tuæ uero necessitudinis accessionem, si quid mihi credis, pluris facio, quam si contigisset sacerdotium quamlibet optimum. Ad eam alendam non arbitror opus esse multis officijs, sat erit si subinde mutuis literis excitetur. Si quid tamen erit in quo quæ animo tuo aut etiam tuorum gratum facere, nihil erit quod non & alacriter & libenter sim præstaturus, modo fuerit in mea potestate, si uel abs te monitus fuero, uel si sese dederit oportunitas. Legi uero quam fers, sanè quæ lubens subscribo, ut in amicitia nostra uelut iam legitimis auspicijs inita, iustisque numeris confirmata, laudum reciprocarum uices, excusatio stili neglectioris, & si quid aliud est huius generis, id omne post hac sublatum sit. Ve illustrissimo

illustrissimo principi me reddas cōmendatiorem, quam existimo superuacaneum orare, oro tamen, nec ob aliud nisi quod id summopere cupio. Vale. Apud Friburgum Brisgoiæ prid. Idus Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXI. Ut liberius ad te scriberem in causa fuit Andreas Conritz, iuuenis imaginibus clarus & in iurisperitorum literis diligenter exercitatus, mihi cum fratre suo Christophoro domestico conuictu notus spectatusque est, atque etiam mensæ cōmunis, salisque religione fœderatus, Eū arbitror tibi notū esse: aut si notus non est, quæso te ut ne pigeat cognoscere propius.

ERASMVVS ROT. LAZARO BAYFIO S.

V M M A M uoluptatem eamque geminam mihi peperere tuæ literæ Bayfi ornatissime, partim quod legatum agis excellentissimi principis nomine idque in urbe præter alias innumeras felicitates, etiam uiris eruditissimis ac bibliothecis locupletissimis florentissima: partim quod nec istius muneris dignitas, nec occupatio negotiorum tibi Erasmi memoriā excusserit. Illa uerba tuis in literis non sine risu legi. Ad magnū illum Erasmi: qui titulus haud quadrat in hoc corpusculum, minus in fortunā, minime in ingenium. Sed tamen istuc modestius, quam quod Zasius nunquam exorari potuit, ut desineret me ter maximū appellare. Cæterū quemadmodum fateor me tuas epistolas sæpe desiderasse, posteaque unis literis ingenij tui gustū mihi præbueras, ita nunquam, ut ais, te celsatorem appellauit, quæ etiam si nihil scriberes, sciebam nec in amore, nec in officijs unquam cessare. Qui mihi hoc quoque nomine, uulgari hominum genere uidere felicior, quod felicitatem tuam agnoscis. Quid à superis magis exoptare poteris, quam quod à regijs negocijs literarum ocium ueri licet, quodque ut scribis, ocium contigit cum dignitate? Meorum autem rerum status cum tuo mihi Bayfi, profusus ex diametro pugnat. Mihi enim negotium est absque dignitate, nisi quod meum esse duco quicquid obtingit candidis amicis. Quin & literis gratulor, quas Franciscus regum Opt. Max. non sat habet à philobarbarorum petulantia uindicare, nisi eas ad tantā prouehat dignitatem, ut suo opte fulgore tenebriones obstreperos facile submoueant. Gaudeo quod meditaris esse trilinguis. Heliam non noui, Egnatium hominem non minus humanum ac probum quam eruditum Venetijs amaui, idque ni fallor mutuū. Lazarum Bonamicū opinor me uidisse Patauij in ædibus Marci Musuri, qui iam tum iuuenis plurimū & eruditionis & humanitatis præ se ferebat. Utinam Deus aliquis mihi det, ut tā felici contubernio possim hæerere. Nam hic rerum proœmia nobis minitatur bellū egregie funestum, nisi numen aliquod propiciū scenā rerum humanarum inuertat. Benedictus bona fide tuas literas reddidit: sed idem reddidit cōmentariolum de uasorum generibus, cuius pridem in literis ad me tuis spē feceras, unā cum libello de uestibus, locis aliquot tua manu castigato. Sed quum appendix illa præterquam quod erat indiligenter ab amanuensi tuo descripta, uideretur etiam imperfecta, non ausus sum typographis committere. Cæterum quoniam ille constanter asseuerabat te librum in hoc tradidisse, ut si uellem hic excuderetur, perlegi non indiligenter, & si quid comperissem amanuensis inscitia commissum, emēdaui, Frobenioque commisi. Quod si mihi Benedictus dedit uerba, confugiam ad humanitatem tuam, culpam poenamque deprecaturus. Sin uero nec ille sefellit, nec tu offensus es, erit quod gaudeam. Nihil secius integrum tibi est, opus tuo arbitrato absoluere, atque istuc excudendum curare. Lazaro meis uerbis ut multam salutem annuncies oro. Nam Egnatio ipse nunc scribo. Bene uale uir clarissime. Datum apud Friburgū Brisgoiæ, tertio Idus Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. BAPTISTÆ EGNATIO S.

N COMMODE mihi, ne dicam infeliciter accidit, quod incuria pueri tui epistola mea cui respondere curabas accuratius, non fuerit ad manus. Nihil enim potuisset animo meo obtingere iucundius, quam prolixius Egnatij mei colloquium. Cum Budæo nunquam in gratiā redij, ne quid mihi frustra gratulere. Faxit deus, ut ne redeam unquam. Nunquam enim in illum secus fui affectus, quam bonū gratumque uirum esse par est, erga hominē excellenti doctrina clarū, deque studijs ac studiosis omnibus bene meritum. Si quid fuit offense, quod ipsum aut omnino nullum aut quàm leuissimum fuisse reor, à me quidem ortū non est, sed uenificarū linguarum susurris ac fascinis procuratū. Tamet si Budæus uir est & probior & humanior, quam

Ppp 3 ut

ut acriter etiam laceſſitus in quenquam odioſe ſtringat calamum. Et ego ſum is, qui in tales viros ægre poſſim incandefcere, licet acerbè prouocatus, modo me ſinant eſſe Chriſtianum. Ad hanc ſolam contumeliã, lenis eſſe nec poſſum nec debeo. Illud acure perſpicis eſſe fati mei, quod multorum acerbis inimicijs ſum exercitus, quum maxime ſemper habuerim in uotis, ne cuius cruore meus rubefceret ſtilus. Eius rei fati ſignificatio, quod inter tot meas apologias nulla eſt inuectiua. Hoc me fato natum leuius fero, quod ſi à multis laceſſitus apologias totidem extorſerim. Nō fas eſt *θεμαχίαν*. ſummo illi chorago, cuius arbitratu humanæ uitæ fabula agitur, parendū eſt. Is quos uult, & qua perſona uult producit in theatrū. Si te uoluit eſſe Mittonem, me Demeam, ſuas quiſq; partes ſuſtineamus oportet. Nouit dominus quid cuiq; expediat. Hoſtes habeo plures quàm uellē, fateor: ſed contra nō paucos habeo amicos, dignitate, autoritate, doctrina, morum integritate præcellentes. Nec hæcenus mihi quiſq; exhibuit negocium, niſi aut cerebroſus, aut inuidus, aut arrogāter indoctus, aut ex calumnia uenans gloria. Idq; ſuceſſit nonnullis. Vix alius me fuit amicorū factionibus ditior, priuſq; hæc dogmatū digladiatio naſceretur. In qua mihi libebat quietem agere, ſed nō licuit. Volens nolens protruſus ſum in harenam gladiatoriam, nec ab hoc munere uideor unquam rudem impetraturus, quum à nulla re magis abhorreat meus genius. Tolerabilior erat mea conditio, ſi cum una hoſtium acie eſſet conſtigendū. Nunc cum una turma cominus pugnantem, à tergo adoriuntur illi ipſi pro quibus dimico, ut hoc pugna genus Geryonē quempiã, aut *ἐλατὸν χερα* requirant, aut certe aliquē ex eo hominū genere, quod olim fuiſſe narrat Ariſtophanes apud Platonē, gemina facie, quaternis brachijs & totidē cruribus. Hoc ne ſuſpiceris Egnati meę naturæ uitio accidiſſe, rem à primordijs repetā. Iam pridē apud noſtrates incredibilis digladiatio fuit, inter melioris literaturæ Græciq; ſermonis cādidos, & inter Rabinos perſonatos, qui cœlum terræ miſcere maluerunt quàm aliquid neſcire uideri. Hic ſi non uexilliferū, certe ſtrenuum militem præbui. Cum hæc concertatio maxime ferueret, exortum eſt hoc opiniorum diſſidium, quo nunc orbem concuti uidemus, uereorq; ne, ni Deus auerterit malum, uideamus atrociora. Hic qui in Muſarū caſtris meruerāt, plerique ne dicam oēs, ſemet adiunxerunt ei qui nouæ factionis fuit autor. Id quoniam ipſe facere recuſabam, in periculum ueniebam, ne proruſus *ἀφ' ἑσθ' & ἄλλο* remanerem. Hos tamē ſatis æquos habui, donec ſperarent me prudenter diſſimulantem, ſuo tempore ad partes accēſſurū. Verum poſteaquam impar inuidiæ coactus ſum in eam factionem eiusq; ducem ferrum acriter ſtringere, ut quiſq; antea fuerat iuratiſſimus amicus, ita uehemētisſimus hoſtis eſſe cœpit. Nec licuit interim illis placationib. uti, aduerſus quos pro linguis ac bonis literis gnauiter ſteteram, qui mundo perſuadere conati ſunt, hoc religionis incendium nō poſſe extinguī, niſi ſimul & oppreſſis literis humanioribus & harū fautoribus, inter quos præcipuas tribuūt Eraſmo. Ita factum, ut amicis deſtitutus, utriq; petar omni telorū genere, ad eō non deſenſus ulla uel dignitate, uel autoritate, ut à camicibus quoq; lædar impune, niſi quod hæcenus fauore Ceſaris utenq; ſubſtitit. Quamquam hoc quoq; malim, quàm uel alicui ſectę dare nomen, uel his adulari qui ſub Chriſti titulo nihil aliud quàm munda nam tyrannidem ſibi parere & conſtabilire nituntur. Quibus ad eō fuit dulcis guſtatus agricolarum ſanguis, ut totius Germaniæ ſanguinem ſitientes, nullum non moueant lapidem, ut utranque Germaniam & ſuperiorem & inferiorem ad inſterna bella concitent: nec uident id ſi fiat, non minus fore pernicioſum eccleſiæ, quàm populo funeſtū. Ipſi interim in tuto publicæ calamitatis ſpectatores, cum Nerone canent *τὴν ἀλωπιν*. Ad exitia le bellum tendunt omnia adhuc proœmia. Si meis conſilijs inſitio fuiſſet obtemperatum, iam aut conſopitum fuiſſet hoc malum, aut certe non adeo late diuagatū. Nunc nihil reſtat, niſi ut in primis mutata in melius uita, à domino peramus auxiliū, potiùs q̄ ab armis. Sub huius belli pretextu mundus Iudęis & hæreticis inundabitur. Utinam dominus aperiat oculos principum. Quum ſimplicitatem meam nominas uir prudentiſſime, planē uomicam tetigiſti meam. Quicquid malorum per omnem uitam accidit mihi, ſimplicitati meæ acceptum refero, quam hæcenus ne tot quidem malis admonitus poſſum dediſcere. Quumq; alijs interdum poſſim recte conſulere, ipſe neſcio qua ui fatali nō deſino ex meo ingenio ceteros eſtimare. Plurimam uero tibi gratiam habeo mi Egnati, qui ſic me diligit, ut mea incolumitas te tam ſolicitum habeat, tam præclare de me ſentis, ut eccleſiæ

eccleſiæ plurimum referre putes Eraſmum eſſe hoſpitem, quorum alterū tuæ pietatis eſt, alterum candoris. Si quidem ex tribus quæ tu commemoras, ueteris neceſſitudinis quæ mihi tecum fuit Venetiæ, non ſine uoluptate recordor, uirtutem excellentem opto magis quàm agnoſco, eruditionem agnoſco quidem, ſed ad eō non eximiam, ut infra mediocritatem eſſe fatear. Literæ ſic effluerunt, ut Eraſmus inter *ἀναγκαſτεις* cenſendus fuerit, niſi hæ opiniorum rixæ tranſuerſim incurrentes turbafſent omnia. Zaſius ualeat ac te reſolutat, ſimul cum hoc Henricus Glareanus, qui hic ſumma cum laude literas optimas proficitur, uir multifariã eruditus. De Chryſoſtomo uideo tibi ab amicis data uerba. Si quid tamen obtinget, rogo mittatur Frobenijs. Opus quidem iam exiit, ſed parant unum uolumen addere, quum primum licebit. Bene uale. apud Friburgū Briſgoiæ, tertio Idus Martij, Anno à Chriſto nato, M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. IACOBO TVSSANO S.

GO ſemper læti omnis inſtar habui, quod linguis ac bonis literis apud nos ſuboleſcentibus tam odioſe tamq; coniuratis ſtudijs reclamatum eſt. A talibus enim inſitijs ſemper exortæ ſunt res præclare diuq; regnaturæ. Huius exortæ ſibila ſi non priuſ, certe cum primis apud noſtrates excepi. Ab ea te quoq; non nihil aſſatum fuiſſe ~~me~~ mi Tuſſane doleo. Verum, ut hæc inuidia paulatim ipſo temporis progreſſu mitiganda citius conſopiat, partim in nobis ſitum eſt, uidelicet ut comitate, ciuilitate & officio noſmet in beneuolentiam omnium inſinuemus. Louanij collegium Buſleidianum uix ſubſtitit, tanta erat eorū conſpiratio, qui ſibi perſuaſerant hanc ſtudioſorum acceſſionem ſuis rationibus fore incommodam. Itaq; profeſſoribus dedi conſilium, ne uerbum in alios diſciplinariū profeſſores dicerent, ſed comitate morum, diligentiaq; proſtendi, ſimul & iuuentutem alliceret, & hoſtes irreconciliabiles urerent: nam hoc uindictæ genere non eſſe aliud pulchrius aut efficacius. Paruerunt, & poſt aliquot menſes faſi ſunt, ſibi rerum experientia compertum, id conſilium fuiſſe fauſtū ac felix. Eo conſiſto nec ueſtra prudentia nec ueſtri mores egent: & alioqui non paulo leuius certamen uobis erit cum lerna, partim quod apud uos melioris literaturæ ſplendor iam maxima ex parte glorioſæ inſcitę nebulas diſcuſſit: partim quod tantū principem habetis iſtiq; pulcherrimi negocij profeſſum autorem, non minus humanum ac benignum q̄ potentem, qui uidetur hoc penitus habere perſpectū, quantū hinc uere gloriæ ſuis ornamentis, quantū utilitatis uniuerſæ ditioni ſit acceſſurū. Louanienſe collegiū autorem habet Hieronymū Buſleidiū, uirum ampliſſima fortuna dignum, quæ nō deſuiſſet ſi uiuere licuiſſet: ſed deceſit & autoritate & re mediocri, ad eō ut ſalaria uix alendis profeſſoribus paria ſint. Illius tamē memoriæ nulla ſatis digna gratia rependi poteſt, qui quicquid erat facultatū, id uniuerſum ei negotio dedidit. Quin & hoc cordatoris conſilij uideatur, quod iſthic duarū modo linguarum profeſſoribus deſtinatū ſit ſtipendium, Græcę & Hebraicę, quandoquidē Latina iam pridē ſic effloruit, ut peculiari profeſſore nō egeat. Iam illud regiæ benignitatis eſt, quod utriq; linguæ binos profeſſores deſignauit, idq; ſalaris neutiq; exilli, quo non tantum cōmode, uerum etiã cum dignitate munus delegatū obire queant. Iſto nomine mi Tuſſane multo feliciorẽ iudico Galliam, quàm ſi tota Italia ueſtrę ditioni fuiſſet adiuncta. Pulcherrimam Spartam ſortiti eſtis, nihil ſupereſt niſi ut eam pro ſua quiſq; facultate certatim exornetis. De tuo erga me ſtudio, nihil opus ut aut ipſe iuſſurandum ullum interponas, aut quenquã ſponſorem adhibeas. Ut enim priſcis illis ſufficiebat formula, inter bonos bene agere oportet: ita inter Chriſtianos nihil requirendum præter duas ſyllabas, *uix & x*. De Budæo reconciliando quod ſcribis, amo quidē humanitatis tuæ ſedulitatem: uerum nolim hoc eſſe perſuaſum eruditiorum centurijs, me cum Budæo rediſſe in gratiã, qui cum mihi nulla fuerit unquã ſimultas, nec unquam futura ſit, niſi proruſus hanc mentem mihi deus aliquis adimat. Nulla eſt inter mortales tam omnibus nexibus aſtricta amicitia, quam non aliquando nubecula quæpiam offuſcet ad tempus. Nemo mihi perſuaſit aut perſuaſurus eſt unquam, Budæum hominē non minus humanum quàm eruditū, fuiſſe offenſum meo Ciceroniano. Si quid fuit offenſionis, malæ linguæ ueneficium fuit. Autores aliquot ad me delati ſunt, ſed nō eſt ocij tantum, ut uaceret auſcultare delationibus, præfertim quū iam ſenex alio properē. Ego nunq; aliter animatus in Budæum fui, q̄ decet in hominē probum, eruditū & de literis egregie meritum.

Consultius autem uisum est illū meis literis non appellare. Nam si quis Deus mutauit illius animum, ut pro beneuolo suscepit hostilem, non est innocentē cuiq̄ esse supplicē. Si talis est offensio, quales solent sepe inter amicos incolumi tamen foedere gratiarū incidere, illius erat exoptulare, meū purgare. Quāq̄ nec hic grauari aliquatulum de meo iure decedere, si certo scire quid illi doleret. Id quū nec diuinare possim, uereor ne si centē generoso equo palpari, imprudēs doloris locum attingā, & ille recalcitret undiq̄ tutus. Si est offensio, illius uices sunt rescribere ad duas epistolas, quas ut ais, totū bienniu apud se seruauit non resignatas. Sed quicquid est hoc hulceris, si tamen est ullum, optimū arbitror fore medicū *δὲ καὶ ῥόγ*. Nec mihi defunt quibus rescribā, uelim nolim, ne defunt *Βυδαο δὲ ἰπποκρίτου ἐπιτομῆς προκελευμένης*. Henricum Glareanū iussu tuis uerbis saluere, quē ipsum opinor tibi scripturum. Habes ni fallor, fere ad oēs epistola tuar partes. Hisce diebus aliquot, famulus à coena mihi inambulati solet ē Budaicis epistolis recitare, si quando nō est cōmodi congerronis ad stomachum meum facientis copia. Vehemēter probo tuum consiliū, quod in plerisq̄ attexueris scholia. Quare factum est, ut & à plurib. maiorēq̄ fructu legantur, & melius ferant aetate utilitate praesenti commendatē. In his sunt aliquot ad Petrum Amicum, quā *ἔτι τῶν ἡμεῶν*. Venit autem nulla re alius, q̄ *ἔτι τῶν ἡμεῶν*, nam moribus illius nihil unq̄ uidi purius, in quibus nullum nēuum possis reprehendere, nisi quod plus satis abesset ab arrogantia ferociaq̄. Post menses paucos coepit languere, nec aliam eius rei causam diuinare potui quā frigus cui non assueuerat, nudato iam praeter solitum collo ac tibijs. Nec interim desinebat crudis Germaniā uinis aquarū plurimum addere. Adeo uero contigit illi, quod optare solet Caesar Augustus *ἢ θύρανασία*, ut obdormiscere non mori uideretur. Corpus apud Franciscanos pro laico sepultum est, animam spero inter Seraphicas mentes uiuere. Hoc si forte nesciebas, scire te uolui. Bene uale. Saluta mihi Danesium collegam tuum, sed in primis Budaeū si uidebitur. Apud Frisburgum Brisgoiā, tertio Idus Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXI.

ERASMV ROTEROBANO HESSO S.

A In his quibuscum semel mihi amicitiae foedus legitime gratiarum auspicijs icium est, ut semper sunt gratissimae quae redduntur epistolae mi Eobane; ita non soleo offendi intermissione literarum, praesertim eius generis, quae nihil habent praeter salutationis officium, aut familiaritatis colloquium. Et epistolarum fasciculis sic obruor, ut interdum uix ocium sit perlegendis. Hic itaq̄

dum culpam deprecaris, aut etiā uentam precaris, scito te *μὲν τὸ δὲ ἴδιον ἀναλίσκει*. Quod exoptulas inuidiosa cōmemoratione, & uos bonarum literarū professores, & istā rem esse traductā. Primum reipub. mox me uobis purgabo, sed paucis. Ego isti ciuitati, ut inter Germanicas praecipue celebritatis semper optimē uolui, nec ulla data est occasio cui fecus essem animatus. Si ideo putas traductam, quod inter eas censeri uideatur, quae aliqua ex parte fauent contentiosis dogmatibus, non expectabam ut illa offenderetur, si hoc obiter in scriptis significaretur, quod ipsa non cupit haberi clam, quodq̄ iam multorū editis libellis, latius sparsit fama, quā ille meus libellus unquā sit peruagaturus. Quod magistratus sat amplis stipendijs condixit, qui istic optimas literas profiterentur, nemo nō fatetur laude dignum. Porro quod frigent auditores, atq̄ ob id etiam professores, nullum crimen est Reipub. cui in manu est quod honestū est consulere, successus bene consultorum in manu non est. Magistratus quod in ipsis sitū erat praestiterunt, animos hominum immutare solus potest deus. Nec tamen huius rei mentionē affectaui, sed huc me adactū uides, ni uoluisssem haberi mendax, quo nomine mire delectatus est ille qui me prouocauit. Iam hoc ipsum quod à me leuiter notatū est, non unis literis ad me perscripsit Bilibaldus, uir ut opinor grauis, suarq̄ reipub. bene cupiens. Idem Basileam detulerunt homines minime leues, ac uobis etiam priuatim amici. Quod si putas ad totius ciuitatis contumeliam pertinere, quoties magistratus aut in eligendo fallitur aut successu frustratur, etiam atq̄ etiam uide quam iniquā legem eis praescribas, quum exigis ab hominibus, quod solius est dei proprium, qui nec falli potest iudicio, nec euentu frustrari. Quare tibi illa mi Eobane nō admodū in loco dicta sunt tam inuidiose, ac deinde cum colapho. Nō pudes inquis te clarissime ciuitati eam notā inurere, tanquam alat pigros studiorū professores

Quali

Quali multae ciuitates non alant aliquādo furaces magistratus, indoctos episcopos, luxu perditos sacerdotes, deniq̄ lenones, usurarios & meretrices. Nō accuso magistratum, & si quid delinqueret magistratus, an continuo ciuitas uniuersa me reum aget laese maiestatis? Non dubito quin magistratus optaret uobis & auditoriū quā maxime frequēs esse, & studiorum amorē q̄ maxime flagrare: sed aliud est optare, aliud praestare. Verū inter alit, fateor, sed aut alit inuitus, aut in spem melioris successus. Tantum de reipub. laesa. Venio nunc ad professorum ordinē, mox ad te uenturus, postea q̄ quaedam tuo nomine peculiariter exoptulas. Ego professorum neminem noui praeter te & Ioachimū, quorum utriq̄ soleo inter amicos numerare, quem admodū adhuc numero, ne putes maleuolentiam mihi in consilio fuisse quum illa scriberem. Auditorum autē segnitie frigus q̄ uobis etiā arbitror displicere. At qui fieri potest, ut calcet professorū studium, si rarus sit auditor, isq̄ dormitabundus & oiscitans? Profunde nec professoribus inuitur nota, sed auditoribus. Iam finge mihi esse unum atq̄ alterum ex professoribus qui cesset non illibenter, quid aliud accidit, quā quod hominis est? Postea q̄ illi negligunt suum cōmodum, ignoscendum est, si professor suum ocium & emolumentum amplectitur. Succenses ijs qui talia uel literis uel rumoribus huc pertulerunt: non tamē hoc agis, ut doceas illos uana perculisse: tantum ingratiū dicit & inuilitatem eis obijcis, qui illic benehabiti parum bonā reulere gratiam. Iam si quid tu culdis poematum, non isti tantū ciuitati ~~...~~, aut si quid tale molitur Ioachimus, quid hoc ad istam profitendī prouinciā? Mihi quotannis multa cuduntur, nec ob id mihi ciuitas haec designat salariū. Rogas quomodo ipse me mihi excussem, qui tantum uulnus infligam, semitanimis utiq̄ spiritum languidū trahentibus literis? Imo in hoc ipsum illa scripsi, ut segnes ad studiorum ardorem excitarē. Quum praceptor increpat segnitie discipulorum, quid aliud agit quā ut illos ex ignauis redat alacres? Quam alibi langueat studia nescio, Louanij & Lutetiae florent ut quum maxime. Sed unde languor studiorū? Nimirum à segnitie quorundā qui se faciunt euāgelicos. Hoc si tu quoq̄ doles, ut facere arbitror, in idē uenimus. Fortasse metuis ne si multis per suasum fuerit istic cessare professores, pauciores studiorū gratia sese ad uos conferāt. Vestrarum itaq̄ partū est, auditores uestros ad amorē literarū inflammare. Id si factū erit, ipsa res facile iuuentutē alliciet. Nec oportet eo loco uos supra modum offendī, quum eadem querela sit optimi cuiusq̄ de ciuitatibus omnibus, ubi regnant euāgelici. Hoc certe nomine uos & amo & laudo, quod in his distidijs quieti, bonas literas nulla onerasti inuidia. Venio nunc ad ea quae peculiariter meū agis. Exprobras quod meū nomen praclaris laudibus uexeris. ~~...~~ Quod scribis de subtractis ē farragine meis ad te epistolis, nec memini nec satis intelligo. Si subtractae sunt, certe odio tui factum non est. Neq̄ enim meae in te beneuolentiae quicq̄ decessit haecenus. Fieri potest, ut cum a derem hoc genus argumenti, tuae non uenerint ad manū, aut aliquid fuerit causae, quod nunc non queo diuinare. Vnam illic meam ad te epistolam reperiō. Tibi nō uidetur ferendum, quod in Ciceroniano meo nullus Eobano datus sit locus. Si aequū autumas uir amicissimē, ut me in ius uocet quicunq̄ illic praeteritus est, plusquā ducenti me reum peragent. Non enim ibi texebam catalogum eorum qui scriptis innotuissent, sed quum decem exempla suffectura fuerint ad id quod illic agitur, indulsi numero, idēq̄ sicuti parum consulte, ita ut appareret parum feliciter. Vtinam in totum à usuorum, aut nuper defunctorum nominibus temperassem. Nunc alij se queruntur praeteritos, alij dolent se commemoratos, alij secus attacki sunt quā uellent. Finiendus erat nominum catalogus, id fieri non poterat, nisi multis praetermissis. Sed omisis iniquies gregarijs, eximios tantum recensuisses. Verum qui uix gregarij sunt, sibi uidentur eximij. Porro ne tu male uolentiae des, quod nominatus ibi non sis, praeteritus est & Zalusius & Beatus Rhenanus, quorum alterum crebro uidebam, ab altero frequentet accipiebam literas, ut obliuionem causari non queam. Nec illi tamen exoptulant. ~~...~~ sed nihil quod sciam extat tui, praeter poemata. At in Ciceroniano meo ut ais, sit aliquot

Poetarum

poetarum nomenclatura. Fortasse, sed obiter tamen, & præter argumenti naturam, ut hoc cui uenia opus est uerius quàm debetur laus, contrahi potius debuerit quàm dilatare. Et tamen hæc scribens nondum scio, an ibi sit Eobanus nec ne; & nisi tu ex postulassem, crediti diffem te minime prætermisum, tantum abest ut studio tuum nomen suppresserim. Jam finge me tenuisse scriptorū catalogū, humanius erat obliuioni ignoscere, quàm de animo nostro dubitare. Abs te biennio nihil uenerat literarū, & sensi nonnullos amicos mihi factos iniquiores, quod nouis dogmatibus reclaimerim. Tale quiddam de te suspicari poteram, nihil tamen sinistra suspitionis passus sum altius in animū meum descendere. Sed ut descenderit, quur iudicasset prætereundum Eobanū, quum Huttenū & Albertū Pium recenseam, quorū uterq; cruento calamo me petijt. ~~Quis enim in te non erat
quod scriberet, ut in te non erat. Iam si quid uelabs te uel à Ioachimo elaboratum est, quod nondum prodijt in lucem, mihi quidē uenia dignus uideor si nesciam quod Theocritū reddidisti Latino carmine, miror si Siculam illam Venerē asse
quutus es. Homerū opinor experiris tractabiliorem, in utroq; tamen argumentu ualeor ut fama labori respondeat. Qui Græce norunt, nam gliscit indies ea lingua latius, ualunt eiusmodi autores audire sua lingua canentes.~~ Quæ præsentem adferit utilitatem, ea maxime uidemus hominū manibus teri, etiā si traçant argumentū humiliter. Ita celebris est Perottus, Rhodiginus, Calepinus, Budæus & Volaterranus. Sed mediocribus esse poetis non licet, ut ait Horatius. Hoc seculo uix etiam summi poetae laudem quantam promerentur ferunt. Sed finem imponam epistolæ nimum loquaci. Isti Resp. utinam tam omnia contingāt prospera, quàm ego opto. Eam per me nulla ex parte, nec puto læsam, nec lædi uelim. Si uanus est rumor qui frigere isthic professiones attulit, & si falsa scripsit Bilibaldus, magno pere gaudeo, precorq; ueniam credulitatis. Sin uera sunt, existimo professorum segrificiū excusata auditorum frigore. Quod si non impetro, saltē illud per uisum habeas, Erasmi in te & Ioachimū amico esse animo, in alios quos non noui nihil habere stomachi: de nostra uero amicitia tantum mihi fuisse fiducia, ut siue mea ad te epistolæ eaderent siue premerentur, siue Eobanus esset in catalogo, siue non esset; putarim me te nihilominus beneuolo usurū. Postremo si quid à me cessatum est in officio, facile poterit alio loco sarciri. Bene uale, & Ioachimū collegam tuum meis uerbis saluta. Apud Friburgum Brisg. quarto Idus Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXI.

ERASMVS ROT. ANDREÆ ALCIATO S.

VVM multis antehac argumentis singulare quoddam tuum ergo me studij abunde declararis, idq; pro tui magis ingenij candore, quàm pro meis meritis Alciate docilissime, nullo tamen mihi certius fidem fecisti quantū me faceres, quàm hisce proximis tuis literis, quibus non minus disterte quàm amanter hoc agis, ut silentio contemptuq; potius quàm reluctando, ab improbitate

te tabularum mihi quietem oculumq; uindicem. Vnde enim ista tanta mei sollicitudo, nisi ex abundantia quadam amoris, aut ut rectius dicam, pietatis erga me tuae proficiscitur. Istam uero cationem mihi nec primus, nec solus occinis. Eandem iam dudum audio ab amicorum meorū precipuis, Cutberto Tonstallo, Iacobo Sadoletto, & Baptista Egnatio, quanquam ex his posteriores duo monitores penè seri extiterunt, ut propemodum *κατὰ πόλεμον τῶν συμμαχίων πρὸς ἔχθραν, καὶ δὴ νεκρῶν ἰατροδύων* uideantur. Nec ob id tamen minus grata est eorum uoluntas, quod minus utile sit officium. Postremo est aliquid uel sero sapere cum Phrygibus. Atq; utinam liceat & antea cta quædam in integrum reuocare. Nam ne uidear patrocinari culpæ, quibusdam respondisse me pudet pigetq; quibus tamen responsurus non eram, si maluissem animi mei arbitratu rem gerere, quàm amicorū non uulgarium hortatibus obsequi. Proinde cum alij suaderent silentiū, alij autores essēt ut acriter stringerem calamum, temperamētum mediū sequutus sum, nimirum ut nec omnibus responderem, nec omnibus obticerem, semper tamen moderatione uincerē lacepsentes. Odisquam quum, quoties recenseo tot meas apologias. Quid enim recitū appellem, quàm fatū, quum genius meus à nulla re magis abhorreat, atq; adeo à teneris abhorruerit, quàm ab istiusmodi gladiatorijs dimicationibus, in quibus illud dici uideret, *πεθραίου ἢ κενταύου*. In hanc arenā transuersum me protrusit ineluctabilis parcarum uis,

ἔγχετο εὐφραδὲς ἐκείνη πρὸς εὐφραν. Adisciam illud. Quid si hoc aliquis uoluit Deus? Qui scimus, quid his rebis agat summus ille choragus, qui humanæ uitæ fabulam temperat? Nam fieri potest, ut quod nobis singulas partes contemplantibus malum & indecorum uideatur, illi harmoniam uniuersi spectanti & optimū uideatur & pulcherrimū. In comœdia quis non malit esse Mitio quàm Syrus? & tamen ad totius fabulæ decorū Syrus non infimas partes sustinet. Proinde quod me ad tuum exemplum uocas: fateor equidem me ad pulcherrimam speciē inuitari: ad cuius imitationē me non grauabor cōponere, quod quidem licebit. Sed quid faciemus, si mihi longe diuersam personā inposuit choragus? Est isthuc quidem rara cuiusdam & moderationis & prudentiæ, quod uti scribis, imperitos silentio transmittis, doctissimos humanitate reuerentiæq; demeris. Sed tibi cum hominibus res est, mihi cum exitalibus monstris: imò non cum singulis monstris, quemadmodū Herculi fuisse narrant, sed cum multis cōiuratis phalangibus, & in his nulli magis lædunt, quàm qui sunt imperitiissimi, Leones & dracones mansuescunt officijs, isti beneficiis, euasparantur. Tu operibus operibus, in primis in personā cōmendantur, clamant hæreticum, schismaticum, falsarium. Admonuit te eos, ut in aia Casaris & in sacris concionibus apud imperitam plebem effuderant. Neque segniter suas partes, egerunt quidā apud Clementem Pontificem. Itaq; si rogas, quid profecerim, compendio dicam. Hoc quod uiuere potius linguaq; debeo. Ipsos nihilo placatiore habeo, sed eruditi, integri, candidi; meis apologijs armantur aduersus eiusmodi monstra, ne quantum illis libet, tantundem & liceat. Postremo à funere quum iam tacebit Erasmus, fortasse loquentur apologia. Tu præterquam quod in magnifico plausibilisq; muneroueraris, proprijs etiā ornamentis, excellenti doctrina, comitate morum, singulari prudentia, ceu fulgure radianti facile submoues tenebrionū improbitatem. Jam si quid inter nos oritur dissidiū, tantū de ingenij præcellentia concertatio est, ut hæc iuxta Hesiodi sententiam, non parum etiā utilitatis adferat studijs, modo ne exeat in rabiē. Mihi cum furiosis & cerebrosis res est, à quibus si quis uerbo distideat, confestim audit hæreticus, schismaticus, falsarius, atque infortunarus, famæ, uitæq; periculum pertrahitur. Tanta autem est illorum immanitas, ut præstet in Cyclopum ac Læstrygonū manus incidere. Monarche tot districti negocijs, non possunt ad omnium technas esse instructi, & tamen horum fauore substiti huculq;. Sunt enim ut nihil aliud, homines: in quibus si tanta fuisset immanitas, quanta est in personatis, iam olim linguæ cum melioribus literis exularent apud Nomadas, uel apud Orcum potius. Siquidem apud nostrates crassæ mentis homines minimo minus persuaserant populo nihil interesse inter bene Latinum Græciq; sermonis peritum, & inter hæreticum. Et tamen cum his portentis satis equo Marte pugnamus, nisi rerum humanarū scenas inuertisset hic subito ἰδιόφρασις ἢ τῷ δὲ ἀνάγκη λυκῶ, qui ut musarum cultoribus uocem ademit, ita ranis auxit. A qua fabula utinā mihi per principes licuisset esse quietū. Quid igitur efficis Alciate disertissime, dum mihi tuum proponis exemplum? Quid nisi ut tum tibi, tum studijs istam gratulor felicitatem, & meum agnoscens fatum ipse mihi minus placeam. Alciatus inter candidos diuorum filios numerandus est, felix & pulcher & acer, & si perfrixit bene cantans, breuiter *ἴσθω τῷ φλόγῳ ἐλάω* positus. At probabilius theologo ueterum theologorū exempla proponis. Cyprianus audiuit Caprianus. Quid nī tale conuiciū neglexit tantus episcopus, quum ego toties murato nomine, nunc Erasmus ab errando, nunc Arasmus ab arando, nunc Erasimus ab asino uocatus, nihil aliud q; rideam? In Augustini uitam nemo acrius strinxit calamum, partim ob omnem ætatem innocenter actam, partim quod iam grandis uenit ad baptismum, & tum temporis improbitatē haberetur cuiquam obicere, quod ante renaſcentiæ lauacrum esset commissum. Et tamen ad leuissima probra respondet, uelut ad cenodoxiæ conuiciū: aduersus fidei calumniatores nunquā non est in armis, & peculiari libro respondet ad articulos ipsi obiectos. Mirum est autem uirum tanta lenitate tantaq; humanitate præditum, à quoquam prorsus inaccessi potuisse conuicijs. Hieronymi fatum non ita ualde distidet à meo. Vbi nō destomachatur in canes suos oblatrantes? Quoties, inquis, periclitabatur Christianæ philosophiæ sinceritas, ibi calamum stringebant, ne simpliciores pellicerentur in errorem, ad priuatas iniurias lilebāt. Nec aliud opinor agitur in meis apologijs, quàm ut depellam crimen

crimen hæreseos, aut schismatis aut falsi. Ad hæc autem mutum esse, non est lenitas, sed impietas. Aduersus eos qui suggillant ingenium, eruditionem, eloquentiam, iudiciũ, aut etiam mores, plerunq; nec linguam habeo nec calamũ: aut si quid respondeo, contẽptim leuicq; brachio id facio. At Hieronymus, q̃ non sine stomacho conflicatur cum Augustino, q̃ amarulenter delitigat cum Ruffino: Nec paucis locis perstringit Palladium. An indiligenter respondet his, à quibus Romæ fuerat infimulatus, quod æquo familiarior esset Paulæ: Illud igitur uide ut amanter potius q̃ ex re tibi scriptum est, Falleris Erasme, si tam male de nominis tui maiestate deq; studiosorum in te obseruantia iudicas, si arbitris huiusmodi obrectationibus, de arce te eruditionis ac probitatis quam tam diu possedisti, posse deijci. Maiestas & arx amoris tui uocabula sunt, non rei. Sed si Hieronymum nec incomparabilis eruditio, nec admirabilis eloquentiæ fulmen, nec rara uitæ sanctimonia, nec tot meritis quæ sita autoritas potuit ab improborum latratibus tueri: quid de me censes, cuius mediocritas omnibus inuidiæ telis exposita est: Liuor enim uehementer excelsa petit, nec humi repentiã.

~~Quod si Vigilius, seu Vigilius potius, theatrum quærit in quo doctrinæ suæ specimẽ ædat, nõ uideo ubi id possit rectius quàm Louanij. Ante annos quinq; significaram declamatiunculam Vulcano traditam, quod tui ita iusseris, proq; officio mihi gratias egisti, nimirum ipsidem literis quibus Pyrrhi mortem deplorabas. Miror istam sollicitudinem repullulasse in animo tuo. Sed uerissimum esse uideo quod Græcorum prouerbio dicitur, *Μίλλος ὁ πλεῖστον*. Mille coronati reddunt te timidiorem. Verum quod scripsi reputeo, si nullum exemplar apud alios resedit, quod ad meũ mihi missum pertinet, potes mi Alciate non solum in utranq; autem, sed in utrumq; etiam dormire oculum. Procul absit à me hic animus, ut uelim aliquid ædere tuæ famæ nociturum, præsertim admonitus tuæ uoluntatis. Videbam hanc epistolam tuam postremam tur, sed ob uoces quasdam illic insperas eam cogitationem repudiãui, quando nunc *ἔπειτα λίβρα σὺν ῥητῶν ἐβόησεν*. Bene uale. Friburgi Brisgoie pridie Calend. April. Anno Millelesimo quingentesimo trigésimo primo, iuxta nostram supputationem.~~

opus Adagiorum, Nouum testamentum, Paraphrases, & Annotationes in Hieronymũ, *παροιμολογία* mihi non multum confluuit inuidiæ, atque utinam in similibus argumentis transegissem omne tempus. Nouum uero testamentũ eos potissimũ irritauit in me, quos oportuit præ cæteris industriæ nostræ gratias agere. Paraphrases diu, ~~etiam~~ uersabantur per manus hominum, donec cancer quidam haud scio unde obrepens cœpit etiã has uellicare, non ob aliud, nisi quod in his malui priscos interpretes sequi, quàm recentium scholasticorum placita. Quin & Hieronymi æditio initio sat æquis animis excepta est, donec exorirentur quibus hoc decretum uidetur nihil non calumniari quod ab Erasmo prodisset. Porro quum res mihi sit cum utraq; acie, tamen quàm non multũ temporis huiusmodi rixis impendatur, uel istud argumento est, quod interim nobis si non diues ille Alcinoi hortus, quem miratus est Homerus *μῆλ' ἰδὲ μῆλοισι γιγνέντην*, certe Corycij fernis hortulus quem Maro celebrat, subinde nonnihil profert holusculorum. Nam aurea mala in tui similitum pomarijs nascuntur. Possem & pluribus tuis lemmatis *ἀνδρῶν ὄνειρον*, sed id malim in alio quodam argumento. Hic ingenue culpam nonnullam fateor, eamq; non leuem. Tamen quod hortaris, mea sponte iam dudum meditator, multo id diligentius facturus tuo admonitu. Tuæ felicitati gratulor, cui obtigerit ea professio, quæ minimum habet commercij cum istis crabronibus: tuamq; prudentiam uehementer probo, qui sedulo das operam, ne tibi cum quoq; incidat amarulenta conflicatio. Si Longolius hoc operæ temporisq; dedisset Græcis autoribus, quo se excruciauit Romæ, ut tandem inter Ciceronianos ac ciues Romanos scriberetur, rectius ni fallor tum sibi tum publicis studijs consulisset. Sed illud ingenium inuida fata terris tantum ostendere uoluerunt. Budæus uir est minime malus, & si quid in quem stomachi concipit, magis id facit alieno impulsu quàm suapte natura, & alioqui placabilis ingenij, nec unquam usque ad utrulentiam excandescentis. Inter illius epistolas aliquot comperi, uel ad te uel de te scriptas, in quibus satis declarat, & quàm præclare de tua doctrina sentiat, & quàm ex animo commodis tuis faueat. Eas ego non sine magna animi mei uoluptate legi. Quod Sucquetum nostrũ, tuæ Minervæ alumnũ singulari studio tum ornas tum prouehis, tibi gratiam habeo maximam: nec enim piget fateri me isto nomine tibi factum multo obligatiorem, quum ante fuerim obstrictus plurimis. Quod autem istum fauorem præstas, ut scribis promerenti, illi bis gratulor, primum ut felici, cui contigerit tanti uiri candidum suffragium: deinde beato, qui eiusmodi uirtutibus sit locuples, ut sese perspicacissimo simul & rectissimo iudicio tuo probare ualuerit. De Vigilio scripsi Zasio non indiligenter, neque enim aliter colloqui possumus, ego *ἄφρων*, ille *ἡμίκορ*. Nihil respondit, idq; præter morem suum. Impetrauit hoc Zasio à rege Ferdinando, ut etiam si senectuti suæ daret rudem à profitendi munere, non sit tamen fraudandus solito salario. Sed ille nec ærati nec ualentudini indulget, pulchrum ut arbitror existimans doctorem profitentem mori. Hæc academiã quanquam alias non admodum frequens, pestilentia facta est infrequentior. Sed speramus tempora commodiora. Si quid humanitus acciderit Zasio, aut si desineret professionem, arbitror Bonifacium Amerbachium, si ambiat, in eius uicem successurum.

Est

Est enim inter illos archissima necessitudo, & Bonifacius ob rarã morum probitatẽ apud omne genus hominum gratosus est. Accedit huc summa rerum charitas, eaq; crescẽs in dies, quum decrescat numerus *ἡ σὶ ἰσὶν ἰσὶν ἰσὶν*. Qui rerum status maneat Germaniam, nescio, mihi certe uehementer displicent *προοίμια*. Quod si Vigilius, seu Vigilius potius, theatrum quærit in quo doctrinæ suæ specimẽ ædat, nõ uideo ubi id possit rectius quàm Louanij. Ante annos quinq; significaram declamatiunculam Vulcano traditam, quod tui ita iusseris, proq; officio mihi gratias egisti, nimirum ipsidem literis quibus Pyrrhi mortem deplorabas. Miror istam sollicitudinem repullulasse in animo tuo. Sed uerissimum esse uideo quod Græcorum prouerbio dicitur, *Μίλλος ὁ πλεῖστον*. Mille coronati reddunt te timidiorem. Verum quod scripsi reputeo, si nullum exemplar apud alios resedit, quod ad meũ mihi missum pertinet, potes mi Alciate non solum in utranq; autem, sed in utrumq; etiam dormire oculum. Procul absit à me hic animus, ut uelim aliquid ædere tuæ famæ nociturum, præsertim admonitus tuæ uoluntatis. Videbam hanc epistolam tuam postremam tur, sed ob uoces quasdam illic insperas eam cogitationem repudiãui, quando nunc *ἔπειτα λίβρα σὺν ῥητῶν ἐβόησεν*. Bene uale. Friburgi Brisgoie pridie Calend. April. Anno Millelesimo quingentesimo trigésimo primo, iuxta nostram supputationem.

ERASMVVS ROT. DANIELI STIBARO S. D.

OSTEA QVAM tu nos reliquisti Stibare charissime, omnes bonæ felicitates me deseruerunt. Nondum redierat uigor ex morbo, quo me salutarat Martius. Postridie Paschæ uentũ quidã sceleratissimũ, qui toto penẽ Aprilẽ sp̃tarunt hic, sed à prandio d̃staxat, Estiæ uidebantur, nam ante prandium sp̃rabat Aquilo aut Eurus, occuparunt aluum infra umbilicum, unde tormina crudelissima. Quum duraret malum, accersit medicum, utrum humanũ, nec indoctũ, sed quoniã nec corpusculum hoc, nec malũ naturã nouit, nihil hæctenus attulit opis, imò quæ dedit ferẽ nocuerũt. In hoc statu iam ultra mensẽ ago, non aliũde spem habens q̃ à misericordia domini. Multi hic laborant peste & sudore pestilentĩ, torminibus alui non pauci. Si tibi sunt res ex sententiã, est quod uehemẽter gaudeã. De rebus nouis puto uos omnia melius scire. Bene uale Stibare charissime. Friburgi uigesimo tertio Maij. Anno M. D. XXXX. Perijt ille doctor Hieronymus, qui te uidente ex equo nos inuitauit ad actum solennem, quum & uos locustarum specie toti uirides obequitaretis. Laborauit & Lodouicus Berus, sed ut quinq; reualuit. Saluta mihi Mauritium Hüttenum amanter.

ERASMVVS ROT. PETRO MESIÆ S. D.

VB nundinas Francfordienses semper quidem obrui soleo, partim studiorũ laboribus, ob præla tum maxime tumultuantia: feruent enim in officina Frobeniana perpetuo non pauciora sex, præla: partim epistolarum cumulis ex omnibus mudi plagis aduolantibus, quibus interdum respondeam necesse est, quo tempore uix soleo tueri ualetudinem: nunquam tamen magis degre uatus sum quàm hoc tempore, adeo ut nec horulam dare licuerit diebus quindecim graui ter afflictae ualetudini. Iam ad finem aspiranti, uenit tuus fasciculus cum libello Gracculi, postridie multo maximus etiam fasciculus ex Italia. Itaq; paucis tecum agam oportet Petre Mesia uir animo meo charissime. Pietatem erga me tuam abunde testantur tuæ literæ, nihil aliud spirantes quàm *ἔλεος* quendam amorem, quem ego lubens adplector, responsurus etiam pro mea quidem uirili. Ceterum quod hortaris ut iuueni glorioso respondeã, etiam si fuisset amplissimum spacium, nam tuæ literæ sero uenerant, tamen uerbum non eram responsurus. Sentio quantum flagitium admiserim, quod illum illo respõso dignatus sum. Animus hoc mihi præflagitabat, & amicus quidam candidus Alfonso Valdesius admonerat per literas, ne blaterori tantum haberem honoris, ut uno uerbõ responderẽ. Sed is cui tradidit literas, sero mihi reddidit. Libellus paulo ante ad me uenerat missus è Lutetiã, & ibi clam excusus per Seraphicos Franciscanos cõtra senatus edictũ, suppresso typographi nomine. Quo magis suspicabar esse nomen fictitium. Itaq; nõ est animus peccato peccatum addere. Est Louanij quidã eiusdem ordinis iuuenis, isto uestrate paulo doctior in sacris literis, atq; etiam modestior, ~~nam si Vigilius, seu Vigilius potius, theatrum quærit in quo doctrinæ suæ specimẽ ædat, nõ uideo ubi id possit rectius quàm Louanij. Ante annos quinq; significaram declamatiunculam Vulcano traditam, quod tui ita iusseris, proq; officio mihi gratias egisti, nimirum ipsidem literis quibus Pyrrhi mortem deplorabas. Miror istam sollicitudinem repullulasse in animo tuo. Sed uerissimum esse uideo quod Græcorum prouerbio dicitur, *Μίλλος ὁ πλεῖστον*. Mille coronati reddunt te timidiorem. Verum quod scripsi reputeo, si nullum exemplar apud alios resedit, quod ad meũ mihi missum pertinet, potes mi Alciate non solum in utranq; autem, sed in utrumq; etiam dormire oculum. Procul absit à me hic animus, ut uelim aliquid ædere tuæ famæ nociturum, præsertim admonitus tuæ uoluntatis. Videbam hanc epistolam tuam postremam tur, sed ob uoces quasdam illic insperas eam cogitationem repudiãui, quando nunc *ἔπειτα λίβρα σὺν ῥητῶν ἐβόησεν*. Bene uale. Friburgi Brisgoie pridie Calend. April. Anno Millelesimo quingentesimo trigésimo primo, iuxta nostram supputationem.~~ ut nemini non pelluz

Q99

ccas

ceat. Is annotauit in Annotationes Valle Fabri, & meas in Epist. ad Rom. sed in me prius
 prie stringit calamū. Respondi paucis absq; ipsius nomine, sine conuicijs, nisi quod indi-
 caui iuuenē nec Græce nec Latine peritum, nec instructum lectione diuersorum auctori
 non esse parem ei provinciae. Misi libellum Louanium ad amicos, ut dispicerent nū ex-
 pediret excudi, uerebar enim ne glorioso protinus surgerent criste. Excuderunt, pessime
 cessit. Ille statim quasi uoto potitus, multos libellos parturire cœpit, plenos indoctissimi
 loquacitatis. Ridetur à doctis omnibus. Ipse suorum fratrum applausu cōtētus est. Di-
 ces, quid igitur patiemur illos impune triumphare? Vinci non possunt etiā uicti, ac pro-
 strati, tamē urgent & attrahunt aduersarium, quemadmodum solent pertinaces, sed im-
 periti palestræ: & utcumq; res ceciderit, hoc ipsum istis abunde magnum trophæum est,
 extorsisse responsum ab Erasmo. Magna certe glorię pars illis decesserit, si me quiescēte
 fuerint tumultuati. His remedijs potius cum illis agendū est: Deferendus est typographus
 ad magistratum Cæsareum, qui cōtra Cæsaris edictum ausus istiusmodi nugas adere,
 suppresso suo nomine. ~~Qui tales histriones subornant, auctoritate sua coherceat.~~

Datum apud Friburgum Brisgoiæ tertio Calend. April. Anno M. D. XXX

ERASMVVS ROT. AVGVSTINO MARIO S. D.

A M ultra mensē mihi res est cum tenacissimo malo, torminibus alui. A me
 dico nihil, opis, de domini misericordia nunquam desperandū. Laborauit &
 Berus, sed reualuit, licet totus adhuc languens ut metuat recidiuam. Næ feli-
 cissima mihi fuit illa tui cōmendatio, per quam ego tanto principi factus sum
 & notus & charus. Pro mea cōmendatione nihil mihi debes, habes in te ipso
 pharmacum, quo bonos omnes tibi concilias. Mitto aliquot exemplaria epistolę ad grac-
 culos, quo gratificeris amicis. Vt autē istic adatur uel ob id nō probo, quod hac occa-
 sione sollicitatur homines, ut cupiant uidere libellos gracculorum, atq; ita fiunt uendibi-
 liores. Imò me ipsum pœnituit illius epistola. Multa illic magnifice prædico de mea uale-
 tudine, eam magniloquentiam audisse uidetur Nemesis, quæ me in hoc malum coniecit.
 Nec fatis idoneam uideo causam, quur meam, uel ad te, uel ad R. Præsulem excudi cures.
 Si dabitur ualere, reperietur aliud argumentum æditione dignius. Etiam atq; etiā te rogo,
 ne me desinas optimo principi tuo commēdare. Theologum istū cuius nomē me nescire
 Qqq 2 maluisti

maluisti, nisi forte est Vmigus, meis uerbis salutaris & amanter & diligenter. Vultures
furtim Argentorati curauit epistolam meam adendam cum scholijs, honeste, scurrilibus
conuicijs. Id per literas significauit magistratui Argentorati. Emmeus dicit typographum
eundem reuersum coniectum in carcerem. Nunc prodijt cum nomine typographi, sed
tacito nomine urbis prolixum nugamentum, cuius nihil legi prater titulos, nec est animus
legere. Liberet pluribus tecum agere, si ualendo pateretur. Pridie Parasceues Oecolam pa-
dius propositis argumentis suis hanc adiecit (audita narro) His nec Lutherus, nec Erasmus,
nec totus mundus poterit respondere. Bene uale. Friburgi Brisgoiae uigesimo secundo
Maij. Anno Milleesimo quingentesimo trigesimo.

ERASMVS ROT. AVGVSTINO TRIVLTIO CARD. S.

A LVS hic ornatisime princeps, sollicitus esset in deprecanda temeritatis &
impudentie nota, ego uero nullam hac in parte sumpturus sum operam. Nam
si quid hic peccati est, quod ad tantum scribam tantulus, quod nullo argumento,
quod nulla occasione prebita, denique, quod ut occupatissimus illaborata atque
extemporali epistola uirum tot nominibus summum compellem, id totum in

Germanum Brixiam reiiciendum arbitror, ut ille pro me uel causam dicat, uel si uideatur,
det poenas. Non solitus sum & alias homini mihi charissimo facile quicquam negare, uel
si moneat tantum. Nunc uero tam uolentis, precibus, obsecrationibus, atque etiam minis me-
cum egit, ut propere denunciaret inimicitiam, si hac in re morem ipsi gererem. Huc impulsus
hominem admirabilis quaedam amplitudo tuarum, tum admiratio, tum amor. Misit ad me
iustam epistolam, nihil aliud sonantem, quam eximias Triuultij uirtutes, in qua tota mir-
aculosa gestientem exultationem, gaudiorumque temulentiam, ut ita loquar, quandam uideo
agnoscere, adeo gestit, adeo sibi gratulatur, quod Triuultio dies aliquot frui contigerit.
Sed illi non uenit in mentem, quod quo magis attollit & fortunae tuae maiestatem, & cor-
poris animique diuina ornamenta, hoc magis me ab eo deterret, ad quod hortari contendit,
praesertim quum in literis quoque doctrinam tuam absolutam, ac iudicium excussum mihi
depraedicet. Quid quod exigit epistolam te simul ac me dignam? Vno tamen telo me praeci-
pue deiecit, quod quum scriberet te miro candore fauere nomini studiisque qualibuscumque
nostris, ingratitude dicam minuitur, nisi literis declarem me tanti uiri propensam in me
beneuolentiam agnoscere. Quid facerem? Eram plusquam obrutus necessarijs laboribus,
& tabellio forte oblatu est, qui mox parabat abitum; denique ex Brixij mei literis intelligo
re istic non diu commoraturum, nec semper obtinent quibus literas committamus. Itaque
perfricui frontem, & ornatisimum principem incompta epistola statui appellare. Primum
itaque hoc in praecipua felicitatis meae, si tamen est ulla, parte numero, quod heroi numeris
omnibus absoluto meum ingenium, meaque literae non omnino displicet, cuius unius iu-
diciu mihi pro confertissimo theatro habendum existimo. Quid quod similitu uirorum
fauor mihi pro baculo est, quo animu in hac aetate ac ualitudine, in his assiduis & iniquis
laboribus, denique in huius ingratisseculis interdum fatiscentem ac subsidentem
fulciam. Si non datur omnium applausum mereri, est aliquid his qui in orchestra sedent praeci-
pue. Ista tot commoda, tot decora, tot animi boni tibi gratularer uir clarissime, si tibi mo-
do ea possideres: nunc quum quicquid in te deus Opt. Max. contulit, id in omnium utili-
tatem publice priuatimque dispertias, magis gratulor Ecclesiae sanctae, gratulor Christianae
pietati, gratulor optimis studijs talem patronum, propugnatorem, altorem & amicum.
Post diuinam tempestatem Italiae tandem contigit optata tranquillitas, Galliae post dis-
cussa nubila redijt serenitas. Feliciter ubique reflorescut bonae literae, licet nusquam felicitus
quam in Gallia, optimi regis felicibus auspicijs. Si Germania febrim hanc possit excutere,
sperarem aureum quoddam seculu, mihique liberet si liceret, etiam repubescere. Video la-
byrinthum uix explicabilem, nondum tamen omnem abiecti spem, praesertim quum aliquot
tui similes uelut aues laeta pollicentes appareant, nec sinant despondere animum. Precor
ut Christus regi Christianissimo tranquillitatem hanc perpetua esse uelit, suamque in te mu-
nificentiam semper augere dignetur. Vnum abs te petam, ut hunc seniculum in tuorum
clientulorum adscribas numerum, cuius opera si quid putabis effici posse, conntar ut in-
telligas omnia mihi deuisse potius, quam gratificandi studium ac propensam uoluntatem.
Datum apud Friburgum Brisgoiae tertio Calend. Februarij. Anno M. D. XXXI.

ERASMVS ROT. GHILELMO IUNIORI DVCI IULIACENSI S.

V tu geminum tui *μυμιδοου* apud me esse uoluisti clarissime iuuenis, alter-
rum quod absentis corporis tui speciem mihi representaret, alterum quod ani-
mi tui simulachrum exhiberet: ita & ipse geminam coepi uoluptatem: nam &
in signe poculum meos amicorumque meorum, quibus id ostentare soleo, oculi
los delectat: & epistola tuis digitis depicta, atque ex isto pectore deprompta,
quoniam admirabilem quandam indolem spirat ac refert, hoc uberiore uoluptate perfu-
dit animum meum, quo mentis bona sunt externis istis commodis praestantiora. Tale si-
quidem poculum mittere quibus principum potest, talem epistolam scribere non ita multi
ualeant, primum bene Latinam, insperatis aliquot Graecorum uerborum emblematis, deinde
sobriam, sensibusque philosophicis. Poculo titulu boni ominis addis *ἀγαθὸν εὐαγγέλιον*. hoc
omen ut maxime impresserit artifex metallo, tu tamen longe felicitus expressisti tuis illis lite-
ris, principem nobis & salutarem & ista ditione tum ampla tum luculenta dignum polli-
centibus. Dediti quod & amicis & inimicis ostentem poculu, ut amici tanti principis ami-
citiu mihi gratulentur, inimicis oculi doleant: epistolam ut tuae sortis adolescentes ad phi-
losophiae studium extimulem. Merito tibi non placet exemplum Dionysij, qui celeberris opi-
nione probitatis ac doctrinae uiros, non in aliud seculu habebat, quae ut per eos apud populu
honestam famam aucuparetur. Elic enim fucus erat, non uirtutis studiū, & hoc erat abuti
consuetudine sapientum non uti. Tibi uero qui maui praestare bonu principem, quae simu-
lare, magis arridet illud Sophocleu, *σφοδρὸν τῶν παυνοῦ δὴ σφοδρὸν σωουσι*. Iam quid ista tua mo-
destia amabilis, quod ditionem tam lata tamque magnificam Spartam appellas, cuius recte ad-
ministranda quae proferenda tibi maiore curam esse significas? Macie istius animi esto prin-
ceps inclyte: cuius utinam essent omnes monarchae, leuioribus tempestatibus iactarentur res
humanae. Ista nimirum est bona philosophiae pars, quam Plato requirit in his qui Republicam
administrant, non ut sophisticum more disputent, de principijs reru, de infinito, de tempore,
de motu, de exhalationibus, de quibus haec humi gignuntur, quam ne haec quidem scire inde-
corum est principi, sed ut animu habeat omnibus uulgi cupiditatibus superiore, omniaque
facta simul & consilia sua Reip. commodis & honesto metiatur. Haec experientia rerum
discere, quum perlongu est, tum humano generi calamitosum, quae non solum copendio,
sed etiam tuto, uel e philosophiae preceptis, uel e sapientum consilio percipiuntur. Nemine
consulto quicquam magna rei aggredi tyrannicum est; atqui ut princeps ex uarijs senten-
tijs, quod optimum factu sit, uel eligat, uel eliciat, necesse est ut ipse consultorem habeat in
pectore. Quot malis uidemus concussam Galliam & Italiam, imo totum fere orbem, ho-
dieque concussa quibus poteramus esse liberi, si principes quidam animum uere philoso-
phicum obtinuissent, maluissentque Reip. commodis, quam priuatis cupiditatibus inseruire.
Huius uero philosophiae duplex est munus, alteru ut perspiciat quid sit rectu & utile, alte-
rum ut ab eo quod ratio suasit, nullo priuato affectu abducatur, sed in bene consultis con-
stanter perseueret. Proinde spem nostram iam pridem de te conceptam non mediocriter con-
firmat, quod audio tibi parentem utrunque esse, quum alijs principe dignis uirtutibus praeci-
ditum, tum hac praecipue, quod iusticiae tenacissimi sunt aduersus eos, quorum immania fa-
citorum nullam merentur misericordiam, in quo numero ponendos arbitror, qui latrocinijs
infestent uiatorem. Id quum per se sit sceleratissimum, sit etiam sceleratius, quoties ij qui sa-
larium accipiunt in hoc, ut regionem purgent latrocinijs, ipsi latrocinium exercent, non si-
ne magno principis dedecore. Sed desino, ne te defatigem priusquam ad uoluminis quod
tibi dicatum mitto lectionem accedas. Dominus te cum illustrissimis parentibus seruet in-
columem. Datum Friburgi Brisgoiae, Anno a Christo nato M. D. XXXI

ERASMVS ROT. IACOBO TVSSANO S. D.

Ro studio Brixij pariter debemus utrique, pro officio quod ad factam inter nos
gratiam attinet, nec tu nec ego magnopere debeo. Odium in te nullum con-
ceperam, hoc animo natus, ut eruditos uiros de studijs bene merentes, ne si
occidant quidem, odisse possem. Rem ad me perscripserant aliquot minime
leues, non ut uulgo audiam, sed ut compertam omnibus sensibus, ac ut in-
genue fatear, persuaferant, nihil tamen amarulentius in te cogitabam, sed immodico quo-
dam Budaei studio factum interpretabar, ac tales amicos mihi quoque optabam, Budaeo

QQQ 3 certe

certe non inuidebā. Argumento potuit esse epistola mea tam leniter exposulans, quā id temporis maxime ferueret ὁ λόγος ἐκείνῳ uere πικρὸς. Nec enim occurrūt uerba, quibus hoc factum melius exprimam. Sed priusquam Brixius de nobis in gratiam reducendis scriberet, animus erat mihi iam proxus defecatus, adeo ut ne in memoria quidē ullum eius reuestigium resedisset. Quod scribis de magnifica conditione unde me causa excideris, publice aspersus, nō satis quid sibi uelit intelligo. Nec enim arbitror unicam eamq; perbreuem epistolam tantum apud regios proceres habere ponderis, ut ob eā ueneris in periculū, ne Græca regio stipendiū profitendī munus non consequeris, præsertim quā Budæum haberes tuum, cuius suffragium in eo negotio unum plus cæteris omnibus ualebat. Sed hæc utiq; habent, satius est missa facere. Magis libet tibi gratulari mi Tulliane, qui ad munus istud longe pulcherrimum sis delectus, hoc est, in amplissimum theatrū productus, unde iam nō Gallis tantum, sed uniuerso orbi istius eruditionis minime uulgaris specimen adas: Nec dubito quin tu pro tua dexteritate uigilantiq; sis istam fabulam ita saltaturus, ut & a studiosorū centurijs omnibus plausum auferas, & optimi principis, qui præclari instituti est autor, dignitati satisfacias, alto qui cohortaret te, ut amplissimum muneri pacem animū sumeres. Magnopere tibi gratulor & ornatissimi præsulis Lodouici Canossæ amicitiam, quem mihi apud Britannos nosse contigit, dum autoritate Leonis Pontificis maximi dissidium inter Gallie Britanniaq; reges componeret: admiratus sum ingenium longe dexterrimum, singularem uero in me fauorem, quem & tū præsentis, & mox absentis per literas significauit, uehementer amauit. Fortunā quam mihi tum illius detulit benignitas, multo rectius in te collocatam existimo. Quāquā istis uirtutibus qui posset deesse fortuna: Tantum orandum est, ne ea te obruat inundans, ne uē a studijs auulso tibi manum iniiciat. Quod aduersus quosdam φιλοσοφους mihi strenuū hyperaspisten præstitis, animum quidē tuum exosculor, cæterum nollē te cum hoc hominū genere peritnacius contendere, ne non modo nō uincas, uerū etiā in me quoq; reddas iratiores. Melius desinent defessi, nullo reluctante. Multi respicūt, tamen si quosdā pudet fateri. Nunc aliud lemma quaesitū est, me totius huius tragediæ feminariū præbuisse iactat. Istiusmodi genus animantiū semper habuit mūdus, semperq; habiturus est. Sed regitū est male audire, quā benefeceris. Illud nobis curandū est, ut omīssis crabronibus inter bonarū literarū cultores constet beneuolentia. Nā & hæc Italus unus atq; alter conatur dirimere. Ita solent qui tyrannidē affectant, aliorū dissidijs suas augere uires. Quod attinet ad perpetuā inter nos amicitia, apud me quidē Brixio nec obside nec teste fuerit opus, postea quā te rabulis ob signatis astrictum habeo. Volo autē & hanc epistolā sic ex tēpore mea scriptā manu chirographi legitimi pondus habere. Acceperam Danesio delegatam prouinciā Græce profitendī, nisi forte duo professores unī linguę designati sunt. Si quid læsit epistolium æditum, isti nauo facile medebimur. Pergratum erit, si frequenter ad nos scriperis. Bene uale uir amicis. Friburgi Brisgoiæ tertio Calend. Febru. Anno M. D. XXXI.

ERASMVS ROT. FRANCISCO CASSANDRO S. D.

RO isto tam sollicito mei amore, Cassander ornatissime, nisi te uehementer amem, possem ē cotibus prognatus, à tigride enutritus uideri. Posteaquam apostema ferro apertum est, paulatim reuixi, nec tamen uigor redijt, nisi sub hyemem. Dū post animus à studijs abhorruit, ac ceu Proteus quidam in omnia se uertit, ut e uinculis elaberetur. At ego contra hoc acrius contendo tenacia uincla. Subinde tentauī, si posset ad opus De ratione concionādi incalescere. Nihil egi. Tandem extudi, ut sequeretur ad tractationē Apophthegmatum: quod hoc argumētum præterquam quod plurimum habet amcenitatis, uidetur & meo genio cognatum. In eo an aliquod fecerim operæ pretiū, ipse iudicabis. Enarrauimus Psal. 33. in gratiā eximij præsulis optimeq; de me meriti Vircenburgenis, ab alio tamen designatū, nec diuinare possum quā ob causam. Nec aliud ferē nobis hac hyeme gestum est, nisi quod præfati sumus in Aristotelē Græcū, & in Titū Liuiū quinq; lib. auctū. Scripsimus multas epistolas ad proceres Synodi Augustanæ, sed eas non expedit hoc statu rerum euulgari. Habes ad utrunq; & quid ualeā, & quid Musarū auspicijs gesserim. Illud te latere nolim, nihil huc perlatū præter primas illas tuas literas, quibus per occasionē quaestiuiculae nos ad amicitia prouocasti, et has postremas Idib. Nouēb. scriptas. Vides itaq; quinq; illas intercidisse. Equidem

Equidem nihil addubito quin tu pro tua prudentia nihil committas literis, quod cum uel tuo uel meo periculo ueniret in manus alienas: uidentū tamen est cui cōmittas, ne & tibi descriptionis opera, & mihi uoluptas pereat, quam ex tuis epistolis non uulgarē capere soleo. R. D. Antistiti Senecensi, eiusq; germano uicecomiti me cōmendabis diligenter. Simulq; S. Desiderij præpositū meo nomine resalutabis amanter. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoiæ pridie Nonas Martij. Anno M. D. XXXI

ERASMVS ROT. GERMANO BRIXIO S.

VIDEM tibi gratulor istos dies tam candidos tamq; auspiciatos euenisse, quibus abfuisi Lutetia: tamen si nobis tam diutinus secessus tuus nō leui fuerit incommodo, non tantum ob id, quod interim literis tuis, mihi semper iucundissimis frui non daretur, uerum etiā quod negotiū de Chrylostomo uertendo, quod multis de causis maturatū cupiebamus, hucusq; prorogatū sit.

Nunc res in eū deuenit locū ut nesciā quid consilij capia. Hieronymus Frobenius summa contentione hoc mecū agebat, ut eos cōmentarios uertendos susciperem. Id quā pertinacissime recusarē, iuasi ut prima pars ad te mitteretur, simulq; tuum animū explorarem, an totum opus uelles suscipere. Quā uergeret interim ille, nec istinc quicquā afferretur responsi, posteriorem uoluminis partē cōmisimus Simoni Grynao, qui abfuit quod deerat homilij in epistolā ad Corinth. priorem. An is ortus sit, & quo usq; progressus, mihi non liquet. Rursus ut ille nihil dum attigerit operis, posteaquam tu non pateris tibi ullum præscribi temporis modum, haud scio an typographorū rationes hoc patiantur. Probo quod maui, ut scribis, tuæ famæ, q̄ typographorum emolumentis consulere, quod cōsiliū utinam ego semper fuisset sequutus. Sed illis nihil uilius est lucrum, quā nobis fama. Nam mihi quidem alloqui hac in re nec feritur nec metitur, nisi quod exemplar non mediocri sumptu meo descriptū gratis cōmunico. Nunc tibi statuentum est an uelis tuo arbitratu opus absolutum istic ædere, an committere ut Frobenius totum opus ab alijs uersum excudat suo tempore, decreuit enim ad mercatum autumnalem proximum. Hæc tantum uelut ad prudentiæ tuæ senatum refero. Nam ipse nisi ex amborum sententijs nihil possum certi pronuciare. Quicquid tamen statueris, quod è re tua, tuq; dignitate esse iudicabis, id scito te nostra amicitia incolumi facturum. Tantum de Chrylostomo, locis communibus prætermisissis, in quibus tu quum alia multa facundissime colligis, tum præcipue causas, quibus ad hoc operis alacriter suscipiendum sis extimulatus, quod huc inuitarit regis non iam autoritas tantū, sed & benignitas, quod hi commentarij citra controuersiam yvioni sint, quod hæcenus ab interpretibus latinis intacti: quæ omnia utinam apud te tantum ualere, ut alijs leuioribus negocijs omisissis, hoc totus ageres, & quamprimum absolueres. Ne in hoc quidem quod obiter tractas abs te dissentio, eos operam haudquaquam sterilem sumere, qui ab alijs male uersa, denuo sic uertunt, ut & superiorū prodant lapsus, & autoris sensum meliore fide reddant. In hac sententia fuisse uideo Thomam Linacrum, qui Sphæram Proculi, ab alio nescio quo ut cunctq; uersam exactius transtulit. Dein Galeni libros περὶ τῆς ὑγιεινῆς, postremo Aristotelis μετεωρολογικῆς, quæ nondum opinor prodierunt. Eiusdem animi suspicor fuisse Budæum, qui post alios uertit diui Basilij libellum de studijs, ac placita philosophorum à Georgio Vala parum feliciter reddita, postremo librum Aristoteli inscriptum de mundo. Quæ enim talis successor non deterreret à uertendo: Sed si quæ hic labor tuuat, deum immortalē, quantus pater campus in Aristotele, in Platone, in Herodoto & Thucydide, in uitis ac moralibus Plutarchi: Vberior autem fructus rediret ad studiosos, si quod tu fecisti in Babyla, superiorum interpretum lapsus adnotarentur. Nunc enim quotus quisque est uel tam ociosus, uel tam diligens, ut utriusq; uersionem inter se conferat. Verum est aliquod incommodum his adiunctum cōmodis: qui tractat ab alijs occupata, multis uidetur inuidus parumq; candidus: ad hæc audit, nihil esse magni, aliorum inuentis assuere, & in alieno opere uenari quod carpas. Iam si reprehensor ille labatur, quod & ipsi potest obtinere, nullus est uenia locus. Quemadmodum Raphael Regius post Philelphum uertit apophthegmata, ac superioris lapsus aliquot prodidit, sed ipse interim insigniter labens alicubi: plus tamen mea sententia debetur Philelpho, qui opus hoc suo Marte prius aggressus est. Thomæ Linacro pessime celsit quod Proculū a se denuo uersum regi

hulus patri dicar. Andreas quidam Tolofates, præceptor Arcuri principis, & in regnū paternum successuri, nisi mors anteuertisset, cæcus adulator, nec adulator tantū, sed & delator pessimus, regē admonuit hoc libelli iam olim fuisse uersum, & nescio quo, & erat, sed misere. Hanc ob causam rex & munus aspernatus est, & in Linacrū uelut in impostorem inexplabile concepit odium. Verum hoc παράλογον. Porro quod Homericū illud occinis, ἄμιον ἀντιλέγου ὅτι ἀλλ' οὐκ ἀπολέσται, quum iudicio consentiamus maxime, tamen fato uehemēter discrepamus. Nihil parere possum, abortio omnia. Nec hoc ingenij mei uitū ullis remedijs medicabile uidetur. Video quid sit optimū, sequor peiora. Tuffano rescripti, nec necesse est, ut quisquā de mutua inter nos beneuolentiā fideq; sit sollicitus. De Budgeto quod scribis magnopere gratū est, & tibi gratiā habeo. Sunt hic quidam ἀνοσιβητοὶ iactantes Erasmi ad Budgeto nominatim libris editis lapidatū, in epistolis opinor. Sed tu me uetas istiusmodi rumoribus quicquid habere fidei, nec habeo. Demiror tamen opus epistolarum huc non perferri. De Triuultio uideo te non aliter gestientē gaudio, q̄ in Eunuchō Terētiana Cherea gestit potius uirgine, atq; haud scio an sit ille quē uidi Patatij rara quadam miraculose indole adolēcentem. Sed quod hortaris ut illum nunc tantum principem meis literis compellem, etiā atq; etiam uide mi Brixī, quō me inducas. Nam ipse sic a tua uoluntate pendet, ut in medio foro iubeas restim ducere, facile sim morē gesturus. Qua fronte me illi ingerā? Aut quod suppeditas argumentū. Quid quod illustrem etiā epistolam exiis, scilicet in hoc profundo ocio elaboratā. Vnde tibi istius ocij suspicio uenit in mentē? An Erasmus solet ocium agere? Magnam æstatis partē mihi cū dīro apostemate res fuit, nec facile credas q̄ lente tot modis afflictā ualeudo uiriculas suas receperit. Membris aliquot per iuges cruciatus, nec somnū nec cibum capere licuit: post animus sic abhorruit a studijs, ut opus De ratione cōcionandi frequenter tentatū, frequenter de manibus deponere sim coactus. Tādē in alio quodam argumento cœpit utcutiq; recalescere, quod nunc pariter & a me cuditur, & a typographis excuditur. Agnoscis morem meum. Verum hoc ita creuit sub manibus, ut in eo totus esse cogar. Quare nondū statui, an expediat hoc officij in aliud differre tempus. Gaudeo sanē tandem a Brixio audire Asiaticus, qui de Laconismo meo toties queri solet. Fac ut hic Bernardus Bletzius tuas ad me literas referat. Bene uale. Datum apud Friburgum III. Cal. Febr. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. LAURENTIO CAMPEGIO CARD. S.

CCLLESIAE tranquillitatē non tam sperabamus, q̄ optabamus. Nūc uideo nihil superesse, nisi ut Christus experrectus iubeat hos rerū iudicij cōsistere. Nonnulla tamē spes adhuc habet animū meū, fore ut deus immittat in animū Cæsaris cogitationes pacis, præsertim erga Christianos. Quāta sit Turcarū immanitas iam heu nimis experti sumus. Quid moliat̄ur obscurū esse nō potest. Quibus quum uix omnib; iunctis tum opibus tum copijs pares simus, quid fiet, si tot modis inter nos dissidentes, cū hoste nō minus potente q̄ crudeli bellū suscipiamus? Si Germania semel cœperit ciuilibus bellis tumultuari, nolim male ominari, sed deus auertat quod minitantur exordia. Si dissimulato interim negotio sectarū, hoc iunctis uiribus agamus quod summopere urget, spero tēpus ipsum aliquā medelā allaturū. Rerum enim immedicabiliū nullus est efficacior medicus q̄ ὁ λόγος. Vt ne cōmemorē recens exemplum esse hæreticos armis opprimere, præsertim bello tam late patēte. Quod ut maxime sit uetus, tamen magis spectandum est quid deceat Christianā clementiā, quidq; in cōmune expediat omnibus, quā quid mereatur paucorū improbitas. Non grauatū fuissem istic adesse, postea q̄ ualeudo cœperat esse cōmodior, si spes ulla fuisset meam præsentiam profuturam. Sciebam istic esse quosdam, qui priuatis affectibus metientes omnia, sibi uideantur strenui propugnatores ecclesie, quum nulli eam magis lædant. Quoties cōgredior cum hostiū turmis, statim adest qui mihi à tergo letale uolnus infligat. Scripsi Diatribam, obortus est Stunica cum suis conclusionibus: Scripsi Hyperaspistem, exortus est Bedda cum suis uirulentis calumnijs. Scripsi contra Vulturium & Bucerum, exortus est denuo Albertus Pius, qui prius aditis addidit iustum uolumen, in quo collegit ex omnibus scriptis meis quæ uidentur affinia dogmatibus improbatīs. Atqui si placet reprehendere affinia, quum summa ueritas sit affinis falsitati, polliceor me collegurum articulorum duo milia ex Decretis pontificum, eiq; probatissimorum Ecclesie doctorum monumentis.

monumentis, ut omittam σκευδαλόδιον, & irreuerenter dicta. Atqui tale est argumentum quod suscepit Pius, ut si me totis uiribus pergam tueri, per occasionem noceam causæ cui faueo, cuiusq; gratia duarum sectarum irreconciliabile odium in me prouocauit. Si quid acciderit tumultus, ero inter primas uictimas ἀνυμνίας: quanq̄ hoc citius patiar, q̄ ut diuellar à castris ecclesie catholice. Nullos collegi discipulos, nulli sectæ memet addixi, tantum inuidiæ, tantumq; periculorum fenex & ualitudinarius pati malui, q̄ digitum latū ab orthodoxorum confortio recedere. Itaq; ut demus in tot libris aliquid à me scriptum incautus, tamen hic animus promerebatur aliquanto maiorem fauorem. Hæc in sinu unici patroni mei, quem semper mihi fauētem expertus sum, effundere uisum est: ut quando superiora reuocari non possunt (iam enim Pij liber excuditur) in posterum cohibeas illorum seras querelas, uel insimulationes potius, mihi periculosas si obticescam, ad coherentias hæreses inutiles si respondeā. Quod ecclesiasten Thannensem ex mea commendatione statim absoluisti, habeo gratiam humanitati tuæ, mihi non nunc primum experte. Non eram his literis interpellaturus occupationes tuas & plurimas & grauissimas, nisi denuo iussisses ut scriberem. Si quid hic pecco, uel obsequio condonandum est, uel concepte iam olim de singulari bonitate tua fiducia R. D. T. incolumem florentemq; tueatur dominus Iesus. Datum apud Friburgum Brisgoiæ. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. IOANNI CARD. LOTHORINGIÆ S.

NERAUIT metua benignitas tam graui sarcina munificentie, ut nec inueniam qua ratione queā aliqua ex parte reponere quod accepit, & pudeat gratias agere: pro mediocribus enim beneficijs gratias agere uulgi mos est: non iam loquor modo de splendidissimo planeq; regali tuo munere, sed multo magis de singulari istius in me animi studio, atq; fauore. In tanto principe tam humanitatem non possum non amare, etiā si mihi nulli bono fuisset. Nam eximia uirtus per se speciosa est & amabilis. Superest igitur ut interea prædicem, & tuam bonitatem & meam felicitatem, donec sese offerat opportunitas, qua me apud omnes ingrati hominum suspicione liberem. Inter Cæsarem & Regem Galliarum factam amicitiam uehementer utriq; gratulor, sed utinam id factum esset tum maturius, tum legibus aliquanto mirioribus: sed hanc cicatricem facile abolebit tempus, omnia uel tegens uel deliniens. Ceterū ut uideo, tumultus tumultum excipit, ut aduersus Turcam nobis succedant omnia, certe diutinum atq; atrox bellum prospicio: & si cōtinget uictoria, uereor ne sit Cadmea quod aiunt, ut non minus ploret uictor quā uictus. Sed quoniam bellorum exitus supremo numini sunt in manu, ab illo postulandus est euentus si parum laetus, certe salutaris. Qui has perfert, uehementer cupit tuæ sublimitati commendatus esse, & per eam illustrissimo Lotoringiæ duci germano tuo, ut si quis locus uacet, apud illum recipiatur in statum nobilitatem. Parentem habet præpotentem, singulariq; prudentia & integritate præditum, ut inter illius decora, minima portio sit nobilitas. Hic iuuenis patri simillimus est. Iam nulli non cognitum est quæ rerum undæ iam pridem agitent ciuitatem Basiliensem, & subinde noui aliquid existit. Ea res in causa fuit, ut multi præclari ciues solum uerterint, utroq; sibi quodammodo exiliū indixerint, dum malunt rei quā religionis iacturā facere, ac prius habent solum uertere quā institutum. Quorum de numero sum & ipse, qui non solum rei familiaris graui dispendio, sed & summo uitæ periculo reliqui nidum cui tot annis assueueram. Spero futurum, ut ipse iuuenis suis moribus se tuæ sublimitati commendat, ad omnem uitæ functionē dexter & habilis, siue domi res sit gerenda, siue tempus strenuum militem postulet. Ad hæc germanus est uxori Henrici Glareani, quem uirum eruditione uaria clarū & de studijs optime merentem nouit opinor tua celsitudo, ut officio quod in hunc iuuenē collocaris, duos iam olim tibi deuincissimos redditurus sis multo deuinciores, Erasmus & Glareanum. Nec dubito quin & apud te, & apud fratrem Christianæ pietatis amantissimum principem plurimum ponderis sit habiturus iuuenis animus, qui quum possit apud suos non solum cōmode, sed etiam honorifice uiuere, mauult carere patriæ cōmodis, quā ea profiteri, quæ sibi persuasit à sinceritate Christianæ religionis abhorre, præsertim quū hæc rerum proceritia cordatis uiris exitum cruentum portendere uideantur, Deus omnia uertat in tranquillitatē, qui tuā celsitudinē diu seruet incolumem.

ERASMVVS ROT CAROLO MONTIOIO S. D.

I X illo sermone consequi quæ quantū gaudeam Carole iuuentis ornatissimam
 me, quæ Meccenatē illum meū parentē tuū, quo nihil adhuc expertus sum cādi
 dius, humanius, amicusue, cōspicor in te mihi repubescere, tantum beneuo
 lētis animi, tantū amoris nō vulgaris spirant tuæ literæ, ut idem pectus agno
 scam, sed uiuidius & explicatius. Nec dubito quin hæc res non minori uolu
 ptati sit patri tuo, quàm est mihi, est autē mihi crede summa. Compluribus enim tales ob
 tingunt liberi, ut patres orbis inuideant. Cæterum ubi contigit hæres, qui parentem non
 tam oris lineamentis, quàm ueris animi bonis referat, ea demum magna ueraq; uoluptas
 est. Quod ad corporis formam attinet, mihi prorsus ignotus es, nisi quod Quirinus meus
 narrauit te hac quoq; hominis parte mirū in modū reddere genitorem tuum. Animi tuī
 dotes mihi uelut in speculo tua repræsentauit epistola, quæ si tuo unius Marte confecta
 fuit, sicuti fuisse nihil addubito, raram quandam & eximiam indolem præ se fert, nihilq; me
 diocriter nobis de te pollicetur. Clarissimus genitor tuus inter tot præclaras uirtutes quibus
 expolitus est, nihil habet mea sententiā pulchrius, quæ singularem illam modestiā, quæ uix
 dici possit, quantū ornamentis illius omnibus apponit gratiā. Modestiæ comes est urba
 nitas ac morū comitas. Hanc dū tu quoq; studes egregijs decoribus tuis ueluti colopho
 nem addere, non cōmittis, ut quicq; patriæ laudis in te desideremus. Altarum uirtutū cer
 tissima custos est modestia. Modestiæ porro custos eris, si cogites quicquid uel animi, uel
 corporis, uel externorum honorū tibi cōtingit, e numinis munificentia profectū esse, cui in
 solidum oportet acceptū ferre, quicquid obtingit in hac uita felicitatis. Est autē aliqua gra
 titudinis portio, sua quæq; bona nosse, non quemadmodum nouit Narcissus, cui sua phi
 lautia fuit exitio. Vtiliter sua bona reputat, qui ea ueluti nomina supputat, nec aliud colli
 git ex honorū suorū contēplatione, nisi ut perspiciat quantopere sit obstrictus diuinæ be
 nignitati. Eam quo perspicit in se fuisse profusiorē, hoc illi submissior fiat oportet, hoc de
 tuendis, deq; recte collocandis quæ accepit sollicitior, quo largiorem agnoscit in se numi
 nis benignitatē. Is si quæ conspexerit maligniore fortuna, nō ita cogitat, quanto hic me esse
 inferior, sed ideo dñi largitas in me plus cōtulit, ut huic per me subueniret. Ne uulgare be
 neficium numinis existimes, talibus prognatum esse maioribus, tam ample fortunæ para
 tum hæredem, tot corporis & animi dotibus esse præditū. Confer aliorū sortem, quorum
 uirtutibus obstat, generis obscuritas, rei familiaris tenuitas, corporis imbecillitas, ingenij
 paupertas. Verū hos qui despiciūt, nō meminit gratiæ esse munificentia quicquid acce
 pit. Qui non opitulatur, non animaduertit, in quæ usum creditū sit quod accepit. Quare
 te hortor Carole suauissime, ut hoc uoluptatis nobis tuisq; omnibus indies augere cōuen
 das, tecum ipse certans ut quotidie te ipso melior euadas. Singularem tuā erga me pietatē
 subens exosculor, animi tuī gratissimā uoluntatē amplector: tamen si quid officiorum in
 clarissimum parentē tuum impendi, ille cumulatissime repēdit: quod etiā si minus esset fa
 ctum, tamen hæc uoluptas quam ex tuo profectu capto, iste tuus animus paratus etiā in
 meos reponere, si fors tibi serius contingat referendi facultas, quæ mihi uitæ finis, mihi pro
 amplissime relata gratia est. Ea tamen apud me crescet, quantum tu pulcherrimis coeptis
 tuis adieceris incrementi. Quod serius tuis respondeo literis, aduersa ualeudo fuit in cau
 sa, quæ me tota æstate discruciauit. Quod nūc etiā minus apposite respondeo, in causa est,
 quod epistolā tuam in hoc sepositam ut simulatq; daretur ocium responderem, nancisci
 non potui. Verum hoc alias pensabitur. Dominus Iesus suam in te munificentiam tueri,
 semperq; nouis accessionibus augere dignetur Carole fili charissime: Idem cōiugium tuū
 bene fortunet. Apud Friburgum Brisgoiæ VIII. Cal. Septemb. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. MATTHIÆ KRETZERO S. D.

paucis respondeā, sic in praesentia districtus laboribus, ut uix alias aequae, Optarim meas lucubratiōes aliquid habere tali dignum ingenio. Rudi saeculo fortassis excitauimus iuuenum studia, praesertim apud Cimbrōs & Batauos: nunc alia est aetas, ut de meis scriptis nō iniuria dici possit, *etis de uis*. Mihi quidem nihil accidere potuit exoptatius, quā pro uera et felicitioris annonae, meam siliginem euilescere: Istuc nō nisi summo uitae discrimine proficisci licuisset, itaq; malui uiuere. Tum habebam perspectum, si uenissem, citius futurum ut aliquam nouam tragoediam in meum caput excitarem, quā ut ueteres tumultus sedarem.

~~Et sum natura fucorum impatiens, lingua liberioris. Quod si me ad quorundam affectus attemperassem, multa dicenda erant aduersus meam ipsius conscientiam. Itaq; ualitudini quamq; permolestae, propemodum hoc nomine gratiam habeo, quod per illam licuit istinc abesse. Dominus non sinet nauiculam suam obrui fluctibus, utcumq; fremit hoc mare. Non magni refert ubi corpusculum hoc sepelatur. Augusta mihi abunde commendata est, tātum uereor ne si istuc orta fuerit tempestas, non perinde liceat fugere, atq; hinc ob uicinam Galliam, & procliuem in Brabantiam reditum, nimirum Rheno secundo. Hoc rerum statu difficile est aliquid certi statuere, quum incerta sint omnia, ut gladiator in harena, ita ego ex tempore consilium capiam oportet. Interim Guolphange charissime mutuis literis nobis inuicem fruemur. Patrem tuum clarissimum uirum meis uerbis quaeso ut salutes diligenter. Si Polyphemum inuitas ad potandum, plane *ἡν ἰπποκρίτης* *ἡν ἰπποκρίτης*. Si conaris illum ex plere uino, plane id agis quod apud ineros Danaides. Hoc tantum licuit in praesentia. Bene uale, Friburgi postrid. Cal. Ian. Anno M. D. XXXI~~

ERASMV ROT. GVLIELMO MONTIOIO S.

ERENISSIMAE Reginae munus mihi fuit longe gratissimū, quāq; illius animus mihi sine ullo munere abunde sufficebat. Sic enim amo insignem illius foeminae pietatem & eruditionem, nobis ignauitā ac mores corruptos exprobrantem, ut mihi beneficium accipere uidear, si quid illi queam facere gratum. Habet sui simillimam neptem Mariam quondam Ungariae reginā,

cui dedicauimus Viduam Christianam, quae quanto affectu libellum acceperit, quantoq; studio euoluerit intelliges ex epistola, quam mihi Margaretae filiae Mori. Si regis Ferdinandi res essent prosperae, sat beatus esset Erasmus. Nihil enim est illo uel syncerius uel amicus. Nobis nihil promeritis sic fauet ex animo, ut non solum ea libenter praestet quae rogamus, uerum etiā ultro addat, quae putat mihi fore cōmoda. Sed Turca sic irrupit in Ungariam, ut Austria quoq; Polonia, uicinisq; regionibus ac fortassis Italiae quoq; sit metuendum. Audio coisse pacem inter monarchas, utinam maturius. Huius tamen felicitatis bonam partem debemus regi uestro, qui summa constantia pariq; prudentia non contemnit, donec potentissimōs totius Europae monarchas inter se conglutinaret, quod bonum utinam superi nobis perpetuum esse uelint. Opinor tuam humanitatem boni consulerem, quod Adagiorum inscriptionem uolueram tibi cum Carolo filio tuo quodammodo esse communem. Visum est enim hoc addere calcar adolescentuli studijs excitandis. Donec spes esset, continui me Basileae, sublata spe, commigraui Friburgū Ferdinandicę ditio nis oppidum, ut magno rei familiaris dispendio, ita summo ualitudinis discrimine. Vix enim sperabam hoc corpusculum adeo quassum, ut ad uini mutationē, aut aliam quāuis leuem occasionem periclitari soleat, tantam rerum mutationem laturum. Malui tamen in capitis discrimen uenire, quā quae illic gerebantur probare uideri. Omnia sunt hic charissima, ac multis commodis quae mihi ferebat officina Frobenij nunc careo, tamen hic hiems peragenda est. Si ualitudo esset mediocris, nec opes deessent nec dignitas. Verum ut dicere solebat tua celsitudo, fortuna nunc cibum offert edentulo. Misere metuo ne nobis hic funestum bellum gignat Euangelium, adeo subinde procurritur ad arma. Augustinus totus prodijt, qui me propemodum confecit. Optarim Theologis quibusdam meliorem mentem, qui suis tumultibus malum exasperant, dum parum dextre student mederi. Tedet huius Herculanī fati, perpetuo cum monstribus depugnandum. Opinor ab orbe condito nō fuisse seculum turbulentius, adeo dissidijs ubiq; feruent omnia. Nunc Ciceronia, ni melius nouā tragoediam de nihilo, quod maluerim bonas literas sonare Christum, Rrr quam

GOVERO non in postrema felicitatis meae parte pono, quod ornatissimum uirum patrem tuum, teq; patris optimi simillimum iuuenē habeam amicos. Nam candidos. Vt autem ad tuas literas non minus elegantes quā humanae paucis

quàm Romulum, quàm Iouem opt. Max. Si serenissima regina non legit Viduam Christianam, roga ut dignetur legere. Nam illic illius aliquoties fit mētio, apud quam te rogo, ut mihi sis epistola loco. Nunc etiam quum maxime cuperem scribere, nec per ualeitudinem, nec per temporis angustiam licuit. In tantis molestijs magnam animo persentio uoluptatem, quum audio te patronorum uetustissimum, & amicum incomparabilem recte ualere. Spero Card. Campegium iam pridem discussisse nubeculam illam quam scis. Nos in manu domini sumus, qui uos omnes feruet incolumes. Datum apud Friburgum Brisgoiae Natalis uirginis matris M. D. XXX.

Quo diutius grauiusq; nos torset pacis inter potentissimos orbis monarchas expectatio Thoma More amicorum optime, hoc uberiore gaudio nunc exultamus sublatum exitabile dissidium, adeo ut nondum satis audeamus felicitati nostrae fidere. Perdurat quidē constans rumor, perferibitur multorum epistolis, narratur multis haudquaquam leuibus autoribus, sed tamē adhuc ueluti somnium audire uidemur, quod accidere solet post summum dolorem, rebus subito in uehementer laetum exitum cōmutatis, quemadmodum accidere solet in tragœdijs, deo quopiam repente de machina semet ostendente. Neq; uero nesciunt homines se bonā huius gaudij partem debere inuicissimō Angliæ regi Henrico octauo, qui summa prudentia partiq; constantia non conquieuit, donec immedicabilem, ut uidebatur discordiam uertisset in omnibus exoptatam concordiam. Superest omnibus uotis comprecari superiores, ut hoc munus suum uelint nobis esse perpetuum: aut si in rebus mortalium nihil omnino perpetuum est, certe diuturnum. Ego sanē perq; lubens optimi pacificatoris tam plura uereq; Christianum animum aliquo monumento posteris si qua possim, fecero testatum. Mihi fat beatus uidetur mi More, si Ferdinando regi res tam essent secundæ, q̄ illius insignis pietas promeretur, qui mihi profecto uidetur ad omnem uirtutē natus; Erasmo tam candidē fauet, ut amiciorē animum optare non possim. Ante biennium inuitauit me Vianam, salario. c. c. c. florenorū, tantū ut illic uiuerem. Nuper bibonē quēdam tribus uerbis cōmendaram episcopo Tridentino illius cancellario, ut esset in numero satellitū equitū. Rex illico locū dedit, Quid iniquis nō facerē pro præceptore meo Erasmo? Nihil unq; de illo sum meritis: quid non faceret, si quid officij in illum collocassem, qui nunc nullam occasionē prætermittit mihi gratificandi. Sed nondum fortuna respōdet optimi principis egregijs dotibus. Nuper Spira fuit ut scis conuentus principū, petebatur subsidium aduersus Turcas imminentes Vngariæ. Oblata est summa pecuniæ tā exigua, ut maluerit pro animo gratias agere, q̄ pro munere debere. Quid acciderit Mariæ Cæsaris sorori, & huius marito Ludouico, norūt omnes. Nunc Turca rursus inuasit Vngariā, bonamq; partē populatus est. Maria cui dicaui Viduā, metu celsit in Morauia ciuitatē uulgo dictā Snamen, ne Viennæ quidem satis fidens. Turca horret Cæsaris indies crescentē potentia, eoque maluisse Ioannē uicinum regem q̄ Ferdinandū. Et fortassis aliquis dicet, hic quoq; satius futurū fuisse dimidium accipere q̄ totum. Sed arbitror diuinū consilium alio spectare, nec dubito quin æterni numinis bonitas omnia uersura sit in laetum exitum, si nos animū ad ea uerterimus quæ illi sunt placita. Ea quæ sint nō tam ignoramus q̄ dissimulamus. Utinā Cæsar maturius cōposito cum Gallorum rege dissidio, fratri ac sorori suæ in tēpore adfuisse. Metuo ne nimium diu illum moretur Italia, & pontificis amplexus, cui nō dubito quin pro sua religione sit exhibiturus honorem omnem quem filius debet patri. Sed utinam ille gloriam ab hominibus ob Christum exhibitam Christo transcribat, quod tamen hunc Clementem facturum non diffido. Fœderibus principum admisceri pontificē, mihi nec pontifici uidetur expedire, nec Reip. Christianæ. Ille maior est quàm ut ullo fœdere sit astringendus, mea quidem sententia. Si res dissem Basileæ, Theologi clamassent me comprobasse quæ illic geruntur. Nunc quidam iactant me celsisse metu, quū discesserim omnibus dolentibus, etiam ijs quorum dogmata palam ac libere improbaba. Sanē inuitus reliqui nidum quē tot annis presseram, & talis erat ualeitudo, ut nullam omnino mutationem latura uideretur. Nec me clam erat, quanto dispendio migraturus essem; sed de uita periclitari malui, quàm uideri comprobator talis instituti. Erat bona spes rem ad moderatum statum redituram, sed hoc non potuit. Datum apud Friburgum Brisgoiae Natalis uirginis, Anno M. D. XXX.

~~Georgius Saxonie dux non minus odiose conficitur cum Luthero, q̄ ego cum Thrasone quodam nugacissimo. Admonui illum ut negligeret hominem, cui plus satis feroci adderet animos. Interim triumphat, qui tanto etiam principi facebat negocium. Haec genus profectio ualeitudini profuit, idq; præter omnem spem, Aestas hic uehementer aruit, sed autumnum metuo, oppidum semicinctum est proxime imminētibus montibus, ut uix ullus dies abeat absq; nube aut nebula. Magistratus mihi designauit aedes planē regias, pridem extructas Maximiliano Cæsari, sed imperfectas, & aestati quàm hyemi aptiores. Utinā liceat adhuc semel in uita uidere amicos mihi charissimos, quos in pictura quā Olpeius exhibuit, ut cunq; conspexi summa cū animi mei uoluptate. Bene uale cū tibi charissimis omnibus. Datum apud Friburgum Brisgoiæ Nonis Septemb. M. D. XXX.~~

ERASMVVS ROT. ERARDO EPIS. AC CARD. LEODIENSIS.

IMPORTVNVS haberi solet qui uehementer occupatos interpellat, ceterum qui pietatis ac fidei negocia tractantibus obstrepit, iure uenit in periculum, ne non improbus modo, uerum etiā impius habeatur. Itaq; quo leuius peccem, paucis expediam quod uolo. Non rogabo tuam sublimitatem, ut in tuendo Erasmo uetere clientulo suo, sui similis esse uelit: noui cōstantiam animi tui, scis q̄ non solem esse flagitator. Sed nunc præter morem mecum agam petacē. Audio te non solum ditionem tuam, uerum etiam Cæsareq; ditionis urbes magnificis edificijs exornare: quæ res tibi non mediocrem liberalitatis atq; adeo pietatis in Remp. laudem cōciliat. Fatentur enim omnes merito in unum tantum opum ac dignitatum cōgestum, qui quod nactus est facultatum aut splendoris, non sibi uindicat, sed ad publicam confert utilitatem. Perpicit opinor tua prudentia, collegium trilingue, quod Louanij nuper institutum est, non infimum esse Cæsareæ ditionis ornamentum. At census sunt admodum tenues, uixq; sufficiunt necessarijs impendijs. Regium erat negocium, quod uti immortalis hominum memoria dignus Hieronymus Buslidius animo cōceperat, cuius benignitatem si facultas æquasset, nihil opus esset alienis presidijs. Vniuersas fortunas suas huic pulcherrimo impedit negociio, cui si tua sublimitas fauere dignabitur, ut optime mereberis de studijs, ita & apud homines plurimum ueræ gloriæ comparabis, & deo rem cum primis gratam fœneraris. Nam quo uerbo potius utar, quum pro tēporaria munificentia, cœlestis uitæ præmium reponitur? Incidunt interdum occasiones, ut citra rerum tuarum detrimentum magnopere prodesse possis. Saltem hic uelim tibi in mentem uenire trilingue collegium. Qui hoc animo est, ut quantum potest, tantum & uelit omnibus benefacere, huic quodammodo præstat officium, qui uellicat aurem, admonens ubi recte ualeat beneficium collocari. Scis q̄ non solem mihi petax esse, proinde quod studiorum amor me facit flagitatorē, quæ tua est humanitas, pietati tribuet potius q̄ improbitati. Lapidor hic istorū libellis. Iam septem prouolarunt, longe plures expecto. Postremam Apologiam meam ad tuam celsitudinē mitto. Horum in me petulantia oportet me boni consulere, quum ea nec Cæsareæ parcat maiestati. Me tamen non deficiet animus, si principū fauor me fulcire nō desinat. Auide expectamus, ut dominus nostri miseratus, per Cæsaris ac principum pietatem ac prudentiam, tristissimam hanc rerum tempestatem, nobis uertat in tranquillitatē. Ramplitudinē tuam sospitet ac prosperet dominus Iesus. Datum apud Friburgum Brisgoiæ, prid. Natalis uirginis, Anno M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO THESAURARIO
Besontino S. D.

ALTERVM ē famulis emādaram in Angliam, quem hoc impēsius expecto, quod uehementer cupiam scire, num ueris sit rumor hic tam non nouus, magnum illum Angliæ Cardinalem cōiectum esse in carcerem, atq; etiam de capite periclitari. O rerum humanarum Euripum. Famulus absuit iam menses tres, & expectatur in horas singulas. Ergo quum unus mihi tantum adesset Diffus, pro sua singulari humanitate ambijt hanc prouinciā, imō propemodum extorsit: neq; semel me penituit delegationis cœlo tam incommodo, idq; perpetuo. Verum ille reuertus omnem metū uertit in gaudium; re tam feliciter gesta. Etenim quum pararem illum

ob multa, tum ob hoc præcipue, quod talium uirorum notitiam atq; amicitiam esse non des. Munus uestrum non alia cura peruexit, quam si uasa fuissent gemmis differta, nec multo plus impendit, quam auriga ille furcifer accepit pro uectura, qui uestram corrumperat benignitatem. Semper amauit iuuenis indolem, sed hoc officio, uestraq; commedatione factus est mihi longe charior. Superest ut toties à uobis prouocatus cogitè de ratione qua possim hominis ingrati notam effugere. Brunus salutarat me carmine, ei respondi carmine Trochaico, sed dissimulans esse carmen. Dissimulabis & tu, ut animi gratia tentemus an ipse non monitus sentiat esse carmen. Hispaniensium epistolarum exempla receperam, excepta una epistola Mercurini nunc Card. quæ tamen mihi fuit gratissima, erat enim amantissime scripta, & miror ubi illa hæserit. Breui scripsi in Italiam, nunc non est magnopere quod scribam. Et si quid esset, hac crebro comeant qui perferant. Pergratum tamen est quod offers tuum officium. Cæsar in Italia triumphat, Ferdinandus luget. Vix hæc ausus sum scribere languidus à febris ephemera. Atas lacessam te uoluminibus, si sensero non esse ingratum. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoia IIII. Id. Decemb. M D XXXIX

ERASMVVS ROT. PETRO CASTELLANO S.

IDEO sane & gaudeo mi Castellane, te totum in hoc esse, ut dictionem expolias, idq; ad exemplar Budaici characteris, ad cuius amulationem eruditissimi complures nunc sese conferunt: nec me pigeret operæ, si sperarem successum. Sed non minus uerum est quam uulgatum, perdifficile esse senis mutare linguam. Quod mihi subinde oculis comitatem, humanitatem, atq; etiam merita nescio quæ in te mea, usq; adeo nihil horum agnosco, ut me mei pudeat quoties mecum reputo, quam paruam habuerim, quum apud nos esses, tuæ dignitatis ratione. Sed ita est hominum ingenium, præsentem uirtutem, si non odimus, ut ait Flaccus, certe negligimus, sublatam ex oculis querimus inuidi, aut si minus inuidi, certe incogitantes. Quo magis admiror singularem istius ingenij candorem, qui toties prædices humanitatem meam, cuius Scythicam inhumanitatem merito posses incusare; neq; grauabor hæc culpam sarcire pro uiribus, si uel sese dederit occasio, uel tu submonueris quibus in rebus tibi possim commo- dare. Gaudeo tibi contigisse præfulem beneuolum, magis gauisurus, si te mitra bicorni au- diero insignitum: aut si te non capit hoc honoris genus, optarim tibi puellam affatim dota- tam. Rursus si refugis capistrum, precor tibi fortunam Baisij, cui, ut ipse suis literis signifi- cauit, contigit ocium cum dignitate. Tempori uigilandum censeo. Nimum enim uerum est, quod ait Flaccus, Eheu fugaces Petre silentio labuntur anni. Historiam triumphalem cupide expecto. Habes epistolam *ἀποκρίσιον*, ut hic quoq; tecum paria faciam, nec ipsa *ἀποκρίσιον* ut arbitror te inferior. Sed heus, illud minimo minus me fugerat. Quam tu mihi narras analogiam ducentarum epistolarum ad unam? Vix arbitror ullam abs te huc uenisse cui non responderim, hac excepta postrema, in qua significabas te relinquere Lute- tiam, nec certo designabas quò mitterem si quid responderem, nec mihi constabat quos haberes ibi amicos. Bene uale VII. Idus Februarij. Anno M D XXXI, iuxta ue- stram supputationem.

ERASMVVS ROT. QVINTINO SVO S.

ONTANVS suo functus est officio. Admonuit me tui, iussitq; tuis uerbis saluere. Sed quid hoc est rei? Nihil aliud me de te scire uoluisti, nisi quod cupis agnosci pro meo? Nec enim de studijs tuis, aut rerum tuarum statu uerbum ullum. Iam quod petis, tampridem à me factum est. Scripsi tibi, sed am- scriptum meum acceperis nescio. Qui possim autem te profiteri meum, quum tu me tuarum rerum nihil scire uelis? Si uis amari, præsta te amabilem, & si uis ut agnoscam te meum, fac ut intelligam liquido me esse tuum. Non hæc scribo, quod sinistri quicquam de te suspicer, sed ut ad officium excitem. Panicus iste tumultus, quem excitauit me- us Ciceronianus, facit ut aliquanto minus quam soleo fidam Gallorum ingenijs. Bene uale, Friburgi VII. Idus Martias, Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. CONRADO EPISCOPO
Vuirzenburgenfi S.

EVERENDE præsul & idem clarissime princeps, quum mecum reputarem quam humaniter tua celsitudo me non solum in tuorum clientum, aut quod tu maus, amicorum numerum recepisset, uerumetiam tum literis amantissime scriptis tum insigni sui erga me fauoris munusculo cohonestasset, nec ea da- ret occasionem, qua possim uicissim eius animi significatiõem ædere, quem habere debet gratus cliens erga patronum optime meritum, quoniam in meo paupere mundo nihil erat: contuli me in uiridaria scripturarum, ex his Psalmum ueluti flosculum odoris gratissimi decerpit ad te mihi hoc fatius esse ducens, qm incomparabilem amicum inani salutare epi- stola. Hæc æstas mihi prorsus fuit sterilis, nec hybernis mensibus ausus sum quassas diuti- no morbo corpusculi uires iniquis onerare laboribus. Cæterum si uel tu submonere digna- ris, uel ipsum tempus obtulerit occasione declaranda erga te gratæ uoluntatis, declarabo nec studium nec fidem mihi defuisse, etiam si cætera defuerint omnia. Dominus reueren- dam tuam amplitudinem, ecclesiæ reiq; publicæ diu seruet incolumem. Apud Fribur- gum Brisgoia XV. Cal. April. Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. NICOLAO HOLAHO S.

NON mediocri mihi solatio est mi Nicolae, quod hoc seculo, quod nobis un- dique tot gignit hominum portenta, quoq; fides, charitas, & humanitas non modo friget, uerumetiam prorsus extincta sepultaq; uidetur, reperitur ad- huc aliquot ingenia sincera candidaq; unde spes est, aliquando fore ut autem illud genus mortalium *ἡ ἀνθρώπων*. Aliquot amicos habui sic addictos iura- tosq; ut uel uitæ suæ dispendio meis commodis consulturi uiderentur si res ita tulisset, quos nunc patior hostes plusq; capitales, adeoq; deserunt esse amici, ut homines etiam esse de- siderint. Nulla pristina consuetudinis, nulla meritorum memoria, nulla fidei religio, nullus hu- manitatis sensus reuocat illos à maleficijs. Quæ res ut mihi veteres amicos qui in fide per- sisterunt, reddit chariores: ita nouos si qui obtingunt maiorem in modum commendat. Ipse simplici natus ingenio, delector candidis animis, qualem tibi esse tum ex literis tuis, tum ex Quintini mei narratione mihi uideo liquido deprehendisse, ut tuis munusculis, alioquin le- pidissimis mihiq; gratissimis nihil fuerit opus. Penitius impressum est animo meo Holo- hi simulachrum, qm ut inde possit reuelli, aut aboleri: perq; grata fuit tamē ista tua superuacua sollicitudo, quippe quam intelligo ab amoris abundantia proficisci. Hoc quoq; uoluptatis adferet mihi cocleare tuum ac fuscinula, quod hac certe ratione Nicolaum meum habitu- rus sum conuiuam, ac subinde licebit amiculis dicere: Hic est ille meus Holahus, quando reliquam uitæ consuetudinem nobis inuidere fata. Libet autem utriusq; felicitati gratula- ri: tuæ, cui contigerit apud eam, qua inter principes foeminas nulla est neq; humanior neq; moribus sanctioribus, honorificum tenere locum: meæ, qui tam candidum habeam ami- cum apud prepotentem dominam, cui magnopere uelim esse commendatus, cuiusq; in me fa- tiorem optarim esse perpetuum. Ad id quantum habeat momenti beneuolus conuictor iam- pridem experimentis compertum habeo. Et si non mentitur uetus Græcorum prouerbi- um, Simile simili amicum esse, non dubito, quin illi pro morum tuorum sinceritate, proq; in- genij candore sis egregie charus. Nec me fugit quantum illa ualeat apud germanos suos Cæ- sarem Carolum & regem Ferdinandum. Quorum fauor si me destituat, non uideo qui pos- sim aduersus tot portenta subsistere. Hacenus certe præstiterunt, quicquid ab amantissi- mis principibus expectare debui. Superest ut gratiarum auspicijs pulcherrimum hoc certamen inter nos decertemus, in quo, quo maiore contentione nitentur hoc erit firmior ami- corum amicitia. Sanctissimæ reginæ Mariæ precor felicitatem plurimam. Bene uale. Da- tum apud Friburgum Brisgoia Non. Octob. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. BERNARDO EPISCOPO ET
Card. Tridentino S.

VANDO pares agam gratias tam inauditæ humanitati tuæ, Reuerendissime præsul, quæ toties me inuitat ad suæ familiæ contubernium: Quid autem mihi potius ambiendum, aut apud quem libentius uixerim, nisi talis esset ætas, ac ualētudo, ut ad omnium conuictum sim inutilis, ne uicturus quidem, nisi corpusculum hoc
Rrr 3 mihi

mibi longa experientia cognitum meo more temperare. Olim eram ab aulica vita nonnihil abhorrens, uerum ubi uideo & ipsos philosophari reges, & in principum aulis studiis ac uirtuti suum haberi honorem, haudquaquam me eius pigeret uita, quae splendorem ac dignitatem habet cum honesto coniunctam. Plato uero cum haecenus existimet felices fore Respub. si aut reges philosophiam amplecterentur, aut philosophiam callerent, & rerum publicarum gubernaculis admouerentur, non tam sentit disciplinarum cognitionem, quam mentem optimis decretis imbutam, sublimem, ac rebus humanis omnibus superiorem. Huius philosophiae multo maxima pars est pietas Christiana. Cuius admirabile studium conspicimus in Carolo Caesare, & rege Ferdinando, quae res mihi non exiguum spem praebet fore, ut per illos deus hanc rerum tempestatem uertat in tranquillitatem. Proinde Casparem Vrsinum multis nominibus felicem iudico, cui praeter summas ingenij, doctrinae, facultateque dotes, obtigit aetate florentissima, corporis ualitudine prosperrima, non sine dignitatis commendatione, cum optime monarchis habere commercium, a quibus quum plurimum accipiat ornamentorum, illos uicissim a quibus ornatus est decorare ualet. Aut enim, ne fallit animus, aut ille futurus est aliquando inter eruditione, facultate, librisque celebres praecipuus. Quanta ingenij promptitudo, quam emendata uel ex tempore dicentis oratio, credas illum de scripto dicere. Quam felix stilus, quam uaria rerum cognitio. Tum quanta morum comitas, quae praecipue decet aulicum. Si tale conuictore tuae celsitudini praestare possent, uelto uidelicet aduolarem ad tam amicam patronum, multo uirtute quam forma splendidiorem. Nunc alij saltem gratulari lubet. Mihi iam in extremo fabulae actum uolens, nil magis curae esse decet, quam ut dicam, ualete & plaudite, & quisquid animo discessurus est profectio, si quod futurum speramus, Caesaris pietas, uestra integritas, ac principum concordia hos ecclesiae fluctus composuerint, & composuerint citra grauem humani sanguinis facturam. Armis saepe uero deterrimi superiores sunt, nec magni ingenij est occidere, uerum turbulentiissimam tempestatem prudentibus consilijs ad quietem redigere, id demum facinus est summo principi dignum. Non desperamus. Sub imperatoribus Christianis Arcadio & Theodosijs grauioribus dissidijs quatiebatur orbis, quum Arianis, Originistis, Manicheis, Donatistis, Circumcellionibus inquinata essent omnia, ac multis etiam in locis adhuc uiueret Paganitas. Et tamen illorum principum consilijs, tanti rerum motus paulatim ad tranquillitatem compositi sunt, idque nulla graui hominum strage. A morbo senfim reualefco, atque interim lapidos Euangelicorum libellus, sex iam prouolarum, nec erit finis. Hic adhuc haereo praeter animi propositum, sed ita iubent amici, utinam illorum sit felix consilium. Vix subsistam, nime principum subleuet autoritas. R. amplitudinem tuam dominus prosperet in omnibus. Friburgi pridie Natalis uirginis. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. CHRISTOPHORO CANCELLARIO Poloniae s. d.

IR clarissime, Martinus Slapus iuuenis multis nominibus mihi tam charus meique tam amans, ut si filius esset, nec ille potuisset cumulatorem erga me praestare pietatem, nec ego plus officiorum ab illo requirere, huc reuerfus est, fecit, ut tuas literas minus desiderarem, tam accurate mihi denarrauit tui erga me studij constantiam. Vnde mihi liquet te nobis non uulgari more, sed ex animo, certoque iudicio bene uelle. Nam nec diuturnitatem quae fucata sunt ferunt, nec perpetui sunt affectus qui non a iudicio proficiscuntur. Nobis cum tenacissimo morbo totos quatuor menses consistendum fuit. Torminibus intestinorum successit apostema, ac penes eneatum a medicis, crudelius etiam excarnificauit chirurgus. Sed gratia Christo, paulatim reualefimus, studijsque reddimur. Scio meminique uir optime quid regiae debeam benignitati, quid tuae. Voluntas mea iam pridem in procinctu stat, opperens si quid imperetis: si quid iudicabis a me praestari posse, quod animo regio sit non ingratum, beneficij loco fuerit, si admonueris. Expectamus hic iam dudum quid nobis pariat consultatio principum. Caesar ut est singulari religione praeditus, uideatur omnia gesturus ex praescripto pontificis. Res salua est, si nihil praescribet pontifex, nisi quod Christo gratum est. Quomodo futuro arbitror, si modo nos promerebimur. Dominus prosperet res tuas in omnibus uir ad publicam utilitatem nate. Datum apud Friburgum postrid. Calend. Septemb. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. GVILHELMO OVINONO

AVDEO tuum de Montano iudicium cum meo comente, planeque mihi persuasum habeo, te quicquid in illum contuleris beneficiorum, apud optima fidei uirum deponitur. Porro de prouehendis illius studijs, ut mea uoluntas est tua consentita, ita non est par ambobus facultas. Denique non recuso tibi illius nomine sponsor esse, nec metuo spoliis comitem Aten. Amicus ille noster quibus furijs agatur nescio, sed exuisse uidetur omne humanitate. Leuē, ebriolum, rugonē esse sciebam, tantum perfidia, tantumque maliciae nunc suspicatus sum in eo latere. Quatuor libellos iam iaculatus est in caput meum suo nomine, duo prodierunt per alium autorem, sed huius instinctus nec uidetur unquam facturus sine, donec impegerit in suum malum genus. In concilio Caesareo dea dea tractari mysteria, adeo uix quisquam nouit quid agatur. Si quid seculis conceder Caesar, clamabit seculares, nec uideo qui latenti sint. Sicut ueritate altera pars, qui seculum tyrannidem? Quod obere non solum domus uerum etiam facultatum omnium, etiam unionem, auctoritatem, etiam omniaque eius uiam proprius frui liceat. Bene uale. Datum apud Friburgum v. Idus. Septemb. Anno M D XXX

Nos hinc adornabamus iter in Brabantiam, sed amici quidam ex aula Caesaris monuerunt, ne quo mouere pedem, ante perspectum concilij exitum. Scribit adhuc superesse nonnullam pacis spe. Sed hyeme fugere si minus ueraret euangelium, hac ualredo non concedit. Ut Caesar maxime uelit pacem, euangelici tandem uidentur ad bellum gestire, prouolant undiq; libelli ad Caesarem, aliosq; principes, dira minitantes illis, ni mature desinant persequi ueritatem euangelicam. Tenebriones nescio qui, Caesarem pinxerant ignominiosa imagine, sed eam magistratus suppressit. In me non solum debacchantur, sed iam libellis emissis in caput meum: atq; haec nihil aliud est q; uelutatio, expecto longe atrociora. Hoc malum tolerabile est, quod habet adiunctum solatium: impetor, sed ab haereseos damnatis.

[REDACTED]

Equidem hinc interpretor deum populi sceleribus uehementer iratum esse, quod quum duos habeamus fratres Carolum & Ferdinandum, pari religionis amore, pari clementia praeditos, tamen sub his tot calamitatibus affligamur. Primum apud Hispanos orta est seditio, cuius gratia & Ferdinandus in Brabantiam deductus est. Quum tot profectioibus, inauguratione, pōpis, matrimonijs, exactionibus esset exhausta regio nostra, accessit imperium, nomen magno quidem uenale, sed celsus exigui. Deinde quot annis misere uexata est Gallia: Quam penè funditus per dita Italia: Nunc nisi deus auertat, superest, ut mutuis cedibus sese laniet Germania. Quid à Turca passa sit Hungaria & Austria notum est omnibus, quid passura sit incertū. Quid nunc commemorem furiosos agricolarum tumultus: Quid tot morborum ac pestium nomina, imò nouas & nondum nomen sortitas species: Quid rerum ad usum uitae necessariorum tantam uel inopiam uel charitatem? Quamquam haud scio an inter haec mala primus locus debeatur haereseon dissidijs. Tantum ne malorum sub optimis principibus Sed dabit deus his quoq; finem, si nos uitijs longum ualere iussis ad ipsius misericordiam confugerimus. R. celsitudini tuae precor omnia fausta laetaq;. Datum Friburgi Brisgoae Calend. Septemb. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROTERODAMVS IO. RINCKIO S.

ALVE plurimum, quantum uiuit hominum candidissime. Etiam si tam uile fuisset munusculum, quam illud tua facit modestia: tamen animus iste tam aureus ac gemmeus, & epistola nihil spirans nisi meros amores, poterat illud ita commendare, ut pro quamuis magno acciperetur. Nunc quum in hac a rege non inuicore donari potuissent, tamen quae tua modestia etiam in consiliis, in uis potius rogandus eras, ut in uentum ex te potuerunt ac uerba, etiam in boni conuerses. Sed hac in parte uideo inuicore conuerses, quae in uis potuerunt conspici

conspicio. Quam enim ille uisibus & claua fuit inuictus, tam Rinckius officijs aut beneficijs superari non potest. Nec male quadrat in te aquilae symbolū, quod habet tuus clypeus. Nemo tam uelox esse queat ad bene merendum, quem tu non preuoles. Solus animus mihi tuus sufficiebat. Epistola tam amica magni muneris loco esse poterat. At his non contenta tua benignitas, addidit poculum, & opere & precio non uulgare. De manus Herculis haec contenta ultra, nisi hoc solū, ne uidear amando inferior. In principū conuentu quid agatur, haecenus ad nos amici perscripserunt. Proposita sunt capita rerū, primū ut Germani ferant suppetias aduersus Turcarū rabiē: deinde ut sectarum dissidium tollatur, si fieri possit, absq; sanguine: tertium ut eorū qui se grauatos putāt, habeatur ratio. Ad haec peragenda uix sufficeret synodus diuina triennis. Quid sit futurum nescio, nisi deus interueniat fabula, nullum uideo exitū. Et si uires fuerit, acta ex consensu omnium prouinciarū, exitura est in seditionem. Quis sperant eum Lutheranis esse posse transigi, quod & hi petant moderata, & pontifex paratus sit etiam magna cōcedere. Nam habet Augustae Card. Campegij hominē perhumanū, qui bis ad me scripsit.

[REDACTED]

De Zuinglianijs primū Caesar non sustinuit audire. Nunc autē impetratū, ut illi quoq; fidei suae rationē exhibeant. Hac gratia missus est Hedio: nā ut audio, Capito constantē etiam exiit eā prouinciā. Multi me literis hortantur ut ad illud concilio, Caesar tamen nondum uocauit: & si uocet, habeo excusationē iustiorē q; uellem. Nam quū quartum iam mensem agrotem, nondum possum conualescere. Primū ex uentis quibusdam blādis, sed pestilētissimis orta sunt alui tormina, qualia nunq; expertus fuerā, ea uomitū extorsert, gracili corpore, ut scribit Hippocrates, grauē. Ex uomitū ruina stomachi, cruciatus & inextinguibilia concillarunt insomniā. Neq; parū molestiae addiderunt medici. Torminibus successit apostema durū, quod aliquandiu porrectū, dextrum uentris latus occupauit. Mox insilijt in umbilicū, hac specie quasi serpens os in fixū habens umbilico, medio corpore intortos cauda peteret pubē. Paulo post flexit se in latus laeuū, ut penē cingeret umbilicū. Stimulā cruciabiles, nec noctu nec interdū dabant quietē. Adhibitus est chirurgus, ut hic sunt, alā cuius nominis. Is reclamantibus omnibus nihil discernens inter uomicā & apostema durū, quod lenientibus ac frigidis resoluentū ac dissipandum erat, uiolentis emplastris me tantum non enecauit. Puto leuius cruciari qui agūt in igni purgatorio. Exulcerauit mollia quaedā, apostema tantum coxit. Interim pollicebatur omnia magnifica. Rupto hulcere ferro, ē mollis effluxit sanies: ē duro per quod ferrum egerat, nil nisi sanguis. Ante tridū dimissi hominem curatus, at non sanatus. Manet enim idem apostema, mitiore licet cruciati. Reuocandi erant medici. Quum uehementissime affligerer morbo, famulus quē unicū habebam: nam alter repetierat patriam: subito correptus est sudore Britanico. Hunc ad modum dominus dignatus est nos inuisione. Animus iādudum gestit hinc emigrare quopiā, oppidum est sat elegans, sed non perinde frequens, utpote submotū à flumine, studijs apertius, incredibilis omnium rerum charitas, genus hominum parum hospitale, ut aiunt: nā mihi haecenus nemo fuit admodū molestus, At nūq; uideo tranquillū portum. Durādum est hic donec appareat quō uergat concilij exitus. Quidā diuināt futurū, ut in primis agatur de pecunijs exigendis, haereseon negociū reijciatur in synodum uniuersalem, sacerdotibus, episcopis, monachis, & abbatibus electis ac spoliatis dentur bona uerba. Opinor tibi iam conspectos libellos, qui nuper aliquot in meum caput prouolarūt. Qui mouet hoc organum, tibi, ni fallor, notus est, antehac inter mihi iuratissimos amicos coryphaeus, uix ferebat à quoquam nominari Erasmiū citra praefationē honoris, nunc hostem agit plus q; capitalem. Quis credidisset in illo ebriolo latere tantum uenenū: huiusmodi permulta me uehementer alienant ab istorum instituto. Oderunt quicunq; dissentiant, & tamen negāt esse liberum arbitrium. Si deus nondum mihi gratiam illam impartijt, de qua sese factant, erat quū pro me dominum interpellarent, nō erat quur odio prosequerētur. Variāt amicos sententia, alij censent ne legē das quidem istorū nāias, quibus haecenus subscribit animi mei sensus: rursus qui uersantur in coetu principum, suadent ut acriter respondeā. Quid facturū sim nescio, certe quietē flagitāt, & hic animus, & haec etas, & haec ualredo.

Flabas

Habes epistolam languidam nimirum à languido. Si dominus reddiderit vigorem, spero futurum ut aliquando nos inuicē complectamur. Interim cura ut cō rectissime ualeas. Datum Friburgi prid. Natalis D. Margaretae. Anno M. D. XXX.

In Gregorio Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum facundia. Sed amat significantes argutias, quas eò difficilius est Latine reddere, quod pleræq; sunt in uerbis sãtã. Tota uero phrasis non nihil accedit ad structuram Isocraticã. Adde quod de rebus diuinis quæ uix ullis uerbis humanis explicari possunt, libenter ac frequenter philosophatur. Frater eius Basilius suauit quodã & in affectato dictionis fluxu, & pietatẽ, & eruditio nem, & acumen sicubi res postulat, & perspicuitatem, & iucunditatem, & si quam aliam uirtutem in oratore Christiano quisquam desiderare possit, complectitur. Ioannes Chrysostomus Basilius quẽadmodum in literis, sic etiam in professione synceritatis uitæ socius, atq; ut ita loquar Achates, quicquid fere scripsit, ad popularem captum accommodauit, eoque fusior est ac simplicior, & in locis communibus spatium maluit, quàm in difficillimis uersari quæstionibus. Hos triuuitros una tulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec dispa res eruditione, sed dictionis caractere dissimiles: quos si cum nostris cõferre uelis, Chrysostomus non dissimilis est Augustino, Gregorius Ambrosio, qui si Græce scripsisset, plurimum negocij fuisset exhibiturus interpreti. Quem Basilio conferam nondum inuenio, nisi si quis scripturarum cognitionem quam habuit Hieronymus, cum Lactantij selecti facilitate copulet. Me à uertendo Gregorio semper deterruit dictionis argutia, & rerum sublimitas, & allusiones subobscuræ.

Vale. Ex inclyta academia Friburgensi. Id. Maij, Anno M. D. XXXI.

ERASMVS ROTEROD. AVGVSTINO EUGVBINO S.

T animum istum, & fortunam gratulor Augustine doctissime, non tibi modo, sed & sacrarum literarum studiosis, quos oportet omnes, si grati esse uolunt, bene precari manibus incõparabilis utri Dominici Grymani, qui pulcherrimum hoc propositum & animo concepit, & constanter perfecit, ut bibliothecam optimis quibusq; libris diuersarum linguarum instructam, non mediocribus impendijs pararet, suiq; monumentum reliquerit, qui non uideo, quo specioso titulo memoriam suæ gentis posteritati ualuerit commendare. Quum agerem Romam, semel atq; iterum ab illo ad colloquium inuitatus, idq; ni fallor, per Petrũ Bembum, ut tum abhorrebam à cultu magnatum, tandem illius palatium adij, pudore magis quàm ex animo. Nec in area, nec in uestibulo ulla hominis mulca apparebat. Erat tum tẽpus pomeridianum. Equum tradidi famulo, & ascendi solus, uenio ad primũ atrium, neminẽ uideo: ad secundum ac tertium, tantundem, nullum ostium oclusum repperi, mecum demirans solitudinem: ad extremum uenio, illic unum tantũ reperio, Græculum ut opinor medicum, tonsõ capite, custodem ostij patentis. Rogo quid ageret Card. Ait intus cũ aliis quot generosis confabulari: quũ nihil adderem, rogat quid uellem. Salutare inquam, si cõmodum esset, nunc quia non uacat, alias reuisam. Dum abiturus, paulisper per fenestram loci situm prospicio, redit ad me Græcus, percontans num quid uelim renunciari Card. Nihil inquam opus interpellare illius colloquium, sed breui rediturus sum. Tandem sciscitanti nomen, addo. Eo audito, me non sentiente se proripuit intro, moxq; egressus, iu bet ne

hunc pro hunc, ac protinus accersor. Veniat enim exis, non ut cardinalis, & talis car
 di... sed ut colligam. Deinde est felle colloquii sumus
 pl... ad monachos. Deinde in
 rerum fastigio comitatem. Inter plurima quae de studijs eruditissime disseruit, satis indi
 cans iam tum sibi fuisse in animo, quod nunc de bibliotheca factum accipio: incipit horta
 ri me ne Romam ingeniorum altricem relinquerem. Inuitat ad domus suae cōtubernium
 & fortunarum omnium communionem, illud addens, coelum Romanum ut humidum
 & calidum meo corpusculo convenire, praecipueq; eam urbis partem in qua palatiū ha
 bebat, olim à pontifice quodam extructum, qui locum eum ut omnium saluberrimum
 delegisset. Post multos sermones ultro citroq; habitos, accersit nepotem suum iam tum ar
 chiepiscopum, adolescentem diuina quadam indole praeditum. Conantem assurgere ue
 ruit, Decet, inquit, discipulum coram praepatore stare. Tandem ostendit bibliothecam
 πολυλογιστορου. Quem uirum si mihi contigisset temporis nosse, nunquam urbem
 eram relicurus, quam longe supra meritum meum reperi fauentem. Sed iam abire sta
 tueram, eoq; res processerat, ut mihi uix integrum esset ibi manere. Quā dixissem me ac
 citum ab Angliæ rege, desijt urgere, tamen hoc iterum atque iterum orauit, ne suspicaret
 ea quae promitteret, non ex animo proficisci, ne ue ipsum ex uulgarium aulicorum mori
 bus aestimarem. Aegre me dimisit à colloquio, sed quum abire gestentem diutius remora
 ri nollet, illud extremis uerbis à me stipulatus est, ut ipsum adhuc semel inuiserem, prius
 quā... minis facundia uictus, mutarem sententi
 a... non possum, sed mihi in
 us... hoc me consolatur
 ad... Non
 cl... ridemur
 f... mendis
 bini non est integrum adesse, praestaret hoc muneris alicui delegare, qui bono... ohi
 re tuam & posset & uellet. Interdum optare te diligentorem esse in probando, quam es
 in asseuerando fortis, praesertim quū reijcis aliorum opinionem. Videris autem in quos
 dam stomachosior, quasi priuato quodam affectu sis eis infensior, uelut Nicolaum Lyr
 anum, & Paulū episcopum Sempronianum, quorū uterque est nostrae inferioris Germa
 niae: non quod phas non sit ab illis dissentire, sed quod stomachi significatio tibi non nihil
 abrogat fidei. Dissentis à Reuchlino, sed ciuilitate cū laudis praefatione. Arbitror autem
 Paulum nulla in re Reuchlino inferiorem acuminis ingenij, & Mathematicarū discipli
 narum cognitione superiorem. Cuius tamen nomen nusquam quod sciam citas, nisi cū
 reprehensione. Eum non audiendum existimas, quod sentiat hanc aeditionem non esse to
 tā Hieronymi, hoc uno fretus argumento, quod singuli libri praefationes habent Hiero
 nymi. Haec ratio si solida est, orationes Aeschinis ac Demosthenis fatebimur à Cicerone
 uersas, quod in eas praefatur Cicero: sed aliquo casu perijt illius translatio, praefatio ob
 utilitatem aliquā seruata est. Extat in Iob gemina praefatio, quum utraque non competat
 in eandē uersionem. Probabilius est ecclesiasticos proceres, quum iam ferè recepta esset
 aeditio Hieronymi, mutasse quaedā ab illo uersa, & ex uetere translatione, aut ex Septua
 ginta restituisse nonnulla: ita factum est, ut haec aeditio temperata nobis remanserit, ex au
 toritate ecclesiae. Verum hoc exempli duntaxat gratia protuli, non ut tecum super hac re
 contendam. Interdum odiosius attingis Auerroistas, ut uidearis in totum damnare philo
 sophiam Aristotelicam. Nam qui sic additi sunt Aristoteli, ut negligant diuinos libros,
 aut Christi dogmata ad Aristotelis gnomonē exigant, merito reprehendendi sunt. Si Ba
 silius, Chrysostomus, Hieronymus & Augustinus absq; philosophiae cognitione uenis
 sent ad

sent ad tractanda scripturarum mysteria, obsecro quid egissent? Proferis te scripturam
 aduersus philosophiam Platoniam, quod si Platoniam pariter atq; Aristotelicam dam
 nes, nullam nobis relinquis. Nō me fugit rectū esse quod sentis, sed expediebat hoc quod
 sentis eiusmodi uerbis expressisse, ut hinc tibi quā minimum conflaretur inuidiae, quo
 tua scripta maiore cum fructu legantur. Nunc primum opinor profulsi in hoc theatrum,
 nouus actor. Permagni autem refert ad omnes fabulae partes, quā auspicio primā eius
 scenam saltaris. Hac excetra nulla bestia nocentior aut peruicacior. Facio nunc quod so
 lent hi qui infeliciter nauigarunt, quum alios uela pandentes admonent, quae in mari ut
 tanta sint pericula. Simile quid aggressis dulciter aspirat undique aura fauentiū applau
 dentiumq;: uerum ubi se uentum in diuersum uerterit, tum destituti haerent in uado. Vi
 deris multa tumultuaria lectione deuorasse, ea si iusto temporis spacio concoxeris, exi
 bunt multo gratiora, quā si eadem iuuenili calore effutueris. Etiam atq; etiam mihi ro
 gandus es Augustine doctissime, ut haec eo animo accipias, quā à me dicuntur: quae ut
 frustra moneam, tamen amor etiam tuta timens, non poterit non esse gratus. Quid quod
 non tantum & ad tui nominis existimationem, & ad publicorum studiorum utilitatem
 pertinet, ut tua elaborata cum omni plausu uentiant in manus hominum, uerum etiam ad
 Grymanicā memoriam, istiusq; bibliothecae sempiternum decus, non leue momentum ha
 bet. Nam non ita magni refert, quid de me priuatim sentias. Videris enim aliquot locis,
 nescio quid stomachi praese ferre, etiam si mihi nondum liquet an illa in me torseris. Ve
 luti primo statim Geneleos capite, quum tractas etymologiam nominis Adam, taxas ci
 tra nomenclaturam quosdam, qui quod Augustinus in Hebraica dictione, Graecam signi
 ficationem exponit, quasi a notet *αδὰμ, ἄδου, ἢ ἀδραμ, ἢ ἀδραμ, ἢ ἀδραμ, ἢ ἀδραμ*, appellat
 frigidam expositionem. Hoc à me notatū fateor in Euangelium Ioannis capite secundo:
 sed illic frigida expositionis nullam inuenio mentionem, atq; adeo ne uocem quidem
 lam minus reuerentem. Fateor hoc commentum ab alijs proditum, sed demiror illud tam
 graui uiro tantopere placuisse, ut saepius putarit commemorandum: quum addo tam gra
 ui uiro, praefatione laudis mitigo dissensionē. Nec tu uideris probare, quod improbo, tam
 quum admiraris, quur non eadem opera sit taxatus Cyprianus, qui hoc ante Augustinum
 literis prodiderit. Fortassis in prima aeditione locum eum in Cypriano non legeram, aut
 certe non memineram. In posterioribus aeditionibus reperio haec uerba: quod quidem
 & ante annotauit diuus Cyprianus, sed homo fuit uterq;. Si probas quod dissentio, dis
 sentiendi modestiam, ut opinor, non desideras. Sed admones Cyprianum etiam illud
 addere, quod Augustinus tacuit, eam terram unde factus est Adam, e quatuor mundi
 cardinibus fuisse dei pugno comprehensam. Verum poteras & illud addere, quod frivolo
 lum commentum coactae scripturae testimonio probare nititur, palma mensus est coelum,
 & pugno comprehendit terram. Quis unquam eum Esatae locum ad istum interpreta
 tus est modum, ut sileam quod ut suo commento locum faceret uitiauit scripturam, pro
 de limo terrae, citans ex omni limo terrae. Progredere quod pro quatuor mundi plagis ponit
 quatuor mundi stellas. Vt arctos sit stella, quum potius sit sydus, quis unquā dixit orien
 tem, occidentem, aut meridiē esse stellam? Sunt in eo libello, cui titulus de montibus Sy
 na & Sion, praeter dictionis figuram alia multa quae non respiciunt peccus Cypriani, unde
 non temere à nobis numeratus est inter ea quae illi uiro falso adscribuntur. Haec igitur si
 nec tu probas, ut opinor, quid Augustino patrocinetur illius autoritas? Quin arbitror
 ista ne Augustino quidem placuisse, e quibus particulam modo uerecundiorum decer
 ptam dedit auribus populi. Nunc paulisper mecum uelim consideres argumenta tua,
 quibus refellere conaris eos quibus hoc commentum uidetur frigidum. Si haec, inquis,
 frigida sunt, quur eodem modo non frigent omnia, quae à Platone in Cratylo scripta sunt?
 Quur & Varronis etymologiae non frigeant? qui etiam nominibus Graecis etymon
 Latinum accommodat. In qua re maxime reprehenditur à Seruio Donatus, quod is Le
 neum Bacchum dicit putat à leniendo animo. Obtestor prudentiam tuam Augustine, an
 simile quippiam usquam tradidit uel in Cratylo Plato, uel in etymologijs Varro, ut singu
 las literas per singulas dictiones interpretemur? Quis unquam ueterum Grammatico
 rum tam ociose nugatus est? Aut quis non rideret studium quorundam recentiorū, quos
 haec plusquam inepta cura delectauit, ut dictiones aliquot literatim interpretentur? Ve
 sent ad

Iut, deus dans aeternam uitam suis, & ad huiusmodi somnia sacrarum literarum testimonia accommodent? Vidimus olim singulis literis interdum fuisse designatas singulas dictiones, ut S. P. Q. R. Senatus populusque Romanus. Et P. M. Plus minus. Et pp. pater patriae, de quibus non nihil prodidit Probus. Sed nemo tam ineptus nugator fuit, ut pater exponeret, pascens amanter teneros aere recte. Aut mater, mammam accommodans teneris eiulantibus roscidam. Vides quantum interlit inter etymologiam & hoc interpretandi genus, quod improbatur? Sed uide quantum tibi donem. Finge nihil interesse, non protinus frigeant omnes etymologiae, si una atque altera friget. Eadem ratione colliges, si Festus Pompeius unice dictionem perperam exposuit, alias omnes perperam fuisse interpretatum: & si quis unum scripturae locum non recte enarravit, in omnibus errasse. Hanc ratiocinationem si ridiculam & impudentem esse fateris, eadem opera de tua pronuntiatione. Quae hoc etiam absurdior est, quod non solum transiit à proloquio singulari ad uniuersale, uerum etiam quod à specie ad speciem, perinde quasi colligas. Hic piscis est malus, nulli igitur sunt boni equi. Etenim quum etymologiae commoneat originem uocis, commentum de Adam nihil minus est quam etymologia: sed propius accedit ad monstrosas uoces Basilidis, Abraxas, Leusiboras. & Donatus, ut ais, à Seruio reprehensus est, quod Leneum Graecae originis uocem, uenit enim à ληνός leneus, à Latina deduxerit. Sed utrum recte notatus est à Seruio Donatus, an secus? Dices opinor, recte. Bene ergo Seruius adduxit etymologiam? annues. Non igitur statim frigent omnia, si friget una. Quis unquam Dialecticus ab individuo collegit speciem, nisi per inductionem simul omnia commemorans. Modestus scribit Coelibas dicere quasi coelites, quod Saturnus Caelo amputauerit genitalia. Atqui pariunt & coelibes. Haec si friget etymologia, non statim & illud frigidum est, coniuges dici à societate iugi: & si friget, quod L. Aelius dixit pituitam ab eo dicitur, quod petat uitam, non protinus friget nasum dicitur, quasi νῆσος, id est, insulam in facie prominentem. Si merito reijcitur quod Varro prodidit agrum esse dicitur quod illic agatur, aliquid, non ideo reijciendum quod scribit Fabius à Graeca uoce deducitur. Si falsum est graculos dici quod gregatim uolant, uerum tamen est eam dictionem ab autum uoce effictam esse. Si frigidum est, orationem dici quasi oris rationem: & testamentum, quasi testationem mentis: non ideo falsum est orationem esse nomen à uerbo oratio, sicut est lectio à lego: & testamentum à testor, sicut est monumentum à moneo. Sunt dictiones, quarum origo aut profusa ignoratur aut ambigua est, non tamen ideo nulla est certa etymologia. Opinor te iam dudum perspicere uir praecclare, quam haec tibi haecenus parum attente parumque concinne dicta sint. Sed multo minus cohaeret, quod subiicit. Mira est igitur inquis, horum hominum impudentia, qui pluris unam Ciceronis uoculam facerent, quam quicquid diuini illi homines dixerunt, quorum ut est maxima sanctitas & eruditio, ita maxime à uanissimorum hominum latratibus tuta. Hic sermo quoniam in me non haeret, suspicor & illa superiora in alios esse torta: proin hic non tam meam causam ago quam tuam. Quanquam non arbitror inter Christianos quenquam inueniri, qui pluris faciat unam Ciceronis uoculam, quam uniuersa quae scripsit Cyprianus & Augustinus, praeter Theologiae cognitionem, etiam eloquentia non uulgari pollentes. Quod si quis quum de Romani sermonis eloquentia disceptatur, plus tribuat M. Tullio quam Cypriano & Augustino, puto nec ipsos si uiuerent id aegre laturos, sed aequissimis animis cessuros autoritati Ciceronis, haec duntaxat in parte. Vbi sunt igitur illi homines insigniter impudentes, ubi uanissimorum hominum latratibus? Quid ista scribens cogitaris, diuinare non queo, certe non uidentur nasci ex his quae haecenus commemorasti: nisi forte flagitium inexcusabile iudicas in re tam leui dissentire ab Augustino, quum ipse in hoc opere & ab Hieronymo & à Septuaginta, & ab alijs multis in re multo grauiori dissentias. Sed his non contentus pergis. Hos certe inquis, nunquam satis demirari potuimus, qui si uel minimam labeculam apud sanctissimos illos uiros repererint miras excitant tragœdias, clamant, uociferantur, ingemiscunt errorem, lachrymas se non posse continere protestantur. Dicunt eos in alio uersari mundo, idque non alia gratia fit ab eis, quam ut summis uiris detrahendo, gloriolam quandam, cuius audissimos eos esse eorum scripta proclamant, adipiscantur ad posteritatem. Vbi igitur modestia illa Christiana, quam in alijs tantopere desiderant, ipsi omnium egentissimi? Floccine est prodesse posteritati, & non magis

magis obesse? Equidem mi Augustine charissime, non inficior fieri posse, ut apud Italos sint in quos ista merito destomacheris: sed qui uiderit in tuo sermone qui praecessit: nihil esse stomacho dignum, mirabitur unde repete in has tragicas uoces incanduerit animus tuus. Nam qui sobrijs sanisq; sunt, prius indignitatem rei ponunt ob oculos, quam clamet, o caelum, o terra, o maria Neptuni. Omitto nunc quod tam fortiter iudicas de mente aliena, quasi quisquis à sanctis uiris dissentit, nihil aliud quam gloriam aucupetur. Nolis opinor alios simili candore de tuo peccore iudicare, quoties in hoc opere à sanctissimis pariter ac doctissimis uiris libere dissentis, nonnunquam & impactio colapho. Sed pergis indulgere stomacho efferuescenti. Quae igitur, inquis, est haec tam inaudita, tam insolita barbaries, ubi hoc hominum genus ortum educitumque est? Num apud Christianos, an non magis ad Hyrcanas syluas, & scopulos Caucaeos? Vtri efferatiores, ipsi an Tibarenti, ac Derbices qui patres mactabant, & scopulisque praecipitabant? At ipsi omnes ordines, omnem sexum & aetatem deformarunt, crudeliter lacerarunt, immanissime dilaniarunt. Hoc ne est esse Christianum, an non magis plusquam Turcam ac Sarracenum? Hanc plusquam tragicam uerborum atrocitatem, dabis uentiam mi Augustine uerum fatenti, uix sine risu legere potui, nisi quod interdum suspicabar te quum haec scriberes, animum intentum habuisse ad Saxonem illum, huius ecclesiasticae tempestatis autorem. Nam is interdum fortiter negligit sanctorum autoritatem. Sed aliunde natus erat hic sermo, nempe ab his, quibus quod refert Augustinus de literis quatuor in Adam, uidetur frigidum commentum, & ab hac occasione tam frigida stilus tuus incaluit usque ad Derbices & Tibarentos, aut si quod animal his immanius. Si Christianus non est qui dissentit à sanctis uiris, Paulus dissentit à Petro, & à Barnaba, quorum alteri restitit in faciem, in alterum iratus fuit ἠδύσμομα. Nam eo uerbo Lucas est usus. Dissentit ab Ambrosio & Cypriano Hieronymus: eidem cum Augustino fuit non frigida uelutatio. Et quis est priscorum, à quo non multis in locis dissentiant recentiores Theologi? Nullus igitur eorum censebitur dignus Christiani titulo? Sunt inaspera quaedam, in quibus uideri possis iratus Moriam nostram, quum ea nullum damnet ordinem, sed hominum uitia taxat, nec tamen omnia, sed ea duntaxat quae quisque nisi sit morosior, possit aequo animo aut etiam cum risu audire. Interdum mihi uideris, ista scribens, nunc in hunc, nunc in illum tendere oculos, nec semper ad eundem scopum dirigere sagittas. Atqui quemadmodum magis erat ingenuum aperire in quem tam atrociter stomachare, quam incertaque uaga suspitione multos perstringere: ita sanius erat, orationem sibi constare certoque ordine fluere, non temere ferri. Subiicis haec, Vbi sunt fateor, etiam sanctissimi uiri reprehensionibus, etiam apostoli, etiam Christus. At quanta cum modestia, quanta cum lenitate prophanos & deo aduersantes castigabant. Quam humane Origenes reprehendit Celsum, Basilium Eunomium, ac reliqui. Haec adeo non uidentur in me dicta, ut è meis libris sumpta uideantur mutuo. Atque in his rursus non perinde damnas si quid reprehendatur in sacris doctoribus, quam in reprehensione desideras modestiam. Verum an non satis modeste dissentit, qui dicit se mirari hoc commentum grauissimo uiro placuisse? Nam hinc fluxit omnis haec stomachatio. Atque haec erat illa labecula, ob quam dicebas tam atroces excitari tragœdias? Vnde suspicor alium quempiam fuisse qui locum illum contumeliosius notavit, in quem ista torseris. Pergis. At hi Christianos ipsos, diuos ipsos, quanta cum ignominia, quibus sannis, quibus scommatis, carunt, allatrant, subannant. Haec tua sunt Eugubine. Omitto nunc dicere, quam leniter Christus & apostoli tractent ethnicos, quibus denunciant aeternum uae, quosque nonnunquam suis depingunt coloribus. Paulus magis destomachatur in uitia Christianorum, quam exterorum, idque testatur se iure facere. Quid, inquit, mea refert de his qui foris sunt iudicare? Et diuus Hieronymus, nonne acerbius inuehitur in malos monachos, clericos & uirgines, quam in ethnicos aut Iudaeos? Quod autem de diuis meministi, bifariam potest accipi. Incertum enim utrum stomacheris in illos qui reprehendunt aliquid in scriptis eorum quos nunc ecclesia pro diuis colit, an in eos qui simpliciter damnant diuorum cultum & inuocationem. Vtrumcunque horum sentias, non arbitror in me competere. Quae addis de ignominia, sannis, scommatis & allatratu: fateor diuorum memoriae nonnullam deberi reuerentiam, sed non eouiscum, ut nefas sit uel in moribus, uel in scriptis eorum quicquam reprehendere. Nunc quidem illi non peccant, sed quum in terris agerent,

& errabant & falsebantur, & delinquebant. Quocq; celebrior est illorū memoria, hoc magis expedit notare, si quid perperam fecerunt aut docuerunt, ne nominis illorum autoritas simplicium animos inducat in errorem, qui sibi persuaferunt sanctum esse quicquid à sanctis uel dictum uel gestum fuerit. Imò existimo hoc officium ipsi diuis esse gratius, quàm si quis accendat cereolum. Cultum diuorum nusquā damno, sed quorundam hac in resuperstitionem interdum taxo, nec id immerito. Hic si quid est sanarum aut scomatū, ea non in diuos recidunt, sed in cultores superstitiosos. Rursus quæ subijcis, nec in Saxonem illum nec in me, sed in Italos nescio quos detorta uidentur. Ais enim, pudet profecto quoties in eorum scripta incidimus, in quibus nullum Christianæ pietatis apparatus uestigium, sed omnia ethnicis ostentationibus, uirulentis plusquam Iudaicis scætant, omnia uano strepitu, uanissimis iactationibus resonant. Hæc tua sunt. Certe in libris eorum mi Augustine qui nunc hæreseos nomine celebres sunt, religiose prædicatur Christi maiestas, plurimum tribuitur fidei & charitati, constanter affirmatur resurrectio mortuorum, sacrosancta habetur scripturarum autoritas. Hæc opinor haud obscura sunt Christianæ pietatis uestigia. Quod si legisti meas Paraphrases, Commentarios in aliquot psalmos, methodum Theologiæ, libellum De oratio, De misericordia dei, aliosq; huius generis, non dices optior, illic nullum esse Christianæ pietatis uestigium. Vnde mihi persuasum est, istis esse in quos ista competant, quorum scripta nondum ad nos peruenierunt. Itaque quum horum nihil in me competat, arbitror & ea quæ sequuntur in alios dici. Et quod in quis, miserius est, cum ætate crescit delirium, ac tunc inueniuntur deteriores, quando & diuina minitante Nemeli, & toto orbe terrarum in eos uociferante, debuerant respicere. Aetatis conuictum fortassis suspicabitur aliquis in me iaci, qui me senem esse non infior, licet ab decrepita ni fallor ætate aliquanto spacio absum, ut qui nondum peruenim ad annum septuagesimum. Nam imbecillitas corpusculi non est ætatis, sed naturæ, tale fuit etiam iuuenti, qualia ferè sunt affixorum libris. De delirio nihil iudico: nam qui maxime delirant, sibi maxime sani uidentur, ut qui maxime temulenti sunt, sibi uidentur sobrii: sit igitur hoc aliorum iudicium. Quod si delirant omnes senes, maxime delirabat diuus Hieronymus, qui maior annis octoginta aut nonaginta, ut quibusdam placet, plurima scripsit, eaq; multo absolutioris quæ scripsit florenti ætate. Quod idem arbitratur plerisque doctis uiris accidisse, qui uicina morte cygneum quiddam dulcius cecinerunt. Plinius tradidit è uitis uetustioribus nasci uinum melius, è recentioribus copiosius. Quin & ipsa uina mitiora fiunt ætate. Sunt tamen in his quæ ætatem nõ ferunt, & nimia uetustas generolis etiam uinis uigorem & gratiam adimit. Certe ad eam ætatem nondum perueni, nec unquam ut arbitror peruenurus sum. Fortassis ingenium meum ad ea uini genera pertinet, quæ uapescunt eodem quo nata sunt anno. Mihi quod ad animi uigorem attinet, non uideo habere multa de quibus incusem ætatem: sed senes si delirant, cum uenia delirant: in iuuenibus autem turpissima est deliratio. Qua tu sis ætate mihi nõ liquet, nisi quod stilus exultans, et in senectam conuictum, arguunt te etiam num *inquit*. Quo magis tibi aduertendum est, ne quid extet in scriptis tuis mi Augustine, quod delirationis speciem præ se ferat. Id fiet, si sibi undique cohæreat constetq; sermo, si sobrio tenore fluat, si nusquam secum pugnet, si ubiq; sibi præsentem animum referat. Quod de Nemeli scribis, deq; uociferante mundo, fortasse torques in hæreticos, à quorum consortio me constantissime abstinui, imò cum quibus magno capitis mei discrimine iam dudum cominus eminusq; depugno. Quanquam non desunt qui in me uociferentur: sed paucis inauspicatis oppono tot principum, tot episcoporum, tot eruditorum hominum iudicia, qui meos labores & amplis muneribus ornant, & honorificentissimis testimonijs comprobant, & mihi gratias agunt quod ex libris meis ueræ pietatis seminaria hauserunt. Hæc igitur mihi non eo dicuntur, ut mihi patrociner, sed ut homini literatissimo nunc primum in theatrum prodeunti consulam, quo fabulam optimi cuiusque applausu peragat, & uel nostro malo sit cautior. Superest epilogus tuus, nescio quàm apte hærens superioribus. Nos inquis, & sanctitatem & eruditionem summorum uirorum semper admirabimur. Num protinus contemnit pietatem & eruditionem Augustini, cui quicquam in illius uiri scriptis non probatur. Iam dudum uides istud in tuum recidere caput, qui in hoc opere toties dissentis à sanctissimis uiris, Probas eruditionem cum pietate coniunctam.

Itane

Ita ne statim impius est qui dissentit à pijs uiris? Absit. Sed fac illum dissentire cõtumeliosius, improbitas ea dici potest, impietas non potest. Nec illa quid sibi uelint satis intelligo, quæ ais: Non est igitur quod de eruditione gloriemur, in qua siue æquemus, siue superemus illos diuinos uiros, sanctitate certe sumus adeo inferiores, ut sine lachrymis referri non possit. Hic admisce personam tuam: nam absit ut ista cogitatio unquam inciderit in mentem meam, ut mihi uidear æquare aut etiam superare doctrina uel Augustinum uel Hieronymum. Nec statim æquat, qui deprehendit in alieno libro, quod autorem scellit, tantum abest ut superet. Tandem inquis, incidimus in flagitiosissimas ostentationes. Hæc tua destomachatio tam atrox, tam uehemēs, tam uaria, dispereã si diuinare possum quos petat. Et tamen tota res exordium habuit ab Adam, quatuor mundi plagas designante. Sed bene habet quod hæc scribitur à iuuenē, ne audiat delirus, quanquam interdum delirant & iuuenes. Hunc stomachum si in me effudisti, æquitatem in te desidero: si in hæreseon autores, demiror totius sermonis corpus tam male coherere cum capite: si in omnes quorum scripta putas impia & flagitiosa, non dissimile facis, ac si quis eodem iure uelit omnes perfundere, aut si strabo multis præsentibus dicat acerba conuicia, omnibus incertis quid in quem dicatur. Si quis ad istum modum destomachetur, permiscens omne proborum genus, quorum aliud in alios cadere uideretur, nõne quisquis audiret, diceret, quid huic accidit? Quanto magis curandum est, ne quid tale dicatur in scriptū orbi proditum, in quo requiritur sobrietas & sanitas, per ocium in literas mittentis cogitationes suas. Vno tantum in loco me nominas, & cõtemptim & dissentiens, nec tamen indicas locum: nisi quod suspicor te notare, quod mea Paraphrasis in Lucae caput xxiii. ita loquitur de Christo. Apud Annam & Caiapham Iudæi per falsos testes intenderūt illi crimen blasphemiar, quo non aliud est atrocius, & designatum est hoc in Ioseph, quem fratres inuidia coniurati, detulerūt de crimine pessimo. Miror inquis, Erasmi, quum in multis aditionem Septuaginta, nostræ prætulerit, quum aperte & Hebraica ueritas refragetur, & ipsi Græci interpretes. Quam id multis in locis faciã nunc non excutio. Certe hoc loco quod uerterūt interpretes Septuaginta, rectius quadrat ad typum Christi qui uenit aduocatus, non delator, nec accusator fratrum, sed accusatus ac damnatus est à Iudæis. Quod si uoces Hebrææ non sunt ancipites, credendum est aliud legisse Septuaginta quàm nos habemus. Quid autem mirum sicubi sequor aditionem Septuaginta, quum idem aliquot locis faciant apostoli & euangelistæ? Postremo quum ipse non raro damnes quod uertit Hieronymus, & præferas Septuaginta translationē? Quod si mihi non cõcedis aliud legisse Septuaginta, q̄ legerit Hieronymus, quid sibi uolunt illa uerba tua in Genesios cap. xliij. Miror ipse hanc uarietate, eaq; res facit ut suspicer, pleraq; alia tota Biblia immutata esse. Si Hieronymiana aditio damnat uersionem Septuaginta, quum ipse diuus Hieronymus frequenter & illud enarrat quod illi uerterunt? Rursus citra nominis mei mentionem attingis me cap. 4.6. Hæc est ergo inquis, eius nodi solutio, quem dicunt Hieronymum ligasse, ac non soluisse. Lapsus istum tuū Augustine, nec miror nec insector, qui frequenter accidit in his argumentis quæ lectione uaria tumultuariq; tractantur. Erroris ansam præbuit typographorum incuria. Quum enim annotationum opus per schedas excuderetur, è duabus quæstionibus altera prætermissa est, uidelicet de septuaginta animabus. Id arguit quod titulus non congruit annotationi sequenti. Sic enim habet: In septuaginta quinque animabus descendit Iacob, quum annotatio sequens tractet eum locum: Quod emit Abraham precio argenti, à filijs Emor filij Sichem. Sed utcunq; fallebat titulus, ipsa annotatio satis declarat, in quem locum competeret. Ea negat nodum de empto sepulchro fuisse solutum, nec simpliciter negat fuisse solutum, sed in libro ad Pammachium de optimo genere interpretandi negat fuisse solutum. Sic enim habent mea. Hunc nodum illic necit Hieronymus, nec eum dissoluit. Nam eleganter eum dissoluit in quæstionibus Hebraicis. Verum hoc leuiculum est. Interdum stilum odiosius stringis mea sententia, quàm par est, in Germanos, ueluti Deuteronomij capite sexto quum is locus non porrigat ansam incandescendi. Neq; enim inquis, hoc dicimus, quorundam Germanorum imitati procacitatem, qui sibi omnibus & dijs & hominibus, & humanis & diuinis rebus maledicendi licentiam usurparūt. Ita tu quidem. Fieri potest, ut in Germania sint qui non temperent à blasphemijs in Deum, sed in hos horrendis supplicijs animaduertitur. At

ego Romæ his auribus audiui quosdam abominandis blasphemijs debacchantes in Christum & in illius apostolos, id est multis mecum audientibus, & quidem impune. Ibidem multos noui qui commemorabant se dicta horrenda audisse à quibusdam sacerdotibus aulæ pontificiæ ministris, id est in ipsa Missa tam clare, ut ea uox ad multorum aures peruenerit. Sed opinor te loqui de libris eorum qui nunc noua uentur dogmata. Quorundam ex his maledicentiam inficiari non possum, quum eam ipse tot amarulentis illorum libellis confossus, plus satis expertus sim. Caterum in deum illic nihil reperio conuiciorum, tamen quos tu deorum nomine signes addubito. Arbitror enim te nobiscum unicum profiteri deum. Sed utinam hoc crimen solis Germanis obijci possit, latius patet quam uellemus. Similia quædam stomacharis in eiusdem operis cap. ii. per occasionem Dathan & Abiron, in giganteam immanitatem, quorum uenaniam iam nec cælum sufficit. Quid est istud ultra cælum? An illud caput, quod tu simpliciter & absolute summu uocas? & quid pro nomen *εμπεριος* illud. Si de Christo loqueris, pie dicis: si de pontifice, non tu quidem impie, sed magnificentius quam pro re, atque adeo impie quocumque, si tuus sermo nanciscatur iniquum interpretem. Hæc mi Augustine non ob aliud moneo, nisi ut diligentior sis ad reuincendum quam ad conuiciandum, imitiusque tangas totius gentis nomen, que utcumque nunc tumultuatur, nunquam tamen in uera Christi religione cessit uestra Italia, si rem æstimes ab annis octingentis. Hoc pacto fiet, ut & uberius prosis ecclesiæ, & tibi minus confles in uidiâ. Cuius in promptu est, obijcere Derbices & Tibarenos, Cyclopas & gigantes, sed eruditus uiris dignius, & gregi Christiano utilius est, solidis rationibus & scripturarum testimonijs & docere errantes, & reuincere pertinaces. Quod ni fiat, quiuis auriga possit conuicij in quemuis detonare. In numerorum cap. 5. de stomacharis in Saxonæ, quod neget confessionem sacramentalem institutâ à deo, generose quidem asseuerans esse à deo institutam. Sed quum in eo quod asseueras, tot insignes Theologi defudarint, nec inter se concordent, tuæ eruditionis erat solidis scripturis & argumentis instruere nos aduersus homines linguacissimos: nec satis erat eos appellare impudentissimos, qui non erubuerunt negare hoc esse primu à deo repertu, ac declamare locum comunem de hæreticis scripturam ad sua dogmata detorquentibus. Que ut merito abs te dicta sunt, minimu tamen conserunt ad refellendos aduersarios, sed erant distinguenda confessionis genera, & quod nunc exigitur efficacibus argumentis erat probandum. Quis enim negat exigi poenitentiam mentis? Hanc habet quisquis apud deum agnoscit errorem suum. Rursum nullus inficiatur: reconciliationem esse iuris & naturæ & diuini. Quisquis autem redit in gratiâ, agnoscit peccatum suum: ita qui publica satisfactione recipiatur in ecclesiæ consortiu, confitebantur ipsa re, etiam si non proferrent ore sua delicta. Veluti quisquis uenit ad baptismum, hoc ipso quod uenit, confitetur se habere quod egeat ablutione. Sed quid hoc ad nostram hanc confessionem? At Numerorum 5. Moses præcipit ut sacerdoti Iudæi confiteantur peccata sua. Veru ea lex loqui uidetur de peccatis per humanâ incuriam aut inscitiam commissis, qualia multa solent hominibus accidere, etiâ minime malis. Sic enim habent uerba legis. Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum. An inter hæc numeranda putas, parricidia, incestus, blasphemias in deum, & sacrilegia, quæ solent hominibus per negligentiam accidere? Iam & tu fateris legem præcipue loqui de furto. Quia mox subiicitur, reddant ipsum caput, quinqueque partem desuper ei, in quem peccauerint. Multi porro sunt homines, qui per errorem aut humanam incuriam detinuerunt aliena. Hunc errorem expiabat confessio, & capitis restitutio cum accessione aliqua, & aries immolatus. Nam plagarius Exodi 21. capite plectitur. Et eiusdem uoluminis capite 22. abigeus pro boue uno reddit quinque, pro oue una quatuor. Suffocorem nocturnum licebat impune occidere. Sibos repertus fuerat apud abigeum uiuus, duplum reddebat. Quod si urges nos literis, simul exige cum confessione sacrificium arietis. Rursum si nos præcepti uerbis stringis, simul exigis à nobis ut sacerdoti confiteamur & quamlibet leuia delicta, quæ solent hominibus per negligentiam accidere, quod non exigit ecclesia. Postremo quum Iudæorum ditio late patuerit, & plerique etiâ Romæ et in Asia minore habitaret, nec sacrificare fas fuerit, nisi Hierosolymis, qui fieri potuit, ut omnes omnia peccata confiterentur sacerdoti in templo suis fungenti uicibus

cibus, & quæ turba fuisset arietu, si singuli pro singulis delictis obtulissent uictimam: Hos scrupulos uir optime oportuerat discutere: nec satis erat dicere, Si quis recte considerare uoluerit, inueniet primum omnium peccatorum confessionem esse positâ. Non quod ipse probationibus ullis egeam, sed armasses nos aduersus eos quibuscum nobis comunis est conflictatio. Inibi simile quiddam attingis de Principatu Romani Pontificis, quum ea quaestio multos habeat sinus, quos utinam diligentius excussisses, aut omnino tacuisses: ne dum quod fortiter asseueras, dilute probas, risu sis improboribus, & eos in ipsorum opinione confirmes. Hæc teste Christo non te monerem, nisi te pure diligerem, tuisque sanctissimis laboribus ex animo fauerem. Nam mihi persuadeo te Christiano in me esse animo, aut si quid animum tuum exulcerarunt malæ linguæ, ea res non tantum habet apud me momenti, ut ullam amarulentiam in te concipiam. Reuertor ad huius disputationis caput, quod me petere uidebatur plerique, quasi parum honoris habuerim Augustino, quod in re nullius momenti ab eo dissentis non solum modeste, uerumetiam cum temperamento laudis. Quid si notassem in eius libris sententias, quas nunc Theologi iudicant hereticas? Eas optior non diceret labeculas. Nec æquum est te hoc in alijs tam atrociter reprehendere, quod ipse tibi permittit. In caput Geneseos secundu ita loqueris. Quapropter fabulas esse arbitror, quæ iste paradysus comminisci homines fecit, nisi Adam peccasset, fore ut in eo paradiso iugiter homines habitassent. Nam etiam si Adam non peccasset, habitata tamen ista terra fuisset ita ut nunc sit, & homines uel mortales fuissent ut nunc, uel congruo tempore in cælum fuissent assumpti. In hac sententia quum fatearis grauissimos sanctissimosque uiros fuisse, tamen non uereris appellare fabulas. Et in his sanctissimis uiris est Augustinus, quem à me dolebas tam leuiter attackum in re nihil. Sed inibi retractas, si quæ dicis sunt impia. Atqui si dubitabas, quid opus erat appellare fabulas? Rursus in Genesim cap. 10. dissentiens ab Augustino, qui putat per errorem à nobis legi coram domino, quum legendum sit, contra dominum, nulla præfatione honoris liberè reijcis illius sententiam, his uerbis: Ipse potius propter linguæ Hebræicæ imperitiâ lapsus est. Interdum erumpis in laudes Hieronymi, sed non citra sugillationem Ecclesiæ, quam alicubi scribis in erroribus tantis fuisse futuram, nisi uir ille diuinos libros uertisset ex Hebræorum fontibus. Primum illud durum est priorum auribus, Ecclesiam teneri errore, præsertim in sacris literis, licet errent homines plerique. Sed eundem bene laudatum subinde reprehendis, quum interdum possis culpam in librarjos conferre. Iam si pleraque sunt immutata, ut suspicaris, in Hebræorum codicibus quos sequutus est Hieronymus, unde nobis constat hæc æditionem esse synceriores? Si quidem Exodi 23. notas Hieronymu, qui perperam uerterit, ostende mihi faciem tuam, pro eo quod erat, ostende mihi uiam tuam. Et addis eum locum peius etiâ uersum à Septuaginta, ostende mihi te ipsum. Sed unde liquet hoc quod tu reperisti in Hebræo codice, uerius esse quam quod legerunt Hieronymus & Septuaginta, præsertim quum hic nullum cites autorem, neque Hebræum neque Græcum? Verum à Septuaginta non modo frequenter, uerumetiam parum reuerenter interdum dissentis: id quum facis, nonne palam reijcis opinionem Cypriani, Hilarij, Augustini, ne Græcos commemorem, qui crediderunt Septuaginta diuini spiritus afflatu nobis eam prodidisse uersionem? quod interdum profitetur & Hieronymus. Vides in quam ardua re non uereris à tantis uiris libere dissentire? & tam atrociter stomacharis in eum, qui non probauit commentum de Adam, quod arbitror nec ipsum Augustinum probasse serio. Exodi cap. 34. reprehendis Hieronymum qui perperam uerterit, ignorabat Moses quod cornuta esset facies eius, pro eo quod erat, radians erat facies eius. Atque hic a deo non lenis reprehensionem, ut non multu absis à conuicio, quu addis, miru quod Hieronymus non considerat ueritatē Hebræicam, non animaduertit etiâ quid Septuaginta transtulissent, qui bene hunc locum uerterunt. Ac subiicis: Rident itaque nos & execrantur Iudæi, quoties Moser in nostris tēplis cornuta facie depictu aspiciunt, quasi nos eū diabolu quendâ, ut ipsi stulte interpretatur, esse putemus. Atqui istis Iudæoru fannis locu fecit ille toties abs te laudatus Hieronymus, cuius errorē hoc quoque nomine facis insigniorē, quod prior æditio Latina habuit glorificatam faciem, non cornutâ. Non improbo tuam annotationē: nam & Paulus disputas de Mose & Christo, glorificationis & claritatis uerbo utitur, de cornibus non meminit: tantum illud admoneo, non fuisse causam, quum sic incan desceres per occasionē

Adam secus interpretati. Leuitici cap. 3. libere damnas quod Hieronymus uerterit pabulum ignis, quum uertere debuere, panis sacrificij. Eiusdem libri cap. 5. comonstrans has uoces, aut per se mortuū, additum ab Hieronymo, quum eum locum Septuaginta pulcherrime uerterint, Erasmmum miraris qui interdum praferat Septuaginta translationē Hebraicā ueritati. Nec tamen ulla defensione, aut erroris extenuatione subleuas Hieronymum. Eiusdem libri cap. 11. de Chcerogryllo libere & ab Hieronymo & a Septuaginta dissentis. Eiusdem libri cap. 14. indicas quiddam additum ab Hieronymo, uidelicet haec uerba de passeribus, quos uesci licitum est. At quum probabile sit hoc Hieronymū reperisse in codice Hebraeo, aut à docto quopiam adiectum, qui uoluerit interpretari quare Moses addiderit uitos, quod morticino uesci non liceret: tu tamen Hieronymum oneras, dicens, Additum ab ipso interprete: quod certe miror. Non enim opus erat ea cautione. Rursus eiusdem operis cap. 21. Si paruo uel grandi uel obtorto naso. Haec omnia inquis genera ab ipso interprete ficta sunt, quum neq; in contextu Hebraico, neq; apud Septuaginta habeantur. Item cap. 25. notas, Et frugum superabundantiam non exiges, falso ab Hieronymo fuisse redditum, quum eum locum clarissime reddiderint Septuaginta. Vides ut libere dissentis, nec honoris praefatione, neq; ullo patrocinio uirum sanctissimum toties abs te praedicatum subleuas. Rursus cap. 27. super his uerbis: Sponderit deo animam. Non erat inquis ita uertendum. Nam uotum & alterius generis esse poterat. Quam hic nullus honos habetur incomparabili uiror. In numerorū ca. 16. scribis capitis principium omisissum ab Hieronymo, & diuisus est Chore, poterat hoc librarijs imputari. Eiusdem libri cap. 17. super haec uerba, Absq; uirga Aaron, scribis ab Hieronymo omisissum quod erat maxime necessarium, & substitutum quod partim erat superuacaneū partim falsum. Vbi hic reuertitur? Rursus ca. 18. Omne quod ex uoto, dicit Hebraicā uocis proprietatē melius expressam à Septuaginta q̄ ab Hieronymo. Praeterea cap. 24. Homo cuius obturatus est oculus, ais Hieronymū uertisse diuersum, uidelicet obturatum pro apertum, & miraris quam obrem non sit sequutus Septuaginta. Sed hic utcumq; patrocinari Hieronymo culpā reijciens in librarios, qui omiserint negatiuā particulam, quod lemma quum sit frigidum, habet tamen aliquid ciuilitatis. Verum alibi poteris illi probabiliorē colore patrocinari. Ad haec Deuteronomij cap. 28. super haec, Illuuiarum secundarum, ita sine honoris praefatione loqueris, Quare longe à ueritate nostra declinat aeditio. At hanc aeditioem in solidū uindicas Hieronymo, ut hic non possis uti criminis translatione: proin quanto satius erat, fateri hanc aeditioem ab alijs aliquot locis immutatam, quod ut erat ciuilius erga Hieronymum, ita uero propius est. Si quidem aeditio Psalmorum ex hebraica ueritate nō habetur eadem in omnibus codicibus. Alicubi scribis illum omisisse quaedā, quod fugeret iterationē, quum antea fuissent commemorata. At quis hoc iuris permisit scripturarum interpreti, ut addat, adimatq; quod uidetur? Si semper omittendum esset quod in sacris uoluminibus bis dicitur, q̄ multa forent amputanda: iam mihi uide quot rationibus poteris sanctissimum uirum excusare. Exemplar quod sequutus est Hieronymus, secus habebat q̄ codices Septuaginta. Hoc immutatū est à sciolis, hoc adiectum est à studioso quopiam, hoc uerbis diuersum, re idē est, hoc tamen diuersum est, tamen piū habet sensum. E multis pauca exempli causa decerpsi: quum enim illa percurrerem, non ista quarebam. Sed in his quoties libere, ne dicam acerbe, dissentis à tāto uiro, cuius opera praedicas Ecclesiam à tot erroribus liberatā. At qualis ille liberator est, qui toties ipse labens ecclesiam induxit in errorem? Quam uero non religiosus interpret, qui sacris uoluminibus, quorum autor est diuinus ille spiritus, sibi permittit addere praeter necessitatem, & adimere quod à spiritu sancto positum est? Postremo quoties in his quae commemorauit, uersionem Septuaginta praefers Hieronymianā? Et mira ris quod ego alicubi maluerim sequi Septuaginta, quam nostram aeditioem. Haec uir in domino charissime non admonerem, nisi uehementer amarem insignia dei in te dona, tuasq; lucubrationes eiusmodi cuperem exte, ut & lectori q̄ plurimum utilitatis, & tibi q̄ minimum inuidiae conciliarent. Quod si me simili modestia admonere dignaberis, plurimam à me in tuis gratiam. Nam hoc suadet Christiana charitas, ut uicissim alij aliorum onera portemus, mutuisq; operis nos inuicem subleuemus. Dominus tuas pias lucubrationes prosperare dignetur. Datum apud Friburgum Brisgoiā, VI. Cal. April. Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. GEORGIO COMMERSTADIO S. D.

ET VS Graecorum prouerbiū est uir ornatissime, *κατὰ ἄνδρα γινώσκων ἰσχυρῶς*, quo significabant mutuo cōspectu inter homines amorem ac beneuolentiam solere gigni. Proinde merito quis admirari posset, unde inter nos extiterit amor mutuus, quum neuter opinor, sit alteri de facie notus, nisi perspicaciores oculos haberet animus q̄ corpora, eorq; cōspectu multo puriores constatioresq; gigneretur amicitiae, q̄ corporum conuictu. Istius candidissimi simul & eruditissimi pectoris simulachrū suo penicillo depinxit, nō minus fide spectatus, q̄ arte praestans Christophorus à Carleuiz, & ad me per eundem peruenerunt officia tua non uulgaria, quae par est hoc pluris à me fieri, quod ultro nō lacelsita uenerint. Porro nō amare uirū tot eximij ornatū dotibus, illorū est, qui nec uirtutē nec eruditionē inter res suspiciendas numerant: non redamare aut bene meritū, adeo non est grati ingenij, ut nec hominis sit, uix etiā in ferarū genus cadēs, quippe quae beneficijs hominū nō modo cicuratur & mansuescūt, uerum etiā gratiā reponunt, si quando datur occasio. Quamq; aut una ex parte studiū tuū mihi Thralonis illius prodigiosa malicia ne dicā an stultitia, celsit in detrimentū, non arbitror tamen gratā mentis esse, beneficiū ex euentu potius estimare q̄ ex uoluntate praestantis. Pro accepto par est haberi, quicquid aliquis sincero affectu largiri uoluit. Quae uelini ut posthac Erasmmū in tuo gre numero, cui nihil futurū est gratius, q̄ dari occasionem, quam uicissim declarat, utcumq; deest facultas, referendū tamen officij uoluntatē accentiā & alacrem non deesse. Inter praecipuas felicitates meas numero quod illustris, princeps Georgius Erasmmū dignatur inter suos clientes ponere. Quir enim non magno mihi ornamento esse ducā, ab heroe laudatissimo laudari? Satis autem laudatur quem ille suo fauore atq; etiā amicitia dignum iudicat, Cuius erga me fauorem ac beneuolentiā quaeso, ut quod facere soles, pergas apud pestis & amicis sermonibus, quoties se dedit occasio, tum alere, tum augere, apud quem tu audio pro tuis egregijs uirtutibus, & gratia & autoritate uales plurimum. Sit haec epistola foederis gratiarū felicibus auspicijs inter nos icū syngrapha. Bene uale. Datum apud Friburgū Brisgoiā, septimo die Iunij, Anno M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. VRSINO VELIO S.

AC AT audire nouarū rerū aliquid? Accipe: Quamq; inter *de ueritate* numerari scio senis mutare linguā, tamen ego meditor mutare stilum, Ac primum applicui memet, ad exemplar structure Budaicae, legi plerasq; illius epistolas feliciter elaboratas, annis uis sedulo, sed conatus successū caruit. Nunc in effingendo Cicerone sum totus. Dices, quid accidit? Huc extimularūt me trium huius aetatis in dicendo felicissimorū epistolae, Iacobi Sadoleti, Petri Bembi, & Iulij Pflug; quorū postremū nuper amicū habere coepi, ex re mala magnū nactus bonū. Phrales horū ita cōsentit, ut dicas à teneris unguiculis eodē in ludo doctos & educatos. Deū immortalē qui candor orationis, q̄ felix facilitas, quanta sensuū sanitas, q̄ omnia coherent, amnisq;lympidissimi in morē inoffense labūtur, nulla salebra, nullo uortice lectorē remorāte. Tales Ciceronianos toto pectore possum amare, utinā & allequi liceat. Sed arbitror cōsultius, ut sexagenarius ab his comitijs abstineā, ne per iuuentutē tumultuantē siā depōtanus. Principi tuo meoq; gratulor splendidissimi nominis accessionem, Rex Romanorum, utinam & census repondeat. Laudo tuā in Remp. pietatē, quā uides tot cladibus ac pestilentijs uehementer imminutā, eorq; tacturā hanc pro tua uirili sarcire niteris *κατὰ ἄνδρα γινώσκων*, hoc est, auxiliante pro sua muliebri portione, noua nupta. Nonnulla spes est, inducias inter Christianos monarchas & inter Turcarū imperatorem coituras. Italia quiescit, cum Gallia nobis est atctissima necessitudo. Negotiū Britannicū multis cōiecturis auguror breui citra tumultū compositū iri. Hispania uerbaliter. Si Germaniā ab armis tranquillā habere licebit, spes est aurei seculi. Vale. Id. Martijs. Friburgi Brisgoiā Anno à Christo nato, M D XXXI.

ERASMVVS ROT. IOANNI VLATTENO S. D.

Q UOD rarius ad te scribo, in causa est, quod tu uelut panagaea Diana per omnes regiones uolitās, interdū apud superos, interdū apud inferos agis. Sum autem occupator, q̄ ut uacet in scribendis epistolis operam perdere. Illud inter nos indubitatum esse oportet, ubicunque terrarum agit Vlattenus, ibi praecipuum quendam esse Erasmi patronum & amicū: rursus ubicunque est Erasmus, ibi Vlatteni iuratisimum

ratissimum esse amicti. Fac ut sciam quid rerū geras. Quid hic agitur ex Quirino meo cognosces, qui urgente patre redit in patriā ad nos non reuerurus. Apud me non potuit amplius crescere. Opto tibi perpetuā prosperitatē. Friburgi, Id. Mart. Anno M D XXXI

ERASMVVS ROT. COLLEGI BVSLEIDIANI

Professoribus S. D.

IDE TIS quanta sit uobis aduersaria parata, quantumq; certamen ex collegio bilingui, quod Galliarū rex Frānciscus instituit Lutetiae summa omnium expectatione. Qualiscunq; erit euentus; quē & opto et spero fore felicissimum: uobis certe laus hāc manebit integra, quod priores negociū pulcherrimū sitis aggressi, ac ceteros ad aemulationem prouocaueritis. Accedit & illud ad gloriae uestrae cumulum, quod inuidiae primos impetus excepistis ac sustinulistis, sequunturq; prouinciam tradidistis nō paulo faciliorem. Quin hoc quoq; nomine uestra uirtus erit celebratio, quod aduersus excetram non est patrocinata regij nominis autoritas. Si illi in hoc antecessit, quod singulis linguis binī professores destinati sunt, idq; salario, ut fertur, uberiore, Hieronymo Busleidio non potest imputari, qui quod habuit, in solidum isti negotio dedicauit. Ceterum, quod apud Gallos lingua Latinae nullus designatus est professor, id adeo nō improbo, ut uobis imitandū censeā, simulatq; eius linguae professor suo cōmodo cesserit, idq; salariū ceteris duobus accrescat. Hāc ed scribo, ut pristinae uestrae diligentiae aliquā adiungatis accessione, & auditorū frequentia profitendi dexteritate retineatis. Rebus nouis pleriq; magis capimur, & Galliam pacatā habere coepimus. Quod si uos destituant auditores, fiet ut & ipsi frigidiores ad profitendum reddamini. Contra haec uobis omni cura et industria connitendum est. Haecenus pulchre se habent primi actus fabulae. Protas in excitabit aemulatio collegij regij, uestra uigilantia imponet plausibilem catastrophe. Bene ualete. Friburgi Brisgoiae ipsis Cal. April. Anno M D XXX

ERASMVVS ROT. GVILHELMO MONTIOIO S.

PINOR me tumultuante respōdiffe tuis literis amice incōparabilis. Nunc ad eadē ordine, sed paucis. Quae de serenissima reginae in me studio scribis, ut nouū nihil, ita fere iucundissima omnia. Quis talē sceminā tā sanctis praeditam moribus nō amet, nisi impius et etiā nullo munere honorario pēlasset officium meū. Maria cui dīcaui Viduā Christianā, literis propria manu descriptis testata est propensam erga me uoluntatem, eaq; res mihi magnifici muneris instar est. Torus orbis nunc tumultuatur, nec ullus uel principū uel plebeiōrū expers est publicae calamitatis. Hāc est huius seculi fabula. Sed summus ille choragus omnia sicuti spero conferet in laetum exitū atq; plausibilem. Regis Ferdinandi res indies crescunt, ut spes sit illum aliquando & potentissimū & saluberrimum orbi principem futurum. Cum Turca speratur induciae, quod ut ad orbis Christiani praesertim Austriae tranquillitatem necessarium est, ita ad proferenda nostrae religionis pomoeria non paulo conducibilis arbitror quam bellum. Si Carolus filius tuus talē epistolam scripsit suo Marte, tēpus est ut Erasmus abijciat calamum, Certe toto pectore quum tibi talem filium, tum ipsi talem indolēm gratulor. Seruet sua dona qui dedit. Aestate proxima cum medicis & chirurgis, hoc est carnificibus mihi fuit res, ob durum ac dirū apostema, a quo lente, sed feliciter reualui. Nō deesset fortuna, si ualetudo pateretur me ulla ex parte haerere principum aulis. Aut sic mihi uiuendum est ut uiuo, aut omnino non uiuendum est. Cedo fati, frustra reluctaturus. Quod attinet ad improbitatem obtreantium, ne tu uix trientem scis eorum quae mihi sunt toleranda. Habet suas excetras Hispania, habet Italia, habet Gallia, habet Germania, habet & Britannia, qui clam spargunt suum uirus, nec tamen in scenam prodeunt, sed per subornatos agunt fabulam. Haecenus animus fuit praesens, ut spero futurum & in posterum. Illud plane mei fati est, a magnis aut diliger, aut metuor, a canibus ac cimicibus impetor. Posthac tamen decretum est non habere pantalabis & spermologis tantū honoris, ut illos digner responso, quod uno ore mihi sunt autores uiri doctrina iuxta & prudentia praecellentes, Tonstallus, Sadolerus, & Alciatus. Optarim tuam mi Montioie fortunam esse parem animo tuo, nō quod mihi res redierit ad incitas, ut aiunt, sed quod nunc deceat Erasmus & senem & tantū bellatorem aliquanto magnificentius uiuere. Non desunt in Germania magni qui mihi bene uelint, sed honestius est non mutare ueteres Meconates. Archiepiscopus

episcopum Cantuariensē uereor ne mihi breui senectus eripiat. Quamquam ^{ἡ σὺν ἡμῶν} foedus inter nos pacti sumus, ne alter alteri superesset. Verum haec utcunq; habent habiturae sunt, perpetuo tuo in me studio mirum in modum delector, quā uoluptatem filius, tuas uices suscipiens, ut in literis ad me suis profitetur, mihi cōduplicauit. Libens illi dicasse libros Apophthegmatum, quippe argumentū & tuo cognatum ingenio, & affine Prouerbijs, sed superior aetas mihi fuit sterilis, & hyems ob quam ualeitudinem nō admodum fertilis. Debebam autem primam quamq; foeturam mira indole adolescentē Guilhelmo duci Iuliacensi. Proinde Titum Liuium quinq; libris auctum dīcaui Carolo, ut hoc saltem pacto, & illius studijs calcar adderem, & elegantissimam eius epistolam persarem utcunq; si cum ea paria facere non possem. Si hanc epistolam reddet Simon Grynaeus, cuius nomen est in Praefatione, rogo ut ei commodes in suo negotio, quod quidem sine tuo incōmodo possis. Est homo Latine Graecq; ad unguem doctus, in Philosophia & mathematicis disciplinis diligēter uersatus, nullo supercilio, pudore penē immodico. Pertraxit hominem istuc Britanniae uisendae cupiditas, sed praecipue bibliothecarum uestrarum amor. Rediturus est ad nos, per hunc itaq; quae uoles scribas licebit. Quod ut facias oro. Iussit Carolo tuo exhibeat uolumen Titi Liuij. Bene uale. Friburgi decimo, quinto Cal. April. Anno à Christo nato M D XXXI

ERASMVVS ROT. IOANNI ROSINO S. D.

IX credas mi Rosine quam me tuo illo unico congressu tibi deuinxeris, totumq; tuum reddideris. Quāquam enim ingenij tui candorē, eruditionem, & humanitatem ex tuis literis, tuq; carmine ueluti delineatam animaduertam, tamen eadem omnia ē uiuo colloquio, oculis & ipsa fronte multo perspexi euidentius. Quapropter diem illum inter candidos mihi numerādum censeo, qui nostram amicitia tam amico affatu confirmari. Restat, ut mutuis officijs ac uicissitudine literarum eam alamus. R. D. Fabrum, cuius copiam mihi spoponderas, hoc facilius habui excusatum, quod tu illius uitam quodammodo apud me explestes. Literis ex Agrippina misis excusauit, quod per sodales canonicos non licuisset inuisere nos, pollicens in reditu uel cum itineris dispendio se nos aditurum. Sed quod ille pollicebatur, uix ipse mihi sum ausum polliceri, quippe qui scirem omnium minime sui iuris esse qui semet aulicis negocijs manciparunt. Gaudeo te in humanissimi principis regia honesto loco numeroq; iam esse, speroq; futurum ut accedat & census & dignitas tuae doctrinae uisq; moribus debita. Quāq; nihil erat seruae rei, quod ad te scriberem, tamen quum oblati esset hic Erasmus adolescens generosus & eruditus, non putauit committendum, ut istuc ueniret absq; meis literis. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoiae XVII. Cal. Aprilis. Anno à Christo nato M D XXX

ERASMVVS ROT. AVGVSTINO TRIVVLTIO CARD. S.

EVM immortalē, ut crebro feliciter cadunt audacia q̄ moderata cōsilia. Nō nihil antea succensebam; Germano nostro, quod suis uolentis literis me ad hoc officium improbum perpulisset, nunc posteaq; ea res mihi tam prospere successit, par esse puto, ut illi pro expostulatione maximas agam gratias, cuius opera factum est, ut tanta felicitas commodis meis accesserit. Quis enim sibi nō ui deatur felix, si uel longo ambitu in tantū tamq; laudati principis famulitiū recipere retur. Hāc uerba quālibet pro mea mediocritate honorifica, non placent isti tuae singulari modestiae: recipis in amicitiam, imō non recipis, sed tibi gratularis, cui contigerit per occasionem in nostram amicitia insinuari. Ista modestia qua te nimio plus demittis, excelsior es mea quidē sententia, quam ceteris tuis uel uirtutibus uel ornamentis, quae Germanus Brixius facunda epistola praedicauit. Ille suis literis praedicauit, tu fecisti fidē tuis tam prudenter tamq; amanter scriptis literis. Ad medendū febrī Germaniae haecenus & fidelē & strenuam & constantem nauauī operam, ingenti rerum mearum dispendio, magnoq; ualitudinis ac uitae periculo: sed pro bene nauata opera mihi refertur pessima gratia, idq; ab his etiā pro quibus depugno. Nam quod diuersa pars me machinis omnib. impetit, meo merito suoq; iure facere uideri potest. Sed quod ab his quorum gratia periclitor, tot libellis ueneno tinctis impetor, satis demirari non possum. Nec desuerunt Romae, qui sinistris criminationibus Clementis animum à me conati sunt alienare, neque nihil profecerunt. At si

uenari uxorculam, ne quid ista decrepita senectutis commemoratione officeret meo consilio. Ille, ut est factus, respondit si non contingeret alia, se cessurum mihi suam, quam haberet puellam annos natam uiginti duos. Egi gratias pro commoditate. Tantum de marimonio. Hominem indies expectamus ex Anglia reducem. Quanquam terret me carmen Vergilianum, Facilis descensus auerni, nostri cetera. Bene uale. Friburgi Brisgoiae Anno Millesimo quingentesimo trigesimo primo.

ERASMVVS ROTERODAMVVS EOBANO HESSO S. D.

VPERIORES tuas literas Eobano Hessio licet non tam edentulas quam eas uideri uolebas, hoc aequiore animo perlegi, quod facile suboleret, illas alieno magis impulsu quam tuo stomacho scriptas esse: proinde moderatius ad eas respondi, nihil omnino responsurus, nisi subinde uocatus fuisset in ciuitatis ac magistratus laesi inuidiam, quo telo quidam Euangelij titulo sese iactantes nimum frequenter uti gaudent. Ego autem

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

De adito Louanio nihil excidit. Memini ut ueneris cum Aegrauo Syluio, nec sine munusculo, quamque frigide fueris acceptus: in causa fuit quod ob ualitudinem ab omnibus conuiuijs abhorrerem, praeterea quod tum temporis alternis ferme diebus adessent e Germania saluatorum iuga, quorum nemo uoluit discedere, nisi literis onustus. Iam tum moliri uidebatur hanc fabulam, a qua semper abhorru: eam utcumque coeptam progressamque precor ut deus aperiens ueritat in legum exitum, Anselmus Ephorinus, uir singulari doctrina, partemque morum probitate, quem commendasti, mihi gratissimus est conuictor, quo tamen non dabitur diutius frui. Sub autumnum petet Italiam. Agnosco uerissimum esse quod scribis, si totus ille Thraso astimetur, non ualet dupondio. Hercules tamen nunquam congressus est cum monstro peritacore. Omnia concoxi, ne per me consequeretur quod ambit. Pascitur mendacis non aliter quam Chamaleon aura, nec quicquam habet dulcius quam fucos quasitas gloriosas. Mirareris si pernosces fabulam. Sed certum est posthac negligere gloriosum militem. Legi epicedia tua, sed nullum maiore cum animi dolore quam Bilibaldi. Ioachimus plus habere uidetur curae quam naturae. Non omnia possumus omnes. In scazonte nouam usurpauit libertatem, haud scio quem sequutus autorem: nam quos ego legi, semper finiunt uersum cretico & spondeo. Vide quam sim curiosus rerum alienarum. Sed Ioachimum mihi salutabis amanter. Utinam tuo commodo fiat, ut nos hic aliquando uisitas. Louanij ut disti hominis umbram, nunc uisurus es umbram umbrae. Theocritus tuus hic nondum proffat, sed curabo alicunde. Quidam narrarunt mihi edidisse te ingens uolumen Epigrammatum, in quo esset crebra mei mentio: id an uerum sit nescio, certe haec uenit nancisci non potui. Bene uale Eobano Hessio Friburgi pridie Pentecostes. Anno. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROT. MARIAE VNGARIAE QVONDAM REGINAE S.

RENISSIMA regina, Viduam meam utcumque pro mearum occupatio num magnitudine, proque mei ingenij modulo tractatam, tam benigno animo a tua maiestate receptam esse, maiorem in modum gaudeo. Illud me cruciat ac rubore suffundit, opusculum nec tuae magnitudini, nec isti animo tanto pio satis respondere. Video te laudibus tuis non nihil offensam, quum hac in parte studio fuerim parcissimus. Sed hoc laude dignior es, quod eximij uirtutibus tuis modestiam ceu gemmam omnium pulcherrimam addidisti. Domini benignitas tua pietatem semper in maius prouehere dignabitur, ac pro tristibus leta reponere. Interdum ad uersis uel purgat uel exercet nos: sed ille nouit amara, uberiori consolationis suae dulcedine temperare. Is maiestatem tuam sospitet, actionesque tuas omnes bene fortunet. De ualitudine mea cognosces ex Henkello. Epistolum tua manu scriptum tanquam animi tui charissimum pignus inter ea reponetur, quae mihi maxime sunt cordi. Datum Friburgi Brisgoiae nono die Iulij, Anno. M. D. XXX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS MALDONATO S.

CCEPI literas tuas Maldonate charissime, binas quidem illas, sed eodem argumentum, nisi quod exemplo posteriori coronidem adieceras. Ad quas ut breuissime respondeam. Ad prolixam illam epistolam qua mihi uelut ex amicorum delegatione, monachorum tragodiae unam atque alteram scenam pertexueras, iam pridem prolixiore respondi. Eam simulatque sensi ad te perlatam non esse, nisi rursus exemplar, nec grauarer tertio mittere, nisi migratio (nam Basileam reliqui, magno rei familiaris dispendio, sed gratia superis, citra ualitudinis iacturam) supellecilem omnem meam sic perturbasset, ut non pauca perierint. Iamque res eodem refraxit, ut non sit operae praecium studiose perquirere. Quid acciderit illis demoror. Illud certissimum est me bis misisse, quiduis tamen suspicer potius quam Valdesij hoc incuria factum esse, quum nihil sit illo iuene candidius aut amicus. Nec dubito quin histriones isti pergant reliquas fabulae scenas absoluere. Sed adeo sum satur istorum tumultuum fatalium, ut nec illa libeat cognoscere, quae ad me pertinent. Faciat de me dominus quod ipsi uisum fuerit, modo nos rectum, ut adunt, claudum teneamus. Quod mihi de multis praecclaris gestis ac dotibus gratularis, utinam id tam merito faceres mi Maldonate, quam id facis & amater & diserte. Hi fatales orbis tumultus, haec prodigiolorum calamitates, quarum nullus est modus neque finis, sed semper ultimam excipit alia grauior, tum inaudita mortalium prauitas facit, ut omnium studiorum me propemodum pigeat, non modo artis istius gladiatoriae. Mihi iam rudem dedi, uobis iuuenibus lampadem tradens. Nobis hic multae res parum lata minitantur. Sub aduentum Caesaris munus sit nouis additi seculis tanto studio, ut si nihil aliud, quam ad speciem, dubitaturus sim utra in parte malum esse. Precor ut dominus omnia ueritat in prosperum exitum, qui nisi huic interueniat fabulae, uideretur cruentam habitura catastrophem. Bene uale, nosque quod facis ama. Datum Friburgi Brisgoiae Idibus Ianuar. Anno. M. D. XXXI.

ERASMVVS ROTERODAMVVS VALDESIO S.

NIL non debeo fratri tuo Valdesi charissime, qui in me amando, tuendo, demerendo nullum seruati modum. Is quoniam abest, aequum est ut istic mihi in germani uicem succedas, quem hic uti spero uere proximo uidebimus. Facile condono quod non respondes meis literis, modo amore mutuo respondeas, quod te facere non dubito, nisi me fallunt omnia. Non onerabo te pluribus, cetera cognosces ex Francisco Dillio, qui semel adamatam Hispaniam non potest relinquere. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoiae Idibus Ianuar. M. D. XXX.

ERASMVVS ROTERODAMVVS VALDESIO S.

N proximas literas meas uir amicissime receperis, nondum certe licuit cognoscere; nam audio complurium querimonias, de epistolis interceptis, aut parum bona fide redditis. Scripseram autem satis prolixae. Miseram & R. D. episcopo Burgeni literarum fasciculum, quum legatum ageret in Anglia, rogans ut eas in Hispaniam perferendas curaret, isque hoc sibi curae futurum respondit. Nunc non est quod pluribus tecum agam, quum grammateorum sim nactus Franciscum Dillum, unde possis omnia quae hic geruntur melius quam ex me ipso cognoscere. Est enim facundus, exploratae fidei, mihi cum primis amicus ac familiaris, nec ignotus tibi. Nunquam enim desinit nobis tuam erga se comitatem humanitatemque predicare. Ex eo sum expiscatus omnia, quae ad ualitudinem, fortunam, ingenium ac mores tuos germanorumque tuorum pertinebant. Ille sic depinxit singula, ut mihi non minus notis sitis, quam si annuam uobiscum egissem consuetudinem. Quid multis: Effecit ut ex charissimis mihi sitis chariores, hoc quoque nomine, quod quicquid officiorum in illum contulistis, existimem ad me pertinere. Itaque tamen non omnino feliciter successit adita primum Hispania, tamen mihi satis prospere celsit. Adversary aiunt amentum, si non mentitur prouerbium, haud mediocris felicitatis pars commodis meis accesserit, quandoquidem isthic Dillum habiturus sum cui tuto possim quiduis committere, imò qui sponte sua sit diligenter curaturus, si quid meis commodis aut existimationi uidebitur conducere. Ex hoc igitur ut emunxi quicquid de rebus Hispaniensibus scire uolebam, ita tuum erit uicissim ex illo exculpere, si quid de rebus harum regionum audire cupies. Bene uale, Idibus Ianuar. Anno. M. D. XXX. Friburgi Brisgoae.

ERASMVVS ROT. MARGARETÆ ROPERÆ S. D.

I X illo sermone consequi queam, Margareta Ropera Britannia tuae de-
cus, quam animo meo persenserim voluptatem, quum pictor Olpeinus to-
tam familiam istam adeo feliciter expressam mihi representauit, ut si coram
V adfuissem, non multo plus fuerim uisurus. Frequenter illud apud me soleo
optare, ut semel etiam ante fatalem uitae diem inueneri contingat charissimam
mihi sodalitatē, cui meae qualis qualis est, uel fortunae uel gloriae bonam partem debeo,
nec ullis mortalium debeo libentius. Huius uoti non minime portionem mihi praestitit
ingentosa pictoris manus. Omnes agnoui, sed neminem magis quam te. Videre mihi ui-
debar per pulcherrimum domicilium relucens animum multo pulchriorem. Equidem
uobis omnibus istam gratulor felicitatem, sed praecipue parenti optimo. Quo minus aut
uos poeniteat studiorum uestrorum, mitto epistolam probatissimi uiri, qui apud Mariam
quondam Vngariae reginam Caesaris sororem ecclesiastica munere fungitur. Ea est cui di-
cauimus Viduam Christianam, quam arbitror tibi lectam esse. Ex literis autem intelli-
ges quanto studio tam nobilis foemina complectatur liberalium studia literarum. Nunc
experitur illa non esse uanum quod scripsit M. Tullius, literas in rebus secundis esse orna-
mento, in aduersis solatio: quanquam illa cum primis erat digna perpetua prosperitate.
Ceterum quando ita sunt res mortalium, ut Euripi in morem alternis uicibus affluant ac
defluant, animus est aduersus omnem fortunae habitum philosophiae praesidijs munien-
dus. Haec scripsi plusquam obrutus negocijs, ad haec imbecilla ualitudine: quare tua de-
xteritas hoc efficiet, ut omnes tuae sorores sibi persuadeant hanc esse iustam epistolam, &
non minus ad singulas quam ad te scriptam. Ornatissimae matronae, Aloysiae matris tuae
multam ex me salutem dices, eiq; me commendabis & amanter & diligenter. Effigiem il-
lius quando coram non licuit, libenter sum exosculatus. Ioanni Moro germano tuo pre-
cor omnia prospera. Verum seorsum mihi salutabis ornatissimum Roperum coniugem,
tibi merito charissimum. Dominus seruet uos omnes incolumes, omniaq; uestra suo om-
nipotentis fauore prosperare dignetur. Datum apud Friburgum Brisgoiae postrid. Non-
Septemb. Anno Millesimo quingentesimo uigesimo nono.

ERASMVVS ROT. IOANNI ERASMO FROBENIO S. D.

P I S T O L I V M ad te meum quod hic per obliuionem, ut opinor, reliqueras
tibi remitto. Dixeris enim hoc inter tibi charissima *κεφάλια* reponendum
E esse. Mitto & colloquāta funiculis ornata, quae si frequenter in manus sum-
peris, fiet ut etiam absentes inter nos misceamus colloquium. Prusquam re-
linquas Basileā, fac ad me perscribas, quam tibi successerit equitatio, quamq;
felicibus auspicijs te tua patria reducem exceperit. Quod si nō poenitet migrationis, nos
tui desiderium moderatius feremus. Sin & alacrius & maiore tuo bono uituis alibi quam
apud nos uixisti, gratulamur etiam tuae felicitati. Neq; enim alia cōditione te dimissimus,
quam ut alibi magis ex animi tui sententia, fructuq; ubertiore uitam ageres. Id si cōtingit,
plus capiam uoluptatis ex tuis commodis, quam ex absentia molestiae. Sin minus, non di-
missimus te, nisi huc rediturum, donec sese offerat commodior occasio. Proinde fac scri-
bas & quamprimum & ex animo. Si non offertur alius certior, poteris per Bonifacium
Amerbachium tuto quae uoles significare. Scito nullas meas literas ad te uenturas inanes.
Bene uale suauissime Erasmi. Saluta tuos omnes meis uerbis. Salutat te Haio. Nam Can-
nius, uti conijcio, scribet ipse. Datum apud Friburgum Brisgoum postrid. Calend. No-
uemb. Anno Millesimo quingentesimo uigesimo nono.

ERASMVVS ROTEROD. IOANNI HENKELLO S.

A L T E M hoc nomine amo Bellerophonem nostri, quod bona fide reddi-
dit, quae mādaueramus. Nunc scribit sibi nihil deesse praeter duodecim aureos
S quibus emat equum & panopliam aduersus Turcos. Nam his atrocia preca-
tur. Mi Henkelle, ut x ullis uerbis assequi ualeam, quantae mihi uoluptati fue-
rit, quod incomparabilis illa heroina, multo pietate quam tot regum ac Ca-
sarum stemmatis illustrior, Viduam nostrā tanto amplexa est affectu: sed rursus pudet
pigetq; nec materiam, nec tractationē uel animo meo uel illius meritis respondere. Quid
est autem uir optime, quod tu mihi tuo quoq; nomine gratias agis pro tantillo officio,
quo

quo nō nihil uerebar, ne tua offenderetur modestia: Quare mihi cumulatissimā ab utroq;
relatam gratiam existimo, uel ipse potius me debere ambobus profiteor, tibi qui huc insti-
garis alioqui cessatorem, illi quae quaecumq; munusculum tam candide sit interpretata.
Itaq; non est quod haec res te sollicitum habeat. Quod si per horum temporum tumultus
licebit aliquid uicissim *μνημόσυνον* mittere, quod & ornet accipientem, nec grauet dantē,
quicquid erit eodem accipiam candore, quo uos meam opellam estis amplexi. Audis am-
bitionis uocem, non avaritiae. Sunt qui putant aprum illum *της ἀγροῦ*, non fuisse prouo-
candum. Sed tamen posteaquam hoc factum est, ita uolente deo, sicut ego quidem inter-
pretor, maiorem in modum gaudeo, rerū exordia Ferdinādi auspicijs feliciter succedere,
speroq; futurum, ut duorum fratrum iuncta potentia frangat aut certe mitiget illius uio-
lentiam. Vtinam breuior fuisset nobis rixa cum Gallis, atq; hoc negotiū maturius fuisset
susceptum. Sed aliud meritis nostris debebatur, & fortassis hoc magis expediebat orbi
Christiano. Mihi uero non paulo plus spei est in pietate Caesaris & Ferdinandi, quam in
opibus, copijs & armis. Tibi cum podagra rē esse, uehemēter doleo. Sed quid est in rebus
humanis ab omni parte beatum? Etiam atq; etiam te rogo, ut clarissimae patronae tuae me
commendes diligenter. Bene uale. Datum Friburgi Brisgoiae postrid. Calend. Nouemb.
Anno Millesimo quingentesimo uigesimo nono.

ERASMVVS ROT. RICHARDO PACÆO S. D.

X I L I I praegaudio Pacae charissime quum uiderem illam mihi non igno-
tam manum, acciperemq; te tantis calamitatibus ac malorum naufragijs in-
columem enataste, ac pristinae etiam dignitati restitutum. Hoc mihi gratius
fuit quam si quis angelatos misisset sexcentos. Video non dormire numen,
quod & innocentes eruit & feroces deiecit. Ipse non referendis malis op-
pressus ob furias pseudeuangelicorū, uideor mihi per te quodammodo reuixisse. Vtinā
liceat ante mortem tuo conspectu tuaq; mellitissima consuetudine frui. Post fatales istas
reuelesitates confido posthac tibi serena tranquillaq; fore omnia. De epistola ad me refa-
ta, non est quod labores, praeter officia salutationis ferē nihil habebat. Eā Quirinus meus
ait esse inter excusas. Roberto Felde uel hoc nomine omnia bona cupio, quod tibi cha-
rus est, etiam si me cōtemneret. Moro tamen si summa dignitate quam accepit, & dignus
est & par, tamen nō tam illi gratulor quam regno Angliae, atq; etiam regi. Non alium esse
scio istic, uel ingenio tali praeditum, uel utrum incorruptioribus moribus. Cura ut quam
suauissime uiuas Pacae inter patronos meos praecipue, inter amicos sincerissime. Da-
tum apud Friburgum Brisgoiae, uigesimo secundo die Martij Anno. M. D. XXX.

ERASMVVS ROTEROD. CAROLO V TENHOUIO S. D.

X I S T I M O nostrum Heruagium istic fuisse, meaq; tibi reddidisse. Nam
huc nondum redijt. Binas abs te literas accepi, posteriores misit ad me ex
E Augusta Vindelcorum Ioannes Cholerus praepositus Curienis. Ait sibi
traditas à scholastico quodam. Venerunt ad me non resignatē solum, uerum
etiam effractā, in quibus mi Carole desiderabam illam tuam solitam cautio-
nem ac prudentiam. Scis hodie nihil tuto literis committi. Quam erant illa libere scripta
de eo qui multorum sefellit expectationem? At quanto liberiora, quae de eo quem omnes
uno ore predicarent *ὀρθότατος ἦν*? Delectat me ingenij tui ingenitas, sed hūc tempore
bus sub omni lapide scorpius dormit. Postremae literae tuae mihi uidebantur indiligentius
scriptae. Nam sermonis elegantia non respondebat alicubi meae expectationi, de Carolo
tot iam annos uersato Patauij. Atqui huc Vtenhoui charissime, neruis omnibus tibi con-
tendendum est, ut maximam tuorum de te expectationem superes etiam. Id facile perfe-
ceris, si naturae felicitati parem addideris industriam. Spero tibi nihil opus his stimulis.
Sed tamen eximium quoddam animi mei erga te studium, quo fit, ut tuae gloriae faueam
impensus quam meae ipsius, suauiter currenti licet addere calcar. Bene uale. Audomarus
tuus amantissime scripsit ad me, sapius Ammonius, quo uiro non arbitror alium uiuere
sanctioribus moribus, aut ingenij sanioris. Polyphemus bibit in Bohemia fortiter. Cre-
bro scribit ad me, sed illi nihil respondeo. Ex Marco, qui has, ut opinor, reddet, cognosces
caetera. Rursus uale. Apud Friburgum Brisgoiae, uigesimo tertio die mensis Martij. An-
no à Christo nato M. D. XXX.

ERASMVVS ROTEROD. IOANNI VERGARÆ S. D.

ECREVERAM istuc mittere quatuor summas operum Augustini, sed demigratio perturbavit omnes res meas, nec quisquam se obtulit, qui perferendi negotium suscipere uellet. Arbitror autem istic iam dudum prostrare uolumina, & ineptum esset si istic emi iuberem are meo, quod talibus amicis donetur. Non ignorabam quantum deberem ornatissimi præfulis humanitati, uel pietati uerius erga me. Munus tamen ueluti pignus ac signaculum illius in me animi fuit longe gratissimum. Eam pecuniam bona fide partitus sum cum his qui conferendo scribendoque iuuerant, ut mihi ducatum unum non fecerim reliquum, imò de meo non nihil adiecerim, ut Archiepiscopi benignitati iam nō Erasmus modo, sed complures etiam habeant gratiam. Quod si perinde nostram industriam sensero illius iudicio probari, planè triumpho. Est nunc in manibus Chrysostratus, simili maiestate proditurus autumno proximo. Accedent non pauca partim à me, partim ab alijs uersa. Quanquam in his sunt quædam uide, meo quidem iudicio, ueluti commentarius in Epistolam ad Hebræos, in Epistolam ad Corinthios posteriorem, in Acta Apostolorum, ut exempli contaminandi sacros autores à Græcis ad nos diuansse uideatur. Cardin. Eboracensis sic offendit animum regium, ut spoliatus bonis & omni dignitate, teneatur, non in carcere, sed in quodam ipsius prædio, adhibitis triginta duntaxat seu famulis seu custodibus. Proferuntur in illum quærescæ innumera, ut uix existiment effugere posse capitis supplicium. Hic est fortunæ ludus, ex ludimagistro subuectus est ad regnum. Nam planè regnabat uerius quam ipse rex, metuebatur ab omnibus, amabatur à paucis, ne dicam à nemine. Paucis ante diebus quam caperetur, curauerat Ricardum Pacæum conijciendū in carcerem, ac munitur etiam meo Archiepiscopo Cantuariensi. Ante ruinam exaltatur spiritus, ait Salomon. Archiepiscopus Cantuariensis uocatus, imò reuocatus est ad Cancellarij munus, quo non aliud in Angliâ maius: sed is excusauit ætatem, iam impari tanto negotio. Itaque prouincia delegata est Thomæ Moro, magno omnium applausu, nec minore bonorum omnium læticia subuectus, quam delectus Card. Hæc retulit famulus meus nuper ex Angliâ reuersus. De nostro priuato, deq; publico Germaniæ statu, quoniã longa est historia, melius est te ex Francisci Dillæ relatione cognoscere, nihil enim illum fugit rerum mearum, Vixit apud me menses aliquos, atq; utinam licuisset illo diutius frui: sed rapitur miro desiderio adamatæ Hispaniæ, quum altoqui sit apud suos honesto loco & opulenta familia natus. Sed habet Vlyssæum quiddam, & horret matrimonij capistrum, amore libertatis. Multis experimentis compertum habeo iuuenem esse magno præditum ingenio, dextrum in gerendis negocijs, nec infacundum, nec imprudentem, fide uero certissima, animoque in amicum amicissimo. Nolim te mi Vergara grauare mea commendatione, si tamen absq; tuo incommodo poteris illius consulere commodis, & tuis in me officijs magnum nomen adieceris, & nisi me fallunt omnia, recte collocaris officium tuum. Hic partim meam quoque rem ago, uidelicet ut istic habeam alterum Erasmus, qui mea non minus diligenter curet quam ego ipse. Facile illi dabitur aliquis locus in aula Augustæ. Nam hoc ambit. Pingit eleganter & scribit argute quoties intendit animum, ut ipse non possim argutius. Si quidam tam fauissent illius negotio quam ego uolebam, non reliquisset Hispaniam. Næ ego sum homo insigniter impudens, qui quum tibi debeam omnia, nec ullam gratiæ partem reponam, tamen perinde quasi bene meritis postulo tuum officium. Nisi mihi contigisset talis grammatophorus, uarijs de rebus ad te scripsissem: nunc Dillus meus complurium epistolarum instar esse poterit. Is nunquam desistit narrare quantum tibi, quantum tuis fratribus debeat. Patronum tuum ita mihi totum depinxit, ut magis illum quam antea tum suspiciam tum amem. Hic constans rumor fuit, Archiepiscopum Toletanum in fata concessisse, Id quum mihi magno cum animi dolore nunciatum esset, atq; etiam persuasum, nec adhuc Augustinus esset absolutus, ut liceret hoc laboris alteri cuius dicere: tamen fixum animo manebat, hoc officij illius dare memoria, quod uiuo destinaram. Sed ex Valdesij mei literis accepi nuncium, qui mœrorem omnem absterfit. In auctis Epistolarum mearum uoluminibus reperies aliquoties nomen tuum, & fratrum tuorum, atq; etiam Archiepiscopi: quod illum boni consulturum spero, nam de uestris animis nihil addubito.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO VERGARÆ S.

QVOD Dillus meum qui has tibi reddet, tam comiter amplexus es, & hospitem & ignotum, agnouisti mihi Franciscæ & exosculatus sum ingenij tui candorem, mihi quidem antea non ignotum, sed perquam iucundum fuit illius inermoriam hac occasione renouari. Erat iste animus optimus felicissimo domicilio dignus, sed ita sunt res humanæ, nihil est diu lætum aut ex omni parte beatum. Accipimus autem eos uiros qui præcipuis animi dotibus excelluerunt, ferè fuisse ualitudinarios. Sed post nubila succedet serenitas: & si nō succedat, magna mali pars abest, si adsit fortis & æquus animus. Spero tamen futurum, ut breui latior ad nos de te nuncijs redeat. Noua lues, iam olim uni Britannia peculiari, subito se arsit per uniuersas nationes; atq; in initio quoniã malum erat subitum & horrendum, uidelicet intra horas xxxiij saepe pauciores exanimans quam inuaserat, animos omnium terrore perculit, adeo ut multus metus & imaginatio morbum conciliaret. corripuit plurimos, pauciores tamen extinxit quam solet iam nimium orbi nota epidemia; mox nulli ferè perire, nisi per imperitiã medicorum, aut neglectã agroti curam. Hæc pestis si uestram Hispaniam non attigit, est quod illi uehementer gratuler. Dominus te nobis restituat incolumem Vergara charissime. Datum apud Friburgum Brisgotæ Idib. Ianuar. Anno Milleesimo quingentesimo trigesimo primo.

ERASMVVS ROT. BAPTISTÆ EGNATIO S.

E X Venhouij clarissimi iuuenis literis cognoui te summa cum dignitate profiteri Venetiæ bonas literas, quas ubiq; feliciter efflorescere gaudeo: sed ue reor ne quorundã operã fiat, ut nō leuioribus dissidijs uirtuentur studia, quam uitiata est pietas, adeo frendent in me quod Ciceronianus meus taxerit inepros Ciceronis simios, & ad uerã illius imitationem hortetur. Galli quidã medicis uersiculis nomen meum prosciunt, quod in eadem charta nominarim Budaum, & Badium: nec aliter indignantur, q̄ si illi minxerim in facie, quã Budaicæ gloriæ semper & candidissime, et constantissime fauerim, non alio nomine quam studiorum, quæ uir ille tum prouehit feliciter, tum ornat magnifice. Nam quod ad me pertinet, nihil deo præter charitatem mutuum. Quot locis illius amantissime facio mentionem in omnibus meis lucubrationsibus: Atq; in ipso Ciceroniano paucis quidem uerbis, sed quantum illi laudis tribuo? Metuo ne Cæsaris aduentus cruentos motus excitet in Germania, Ciuitates aliquot sese parant ad extrema. Scio magnam esse Cæsaris potentiam. Sed populus ubiq; maxima ex parte sectis nouis addictus est, rustici penè omnes, nondum pristinae cladis oblitus, & semel dato signo fortasse cõcurrent, qui nunc quiescunt.

Quo Turca sit euaturus, hic multi solliciti sunt. Neq; enim dubium est, quin metuat duorum fratrum indies crescentem potentiam. Nusquam pax, nullum iter tutum est, rerum charitate, penuria, fame, pestilentia laboratur ubiq; sectis dissectæ sunt omnia: ad tantam malorum lernam accessit letalis sudor, mul

tibi mi Brassicane, qui tam feliciter in utriusque literaturæ peritiâ progressus sis. Nam Græca bona fide, nec sine dignitate reddis, neque quicquam est in tota phrasi quod offendat legentem. Illud operæ mihi uideris prope modum frustra sumplisse, quod in præfatione de precariis culpam, qui post me tractaris prouerbia. Quis enim unquam tam iniquam fuit, ut cuiquam legem præscriberet, ne tractaret argumentum ab alio tractatum? Quanto igitur sit iniquius idem præscribere in hoc argumento, quod suapte natura infinitum est, præsertim quum quotidie proliliant utriusque lingue scriptores hæcenus sepulti? Ceterum quod addis me post alios scripsisse prouerbia, si de Græcis loqueris non inficior. Nemo tamen Latinorum attingit hoc argumentum ante me. Et utinam extarent Græcorum monumenta, qui tractarunt paræmiologias. Mihi primum aggredienti nihil erat à Græcis subsidij, præter Diogeniani cōmentaria manu descripta, sed tum mutila, tum mire deprauata. Post nactus sum Zenobij collectanea, non multo feliciora. Nam quod Polydorus contendit uideri prior, manifesto ludit, quum ipsi ostenderim aditionem meam primam antecessisse primam illius tribus mensibus, quum id temporis neuter alteri cognitus esset. Optarim autem charissime Brassicane, ut meas etiam Chiliadas superes, & Erasmi nomen obscures. Refers tamen aliquot ceu noua quæ sunt in meis, uelut illud: Si tibi nō molestū & mihi iucundum est: recensetur à me Chiliad. II. centur. I. prouerb. XXXIII. Item illud, Echinus parturiens, est Chiliad. II. centur. III. prouerb. LXXXII. Tunc canent cygni & cætera, extat Chiliad. II. centur. III. prouerb. LXXXVII. Sunt & alia quæ obiter citantur in meis Chiliadibus. Non hæc commemoro ut te à pulcherrimo instituto deterream, amicorum cōmunia sunt omnia: sed ut aliorum uitæ calumniam. Velle non scribo, parum alacri ualitudine. Eum meis uerbis salutato tum amanter tum reuerenter, Et si qui sunt alij qui nobis non male cupiunt. Datum apud Friburgum Brisgoiæ pridie Nonas Aprilis à Christo nato M. D. XXX.

ERASMVVS ROT. CONRADO HERBIPOLENSI EPISCOPO S. D.

VONIAM ut accipio non infelicitè celsi tuaudacia mea, quod celsitudinē tuam per R. D. Marium appellarim, non sum ueritus idem nunc facere, præsertim nactus tam commodum latorem, ut commodiorem oprare non possim, Daniele Stribarum, qui cum mihi quondam Basileæ, nunc etiam Friburgi mensis aliquot domestica fuit consuetudo, & quod olim in præcipua amicitia parte ponebatur, mensa communis nos aliquandiu iunxit. Nec autē hæc uel ex pertus sum quenquam sanctioribus, purioribus, aut commodioribus moribus iuuenem. Itaque quemadmodum unius conuictus ad omne uel studiorum, uel molestiarū, uel senij tædium abunde magno solatio, ita discessus illius mihi fuit tristissimus: quæ tamē hoc nomine fero moderatus, quod suo bono reuocatur in patriam. Isti celeberrimo collegio nō possum non uehementer gratulari, tot egregijs animi dotibus ornatum contubernalem, cui si liberum esset unum adhuc aut alterum annum honestissimam in disciplinarum studio dare, tanto plus & decoris & utilitatis adferret quū suo collegio tum tuæ R. celsitudinē, erga quam sicuti par est, & amanter & reuerenter affectus est. Non sumam operam eo tibi cōmendando, neque enim quisquam cōmendat eximias gemmas diuitiarum admiratori, ita uirtus insignis apud tam egregij probitatis amatorē non eget cōmendatione. Ostendisse modo, cōmendasse est. Si quid erit in quo nostra opella posset amplitudinē tuæ gratum facere, senties eam ad omnia iussa paratissimam. Dominus R. A. T. seruet incolumē. Datum apud Friburgum Brisgoiæ postrid. Calend. April. Anno à Christo nato, millesimo quingentesimo trigésimo.

ERASMVVS ROTER. CHRISTOPHORO A CARLEWITZ S.

ERASMI Carleuici, si putas Erasmo quicquā tuis literis esse gratius. Gaudeo te producum in istud theatrum orbis amplissimum, in quo possis eruditionis ac prudentiæ tuæ specimen tot heroibus ædere. De amico illo meo, qui saluari atque adeo necessaria, ut scribis sententia, sibi non nihil cōflauit inuidiæ, cuius maxima pars in me recidat, doleo sane. Toties prouocor ut impartiam meum cōsiliū faciendæ concordiæ; hoc præmiū est, si quis quid æqui dixerit. Fuit ille quidem hic apud me, colloctus mecum horis ferme tribus, sed de ea sententia uerbum inter nos nullū fuit, ne in literis quidē. *Ἐλευθερίως* patrociniū non admodum mouere

uereor ne plus officiat quā iuuet imperitus & intempestiuus propugnator. Scripsi principi tuo per canonicum Basiliensem à Rina: ubi rursus inciderit scribendi opportunitas faciam & libenter et diligenter quod admones. Fac mi Carleuici, ut me frequenter tuis interpeles literis. Precor ut aula sit tibi felix. Datum apud Friburgum Brisgoiæ VII die Iulij. 1530.

ERASMVVS ROT. ALBERTO CARPORVM PRINCIPI S.

T libellus tuus mihi redditus est Alberte princeps clarissime, protinus cœperā responsionis nescio quid *οὐκ ἔδρα* sed: sed interim Roma ruentis fragor animos omnium percussit, de te uariis rumor ferebatur: & si maxime constitisset, ubi locorū ageres, nullum erat iter epistolis peritum. Nuper ex amicorum literis accepi te apud regem Christianissimū legatione fungi, eumque libellum per multorum manus circumferri, minimumque abfuisse quā fuerit per typographos euulgatus. Id ipse iam dudū curaturus fuerā, si quos forte, uel tui nominis autoritas, uel disputationis æquitas, uel dictionis suauitas ad meliorem mentem incantare posset, nō tam atrociter, tamque pertinaciter me urgeres. Cum enim capitale sit quod intendis, non magni refert quanta sit orationis ciuilitas, ueluti si cui princeps honorifico sermone mortem denunciaret. Atque utinam in eum campū me prouocasses, in quo licuisset solo ingenij aut eloquentiæ periculo tecū congregari. Satis magnam gloriā duxissem, cum Alberto certasse, etiā si uictus discederem. Nunc talem causam impingis, ut si obricescam, capitale crimen agnoscam: si respondeā, primū uix id queam sine tuo dolore, deinde rursus camarum moueam, quam fatius erat non tangere, rebus alioqui plus satis undique exulceratis. Quod superest moneo, ne præcipites aditionem libelli, aut si non uis istuc opere perdere, mitiga partem qua mecum agis. Si hic *γραμματοφύλαξ* uel triduo prius quā abiret mihi denunciasset, relectio libello tuo missilem responsionē meam. Verum id factū breui per alium, si quis certus occurrerit. Ea lecta statues pro tua prudentia quod iudicabis in rem utriusque fore. Vix quicquam tutum est literis committere. Verum si uel coram daretur colloqui, uel in his regionibus ageres tu, aut omnino me fallit mea de te existimatio, aut Erasmmum tuo fauore subleuandum putares potius quā aliorum recinendis calumnijs grauandum. Bene uale. Datum Basileæ X. Cal. Ianuarij. Anno M. D. XXVIII.

illudissimi
principi
delegati
ny

simum erga me fauorē qui potuit nescire toties eum expertus? Sed nihilo secius iucundū fuit, id tua tam alacri testificatione cōfirmari. Nec tamen exigo cōmendationis officium, nisi si quando sese comoda obtulerit opportunitas. Hoc baccare non esset opus, nisi tot essent ubique nocentes lingua. Illud incredibile cum uoluptate legi, principem hoc esse animo, ut omnes suos mecum uelit esse coniunctos. Caterum quod addis, intelligat te esse nostri studiosum, fore ut ad pristinū illius in te fauorem accessio haud parua fiat: quis neget omnino candidissime esse dictum? Vtinam & uere. Eximias ingenij tui dotes dux hoc seculo longe omnium cordatissimus non perspicit modo, uerum etiam suspicit, ob quas te non solum amat uerice, sed ueneratur quoque, quod satis indicant illius literæ tui quæ honorificentissime mentionem facientes. Simoni Pistorio collega tuo tuique simillimo quæso ut meis uerbis salutem dicas, & quidē de nota meliore. Cui nunc non scribo, non quod frigidius amem, sed quum non esset argumentū scribendi, nolui quædam occupatis simo. Quamquam autem tuæ literæ plurimum adferunt solatij, tamen nolim te uel hoc officio grauari. Andream Conritz mea cōmendatione tibi factum ex amico amiciorē, magnopere tū gaudeo, tum gratiam etiam habeo. Porro quādo feliciter cedit mea in petendo audacia, unum quiddā adhuc abs te petam, ut mihi literis tuis significes, qua re principī quum optimo, tum optime de me merito queam gratificari. Ipse uiri molles aditus, & tempora nosti, eiusque sensum pulchre calles, quippe familiariter cum eo uersans Vale. Apud Frisburgum Brisgoiæ XIII. Cal Septemb. Anno M D XXXI

ERASMVS ROT. VDALRICO HUTTENO S. D.

EN. Epphendorpius nostri non instudiosus, certe tui amantissimus subindicauit mihi te non satis amico in me animo esse, ac ed ut nescio quid mordacioris scripti mediteris. Quod ego sanē eo magis sum admiratus, quod de meo in te animo, quem hactenus in te gessi, ut si in quenquam alium amantissimum, nihil adhuc immutarim, etiam si pristinam familiaritatem nobis inuidit ad tempus fortuna: nec dedignatus sum te alloquio quum hic adesses, sed humanissimis uerbis per Epphendorpium rogauit ut abstineres, si tantum esset salutaris, propter inuidiam qua grauatus sum iamdiu usque ad capitis periculum. Quod autem consilium est lucrifacere inuidiam, quum nihil prolis amico? Ego te mi Huttenne in tali statu si fuisset Huttenus, ultro rogassem Erasimum, ne sibi frustra accerferet odium, Et tamen admo-
 H
 nuī Epphendorpium, si possis abesse ab hypocausis, quæ ego nullo pacto ferre possum, mihi non ingratum fore tuum colloquium. Fortasse non sunt mea in te officia, quæ commemorem, & si qua essent, ineptum sit ea à me commemorari. Hoc possum uere prædicare, me ueteris beneuolentiæ semper fuisse tenacissimum. Nec unquam Huttenum à me uel dicto uel facto fuisse læsum. Ego sum huius animi, ut tantam amicitiam, quantam inter nos conciliarunt bonæ literæ, uix etiam parricidij dirimere debeat. Sunt fortasse qui te instigent in me, hoc agentes ut tuo stilo abutatur ad animi sui saturandum odium. Quod si feceris, illud scito, primum facies in immerentē, non enim dicā benemeritū, certe in tibi bene uolentem: deinde rem facies Iacobo Hochstrata, Nicolao Egmondano, aliisque compluribus, quos tu pro summis hostibus ducis, longe gratissimā, caterum summopere molestam bonarum literarum cultoribus, quorum te proferis propugnatorē. Quomodo repubescent illa portenta, si senserint Huttenū, ~~ut in te~~ stilum, in Erasimum stringere? Quare fuerit hoc tuæ prudentiæ, priusquam tollantur signa, priusquam rauco crepent cornua cantu, priusquam tuba terribilem bello sonitum taratātara dicat, ueluti missis patre patrato ac feciale, secretis literis ad me libere et amice perscribere, quid de me tibi delatum sit, aut quid omnino sit quod exulceret animum tuum. Nam ipse ita me deus bene amet, non possum diuinare. Non dubito quin tibi per omnia sim satisfactorus, nisi prorsus alius esse cœpisti quam olim fueris. Vtinam mi Huttenne non haberes alios hostes quam Erasimum. Vtinam haberes quicquid hic inimicus tibi optat, puta hoc tibi de tripode dictum. Iam si te ab instituto reuocare non potest, nec ueteris amicitia religio, nec studiorum communium ratio, nec hostium uoluptas, cogita hoc non mediocriter ad tuam quoque existimationem pertinere. Quis enim non desideraturus est humanitatem ~~et~~ in Hutteno, si nulla lae-

Vuu 3 sitis

ERASMVS ROT. ORNATISS. DOCTORI IVLIO PÆVGO S.

D istam beatissimam uirtutum catenam, quam mihi tuus candor tribuit uis incomparabilis, nihil habeo quod respondeam, nisi μάλα χριστιανικός, o si. Nec uideo quam hic humanitatis laudem promerear, simpliciter inhumanus futurus. In exuentu, qui fortunæ non nobis in manu est, amicorum existimem officia. Quod tibi uenit usu, euenit omnibus qui simile quiddam tentarunt, & euenturum sciebam. Fruatur ille sua gloria, qua una decessit fieri celebris, quando remedia quoque cedunt in diuersum. Quemcunque doctum aut probum sentit mihi esse notū, eum ultro adit, testificans sese cupere tantam amicitiam cum Erasmo, ut ob hoc ipsum uideatur alicuius precij, quod similitatem habeat cum Erasmo. Si ille haberet ullum pilum hominis ad concordiam propensi, iamdiu iam ab hoc nugamento nobis esset quietes. Nam ut cum talibus similitate exercere nolim, ita nec gratiarum foedere uelim astringi. Sed inter tot portenta hoc quoque mihi perferendum est. Optarim tamen posthac nomen illud inauspicatum à tuis literis prorsus abesse, quibus ut ipse summopere delector, ita libenter eas doctis amicis ostendere soleo, quō mihi uoluptatem quam ex illis maximam capere soleo, subinde renouem. Fateor uix unquam fuisse seculum hoc furiosius, dicas sexcentas Erinny ab orco prouolasse, adeo nulla pars neque prophani ritus, neque ecclesiastici sana est: prorsus fatale malum est, cui ne synodo quidem δικουρδωνι uideo medicinam adferri posse, tantum abest ut ipse qui nihil sum optulari possim, licet tu mirificam quamdam opinionem de me concepisse uidearis. ~~De qua sententia uix unquam uideam, si non~~

litus infuria ferrum letali ueneno tinctum stringat in amicum: Nec fortasse defuturi sunt, qui perpendentes quo in statu res tuæ sunt in præsentia, suspicentur istis artibus prædam undecumq; peti, & periculum est ne apud multos hæreat coniectura, nimirum in profugum, obaratum, & ad extremam rerum omnium inopiam redactum. Non es ignarus, quæ fabulæ uulgo de te ferantur: neq; nescis quam obrem tibi succenseat, quidquæ tibi minuetur comes Palatinus, qui de famulo tuo sumpsit capitis supplicium. Proinde nolim interpreteris hanc meam admonitionem uel à metu, uel à mala conscientia proficisci potius q̄ ab amore tui, meq; nunc meum negocium agere magis q̄ tuum. Ut odiosissime scribas, primū nec horum malorum insolentem impetes, nec omnino mutū. Deinde ut obticescam, tamen grauius læseris tuam ipsius existimationem quam meam. Quare etiam atq; etiam uide mi Fluttene, ut hic tuam prudentiam in consiliū adhibeas, potiusq; obsequare leuissimorum hominum cupiditati. Bene uale. Basileæ in die Parasceues, Anno M D XXIIII

Expecto tuam expostulationem.

ERASMVS ROT. ALPHONSO VERUESIO S. D.

TSI nulla epistola uenit à meo Veruesio, quæ non sit gratissima, tamen nulla uenit gratior hac postrema, quam Guidoni Morillonno tradidisti. Perlata est autem seruis, ne tu id nescias, siquidē scripta XIII. Cal. Septemb. Anno M D XXXX reddita est circiter Calen. Augusti, Anno M D XXXI. Quanc̄ hic nihil inculandum arbitror Morillonno, licet à morado cognomen uideatur sortitus, & alioqui mirus Callipides, ut qui totos sex annos adornans iter, uix tandem Hispaniam potuerit relinquere. Sed longū est iter ab Hispanijs in Flandriam, rursus à Flandria Friburgū, ut felicitatis sit, si quæ huc uel fero perferantur. Hæc partim eo comemoro, ne quid meū in respondendo tarditate incuses. Nam fieri potest, ut hæc litera, si uis etiam hæreant in itinere: Partim ne consolationem q̄ à me flagitas, expectes. Verum est quod scripsit Cicero, seram gratulationem nō solere reprehendi; sed seram consolatione nihil potest esse frigidius. Quum enim nihil addubitem, quin isti uulneri q̄ acerbissimo, quod ex optimi fratris Hieronymi Veruesij decessu accepisti, iam dudū si minus ratio, quod arbitror maxime, certe tempus ipsum medicamen attulerit, ac cicatricē obdixerit: frigidum officium fuerit adhibere pharmacum, inhumanū reficere quod dolere defuerit. Quod si crudum etiam nunc ac recens sit uulnus, tamē ita mihi depinxisti uirū illum, ut magis libeat gratulari felicitati tuæ; qui talem habueris germanum, q̄ consolari mentem qui talem amiseris. Quanc̄ hoc amittendi uerbum, oportet in totum à Christianorum sermonibus esse sublatum. Qua enim fronte tibi dicatur amissus, qui præcessit in patriam coelestem mox sequuturum? Dimissum aut præmissum recte dixeris, amissum nequaquam. Rursum quum mecum reputo, quot nominibus ille tibi germanus fuerit, ex iisdem prognatus, idem monasticae pietatis institutum professus, in eodem monasterio sub eodem magistro religionis enutritus, iisdem literis ac disciplinis eadem in schola eruditus, sanctissimo muneri docendi populum pariter addictus, in eoq; simili feruore simul & fructu uersatus, denique tam omnibus & corporis notis & animi dotibus atque etiam ipso dicendi genere tui similis: ut quibus nondum cognitum esset esse duos Veruesios, inter amicos meos concionantem, Alfonso an Hieronymum: si recte prouerbio uetere dictum est *ἡ, ὁμοίῳ ὁμοίῳ ἔδωκ*, facile mirum, quanta præcæmirabilis rerum omnium similitudo uos inter uos conciliarit. Deinde quanc̄ scio te in Christiana philosophia iam olim sedulo feliciterq; uersatum, ut periculum non sit ne quis casus humanus tuum animum à recto statu deiciat: tamen ut hunc thesaurum adhuc circumferimus in uasis fictilibus, facile diuino quam acerbam plagam naturæ sensus periculi tuo inflixerit: quam tamen nunc arbitror quum ipso tempore, quod malis etiam immedicabilibus mederi solet, tum multo magis ratione pietateq; iam dudum aut sanatum, aut ita mitigatum, ut ex optimi fratris recordatione multo plus spiritualis gaudij sentias, quam ex defuncti desiderio molestiæ. Quid autem referebat diutius uixisse, posteaquam consummatus in breui expleuit tempora multa? Diu uixit, qui paucis licet annis multa talenta Christo lucrificet. Quanc̄ hic tibi mi Veruesi, tum in hoc præcipue suspicio

suspicio fratrem tuum, quod tamen nec Seraphicus fuit nec Cherubicus (nam his cognomentis illi gaudent appellari) sed ex posteritate diui Benedicti: tamen omne studium ad hoc munus contulit, quo non aliud uel magis apostolicum, uel Christo gratius, uel grati Christi salubrius. Benedictus pios agricolas instituit, tuus Hieronymus maluit in uinea domini laborare, proq; uomere, marra, ligone, rastro & sarculo, lingua per spiritum erudita, ex animis hominum reuellere persuasiones impias, dissipare carnales affectus, inferere pietatis euangelicæ plantaria, copiosumq; fructum conuehere in horrea domini, cuius se sciebat esse colonum. Nam hoc uerissime scribis mi Veruesi, magnam ubique turbam esse eorum, qui concionantur apud populum, sed iuxta uetustum prouerbum, πολλοὶ μὲν κερθῆνόςφοροι, παύροι δὲ τε βάνχοι, hoc est, pauci Christianam philosophiam pure sincereq; docent. Prima igitur Hieronymi laus est, quod ad munus omnium sanctissimum seruet assatum instruxit, altera quod seipsum non ingessit, sed expectauit, donec exemplo Pauli uocaretur à Deo. Vocatum interpretor, qui iussu abbatis, qui flagitante populo, cuius uox, uox Deust, qui precibus laudatissima foemine Elisabethæ Augustinæ pellectus est ad eam prouinciam. Tertia quod in obeundo munere apostolico, non quæmuis apostolum, sed inter apostolos præcipuum studuit amulari, uidelicet magnanimum illum & generosum Paulum: qui non alio nomine magis gloriatur, quam quod gratis docuerit Euangelium, id est, tantum laborum, periculorum, afflictionum, suo pre sumptu uitæq; susceperit, obierit, exhaserit. Nouerat uir pius, cui labores illos forenaret, sciebat suam mercedem in tuto repositam, apud iustum iudicem, imò apud benignissimum dominum, qui centuplum reddit in hoc seculo, & uitam æternam in futuro. Quam mihi arriserunt illa tua uerba in epistola tua, In aula proficiscitur, incipit prædicare non se, sed ordinis sui insignia, non hominum commenta, sed Christum. Hæc legenti quam multa mihi ueniebant in mentem, quæ frequenter ab ecclesiasticis audiui, magno cum animi mei tacto. Ea non liber hic commemorare. Thraonicas glorias, quæstum olebant omnia. Qui nunc in monarcharum aulas accersuntur, ne dicam irumpunt, plerique statim ambiunt mitram, dein de galerum Cardinalicium, denique triplicem coronam. At tuus Hieronymus Christo uenabatur, non sibi. Ex aula pompis, opibus, delicijs, nihilo plus cōtraxit uitij, quam pisces è sale marino. In medio luxu macerabat corpus suum ieiunijs, & in seruitutem redigebat, ne forte alijs prædicans ipse reperbus efficeretur. Instabat extremus actus apostolicæ fabulæ, in quo seipsum egregius artifex superaret. Subministrauit imperator Christus militi suo materiam, qua uirtutem suam eximiam omnibus declararet. Centurio Cornelius ambijt Petri colloquium, & impetravit. Hieronymo paratus est alter Centurio Stephanus, patria Genuensis, qui sitiret Euangelium. Pudorem excussit assidua febris uolentia, mittit legatos. At Hieronymus nihil deteritus morbi pestilentis contagio, uocatus inuisit decumbentem, neque id semel docet, consulit, hortatur, consolatur, audit arcana pectoris, quid multis dum illi cibum ministrat animæ uitam, ipse ex agrotantis habitu hausit corporis mortem. Hic uero sinister quispiam interpretes reclamabit. Nihil fecit noui, faciunt idem alij plerique, captauit à moriente prædam. Sed in hoc quoque Saulum imitatus est, qui sic pecuniam ab Asiaticis collegit in subsidium pauperum, ut non solum ipse nihil inde contineretur, uerum etiam cauerit ne uel suspitio probabilis posset in ipsum recidere. Ducatorum plus minus decem milia reliquit Stephanus, ea tradidit in manus Hieronymo, non tanquam executori testamenti, sed ut ea pro suo arbitratu in pios usus expenderet. Eius summæ si sibi bonam partem seruasset uir tam utilis Republicæ, quis negasset in pios usus collocatam? Teruncium sibi non decerpit, quum alioqui uix ullius rei perniciosius sit contagium q̄ pecuniæ. Iam si totā cōtulisset suo monasterio, quod ut ex tuis intelligo literis, pietatis opibus locuples est, censu perq; tenue, & religionis disciplina pulchre constructū, externis ædificijs ruinosum, quis nō probasset hominis erga suos *συμύστος* charitatis inuicem in pios usus expenderit? Quanc̄ hic tibi mi Veruesi, tum in hoc præcipue suspicio

quarto à Centurionis obitu die coepit aestuare febris, hæres morbi, qui nummorū esse noluit. Non erat illa mors uulgaris, propitij numinis erat fauor, strenuum athletam suum mature ad brachium euocantis, ne diuturnior in terris mora uel labe uel errore quopiam purissimam illius animam contaminaret. Hinc est quod ille mortem prælagijt, atq; etiam prædixit; nec hic domini sui dissimilis, initio mortē exhorruit, erat hoc humanæ naturæ: mox spiritus mira fiducia aduersus mortē erectus est, & hac in parte Christū referens, cuius illa uox est: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste, sed iusdem est illa: Nolite flere super me. Quid quod & causa cōuenit & tempus: dum seruare studet proximū, impedit animā, immortuus est euāgelio, iisdem diebus quibus pro nobis occisus est Christus: nec ætatis ita magnum fuit discrimen, decessit annos natus quadraginta unū, nam sunt ex ueteribus qui hac ætate putant obijisse dominū. Triennitū uersatus est in euangelico munere, quantū temporis putant & Christum prædicasse. Toto hoc tempore quo per morbū decubuit, nunquā cessauit à prædicandi seruire. Corporis languorē excusit uigor spiritus, monebat, hortabatur, obtestabatur quicumq; aderant, & seruatoris exemplo tantum non clamans exhalauit animā. Agnoscas uerum ac germanū Christi discipulum, cui tam multa etiam in rebus externis cum magistro cōuenerint, ut de cæteris animi dotibus non liceat ambigere: Agnoscas & Pauli discipulum, qui in suo corpore suppleuit quæ deerant passionibus Christi. Cæterū ut interim Momum agam, & aliquid reprehendam in Venetis sandalio: demitor eam sollicitudinē, mea sententia superuacaneā, qua famulos admonuit, ne qua mulier corpus exanime contingeret. Etenim si sibi metuebat, planē fuit & de his: si mulieribus, plurimū fragilitatis tribuit illi sexui. Absit autem ut existimemus illum fuisse *uoluptuū*, quum dominus peccatricis foemine contactū non horruerit. Dices immodicū quoddam pudicitæ studium fuisse, itaq; lubens interpretor. Istiusmodi fratrem quum habueris Veruesi charissime, postulas à me nouam quampiā & inusitatam consolationē. Quid si te sic consolet, quæ admodū Galliarū legati Nerone: Oro te mi Veruesi, ut feliciter nam fortiter feras. Nam quæ potuit obtingere maior felicitas, quam ut de tali germano tam tuto gloriari possis, non iuxta carnem, sed in domino. Spero futurum, ut illius spiritus in te sit geminus: ita fiet, ut omnes qui nūc mortem illius lugent, minore tuo damno Hieronymum desiderent. Sed dum pro uno Hieronymo gratulamur monachorum sodalitati, dolor ingens occupat animum meum reputanti quanta sit talium monachorum paucitas, quanta ubique turba uentri atque abdomini seruientium. Utinam dominus dignetur omnes afflare suo spiritu. Pro humanitate quam in Franciscum Dilem cōtulisti, fateor me tibi debere plurimum. Vale. Friburgi Brisgoiæ, duodecimo Calend. Septembris, Anno M D XXXI.

ERASMVVS ROT. CAROLO V TENHOVIO S.

C E P I literas tuas mire querulas atq; etiā iurgatrices Carole charissime, quibus adeo non sum offensus, ut hinc potius perspexerim flagrantissimum tuum in me amorem, ac penē dixerim, immodicū eorū zelotypum. Scito nihil esse quod mihi tui obliuionē induxerit, aut meum animū abs te alienauerit, multo minus quod iritarit. Sed te nō potest latere, quibus semper studiorum undis, quibus penē semper fasciculis epistolarum obruar. His accesserunt curæ domesticæ, à quibus quo magis abhorret genius meus, hoc eas fero molestius. Accrescit labor, & decrescunt uires. Quid quod perquam raro obtingunt, qui hinc petant Flandriā, & in his qui obtingunt pauci sunt quibus possit aliquid tuto cōmitti. Hoc multis experimentis didicimus. Neq; non uides, cuiusmodi sit hoc seculum. Itaq; quemadmodū exposulas mecum quod nihil scribam, possem aliquāto iustius tecum expostulare, quod hoc rerum statu quum nullum sit argumentū, requiras à me literarum officium, quæ nihil habeant, nisi si uales, ualeo. Satis arbitror si tu salueas etiam si nō iubeam saluere, & ualeas etiam si non iubeam ualere. Tantum ad tuam expostulationem, hoc gratiorem, quo est liberior.

Noui ante annos penè xl. fratrem Theodoricum Monasteriensem: Is nusquam ibat, nisi cōcio naturus, nec usquā cepit cibum corporis nisi ubi seminabat animi cibum. Interdum inuitabatur in aedes diuitum, sed in iisdem morabatur decem aut octo dies, si qua magna spes fructus affulisset. Alio uocatus excusabat, adeo ut quum Bergas adisset, aliquot dies ibi concionaturus, & in aedibus Ioannis à Mera primarij ciuis locum haberet, eius ciuitatis princeps admonitus de hominis singulari sanctimonia, uocauerit ad prandium. Ille ingenue respondit si sibi permitteretur apud se uiuere, concionaturum illic octo dies, sin minus continuo abiturum. Quam uero non grauis hospes erat uir ille pius. In extremis adibus iuxta posticum elegerat sibi sellulam, nec aliud ab opulento uiro sibi dari passus est, quā panem cibariū ac ceruicem frigidam. Ignem recusabat. Illic cum suo socio legebatur, orabat, contemplabatur. Nusquam prodibat nisi ad templū, idēq; per posticum, nec unquā in primoribus aedibus uisus est, ubi uersabatur uxor cum liberis ac famulabus. Talibus uiris quādo deesse possit hospitium? Aut quis est tam tenui re, ut tali grauetur hospite?

Quod uenaris uxore mi Carole, laudo: melius enim est nubere quam uiri: sed etiam atq; etiā uide ut non oculis tantum, sed & auribus uxorem ducas, multaq; circumspicione facias, quod semel factum rescindi non potest. Inunc & obiurga me, quod nihil accipias literarum. Habes ni fallor epistolam uerbosorem, quam uelles. Nuper relegens epistolas meas titulo floridas, re marcidas, unam atq; alteram reperi ad te. Vnde suspicor isthuc nō omnes perferri quas damus. Edingo cognato & Ammonio singulari pietate uiro, salutem plurimam. Ornatissimo Gulielmo à Vale me diligenter commendabis. Referrem hic quā illius nepos Carolus Sucquetus Taurini rem magnifice gesserit, nisi facile suspicarer ipsum omnia persequisse. Bene uale. Datum Friburgi Brisgoiæ nono die Augusti M. D. XXXII.

ERASMVS ROTERODAMVS CLARISSIMO VIRO D.
BALIVO LVTETIÆ REGIO S.

ACOBVS Omphalius, uir clarissime, suis ad me literis multa praedicauit, quum de praclaris naturae tuae dotibus ac morū ornamentis, tum de peculiari quodam ac propenso studio erga nomē Erasmi, adeo ut quibusdam istic hoc molientibus ne meae lucubrationes apud uos publicitus distrahentur, maliciois conatibus tua obstiterit aequitas. Haec quo magis esse uera & credo & gaudeo, hoc magis admiror quo furo libellum, undique scurrilibus conuictis, impudentissimis mendacis scaterem, ubique simpliciter furiosum tuo obruserint nomini, idēq; exemplo non minus dedecoroso isti longe celeberrime Academia, quam pernicioso studiose

studiose iuuentuti. Quum nulla isthic esset aedita constitutio peculiariter minitans istiusmodi temeritati, nullus unquā extitit qui facinus auderet tam illiberale, pudor humanus pro lege deterruit omnes à plusquā scurrili petulantia: Nunc ipsa constitutio talia monstragignit etiam. Et tam illiberale facinus auctores habet ut fertur Theologos quosdam, praefertim illum quidē *quidē*, in quem uaticinatus uidetur Prudentius, quum ait: O tortuose serpens, qui istle per Maandros fraudesq; flexuosas agitas quicquid corda, Atq; etiam minatur Senatus indignationem, nisi subseruatur ipsius malicia. Aut proflus ignoro senatum, aut uehementer indignaturum arbitror si resciscat, turpissimū pariter ac pestilentissimum exemplum. Idem sentio de rege Christianissimo. Nam de animo summi Pontificis compertum & exploratum habeo, cuius prudentia perspicit, quanta sit & religionis & studiorum pestis istiusmodi libellis debacchari. Quid autem facilius, quam licito titulo quidlibet in quem uis scriberet? Sed absit, ut alienam insaniam imitando ipse siam insanus. Hic prodigiosus foetus Venetia conceptus est, & parentem habet Italum: sed quem illic non ausi sunt aedere, Lutetia inuenit qui produceret, Theologis auctoribus, ac tui nominis addito lenocinio. Mihi facillimum erat à Caesare ac rege Ferdinando impetrare literas expositulatorias, atque etiam à Clemente pontifice, sed mihi uisum est indignum principes optimos, maximisq; negocijs ac parum latis occupatissimos, huiusmodi querimonis interpellare. Vix adducor ut credam, Natalem Beddā hoc facinus approbare, & tamen perscribunt illum non solum approbare, uerum etiam singulis non nihil addere uenturi. Quae si uera sunt, & eō uelania profecti, haud multum abest à daemniaco. Egregius uero ludus sit, si coner par pari referre, quod mihi sanè bonum atq; cōmodum foret. Habeo typographos ad omne paratos obsequium, & possem furiosum istum libelli parentē nihil mentiens suis ac ueris coloribus depingere. Sed malo spectare, quid me quā quid illo sit dignum. Verum sit iam querelarum modus. Tibi uir clarissime, pro tuo in me fauore gratiam habeo maximā, rogoq; ut istum animū pergās obtinere. Quod quidem ultro tu polliceris, sed sub conditione, si nihil scribam aduersus fidem Christianam, aut cōtra regem Christianissimū. De fide non dubito quin audias interdum nonnullorū querelas, sed quas integri iam toties deprehendunt esse meras calumnias, simul ut rem propius inspererunt. Quam hic aduersus se, das strenuū egerim agamq; militē, ab alijs referri malo. De rege mitior: quum admonendū putaris. Nam qui obsecro mihi ueniret in mentem, stringere calamum in regem huius aui florentissimum atq; etiam laudatissimum, cui tantum me debere profiteor: quantum illius detulit benignitas. Detulit autem non semel condictiones amplissimas. Laudauit illum aeditis libris adhuc Caesaris hostem, quid accidisset mihi si nunc uituperarem, amicum, affinem, ac foederatum. Caetera discēs ex Omphalio, quam apud me tuae mentis interpretē esse uoluisti. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoiæ, Anno à Christo nato M. D. XXXII.

DES. ERASMVS ROT. D. IOANNI VERGAIÆ
INSIGNI THEOLOGO S. D.

ORTASSE uisus sum uobis paulo impotentius ferre mortem Gulielmi Vuarami Archiepiscopi Cantuariensis, qui literis tam plorabundis ac lamentatricibus animi mei dolorem in sinum tuum effuderim. Idem opinor uisum Archiepiscopo patrono tuo. Nam simile ferè responsum accepi à R. D. Bernardo episcopo & Cardinali Tridentino, & à Christophoro episcopo Augustensi. Soleo quidem uti scribitis, in simili casu aliorum mederi luctui, sed ipsa res sum expertus esse uerissimū illud Comœdia: Tu si hic sis, aliter sentias. Et tamen ne quod res est dissimulem, ipse mihi non nihil in tanta tamq; diutina animi aegritudine displicuit, eademq; tum mihi dixi, quā alijs eram dicturus. Mortalis erat, ad extremam penè senectutem peruenit, summa cum dignitate uixit, pietatem insigniter coluit, honestam sui memoriam reliquit, ex hoc infelici exilio migravit ad aeternam tranquillitatem, ibi te expectat, mox sequaturum. Si uere diligis uirum, est quod illi gratuleris, non est quod deprecator. Haec aliāq; permulta colloquebar cum animo meo, sed ad omnia surdo. Neque uero hic locus erat illi Satyrico, Ploratur lacrymis amissa pecunia ueris. Si aestimetur quod illius obtulit benignitas, maximum erat, si quod accepi, minimum erat emolumentum

menti. Sed in illius amicitia sic conquiescebam, ut mihi uiderer abunde diues, qui talem haberem patronum, unde petere quiduis possem si qua incidisset necessitas. Ea non incidit, nec facile potest incidere frugaliter uiuenti, atq; ijs rebus contento, quas postulat corporis necessitas. Cōduplicauit hunc luctum meū mors Christophori Schidlouicij, hominis apud Polonos summæ autoritatis, ac nostri amatissimi. Sed dominus pro sua clementia multis solatijs mitigauit hæc uulnera, fecitq; cum tentatione prouentum, ut possim sustinere. Siquidem in Archiepiscopi demortui locum ac dignitatem successit R. D. Thomas Cronmarus, professione Theologus, uir integerrimus candidissimisque moribus, qui ultro pollicitus est sese in studio ac beneficentia erga me, priori nequaquam celsurum, & quod sponte pollicitus est, sponte præstare cœpit, ut mihi Vuaramus non eripus sed in Cronmaro renatus uideri queat. Dedit & Vindelicoꝝ Augusta candidos aliquot amicos, eosq; ultroneos. Quorū ut tempore ita beneuolentia primus est R. D. Christophorus à Stadio episcopus Augustanus, uir ut maiorum imaginibus illustris, ita prudentia, consilio, pietatis amore, ac munificētia utx ulli in hisce regionibus secundus. Huic accessit uir animi decoribus quā imaginibus clarior, ac uirtutibus quā opibus ditior Antonius Fuggerus. Cui adhæret niuei pectoris amicus Ioannes Cholerus Præpositus Curienſis. At uir antiquæ nobilitatis, moribus aureis Ioannes Paungartnerus à Paungarten & Ernbach, ut tempore postremus est, ita nemini cedit parata munificētia non in unum alterum uic, sed erga omnes qui doctrinæ ac pietatis elogio cōmendātur. Hunc uir clarissimus Vtricus Zalius, huius seculi ornamentū, multis iam annis possidet: nunc ut est cādissimū pectoris hoc nomine sibi gratulatur, quod eum mecum habet cōmunem. Fuggeri nomen arbitror Hispanijs esse notum ac celebre, Ioannis à Paungarten an uobis auditū sit nescio. Itaq; paucis hominem tibi depingam, quo sicut pridem meo dolore doluisti, ita nunc meo gaudeas gaudio, & quemadmodū ibi consolando declarasti tuam in me beneuolentiā, ita hic gratulatione declares inter ueros amicos tristitia simul ac læta esse cōmunia. Ergo quod Ioannes à Paungarten amplissime diues est cum alijs aliquot habet commune, sed illud cum paucis habet cōmune, quod opes suas possidet, non ab eis possidet, quodq; illi seruit pecunia, non ipse pecunia. Possidet autem ista fortunæ quæ uocantur munera, nō tantum heriliter, uerum etiā philosophice, persuasum habens hæc non esse propria hominis bona, quæ promiscue probis & improbis contingunt, nec tam egregium existimat diuitias habere, quā contemnere. Contemnit autem, qui iuxta sapientis consiliū illis affluentibus, non adiicit animū, qui nec lucro tali sit obesus, nec iactura macilentus: quippe perpendens hæc quoq; à cœlesti principe dari, nō ut amentur, sed ut recte prudenterq; dispensentur. Dominus hortatur ut diuites de iniquo Mammona sibi parēt amicos à quibus recipiantur in æterna tabernacula. Maius est quod præstat Paungartnerus, qui de iuste partis mira benignitate reficit egenorum uiscera, bene foeneratum existimans, quod Christi membris fuerit impensum. Iuxta Stoicos nulla felicitatis pars est habere diuitias, sed sic habere meo quidē iudicio magna felicitatis pars est. Sic deo charus fuit ille prædiues Abraham, hospitalitatis & magister & exemplum. Accedit huc generis peruetusta nobilitas. Exrant enim instrumenta testantia familiam illam inter claras habitam ante multa secula. Origo gentis fuit à Franconia Orientali uetustissima nobilitum uirorum parente, unde qui nunc apud Gallos Franci dicuntur profecti sunt. Ibi sedem olim habuerunt maiores huius. Est etiamnum in ea regione monasterium, horum benignitate tum ornatum magnifice, tum amplissimis dotatum censibus. Verum ne nimis antiqua persequar, pater huius de quo nunc agimus, ob eximias animi uirtutes, integritatem in moribus, prudentiā in consilijs, fidem ac dexteritatem in negocijs, pietatem erga patriā, in summa tum gratia, tum autoritate fuit, apud supremos orbis monarchas, Matthiam Vngariæ regem excussi iudicij uirum, Federicum Imperatorem, quem nominasse satis est laudasse, & huius filium Maximilianum. Quibus omnibus sapenumero belli domiq; fidelem ac præclaram nauauit operam. Non ultima laus est principibus placuisse uiris, præsertim laudatis, & ob laudanda. Nec minus interim gratiosus apud proceres ac populum, ob morum amabilem comitatem, ac promptam perpetuamq; de omnibus benemerendū uoluntatem. Cæterum ut sunt humanarum rerum æstuaria uices, huius familiaris clarissimæ facultates per se quidem amplissimæ, sub maioribus uehementer de-

creuerant

creuerant, partim bellorum inundationibus, partim filiabus multis summa cum dote splendide elocatis, quæ magnam opum partem secū in familias alienas attraxerāt. Quamquam autem ueræ nobilitatis minima portio est opulentia, tamen hoc quicquid est decoris, Ioannes à Paungarten non passus est suo decedere generi: sed iacturam sub progenitoribus acceptam singulari prudentia, uigilantiq; ita sarlit, ita lacunas omnes expleuit, ut nullum usquam reſset facultatum attritarum uestigium. Ne in principum quidem amicitijs parente fuit aut est inferior, apud quos ob raram ingenij dexteritatem ac singularem prudentiam, summa in gratia summoq; in precio & fuit hæcenus & est hodie, nobilibus ac popularibus tam charus ob expositam in omnes præsertim egenos liberalitatē, ut optimo iure patriæ delictum possit appellari. In expeditione Turcarum à Carolo Cæsare accitus, illi & facultatibus largiter, & cōsilijs fideliter, & opera fortiter adfuit, omnium periculorum focus, paratus & uitam patriæ ac Cæsari impendere, quū ante id temporis in hoc ipsum bellum suis impendijs Cæsari misisset x x x i i . cataphractos pulchre instructos, non numerum hercle, sed uitos è multis selectos, quorum pleriq; poterant egregios belli duces præstare. Porro fidem studium & operam quam præstitit Carolo Cæsari, eandem nunc præstat huius germano Ferdinando, cui & ipsi ob raras animi dotes cū primis charus est. Habes hominis pietatem in patriam & in principē. Nunc audi qua pietate foueat liberos suos. Quatuor habet filios, filias totidem, omnes felici indole. Dices forsitan, felicitatem hominis mihi narras, non pietatē. Sed mane, mox audies eximiam. Tanta sollicitudine, tanta sanctimonia prudentiaq; curat omnes educandos, ut non corporum modo uerum etiam animorum parens optimo iure dici possit. Nullum omnium destinauit negotiationi, aut alijs sordidioribus artibus. Ad eruditionem, ad pietatē, ad gerenda principum ac reip. splendida munia instituit omnes: ad quæ frequenter euadunt parum appositū, qui libris ac disciplinis insenuerunt: nam umbris assueti, nescio quo pacto stupeſcunt, ac ueluti glaucomate oculis oborto mentis uerginem quandam patiuntur quoties in puluerem ac solem. hoc est, ad ciuilia munia asciscuntur. Tenuera ætas domi formatur ad omnem probitatem atq; innocentiam. Adhibentur præceptores, nō de tritūto, sed exploratis moribus ac literatura non uulgari. Adoleſcentia prima statim ab ædibus paternis ablegatur in Italiam aut in Galliam: quo simul & linguis & moribus alienis assueſcant. Hæc est ingeniorum uelut insitio, qua miteſcūt ac naturam exuunt syluestrem, si quam habēt. Nihil enim fere morosius ijs, qui in patria consenuerunt, oderunt exteros, ac damnant quicquid à uenaculis ritibus diuersum est. Quibusdam permittit, ut principum aulas degustent sed electas. Neq; enim parum interest inter aulam & aulā: tametsi in omnibus aulis ut est uaria rerum experientia, ita non defunt illecebræ, quæ iuuentutem ad dulcētia quā ad salubria proniorem corripant. Verum ab his periculis nullum uitæ genus liberum est, etiam si te abdas in Cartusiam. Aduersus has Sirenes nō locus nos tutos reddit, sed pro auribus animus diligenter obturatus, non cera quemadmodum fecit Vlyſſes Homericus, sed philosophiæ præceptis. Itaq; natu maximus Ioannes parētem nomine & cognomine referens nec minus indole, primum in Gallia deinde in Italia literis haudquaquam infeliciter institutus, nunc agit in aula D. Martæ, quondam Vngariæ Reginæ, qua fœmina nihil habet hæc ætas sanctius ac prudentius. Huic proximus Georgius Iurisprudentiæ destinatus est, qui iam & in bonis literis, & in legum sapientia supra modum ætatis promouit. Tertius Antonius agit Venetiæ, uelut in theatro totius Italiæ splendidissimo, uarijs linguis expertus & omni morum elegantia perpolitus ad unguem. Daniel natu minimus, adhuc domi fingitur ad innocentiam, mox dicendus instituto, ad quod uidebitur natura compositus. Nimirum intelligit uir ingenij perspicacissimi, ad hominis felicitatem plurimum referre, ut in teneris annis ad hoc quicq; institutum applicetur, ad quod uideatur natura cōpositus. An non istuc demum est uere patrem esse? Quæ enim patres appellantur, qui nihil aliud gignant quā corpora, ac mox natorum curam omnem abiiciunt, aut si quid curant, præter corpora nihil curāt, animi quæ præcipua pars hominis est, nulla ratio. Sed his quoq; deteriores sunt, qui pueros ad honestum uitæ institutū ut à natura factos ita & animo propensos, ad illiberalia studia retrahunt. Hoc profecto nō est educare liberos, sed exponere. Ac mea quidem sententia sceleratius est ingenium exponere uitijs, quā corpus incertis casibus. Sit aliqua felicitatis pars, ex opulentis nasci, e claris & illustribus prog-

Xxx gni, sume

gni, summa tamen ac proinde rara felicitas est ex tali parente nasci qualem se praestat suis Ioannes Paungartnerus. Quid ego nunc memorem, quam pia quam uigilanti sollicitudine filias educet, qua comitate regat uxorem, qua pietate foueat optimae matris senectutem. Dicas hominem uirtuti natum, qui nusquam cessat in officio. Quid hoc uiro felicitius, si qua omnino in hac uita felicitas. Contigit antiqua maiorum nobilitas, contigerunt opes imaginibus dignae. Contigit uxor ex animi sententia, claris & ipsa maioribus; contigerunt liberi a paternis optimis moribus haudquaquam degenerantes. Ipse corpore felici, aetate in regra uirentis, sed animo cano, tot egregijs dotibus praedito, ut in ratione beatitudinis, extremum calculum occupet opes ac generis claritudo. Arces duas possidet, alteram cognomento Paungarten, quam superiorum incuria neglectam magnifice reficit, exornatque structuris. Altera cognomēto Ernbach haecenus corrupte uulgo dicta Erbach, sita est ad Danubium paulo supra Vlmā, loco amoenissimo, ditione satis ampla, cui oppidum subiacet eiusdem nominis. Felix ille populus tali domino cuius auspicijs omnia redduntur floridiora. Tanta hominis est in negocijs dexteritas, ut hunc uel unū dicas esse qui ex parua ciuitate magnam, ex obscura possit illustrem reddere. Abundat Germania magnis & excellentibus uiris, sed utinam quamplurimos haberet Paungartnero pares. Adde his, quod quae uirtus ac magna felicitas semper obnoxia soleat esse inuidiae, Paungartneri succellibus applaudunt omnes, inuidet nemo. Tanta est ingenij suauitas, tantus animi candor, tanta erga omnes homines morum comitas, ac ut Graece dicam significantius, ἡγεμονία. Quantum honorum in hoc uno uiro possidet haec natio, qui Caesaribus in negocijs civilibus praestat fidelem iuxta ac prudentem consiliarium, in rebus bellicis fortē ac proptum ducem, idēq; ἀσπίδα πατρίδος, patriae ciuem pacificum ac salutarem, domui suae commodum ac uigilantem curatorem, probitatis ac literarum amatoribus benignum Mecenatem, amicis iucundum conuictorem, egenis liberalem nutricium, aut parentem uerius. Felix Germania tali heroe. Felix ego tali amico, qui cum mihi sunt omnia communia. Hoc ius non extat quidem in Caesarum legibus, sed in gratiarū tabulis descriptum est, quo meum esse duco, quicquid est in bonis Paungartnericis. Nō quod illius fortunas uelim imminuere, quod nec animus hic postulat, nec res familiaris exigit; sed ob hoc ipsum uiuo tranquillius, quod existimem in meo esse mundo quicquid possidet syncerus amicus. Proin nunquam uidebor mihi inops aut destitutus, quandiu tales supersunt amici, non ita multi quidem illi, sed extimij, ut horū quilibet esse possit πάλαι ἀντάξιός ἐμευ. Syncero amico nulla possessio preciosior. In hac soleo praecipue conquiescere, meq; ipsum aduersus τὸ ἦν βαρβαρῶν καὶ ἰσχυρῶν consolari; sed quoniam in hoc seculo nihil est proprium aut perpetuum, consultum est iuxta Beati Pauli consilium hanc quoq; possessionem sic habere quasi non habeamus. Volubiles sunt animi mortalium, & ut tale nihil accidat, a morte nemo tutus est. Sed absit omen sinistrum. Communi patrono Archiepiscopo Toletano fac me commendes, quoties incidit oportunitas. Complures sunt anni, quod me dignatus est in amicorum numerum ascribere, & tamen ut omnes uno ore praedicant, totus adhuc in beneuolentia recēs est. Bene uale. Datū apud Friburgū Brisgoae XIII. Cal. Decēb. M. D. XXXIII. Scripsi ante paucos dies per Caesaris oratorem commendatorem quendam, uirum ut apparet candidum nostriq; studiosum, qui multa mihi praedicabat auditu iucunda de Toletani praesulis erga me perpetuo fauore.

IOANNI FABRO EPISCOPO VIENNENSI

ERASMVVS ROTERODAMVVS S. D.

ANTANE celeritate istuc usq; peruolasse rumorem, clariss. uirum Thomam Morum iure submotum a munere cancellarij, & in huius locum surrogatum alium nobilem, qui protinus liberos dimiserit, quos Morus ob contentiosa dogmata coiecerat in uincula. Homerus Ossam, Vergilius Famam toto corpore pennis ac plumis subleuant, quo declarent illa nihil esse pernicius. At mihi tarda lentaq; uidetur omnis alarum celeritas, si ad huius rumoris derepentem late diuagati uelocitate conferatur. Vix fulgur ocyus dimicat in omnem mundi partem. Quanquam autem haec fabula constanter per omnium ora uoluitabar, nec uillas e Britannia literas receperam (Nam Thomae Mori epistola, quam nunc ad te mitto, complures menses haeserat in Saxonia) tamen sciebam certo certius uanissimum esse quod factabatur.

batur. Noueram enim humanissimi principis ingenium, quanta constantia foueat amicos quos semel complexi instituit, quāq; grauate submoueat quenquam a suo fauore, etiam si quid erroris humani in illis deprehenderit. Rursus noueram Thomae Mori sinceritatem atq; in rebus maximis pariter ac minimis gerendis dexteritatem, ac nusquam conuere solitam eximiae cuiusdam prudentiae uigilantiam. Imò mihi beneuolus regis erga Morum animus magis ex eo liquebat, quod eum munere splendidissimo quidem illo, sed oneris ac periculi pleno, liberasset, quam quod tantum honoris detulerat. Quum enim illi eas clientellas detrectanti imponeret Rex, φιλόπρωτος erat, sibi suoq; regno consulebat: quum roganti adimeret, φιλόμωρος sese declarabat. Illic pietatis ac prudentiae laudem omnium applausu promeruit, qui prouinciam multo difficillimā ei commiserit, quo haud scio an sit alius in eo regno tanto oneri sustinendo magis idoneus, hic egregiam humanitatis laudem est assequutus, qui & de suo iudicio & de publicae utilitatis respectu non nihil coefferit amici precibus, tale quereptis ocium, quale a suo principe quondā impetrauit Casiodorus. Nec enim dubito quin Morus grauissimis adductus causis istam missionē a rege flagitarit. Alioquin nec hic unquam tam impudens erat futurus, ut tam cito rogarit exonerari, nec rex tam facilis, ut ob quaslibet cautiones preces illius fuerit auditurus. Non ignorabat enim totius regni statum maxima ex parte pendere ex cancellarij integritate, doctrina ac prudentia. Neque enim hic cancellarius dicitur, ut apud nonnullas nationes, secretarius; sed dignitas est regiae proxima: eoq; prodeunti a dextris gestatur sceptrum aut reū, in cuius fastigio est corona aurea imperialis, ad leuam liber: quorū altero summa sub rege potestas, altero legū prudentia designatur. Est enim totius Britannicae ditionis supremus iudex, ac regis consilijsq; regij dexter ut ita dixerim oculis, ac dextra manus. Tam arduam functionem sapientissimus princeps nequaquam credidisset inexplorato. Vix alius penitus inspexerat, aut impēsius amabat raras ac penē diuinas illius ingenij dotes. Quin ipse Cardinalis Eboracensis, uir quaecunq; fuit hominis fortuna, non stupidus, quum perspiceret nullam superesse spem reditus ad dignitatem pristinam, asseuerauit, in ea insula nullum esse tanto oneri parem praeter unum Morum. Nec hoc erat fauoris aut beneuolentiae suffragium. Cardinalis dum uiueret, Moro parum aequus erat, eum que metuebat uerius quam amabat. Nec diuersum erat populi iudicium. Itaque sicuti cum tanta totius regni gratulatione suscepit magistratum, quanta ante illum alius nemo: ita magno sapientium ac bonorum animi in eum more depoluit. Depoluit autem omnium pulcherrimum promeritis elogium, neminem antea intus illud gessisse dexterius aut maiore cum equitate. Et scis quam soleat esse querulū uulgus aduersus eos qui summum gerunt magistratum, praesertim primis annis: etiam si harum rerum tibi facile fecero fidem si summorum uirorū epistolas proferam, Regi, regno, sibi atque etiā mihi gestienti cum alacritate de suscepto honore gratulantes: rursus eorundem literas deplorantes, reipub. talem esse subductum iudicem, ac βυλφοροῦ, ut Homericō uerbo abutar. Neque uero dubito quin rex insignem aliquem uirum in Mori locum substituerit, qui mihi tamē prorsum ignotus est: uerum quod ad generis claritatem attinet, quod laudis genus Thomas Morus, ut est ingenio plane philosophico, nec affectauit unquam nec factauit, natus est Londini, in qua ciuitate multo omnium celeberrima natum & educatum esse, apud Anglos nonnulla nobilitatis pars habetur: dein ex patre neuitquam obscuro, iuris Britannici doctore, cui ordini apud Anglos summa est dignitas, & ex hoc pleraque illius insulae nobilitas fertur originem ducere. Huic ita successit filius, ut parētem per se clarum omni genere decorum obsecurarit, tametsi nemo uerius illustrat maiores suos, quam qui ad hunc obscurat modum. Omitto nunc dignitatis titulos, quibus uterq; nō ex ambito, nec empto fauore, sed spontaneo regis iudicio decoratus est. Nisi forte rebus in bello semel atque iterum strenue gestis arbitramur ueram parari nobilitatem: egregijs autem in Rempub. meritis quae pacatis temporibus consilio praestantur potius, quam armis, nihil deberi honoris. Militarem industriam quo melius habet Reipub. status hoc minus desiderat: horum uero qui doctrina, qui consilio, qui iurisprudencia excellunt, opera semper est regibus ac regnis necessaria belli iuxta ac pacis temporibus. Audimus scripturam mysticam loquentem: Per me reges regnant. Atqui ea uox non est militiae, sed sapientiae, quae praestat ne bellum oriatur, & si uitari non queat, efficit ut quam minimo Reipub. malo geratur. Felicitus autem est effuge

XXX 2 rebellum

re bellum quam fortiter gerere. Pax autem non potest esse diutina, aut si est, gignit corruptos hominum mores, nisi prudentium uirorum consilijs gubernetur. Si Torquatus illustris factus est, quod hosti Gallo torquem detraxit, clarus non erit, qui compluribus annis, æquum iudicem, fidelem consiliarium, præstitit patriæ. At multo secus uisum est principibus imperatoribus, qui a professoribus suis, legum prudentia claris summos honores detulerunt. Quin & Grammaticis, dialecticis, ac iuris professoribus qui per annos uiginti specimen eruditionis ac probitatis dedissent, eadem dignitatis insignia decreuerunt quibus ornabantur uicarij. Vicariorum autem dignitas æquabat comitum ac ducum dignitatem. Testatur hoc Codicis liber duodecimus, titulo de professoribus. At hodie non agnoscuntur pro nobilibus quibus non natiuitas sed princeps donat insignia. Non improbarem si dicant, uendit: ceterum quum principis autoritate bene meritis de Repub. decernitur honos, meo iudicio gemina est nobilitas, quum ad uirtutem omnis ueræ nobilitatis parente accedit principis autoritas: si requiritur antiquitas, magnificentius est nobilitatem promeruisse, quam à maioribus accepisse. Verum hanc laudem scio apud Morum esse leuissimi momenti, qui mauult posteris suis pietatis amorem, quam insignium honorem relinquere. Porro quod iactant de carceribus an uerum sit nescio. Illud constat, uirum natura mirrillimum nulli fuisse molestum, qui monitus uoluerit à secliarum contagio resipiscere. An isti postulant, ut summus tanti regni iudex nullos habeat carceres? Odit ille seditiosa dogmata, quibus nunc misere concutitur orbis. Hoc ille non dissimulat, nec cupit esse clam, sic additus pietati, ut si in alterutram partem aliquantulum inclinaret momentum, superstitioni quam impietati uiciniore esse uideatur. Illud tamen eximia cuiusdam clementiæ factis magnum est argumentum, quod sub illo cancellario nullus ob improbatam dogmata capitis pœnam dedit, quum in utraque Germania, Galliaque tam multi sint affecti superplicio. An non clementer odit impios, qui quum habeat ius occidendi, ita studet mederi uitijs, ut homines ipsi sint incolumes? Num illud postulant, ut regis uices gerens aduersus regis & episcoporum sententiam faueat seditiosa nouitati? Fingamus illum non prorsus abhoruisse à nouis dogmatibus, quod longe secus est: tamē aut munus quod susceperat erat deponendum, aut dissimulandum ille fauor. Postremo ut omittamus hic contentionem de dogmatibus, quis nescit, quam multi leues ac seditiosi sub hac umbra parati sint ad omnium scelerum licentiam, nisi gliscentem temeritatem cohibeat magistratuum seueritas? Et indignantur hoc à summo regni iudice factum in Angliā, quod in ciuibus que religio nem inuouarunt, interdum facere cogitur senatus? Quod ni factum esset, iam dudum pœuodoeuangelici in cellas & in serenia diuitum irrupissent, & papista fuisset quisquis haberet aliquid. At plurimorum tanta est audacia, tam effrenis malicia ut ipsi quoque qui nouorum dogmatum sunt autores ac propugnatores, acriter in istos stringant calamum. Et supremum Angliæ iudicem uolebant conuicere, donec impune talis colluuius inundaret in regnum, & opibus & ingenijs, & religione cum primis florens. Fieri potest ut uerum sit & illud, in gratiam noui cancellarij quosdam dimissos e carceribus, uel innoxios, uel ob leuiora crimina uinctos, quod ad conciliandum multitudinis fauorem, in primo regum aduentu fieri solet. Idem opinor factum & Moro suscipiente magistratum. Sed quid agunt isti Triptolemi, qui tales serunt fabulas? An ut persuadeant, seclis ac secliarum fautoribus præsidium esse paratum apud Anglos? Atqui ex multorum haudquaquam leuium uirorum ad me literis liquet, Regem aliquanto minus æquum esse nouis dogmatibus, quam episcopos aut sacerdotes. Nemo pius non optat ecclesiæ mores emendatos: at nemo prudens existimat recipendam rerum omnium confusionem. Quum accepissem, Thomam Morum ad summam euectum dignitatem, quoniam mihi uidebar ingenium illius ex diutina consuetudine aliqua ex parte perspectum habere, scripsi me publice regi regnoque gratulari, priuatim ipsi nequaquam. Nunc autem ex animo gratulor, cui cum summa principis gratia, cum totius gentis honorificentissimo testimonio mature contigerit à negotiorum ciuiliu labyrinthis explicari, quod nec Scipioni Africano, nec Magno Pompeio, nec M. Tullio datum est. Optauit Octauius Augustus imperij sarcinam deponere, non licuit. Nunc integra etiamnum ætate Thomas Morus hoc uitæ genus adeptus est cum dignitate, ad quod ab adolescentia semper fuit propensus, ut cum suis, est enim φιλόσοφος ut si quis alius, libere salubribus studijs ac pietati uacaret. Extruxit ad flumen Thamysim haud

haud procul ab urbe Londino, prætorium nec sordidum, nec ad inuidiam usque magnificentum, commodum tamen: illic agit cum intimo sodalicio, uxore, filio & nuru, tribus filiabus & totidem generis, unam nepotibus iam undecim. Vidit fauente Christo natos natorem, uisurus & qui nascentur ab illis. Quum enim nemo sit inter illos non florente ætate, probabile est numerosam sobolem prouenturam. Quin ipse quoque possit adhuc esse multorum liberorum parens, nisi uxor iam pridem per ætatem parere desisset, quam duxit uiduam, nec ex hac ullos sustulit liberos. Nam quos habet, ex priore suscepit, quam etiamnum puellam amisit cum aliquot liberis. Hanc tamen licet sterilem, licet ætate prouectam, non aliter amat fouetque, quam si puella esset annorum quindecim. Vix alius uisus liberorum amantior, neque ille nescit discrimen inter anum et puellam: sed ea est ingenij comoditas, imò ut melius dicam, ea est pietas ac prudentia, ut quicquid obuenerit quod corrigi non possit, sic adamat, quasi nihil felicius potuisset obtingere. Dicas apud illum esse alteram Platonis academiam: sed contumeliam facio domui illius quum eam Platonis academiam confero, in qua disputabatur de numeris ac figuris geometricis, interdum de uirtutibus moralibus: hanc domum rectius dixeris scholam & gymnasium Christianæ religionis. Nullus ac nulla illic est, non uacans liberalibus disciplinis frugiferaque lectioni, tamen præcipua primaque pietatis cura est. Nulla illuc rixa, nullum petulantius uerbum auditur, nemo conspicitur ociosus. Ac tantam familiæ disciplinam uir ille non supercilio iurgijs ue uetur, sed comitate ac beneuolentia. In officio sunt omnes, sed adest alacritas, nec deest sobria hilaritas. In templo uici extruxit sibi suisque commune sepulchrū, in quod transtulit ossa prioris uxoris, usque adeo illi non placet ullum diuortium. paries habet tabulam restem fortunæ atque instituti illius, quam famulus meus ad uerbum descripsit. Exemplar cum his literis accipies. Video me fuisse loquaciorem, sed fabulari iuuat de amico apud amicum. Quod assidue concionando ad populum agis uerum episcopū, bonis omnibus uehementer placet. Istud exemplum utinam multos excitet imitatores. Quæ scribis de regis Ferdinandi negocijs mihi fuere gratissima: ex his procerijs bonam in spem uocor, ut te ut optimi sanctissimique principis uirtutibus aliquando fortuna respondeat. Vale.

THOMAS MORVS BRASMO ROTERODAMO S. D.

VAM rem ad hunc usque diem à puero penè semper optauit Desideri contigisse mihi, nempe ut publicarum rerum negotijs liberatus aliquid olim temporis uiuere deo duntaxat ac mihi metipsi possem: id nunc tandem Erasmus dei opt. max. benignitate ac principis indulgentissimi beneficio, consequutus sum. Ceterum non ita tamen sum consequutus, ut uolui. Fuera enim in uotis ut ultimum illum uitæ colophonem, quicquid annorum fueram habiturus, in fractum, uegetumque, morbo saltem & cruciatu liberum (quoad per ætatem liceret) obtinerem. Nunc uero an eius uoti, nimium fortassis improbi, compos aliquando sum futurus deo in manu est. Sed interim pectus mihi occupauit nescio quid morbi: cuius non tam sensu & dolore crucior, quam euentus metu, ac timore formido. Nam quum aliquot menses eodem tenore semper infestaret, conuicta medicis respondens, moram longam in morbis esse periculosam, & citram huius ægebat curam esse non posse, tempore tenui, ut ita pharimacis, quæ medicandū: neque firmam medendi præsumebant, neque saltem talem certam possidebant tamen. Hæc ergo igitur mecum uersans animo, quum aut deponendū mihi magistratum uiderem, aut operam meam in eo gerendo claudicaturam, quædo negotia quæ res poscebat obiri per me non possent, nisi mortem ipse obire periclitarer, qua si defungerer, uel sic omnino cum uita simul relinquendum fuit officium, decreui mecum tandem altero potius quam utroque carere. Quamobrem ut & publicis rebus pariter & meæ salutis consulere, à clarissimi principis & optimi benignitate supplex impetraui, ut magistratu isto quo me (quod tute scis) regni totius amplissimo incredibilis eius in me fauor tam longe supra meritum quam supra spem ac uotum omne meum honorauerat, nunc sub eius pondere fatiscentem dignaretur eius pietas exonerare. Superos igitur uniuersos precor ut & istos indulgentissimos in me clarissimi regis adfectus Deus, qui solus potest, digna repenset gratia: & mihi quicquid temporis reliquum daturus est, ne periners atque

esse quæ legunt, sed quia cupiant. Sed isti hominum generi, quibus malos esse libido est, nulla unquam ratione satisfeceris. Mibi studio est pro mea uirili ijs præsidio esse, qui non sua sponte desciscunt à uero, sed uersutorum hominū fallacijs abducuntur. Vale
 Erasme ~~habetur in~~. Ex actibus nostris Chelcheicis. Anno do-
 mini M. D. XXXII. decimo quarto mensis Iunij.

TABVLA AFFIXA AD SEPVLCHRVM

Thomæ Mori.

T H O M A S Morus urbe Londinensi, familia nō celebri sed honesta natus, in literis utcumq; uersatus, quum & causas aliquot annos iuuenis egisset in foro, & in urbe sua pro Shyreno ius dixisset, ab inuidijs. Rege Henrico octa- uo (cui uni regum omnium gloria prius inaudita contigit, ut fidei defensor, qualem & gladio se & calamo uere præstitit, merito uocaretur) adscitus in aulam est; delectusq; in consiliū, & creatus eques, pro quaestor primum, post Cancellarius Lancastræ, tandem Angliæ miro principis fauore factus est. Sed interim in publico regni senatu lectus est orator populi: præterea legatus Regis nonnunquam fuit, alias alibi: postremo uero Cameraci comes et collega in eum principi legationis Cuthberto Tunstallo, tum Londinensi mox Dunelmensi episcopo, quo uiro uix habet orbis hodie quicq; eruditius, prudentius, melius. Ibi inter summos orbis Christiani monarchas rursus re- lecta fœdera redditaq; mūdo diu desideratā pacē, & lætissimus uidit, & legatus interfuit. Quam superi pacem firment faxintq; perennem.

In hoc officiorum uel honorum cursu quum ita uersaretur, ut neq; princeps optimus ope- ram eius improbare, neq; nobilibus esset inuisus, nec iniucūdus populo, furibus autem, homicidijs, hæreticisq; molestus, pater eius tandem Ioannes Morus eques, & in eum iudi- cum ordinem à principe cooptatus qui regius confessus uocatur, homo ciuilis, suauis, in- nocens, mitis, misericors, æquus & integer, annis quidem grauis sed corpore plusquam pro ætate uiuido postquam eō productam sibi uitam uidit, ut filium uideret Angliæ Can- cellarium, satis in terra iam se moratur ratus libens emigravit in cœlum. At filius defun- cto patre, cui quam diu supererat cōparatus, & iuuenis uocari consueuerat, et ipse quoq; sibi uidebatur, amissum iam patrem requirens, & editos ex se liberos quatuor ac nepotes undecim respiciens, apud animum suum cœpit peruenescere. Auxit hunc affectum animi subsecuta statim uelut adpetentis senij signum pectoris ualetudo deterior. Itaq; mortali- um harum rerum satur, quam rem à puero pene semper optauerat, ut ultimos aliquot ui- tæ suæ annos obtineret liberos, quibus huius uitæ negotijs paulatim se subducens futu- ræ posset immortalitatem meditari, eam rem tandem (si cœptis annuat Deus) indulgen- tissimi principis incomparabili beneficio resignatis honoribus impetrauit; hoc sepul- chrum sibi, quod mortis eum nunquam cessantis adrepere quotidie commune faceret, translatis huc prioris uxoris ossibus, extruendum curauit. Quod ne superstes frustra sibi fecerit, neue ingrumentem trepidus mortem horreat, sed desiderio Christi libens oppetat, mortemq; ut sibi non omnino mortem sed ianuam uitæ felicioris inueniat, precibus eum- dem pater optime spirantem precor defunctumq; prosequere.

EPITAPHIUM INIBI FIXVM

Chara Thomæ tacet hic Iohanna uxorcula Mori,

Qui tumulum Aliciæ hunc destitit; quicq; mihi,

Vna mihi dedit hoc coniuncta uiuentibus annis,

Me uocet ut puer & trina puella patrem.

Altera priuignis (quæ gloria rara noueræ est)

Tam pia quam gnatis uix fuit ulla suis.

Altera sic mecum uixit, sic altera uiuit,

Charior incertum est hæc sit, an hæc fuerit.

O simul o iuncti poteramus uiuere nos tres

Quam bene, si fatum religioq; sinant.

At societ tumulus, societ nos obsecro cœlesti,

Sic mors, non potuit quod dare uita, dabit.

EPITAPHII FINIS.

Xxx 4

Nam si quid interdum aliquos, qui neq; mali sunt, nec indocti, commoueat, in quo fortasse tractando aliter abs te temperatum stilo uoluissent, quid magnæ rei est? quum id non modo nulli unquam scriptori non acciderit, sed nec ipsi quidem dum notarēt tua, sic potuerint tamen temperare sibi, ut non idem uitij & illustrius quàm ut ex ipsorum honore sit, & frequentius quàm pro libelli cuiuscq; modo contigerit. Qua in re tanto difficilius ueniam merentur illi, quod ignorare non possunt, quàm ingenuè fateris ipse quædā te tra- ctasse sic, priusquam hæreses istæ pestilentes orirentur, quæ iam passim grassantes pessun- dant omnia, ut si diuinare potuisses talis religionis hostes, ac proditores aliquando pro- dituros esse, mitius ac dilucidius eadē fueris propositurus: quæ ut tū proponeres fortius, diuersa quorundā uitia, quæ pro uirtutib; amplectebantur, extimulabant. Quæ animum qui uelit tibi uitio uertere, is haud dubie sudabit satis, priusq; satis inueniat, qua ratione possit potissimum quemq; ex antiquis ecclesiæ doctoribus excusare. ego certo non dubito si nostrū hoc seculum sic uidissent, ut uiderunt suū, nōnulla suis quemq; tēporibus fuisse & cautius & explanatius enarraturos: quod quia non fecerunt, propterea quod dum presentibus medebantur malis futura non ueniebant in mentem, idem nimirum illis accidit, quod isti nunc calumniantur in te: nempe ut postea succrescentes hæretici quædam sese iactent ab illorum scriptis hausisse: quæ res tibi non cum sanctissimis solum patribus illis, & orthodoxæ fidei uetustissimis præsidibus, sed cum ipsis etiam Apostolis & Euangelistis est, atq; ipso etiam seruatore nostro communis: ut ex quorum uerbis ma- xime, imò propemodum solis hæretici omnes dogmata sua falsissima conantur stabilire.

De illo quem mihi literarum gratia non etiam religionis commendaueras perquam cir- cumspecte sane ac ciuilliter, per amicos quosdam admonitus sum, ut caueam ne mihi subli- natur os: id profecto quoad fieri per me poterit, curabitur. Neq; enim nescio quātum sic periculi, nouas istas errorum sectas admittere, quæ tametsi sedulo semper hæcenus apud nos & præsulum cura et principis autoritate cohibeantur, mirum tamen quibus primum technis irrepere, deinde quanta cum peruicacia nituntur irrumperere: neq; cessant unus & alter è nostris, male uertendo scripturas & deterius interpretando, omne genus hæreseos è Belgica (quo se uelut in portum aliquem receperunt) in hoc regnum libris nostro sermo- ne conscriptis mittere. Quorum ipsi sic pleriq; respondimus, ut non ualde cuiquam me- ruiam, qui utrunq; perlegerit: nisi quod quidam & noua per leuitatem, & perniciofa per malitiam ita libenter & cum fauore perlegunt, ut non ideo assentiant, quia uera credant esse quæ

THOMAS MORVS ERASMO ROT.

IN AS abs te literas accepi, alteras Friburgi datas VI. Februarij proximi, alteras hic Quirinus attulit, qui prater literas impartiuit alia, quae in regionibus istis acta digna cognitu sunt, quae quod me scire uoluisti, magnas tibi gratias ago. De rebus tuis omnia potes e Quirino cognoscere: qui mihi uidetur & probus esse & diligens. Gaudeo tua causa, & quoniam te amo, etiam mea, praesentem Cantuarum praesulem non minorem erga te amorem praese ferre, quam praestitit olim Vuarramus, quo non alius uixit tui amantior: qui si uisus est in sine ad dandum se gnior, ipsa res indicat impares facultates non imparem animum fuisse in causa. nam mortuus est supra quam quisquam credat pauper, nisi quod non defuit unde dissolueretur debita; neque ita multum debuit, sed post impensa iusta funeri, non admodum multum superfuit. Dunelmensem haud dubie uehementer exhaurit hoc bellum, aut incursiones potius quae sunt habitae nobis cum Scotis: nam eius ditio Scotis est contermina tam procul a nobis, ut ego tam raro ferere ab illo iam audiam quam abs te. Rumor hic erat N. hic fuisse cum Melanchthone una seruatum per nescio quos diu clanculum, post furtim discessit: sed is rumor paulatim euanuit, & res reperta est falsissima. Rex uidetur aduersus haereticos acrior quam Episcopi ipsi, Tyndalus haereticus nostras, qui & nusquam & ubique exulat, scripsit huc nuper Melanchthonem esse apud Regem Galliae: semel collocutum cum eo, qui illum uidisset exceptum Parisijs, comitatu C. L. equorum, addebat se timere Tyndalum, ne si Gallia per illum reciperet uerbum dei, confirmaretur in fide Eucharistiae contra uicifiam sectam. Quam sollicite isti tractant hoc negotium, tanquam illis delegasset deus instituentium & rudimentis fidei imbuendum orbem? Quod in epistola priore scribis, dubitasse te epistolam meam aedere, quum tamen essent causae quibus aeditam cuperes, non est mihi Erasme quod dubites: locutulei quidam apud nos spargere coeperant, me quanquam dissimularem, inuitum tamen esse magistratu abdicatum. At ego quum sepulchrum mihi faciendum curassem, non dubitavi rem, ut erat, Epitaphio testari, ut contra si quis posset redargueret. Hoc illi simul ut describerant, quum uelut uanum non possent, ut gloriosulum inessebant. Sed ego hoc malebam, quam ut alterum illud persuaderi sinerem: non mea certe causa, cui quid dicant homines, modo probet deus, non multum pensi habeo: sed quoniam in fidei causa libellos aliquot aduersus quosdam nostros contentiosorum dogmatum propugnatores lingua nostrate scripseram, arbitrabar oportere me integritatem nominis mei defendere. & ne nescias quam gloriose scripserim, Epitaphium meum accipies: in quo uidebis quam conscientiae fiducia nihil illis blandior, quo minus de me praedicent quod libet. Expectaui iam syndici tempus a gesto ac deposito magistratu, nec adhuc quisquam prodijt qui de mea integritate quereretur. Aut tam innocens fui, aut tam cautus saltem, ut aemulis meis necesse sit, si me altero nolint, altero saltem sinant gloriari. Sed de hoc negotio Rex ipse quum alias, tum priuatim saepe, tum bis publice pronunciauit. Nam supra quam meus pudor pati potest ut recenscam, per os ducis illustrissimi, ducis inquam Norfolkiae magni thesaurarij Angliae, quum successor meus homo in primis egregius collocaretur in loco, honorifice iussit de me testatum reddere, quod agre ad preces meas me dimiserit: nec eo singularis erga me bonitas regis contenta, reuocari fecit idem denuo multo post in sua praesentia in solenni conuentu magnatum ac populis, per os successoris mei, in oratione, quam ex more primam habuit in senatu, quem senatum (ut scis) nos perleamentum uocamus. Igitur si tibi ita uidebitur, nihil est quod dubites quo minus aedas epistolam. Quod in Epitaphio profiteor haereticis me fuisse molestum, hoc ambitiose feci. Nam omnino sic illud hominum genus odit, ut illis ni respiscant tam inuisus esse uelim quam cui maxime, quippe quos indies magis ac magis experior tales, ut mundo ab illis uehementer metuam. Illi de quo scribis (obsequar tuo consilio) nihil omnino rescribam, quanquam longam epistolam iam diu paratam habeam: nec ob id contineo, quod quicquam pensi habeam quid ille aut omnes eius complices uel sentiant uel scribant de me, sed quod nolim onerare me necessitate rescribendi externis, quum cura propiore tanquam respondendi domesticis. ~~Tamen Erasmi scribitur in Epitaphio meo~~ rure nostro Chellico.

ERASMVVS ROT. IVSTO DECIO REGIS POLONIAE
SECRETARIO S. D.

AM olim sum tibi multis obstrictus nominibus. Iuste charissime, sed tu indies accumulandis officijs me tibi reddis deuinctiorem: in quibus illud scito mihi summopere gratum esse, quod me de ijs quae in Polonia publice priuatimque geruntur tam accurate facis certior, quodque tua cura & amicorum ad me, & mea ad amicos litera tuto perueniunt, quum simus tam uasto terrarum spacio disuncti. Grauem hoc biennio amicorum iacturam passus sumus, praecipue Guillelmi Vuarami Archiepiscopi Cantuariensis, qui mihi unus multorum instar erat. Quo uidelicet auidius fruimur ijs qui superfunt. Adnitendum etiam ut haec iacturam ueterum, accessione nouorum sarciamus. Quam ad rem magis idoneum ne optare quidem poteris, quam tu te tuapte sponte praestas. Fuit aliquoties animus admonere te quiddam, sed quoniam uidebatur illiberalius, haec tenens uisum est dissimulare. Nunc uero quoniam indies crescit hominum impudentia, cogor admonere praecipuos amicos, ne sibi diutius patiantur imponi. Scis hoc seculo per omnes terras uolitare ~~maiores~~ quosdam ne dicam ~~maiores~~, leberide nudiore, sed quibus nihil dulcius ocio et cibo alieno. Hanc si superis placet appellat libertate. Ex horum numero sunt qui nouum comenti aucupium, uel ex scriptis meis, uel ex aliorum sermone perdiscunt, quos, quibus locis habeam amicos non frigidus. Per hos obambulatur, iactantes se famulos ac discipulos Erasmi, atque adeo si diuis placet acerrimos mei nominis defensores, paratos pro Erasmo non tantum ~~uonoua~~ uerum etiam ~~epistolam~~. Affingunt de me quae credunt fore iucunda amicorum auribus. Erasimum pancratice ualere, cudere diuinas lucubraciones, Quid multis plane tritum phare. Interim suauiter accipiuntur aliquot diebus, interdum & mensibus, nec absque uatico dimittuntur. Quotquot enim huius artificij sunt, quocumque ueniunt, ueniunt a latronibus spoliati. Sed facilius est, quod nonnulli quaestum hunc uentur ab ijs quos existimant Erasmo male uelle. Apud quos mira narrat, alij Erasmi equo delapsum fregisse ceruicem, alij decubere morbo immedicabili, alij sepultum esse: ac ne quis dubitet, addunt locum, annum, mensem, diem & horam. Postremo seiplos adfuisse sepulturae, ac tumulum calcasse pede. Nec defuerunt qui spargerent, Erasmi una cum Oecolampadio caelum uirgis, eiecit Basilea. Et his iustitionibus a suo applauditur theatro. Quibus res ipsa uanitate illorum redarguerit, tamen non pudet subinde similia confingere. Oportet enim insigniter perfricuisse frontem, qui tales agunt fabulas. At periculum est, ne per hos fiat, ut ne tum quidem credat uita defunctus, quum reuera diem obiero supremum, qui profecto longius abesse non potest, tum seni ualitudinario, tum tot laboribus ac molestijs exercito. Verum horum me miseret, quibus nihil aliud precor quam mentem meliorem dari. Ad Encomiastas meos redeo, quorum technae dissimulari poterant, nisi quidam nimis impudenter emungerent amicos, summas non mediocres a diuitibus ac principibus extorquentes, ut per illos obstrictus fiam, cogarque gratias agere eorum nomine, quos aut non noui, aut tales noui, ut nulla re bona dignos existimem. Ante annos tam ferme de Basilea iuuenis quidam in pugna deprehensus, quia ad inelamam pacem gladium noluerit recondere, quod ibi crimen est tantum non capitale, coiectus erat in carcerem, mihi ne de facie quidem notus. Suspicio aliquando fuisse ex operis typographicis. Ab amicis perpulsum sum, ut per regis Angliae legatum qui tum forte a derat, uirum eximie candidum, impetrarem illi ueniam. Pridie orator honoris gratia nos inuiserat, quod accepisset me super occupationes non satis firma esse ualitudine. Et tamen apud me tantum ualuit quorundam efflagitatio, ut ob nihil in uogone prodire ad legatum regium, ipse legatus perditum nebulonis. Vespero conuenit legatum occupatissimum, exposui rem paucis, postridie liberatus est ille bellator. Hoc beneficium mihi magno aestimauit senatus, coactusque sum illi pro eo gratias accurate agere. Expectas hic ut dimissus ille mihi gratias egerit? Eodem die quo fuerat dimissus, in aedibus typographi uino illius temulentus, lingua sic debacchatus est in Erasimum, ut nudato gladio minaretur necem si adessem. Postridie rogatus an illa dixisset ex animo, excusauit ebrietatem, efficax apologia apud hoc tribunal. Hunc ut suspicio stomachum conceperat in me, quod illi uideretur parum fauere Euangelio, quod tum illi haud scio ubi sepultum refoderant. Haec tum temporis me clam omnia. Discessit ille me in salutato, peruenit Constantiam, ille apud Botzemum, amicum unice candidum, iactauit se famulum meum.

et à me summa cum gratia dimissum proficisci nescio quò. Acceptus est aliquot dierum hebdomadas humanissime, nec absque xenio dimissus. Id post casu ex Botzemi narratione cognoui. ~~Id est, quod Botzemi narratione cognoui.~~ Alterum scio tibi notum esse, frequenter enim adijt Poloniam. Istic apud potentes ac liberales *Ὀλιγαρχίας* prædicabat se famulum Erasmi, ab eo missum ut omnes saluaret amicos, quò Basileæ uix mihi de facie notus esset, adeoque me uenerabatur ut nunquam obuito dignatus sit aperire caput. Hac tamen arte corrasit ut reos non paucos, ut iam in ocio degat *μάλ᾽ ἐναγγελικῶς*, mihi nihilo æquior, quàm si à me spoliatus esset suis facultatibus. Alius quidam adijt me, nunquam antea uisum, nec uisus ipse. Redibat Roma, repetens Brugas, ubi uixerat. Nec dissimulabat se fuisse Franciscanum, quum id non percontarer. Quum uiderem male cultum, rogabam unde suppeteret uaticum. At ingenue, mendicato uiuere sese. Quum uix crederem, esse tantam hominum liberalitatem, addebat sese in Germania simulasse, Erasmus esse sibi dominum. Demiranti meum nomen tam esse gratiosum apud Germanos, respondit, omnes libenter dedisse famulo Erasmi, præter duos sacerdotes in oppido Loffenburg, qui dederunt quidem, sed obmurmurantes quod Erasmi faceret mentionem, Ibi certe sanctius illi fuit nomen Erasmi quàm Francisci. Quid ipse fecerim rogas? Quid aliud? Risi simplicem hominis impudentiam, & pro honore mihi habito, dedi nummos aliquot in uaticum. Quidam habent orationem meditatam, quam edidicerunt, ea uerbis aliquot immutatis utuntur apud multos. Si non recipiuntur ad colloquium, mittunt scriptum. Rogati unde & quò, alijs alia respondent, utcumque commodum est ad extorquendum aliquid. Nonnulli quoniam metuntur ne à famulis submoueantur à congressu, nisi ab amicis adferant literas, metiuntur se habere, sed eius esse generis, ut de manu in manum sint reddendæ. Vbi data est alloquendi copia, summa orationis hæc est, cupiunt saltim consilio adiuuari. Ad quid? ut absolua professionem meam. Quid obstat? Deest uaticum. Quæ necessitas adigit ad istam legationem? Ut uiderem doctos, & te in primis. Quo consilio putas parandum uaticum? Si tu dederis. Expeditum consilium. At istuc est auxilium petere non consilium. Alij respondent, se querere conditionem. Quam? Vis famulari cupiam, aut in typographorum officinis operari? Nequaquam. Quid igitur? Cupio uacare literis. Quibus? Bonis. Pudet enim fateri, se nouorum dogmatum amore teneri. Sed ad studia suppetit uaticum? Nequaquam. Quid igitur sperat? Si quis suppeditet. Homines suaves. Ab ignotis atque etiam diuersæ religionis hominibus postulant, ut in ocio uiuant suo arbitratu suoque commodo. Hæc scio tibi uideri ridicula, nugæque, sed hæc nugæ seria ducunt. Si magistratus perpenderet quàm non expediat reip. iuuenes ocio assuescere, ac mundum paulatim impleri curiosis & ignauis erroribus, mature studerent occurrere periculo. Iam eadem discunt pueri, sub umbra scholæ medicantes, nec aliud quàm ludentes. Si inuidentur ut inseruiant alicui, recusant, ut discant scribere quo lucentur aliquid, nolunt. Adeo dulce est illud miserum ac sordidum ocium. Quid porro fiet de talibus posteaquam adoleuerit ætas? Nesciunt literas, oderunt religionem, nullam artem didicerunt. Quid nisi ut procurrât in bellum, & sub militia titulo discant latrocinium. Germania gignit ingenia neutiquam infelicia, si accederet à teneris annis recta institutio. Sed his peiores sunt, qui quum & ætate sint prouecti, & literas sciât, & sacris sine onusti, tamen ociosi uagantur militari specie, impudenter abutentes non meo tantum, sed magnorum regum ac principum titulo, quum nulli prorsus inseruiant, nisi Como & huius uxori Methæ, non aliter quàm gulæ uentricique sint nati. Horum stratagemata nunc non refero. Est enim *ἐλαφὴς ὑπερημία*. Tantum admoneo, ut & ipse à talibus caueas, & amicos ut caueant admoneras. Quomodo cauebo inquires? Si nihil illorum fabulis credas, nisi literas à nobis attulerint mea manu notatas, in quibus nominatim commendentur. Dicet se incurrisse in latrones, omnibus exutos bonis, ademptis etiam epistolis, nolli credere. Fucum tu pro tua prudentia uel ex ipso uultu deprehendes. Quamquam ne epistolis quidem facile fidem habeas. Senæ discipulum habui Archiepiscopum titulo S. Andreae, Iacobi Scotiae Regis nothum, dexterrimo ingenio iuuenem probæque indolis. Is in marginibus codicis quem nunc uideram sic effinxerat manum meam, ut mihi plane fuerit imposturus, nisi certissem eum codicem nunc à me lectum aut usum. Urgebat ille dicens me fuisse oblitum, alioqui unde

unde inquit, hæc manus tua? Agnosco inquam manum, sed librum nec hunc nec hunc similem unquam antehac uidi. Tandem ridens falsus est artificium suum. Addam his unam historiola, nec te pluribus onerabo. Christophorus Longolius uir in literis magis, futurus maximus, si fata dedissent longius æuum, ante annos ferme duo decim nos Louanij inuicem, repetiturus Italiam. Post unum atque alterum conuiuium petijt solitarium colloquium. Datum est. Rogauit eequem nossem Syluium? Respondi me legisse carmina cuiusdam Ambrosiani, Mouit caput, præterea Franciscum Syluium Louanij uideram. Vterque, inquit Longolius, uetulus est, hic de quo percontor septemdecim aut octo decim annorum erat. Quum uideret me non alium nosse Syluium, exponit rem planè iocularis audaciæ, ut ait Comicus. Venerat Romam adolescens, qui se ficto ut suspicor nomine Syluium appellabat, elapsus ut aiebat Longolius, e contubernio Benedictinorum. Acceperat mihi arduissimam esse necessitudinem cum Paulo Bombasio, quo neminè Italum expertus sum ingenio candidiore. Senferat Leonis Decimi propensum in me fauorem, quo utinam fuissem dexterius usus. Hic Syluius confingit duas epistolas tanquam à me scriptas in ipsius commendationem, alteram ad Bombasium, alteram ad Leonem. Bombasio facile imposuit, homini minime suspicioso, tibi mihi sic amico, ut si quis uel salutem attulisset ab Erasmo, fuerit toto pectore complexurus. Illud generosæ cuiusdam audaciæ fuit, quod sibi tam impudentis fuci conscius, non ueritus est adire principem totius orbis maximum Leonem pontificem. Habeo inquit, epistolam ab Erasmo, admissus est, reddit confictas literas. Quis suspicaretur iuueni tam audax facinus in mentem uenire potuisset? Leo pro sua humanitate complexus est hominem, & utroque brachio subleuauit procumbentem omnia pollicentis. Tantum ualuit Erasmi ficta commendatio. Quum autem Syluius moraretur redire ad summum pontificem, ipse Leo sua sponte rogauit, ubi esset ille inuenis ab Erasmo commendatus. Is autem febre correptus in itinere periijt priusquam ad pontificem perueniret, quum agebat Ostiæ. Sic interrupta est fabula, alioqui multos actus habitura. Si qua similis aus deuolarit in uestram Poloniam, fac amicos admoneas, præsertim candidos ac munificos, nominatim R. D. Petrum Episcopum Cracouiensem, Andream Critium Episcopum Plocensem, Ioannem Dantiscum Episcopum Culmensem, Erasmus Abbatem Clarae tumbræ, Ioannem Lascanum prepositum Gnensensem, Seuerinum Bonerum, Antoninum Medicum, & si qui sunt alij qui nos impense diligunt. Non quod obstem quo minus illi suas ope in quos uoluerint erogent, sed quod amicis nolim imponi mei nominis lenocinio, nec me his falsis nominibus obligari. Te cum omnibus tibi charis opto quæ prosperrime ualere. Datum Friburgi Brisgoiæ Cal. Nouembr. Anno M D XXXIII

CLARISS. VIRO D. IULIO PFLUG SERENISSIMI
GEORGII DVCIS A CONSILIIS.

LITERAS tuas ornatissime Iuli semper desidero, ueniunt enim mihi multo gratissimæ. Scribendi tamen officium nunquam abs te requiro, qui sciam istam humanitatem tuam nusquam in officio cessare posse. De synodi decretis factus sum aliorum literis certior. Bene habet, si consolatum est, nunc superest, ut *τὸν συνάλω* nobis propiciemus. At non nihil uereor, ne *ἡ ἐπιπέλας* faciat quod remiges solent, qui cum aliò spectent, aliò nauim impellunt. Sed quando hæc ut ait Homerus, *ἡ δὲ ὕβρις ἔστιν ἡ νόστιμα* sita sunt, nobis nihil restat nisi ut precemur lætum exitum. Epistolam meam lætandum tuarum buccinatricem, quam dicas non satis intelligo. Nec tamen est mi Iuli quur eo nomine gratias agas. Scitum est illud Euripidis ni fallor, cui quum quidam dixisset, ego te ubique & apud omnes magnopere prædico, & ego inquit illud tibi præstiti, ut uera prædicares. Retulit laudatori gratiam, qui se præbuit laudibus dignum. Vale. Datum Friburgi decimo Calend. Septembr. Anno millelimo quingentesimo trigesimo secundo.

GENEROSISS. ADOLESCENTI D. PETRO A CASTELLO
DES. ERASMVVS ROT. S. D.

VOD non statim pro tuis lautissimis mi Petre Xenijs. sed lautioribus litteris gratias egi, si forte miraris, tum temporis gemino grauabar incommodo. Nam ad pituitam que me per moleste discruciat, accessit noua laborum sarcina que uel sola uegetum & integrum requireret ingenium. Nam Adagiorum opus mihi *αὐτῶν* parturiendum erat. Qui quidem labor me iam Apophthegmatum rhapsodia delassatum excepit. Sic datur Erasmo respirare. Hæc itaq; mihi deuoranda sunt, posteaq; memet huic ascripsi glebæ. Nunc igitur quando paulo commodior esse cepit ualetudo, & minus urget laborum sarcina, epistolam illam mi Castellane tuam quam perpetuæ tuæ erga me fidei beneuolentiæq; uelut oblidem esse uoluisti, lubens relegi, non ob id tantum quod mihi non secus atq; in speculo representat, raram quandam ac penè dixerim fatalem tuam in me pietatem, uerum etiam quod Græcarum uocum emblematis picturata testatur te pari studio utranq; literaturam amplecti. Quo sanè nomine mihi uideris egregie fortunatus, cui florentibus annis *πρωτὶ τοῦ ἔρωτος* deus immiserit, ut tibi dulcius sit in Musarum uiretis obambulare, quam conuiujs aleæ uel bonas horas perdere male. Colloquitorum opus parum auspiciatis auius genioq; sinistro natū uideri poterat, nisi mihi te ut scribis multosq; tui similes concillasset. Posteaq; enim iuxta prouerbum, omnibus placere ne Ioui quidem satis concessum est, non mediocriter solatium est, aliquid candidorum hominum emeruisse calculum. Sed utinam eiusmodi sit argumētum illud, ut quod sicuti scribis, arrisit puero, perpetuo probari mereatur. Veniet enim tempus, quum tu quoq; forsitan diciturus es, non eadem est ætas, non mens. Quid in Colloquijs uideris nescio, forsitan amor oculis tuis fecit præstigium, cui frequenter ut ait Siculus ille *τὸ καλὸν καλὰ πείθει*. De nostro cōgressu non est quod uel mihi gratias agas, uel tibi gratuleris. Nec enim Erasum, sed Erasmi umbram uidisti. Quid enim aliud est *γέρας* auius, nisi *σκιά* ἢ *ὄναρ*. Verum si tātus est amor in me tuus ornatissime iuuenis, ut iuuet etiam cum umbra colloqui, istius quidem uoluptatis scito tibi paratam fore copiam, quoties erit cōmodum. Quod si quando possis istam si non tragicam, certe splendidam personam quam tibi fortuna imposuit, deponere, et uno Claudio Alberico uelut Achate comitatus ad pulum simul lacerandum uenire familiaritèr, aut etiam inuocatus si libet, obrepere, quemadmodum Nasica solet Ennio, iuuaret interdum tali contubernio repubescere. De perdicibus iam iterum missis habeo gratiam, nec illibenter debeo pro tuo in me studio. Nolim tamen te posthac eadem teneri sollicitudine, quando quidem corpusculum hoc propè iam aridum est, quàm est *σῦφαρ*. Vix iam fert istarum auium esum. Itaq; tum pro dono meditar distichon.

Lauta mihi Petre mittis edulia, sed stomachus deest.

Vis mage quod placeat mittere, mitte famem.

Demiror autem quur Apophthegmatum opus octo iustis uoluminibus absolutum libellum appellandum putaris, nisi quod arbitror hoc tibi dictum *Ὀλιγὸς καὶ ἑρωτικὸς μᾶλλον ἢ μειωτικὸς*. Nam & quæ tenere amamus *ἑρωτικὸς ὀνομαζομεν* uxorculam, filiulam, conculum, solatiolum. Utinam autem ille libellus tantum uoluptatis simul & utilitatis adferat studiosis, quantum mihi sudoris attulit. Sunt quibus facile uidetur Apophthegmata aut Prouerbia scribere, sed libros & Chilliadas scribere difficile est: qua de re accipe distichon nostrum

Perfacile est fateor prouerbia scribere cuius,

At perdifficile est scribere Chilliadas.

Supereft ornatissime iuuenis comprecari Christum Opt. Max. ut ego istam tuam in me beneuolentiã perpetuo merear. Tu uero erga liberales disciplinas ac bene uiuendi magistrã philosophiam indies magis ac magis incalescas, honestissimumq; senectuti uaticinũ mature colligas. Quod me pulsu iubes explorare quid tinnias, quid opus est exploratore pulsu, quum tu tua sponte iam dudum declares tibi in pectore *καθαρὲ καὶ χυρῶ ἔῃ τὸ ἔπιπυρον*. Habes rursus epistolam non solum *ἀντιγραφον*, uerum etiam *ἀντιγραφὸς* effusam, eoque *κατόγραφον*. Atq; hoc ipsum tibi fortasse gratum erit, ut solent amantes neuis amicarum delectari. Sed desino, Vale Friburgi x x i i i i. die Septemb.

ERASMVVS ROT. GERARDO AB ASSENDELFS.

VBINDE mihi literis suis aurem uellicat Talestus meus uir clarissime, ut ad te dem aliquid literarum, quibus saltem declarem mihi tuum erga me studium haud quaquam uulgare, & notū & gratum esse. quod profecto est, ut esse debet gratissimum. Verum si quis ignoret q̄ iniquis laboribus distringar hac ualetudine, hac ætate, cui flagitanti iam olim missio rudisq; debetur, fortassis hac in parte desiderabit in me plusculum humanitatis. Contra qui cognitum habeat quas clittellas tergo sustineã, mirabitur me cuiq; omnino scribere, nisi magna quæpiam urgeat necessitas. Me uero etiã pudor quidam a scribendo deterruit, quod uererer ne nullo dato argumento homo tenuis ad uirum præpotentem scribens uiderer alicui non tam gratias agere q̄ uenari gratiam. Nunquam fuit tam correctis moribus ullum seculũ, quo non aliquid præclaræ rei molientibus liuor exhibuerit negociũ, non oblatrarint carnes, non obgarrierint picæ & gracculi. Sed non arbitror unquam fuisse seculum, quo plus licuerit uel calumniæ uel ingrati tudini. Eoq; mea quidem sententiã non minus debetur ijs qui uiros egregijs dotibus præditos, uel benignitate sua fouent, uel autoritate uentur, uel testimonijs ornãt, uel applausu ac laudibus excitant, q̄ illis ipsis, qui suis uigilijs suaq; industria de studijs deq; Rep. bene mereri nituntur. Tale si quid in me esset, gratias agerem tibi meo nomine, quod candido tuo suffragio, & studijs meis calcar addas, & aduersus maleuolorum latratus *πρόμαχον* præstes, ac *ὑποπαιστήριον*. Nunc quoniam nihil in me reperio, quod istum fauorem promereatur, apud me quidẽ crubescō, sed hoc magis arbitror me tibi obstrictũ, quo minus istuc honoris promereor. Itaq; tibi uir egregie non tam me priuatim, q̄ publice studiorum ac pietatis nomine gratias ago, si quidem dum mihi sic faues ob eas res, quas in me litas esse credis, nimirum ipsis uirtutibus istuc honoris habes, quibus optimo iure fauent omnes uerè nobiles. Proinde dignus es Assendelse generosissime, quem omnes ubiq; liberalium studiorũ ac ueræ pietatis cultores diligant: præsertim quum uerissimum sit eos, qui doctrinam ac religionem suspiciunt in alijs, ab his non esse alienos. Tu certe ut accipio, non minus ornas Hollandiam præclaris animi dotibus q̄ maiorum imaginibus. Nam generis ornamenta bona ex parte debes uel maioribus tuis, uel fortunæ: ista tibi propria sunt. Pro candore tuo fateor me tibi plurimum debere, & sanè debeo quàm lubens. Utinam & de tuo iudicio mihi possim merito gratulari. Habes professum nomen, habes clientem tibi deditum, cuius obsequium si qua in re uolueris requirere, faxo intelligas, uel desint omnia, certe promptam & accinctam uoluntatem non defuisse. Libebat pluribus tecum agere, sed interpellant labores. Nam præter alia minutiora, eodem tempore excuduntur Basileæ Adagia aliquot ceterijs aucta, & Luteriã Hieronymus uix æstimandis laboribus iam quartũ a me recognitus. Opto te cum omnibus tibi charis quàm prosperrime ualere. Datum apud Friburgum Brisgoiæ quarto Cal. Nouemb. Anno M D XXXII

ERASMVVS ROT. GVLIELMO AB HORION S.

RNATISSIME uir mari tranquillo nauigare non est difficile, sed magna tempestas requirit artificem, qui rectum teneat clauum. Olim quum paganorum sauitia tormētis ac moribus debaccharetur in Christianos, erat secessus quò se recipere: illic abditi uelut in altero mundo quietam agebant uitam. Nunc rebus undiq; sic exulceratis, in quem portũ se recipiat aliquis? Ego sanè nullum uideo, nisi quis in seipsum secedat & animi tranquillitatem in ipso quærat animo. Solus enim Christus uerè tranquillat animum. Is intra nos est si uelimus. Abunde magnum solatium suppeditant libri Christum spirantes; horum alloquio quid esse potest in hac uita, uel iucundius uel salubrius? Hac in parte felicitati tuę gratulor, cui contigerit ocium cum dignitate. Mihi iam pridem flagitanti rudem, in hac harena cadendum est. Vnum hoc me consolatur, quod iam e propinquo apparet portus ille communis, qui fauente Christo, laborum ac molestiarum omnium finem allaturus est. Forsitan miraris, quod hæc ad te ignotus. Non potes me tibi prorsus ignotum dicere, quum tecum ut scribis crebro fabuler, utinam te digna. Olim Louanij cognoui iuuenem quendam, Hornici cognominis. Sed eum arbitror, te non esse. Equidem cupio ascribi in numerũ tuorũ clientum

Yyy tum

tum, paratus ad omne obsequium, si quid erit in quo possim tibi gratum facere. Bene vale. Datum Friburgi XXI. die Aprilis. Anno M D XXXIII. Quum hæc scripsissem, relecta quadam epistola Goclenij, qua petit ut tribus uerbis te salutarem, inter sceleratas confusas repperi & tuam ad me epistolam, quam aut non legeram, aut ut fit, in tanta turba epistolarum legeram parum attente. Subuerebar ne parum frontis habere uiderer quod ignotus ultro te literis lacefferem, sed hoc scrupulo me tua liberauit epistola. Prior ad amicitiam prouocasti: inhumanitatis futurum erat non rescribere. De reditu meo profus incerta res est. Corpusculum hoc collabitur, tantum abest ut magnis itineribus sufficiat. Et aula nostra pertusum est dolum, sicut semper, dat nihil: ceteri tantum obtreant, & qui student uideri magni fautores, nihil aliud quam deplorant. At istuc est conduplicare miseriam. In calce inquis: Ego ne hominem clarum & candoris eximij conscribam in calce amicorum? Tum uere essem, quod olim fuisse dicuntur Bataui, trux & a gratijs alienus. Inter præcipuos amicos ac patronos scribetur Guilielmus Horton. Et si qua in re mecum desideras officium, fac periculum, num hæc ex animo loquatur Erasmus. Rursum uale uir clarissime. Friburgi eodem die & anno.

DES, ERASMVVS ROT. EVSTATHIO CHAPVSVO ORATORI CAESARIS IN ANGLIA S.

VLLA possessio charior aut preciosior sincero amico. At quæ alioqui non ita multum absim ab Iro, tamen in hoc opum genere mihi Lucullus quidam uideor. qui quotidie comperio longe plures esse amicos, quam existimabam. Falleris mihi crede, si putas mihi sacerdotium optimum futurum fuisse gratius; quam Eustathium amicum, cuius imaginem in literis tuis expressissimam cum uoluptate perspexi. Adeo fluunt in affectato quodam candore ac puritate, ut hinc ingenium ab omni fucio alienum facile deprehendas. Accessio aut si maui cognitio amicorum hoc tempore ob id mihi lucundior est, quod annus superior quosdam eximios ademit. In Anglia Archiepiscopum Cantuariensem, unum *πρωτον ἀντιπρωτον ἐκκλ. ο. γ.* In comitatu Cæsaris Alphonsum Valdesium: In Polonia Christophorum à Schidlouicz eius regni supremum Cancellarium: Ceteros taceo, fortuna minore, sed pari sinceritate: inter quos est Zacharias Deiotarus Phrysius qui solet famulos meos quos interdum in Angliam ablegare cogor, lubens & alacriter excipere. Id officium eò fuit gratissimum, quod uulgaria diuersoria parum tuta sunt à contagio scelerata pestis, quæ nuper ab Anglis quibus iam plusquam quadraginta annis nimium familiaris est, in nostras regiones demigravit. Proinde quod Quirinum meum istuc collegeris scito te magnam solidamq; apud me inisse gratiam. Atq; is quoniam tunc rem parum ex animi mei sententia gessit, quorundam amicorum tui dissimilium opera, rursum istuc emandatus est, si forsitan hæc alea mihi cadat felicitus. Quam imaginem in scriptis meis uideris nescio, unde tantæ amoris flammam conceperis, quum scia infra mediocritatem mea esse omnia. Verum hoc amplius debeat tuo in me studio, quo minus agnosco in me meritum. Certe nihil præterea est Erasmi, quod tu spectatu dignum existimes. Videres enim nō hominē, sed *σὺ φασ*, ac simpliciter miserum, nisi persuasum haberemus, hoc ex uuo deposito, nouū nitidumq; iuuenta animal emerisurum. Quibus fluctibus iaciter, quibus agiter uentis tu quoq; uideris agnoscere, sed è propinquo apparet portus, molestiarum omnium sinem allatus fauente Christo. Male audio, profcindor linguas, idq; potissimum ab his de quibus optime sum meritus. Dicat esse fati mei. Sed tamen typographi aiunt uix aliud nomen esse uendibilis. Crederē illos blandiri, nisi sic à me semper aliquid flagitaret, si nihil aliud certe præfatunculam. Addam aliud argumentum. Mundus nunc undiq; plenus est errorum, qui uel deseruere sua sodalicia, uel alias ob causas profugerunt. His quoniam fere Leberide sunt nudiores, uarijs artibus quærendū est uiaticum. Nam uenter mirus est artifex. Quisdam è scriptis meis norunt amicos meos: Hos adeunt, iactant se esse famulos ac discipulos meos, etiam si nunquam me uiderint. Atq; hoc fucio non mediocrem pecuniam extorquent ab illis. Vbi metuūt ne fucus deprehendatur, mutant pascua. Hoc te nescire nolui, ne cui credas, nisi qui nominatim literis meis commendetur. Quanquā uix istuc satis est, Dicam quod rideas. Cum Louanij esset apud me Christophorus Longolius, narrauit iuuenem quendam elapsam è Benedicinis, nomine Syluum, fictio opinor, uenisse Romā, attulisse

attulisse literas meo nomine scriptas ad Leonem pontificem, quibus diligenter cōmendabatur. Audierat enim me tum apud Leonem esse gratiosum: nec dubito, quin effinxerit manum incam. Pontifex hominē utroq; brachio cōplexus est, omnia pollicens. Quumq; is nescio quò profectus esset, Leo ultro rogauit, quid non rediret Syluius. Sed ille correptus febris perijt. An non hanc merito dicas audaciam iocularem? Sed ut finiam uir egregie, tamen si hoc nomine superas, quod prior & literis & officijs ad amicitiam prouocasti, tamen quod superest, enitar ne mutua beneuolentia uidear parū respondisse. Porro si quid erit, in quo tibi uicissim uel commodo uel uoluptati esse queam, experieris promptam & amicam uoluntatem non deesse Erasmo, ut alia desint omnia. Cetera si libebit, cognosces partim è schedis memorialibus quas tradidi famulo, partim ex ipsius oratione, quem expertus sum esse bonæ fidei, minimeq; uanum. Maiorē in modum doleo Anglis negotiū exhiberi à Schottis. Videor enim mihi plus isti regioni debere, quæ mihi tot eximios peperit amicos, quàm ei quæ me genuit. Vehementer tamen angit me Hollandia indignis tractata modis tum à Danis quod nouum est, tum à Gelijs quod nouum non est. Oraculū erat quod dixit Hesiodus *ὡμίμα λαοὺς γέρας*. Ista sunt *τὸν ἀεζόντων ἀσφα σπαρτὴν ἰσπῆν*. Opto tibi omnia lata uir amicissime. Datum Friburgi Brisgoia XXXIII. die Aprilis Anno M. D. XXXIII.

ERASMVVS ROT. CLAR. V. D. ABELI COLSTERO S.

PISTOLA tua salibus Atticis undiq; scatens, præterquā quod festiuissimis leporibus exhilarauit animū meum, etiam hoc nomine fuit in primis iucunda, quod declarat te & recte ualere, & suauiter agere, quod ut tibi perpetuum sit precor, uir animo meo charissime. Liberet tibi *σοφιστικῶν*, nisi hoc tempore centum epistolas scribere cogerer. Risi quod scribis meam epistolam tam siticulosam, quæ tantum humoris potuerit ebibere, tam leuem, ut suberis uice tantū uirum sustinuerit, ne inegeretur. Magnus ille ac mirificus Erasmus, quem te uidisse prædicas, mihi profus ignotus est, nec usquā uisus aut auditus. Deterior illa pars iam plane *σὺ φασ* est. Vtinam melior illa, uel aliqua ex parte accederet ad istam præclaram imaginē, quam nobis in epistola tua depingis, sed hac de re tecum non disceptabo pluribus. Si quid in me boni est, dei donum est: nec tibi possum honeste succentere, cui talis uisus est Erasmus per nebulam, quæ amor immodicus & singularis ingenij tui candor oculis tuis offudisse uidentur. Ex eodē fonte manat ista gratulatio, qua in magna felicitatis parte pontis quod Erasmus amicorum albo contigerit ascribi. At ego multo iustioribus de causis mihi gratulor, cui tam feliciter cesserit perfrecta frons & absterfus pudor, ut amicorum catalogum tam splendido nomine auxerim. Ideo quoq; charius est, quod superior annus præcipuis aliquot amicis ademptis in possessione multo preciosissima non mediocrem partem mihi fecerit. Nam ut summos tantum recenseam: In Anglia perijt Guilielmus Vuaramus Archiepiscopus Cantuariensis. Viennæ in comitatu Cæsaris Alfonso Valdesius, iam magnus, sed futurus si uixisset, maximus. In Polonia Christophorus à Schidlouicz, eius regni supremus Cancellarius, cui dicata est Lingua. Recte factum quod Hollandia te in sublimi specula collocauit, quo magis possis Reipub. prospicere, quæ nūc ut audio, eget cordatis & uigilantibus excubitoribus. Quis unquā legit, audiuit, aut uidit seculum hoc turbulentius & iniquius? Sed ualeat querimonia nihil profutura. Quod ut animū curiæ negotijs lassescentem reficias, te soles ad meas lucubrationes, uelut in uiridarium quoddam recipere, utinam in hortis illis meis aliquid esset, quod uel oculos uel nares, uel palatum posset oblectare Colsteri hominis delicatissimi. Steriles sunt, aut si quid pariunt, beta est, aut malua, aut porrum, ut iam absit cicuta & aconitum, quæ non abesse clamant isti, quos tu lepide uocas barba pallioq; uerendos. De uiro, de quo quid sentiam rogas, magnificentius censeo, quàm ut de eius ingenio censuram ferre possim. Liberum non legi, sed nactus eum commodato, quū id temporis ob assiduos labores non daretur ocium aliud, mihi à coena inambulanti famulus recitauit, idq; carptim, selectis aliquod capitibus. Cuius erat codex, nō passus est eum diutius apud me manere. Ex eo quæ licuq; gustu deprehendī hominē esse ardentis ingenij, uariæ lectionis, & multæ memoriæ, alicubi tamen maiore copia quàm delectu, ac dictione tumultuosa uerius quàm composita. In omni genere rerum uisuperat mala, laudat bona. Sed sunt qui nihil aliud sustinent

rus sum, quod tam candidum amicum tam frigide excepissem. Primum in nomine tuo peregrinabar, tanquam per somnium recordans, nomen illud in aliquorum ad me literis extare. Nullus est ferme dies quo non accipiam aliquas epistolas, interdum uno plures viginti. Accedebat languor, qui me compluribus iam mensibus nimium urget familiariter. His rebus factum est, ut noctu demum renouata memoria, uno tantum colloquio unaque coena tam amico hospite frui licuerit. Nec in libello quem reliquisti sciebam quicquam esse tuum, priusquam te profecto per oculum inspicerem. Et hac in parte mihi damno fuit tua modestia. Ex coenae colloquio sensi te esse uirum bonum, ut olim loquebantur Romani, liberum, rectumque ac pietatis amatorem. In literis ad Amerbachium nulla erat tui mentio. Scriptae enim fuerant, & obsignatae priusquam huc uentires. Is tamen me sagacior statim sensit ingenij tui dotes, egitque mihi gratias quod tale ad ipsum misissem. Addebat sibi uisum uirum bonum & integrum. Quam facile conciliantur cognata ingenia. Adeunt me interdum qui miram praeseferunt beneuolentiam, quum aliquot interdum comperiam longe alios animo quam fronte. Ea res in causa est, ut nonnunquam frigidior sim in accipiendis peregrinis saluatoribus. Sed de te quum mei pueret, mihi ipse succenserem, commodum superuenerunt duae epistolae tuae quibus me consolaris, meque mihi reconcilias, etiam pro singulari humanitate si diuis placet, gratias agens: nec hoc contentus, istius insuper animi pignus ac monumentum, apud Erasmum Schetum reliquisti, quod nondum uidere contigit, sed qui uidere, praedicant esse Rege dignum. Ceterum quo tu prolixius declaras humanitatem tuam, hoc magis me pudet inhumanitatis meae. Quid igitur superest, nisi ut quod haecenus cessatum est, iuxta Graecorum prouerbum posterioribus officijs sarciamus. Id uero clarissime iuuenis sic a me curabitur, ut intelligas omnia potius mihi defuisse, quam studium ac propensam uoluntatem. Quod ais Louanij iactatum a nescio quibus, me ab his stetitisse, qui probant ἀποδείξουσιν θεολογῶν, quaeris quae quid sit talibus respondendum: Quid aliud respondeas optime Damiane, quam illud est Psalmis: Dentur eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Quanquam satis scio tibi nequaquam istud a uiro graui fuisse auditum, sed a spermologo quopiam & acritomytho rabula, quo pestilentissimo hominum genere nunc undique scaturit mundus. Nullus unquam mortalium ullam syllabam ex me audiuit, approbantem aut improbantem hoc factum. Hoc apud omnes ingenue praemetuli, mihi non uulgariter molestum esse principem alioqui felicissimum in eum Labyrinthum incidisse: cui cupiebam eum Caesare per omnia conuenire, quod intelligerem id ad publicam orbis tranquillitatem summopere conducere. Quae fuisset autem mea non dicam temeritas sed amentia, si nec postulatus nec rogatus de re tam ardua pronunciaissem, de qua tot eruditi apud eam gentem episcopi, atque ipse adeo legatus Apostolicus Laurentius Campegius uir utriusque iuris callentissimus, ferre sententiam contabantur. Merito amo τὸν μοναρχῶν, ut cuius animum semper proprium ac fauentem sum expertus. Quanquam ab eo tempore, quo coepit hoc negotium agi, nihil ab eo beneficii accepi praeter animi beneuolentiam. τὸν αὐτὸς σύνουλον multis de causis diligebam ac diligo, idque ni fallor, cum bonis omnibus, quam arbitror nec ipsi uel inuoluntate inuisam esse. Caesari principi meo, cui iuratus sum consiliarius, praclare de me studiisque meis merito, nisi me agnoscam omnia debere, aut uehementer stolidus sim, aut insigniter ingratus. Vnde igitur mihi mens tam leua, ut ultro me tam inuidioso negotio inuoluerem, ad quod si fuisset uel rogatus uel flagitatus, manibus pedibusque fuerim recusaturus. Nullus unquam principum super hoc argumento meam requisit sententiam. Tantum ante annos duos adierunt me duo ex aula Caesaris nobiles, uno atque altero colloquio urgentes me, ut quid de ea causa sentirem, exponerem. Respondi id quod erat res, me nunquam ad eam quaestionem interdixisse animum, de qua uiderentur summos tum autoritate tum eruditione uiros tot annis ambigere. Facillimum esse pronunciare quid ego optarem, at pronunciare quid ius diuinum atque humanum concederet negaretue, non modo multorum dierum considerationem requirere, uerum etiam circumstantiarum causa cognitionem. Illi profecti se nihil ex mandato Caesaris agere, discesserunt. Praeterea nemo mortalium me super hoc interpellauit negotio. Ergo quum sit impudentissimum mendacium quod nugator ille quisquis fuit ad te pertulit, suspicor tamen unde arripuerit occasionem, ut iuxta prouerbum, malis praeter occasionem nihil deest, ad quod uis audendum facinus. Et quae

ERASMVS ROT. IOANNI GEORGIO PAUNGARTNERO S.

LIBRVM quem patri dicaui uidere cupis, fac ex ipso petas. Nam hic nullus occurrit, qui dignetur sarcinulam suscipere. De pensando officio non est quod sis sollicitus optime adolescens. Inter Gratiarum foedere copulatas mutuae sunt officiorum uices, mercedis nulla est ratio. Et tamen patris tui benignitas ultro non uulgarum munere pensauit hoc officiolum meum, quum ego sedulo cauissimam, ne quam ἀδελφῶν significationem darem. Misit poculum inauratum, munus aptum homini Batauo, sed nunc minime Batauice bibulo. Iste tuus in me pietatis affectus mihi gratissimus est Georgi charissime, quem par est me mutuuum erga te gerere. Quod si quid ex me tibi gratum accidit, quod sane aut nihil esse reor, aut quam minimi momenti, non alia ratione melius retuleris gratiam, quam si quotidie des operam ut te ipso melior, hoc est optimi parentis similior euadas, quo quidem in stadio tuapte sponte gnauiter currentem non est quod meo hortatu extimulem. Non te poenitet ut scribis uoti tui, nec me poenitet consilij mei. Idcirco etiam atque etiam admoneo, ut ex optimis autoribus eligas optima. In hoc albo non est Erasmus, qui tibi fortasse uidetur quam est, formosior, nimirum amoris lenocinio, cui τὴν μὴ λαλῶν ἀλλὰ πείθεσθαι, ut ait ille Siculus. Bene uale Friburgi duodecimo die Maij, Anno M D XXXIII.

ERASMVS ROT. DAMIANO A GOES S.

QVOD famulus meus praeter salutem nihil ad te pertulit Damiane charissime, nihil aliud in causa fuit, nisi quod non suspicabar te tam mature absoluta tam longa periodo tua (dicebas enim si recte memini te uelle lustrare Germaniam & Galliam) redisse in Brabantiam. Quum me reliquistes, diu mecum ipse rexatus sum

δ βασιλεὺς dicitur focerum asciscere, dicarā psalmum uigesimali sic dūm, idq; ante annos complures ut id facerem ab ipso rogatus. Est enim uir ut uno ore pradicant omnes unus propē inter nobiles eruditus, animoq; planē philosophico. Hoc officium meum grato amplexus animo, petijt ut aliquid aederem in Symbolum quod dicitur Apostolorum. Feci quod uoluit, eoq; lubentius, quod res ad omnium utilitatem facere uideretur. Hic nullum uerbum est, quod ad τὸ ἀπερῆς causam attinet, cuius tamen uir ille, ut accipio, nec autor nec instigator fuit, utpote quietis q̄ opum aut honoris amator. Quum Caesar & Francisus Galliarum rex bellis inter se confliarentur, utriq; dicaui meas lucubrationes, neque quisquam extitit, qui clamitaret me ab hoste Caesaris stare. Quanto minus habuit frontis qui calumniam istam fabricatus est? Sed hoc de nugamento plus satis. Venio nunc ad eum epistolae tuae locum, quo pio affectu deploras Pilapianae gētis exitium, quae per Christianos principes spoliatur externis bonis, nec sinitur internis bonis ditescere, premitur humano iugo, nec docetur suauī Christi iugo colla submittere. Proceres enim illi qui uictorias praeda metiuntur malunt imperare beluis q̄ hominibus. Ea res in causa est, ut pauiores gentes quae Christum ignorant ad ecclesiae consortium semet adiungant, uidentes se non ad Christianismum, sed ad rapinam ac miseram seruitutē peti, & quicquid est malorū morum insignius esse in uita Christianorum. Multo aliud est negotiari, aliud pietatis negotium agere. Itaq; uictorias ducis illius egregij quidem ac fortunati, qui tot urbes litorales spoliavit, coniectis in mare, quibus uehendis naues non sufficiebant, ut ingēnae quod res est fatear, nō absq; dolore legi. Sed de negotio militari, praesertim eo cuius qualitate et circumstantias parum cognitas habeo, satius fuerit me nō pronuciare. Illud in genere dicam: auiditā, & imperandi libidinem non minimā esse causam quare religio Christiana in has sit contracta angustias. Mansuetudine ac beneficentia cicurantur, & ad manus ueniunt etiam ferae, saeuitia ac maleficijs efferantur & illa quae natura mansueta sunt. Quod autem hac in re per me cupis fieri, per quam lubens obiero. Vereor tamen ut possim hisce nudinis. Sero redijt ex Anglia famulus meus, & qui hic adest typographus unus, mecum totam languit aetatem. Adnitur tamen. Quod famulus meus percelli non potuit, ut uel opera uel pecunia tua uteretur, nihil illi mādaram, nisi ut ubiq; uitaret omnē peracitatis speciem, meminissetq; illius uetusti proverbij, ὅτε πάντες, ὅτε πάντες, ὅτε πάντες τῶν. Curaram autem ne quid illi posset deesse. Oppidum de quo tibi narratum est, Germanis dicitur Schiltach; Abest à Friburgo octo milibus Germanicis bene magnis; de quo an omnia uera sint quae uulgo factantur, non ausim affirmare. Illud nimis uerum est, totum subito conflagrasse, mulierem confessam supplicio affectam. Conflagratio accidit quarto Id. April. qui dies erat Iouis ante Pascha. Anno à Christo passo M D XXXIII Quidam eius oppidi ciues apud huius urbis magistratum rem ita gestam pro comperto narrarunt, quemadmodum mihi retulit Henricus Glareanus quantum meminisse possum; Daemon sibilu signum dedit, è quadam aedi parte, Caupo suspicans esse furē ascendit, neminem reperit. Sed idem signum rursus ex altiore coenaculo redditū est. Et huc cōscendit caupo furem persequēs. Quū nec illic quisq; appareret, sibilus auditus est è fastigio fumarij. Illico tetigit cauponis animum, esse dēmoniacū quiddā; lubet suos esse praesenti animo. Acciti sunt sacerdotes duo, adhibitus exorcismus. Respondit se esse dēmonem. Rogatus quid illic ageret, ait se uelle exurere oppidū. Minitantib; sacrificijs, respondit se pro nihilo ducere minas illorum, quod alter esset scortator, uterq; fur. Aliquanto post, mulierculam qui cū habuerat consuetudinē annis XIII, quū interim illa quotannis & confiteretur, & acciperet eucharistiā, sustulit in aērē, imposuitq; fumarij fastigio. Tradidit ollā, iussit ut inuerteret. Inuertit, & intra horam totum oppidum exustū est. An dēmon indignatus ob inductum ritalem cauponis siliū, & oppidum perdiderit, & mulierem prodiderit, certum non audiui, non est tamen ueri dissimile. Huius facti uicini tam constans est fama, ut fictum uideri nō queat. Feruntur & alia huius generis, sed non libet aures tuas uulgi fabulis remorari. Bonifacius Amerbachius habet epistolā tuā. Hunc tibi polliceor constantē & perpetuū amicū, atq; adeo ministrū fidelē iuxta ac diligentē si quid per eum fieri uoles. Vnū hunc, ut praesens dicebā praesenti, habet Germania uere aureum ac gemmeum, aut si quid hic est preciosius. Talis autē ingenij ad quamlibet preciosas opes nulla est cōparatio. An tamē Germani nomine cenferi debeat, ignoro, certe Glareanus nō pateretur.

Raura

Rauracorum est Basilea, & habet ea ciuitas peculiaris cuiusdā ciuilitatis non obscura ueestigia è Synodo uniuersali relicta, quae illic sedecim annis durasse fertur. Efficitam autem ut plures & norint & ament Damianum, quod mihi bonum erit atq; commodū, quippe qui non mediocri nominis mei lucro sum id facturus. Tam splendidum munus ulro ab inuitissimo Lusitaniae rege oblatum ex animo tibi gratulor, atq; ut faustum felixq; sit precor. Si quando incidere oportunitas, rogo excuses illam praefationem meam in Chrysostrum. Eram multis uerbis diligenter instructus, à Lusitano quodam, sed mendose. Hic casus mihi parum felix poterit alio sarciri officio. Si quid scribes ad Hieronymum Frobenium, tuto ad me perueniet. Mollibar reditum in Brabantiam, sed quā aliae res multae, tum Iuppiter perpetuo infensus, & ualetudo caeli asperioris impatiens cogunt hic durare, usq; ad Zephyros & nouam hiruindinem. Bene uale. Datum Friburgi Brisgoiae, VIII Calend. Augusti. Anno M. D. XXXIII.

ERASMVVS ROT. FRANCISCO RVPILIO S. D.

GO uero mi Rupili Cholero nostro magnis multisq; nominibus obstrictus, & isto me tum libenter tum plurimum debere profiteor, quod instantia tua tuum pudorem expugnatit compuleritq; ut ad me scriberes, et in amicorum meorū numero proficereris nomen tuum, tantum abest ut locus ullus apud me sit isti criminis translationi, qua uis me culpam & offensionem in Cholero reijcere, qui te ut scribis, ex uerecundo impudētē, ex modesto molestum reddidit.

Illi quidē iam gratias egij per literas: tibi uero quod ex gratiarum legibus ulro polliceor, ego uicissim bona fide polliceor, si quid extiterit in quo requires officij meum; aut ut nō requiras, ubi res ipsa postulat amici partes. Mihi iam nimis uiuaci, mors pleroseq; amicis ademit, non Romę tantū, sed in Anglia, Gallia, Germania & Polonia quoq;, Illud igitur mihi pergratū erit, si quando significare dignaberis quid Romae geratur, modo sit aliquid eius generis, ut uirtu literis comitti queat. Quae scribis de benignissimo Mecenate tuo Paungartnero mihi summe fuisse uoluptati, nō ob id tantū, quod hominis amicissimi commodis non minus ac meis delecter, uerum etiā quod mihi uelut commentariū suggeris ad illustrandā illius gloriā: quam ipsius quidem modestia nequaquā ambit scio, sed ad bonos mores conducit publicitus, excellentiū uiroū uirtutes non abdi, sed ad imitationē in teatro orbis proponi. Utinam autē ad id praestandū suppetat mihi orationis facultas, quantam illius requirunt merita, quātamq; tu fortassis adesse credis. Vt cunq; id est, conabor tamē, idq; breui, fauente Christo. Sed heus tu in hoc quoq; tuam operā mihi commodes oportet, ut efficias ne mea sedulitas offendant utri prudentissimi modestiā. Ut hoc auiderem complurium hortatu sum animatus, sed praecipue Zafij, cuius autoritatē in omnibus non aliter quā oraculum sequi soleo. Eibebar quidem at non uacabat in praesentia pluribus tecum. Vale, & Logum si istic adest meis saluta uerbis. Datum apud Friburgū Brisgoiae VIII. diē mensis Septemb. M. D. XXXIII. Si placet ἀπογραφῆς, ne offendant ἀπογραφῆς. Sic sum. Me tua μακρογραφίη nunquam offendet.

DES. ERASMVVS ROT. PAVLO SADOLETO S. D.

VID ni ego me splendido lucro auctum esse gaudeam ornatissime iuuenis, quum tu praeclearas animi dotes, quas ego iam olim in R. D. Iacobo Sadoleto patruo tuo non amo tantum uerum etiam suspicio uenerorq; admirabile eloquentiam cum singulari sapientia, pietate, modestiaq; coniunctam, sic praesentes in tuis ad me literis, ut idem ille mihi in te repubescere uideatur?

Hactenus igitur est quod mihi gratuler. Tibi uero etiam gratias ago mi Paule quod tua praedicatione cohonestas nomen meum: ut cunq; tu pro singulari modestia tua hoc officium eleuas. Dialogum de studijs recte instituendis per Bonifacium Amerbachium acceperam priusquam tu mitteres; & quanquam eram negotijs ac molestijs obrutus, tamen interdum animi lassitudinem illius lectione reficiebam, donec inundans occupationum pelagus coegit eum seponere: quem tamen mox repetam nō conquieturus donec totum deuoraro: interim & te fruar qua licet, & patruo tuo, quando aliter satis negatum est. Illud scito, R. D. patruum tuum inter sincerissimos amicos meos principem tenere locū, idq; suo merito tibi proximum tibi dabitur qui illi simillimus es. Habes epistolā ἀπογραφῆς & extempore uerba tibi dicitur quod quod scribitur tibi.

Yyy 4 potius

potius q̄ negligētia. Vale. Apud Friburgū Brisgoiæ, III Cal. Septēb. M. D. XXXIII
DES. ERASMVVS ROT. PETRO ET CHRISTOPHORO

Mesij's fratribus S. D.

T hoc compendij faciam uiri nobilissimi, amborum epistolis aliquot unica
respondebo. Pridem accepi literas à uobis, expositulantes, uel quæ est uestra
ciuilitas: deplorante potius, quod ad uestra scripta nihil respōdissem. Ea res
mihī summō opere grata fuit, quippe declarās uestrum erga me studium haud
quaquam uulgare. Flagrant enim desiderio omnis mora lōga est, cui lenta
est etiam celeritas. Sed posthac uelim reputet uestra prudentia, quot montes, quot campi,
quot maria, nos dirimāt, & per quas ambages epistolæ à Friburgo Brisgoiæ ad Hispalim
Hispaniæ perferantur, quanquam hoc ipsum cuiusdam felicitatis est, si perferantur, uel re
signatē ac semilacera. Quod si fors acciderit, ut ad aliquas non respondeam, humanitatis
uestræ fuerit huic grati, ut nullis studiorum laboribus oneretur, nullis morbis frangatur,
iam suapte sponte fatiscenti dare ueniam: præsertim quum undiq; tot ad me literarū in
uident fasciculi idq; propemodum quotidie, ut interdum uix suppetat oclū ad legendū,
tantum abest ut uacet respondere singulis. Illud certe uobis usq; persuasum sit, siue rescri
bam, siue obticescam, uestrum istum erga me fauorem esse mihi gratissimum, epistolas au
tem non gratas modo uerumetiam iucundas. Postremis literis quas ante paucos dies re
cepi, significatis meas per bibliopolam esse redditas, quæ res mihi non minori uoluptati
fuit quam uobis. Hæc præfatus ad rem accingor ἐμὰ λακωνικῶς. Inhumanus sim, nisi ue
strum erga me studij amplectar, nec uestræ diffido prudentiæ. Nam fieri potest, ut in hoc
negocio perspicaciores sitis quam ego. Meo tamen animo etiam num sedet prior illa sen
tentia, qua censui consultius esse nobilem illum contatorem imitari, qui maluit sedendo
quam pugnando uincere: præsertim quum non sit monomachia, ut unus cum uno comit
tatur, neq; res sit uni cum duobus. quanquam accipimus Hercule se duobus imparē fuisse
professum: sed uni aduersus tot myrmecias, tot sphecias, tot ranarum phalanges, tot pica
rum tot gryllorum gargara, tot sturnorum & graculorum examina, conflegendum sit, ut
etiam si nec aculeos haberent, nec rostra, nec ungues, tamen ipso garritu possent hominē
quamuis durum exanimare. Quoties relecti manifestas & impudētes illorum calumnias:
Et tamen perinde quasi nihil sit actum, in hodiernum usque diem occinuntur mihi uetera
mendacia, idq; libris etiam æditis: Erasmus facit confessionem arbitrariā, damnat omnes
ceremonias, irridet cultum diuorum, irridet ritus ecclesiasticos, rejicit teunia Christiano
rum, damnat ciborum abstinentiam. Soluit sacerdotum coelibatum, destruit uota & ritus
monachorum, damnat constitutiones humanas. Quid multis strauit uiam Luthero. Iam
qui fingunt modestiam, quo maiore cum fide calumniētur, aiunt se credere me bonū uir
rum esse, nec illa in hoc scripsisse ut hi rerum tumultus consequerentur. Collaudāt etiam
quod nunc diuersa scribam. Hic nimirum hic est nigrae succus loliginis, hæc est erugo me
ra. Alijs isto colore patrocīnētur, ego sic defendi nolo. Illud ingenue fassus sum & fateor,
si præcisssem hoc seculum exoriturum, multa aut non scripsissem que scripsi, aut aliter scri
pisssem, quædam etiam non fecissem quæ feci. Prudentis inquit est diuinare futura. fa
teor, sed non omnia. Agnosco tamen aliqua ex parte simplicitatem et incogitantiam meā.
Ista tamen quæ mihi toties obgannunt, nusquam reperiuntur in scriptis meis, tantū ab
sit malitiosus interpres: & in Declarationibus meis quas isti palinodias esse putant ciuili
titulo, nihil expono secus quam sentiebam quum illa scriberē, aut quam uerbis expressit
rursus excipio lectorem iniquū, cui nihil satis circumspecte scribi potest. Ego studiosis ac
bonis uiris scribebam annotatiunculas aut commentarios, non arbitrabar me scribere cau
tiones aut Syngraphas forenses. Verum isti iam mitescunt ut scribitis. Non magni refert
uiri clarissimi, quam mitescant in me, magis admiror nondum esse delassatos, sed utinam
uere mitescant ad imaginem illius qui dixit: Discite à me quia mitis sum et humilis corde,
& inuenietis requiem animabus uestris. Tales aliquot arbitror & inter istos esse, sed ne
scio qua mea infelicitate sit, ut in quos impingo tam feroces tamq; implacabiles com
periam, ut tutius sit cum quouis Cardinale conflictari quam cum illis, citiusq; placatu
rus sim quemuis Regum aut Pontificum offensum quam unum ex istis

Nuperrimè nouus quidā exortus est, qui
pro ciuili admonitione, ipsi non utili tantum uerumetiam necessaria, sic respondit quali la
pidibus à me fuisset impetitus. Equidem arbitrabar mihi rem fore cum ingenio sedato ac
philosophico, sed uideor impegisse in Citeriam quampiā, adeo nihil non rapit ad male di
cendi occasionē. Ut enim omittam ueteres illas ac folennes fabulas, quibus isti solent sua
condire cōiuitia, obijcit mihi quod in literis, imò ut ille loquitur, in omni mortaliū genere
primus, imò non primus sed solus esse uelim. Quod quū sit impudens mendaciū & atrox
conuictum, tamen absq; risu legere non potui. Ego me ipsum haud alio loco pono q̄ quo
quondam oraculū posuit Megarenses. Ac ne quid dicam de studiorū proceribus, quorū
nulli me unq̄ a quauis, uideo & gaudeo ubiq; terrarū efflorescere iuuenes, qui me in omni
literarum genere multis præcurrant parafangis. Impingit & liuorē, sed nullum adfert ar
gumentum, tantum insigit aculeum. Fateor meā naturā multis uicijs fuisse obnoxia, uerū
si satis intelligo quid sit liuor, nullū huius affectus assultū unq̄ in me sensi, gratia Christo.
Arbitror enim esse liuorem, quū quis uritur aliena felicitate, quæ tamen ipsi nihil adferat
incōmodi. Nam si quis doleat hostē euehi ad dignitatē, quod iam futura sit illi paratior læ
dendi facultas, metus est potius q̄ inuidia. At ego quendam olim capitalem hostē ad sum
mos honores euectum etiā gauisus sum, quod sæpe numero fit, ut magnæ dignitatis ac
cessio siue per contemptū aduersarij, siue quia non uacat per negotia, finiat contentione:
quod in Adriano ferunt usu uenisse: qui factus imperator forte obuito qui cum acres exer
cuerat inimicitias, nihil aliud dixit, q̄ euasisti. Addit aliud crimen plusquam capitale, sed
multo omnium uanissimum. At se suis oculis uidisse ac legisse epistolam meā, in qua scri
psissem aperte, nullum in religione Christiana malum inueniri potuisse, q̄ quum re
ligiones istæ repertæ sunt. Quæ uoces ut nunquā inciderunt in animū meū, ita nunquam
exciderūt, neq; calamo, neq; lingua. Quid fingi potuit atrocius ad concitandas uniuersas
monachorum cateruas in exitum meum? Addit: Dices epistolam non esse tuā. Vtinā nō
sit. Si epistola habet ea uerba, quæ recitat, certo sciat non esse meā, sed ab impuro nebulo
ne spiritu diabolico confictā esse. Nec defunt hijsce temporibus istiusmodi stratagematū
artifices. Sin est ea quæ fertur ad Seruatium, nihil ibi simile scriptum comperiet: tantū illa
de quodam, qui puerilibus annis per tutores & alios protrusus fuerat in religionē, hunc
fermē in modum loquitur: Quum multæ essent illius infelicitates, nihil tamē in omni uita
accidisse infelicitius, quam quod cōpulsus esset in hoc uitæ genus, ad quod nec animo nec
corpore compositus esset. Opinor hic nihil esse quod iure queat reprehendi. Iam si sensit
epistolam fuisse fictam, quur quod & dubium erat & latebat prodit orbis: in quod legerat
parum meminit, cuius obsecro grauitatis erat, in conuictio tam capitali sic incogitantem
esse? Cætera non libet persequi. Atq; hæc quoties deuorat, nec ad ista uel calamum ha
bet uel linguā, censetur iracundus. Ipsi si simili perfunderentur aceto, quomodo furerent?
Equidem in tanto conuictiorum strepitu facile me consolor Paulino dicto: Quem diligit
dominus castigat, flagellat autem omnē filium quem recipit. Nec illibenter usurpo Chri
stianissimum beati Augustini dictum: Domine hic seca, hic ure, ut parcas in æternum: Est
aliquid uel sic conformem fieri imagini Christi. Ille uiuēs agnus ipsa puritate purior, quid
non audivit à pharisæis? Vinolentus, seductor populi, dæmoniacus, blasphemus. Quod
ludibrij genus non passus est à militibus, consputus, arundine percussus, spinis corona
tus, colaphis & alapis cæsus: quur ego qui duriora commerui recusem flagellari, conspu
i, cædique maledictis hominum procaçium, atq; hoc clementi pharmaco purgari? Consola
tur & illud animum meum, quod à sanctis uiris dictum & ab æque sanctis probatum est,
Longe alia esse iudicia dei, alia hominū. Quod si istis sedet sententia non cōquiescere do
neq; me ad crucem adegerint, orabo dominum ut mihi largiatur patientiam, illis mentem
mellorem. Interea mihi decretum est cum hoc animantium genere posthac nec habere
simultatem, nec arctam necessitudinem: alioqui Christianam pacem habere cupio cum
omnibus, daboq; operam ut id assequar, quod quidem in me erit. Hoc animo uelim om
nes etiam esse qui pro me depugnāt. Postremo fingite me unum cum uno commissum, an
non æquissimum est, ut senex iuueni cedam harenam? Vetus exemplū est, sexagenarios
de pontibus deiecit, an non igitur tēpus est ut ego iam prope septuagenarius me subducā e
studiorū comitijs, ac ius suffragiorū alijs cedam. Multo autē æquius est uerū iuuenibus
digladiā

digladiationibus abstineam. Mira est humanorum ingeniorum peritiam, & si forte pulcher est. Postremo quibuscunque plumis tegimur, homines sumus omnes non angeli. Fateor absque literis *ἐξ ἑωυτοῦ ἐστὶν τὸ βίον*, at non uiuit absque literis, qui piorum hominum euoluendis libris semet oblectat. Ago nunc rem seriam, ea cuiusmodi sit, è libello què simul eū hac epistola recipietis cognoscatis licebit. Titulus est, De præparatione ad mortem. Accepi & Christophori Fontani epistolā, mire faceret & arguit. Quam ille multa paucis expedit. Vehementer arrisit hominis ingenium, quod tamen in argumento plausibiliorē cupiam exerceri. Itaq; scriptum hoc non fuisse euulgatum gaudeo. Dignatus est ille librum Franciscani maiore honore quàm ego; totum ut apparet deuorauit. Ego tantū paginas aliquot degustauit, idq; carptim, moxq; libellum mihi Alphonso Valdesio, quem amicū longe candidissimum mihi fata uidentur inuidisse. Epistolam meam quam cogitatis ædere, si nondum est euulgata premi malim. Desiderant, inquitis, in te modestiā. His ea epistola obturabit os, ut pote modestissime scripta. Quid facias uarijs ac morosis hominum iudicijs? Qui falsis & atrocibus calumnijs interdum & furiosis conuicijs, uero lace rant hominem, uindicant sibi Christianam modestiam, & in eo qui suam innocentiam defendit ab impietatis crimine desiderant modestiam. Quā obsecro modestiā? Ut pro male dictis & calumnijs gratias agat, & in gratiam ipsorum fateatur impietatis crimen à quo se nouit esse purum. Nec istorum refert quod ea res gigneret graue infirmorum offendiculum; tam accuratam honoris sui rationem haberi uolunt. Quid isti modestiam appellēt nondum satis intelligo. At sunt aliquot, atq; hi quidem nec indocti nec leues, qui in Apologijs meis improbant immodicam modestiam, existimantes malo nodo malum fuisse adhibendum cuneū; & si requirunt modestiā nostrā specimen, legant Declarationes meas. Quanquam æqui iudices fatentur me nusquam oblitum moderationis ac ciuilitatis, præterquam in Apologia qua respondeo Sutori. Is enim quum haberet malā causam, & uerfaretur in argumento de quo iudicare non poterat, tamen effreni petulantia debacchatus est in me uir & Theologus & Cartesianus. Quid igitur? an isti protinus ob unam epistolam me in modestorum album adscribēt? Nō arbitror. Sed alij dicent esse fucum, alij cau sabūt me facere quod galli gallinæ uicē solent, demissis alis certamine fugere: ac promodesto iactabunt esse timidum. Quin & illud auguror futurū, ut epistolam epistola pariat: si ista prodierit in publicum, is cui scripta est non sine premi suam. Nam ea quoq; cū uestris literis mihi reddita est. Quæ quo animo scripta sit deus nouit, ego certe in bonam partem interpretor. Non enim oportet suspicacem esse Christianam charitatem. Saluabitis hominem meis uerbis amanter, simulq; persuadebitis nequaquam esse maleuolentiam quod non respondeo; Imò ob hoc ipsum nō respondeo, quod cupiam mutuam inter nos beneuolentiam esse perpetuam. Verum est quod Græci dicere solēt, multorum amicitias silentio dirimi: sed rursus experimento uerum esse comperi, quorundam amicitias melius ali silentio quàm colloquijs aut literarum uicissitudine. Sum frequenter in scribendo simpliciōr, aliorum animos ex meo æstimans. Verum ea res mihi non raro male cessit. Vos quoq; uestra humanitate dignum feceritis, si iuuenis animosi cursum non impediatis. Fortassis eueniet illi quod solet uino generoso. Acerbius est, dum est mustum, uerum postea quam ætate deferbuerit sit mitius. Aliquid dandū est iuuentuti, quæ philantia lenocinatio, modo ne sit immodica, extimulatur ad industriam honestosq; labores. Habeo gratiam uestræ diligentia quod Lodouici Viuis epistolam ad me miseritis: quam si scripsit ex animo suspicari uideret me refrixisse in amicitia, quod literis suis laudari Franciscanum: quæ suspicio uidetur & in uestros animos demigrasse, sed eā non patiar altius insidere. Itaq; uobis tanquam è tripode dictum certum & indubitatum esse uolo, istius rei ne leuissimā quidem cogitationem unquam descendisse in pectus meum. Imò ex laudationibus illis epistolis unicam duntaxat legi, eamq; perbreuem. Habebat commendationem, sed ita temperatam, ut facillè qui uis sentire posset. Viuam gessisse morem hoc officium flagitant. Quorū autem esset à Viue alienior, quod amicitiam haberet cum eo qui cum mihi simultas intercederet, quum id ne à famulis quidem meis unquam postularim, modo sic exerceant amicitiam, ut tunc non lædant. Louanij quum mihi esset capitalis digladiatio cū Britanno, Viues habebat interim cum eo non amicitia tantum, sed familiaritatē quoq; nec deerant qui prædicarent Britannum illius opera fuisse adiutum, Mihi tamen ob id nunquam pilominus

mitus charus fuit Viues, eamq; de uiro docto in simulationē manibus pedidit, repulsi. Spleo quosdam amicos uero admonere, ne mea causa recederent ab amicitia eorum quibus cum mihi incederat concertatio, perspicens hoc expedire ad finiendas simultates. De miror autem unde Viues eam conceperit suspicionem, nisi forte quod ad ipsum rarius do literas. Ego uero ad ueteres & exploratos amicos non temere scribo, nisi quid incederet occasio. Nulla est regio ubi nō habeam aliquot amicos. Quod si quoties uni scribo cogar omnibus scribere, duris profecto legibus meū agatur. Proinde si uobis hic serupulus exemptus est, Viuis suspicioni primo quoq; tempore medebor. Superest uiri clarissimi ut uobis pro isto erga me studio gratias agam. Christophoro Fontano salutem plurimā. Datum apud Friburgum Brisgoiæ pridie Natalis domini Anno M. D. XXXIII.

ERASMVVS ROTEROD. ANDREÆ CRITIO
Archiepiscopo Gnesensi S. D.

In literarum uicissitudine nonnulla fuit intermissio, de mutua beneuolentia nulla fuit remissio. Non me fugit, quātis negocijs tua pietas distineatur, nec te latet opinor, quā sit afflictā ualeitudine, quæ mihi omnem penè studio rum consuetudinem ademit. At ubi literis amicorum factus sum certior, R. D. Petrum Episcopum Cracouiensem rebus humanis ereptum, simulq; te factum Archiepiscopū Gnesensem, gemina data est occasio, ut hac epistola quodam modo *μυραδὸν* cogerer, & quemadmodū Iupiter è duobus dolijs res miscuit, ita in epistola læta miscere tristib. Neq; enim tibi non possum gratulari, qui pro tuis egregijs uirtutibus ad istuc fastigij sis euectus, in quo uelut ex editiore specula tua pietas clarius latiusq; diluceat. Rursus nōa possum non iungere tecum lacrymas, tuamq; pariter ac meam uicē deplorare: tuam, qui tibi sanguine coniunctissimum, animorum beneuolentiā coniunctio rem amiseris: meam qui tam amico patrono & consolatore sum orbatus. uix enim uerbis consequi queam, quantum solatijs, quantum hilaritatis adferre soleant omnes illiusepistola. Fortassis & totius Poloniae uicem merito, quis deploret. Quando enim Ecclesiae tam continget Episcopum, quando Regi talis Consiliarius, quando regno talis Cancellarius? Quot egregijs dotibus cum uirum cumularat supremi numinis benignitas, quot heroicis uirtutibus exornat, diceres ad publicam hominum utilitatem diuinitus esse factum. Quam solida quamq; recondita fuit eruditio, quam feruens sacrarum literarum studium, quam oculata prudentia, quā rara in negocijs gerendis dexteritas, postremo intam exitijs dei donis, in tam sublimi dignitatis fastigio, quā amabilis ciuilitas, quā cūnis expers supercilij modestia. Atq; ut scribunt, contigit illi mors talibus digna moribus: ipsis diuinis literis quas adamabat placide immortalus est, expirauit enim nemine eorum qui officij gratia aderant, sentiente diceres obdormisse, non expirasse. Hæc quum necum re puto, pudet flere, magis libet illi ter beatæ animæ gratulari, quæ nunc pro hora semente quam fecit in hac uita, messim apud Christum metit optimam. Sed hæc abs terretius perscribentur, tuamq; tuba sanctissimi præsulis gloria melius decantabitur. Tu longe præstantior es artifex, & uniuersas hominis uirtutes penitus habes cognitās ac perspectas: ad nos uix tenuis famæ perlabitur aura. Non dubito quin pro tua erga illum pietate, sis nobis eum uirum totum suis coloribus, tuo illo felici penicillo, depicturus. Conducit autem hoc non mediocriter ad bonos omnium mores extimulandos, si eximie uirtutis fragrantia ad quā plurimos dimanet: porro iam uita defunctos, laudare tutum est, quando nec laudato periculum est ab insolentia, nec laudanti ab adulationis suspitione. Nos tenuem modo odorem dare studuimus. Dominus R. A. T. seruet incolumem. Basileæ Calend. Febr. Anno à natali Millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

Per
ep. Scipij
CRACOVIENSIS ET REGNI POLONIE
uicecancellarius, Des. Erasmo Roterodamo S. D.
[Redacted signature block]

DES. ERASMVVS ROTEROD. PETRO TOMICIO
Episcopo Cracouiensi S. D.

ANTVM habent eruditionis & eloquentiæ literæ tuæ Praesul ornatissime, ut me prorsus à scribendo deterreant: sed eodem rursus tantam præ se ferunt humanitatem, ut non uerear illis uel ex tempore respondere, quod mihi pene perpetuum est. Itaque multum citoque scribendo didici male scribere. Quod tuam amplitudinem ueneror ac diligo, nihil mihi debetur gratiæ, Scythiis omnibus immanior futurus, si uitum tot eximijis uirtutibus præditum, & tam egregijs fortunæ ornamentis, tam singulari modestiâ, nō toto pectore amarem. Tuū in me fauorem, meamque erga te reuerentiā, amicitiam uocas, aut te multum deijciens, aut me multum erigēs: mihi uero abunde magnificū est, inter tuos clientulos annumerari. Eiusdem modestiæ est, quod omnia tua cum meis confers. Formica camelus: aiunt Græcorum prouerbia. Nec cōfers modo, uerum etiam in ijs quæ sunt præcipua priores tribuis Erasmo. Utinam è lucubrationibus meis aliquid utilitatis accedat: præsertim ad pietatem. De nominis immortalitate non sum anxius, tamen nō est boni uiri famam negligere. Sed uaria sunt hominum iudicia, tum hoc seculo quid obsecro turbulentius? In eodem choro quàm dissonæ uoces, quàm non cōgrui motus: ut qui uelit hisce temporibus aliquid in lucem adere, nullo pacto uitare queat, quin se exponat multorum linguis confodiendum, ut iuxta Pauli sententiam, per gloriam & ignomiā, per infamiā & bonam famam, necesse sit, ad id quod rectum est pertendere. Si olim scissem quid sit celebre nomē, summa ui fuisset adnixus, ne quis præter domesticos nouisset Erasimum, nunc frustra mihi placet illud Epicuri *λὴθε βίωσις*. Sed quando hæc est Epimethei prudentia, sero sapiens, quod unum superest, huc toto pectore incumbō, ut Christo propicio hinc emigrē. Ab his laboribus, in quibus crederis me libenter uersari, iam dudum animus gessit discedere, sed partim me retrahit necessitas, partim reuocat flagitatorum improbitas. Necessitas cogit, ut mea quæ ferè sunt extemporalia, ac citra iustam curam præcipitata, sub incudem reuocem, quando typographos cohibere nō possum, quin subinde meas ineptias excudant, etiam puero lusas: interdum & alienas meo nomine euulgant lucelli gratia. Flagitatorū duplex est genus, quidam urgent priuato affectu, uel ut typographi, qui lucri gratia querunt novos libros: sunt alij quidam qui de me bene meriti postulant argumentum, quod existimant Reipub. profuturū: aut si nihil sunt meriti, ea sunt autoritate ut rogando cogant. huius ordinis sunt, libellus De misericordiâ domini, ad Christophorum Episcopum Basiliensem, Commentarius in Psalmū quendam ad Episcopum Lincolniensem, alter item ad Turzonem Episcopum Olmucensem, Duo præterea libelli: alter De symbolo fidei, ad comitem Vultiferiæ, alter De morte Christiana. Sed acrius urget, qui ex promissis uelut obliuatis tabulis mecum agunt. Huius ordinis quum alia quædam sunt, tum est Ecclesiastes: quem nunc damus serio: non serio promissum, idem passus quod solet quibusdam puellis accidere, quæ per lusum recipiūt, quod cum dolore coguntur reddere. Quis sit operis genus futurus nescio, meus certe genius à nullo argumento magis abhorruit. Malui tamen hanc aleam iacere, quàm malæ fidei sponsor uideri. Sed quid mei labores sunt ad tuam industriam, qui doctrina, consilijs, integritate, gratia, prudentia, autoritate, de rege, regno, & ecclesijs Polonia, tam præclare summo cum omnium applausu merearis. Iam ut ætas conueniat, multum tamen interest, inter senectutem omni dignitatis genere florentē, & inter marcidam omnibusque inuidiæ telis expositam, ne dicam *ἡλικίᾳ* uel *ὄντι* potius *ἡλικίᾳ*. Si nouus annus tuam amplitudinem pristino uigori restituit, est unde Christo gratias agamus: me uero usque ad Idus Maias inclementissime tractauit, adeo ut cruciatuū pene iugium tædio cœlum mutarim (Nām in morbis deploratis medici solent ad hanc sacram ancoram confugere) si quod forte mali leuamē inuenirem, aut certe morte finem dolorum adipiscerer. Basileam arcera muliebri uectus sum, cuius urbis nec incelebris nec inamœnæ hospitio compluribus annis sum usus, atque ibi in spem reditus mei erat extructum cubiculū in gratiā meam, quale mihi sciebant esse commodum, tum erat excudendus Ecclesiastes, qui multis locis hiulcus & inchoatus, uix potuisset absolui, nisi præsens adfuisset. Hanc ciuitatem quam ante annos fere septem suburbulentā reliqueram, bene tranquillam reperi, & ad sobrios mores pulchre compositam. Iam non me fugiunt diuersæ hominum sententiæ: animique

Lzz plurimo

Aliquid de istis tuis perentibus studijs & laboribus remittito. Caue denique ne plus quàm parricida dici queas, si te laboribus istis & uigilijs cōficiendo, quasi manus ipse tibi attulisse uidearis. Sumus inter nos mi Erasme non solum ætate, uerum etiam fortunæ quadam similitudine coniuncti. Nam & nostrum est, itidem ut tuum, uitreum planè corpusculum, cum senio, tum laboribus fractum, nunquam ferè ab omni prorsus tentatione liberum. Sed utrumque nostrum Christus quædam respiciet, & flagellatos nos atque in gratiā receptos, pristinae sanitatis cōpotes faciet. Bono nos animo esse oportet. multum enim iuuare dicitur animus in re mala bonus. Quamquā te iam pridem omni cruciatu tuo liberatum esse credimus. Sin autem nostra nos adhuc fessellit opinio, dubium nobis nō est, quin una uterque, pulcherrimo hoc & saluberrimo anni tempore uitæ nostras pristinas simus recuperaturi. Id quod faxit Iesus Christus, ueræ salutis ac incolumitatis autor. De rebus nouis, quarum nos participes fecisti, magnas tibi & agimus & habemus gratias. Nos quid ad te noui scribamus non habemus, Nisi fortasse nouum est hoc apud uos, Do. à Lasco, qui fuit per Ioannem Regem in uincula coniectus, iam esse ab eodem dimissum. Laborum ergo, quos eius causa maximos maximo cum sumptu suo pertulit, donatum est illi oppidum Kelmak, & alterius Dobrocen usus fructus in id usque tempus concessus, quo quindécim ei milia numerentur. nec amplius iam Regi Ioanni facti stipendia. Spes erat iniecta pacificationis inter Ferdinandum & Ioannem Reges Hungariæ, sed ea præcisā iam esse dicitur. Ioannes Turcarum Imperatoris auxilio nititur & magnopere confidit. Ferdinandum tam potentem hostem prouocare, multi mirantur, præcipue cum fratrem Carolum Imperatorem à Rege Galliarum impediri rumor sit, quo minus fratri ferre posset suppetias. Rex meus prorsus inuictus, cum Moschis nunc bellum gerit inuitus. Conscriptus est ualidus exercitus: læta & stetit

plurimorum, ad male suspicandum æquo proniores: Verum arbitror me tum ætate, tum usu rerum, tum eruditione quantulacumq; huc peruenisse, ut mihi tutum sit quouis loco uiuere. Nec tamen hoc animo prorepsi è nido, ut Basileæ sedem perpetuam figerem, nisi urgeret inexpugnabilis necessitas: uerum hic erat animus, ut si parum succederet audacia Friburgum in ædes meas, quas illic sat splendidas emerã, et ad usum meū diligenter apparatus, commodaq; suppellectile instruxeram, me reciperem. Sin succederet cœli mutatio, hinc uel in Brabantia, uel in Burgundiam cogitabam. In Brabantiam præter alia multa, inuitat aula Cæsaris, & paratum salariū si redeam: Besontino senatui simul & Clero me pridem, quum illuc commigrare statuissem, Carolus Cæsar litteris suis non indiligenter commendauit. Et absq; uinis Burgundiactis illico periclitor. Contemni poterat, quod nõ nisi magno huc aduehantur, nisi magna ex parte à furacibus aurigis exhausta, aut admixtu corrupta, ad nos uentrent. Friburgi uniuersitas est (ut uocant) quæ primis celebris: & omni studiorum genere satis florens, nec illibenter uiuebat in ditione Regis Ferdinandi cuius haud uulgarem in me fauorem multis argumentis sum expertus. Sed eius loci cœlum mihi semper uisum est meo corpusculo parū amicum, atq; ipsa etiã domus quamuis elegans, non nihil suspecta fuit. Hic aliquanto minus male habeo: nam bene habendi spes omnis adempta est, in hac quidem uita. Si quidem à puero sui delicati corpusculi, rarissimãq; (ut medici loquuntur) textura, eoq; cœli iniuria facilius offendebar: sed uigor ætatis partim negligebat, partim uincebat hæc incommoda. Nunc posteaquam non labores tantum, sed multo magis tot letales calculorum nixus, & his succedentes articulorum diu cruciatus, absumpto corpore præter cutem & ossa nihil reliquerunt, consentaneum est ut in dies corpusculo magis ac magis attenuato, facilius offendar aurg incõmodis. Sic plane fio cœlestis, ut ad omnem cœli habitū, peius aut commodius habeam: Sed leuius feruntur mala quæ non possunt esse diutina. Maiorem in modum me delectauit, quod erudite iuxta & apposite adfers de Roscio Comædo, qui cum ætate mutauit tibiarum modos, Verum utinam ego aliqua saltem ex parte id essem in ecclesia, quod Roscius fuit in theatro, attamen quod illi persuasit ratio, me docuit necessitas. Illud inter nos diuersum: Tui te reuocant à laboribus, ut Reipub. cui prodes plurimū, possis quàm diutissime prodesse: at mei me recusantem ac detrectantem ad labores subinde nouos protrudunt. Vt cunque hæc habent, admonitio tua uel potius consolatio, mihi fuit multo gratissima, atq; illud efficit, ut posthac maiorẽ habiturus sim ualitudinis rationem, & quicquid erit molestiarū, æquiore feram animo. De Hieroslao à Laico grata nuncias, nam huc nescio quæ rumoris aura pertulerat, eum cum duce Gritio fuisse capite truncatū. De Cæsaris uictorijs, multarum scribuntur, tum uulgo iactantur, quæ non arbitrator omnia *ἀνεμολία*, ut Homerice loquar. Populus Cæsareæ ditionis multis in locis, accensis pyrīs testatur gaudium publicum, Idem factum est Romæ, Pontifex tamen negauit se id facturum, nisi Caroli litteris ad ipsum scriptis factus esset certior. Guletã uetustæ Carthaginis ruinas expugnatas rumor est constans, & puro uerum esse, cætera dubia sunt. Hic nihil est quod scribã lati. Pestilentia scintillat in multis Germaniæ ciuitatibus. Oppidum Vuestphaliæ Monasteriū: quod occuparēt retincenti: uel expugnatum est, animaduersum in omnes, qui duodecimum excesserant annum. Ea lues non nihil compressa est uerius quàm extincta. Ex Hollandia anabaptistæ turmatim in has regiones affluunt, nec dissimulant suam professionem, feruntur ac dissimulantur, si nihil moueant tumultus. Quorsum hæc euasura sint, dominus nouit. Corda regum in manu dei sunt, precorq; ut quæ Carolus noster gerit, Christo prosperante feliciter cedant, multorū tamen sententiã non minus operæ precium fecisset, si Germaniam inferiorem ab istis pestibus defendisset, quàm expugnando Guletã. Neq; enim res iam intra *λογραχίας* consistit, sed ferro & sanguine grassantur *δὲ βαφοὶ* insidij, dolis, ac uel ciuitates occupant, cæde ac uiolentiã inuitos ad suam sectam adigunt, Creant nouos Reges ac Reginas, condunt nouas leges pro sua libidine. Ante mensem Reuerendus D. Ioannes Faber Episcopus Viennensis, Regis Ferdinandi consiliarius ad me scribit, à Turca uenisse oratorem ad Ferdinandum ac paulo post alterum, Item à Vayuoda nõndum esse certum, sed suspicari se agi de pace, ad quam Rex est propensissimus, Et sapit in hoc Germanicã & Vngaricarum rerum statu. Nihil habet hæc ætas eo principe sanctius aut humanius, dabit illi spero dominus aliquando fortunam uirtutibus parem

parem, ut rebus humanis quantum prodesse cupit, tantum & possit. Lantgrauit Helliæ qui ducem Vuirtembergensem in suam ditionem reposuit, honorificentissime excepisse dicitur. Circiter Idus Augusti duæ sorores, Maria quondam Vngariæ regina, & Regina Gallia, parabant colloquium Cameraci. uidebimus quid ille pariat senatulus: utinam salubriora decernat, quàm ille quondam Romæ, cui præsidebat mater Heliogabali. Hyeme superiore Lutetiæ fauitem est acriter in quosdam, qui magnos excitarunt tumultus, ipsi etiam Regi minitantes, ni desisteret persequi uerbum dei (sic enim illi loquuntur) schedis passim affixis, ad ipsum etiam cõclauẽ regium. Vario suppliciorum genere extincti sunt apud Parisios ferme uiginti quatuor. Plurimi metu profugerunt, inter quos nõ pauci nobiles. Eorum aliquot Rex iam factus mitior reuocauit, redditis facultatibus, & permisso (ut narrant) dogmatum arbitrio, modo ne petant Regni statum. Huius moderationis auctorem narrant fuisse Regem Angliæ, & Paulum tertium. In Anglia quid acciderit Episcopo Rossensi, ac Thomæ Moro, quo hominum iugo nunquam habuit Angliã quicquam sanctius aut melius, ex fragmento epistolæ quod ad te mitto cognosces. In Moro mihi uideor extinctus, adeo *μία ψυχή* iuxta Pythagoram duobus erat. Sed hi sunt rerū humanarum astus. Verum his serijs nimium onero te, Nũc audi quod rideas. Paulo tertio uisum est in futuram Synodum creare Cardinales aliquot, insigniter eruditos, inter quos propositus est & Erasmus *ἡγερεῖται φασίην ἢ λαζαρίους*: sed obstabant, quæ alia quædam, tum uero precipue census nimium tenuis: præterea senectus, ac ualeudo parum utilis obeundis ecclesiæ negotijs. Itaque nunc magno ambitu agitur, ut me præposituris onerent, reclamationem ac manibus pedibusq; recusantem, ac perpetuo etiam recusaturum. Ego animalculum *ἡμυρόβιον* nunc suscipiam certamen, cum ociosis, uiolentis & opulentis competitoribus, ut diues moriar? Breue pontificis ad te mitto, cuius animum lubens amplector: bos clitellas non recipiam. Rossensi Episcopo galerus Cardinalicis exhibitus est in carcere, sed ille iam mori decreuerat. Regi uestro pro sua prudentiã pacis amantissimo precor omnia prospera, dignus erat uicinis commodioribus. Munus tuæ benignitatis nec expetitur, nec expectatū, bona fide redditū est. Tam docta, tamq; amica epistola, etiam si uenisset *ἡδωρῶ*, amplissimi muneris instar erat futura, Nec ulla unquam ad me tua uenit epistola, quæ non plurimum solatiij præstaret animo meo. Magiæ studiosi narrant, hoc esse peculiare malis spiritibus, ut terrorem ac tædium adferant: bonis, ut gaudium & alacritatem. Nihil igitur mirum, si tua scripta sic exhiberāt, sic discutunt omnem in cœterorum quum à spiritu optimo uereq; Christiano proficiantur. Ecclesiastæ uolumen lubens ad te misissem, si quis uoluisset sarcinam recipere, per negotiatores istuc perferetur. Quoriam elegantia cum tuis litteris paria facere non potui, quod eloquentia diminutum est, loquacitate pensauit. Dominus R. amplitudinem tuam diu nobis seruet incolumem, Datum Basileæ pridie Calend. Septemb. M. D. XXXV.

PAVLVS PP III DES ERASMO ROT. SACRÆ
THEOLOGIÆ PROFESSORI.

ILECTE fili salutem & Apostolicam benedictionem. Gratissima nobis fuerunt literæ tuæ, quas nobis Dilectus filius Ludouicus Berus Canonicus Basilien. reddidit. Cum enim nos delectare uel ob id rãtum potuissent, quod à te erant, cuius nomen celebre semper amauimus, & doctrinam magni fecimus, eo etiam erant ornatu uerborum ac grauitate sententiarum, ut ob elegantiam gratiores, eam quoq; pietatem præferentes, ut gratissima nobis euenerint. Nam quamuis in gratulando beneuolentiam, in laudando humanitatem, in monendo prudentiam tuam exhibueris, tamẽ præ his omnibus tuam pietatem amauimus, quam in sanctæ ecclesiæ tranquillitate optanda, tuãq; in id propensitate animi & promptitudine obsequij expromenda nobis ostendisti. Nec uero ignoramus, quantum tua excellēs doctrina pari coniuncta eloquentia nobis adiumento esse possit ad nouos istic errores ex multorū animis abscindendos. Quamobrẽ cum id ipsum iam decreuissemus facere, quod postea pie monuisti, ut medijs & communes incedentes, toti in causam sanctæ fidei afferendæ & ecclesiæ tranquillandæ incumberemus, lætati sumus plurimum talis uiri iudicio & amore, quod ea moneres ac suaderes, quæ nobis pertinerent ad officium, ac redundarent ad gloriam.

Zzz 2 riam

riam, ipsiq; pariter tuæ operæ promptitudinem ac ministerium offerres. Qua nos quidem de re, tibi iustius ac libentius gratias agemus, quam de gratulatione & laudibus nostris, quanquã de his quoq; gratias agimus. Illam enim tecum cupimus ut debemus, hæc uero à nostris meritis, quæ nulla sunt, separantes, ad unam dei benignitatem cuncta referimus, cuius beneficio grati, uoluntati obsequentes, oneri pares utinam esse possimus. Nam cum semper hæc dignitas multum oneris ac sollicitudinis habere consueuit, tum hæc præcipue tempore plurimum secum detulit molestiæ et laboris: ut quamuis ob Dei seruitiũ non declinanda, ob tædium certe ac difficultates implicitas nõ fuerit optanda: subibimus tamen alacres, contraq; tendemus nihil fidentes uiribus nostris, sed in deo spem omnẽ collocantes, ut ipse tandem suos miseratus, nauiculam Petri, quam regimus, diu iactatã fluctibus, ac uentis concussã, in portũ reducat, mariq; & procellis imperet. Quo magis te fili hortamur ut tu quoq; quem tot ingenij & doctrinæ laudibus deus ornauit, nos in hoc pio labore tibi maxime consentaneo coadiuuans, uerbis & scriptis Catholicã fidem nobiscum tuendam, & ante Synodum & in Synodo quam deo adiutore omnino habere intendimus suscipias, extremòque hoc pietatis opere quasi optimo actu uitam religiose actam, tuaq; tot scripta cõcludens, criminatores refellas, prouoces laudatores. In quo dei tu quidem retributione contentus, nos tamen quoq; haud ingratos neq; immemores experieris. Sed hæc plenius, & quo animo erga te tuaq; commoda futuris simus, ex ipsius Berii, quem & uirtutis suæ & tuæ commendationis causa libenter uidimus, & benigne exaudiuimus, sermone intelliges. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die ultima Maij M. D. XXXV. Pontificatus nostri anno primo.

FRASMO ROT. S. D.

DES. ERASMVVS ROT. BARTOLOMEO LATOMO S. D.
 CCEPI ante dies paucos epistolam à Paulo tertio mirifici fauoris, atque ho-
 norificentissimæ de me testificationis plenam. At ne uisam, si ea mihi fuit tua
 gratior, ad quam nunc respondeo, sed *λεπρονικῶς*, & ut ita loquar, per apho-
 rismos. Beneuolentia mi Latome quæ rebus temporarijs & in quas ius ha-
 bet fortuna, conciliatur, solet illis in diuersum mutatis uel refrigescere, uel in-
 termori. Me uero tibi nec forma, nec opes, nec dignitas, sed eruditio, candor animi, ac
 morum sinceritas conciliant, quæ ut propria perpetuæ sunt hominis, ita perpetuam
 amicitiam pariunt. Nunc quum perspicio te ijs uirtutibus quas olim in te dilexi factum lo-
 cupletiosem, æquum est, ut meo erga te fauori nonnihil accrescat. Quod excusas silentium
 tuum, operam inane sumis mihi crede. Nunquam soleo spectatos amicos hoc uulgari
 officio aestimare. Quid quod impudenter facerem, si id in te requirerem, in quo tu parti-
 iure possis *ἀντιπροσώπῳ*. Orationem tuam ualde probauit, quanquam mihi reddita est
 mutila, neque quicquam unquam legituum, quod non uehementer arrideret, eo quod il-
 lic animaduertentem ingenium ardens absque furore, liberum absque petulantia, amicum
 absque assentatione, excelsum sine arrogantia. Budæum ob eximiam eruditionem, ac præ-
 clara in rem literariam merita semper animo sum ueneratus, tamen si quidam conati sunt
 nostram amicitiam nescio qua nubecula nonnihil offuscare. Eum nunc longe pluris facio,
 quod tam amanter consuluit honori commodisque tuis. Collegiorum primores nihil noui
 faciunt. Metuunt ne quid decedat ipsorum quaestui quem plerique unicum habent scor-
 pium. Vix credas quibus machinis Louanij conati sunt obstare, ne Collegiū trilingue re-
 ciperetur. Qua quidem in re ut strenuam nauauit operam, ita plurimum inuidiæ mihi con-
 flauit. Tornaci coeperat institui professio linguarum, sed academia Louanienſis & Fran-
 ciscaui qui Tornacum incolunt non conuenerunt, donec quod inchoatum erat omi-
 teretur. Domus in huncusum extructa, prospectum habebat in hortum Franciscanorum
 Hinc illæ lacrymæ. Te primos excetra impetus feliciter sustinuisse uehementer gaudeo,
 nec dubito quin reliqua futura sint secundiora. Illud interim tibi prouidendum censeo,
 ut dum ætas laborum est patiens, seponas quod commode senectutis alar ocium. Ego si
 annos numerem diu uixi, firmitatem ineam quantum temporis mihi lucra fuit, cum fe-
 bribus, cum calculo, cum podagra, non diu uixi. Sed par est nos patienter ferre, quic-
 quid ille supremus dominus nobis immiserit, cuius uoluntati nemo potest resistere,
 quicquid solus nouit, quid nobis expediat. Quod me consolari commemoracione clar-
 nominis, nec apud posteros unquam intermorituri, non ingraturum est amicæ uolunta-
 tis officium. At me nihil mouet ista gloria; nec sollicitus sum de posteritatis applausu.
 Vnum illud mihi curæ cordis est, ut hinc Christo propitio migrem. Huc multi Galli
 nobiles profugerant, hybernæ procellæ metu, qui reuocati sunt. Leo rugiet, inquit pro-
 pheta, quis non timebit? Similis terror dissimilæ causa occupauit animos Anglorum.
 De quibusdam monachis sumptum est capitis supplicium, inter quos fuit quidam Brit-
 gittenſis per humum tractus, mox suspensus, denique corde reuulso in quatuor sectus
 partes. Hic constans & uerissimilis rumor est, ut Rex cognouit Episcopum Rossen-
 sem à Paulo tertio coopratum in numerum Cardinalium, eo maturius productum è
 carcere truncatis capite. Sic ille dedit rubrum galerum. Thomam Morum iam pridem
 esse in carcere, facultatibus in regium fiscum redactis, nimis uerum est. Ferebatur & is
 ultimo affectus supplicio, sed nondum certum habeo. Utinam periculoso negotio se nun-
 quam admiscuisset, & causam Theologicam celsisset Theologis. Cæteri amici qui me
 subinde & literis & muneribus dignabantur, nunc metu nec scribunt, nec mittunt quic-
 quam, neque quicquam à quoquam recipiunt, quasi sub omni lapide dormiat scorpium.
 Hic Pontifex uidetur serio moliri conciliū. At non uideo quomodo sit coiturum in
 tanta principum ac regionum dissensione. Tota inferior Germania mire infecta est à re-
 tinctis, In superiore dissimulantur. Turmatim huc affluunt, quidam Italiam petunt.
 Cæsar oppugnat Goleram. Mea sententia plus periculi est ab Anabaptistis. Non arbi-
 tror Galliam ab hac colluue prorsus esse liberam. Sed mussant illuc formidine sustis.
 Scis Monasterium Vuestphaliæ metropolim expugnatum esse. Apud Amsterdamos
 periculosus tumultus est in urbe. Neque nescis opinor Viandalum conterraneum tuum
 Tornaci

Tornaci pestilentia sublatum esse, uirum pulchre doctum, iam digamum ac liberorum
 aliquot parentem. Prodit Concionator meus utinam bonis auibus. Nam mihi quidem
 hoc argumentum nunquam arrisit. Festiuum est quod adfers de puellis, quæ ioco non
 nunquam recipiunt, quod cum dolore coguntur reddere, optasque ut sæpius ad cum iocer
 modum. Verum illud quoque nonnunquam euenit puellis, ut quod per lusum receper-
 runt abortu cogantur rejicere, aut in ipso partu emori. Quorū postorius metuebam, pri-
 us illud euenit. Nec est animus posthac ad istum iocari modum. Nunc de meo statu
 accipe quod rideas. Hortatu Lodouici Beri insignis Theologi scripseram Paulo tertio.
 Is priusquam resignaret epistolam, honorificentissime de me loquutus est. Quumque sta-
 tuisset in futuram Synodum aliquot eruditos in Cardinalium ordinem allegere, proposi-
 tum est & de Erasmo. Sed obieciabantur impedimenta, ualetudo ad obeunda munia inu-
 tilitas, ac census tenuis. A iunt enim esse Senatusconsultum quo submouentur ab ea digni-
 tate, quibus annui redditus sunt infra tria ducatorum milia. Nunc hoc agunt ut me one-
 rent prapositionis, ut hinc iusto censu parato doner purpureo galero. Felicitant crocoton.
 Est Romæ quidam amicus, qui hoc præcipue molitur, frustra monitus non unis meis li-
 teris, me nec sacerdotia nec pensiones morari, hominem *ἡμερόβιον*, & indies morrem ex-
 spectantem, non unquam & exoptantem. Tam diri sunt interdum cruciatus. Vix utum
 cubiculo proferre pedem, ac ne prospectus quidem alini tutus est. Corpulculū hoc
 tam acutum nullam feruntur esse dicitur. ~~Esse & de meo statu~~ sunt prapositionis
 ambiam prapositionis & galeros. Mihi ~~nam interdu~~ & error de me, & affectus erga me. Sed uerbosior sum quam destinarum. Epistola tuæ
 prolixiori facile ignoscam, si culpam istam frequenter iteres. Puer quem tibi commenda-
 ram ubi uiuat scire cupio. Rogo ut illum interdū amanter appelles. Habet patrem uirum
 humanissimum, ipse probæ indolis. Bene ~~Basileæ~~ Basileæ uigesimo quarto die Augusti, An-
 no Milleſimo quingentesimo trigesimo quinto.

HECTOR HOXVIRIUS ERASMO ROT. S. D.

AMMVLTA tamque insignia extant tua in me Erasme merita, ut quoties
 ea in calculum reuoco, merito mihi mortalium omnium uidear ingrattissimus.
 nam ut cætera omittam quorum uel sola recordatio ~~est~~ pudor
 re, id cuiusmodi est quod nuper me tam humaniter, & prompte, tam etiam
 honorifice commendatis Alciato tuis literis; idque prolixius & diligentius,
 quam uel cõditionem decet meam, uel ipse audebam postulare. nec uero me puderet hæc
 noua mihi quotidie à te alta super alia beneficia cumulari, si modo eam mihi facultates sint
 tum fortunarum tum etiam ingenij & doctrinæ, quibus uel referendis uel agendis saltem
 gratijs hominis non ingrattissimi munere defungi possim. Augent hanc sollicitudinem
 meam Alciato ipsius in me incredibilis humanitas officiaque plurima, quæ mihi post tuam
 commendationem cumulatissime præstitit, & maiora si uelim præstaturum ulstro se
 offert, nam mox tuis literis acceptis accessit me in ædes suas, ait me sibi à te esse commen-
 datum, neque adeo opus fuisse commendatione ulla, sed tamen postquam ita mihi ui-
 sum sit ut te eius rei gratia ~~seu~~ operam ut intelligam tantū uiri com-
 mendationem apud se haudquaquam exigere esse momenti, nec grauare te, inquit, etiam
 in domesticum contubernium admittere nisi rei meæ familiaris ratio hac in parte uolun-
 tati tuæ morem gerere prohiberet. Subinde autem multa de te ~~et~~ &
 amantissime loquebatur, abeuntem arctissime complexus dimisit non sine singulari suæ
 in me uoluntatis contestatione. Interea quoties ad eum accessi nunquam non ualde hu-
 maniter comiterque excepit. Nuper autem usus sum eius opéra & cõsilio in negotio quod
 mihi de re mea familiaris incidit: cumque illi (ut decebat) coronatos aliquos offerrem,
 & abnuentem uehementius urgerem, eo uultu recusauit quasi qui mihi amicus non fue-
 rit futurus, nisi ignora re illi molestus esse destinarem. hæc omnia ut mihi ornamento &
 studijs meis emolumento esse intelligo, ita prima mea in eo ratio esse debet, ut ingrati
 (ut dixi) hominis notam effugiam; proxima uti operamdem ne uestram operam frustra
 requisisse uidear, neu mihi desim ipsi pulcherrimamque hanc discendi occasionem per socor-
 diam & ignauitā mihi patiar elabi, quo nomine scio me uicique uestrū gratissimū faciurum.

Zzz * Sed

Sed hæc hæcenus. A Viglio iamdiu nihil accipio literarum: sunt hæc quidem illi inau-
 spicata proceria, qui in has turbulentiſſimas inciderit tempeſtates; & (quod dicitur)
 quaſi in ipſo limine impegit. miror quorſum euafura ſit horum audacia, examicoſum
 literis intelligo quæ illic & in patria gerantur, ſed tam abſurda pleraq; uti uix inducā anī-
 mum credere, niſi quod effrenis & inconſulta licentia cuiuſuis facinoris mihi abſcunde fa-
 ciat fidem. Memini te olim ante annos quatuordecim, quum primū hanc telam quidam
 eſſent orti maiore audacia quā conſilio, & tum ualde multis placeret quod pietatis &
 religionis ſpeciem præferret, te tamen hæc & quæ poſt ſecuta ſunt præuidere & diſerte
 uaticinari: quo nomine ſæpe audiui grauiffimos uiros exactiſſimum iudicium tuum ſum-
 mamq; prudentiam admirari. Spero tamē, poſt hos tam atroſos turbines reditura aliquan-
 do Alcedonia. Viglio fortaliſſis melius conſultum ſit, ſi relicto epiſcopo ſuo ex illis rerum
 undis in quietam aliquam ſtationem recipiat ſeſe, ad iusq; ciuile docendum conferat, ſur-
 turus aliquando inter eius diſciplinæ profeſſores primi nominis. Qui has literas ad te
 deſert, Viglij propinquus & cognatus eſt, iuuenis inſigni probitate, & proximis diebus
 hic ab Alciato doctorea laurea inſignitus. Si Alciato aliquando ſcribes, rogo ne pigeat
 interim ad me quoque literulas aliquas adſungere, quo noſtri quoq; uideare meminiffe.
 Vtinam ſit quod uiciſſim tibi quoq; conſicere poſſem: ſed hac promptæ uoluntatis con-
 ſcientia, cum exiguum id ſit quod poſſum, interim me mihi excuſo. Vale Eraſme

Ticini Calendis Iunijs Milleſimo quin-
 gentelimo trigelimo quinto.

ANDREAS ALCIATVS ERASMO ROT. S. D.

TA EST ut ſcribis Eraſme, fortuna pleroſque quos deprimere uide-
 tur, attollit, æſtuq; ſuo agitatoſ reddidit meliores. Sed ut uideo quiſq; ſuos pa-
 timur manes, ego militarem ataritiā expertus ſum, tu ſtudioſorum quo-
 rundam utruſque acerbiffimasq; inuectiuaſ. Sed hoc tua fortaliſſe melior cō-
 ditio, quod uindictam tu in manibus habes, ego nihil aliud aduerſus meoſ
 potui quā ut ueteri illo carmine meipſum ſclarer. *τὰς τῶν κρατύντων ἀμαθίας φέρει χεῖρα.*
 Sed age Eraſme perpendamus quomodo & tu tuam hanc Rhamnuliā
 æquiorē experiri, uel ſaltem tranſmittere utcuq; poſſis. Video enim plurimum
 hoc nomine affici, adeo ut rara ſit epiſtola ex his quas intra quadrienniū hoc edidiſti
 unde manifeſta ſollicitudinis huius argumenta non eſtumpant: ſed quid epiſtolaſ com-
 memorem, cum tot iam Apologiaſ adornariſ, inuulgariſq; tam ubere prorentur, ut ap-
 pareat te alium Alcinoū eſſe in cuiuſ hortiſ huiuſmodi *μῦλα ἰδί μῆλοισ* naſcantur, at
 quid quæſo inde profeciſti: compreſſi ne ideo ſunt æmuluſ tuſ nihil minus, perinde ac cra-
 brones cum irritantur, quin igitur uſu tandem addiſciſ, aut uehementioreſ terrorem in-
 ueniendū à te eſſe, aut fore ut ne iſte quidem coerceat: uehementioreſ autē inuenire non
 poteſ, cum nec ueteres quidem illi Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Auguſtini potue-
 rint. Quin igitur ſuperuacaneū hunc laborem omittiſ, mediūq; omnibuſ unguem hiſce

Nam ex quo quo n. specimen Tyroci-
 ni editum conquereris, quid aliud dicam, quam non multum ad pertinere: apparet in
 potius scriptam a quo tu *Ἰσθία πρὸς ὧν* diſſides, nam quæ colligit ille ex ſcri-
 ptis tuiſ, ut inde occasionem hæreticis præſtitam declarēt, haud quaquam multum fidei
 apud illoſ factura ſunt qui utruſq; opera uiderint: quod ut demus quandoque fortaliſſis
 contigiſſe, quæ tum denique culpa eſt tua: maior certe illiſ ab ipſiſ euangeliſ occaſio ac-
 cipitur, ut nullum eſt tam peruerſum dogma, quod in ſpeciem ſacraſ literaſ non præten-
 dat, cur eadem ratione in earum autoſ non declamat: nihil adeo pium eſt quod in ma-
 lum uſum ab eiſ trahi nō poſſit, ſiquidem *ἤτοι πονηρὸς τὸ νόμου λυμάνειν*, potuiſſeſ ita
 que illum libellum ſinere impune uagari, ſicut & pleroſque alioſ huiuſ generiſ qui auto-
 ribuſ ipſiſ oneri non honori ſunt: quiſ enim Imperatoris cuiuſquam factum probet, tam
 periculoſo externo bello ciuilia arma adeo intempeſtiue pertractantiſ? Videntur mihi
 Theologi illi ueteres id obſeruafſe, ut ſi qua in ſe opera ederentur quæ orthodoxæ legiſ
 autoritatem maieſtatem ue imminerent, ad ea reſcriberent, ne accuſatorum artibuſ ſim-
 plicioſ deciperentur, & recto tramite decederent: quod ſi quicquam obiectum eſſet
 quod ad particularem ſui iniuriam pertineret, nulla reſponſione dignabatur, conſtat ab
 amuliuſ Cyprianum *κατ' ἀντιποιχίαν* Coprianum dicitam fuiſſe: & tamen aduerſuſ hoſ
 nulla extat illiuſ ſancti uiri Apologia, Inſimulauit Palladius nominari Hieronymum
 quod cum uirginibuſ nimium frequens eſſet, at talem obtrectatorem irrepercuſſum di-
 miſit tamen ille, ſola recti conſcientia contentuſ. Relinquamus igitur huiuſmodi Antica-
 toneſ ethnicuſ, ſinamus taleſ controuerſiaſ cum demonſtratiuo genere ſuo Rhetoribuſ,
 qui ſi uera non habeant ſicō in themate declament: imitemur noſ Chriſti domini noſtri
 exemplum, & inſeciantibuſ bene precemur. Quam oporēt graueſ eruditoſq; uiroſ
 ferre ſententiā, cum in manuſ huiuſmodi accuſatoruſ quoruſ libroſ accipiunt: ſi ta-
 men unquam accipiunt, fregit ne hiſ, inquiunt, in Eraſmo genuinum, quod in diuinis
 Eraſmus male ſentiat: minime uero cum nec liuor quidem obſicere id ei poſſit homini
ἀρθοδότητον, in eum induhitur qui prior laeſuſ fuerit: at qui nulla extat eiſ niſi prouoca-
 ti, dentata charta. Sequitur ergo ut irani quadam Ethnica ambitione ducti hec ſcripſe-
 rint, prodantē ſoſ impietateſ ſuam, dum alioſ aſ deteſtere conantur.

quibus necesse est, ut non minus hanc nostram gratiam diu exoptent, sed etiam
 audeam, nihil est, quod addubites quin & tibi sit æquus. Quare non quaeso committere,
 ut plus tu credideris, tuis uidearis, si qui in eum te stimulant, quam ipse suis credidit. Non
 potest quin inter doctissimos quosq; oboriantur aliquæ similitates, sed has publice
 est nec in inimicitias transire, nec diutius durare. Carolum Subquietum tuum sum doctorali
 laurea quam primū ornaturus, quod publico impendio fiet: eius enim doctrina, cōmen-
 dationis; meæ hoc à Rep. Biturigum tributū est, quod paucissimis ad hanc diem cōtigit.
 Viglius libentius in Germania sua profiteretur, utinam destinasset sibi Zalius talem suc-
 cessorem. Laudas tu illum quod diligentissime in Musarum studijs uersatus sit: at ego,
 quod pari diligentia legibus quoq; quod rarissimum est, assederit. Quapropter sustinen-
 dum tibi, eum inter & Carolum est iudicium, cautus uterq; peritus uterq;, disertus uter-
 que. Haud mirum, bene cōuenire utriq;. Imprecarer plurima mala hisce Pysyllis, à quibus
 factum est ut quiescere tibi non liceret, nisi scirem una cum Corinthijs iam dedisse ab ar-
 ctico caelo pœnas & id quidem *Exi respov.* Vale & Alciatum tuum mutuo quod facis
 ama. Biturigibus, nonis Octobribus, Anno. M. D. XXX,

ERASMO ROT. S. D.

Datum Romæ xxiij. Kal. Aprilis. M. D. XLII.

MERCVRINVS GATTINARIVS CAROLI CÆSARIS
Cancellarius Des. Erasmo Roterodamo S. D.

Hic dicitur: *Exi respov.* Utinā hoc ipsum mihi cōspicere liceat. Nihil enim tam arden-
 tioribus uotis opto, nihilq; seruētoribus studijs assequi cōtendo. Quod si om-
 nes omnium Christianorū principum, atq; etiam pontificū animos ad id Cæsareo similes
 haberemus, nihil certe ueræ felicitatis in Christiana Repub. esset desiderandū. Verunta-
 men malo quodā fato aduersante, dum suis quisq; priuatis cōmodis (Si tamen ea cōmo-
 da dici possunt) pertinaciter studet, rempublicam undiq; labefactatam uidemus. Nolo ta-
 men adhuc animū despondere. Spero enim breuiter futurū, ut non modo cōponatur dis-
 sidium uerū & corrigantur mala, unde hic tumultus pullulauit.

~~...hos conspiratio. Tibi uero qui propter dei gloriam, et publicam
...ad
...Ad~~

Academiam Louanien. scribo, quod ex in cluso literarum mearum exemplo legere poteris. Miror profecto tantorum uirorum petulantiam, atque impudentiam; sed gaudeo tibi accidisse, quod saepius iam mihi contigit. Vidi enim quam plurimos qui me pertinacissimis odijs insectabantur, & a Caesaris aula sublatu cupiebant, ipsos prius e uiuis sublato. Quod duobus ex aduersarijs tuis contigisse audio. Sic deus suis fauere solet. De libello Eduardi Lei nihil adhuc audiui, tamen si sciam hominem nescio quid calumniae in te iam dictu moliri. Id tamen quicquid erit, nequaquam illi in Hispania edere licebit, nisi prius mature uisum, & examinatum sit. Id enim summo studio apud Hispanos cautum est, ne cuius sua somnia excidere liceat. Vtinam idem seruaretur apud Germanos. Tu fac bono animo sis, tuaeque consulas ualetudini; atque ad me saepius scribas. Ex oppido Vallisoleti, die decima Februarij. M. D. XXVII.

~~FORNIO ERASMO ROT. S. D.~~

~~...Mille...~~
IACOBVS SADOLETVS EPISCOPVS CARPENTORACTI
DES. ERASMO ROTEROD. S. D.

CCCEI tuas literas IIII. Nouembris datas, quae me maximo dolore affecissent, propter tuam de mea erga te mutata uoluntate suspitione, nisi diuino quodam beneficio mihi contigisset, ut paucis ego horis literas ad te antea dedissem, plenas uerissimi amoris, ut conscius mihi sum: neque tamen tanti quantum meus erga te in omnibus meis sensibus inclusus est, atque inhaeret. Tu uero ut metueres, ne illo officio scripta mea corrigendi me lesisses: in quo tibi a me par ne haberi quidem potest gratia. Noli obsecro mi Erasme me ex eo genere hominum ducere, qui se castigari & admoneri aegreferunt: nullum est obsequium quod mihi praestari possit gratia. ~~...~~ probos moneo & reprehendere, ubi uideris esse opus: quod si uiueres, tibi uerius usu ueneret ut esset faciendum quam tu fortasse arbitraris. Sed tamen ut etiam absens id efficias, habes commentarios meos in uulgus nunc editos, qui tuum acre iudicium expectant, non cum timore, sed cum spe melius euenturum & sibi & mihi, si quidem quod in his recte reprehensum fuerit, alibi integrius & incorruptius reponetur. Ego quod tam diu ad te literas nullas dederam, factum erat occupationibus meis & nouitatibus horum temporum, quae inexpectatae, & nos quoque in nos non nihil attigerant. Deinde etiam eo, quod te in Belgas tuos non ~~...~~ am, sed tamen uerebar profectum esse: Recordabar enim te ad me ~~...~~ differri, quod tempus iam nouem mense mensibus

mensibus transactum est, sed siue ego scribam, siue non scribam, illud tibi uolo esse persua sumum, cum plurimos tui obseruantes, curiosos, amantesque habeas, neminem in unum eorum me cedere, potiusque affirmare audere, nulli tam charam esse salutem, quam tui. Quod si tibi indicasse me memineris, non tamen ignuissimas, tamen cupere te mecum omnium me esse, & nunc reno uo uelutim, & pro iure amicitiae nostrae te obteitor, ut nihil meum esse statuas, quod non eodem modo tuum sit, & si quid adijci potest etiam efficacius & peculiarius tuum: Quod si experiri opera institueris, maxime tuum amorem in ea re mihi ostendes. Amerbachium nostrum cupio ualere, cui tu plurimam meis uerbis mittes salutem. Vale mihi ~~...~~ Erasme, & de tuo confirmato in recta opinione de me animo primo quoque tempore me certiore fac, ut qua ex tuis literis modestiam accepi, eam quam primum ex meo animo excutiam. Iterum uale. v. Idus Decemb. M. D. XXXIII.

~~IACOBVS SADOLETVS EPISCOPVS CARPENTORACTI
ERASMO ROTERODAMO S. D.~~

u
p
t
e
c

ERASMVVS ROTERODAMI DAMIANO A. GOES S. D.

CCIPERE ad singulas epistolae tuae satis prolatae partes, sed carptim ac breviter. Ex postremis literis tuis quas pridie Idus Iulij scriptas, ex Augusta Vin delicorum recepi, conijcio tibi meas esse redditas, quas Patauim miseram, quum tu iam Patauio discesseras. Leucas Remus uir humanissimus, ut scri bunt amici, paralyti tactus alterum corporis latus gerit exanime, lingua ta men, nam & hanc morbus ademerat, est relicta. Spero rem rumore mitiorem esse. Is mira fide nostras epistolas perferendas curat. A Friburgo depulsus, non est quod magno pere doleas, qui Italia Germaniam & Erasmum Bembo ac Bonamico feliciter permuta sti, quam Diomedes aerea commutauit auis. Ex epistola Georgij Coelij perspicio la mulam tuam, de cuius fide subdubitabam, in reddendis literis suo functum officio. Re sendum nihil scribere deplorator: suspicor te praecalam aliquam dignitatem obtigisse. Coe lius subinuidet illi prolixam illam epistolam, quum ipse perbreue acceperit. Videor am bos offendisse, alterum epistola uerbosiore, alterum breuiore. Utinam dominus dignetur me ab hoc sordente seculo in suam requiem euocare. Tantum abest ut longauitatem quam mihi precaris desiderem. Si cui mea scripta profuerunt ad pietatem, gaudeo, de fa ma nihil laboro, qua utinam non essem oneratus. Miror unde ista uertigo capitis in iu uenit. Habet Italia insignes medicos, quorum consilio possis hoc incommodum perire. Ab attenta lectione cauendum praesertim post prandium & coenam, pro lectione sit latorum hominum confabulatio. Times hyemem in Italia tepida: Quid faceres apud Pi lapios? Quod si serio times, recurre huc ad hypocausta, calebis quantum uoles. Vel dono dabo tibi aedes quas habeo Friburgi. Sum adhuc Basileae, ob aeditionem Concionatoris mei, ac ualde sum animi dubius, an expediat Friburgum repetere. Adeo multa suadent, multa deterrent. Gelenius pro sua doctrina non uulgari, proque morum sinceritate di gnus est laetore fortuna, diuitias uitae ausim illi optare. Quid periculi inquis. Ne seignior fiat ad promouendam rem literariam. Multos uia ad industriam stimulat. Quod de perpoliendis lucubrationibus meis admones, ut facis tu quidem amice, ita frustra facis, etiam si non admoneres sero. Natura sum extemporalis, & ad recognitionem mire piger. Et scis quam difficile sit pugnare cum natura, praesertim seni. Quid quod illa non scripsi mus Italiam, sed crassis Batavis ac rudibus Germanis, idque seculo non perinde felici atque nunc est. Iam quaedam argumenta non recipiunt accuratam orationis politiam. Neque illa M. Tullij myrothecia conueniunt his quae uel ad docendum parata sunt, uel religionis ne gocium tractant. Prioris generis sunt Adagia, posterioris Paraphrases, Annotationes, aliaque permulta, quibus si coneris addere Tullianae phraseos nitorem, nescio quo pacto frigeant apud uerae pietatis studiosos, qui spiritus deuorum quaerunt, non uerborum lenocinia. Coelestis illa philosophia ut habet suam sapientiam ab humana diuersam, ita suam habet

habet eloquentiam. Mystica postulant suum quoddam dictionis genus. Quem obsecro ad pietatem accendit Lactantius? Atqui nihil eo nitidius. Dicas Christianum Cicero nem loqui. Quanquam ille non tractat scripturas, sed cum ethnicis digladiatur.

In eadem tres libros edidit illud eximium huius aetatis decus Iacobus Sadoletus, admirabili sermonis nitore, & copia plane Cicero na, nec deest affectus episcopo Christiano dignus. Fieri non potest quin tale opus a ta cito profectum honorum omnium suffragijs approbetur, uereor tamen ne apud com tres ipse phraseos nitore non nihil hebetet aculeos ad pietatem. Quid hic commemo rum Longolium, qui totus in hoc incubuit ut Ciceronem exprimeret, nec infeliciter ces conatus: at hic quanto seipso frigidior est in his in quibus pugnat aduersus Lutheri dogmata? Quid futurum censes si non pugnasset, sed enarrasset mysteria diuinae scripturae? Eum uirum ut praematura mors omnibus studiosis inuidit, ita nominis gloriam nostrae Hollandiae multi uidentur inuidere. Nam propemodum in illo euenit, quod olim in Ho medo, de cuius ortu septem urbes inter se decertasse feruntur. Ita Longolium hinc Gal lia sibi uendicant, hinc Mechlinia sibi asserit, quum reuera fuerit purus putus Hollandus, prognatus e patre Hollando, in oppido celebri Hollandiae, cui hortorum pulchritudo no men dedit, Schoenhouiae. Hic ne quis mihi protinus obstrepat, quod dico patrius ipsius Petrus Longolius uir apprime doctus mihi narrauit. Non arbitratus sum committendum, ut hoc decoris Hollandiae praeriperetur: & ipsius Longolij gloriam illustrat, quod in ea regione natus tantus euaserit. Sed haec uerba, ad id quod institueram redeo. Illud tu iudicatio mi Damiane, an aequum faciant, qui postulant a nobis ut melius dicamus quam possumus. Habuit & Italia in quorum scriptis desideratur illa ad unguem exacta polities, Petrarcham, Pogium, Guarinum, Philelphum, Leonardum ac Franciscum Aretinos, aliosque permultos, quos nos cum candore legimus, ad errata conuientes. Et isti nihil con cedunt Batavis? Iam si fastidimus omnes scriptores, qui M. Tullio sunt dissimiles, qui tandem nobis erunt reliqui? Me cadit Tullianae phraseos in alijs ualde delectat, ipse nec aspernor, nec anxie affecto. Si quid erroris deprehendo in libris meis, praesertim ad bonos mores aut ad religionem pertinens, sedulo corrogo: de fama per orbem peruagatura, de qua iudicio posteritatis uiderit dominus. Verum haec utcumque habent, mihi gratissima fuit ad monitio tua, quam scio ab amicissimo animo profectam. Spero te consuetudine doctissi morum hominum eam politiem feliciter assequuturum, ad quam me hortaris. Ad quam laudem nisi uiderem te sponte currentem, non pigeret extimulare: uidelicet ut hoc decus uelut egregiam gemmam tuis stemmatibus & imaginibus adderes, atque hanc palmam si no primus, certe cum primis tuae referres Lusitaniae, in dies magis ac magis efflorescenti.

Quas Berus pertulit literas accepi, priores illas abs te Romae scriptas non accepi, nec eas quas Berus eodem tempore misisse se significat. Longa est uia. Multa cadunt inter ca licem supremamque labra. Berus mihi non reddidit sed transmisit literas a Bembo, cui tamen non scripseram, & a Lazaro Bonamico. Nondum enim cum Bero sum colloquutus. Bem bi literae non egent responso: Lazaro cuius epistola mihi fuit gratissima nunc responde re uolebam, hominem per uicem eruditionem, nunc longe mihi cha rioris fuit, quod te complectitur. De uobis Africa nobis aliquid non parauerit. Interim inferior Germania tota perditur ab Anabaptistis. Nunc tum est. Occisi quotquot excesserant annum duo decimum, si uera est fama. Rex Galliae reuocat nobiles qui metu profugerant. Meditatur aliquam moderationem.

Vuittenbergae saeuit pestilen tia, item Augusta, Argentorati coepit serpere. Rex Angliae saeuit in quosdam monachos, Episcopum Rossensem & Thomam Morum iam pridem habet in carcere. Haec nimirum uera. Qui e Brabantia ueniunt, narrat de utroque sumptum capitis supplicium: eum uerum optarem esse uanum. Bene uale. Bembo & Bonamico, & si datur oportunitas, Coelio Calcagnino ueteri amico salutem de uota meliore. Datum Basileae de cimo octauo die Augusti. M. D. XXXX.

bus impeditus differo propositum, alij autem uerterunt, quæ res eis uertat male. Satis de hoc coris tibi adferunt lucubrationes meæ, quas ipse ædo, etiam si isti non euulgent necas necas quas uulgo non scripsi. Quæ inter epistolas reperissem multas à Regibus fere omnibus, à ducibus, à Cardinalibus, Episcopis, & summis pontificibus, aut à uiris insigniter eruditissimè scriptas, libuit paucis ex his uicis spectare, quales habeam cōbibones: sic enim quidam garrulus, qui ferreum malegicū putant esse facundiam. Eas tantum selegi, quas non per secretarios, sed proprio ingenio compositas propriæq; manu scriptas animaduertentem. Nam ipse mecum aliquot iam annis nullum exemplar ferre curauit, partim quod amanuenses quibus describendis non sufficerent, partim quod dum pluribus rescribo, eorum tempore scribere, quædam etiam dicere. Et superiorum æditionum me suppediuit. Postremo tibi uidentur sapere, qui epistolas suas seruāt post obitū edendas. Porro epistolæ quæ affectato argumento scribuntur ad eruditionis ostentationem, quoniam nihil habent ueritatis, meo iudicio non sunt epistolæ. In his uero quæ scribuntur ex animo non temere inuentas quæ uni scriptæ ab omnibus cetera cuiusquam attentionem legi possint. Card. Cretanus aliquoties ad me scripsit, postremam illius epistolam his adiungere cupiebam, sed ad manus non uenit. In literis quas ad illum nouissimas dederam, questus sum de his qui libellum de concordia mala fide tractarant. Eas Clemens pontifex legit. Libentius enim legunt ad alios quam ad ipsos scriptas, quod in illis credant esse plus ueri. Rogauit, an eum libellum legisset, ait. Ecquid probaret. Nihil, inquit, illic uideo mali. Eam uocem pontifex summa cum alacritate excepit. Vbi uentum est ad locum ubi queror de Nicolao Herbornio commissario cismontano, illico uocauit magistrum sacri palatii, rogauit eum ipse talem creasset commissarium. Ille negauit. Qua ex re perspicuum fuit, nec pontificem probare Herborni petulantiam, & gloriosum illum titulum quo se factabat, à patribus Franciscanis fuisse datum, non à pontifice. Inter excutiendum schedas illud admonuit me cōditionis humanæ, quod inter tam multas epistolas plerasq; intra decennium scriptas, tam pauca uenirent ad manus quarum aures essent superstites. Homo bulla. Hæc te scire uolui candidè lector, ne statim meum esse credas, ubicunque uideris meum præfixum nomen: ne ue putes Erasmo neminem fauere præter cōbibones aliquot. Vale. Basileæ decimo Calendæ Martias, Anno à Natali M. D. XXXVI.

ERASMVVS ROTEROD. SENATV BE-
SONTINO S.

AGNIFICI domini & patroni semper obseruandi, humanitatem uestram qua iam non semel offeris supra quam ego fuisset ausus petere, toto pectore amplector atq; exosculor. Munus uero honorarium licet mihi multo gratissimum non tamen sine pudore accepi. Nec enim potuit non esse gratissimum, quod à talibus uiris ultro missum est, nec ambiēti nec expectanti. Sed huic uoluptati nonnullus pudor fuit adiunctus, dum reputo quam nihil unquam uel de uobis, uel de Rep. cui præfideatis sum bene meritus. Nec omnino quid gratiæ queam reponere uideo. Illud tamen bona fide polliceor, me si quis submoneat qua in re possim dominis meis optime de me meritis uicissim aliquid gratum facere, manibus pedibusq; enixurū, ut intelligant studium promptamq; uoluntatem suo clienti non defuisse. Dominus inclinet senatum uestrum, ac præclaram Remp. sospitet ac prosperet in omnibus. Datum apud Friburgum. XII. die Martij, Anno à Christo nato M. D. XXXIII.

ERASMVVS ROTERODAMVS SENATV BE-
SONTINO S.

AGNIFICI & plurimum honorandi domini, quæ res Basileæ mutata cōgerent me hospitium uetus & ob id gratum relinquere, cogitabam de commigrando Besontium, in urum expertus iam per occasionem, tum uestram tum canonicorum humanitatem. A canonicis tum responsum est istic esse nescio quid dissidij, itaq; satius esse migrationem in aliud differre tempus. Ita factum est, ut id approbante & suis literis commendante me rege Ferdinando ad Friburgum uicinum me cōtulerim: ubi iam duos annos & ultra uixi, gratus omnibus, sed impris

mis Academiæ. Nec interim sui cuiquam grauis impendio, meo succo uicissans. At nunc quoniam uideo omnia in suspensio esse, nonnulla etiam bellorum aut tumultuum præfata, quæ quidem opto uana esse, sed si quid tale accidat ubi uis malum esse quam Friburgi. Huc enim se contulerunt & hodie conferunt, qui Basileam odio secularum reliquerunt, à quibus illi suspicantur instigari monarchas ut rem ecclesiasticam armis uindictent. Oppidum est elegans & amœnum, sed maligna rerum copia: & hoc corpusculum senile iam & afflictæ ualitudinis quum alijs plurimis subsidijs eget, tum maxime uino Burgundiaco, quod huic stomacho cum Germanicis pessime conuenit. Quum autem ea istinc huc adferri curo præter iniqua impendia, aut ueniunt qualia nolim, aut in itinere per aurigas utantur. Speramus autem omnia fore tranquilla, sed tamen si quid exiterit quod nolimus, mihi gratum esset urbis istius hospitio ad tempus uti. Nemo per me grauabitur, est gratia superis unde aliam hoc corpusculum. Nec cum ulla secta mihi cōmercium est. Nullos habeo discipulos nisi cum Christo communes, nec habiturus sum uolente deo. De uicis hominum quædam admonui, quæ non nihil offendunt morosos quosdam, quum magis oportuerit ea corrigere, quam succedere bene monenti. Tantum quæro portum & tranquillam sedem huic ætati & ualitudini. Vocatus sum & uocor alijs splendidis cōditionibus, sed non est consilium egredi Casareæ ditionis pomeria, cuius singulari fauore hactenus substiti aduersus maleuolorum conatus. Quod si uestra sapientia putabit hoc quoque ad rem pertinere, uerbo facillime impetrabo, & à Casare & à Ferdinando literas commendaticias. Quanquam quæ uestra humanitas est nec illorum commendatione, nec his meis literis opus esse arbitror. Attamen propter uarias hominum sententias, uariosq; affectus usum est nihil tentare, nisi prius exploratis animis uestris, sine quorum fauore nescio an istic tranquillam sedem habere liceat. Quamobrem uestra clarissima Cellitudo non grauabitur paucis uerbis huic epistolæ respondere, cui me semper addictum clientem fore profiteor, quæcunque Erasmmum est habitura regio. Vos omnes sospitet resq; uestras bene fortunet Dominus Iesus. Apud Friburgum Brisgoiæ postridie Iacobi apostoli. Anno M. D. XXXI.

ERASMVVS ROTERODAMVS DESIDERATO
MORE S. D.

RATV LOR isti Reipub. Desiderate charissime, quod ab eo dissidio quod audieram suboriti, liberata est. Is certe metus me deterruit, quo minus istuc commigrarem, ne toties ob uini periclitarer inopiam: Nam à fine Februarij usq; ad Septembrem perpetuo langui, sic collapsio stomacho, ut omnino nihil admitteret, ac certo comperi languoris causam non aliam fuisse quam ut in idonei inopiam. Nam mutato uino protinus reuixit stomachus. Hæc est huius corpusculi calamitas toleranda, donec & uentrem & escas destruat deus. Ne uero mihi idem eueniat rursus hac hyeme, emisi famulum Gilbertum Cognatum, mihi quidem multis nominibus charissimum, sed hoc etiam titulo chariorem, quod tibi propinqua cōsanguinitate coniunctus est, ut mihi duo aut tria uasa adferat. Arbitror officialem nodum è legatione rediisse, nam è Luceria nuper ad me scripsit amantissime, & audio D. Franciscum Bonuæ lotum è rebus humanis concessisse. Quo magis te rogo, ut Gilberto nostro, tuo consilio uelis adesse, ut pecuniã bene colloquet, & quamprimum ad nos redeat. Ridebit aliquis me de uino tam esse sollicitum. Riderem & ipse, nisi præsentis periculo toties essem doctus. Reuocatus sum in patriã à Regina Maria, Casare, summo Cancellario & duce Arscoti, misso etiam uaticano trecentorum florenorum, & præstituto salario tanto in annos singulos, iamq; paratis equis accinctus eram ad iter. Sed imbecillitas cogit expectare uer. Reliqua cognosces ex Cognato bis tuo semel meo. Ecclesiæ concordiam iam dudum suspiramus uerius quam speramus. Huc certe sum adhortatus, nihil illud opinor exhibebit Gilbertus. Opto te quam rectissime ualere. Datum Friburgi Brisgoiæ duodecimo die Octob. Anno à Christo nato M. D. XXXIII.

Aaaa 4

ERASMVVS ROT. LODOVICO MONTIS S. MARIAE
& Charitatis Abbati S.

REVERENDE domine ac pater mihi multis nominibus suspiciēde, Gilbertus Cognatus mihi iam plusquam triennium fidelem & commodum praestitit famulum, quem ego tamen ob mores liberales nō tam pro famulo habui, quā pro conuictore & in studiorū laboribus socio. Proinde & tuae R. amplitudini gratulor talem cognatum, & illi multo magis tam amicum et benignum patronum. Quo nomine sicut ille tibi debet plurimū, ita & ipse gratias ago. Nam meae fortunae tales sunt, ut mihi magis in promptu sit communicare literas quā diuitias aut dare sacerdotia. Spero autem fore, ut illum temporis apud me peracti nō poeniteat. Nam praeter eruditionis fructum quem ex mea consuetudine cepit haud poenitendum, nouit tua prudentia quot illecebris iuuentus suo relicta arbitrio sollicitetur ad corruptelas. Poterat alibi nōnihil attrahere contagij à seclarij amatoribus. Apud me uero etiā si quid attraxisset, purgari potuit. Tum ea est uitae nostrae ratio, ut nullū sit officij seruiendi uoluptatis, etiam si quis appetat. Hunc ego fructum arbitror in ratione praemiorum haudquaquam postremum mereri calculum. Sic autem meritus est de me, ut meas fortunulas semper sit habiturus communes, & praeterea si quid officio praestare ualuerō. Nunc per quā aegre illo careo, itaque uehementer gratum fuerit, si quā primum ad nos recurrat. Te uero magnopere rogo, ut in illo fouēdo tui similis esse pergās. Crede mihi recte collocaris benignitatem istam, etiam si tibi sanguine iunctus non esset. Quod si Erasmiū in tuorum numerum ascribere dignaberis, pro uno cliente duos es habiturus. Bene ualeat T. R. A. Friburgi XI. die Decemb. Anno M D XXXIII

ERASMVVS ROT. FRANCISCO BONVALOTO

Theaurario S. D.

RO tuo in me studio uir clarissime iam non nouo gratiam habeo: sed nihil ad huc aliud possum quam habere. R. D. Lodouicus à Vers Abbas montis S. Mariae & Charitatis cōtulit Gilberto Cognato cōsanguineo suo meo famulo sacerdotium quoddam: Quia in re forsitan opus fuerit illi fauore tuo, etiā atque etiā rogo ne illi desis uel quia dignus est ipse, utpote iuuenis candidis & integris moribus, nec indoctus, mihi certe iam annos aliquot in studiorū laborib. magno fuit adiumento. Quare quod in illum contuleris officij in me collatum putabo. Audio per te conferri plerāq; sacerdotia, & nouit tua prudentia magnam religionis Christianae partem pendere à pastoribus. Lutecia habeo quendam Philippum Montanum, qui mihi olim fuit adiutor studiorum, praclare doctum, etiam in re theologica, sed moribus sanctioribus aut magis pijs uidi neminem. Non deest illi fortuna, sed suo prope spiritu cuperet Christo bonum pastore agere, si uocaretur. Gallus est natus annorū plus minus triginta quinque, cuius si memor esse dignaberis, non mihi tantum, sed Christo etiam ipsi rem summopere gratā faciurus es, qui te seruet incolumē. Friburgi XI. die Decēb. M D XXXIII

ERASMVVS ROT. SIMONI LEIGNIERO S.

MANter tu quidem uir optime qui uinum ultro obtuleris, sed Gilbertus Cognatus parū fecit prudēter qui acceperit. Mihi uero tua benignitas hoc nomine multo gratior est quod spontanea atque inexpectata. Quod de filijs mones faciā diligenter, & si qua alia in re possim illis commodare, praestabo grati ac memoris hominis officium. Non excidit mihi quantum debeam in clypeo senatui Besontino, & hoc caelum perpetuo nebulosum ac nubilū dure me tractat. Caesar reuocat me in Brabantiam, quo si per debilitatem corpusculi proficisci non licebit, conabor istuculq; prorepere. Det dominus ut omnes amicos meos offendam incolumes. Vale cum tibi charissimis. Friburgi XIX. die Nouemb. M D XXXIII

ERASMVVS ROT. PETRO RICHARDOTO S.

AM ferme mensis est, quod patronus mihi tecum communis Lutecia scripsit ad me literas humanitatis ac benevolentiae plenas. Ad eas respondi, sed paucis, quod quidam indicasset illum necessario fore Besontij, quod ipsum mihi non uidebatur uerisimile. Scripseram per eundem episcopo Verulano, sed is iam reuolauit in Italiam, Mediolani expectaturus quid maderet pontifex

pontifex. De epistolio quod per famulū mihi non est quod sis sollicitus, nihil habet nisi gratiarum actionem, & resalutatiois officium. Veteris uini Gilbertus meus plus adduxit quam uellem. De nouo curabimus in quadragesima. Ut autem scias quantus sim diuorator, duo uasa mihi si solus bibam, sufficiunt in decem menses. Malo tamen superesse ne desit pontificis, famulis, liguritoribus, uapris & acrimoniae sua portio. Habeo gratiam quod me doces quomodo uapescenti uino uinaeis mederi debeā. Illud serio tibi persuadeas uelim mihi Richardote, tuum istum affectum, quē literis tuis significas uerius quam exprimis, mihi esse gratissimum. Risi nec intellexi tamen, quod me tertium eloquentiae lumen appellas. Nimirum mihi tribuis, si putas hoc seculo non esse nisi duos Erasmo facundiores. Equidem me utx mille simum esse credo, nisi quod magis arbitror me cum Megarensibus nullo in numero ponendum esse. Utinam huius temporibus tam effloruisset Christiana pietas, quam effloruit eloquentia. Audi rem mihi molestam, sed tibi tamen risui futuram. Praeter alia incōmoda quibus aetas & autumnus me afflixit, fuit in aedibus meis tanta improbisimorum pulicum utis, ut per eos nec dormire liceret, nec legere aut scribere. Quod malum nondum factum est mitius. Soleo per iocum amicis dicere, non esse pulices, sed daemones. Non erat ille iocus sed diuinatio. Siquidem ante dies aliquot exusta est mulier, quae quum haberet maritum, octo decim annis furtiuum commercium habuit cum rituale daemone. Ea inter alia crimina & illud confessa est, quod per amatorem suum in hoc oppidum miserit aliquot magnos saccos pulicum. Nomen uici ubi exusta est, dicitur Kylchoue, abest hinc duabus leucis. Haec stans scribo, & tamen undiq; pungunt in caligis, in indusio circa collum, & pungunt more insolito, tam pusilli ut prendi non queant. Tantum ne permissum esse maleficis: Bene uale. Friburgi Brisgoiae XIX die Nouemb. Anno M D XXXIII

ERASMVVS ROT. GILBERTO COGNATO S.

VPER per quendam e uestra familia scripsi paucis, quo tempore & lecto decumbens coactus sum ad regem Ferdinandum, & Cardinalem Tridentinum pro senatu Basiliensi scribere. Nec tu per illum quicquam scripseras aut mandaras. Ille causabatur se praeter spem uenisse Basileam. Suspicor aliquid esse in causa, qua noluisse scribere. Idem aiebat te scripsisse ante mensem. Anagor ty pographus qui apud te fuit, excusabat non fuisse scribendi spatium. Is tamen iniecit nobis aliquid bonae spei, tibi in animo esse huc proficisci ad pasche festū, & curaturū ut aliquid boni uini ad me perferatur. Meminisse duobus uasibus abbas qui gustaremus alterum fuisse turbidum, nec quicquam habuisse coloris aut saporis. Hoc tu posueras proximum uasi Officialis tanquam ceteris melius. Verum postea aperuimus, reperimus colorem elegantem, ceterum nihil caloris neque saporis nisi corruptissimi ex uitio uasis. Quid infuderint aurigae nescio, certe hoc uas est effundendum in uiam. Aperuimus alterum abbatis uas, et inuenimus uinum generosum & gratissimi saporis, nec dubito quin alterum uas fuerit simile. Ut illos diuorator male perdat Iuppiter, Ego uel quadraginta florenis emptum uelim, ut alterū uas esset quale missum fuit. Suffecisset in totū annū & superfuisset. Hac in re si mihi uolueris gratificari, nō perdidideris operā tuā. Hec hyems odiose me tractauit. Sub Calen. Nouemb. odiose me salutauit primo frigore. Ac nondum confirmatum obortus uentorū turbo prostrauit. Coeperam & hinc cōmodo reualefcere, nullum erat doloris uestigium, nulla capitis pituita, stomachus indies erat firmior, & ecce Nā prandio uenit salutatū, meque tres horas detinuit ad ignem sedentē disputans de fidei dogmatibus: Ea attentio & ad ignem sessio mihi renouauit omne malum, utrunque enim mihi perniciosissimū. Nec ille ante noctem erat facturus finem. Interrupi sermonem ac dimisi eum, sed mox sentio occipitium plenum crudis uaporibus, utriusque auris graue tinnitū, stomachum deiectum. Nunc absunt quidem immanes illi cruciatus, sed tamen in lecto fere me contineo, nisi tribus horis circa prandium & totidem circa coenā. Nuper & Cholera mihi scripsit lectio male tortus chragra. Similiter & Theologus Brisgoicus noster in literis queritur fuisse in tātis cruciatibus, ut mortem optarit. Maritus sororis Amerbachij simili morbo torquetur: alioqui uir durus & robustus. In Polonia amissimus Petrus Tomitum episcopum Cracouiensem, qui cum epistola plena solatij miserat triginta ducatos. Vale & amicitiam quam in discessu pacis sumus serua. Caetera coram. Hieronymus Frobenius, Bonifacius Amerbachius, & Sigismundus Gelenius tuus te salutant. Basilea M D XXXVI

ERASMVVS ROT. GEORGIO LOKANO EQ. PROCAN-
cellario Bohemiæ s.

B T S I procul a me semotus tamen mecum habitas, non modo sub uno tecto, uerumetiam in eodem cubiculo, itaque si uelim obliuisci tui non possum. Præfens ornas aulam Ferdinãdicam, absens domum meam. Scripsissem plura, sed Desiderius à Simandris properabat, hoc tamen ut tibi persuadeas uelim, Erasmi nihil æque cupere quam rebus omnibus tibi gratificari, hæc à coena præter solitum. Vale. Datum Fri-
burgi Brisgotæ. Anno M D XXXIII

ERASMVVS ROT. GILBERTO COGNATO
Nozereno s. D.

A C E P I literas tuas duodecimo Calend. Martias datas, accepi autem tertio Calend. Martias, ex quibus perspicio meas posteriores tibi nondum fuisse redditas: eas satis uerbosas per huius urbis uisitorem publicum misi ad Stephanum à Pratis, ut per illum ad te perferrentur. Spero te iam accepisse. Nunc ad tuam epistolam paucis. Silentij tui excusationem accipio non libenter, maius esse uerum quod suspicabar, te rerum successu quodammodo ebrium nostri fuisse oblitum. Mihi tamen affectus ille tuus erga me fuit summo opere gratus, licet parum iucunda fortunæ tuæ deploratio. Amo te quod libros ac literas meas Besontione bona fide reddideris, id quod nunc ex ipsorum etiam literis cognoui. Leignieri uicem ex animo doleo. De Lambertino quod monueris habeo gratiam. Veteres amici decedunt, parandi noui sunt, qui succedant. In Polonia periit Petrus Tomicius Episcopus Cracouensis. Friburgi Zalusus: In Anglia omnes aut mors sustulit, aut metus contraxit. Pensionarij excusant, præter spem tamen nescio quo consilio Thomas Cronuelius Regis secretarius, qui nunc cunctum Regem potest plurimum, dono misit uiginti Angelatos, Cantuariensis octodecim, Lincolnensis quindecim, nullus tamen horum scripsit. Solus Bedyllus ausus est scribere, & Eustachius Cæsaris orator, liberior quam fortassis expedit. Credo tum Anglos nondum uidisse præfationem in nostrum Ecclesiasten. Habet apud Germanos oratorem Eduardum Phoxum Episcopum Ertfordensem. Venio ad tuum negocium. Si tibi mea consuetudo tam felix uideatur quam tu uerbis exaggeras, ciuilius quam uerius, scito tibi eam nunc quoque patere. Nullum acciui præter Lambertum optimis moribus iuuenem, mihi que ad obsequia cubicularia commodissimum. Post intermissam consuetudinem uerque alteri futurus est iucundior. Tibi minus erit laboris, & te iam istoc animo in amici locum recipiam, senties que meam liberalitatem aliquanto largiorem. Quod si quid mihi acciderit humanitus, curabitur ut tibi cedat aliqua portio non contemnenda. Tu uide quid per parentes & negotia liceat. Parentes suum potius quam tuum agunt negotium. Quærunt columnam in quam domus inclinata recumbat. Et hic est fere affectus parentum idiotarum. Protrudunt aliquem è liberis in cucullam aut sacerdotium, persuadentes sibi tuta omnia, si quem deo dedicet qui pro se oret. At interim interdum sibi parant qui ipsi male precetur. Sordidis istis negotijs consumes optimos uitæ annos. etiamsi cætera essent ut uelles, suaderem tamen ut à parentibus te seungeres. Volunt perpetuo imperare, nec meminerunt quare filij dicti sint liberi, Reuerentiam & charitatem oportet esse perpetuam, imperium non item. Vides quanta inuidia nunc laborent qui solent in summo esse precio. Si animus rapitur ad hoc religionis genus obtempera spiritui tuo: sin abhorret ante iustam ætatem, nec tibi libet aut licet ad nostrum remigrare contubernium, poteris apud Damianum à Goes fat commode uacare studijs. Si quid mea commendatio uel apud illum uel apud alios tibi prodesse poterit, scias nusquam defuturam. Si resignares tuam præbendam hac conditione, ut cui traderes numeret tibi ad sex annos sexagenos coronatos post liber futurus à pensione, posses ea pecunia libere uacare studijs. Interim commodior aliqua fortuna affulgeret. Si te huc recipis, uelim id maturius geri. Ego uestram Burgundiam cogito, sed ualde metuo ne ualetudo me alligatum hic teneat. Epistolam Odont ac Philenij cupide legi, ad te quidem scriptam, sed de me totam. Scaliger rursus euomuit nescio quid libelli in me, quemadmodum & Petrus Cursus. Neutrū uidi. Pro munusculis tuis habeo gratiam, libenter relaturus ubi dabitur commoditas. Ficos hic hæc

hic habuimus ante mensē Lugduno. Golettæ picturam è Roma miserat Anselmus Ephorinus. Habes simpliciter expressum & meum erga te animum, & consilium absque furo. Reliqua tui erunt iudicij, quod precor ut tibi dominus quam prosperrimum suggerat. Me in omnibus experieris amicū ex animo. Bene uale. Basileæ x i. die Martij. Anno mille simo quingentesimo trigesimo sexto. Philippi Montani ad te epistolam inclusam inueni in uale, dum excuterem. Profluuiū uētris iam ultra decem dies debilitor usque ad mortem. Hanc epistolam bis misi, dubitans an prius exemplar sit redditum. Vale.

ERASMVVS ROT. LODOVICO BERO s.

M I S I procuratorium de facultate uendendarum ædium. Nunc mitto Gilbertum meum, ut supellectilem diuendat, & famulam benignis rationibus ableget. Non mediocre lucrum facit, qui litem pecunia redimit. Quod si uir clarissimus D. Petrus Rich persistit in sententia, nihil obstat, quo minus immigraret quum uolet. Ego mecum reputans quot decoribus sit ornatus, quantoque studio tu causam illius per literas mecum egeris, nihil muto, atque etiam mihi gratulor, quod ædes meæ tam honesto domino sint seruituræ, tibi tanquam coniunctissimo amico futuræ communes. Nolim hic iactare quod facio libenter. Nihil tamen ue rear deierare, me in caminos, in fenestras, in contabulaturam, in tectorum & hostiorum reparationem impendisse supra centum florenos. Sed opifices & tribunos tractauerunt me ut hospitem. Illud admonebis D. custodem in cubiculo in quo erant libri mei sub tabulis esse lateres integros & intactos, si forte malit. Eo libentius explicō me ab ædibus præfente pecunia, tametsi cum aliquo damno, quod hic non alio animo hæreo quam nautæ solent, quoties aestu destituitur, iacere ancoram tantisper donec recurat. Hanc parabolam uix arbitror ab te intelligi, cui nescio an unquam res fuerit cum mari. Scripseras R. D. Puccium non esse Romanum. Spero res esse saluas. Neque enim arbitror ad eum pertinere, quod rumor sparsit de Card. Mediceo. fortasse pestis abegit eum. Clarissimo domino Custodi precor felicem migrationem. Tibi tuoque fratri Francisco & amico singulari lata in Christo omnia. Basileæ Natali S. Matthæi. Anno M D XXXV

ERASMVVS ROT. LODOVICO ABBATI MONTIS
S. Mariæ & Charitatis s.

R E V E R E N D I S S I M E domine. Equidem optabam Gilbertum tuæ benignitatis alumnum, meum hæcenus amanentem, ad proximum usque uer manere mecum, quo simul cum hirundine in uestram Burgundiam proficisceremur, nec ille abhorrebat, sed parentum affectus nescio quid cupientium aut metuentium compulit eum redire ad suos. Quæ causa quoniam à pietate proficiscebatur, malui illius animo obsecundare quam mei comodi rationem habere. Quantum in literis profecerit tua prudentia diiudicabit. De fortunulis nostris quantum exilibus, illi tantum impertiuimus, ut arbitrer eum de fordibus non conquesturum. Nihilominus interim parati commodis illius inseruire ubicunque se tulerit occasio. Aetas & animus illi uocat ad maiora. Mihi nihil superest, nisi decrefcere indies. Accepi ex tua benignitate duo uasa uini, pro quibus habeo gratiam, semperque sum habiturus, si non datur referre. Reliqua cognosces è tuo cognato. Dominus R. amplitudinem tuam seruet incolumem, cui cupio summo opere esse commendatus. Basileæ septimo die Octob. Anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

ERASMVVS ROT. LEONARDO A GRVERIIS OFFICIALI
Besontino s. D.

M A G N A M mihi uoluptatē nunciauit, qui retulit te è legatione domum redisse. Metuebamus enim non nihil. Ego quod uix credebatur futurum, nunc dum reliquit. Huc deuolauit, ad uos aduolaturus receptis uiribus. Sed hybernus September me coegit hic ancoras iacere. Expectanda hirundo. Summus pontifex uelim nolim uult me inaurare. Iam contulit præposituram Dauentriensem, ultro submotis omnibus harpyijs. Mihi decretum est, etiam si decem præposituras offerret, unam non accipere. Atque id iam sæpe numero scripsi amicis Romanensibus qui hæc

qui hæc molitur. An ego mox emoriturus accipiam sarcinas, quas semper recti favi? Cõmittam opus Ecclesiastæ Gilberto Cognato Amanuensi meo, si possit ferre onus. Ex eo multa cognoscas licebit, quæ non uacat scribere, de Louuico Bero, de nouis martyribus, & cætera. Dominus te seruet incolumem. Basileæ 12. die Octob. Anno M D XXXV

ERASMVS ROT. FRANCISCO BONVALOTO

Theaurario s. d.

RO donato uino sanè quam eleganti habeo gratiam. Sed quoniam ingenij mentis est, cui multum debeas, ei debere uelle plurimum, oro ut pristinis tuis in me beneficijs unum addas, quod erit omnium gratissimum. Senectus in dies ingrauescit, morbus urget acrius. Vehementer ego auxilio Gilberti Cognati, qui multorum annorum conuictu nouit omnia mea. Sed ut audio inuolatus est istic nescio quibus tricus litium, à quibus tua ope poterit facile explicari. Recipiet ille quasuis conditiones, modo uel paululum habeant æquitatis. Adiuuabit hac parte D. Petrus Richardotus officialis, si per te fuerit motus, siq; apud Senatum Dolentem tuum præstiteris patrocinium. Hic mihi crede à seclis nihil est periculi. Nemo nobis uerbo molestus est, nec uellem habere domi qui nouis dogmatibus esset infectus. Quod si deus dederit aliquid uirum, ut liceat cõmigrare Vesontium, hic Gilbertus fuerit mihi ualde necessarius. Nam alter famulus nescit Gallice. Hic si præstiteris amicũ quæ hæc genus semper præstitisti, me iam olim tibi deuinctissimũ reddideris multo deuinctiorẽ. Demiror Dolæ tantum posse duos Franciscanos. Colloquia & uenduntur & excuduntur Lutetiæ, & Dola exulant. Qui dicunt in illis aliquid esse hæreticum, siue docti sunt siue indocti mentiuntur. Id liquido perspiciet qui legerit meas Declarationes. Dominus te seruet incolumem uir clarissime. Basileæ XVII. Maij M. D. XXXVI

ERASMVS ROT. IOANNI CLEBERGERO S.

IR animo meo charissime, nihil erat seriæ rei, de quo ad te scriberem, tamen quum oblatis essent homines bene certi per quos scriberem, & suspicarer te istic in mercatu adfuturum, facere nõ potui, quin salutatrice epistola, quam uis breui, testarer, miserum Erasmus, quæ Basileæ bis uisidisti semianimem, adhuc spirare (non enim ausim dicere uiuere) & adhuc tuæ humanitatis memorem esse. Quod si cognouero te incolumem, resq; omnes ex animi sententia esse, erit quod maiorem in modum gaudeã. Si quid me scire uoles, per eos, qui has reddent, poteris tuto significare. Pontifex triumphat cum suis Cardinalibus: Sed magis illis gratulare mur, si triumphus hic esset totius ecclesiæ communis. Bene uale. Friburgi Brisgoiæ uiginti mo die Octobris M D XXXII

ERASMVS ROT. CVIDAM S.

CRIBIS te nolentem ac reluctantẽ uoluntate parentum rapi, protrudiq; in aulam principis. Quando igitur necessitas uinci non potest, superest ut comode utendo perficias, ut aliquando te istinc explices quàm minimo malo. Nec enim omnibus infeliciter cecidit hanc adisse Laidem. Et ne tibi uidear nõ satis grauis admonitor, scito me ab ipsa pueritia ad annum usq; quinquagesimum in aulis principum militasse. Primum illud tecum statuito, ne quid cui credas quantum uis in speciem amico, quantum uis arridenti, complexanti, pollicenti, deieranti. Nec quẽquam existimes tibi ex animo amicum, Nec tu sis cuiquam amicus ex animo, tamen perinde quasi neminem non ames ita blandus & comis esto singulis. Esto largissimus eorum officiorum quæ tibi nihil asserunt impendij. Saluta blande, complectere, cede uiam, aperi caput. subinde repete honoris & charitatis titulos, lauda affatim, pollicere benigniter. Prius igitur domi uultum composito, ut is tibi paratus sit ad omnem fabulæ partem, ne quid ueri affectus in facie subluceat. Meditanda domi est actio, ut oratio uultui, ut uultus ac totius corporis gestus, orationi fucata subseruiat. Hæc sunt aulicæ philosophiæ rudimenta, ad quæ nullus erit idoneus, nisi prius omnẽ pudorem absterserit, ac uultu natiuo domi relicto, quasi personam sumpserit. Proximum erit ut factiones totius aulæ subodoreris, sed ita, ne cui te facile admisceas. Si quos, aut si quas uideris nihil non posse apud principem, uide ut te semper inlectas ad latus nauis felicius. Nec pudeat aut pigeat assensari morionibus etiã, quos animaduertentis gratos esse Ioui. Sed hũc ipsum technis omnibus ca-

bus captabis. Quoties in illius conspectu consistes, arte præ te feres simplicẽ quandam alacritatem, quasi gaudio gestias quoties illi datur adesse. Et posteaq; comperisti, quibus rebus offendatur, quibus oblectetur, non multum erit negotij apud illum quibus magnam in re gratiam. Commodè subseruias, ad orationem arridebis, si loqui nõ dabitur, applaudes, uelut admirabundus. Sed apud alios plenis ut aiunt tibijs, illius laudes decantabis. Aliqui certe perferent si falsim prædicaueris. Nunc hic, nunc ille tibi captandus erit munusculo, sed eleganti & apto magis, quàm precioso, ne uidearis aureo piscari hamo, precium addes oratione. Excusabis tenuitatem fortunæ, Vbi illa contigerit opulentior, polliceberis montes aureos. Si qua præda affulserit, caue quisq; deorum aut hominum tibi tam charus sit ut illi cedas. Semper tibi proximus esto. Quoties de re agitur, uel patri uerba danda sunt. Non semper in aula spirant uenti secundũ ubi spirant, arripienda est occasio. Nullius iurisiurandi tam sancta sit tibi religio, ut huius gratia patiaris optimã prædam elabi de manibus. Si quibus principem senseris uehementer offensum, ac diuersam factionem gestire uictoria, semper accommoda te felicioribus: sed ita, ut alteram partem non lædas capitaliter, nisi id fiat tuo magno certoq; bono. Solent enim principum fauores uetorum in morem subinde resflare in diuersum. In summa, ubiq; uenare cõmodum tuum. Ne quem apertè lædas. Caue mensam habeas domi: ea res exhauriet te sumptibus. Longe præstat conuiuam esse quàm conuiuatorẽ. Noli supputare quanti cõstet una coena domi data, sed subducito rationem ad quantam summam post annum ea res tibi sit reditura. Proceres alii quot cole. Florũ mensis te adiungito, sed ita, ne crebrius ad eundem. Hic comis & commodus esto conuiuia, sed festiuus ac lepidus, ut ne quem offendas. Si quid in te dictum erit perculantius, in lulum iocumq; uertito, etiam si res seria sit. Ab omnibus rãquam ab hostibus caueto. Ne cui concedas unde te possit lædere. Si quos senseris tibi parum amicos, fac officio summo dissimules, & cõmunibus officijs hoc magis apud illos amicum agas. Lau-da apud eos quos suspicaris renunciaturus, hac arte aut fient amici, aut mitius erunt inimici. Tantum caue ne qua detur ansa lædendi. In cæteris nugis aulicorum esto lepidus congerro. Tantum ab alea temperato: si quidem ad hũc scopulum multi fecere naufragium, sic ut uix licuerit enatare nudos. Da operam ut quam minimũ inquineris. Ad rem augendam, & constabiliendam ubiq; uigila. Vbi satis pingueris, excogitãda ratio, ut quod paucis contigit, feliciter ab aula te subducas tibiq; uiuas. Neq; perpetuus ad sis principi, neq; nimium diu absis: quorum alterum parit tedium & fatietatem, alterum obliuionem. Ut autem etiam cõmodo tuo absis, ambilegationes, sed fauorabiles, minimiq; negotij: ita subinde redibis nouus ad principem tuum. Semper esto querulus ac petax, & quemadmodum callide meretricis uerba, cõmunibus ac modis semper aliquid auferunt ab amatoribus, ita tibi studio sit semper aliquid auferre a principe. Sed ea potissimum petenda, quæ ille sine suo sumptu largiri potest. Quod genus sunt sacerdotia, præpositura, abbatia. Si quid erit tale, cuius tu capax non sis, suborna qui petant suo nomine, sed tuo commodo. Hæc arbitror esse satis pro primis elementis, posthac ubi te profecisse uidero abstrusiora quædam impertiam. Vale.

ERASMVS ROT. MARTINO DORPIO S.

VDIVI non sine summa animi uoluptate mi Dorpi charissime, quæ nobis de te narrauit cõmunis amicus Paludanus, quanto pectore in præfatione tua damnaris istos, qui neglectis diuinis literis, anxij ac friuolis quæstionculis infenscunt, & qua tuba tuos auditores ad diuinæ scripturæ studia sis adhortatus. Macste animo uirtuteq; *βελτιος*, sic itur ad astra. Quæso ut istã pro uinciam tuo potissimum dignam ingenio, strenue ceptam, fortiter obeas. Nos quoad licet, non sumus defuturi. Tu qui & ætate flores, & ingenio polles, & omnibus bonis literis affatim instructus es, maiora illa munia pari uirtute sustinebis. Fauebimus etiã obscuri tati nostræ, si ad tuæ gloriæ splendorem, nostri nominis lucernula uelut euanesceat. Quæ quidiceram ex Paludano, narraui Tonstallo Britannia oratori. Crede mihi, homo exiijt præ gaudio, quod toto animo negotium hoc capesses. Demereberis tibi Christum: nomen tuum orbi commendabis, ac studiosis omnibus rem ut uehementer gratam, ita & salutarem facies. Bene uale Dorpi multo omnium charissime. Bruxellæ sexto Idus Iulias.

Bbbb

DES ERASMI ROT.

EPISTOLARVM LIBER XXVIII
IN QVO PRÆFATIONES.

Præfatio in Augustinum.

ERASMVVS ROT. ALFONSO FONSECÆ ARCHIEPI/
SCOPO TOLETANO S. D.

N TOTVS solitoq; nitidior, uenit in tuos amplexus, Præsulū am/
plissime, incomparabilis ecclesiæ doctor, & inuictus propugnator, di/
uus Aurelius Augustinus, quē tu non sine causa sic adamare præcæte/
ris, sic in delicijs semper habere consueuisti. Quid enim habet orbis
Christianus hoc scriptore uel magis aureum, uel augustius, ut ipsa uo/
cabula nequaquā fortuito, sed numinis prouidentia uideantur indita ui/
ro. Auro sapientiæ nihil preciosius: fulgore eloquentiæ cum sapientia
cōiunctæ nihil mirabilius. Sunt alijs aliæ dotes, pro ut uisum est *(scilicet) d'wopd'w' spiritui*, qui
pro suo arbitratu partitur singulis iuxta mensurā fidei. In Athanasio suspicimus seriam ac
sedulā docēdi perspicuitatē. In Basilio præter subtilitatē, exosculamur piām ac mitem sua/
uiloquentiā. In huius sodali Chrysostomo sponte profluentē orationis copiam amplecti/
mur. In Cypriano spiritū ueneramur martyrio dignū. In Hilario grandī materiæ parem
grandiloquentiā, atq; ut ita loquar, cothurnū, admiramur. In Ambrosio dulces quosdam
aculeos, et episcopo dignā amamus uerecundiā. In Hieronymo diuicē scripturarum penit
optimo iure laudamus. In Gregorio puram nulloc; fūco picturatā sanctimoniam agnosci/
mus. Ac ne longum faciā, habet itidem & cæterorū quisc; ex eiusdem spiritus munificen/
tia uirtutes suas, quibus sese piorū hominū affectibus uarie cōmendant. At nō arbitror ali/
um esse doctorē, in quem opulentus ille iuxta ac benignus spiritus dotes suas omnes lar/
gius effuderit q̄ in Augustinū, quasi uoluerit in una tabula uiuidū quoddā exemplar epi/
scopi representare, omnibus uirtutū numeris absolutum, quas post Christum episcoporū
principem, Paulus & Petrus requirunt in his, qui pascēdum dñi gregē susceperunt. Cate/
ris quidem non imputatur, quales fuerunt anteq; sacro lauacro renascerētur; in episcopo
tamen requirit beatus Paulus, ut & eorū qui foris sunt, testimonio cōprobetur. Quid di/
uus Augustinus? Talis erat, etiā quū ipse foris esset, ut ab his qui erāt intus, uir bonus ha/
beri posset, in suo quidē genere. Adolecēs habuit concubinā, ~~quæ ab ipso uelut~~
~~prohibita hō dicitur non potuisse inire, sed de dōribus uelut dicitur, quod~~
Inductus est in sectā
Manichæorū, quo quidē hominū genere uix aliud habuit orbis pestilentius, adeo confi/
ctis titulis, prodigiosa ciborū abstinentia, simulatione paupertatis, falsa cōtinentiæ specie,
alijsq; præscriptis immanibus, ac supra modū rigidis, tum portētosis fabulis philosophiæ
fūco lenocinioq; cōmendatis, fumos ac præstigijs quasdam offundebant hominū menti/
bus, ut possent uel electis imponere. Ab his histrionibus impositū est iuueni, nondū bapti/
zato, nondum catechumeno, sed per oēs rerum species ueritatē uelut in somnis adamatā
persequenti. Affectus erat pius, error simplex & humanus. Nec tamen illorū uitijs inquit/
natus est, nec diutius hæsit impio dogmati, & fortassis ob hoc ipsum dñs passus est illū ad
tempus labi, ut efficacius alios ab errore pestifero uel arceret uel reuocaret. A catechismo
uero sic protinus ad Christi regulā uitæ rationē instituit, perpetuoq; tenore semper ad me/
hora proficiēs, institutū persequutus est, ut etiam si quod crimen in illū ab hereticis impit/
geretur, nequaquā hareret: & qui intendere sunt ausi, nihil aliud q̄ impudentiæ lucrifecē/
runt opinione. Hoc de testimonio. Quod ad sobrietatis laudē attinet, quanquā erat corpo/
re delicato, quemadmodū raro solent ingenia insigniter felicia, robusta fortiter corpora, sic
dispensante natura, ut quod animi uiribus additū est, corporis detrahat; tamē illius men/
sa ferē nihil habebat præter hōia & legumina, nisi quod interdū nonnihil etiā carnū ad/
miscbatur, idq; uel propter hospites, uel ob imbecilliores, ut agnoscas sobrietatis studitū
cū humanitate coniunctū. Bibebat uinū, sed sic ut Timotheus Pauli consilio, neminē præ/
scriptis adigens, sed firmiores exemplo suo prouocans, infirmioribus clemēter indulgēs,
in his

in his duntaxat, quæ per se nec pium faciunt, nec impiū, ut facile perspicias, non pharisai/
cam iustitiam, sed uere Christianā pietatem, summo iudicio, summaq; mansuetudine con/
ditā ac temperatā. Hæc est illa sobrietas quam Apostolus cum primis requirit in episco/
po, cui comes est uigilantia, quam & ipsam singularē quandam in hoc mirari licet. Diem
totum precationibus, sacrificio, doctrinā, disputationibus, audiendis causis, componēdis
litibus, cōfutandis hæreticis dabat, noctis bonam partem sacris lucubrationibus decide/
bat: itaq; factū est, ut non solum obeundis ecclesiæ suę negocijs sufficeret, uerum etiā alias
ecclesias uel oratiōe præsens, uel scripto absens moneret, doceret, institueret, cōfirmaret.
Iam sobrietatis & uigilantiæ comes est castitas, quæ præcipuū est episcoporū decus & or/
namentū. Huius illi tanta cura fuit, ut nec sororem, licet deo dicatā, nec propinquo gradu
cognatas foeminas, ad domesticū admitteret contubernium: & collegia mulierū, quæ in/
stituerat, raro admodum inuiseret, nec omnino cum ulla foemina misceret colloquiū, nisi
præsentibus clericis, aut alijs matronis, nisi forte quid esset arcant, quod unius auribus es/
set cōmittendū. Hic charitas admonuit maledicorū sibila contemnere. Nec enim usq;
adeo putabat seruendum improborum linguis, ut necessarium officium hac gratia præter/
mitteretur. Vbi non urgebat necessitas, ad cautionem suam redibat, non quod sibi metue/
ret, sed quod parum esse iudicaret. Episcopi pudicitiam esse integram, nisi & famam habe/
ret illibatam. Rursum non satis habebat, si suam unius famam intactam à sinistris rumorū/
bus præstitisset, nisi clericos etiam haberet integri nominis. Porro linguam habebat in tan/
tum ab omni petulantiā puram, ut etiā cum procacissimis hereticis, uel scripto uel sermo/
ne disputans, mire temperet à conuicijs, sed scripturarū modo testimonijs & argumentis
ueritatem asserit, impietatem refellit, adeo ut ne facescitus quidem regerat maledictia. Ean/
dem moderationem obtinuit in castigandis improborum moribus, ut lenitate sanaret po/
tius quam austeritate exasperaret. Proin episcopū Africæ quendam natione Italum literis
adhortans, ut populum suum à uernaculo more temulentia reuocaret, & ad Italicæ sobri/
etatis exemplum prouocaret, illud diligenter admonuit, ne id faceret acerbis obiurgan/
do, sed lenibus monitis paulatim inueterato morbo mederetur. Hoc est quod Paulus non
uult episcopū esse *μαρτυρ*, quemadmodum interpretantur Græci, & hos sequutus Hiero/
nymus. Alioqui quid laudis habeat in episcopo, si nō sit percussor, hoc est si neminem fer/
ro uulneret aut occidat, aut manu depalmet. Adde quod mensam habebat perquam fru/
galem quidem ut diximus, sed hospitibus expositam, magis frugiferis sermonibus, quam
exquisite edulijs opiperā. Ad hanc pendebat distichon, ceu lex quædam detestans male/
dicentiam & obreccationē in absentes, qui morbus ferē peculiaris est ijs, qui alioqui pie/
tatem profitentur, quum nihil sit alienius à uera pietate. Obrepit enim hæc pestis probita/
tis imagine, dum uideri uult uitiorū odium, ac uirtutis zelus. A quo malo sic penitus ab/
horruit uir sanctissimus, ut interdum nec episcoporū autoritati cesserit, quin se minaretur
è conuiuio surrecturum, nisi à talibus fabulis temperarent. Eoq; ferē uel sacram lectionem
adhibebat mensa, uel de re quapiā frugifera cōmentabatur, ut non minus animi cōuua/
rum reficerentur quam corpora. Iam quod apostolus uult episcopum, *εὐμαρτυρ* esse, *καὶ μὴ*
ἀεζγοκέρδιον, hoc est, non pugnacem siue litigiosum, nec turpiter lucro deditū, id adeo præ/
stitit, ut sæpenumero causam totam cesserit aduersario, pro magno lucro ducens, si quietē
animi, rei dispendio redemisset. Multas hæreditates ulro delatas ecclesiæ recusauit, unde
suspiciabatur ab hæredibus aliquid exoriturū uel litis uel querimoniæ. Cuidā qui possessi/
onem uolens donarat ecclesiæ, ac post liberalitatis pœnitens reposcebat quod dederat,
Augustinus & tabulas & rem restituit, quum optimo iure summoq; omnium applausu
posset submouere improbum repetitorem. Interdum & sacris ualidis diuenditis pauperum
inopiam subleuabat. Quin aliquoties tentasse legitur, ut uniuersum ecclesiæ censum po/
pulo resignaret, sibiq; ac suis nihil faceret reliquum ad uictum, nisi quod spontanea plebis
liberalitas quotidie deferret. Quumq; annos quadraginta aut eo amplius episcopi mune/
re summa cum laude functus esset, adeo nullum thesaurum sibi congefferat, ut decesserit
intestatus, non tam quod testandi ius deesset, quam quod uita materia. Hæc nō eō commemo/
ro, quod existimem horum temporum episcopos ad hanc imaginem compellendos, sed
ut declarem, quantopere sanctissimi præsulis animus abhorruerit à sordido quæstu, &
hunc comitari solitis litibus. Præcipue uero *τὸ δὲ δακρυόεν*, quæ potissima functio præsu/
lum

lum est, sic in illo modis omnibus enituit, ut neminē habeamus nec ex Græcis nec ex Latinis, quem hac sane in parte cum hoc cōferre possimus. Ingenij felicitas profus erat in comparabilis, siue species acumen uel obscurissima facile penetrans, siue capacis memorie fidem, siue uim quandam mentis indefatigabilem. Difficultatibus questionum inebatur, huc quisquis prouocabat, profus equum, ut habet prouerbium, in planiciem inuitabat, nec ullis materijs lubentius indulsit, quam quæ subtilitate torquerent, nec conquiescebat, donec nodos omnes explicuisset. Ad docendum semper erat paratus, non aliter quā audis negotiator ad lucrum. Aderat interim admiranda quædam animi lenitas, quam Paulus uocat μακροθυμια, atque adeo mansuetudo quædam inuincibilis, hanc Petrus appellat πραύτης, quam Plato purat non ita frequenter deprehendi in his, quibus contigit acris ingenium. Id perspicuum est ex contlictationibus quas plurimas habuit cum hæreticis, quorum alij miris technis studebant eludere pondus inuictæ ueritatis, alij superfluis & alienis tergiversationibus tempus eximere, alij conuicijs à disputatione ad iurgium prouocare, alij stolidissimis responsis fatigare uexareq; contra differentem. Nihil horum unquam potuit efficere, quo minus ille rem urgeret, repetens, iterans, inculcans quæ utriusq; dicta fuerant, idq; tam dilucide, tam explanate, ut imperita quoque multitudine perulderet hæreticis nihil esse reliquum præter impudentiam. Hac mansuetudine cum instantia pertinaci coniuncta plurimos sanauit hæreticos, deuicit omnes. Nam quemadmodum iuxta uetus dictum, Africa semper aliquid noui mali solet gignere, ita tum uarijs hæreson montibus infestabatur. Et erat ea gens nec sobria, nec satis firmæ fidei, nouarumq; rerum supra modum auda, alioqui uafra & arguta. Aduersus hæc portenta dictu mirum quam strenuum pugilem egerit Augustinus. Deiecit Pascantium Arianum, licet autoritate potestateq; publica formidabilem. Traduxit Manichæorum prodigiosas fabulas, & obscena mysteria protraxit in lucem. Nam hæc prodidisse, erat uicisse. Donatistas & Circumcelliones, pertinax malum, multis conflictibus tandem fudit, profligauit, deleuit. Postrema lucta fuit cum Pelagianis. Denique Paganorum reliquias magna ex parte deleuit in Africa. Et ad tantas res conficiendas, non uis, non armis, non copijs, non carceribus aut incendijs usus est, sed solo gladio spiritus, quod est uerbum deitatis, armis apostolicis, tot uictorias, tot triumphos parauit Ecclesie Christi, licet aduersus Donatistas & Circumcelliones, quoniam ipsi ferro rem gerebant, adhibita sit tandem Cæsaris autoritas, refraganter primum Augustino, mox Cæsaris adictum sic intercessione sua moderante, ut plerisq; multa auraria redderetur ijs qui persoluerant. Summa uero cura intercessit apud Cæsareos magistratus, ne quis hæreticorum occideretur. Cupiebat amicus medicus superesse se quos arte sua sanaret. Immo quod est maioris clementiæ, his etiam uitam impetrauit, à quibus orthodoxi quidam fuerant nefarie trucidati. Hæc sanctissimi præsulis clementia non eò commemoratur à nobis, ut animum addamus impijs, qui falsis dogmatibus scindunt ac labefaciunt Ecclesiam Christi, sed ut ostendamus quanta mansuetudo deceat doctorem Ecclesiasticum. Non ideo Cæsarum leges robur non habebant, quod harum seueritatē aliquando plorum hominum intercessio mitigaret, præsertim ubi manifesta poenitentia signa spem uitæ correctioris præberent. Nec enim ideo non est iusta lex, quæ iubet homicidam plecti capite, quod episcoporum pietas talibus nonnunquam impetrauit uitam. Alioqui latronem dimittere, in pluriū perniciem grassaturum, non est clementia, sed crudelitas. Proinde quemadmodum ad tuendam Reipublice tranquillitatem necessaria est legum principalium seueritas, ita laudanda est in episcopis Christi uicarijs Christiana lenitas: quæ tam singularis fuit in hoc præfule, ut cū in ciuitate quadam Pagani contra Cæsaris adictum publicitus impetū fecissent in Christianos, multisq; uexatis, unum atq; alterum occidissent, aut certe parassent occidere, tamq; seueram principis ultionē expectarent, quidā ex ipsis eruditus per literas ab Augustino petierit, ut intercessione sua Cæsaris iram mitigaret. Tam insignis erat sanctissimi præsulis mansuetudo, ut hostis & idolo-latra non uereretur ab hoc petere, quod uix amicus ab amico auderet flagitare. Quo impudentior est postulatio, hoc magis arguit uix creditibile Augustini mansuetudinē. Eadem mansuetudine moderatus est collegia uirorum ac mulierum, quæ iuxta regulam apostolicam aliquot instituit. Leuiter delinquentium poena erat admonitio, grauius peccantium obiurgatio, desperatorum & insanabilium, ueluti capitale supplicium erat, e contubernio

ptorum electio. Clericos suos quos tenebat iuxta episcopi institutū uisitare, patiebatur ad alios episcopos demigrare, qui clericos suos non adigebant ad domus ac uitæ communio nem: Amabat perfectam pietatem, sed spontaneā, nō extortam. En aliud in hoc episcopo miraculū. In tam multis, tam eximijs uirtutibus, quàm nullum omnino supercilium. Dicit illum paterna maternaq; uiscera erga cūctos gerere, malos parturire ut renascantur in Christo, imbecilles ueluti gallinam sub alis fouere ne pereant, bonos prouehere ut adulescant. Nullus erat tam deploratus hæreticus, aut alioqui flagitiosus, de quo spem profus abijceret, donec ille spiraret. Sic in libris suis agit cum hæreticis, non solum ut reuincat, uerum etiam ut quod quidē in ipso est, sanet: Sic obiurgat improbos, ut semper uino seueritatis admisceat oleum lenitatis. Nihil est usquam tam austerum, quod nō interim spiret Christianæ charitatis dulcedinem, quæ iuxta Paulum apostolum, omnia suffert, omnia sperat, omnia credit. Erat unius ciuitatis episcopus, cui nomen Hippon regius, quasi dicas equille regium: nam erat eiusdem nominis altera in eodem litore ad exortum, cognomine differēs, *διὰ τὸ ἄγρον* enim dicebatur: sed omnium Ecclesiarum sollicitudinem in se recepit, Episcopos earum uel corā, uel missis uoluminibus & epistolis instruens ad euangelij prædicationē, armans aduersus hæreticos. Porro quoniam uir prudens perspiciebat librorum usum multo latius patere quàm uocis, in hanc operam quicquid potuit temporis sustentabatur. Ad hoc quo plus haberet ocij, discutebat humiliora negotia, quæ tamen non aduersabantur pietati, tamen ab optima parte Mariæ nonnunquam auocabant. Itaq; cōciliandis matrimonijs autor esse recusabat, tunc tamen sua benedictione confirmabat. Nec edificandi cura sustinebat occupari, licet alios id agentes non reprehenderet. Nec omnium epistolis respondere, nisi si quid tractarent ad religionis pertinens negotium. Postremo ingravescente iam ætate successorem sibi designauit, ad quem leuioris momenti causæ deferretur, ipse uacaret melioribus. Quo tempore libros omnes suos collegit, recognouit, & in ordinem digessit, ne uel interirent complures, quod Ambrosianis scriptis accidisse uidemus: aut mendosi, deprauatiq; uersarētur in manibus hominum. O uisum ad totius Ecclesie publicam utilitatem natum, factum datumq; diuinitus, quam ubi conspiceret Vuandalorum, Gotorum, aliorumq; barbarorum qui ex Hispanijs in Africam eruperāt, incurssione turbati, iam huius uitæ cœpit redere, quodq; solum potuit, consolatus suos & hortatus ad tolerantiam e uicis excessit. Tanto ardore uir spiritu Christi plenus amabat, atq; ut ita loquar, deperiebat decorem, profectum, ac tranquillitatem domus dei. Hoc hoc nimirum erat summū illud ecclesie sponsum imitari. Nam & suæ quisq; ecclesie, quodammodo sponsum est omnis episcopus. Ille dixit: Bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Hic qui nullum unquam periculum metuit, quoties ecclesie commodis seruiendum erat, cui uita erat acerba, posteaquam ecclesie malis non potuit succurrere, quàm lubens illam impendisset ouibus suis, si modo eius dispendio, gregis salutem redimere licuisset? Optabat cum Paulo uel anathema fieri pro filijs suis. Hæc pietas, hæc charitas, hic ardor perhoris facit, ut omnia illius scripta non minus inflamment ad pios affectus, quàm doceant intellectum. Sunt enim qui friuolis argutijs utunt; delectent ociosos. Sunt qui subtiliter doceant necessaria, sed non efficiunt, ut quod intelligitur ametur. Sunt rursus qui excitent ad studium pietatis, sed excitatos doctrina non prouehunt. Frustra intelligas, nisi diligas quod percepisti. Ad quid autem conducit cæcus amor? Scientia si absit charitas, in hac charitas absq; scientia nonnunquam perniciofa pro salutaris amplectitur. Sed utraque res alterius opem poscit, & coniurat amica. At hic incomparabilis doctor simulatque maturuit in Christo, neglectis sophistarum ineptis argutationibus, ingenij plusquā aequilinanam aciem ad necessaria ueritatis inuestigationem intendit, ita subtilis in disputando, si res postulat communem dialecticum, ut semper dimittat lectorem, non tantum cruditiorem, uerum etiam ad bene uiuendum, inflammationem. Quid enim aliud potest ignis ubi uis que ponas, quàm urere? Amabat uehementer quod docebat, docebat, quod amabat, utrunque gignit in eo, qui scriptis illius propius intendit animum. Rhetoricæ multa sunt cum dialectica communia. Rhetorum libros ad plenum imbererat. Platonica philosophia, quoniam Rhetorica quadam suaui loquentia, multa tradit de rebus à corpore separatis, & his quæ sensibus deprehendi non possunt, sed animi cernuntur oculis, nō pauca miscens Christianorum placitis consentanea, uidetur impensius delectatus. Ex Ari-

Stoelica philosophia, uel quia ieiuniore stilo tractat res subtiles, uel quia nondum in publicum usum uenerat apud Latinos, nihil degustasse uideatur praeter libros De enunciatione, De categorijs sine De decem generibus generalissimis, & De quinque uerbis praedicabilibus, quem librum uelut *αὐτοβιβλίον* ad Aristotelis philosophiam addidit Porphyrius. Nec ulquam ullo uestigio deprehendere licet quod eiusdem libros quos De topicis, analyticis & elenchis, de naturalibus rebus & ultramundanis, De moribus & republica multos reliquit, ulquam attigerit. Ut ne commemorem tot Graecos Aristotelis interpretes. Et tamen hic ipse qualiscunque Aristotelicae Logicae gustus, Dialectici non solum opinionem illi conciliauit, uerum etiam magnam apud haereticos conlauit inuidiam, quod quum ueritatis pondere premerentur, clamarent se artificio dialectices circumueniri. Siquidem illis temporibus tanta fuit apud Aetos huius artis ruditas, ut qui sciret distinguere substantiam ab accidente, genus a specie, relatiuam uocem ab absoluta, uulgo dialecticus haberetur, quo nomine Iulianus uisus est unus idoneus qui cum Augustino manus ex aequo confereret. Sed dialectica fuit antequam quisquam de dialectica praeciperet: nec enim est de numero earum disciplinarum quas instituit hominum uoluntas, sed quas animaduertit sagacitas, qualis est Arithmetica. Tanta autem erat in Augustino, tamque mirabilis ingenij felicitas, tanta sanitas, tanta que praesentia, ut ne ex illis quidem qui posterioribus seculis bonam aetatis partem in dialectica contriuerunt, quenquam inuenias, qui citius aut certius perspiciat cause scopum, qui dexterius ad hunc rationes & scripturarum testimonia dirigat, qui feliciter nodos quaestionum dissectet. Multa non scripsit, sed dictauit: pleraque per notarios ex ore loquentis excepta sunt, cuiusmodi sunt enarrationes scripturarum ad populum, quos ipse tractatus appellat, aut consiliationses cum haereticis, quae olim publicitas apud plebem fieri consueuerunt. Nec alibi mihi uidetur admirabilior. Quibus mediocre contigit ingenium, si lucubranti curam adhibeant, excidunt interdum aliquid non contemnendum. Caeterum in extemporalis dictione tantam adesse mentis perspicacitatem, tantam memoriae praesentiam, tam paratam orationis copiam, non sine perpetua quadam iucunditate, quis non miretur? Quis hoc hodie praestare queat, uel ex illis qui studium omne collocant in paranda dictionis facultate? Sed quod dilabor? Non enim institueram Encomium Augustini, quod si inuicissim, haec quota portio laudum illius erat? Illud tantum uolebam ostendere, quam dolendum fuerit tantum ecclesiae thesaurum tam fero per typographos prodisse in publicum, quem maxime referebat in omnium uersari manibus. Deterrebat mirum illos impendiorum magnitudo. Primus hoc egregium facinus ausus est, uir singulari pietate Ioannes Amerbachius, re sat beatus, sed animi dotibus longe beatior, quem nec sumptus immensi, nec in conquirendis undecunque exemplaribus instantia, nec in conferendis tedium, nec operis difficultas, nec distractionis alea, nec ulla res alia deterruit quo minus totum Augustinum redderet omnibus communem. Non huc inuitauit uirum quaeustus amor, sed sincera pietas, quam omnes illius praefationes spirant, ac reuocant praefatos illos Ecclesiae doctores studium, quos uidebat ac dolebat propemodum antiquatos. Proinde non dubito quin illius manibus bene preceperit omnes, qui per Augustini libros ad pietatem profecerunt. Idem in uniuersas Hieronymi lucubrationes maiore etiam studio molitatem deus ad superos euocauit. Eam tamen prouinciam tribus filiis, Brunoni, Basilio, & Bonifacio, quos in hoc curarat trinum peritiam linguarum instituentos, mouens delegauit, per quos non minore studio quam fide peractum est, quod optimum pater uoluit. Sic enim illos & ad pietatem & ad eruditionem educarat, ut quodammodo se maior ac melior in illis superesset, hodieque superstit. Nam natus maximus tantum in fata concessit. ~~Tot sunt enim in apud Latinos quosdam magis communi~~
~~quosdam magis communi~~
~~quosdam magis communi~~
~~quosdam magis communi~~
Hic erat illorum proprius labor, quem homo laicus sua sponte suscepit. Atque in Augustino quidem tantum adhibitum est ab illo cura, studij, uigilantia, quantum illa tum ferebat aetas, rudior adhuc, & per paucos habens in hoc genere literarum exercitatos. Illud potius mirandum, quod quum Augustini lucubrationes tot tam animis uerferentur inter manus eruditorum, nulla extiterit de illo publica querimonia, quemadmodum de Hieronymo nemo non querebatur. Atqui ni multos haberet testes qui operi

excudenda

excudendo uel praefuerunt uel adfuerunt, nemo mihi crediturus sit, quantum me claram offenderim ac sustulerim, etiam illinc, ubi nihil esse deprauatum putabatur. Elabet enim Augustinus suum quoddam dicendi genus, argutum & periodicis in longum productis multa conuoluens, quod lectorem & familiare, & acutum, & attentum, & bene memorere requirit, denique sedij laborisq; patientem, quales non ita multos reperias. Jam tamen prophanas literas parcius ostentat quam Hieronymus, tamen obiter ad eas frequenter alludit. His rebus factum est, ut lector audaculus magis quam argutus, mutarit quaequid offendebar. Verum quae uel libratorum incuria, uel lectorum incertitia commissa sunt, habent utcumque colorem, quo culpam liceat, si non exculare, certe extenuare: quanquam hanc oportuit esse publicam Principum, Praesulum & Abbatum curam, ut utilium, sed praecipue sacrorum uoluminum exemplaria per eruditos uiros quam diligentissime castigata seruarentur in publicis bibliothecis. Illos uero quis absoluat a sacrilegij crimine, qui nec errore, nec ulla necessitate, sed inepta libidine, studio mutarunt huius uiri scripta, uertentes, quae in & & in quibus; sed, in atque, in sed; dixit, in ait, ait, in dixit; uerbum, in participium: participium, in uerbum; aliaque innumera his consimilia, quali luserint in opere alieno. Hoc flagitium quum alias, tum praecipue deprehendimus in libris De trinitate. Deprehendimus autem ex collatione codicum, quem nobis praebuit Flandriae monasterium quoddam, cuius nomen in praesentia non occurrit, sane bellum ac uetustum, dixisset bonae fidei, magnaeque autoritatis exemplar. Vix enim occurrebant duo uersus, quin esset quod iugularet transuersus calamus. Hic non erat error aut oscitantia, sed impius ludus hominis male feriat. Alibi nescio quis sententias expleuerat, adiectis uerbis aliquot non necessarijs, uelut quoties beatus Augustinus citabat scripturis canonicis, quantum ad id quod agebatur factis erat, ille scripturae testimonium altius repetitum, ex eodem loco longius prosequeretur, quam nihil esset ad rem necesse. Id praecipue factum comperimus in commentarijs quos scripsit in epistola ad Romanos & ad Galatas. Rursus non paucis locis insignem scribarum delirationem, qui quod lector ineptiens annotarat in margine sui codicis, retulerat in contextum. Ex multis duo proponam exempla, quorum alterum est in epistola LVIII. ubi leguntur haec Augustini uerba. Hos autem prophetas quos post Apostolos posuit, non puto illos esse, qui ordine temporum ante Apostolos fuerunt, sed istos quibus iam sub Apostolis per gratiam donabatur, aut interpretatio scripturarum & inspectio mentium, aut praedictio temporis sequuntur. In priore editione participium sequuntur, a suo nomine, temporis, prolixo uerborum assumptione diuulsim comperimus, idque non solum insigniter indoctum erat ac stultum, uerum ne ad rem quidem tantillum facies. Non enim illic ambigebatur qui essent Apostoli, et unde ducta uox, sed de quo prophetarum genere loqueretur illic Apostolus. Non repetam hic longum nugamentum, ne sim taedio, decerpam modo pauca, unde facilis sit coniectura, quae caetera nihil habeant mentis. Hunc in modum orditur. Si enim ego ipse ut de his quid sentiam habeas, differentiam facturum me sperauerim. Agnosces sermonis florem. Ac mox. Ut iam ad uim terminum proficiscar, Apostolos Graecum, dicitur ab apos, quod notat augmentum uel praeminentiam, & scolon quod est missio, quasi praeminenter missus ad augmentationem scilicet fidei catholice, uel Apostolos quasi post missus, &c. Quid haec deliratione prodigiosius? Apos enim apud Graecos tantum significat, quantum Kikildrius apud Latinos, & scolon Graecis sonat offendiculum. Deinde stultissime imaginatur, in nomine Apostolus, apost additum pro postmodum, pro quo barbari dicere solent de post. Atqui si graeca uox est apostolus, ut ipse docet, unde illic latina praepositio post. Sequitur, propheta autem a pro, id est, procul, & for sari, quum propheta Graecis nihil aliud sonet, quam Latinis praedictor. Haec proposuisse satis arbitror, ad totius nugamenti gustum quendam, quod ita attentum est, quasi quis pro Augustino Paulinum doceat, de quo significat se dubitare. Alter locus est in libro secundo De sermone domini in monte habito. Quoniam inter fructus spiritus Paulus commemorat gaudium, ne quis existimaret illum de quouis gaudio loqui, sic locum explanat Augustinus. Sane sciendum est hic gaudium proprie positum. Mali enim homines non gaudere, sed gestire dicitur proprie, sicut superius diximus uoluntatem proprie positam, quam non habet mali, &c. Haec Augustini uerba quum nihil habeant obscuritatis, tamen aliquis conatus erat dilucidius scilicet explicare sententiam huius uerbis. Neque gaudium uirtutis sit, sicut uoluntas, & haec potius ad sanctos pertinent, ad

Bbbb 4 peccata

peccatores uero gestus magis & cupiditas deputanda sunt. Et hoc tã insulsum nügamentum, è spacio marginis in contextu relatu, aliquandiu nos torfit. Cum huiusmodi portetis fuit nobis subinde lucrandu. Alius ex undiquaq; decerpit fructus ueluti nouu opus, Augustini titulo cõstruxerat, alius aliena cõ Augustini scriptis miscuerat, alius ex quæstione fecerat epistolam, allutis initio paucis uerbis. Ne singula persequar, uix in alterius tam impie, q̃ in huius facti doctoris uoluminibus lusit ociosoru temeritas. Ut omittã interim pseudepigrapha, quædam non inerudita, quædam uix tolerabilia, quædam prorsus indocta. Verum in omnibus quæ illi falso sunt inscripta, nihil insulsius aut impudẽtius sermõnibus ad Eremitas, in quibus nec uerba, nec sententiæ, nec peccus, nec omnino quicquam est Augustino dignu; & tamen quisquis hoc opus consinxit, homo suauis sibi promisit futurum, ut Augustinus crederetur, & sanè repererunt similes labra lactucas. Nihil tamen horu submouimus, nisi quod ea quæbis aut sapius habebantur inter huius uiri lucubrationes, sat habuimus semel ponere, ne uoluminũ magnitudinem superuacua sarcina onerarem. Censuris tantum additis indicauius quid nothum esset, quid ambiguum, quid commixtum. Excigitur in tam eximio scriptore cõmitti sanè dolendum est: sed æque mirum, super his nullam hæcenus fuisse studiosorum querimoniam, unde coniectura capi potest, diuum Augustinum antehac à plerisq; Theologis aut non legi solitum, aut indiligenter fuisse lectum. Ne mihi quidem unquam persuaderi potuisset, tantu in tam celebri scriptore latuisse mendarum. Equidem nihil minus habebam in animo quam hanc capellere prouinciam. Deterrebat immensa uoluminũ moles, & operis difficultas iuuenile robur, ac prorsus adamantinum quendam hominem exigebat, me uero iam & ætas & ualendo ab hoc genere laborum in totum dehortabatur. Sed felicitis memorię Ioannes Frobenius, uir ob singularem erga studia fauorem omnium studiosorum amore perenni dignus, tandem illud à me precibus extorserat, ut in epistolis unicũ senionem emendarẽ, quo posset operis specimen in proximis nundinis ostendere. Pollicitus sum, sed hac lege, ne quid speraret amplius. Annuit. Ceterum quũ perspicerem illi certum esse consiliũ, uolumen epistolarum absoluere, neq; quenquã esse paratum, qui posset aut certe uellet, emẽdandi partes obire, uicit animi destinationem, quum singularis amici pertinax uoluntas, tum ipsa negocij pietas. Hoc uolumen totum ad me recepi, sed unicum, etiã atq; etiã testificã, ut si pergere uellet, altum inueniret castigatorem, nec me suo quoq; dispendio, non modo studiosoru, à melioribus curis auocaret. Quid multis quũ nullus existeret qui uellet eam sarcinam in humeros tollere, & Ioannes Frobenius asseueraret, stare sententiam, ut si non daretur aliud, totum Augustinum, qualis qualis erat, rursus excuderet: ego partim amici respectu cui nihil pernegare ualebam, sed multo magis inexpiabile piaculũ esse reputans, si tam eximius ecclesiæ doctor, tot mendis oblitus, tantis impedijs denuo prodiret in orbis theatrum, hoc insignore deformitate notabilis, quo magis elegantia formularum, ac maiestate uoluminum, oculos omnium ad se rapturus esset, perinde quali purpuram eximiam ostendas foedis maculis deformatam, passus sum imponi mihi clitellas. Tandẽ ubi tantum pelagus ingressus uentis uela dedissem, longe plus quam expectarã comperi difficultatis, ut non semel animum desponderim, deq; deferendis institutis cogitarim, ad quod ipsum euadens etiã ualitudinis periculum inuitabat, aut ut rectius dicam, compellebat. Iam me terrebat & exemplum Ioannis Frobenij, quem uidebam huic immortuum negotio, uirum alloqui quum firmo corpore, tum uita longissima dignum, Verum quod prima fronte deterrebat à negotio, hoc ipsum propius consideranti stimulos addebat. Non enim oportet honorũ uirorum amicitia uite spatio terminari, præsertim quum huius difficillimi negocij moles in filios illius Hieronymũ & Ioan. Erasmiũ reliquosq; liberos esset deuoluta, quibus hoc minus oportebat deesse, quod tali patre essent orbat. Nã quicquid erat erga Frobenium affectus, in hos trãstuli. Itaq; obfirmato animo, sic ut operi tã sacrosatis ducerem animam impendere, quam semel susceptum non absoluere, tediũ omne deuicit: quoq; sum altius ingressus, hoc labor assuetudine factus est leuior, ipso, ut opinor, Augustino cõceptis nostris prospera fauoris aura cõlitis aspirante, donec tãdem procul aperiret sese portus, in quẽ propicij numinis auxilio delati, lætũ celeuma nũc canimus. In digerendis porrò uoluminibus hunc ordinẽ sequuti sumus. In primũ uolumẽ contulimus ea, ex quibus tota Augustini uita, mores, ingeniu, & affectus perspicitur, quod hoc

paço futurum arbitrarer, ut & rectius intelligerentur, & audius legerentur. Amor enim doctoris & arcũum reddit & lubẽrem discipulum. Adieciimus eiusdem progymnasmata, quibus uel infans adhuc in Christo, uel nouus tyro felicissime prælusit ad egregia facinora. Secundum uolumen dedimus epistolis, partim quod in his quoq; per multa sunt quæ scripsit iuuenis, partim quod ex his maxime deprehenditur, si quid in illius natura fuit peculiare. Tertium & quartum dedimus his lucubrationibus, quas ad docẽdum parauit.

Quintum habet Ciuitatem dei, quod hoc opus simul & docens & consutans errores maxime Paganoru, utriusq; mixtum esset. In hac portione nihil est nostræ industria, quod hanc prouinciam hortatu meo sibi proprie sumplisset uir apprime doctus Ioannes Loduicus Viues. In Sextum & Septimum distribuimus pugnas aduersus diuersas hereses.

In Octauum & Nonum collecti sunt tractatus, sic enim appellat Augustinus scripturarum enarrationes apud populum habitas, nisi quod in nonum farraginem quandam adieciimus libellorum, quos uiri nescio qui spirituales in hoc parasse uidentur, ut allecum suum ad rerum cõlestium amorem inflammarent. Decimum uolumen complectitur Homilijs uarijs argumentis, in quibus per multa sunt aliena, quemadmodum & in nono. In singulis ne nullus esset ordo, uel sacrorum uoluminum quæ interpretatur, ordinem, uel hæreseon origines sequuti sumus. Ipse Augustinus in libris Retractionum maluit a raris lux, & in Christianismo progressuum ordinem sequi, recensens quæ scripsit catechumenus, quæ sacro lauacro renatus, quæ presbyter, quæ Episcopus. Nisi quod epistolis & tractatibus suum locum destinasse uidetur, quam huius curæ partem non absoluit, ut ex ipsius aliquot scriptis appareat. Si quidem hoc moliebatur iam extrema senectũ, ueluti prælagiens extremum imminere diem, tantoq; studiosius agẽs, ut quoniam uocis officio diutius ecclesiæ prodesse non poterat, in libris illi superesset, quatenus licebat, & emendatus & integer. Quod propemodum assequutus est. Vix enim ex alterius monumentis minus intercedit, à deprauatoribus nihil omnium potuit unquã esse tutum. Nostram operam hic non exaggerabimus, conferat cui uacat & agnoscat. Nec tamen ausim polliceri nihil refedisse quod egeat emendator. Alicubi nos destituerant ueluti codices, aliquãdo in opere tam prolixo somnus obrepit, quem Flaccus putat esse condonandum humanæ naturæ. Iam si quid operarum incuria cõmissum est, à nobis præstari non potuit, qui cum officina nihil habemus commercij. Tantum illos admonere possumus, qui præsumunt officinæ, quod quidẽ à nobis factum est sedulo. Quicquid nostra mediocritas potuit, bona fide præstitit. Superest amplissime Præsul, ut tãtus ecclesiæ doctor tui nominis auspicijs tuoq; fauore commendatus prodeat in manus hominum, hoc audius ab omnibus rapiendus, quo magis erit perspicuũ, Augustinũ inter omnes unice semper placuisse tibi, uiro præter clarissimas gentis imagines, tot eximijs animi dotibus, seu potius dei donis, sic ornato cum mulatoq; ut cum stemmatum illustribus ornamentis, cum muneris amplissimi dignitate, quo non aliud apud Hispanos augustius, aut etiã opulentius, non modo paria facias, uerũ etiã longe superes, ipsaq; ornamenta uehementer ornes. Testantur id non tantũ hi qui tuã amplitudinẽ cominus intuentur ac uenerantur: sed idẽ tuæ declarant epistolę spiritates undiq; singularẽ quandã animi pietatẽ, cum summa modestia humanitateq; coniunctam, tum eruditionẽ Episcopo dignã, deniq; iudiciũ exactũ præferentes, ut nõ tam titulo q̃ merito tuo totius Hispaniæ primatẽ agas, nihil omittens quod ad ecclesiã dei, uel ampliandam uel ornandã pertinere iudicas: Tres academias, Cõplutensem, Salamantinã et Tolentanã tua benignitate tuoq; studio prouehẽs, ut in his linguas, liberalesq; discipline, sed præcipue Theologia per uitros nõ minus integros q̃ eruditos tradatur, unde tã nunc uelut ex equo, quod ait, Troiano prodisse uidemus permultos, solida præditos eruditione, refectis ijs quæ multa solent in scholis hæcenus inculcari iuuenibus, uel inepta, uel superuacanea, quæq; magis faciebãt ad Theatricã ostentationẽ, q̃ ad eruditionis aut pietatis fructũ. Est enim omnino mediũ inter eos q̃ hæcenus & perturbate, & sophisticæ discipline in scholis tradiderũt: & inter istos, qui discipline humanas omnes unã cũ scholis è medio tollendas putãt. Idem tã pridẽ molitur eximius uir Ioãnes Episcopus Rossensis in Anglia, Cantabrigiensis academię princeps, in qua tria collegia magnis impẽlis instituit, in quibus nõ ea tradantur quæ iuuenes ad sophisticas palæstras instruant, ad serias functiones frigidus reddãt et ineptos, sed unde prodeãt ueris disciplinis ac sobrijs disputationibus exercitati,

qui gra

qui grauius euangelicis; spiritu prædicent uerbum dei, & efficaci quadã eloquentia cõmendent eruditorum animis, qualem ipse se iam diu tum oratione, tum scriptis, deniq; & uitæ integritate præstat ecclesie Christi, idq; autoritate & auspicijs Guilielmi Vuarami Archiepiscopi Cantuariensis totius Angliæ primatis, cui iuxta dignitatis ordinem est a suffragijs, iuxta pietatis affectum & uirtutum æstimatione, frater in domino charissimus. Has laudes scio nec illi nec tibi placere, tamen si hæc commemorandis, uel gratulamur uilitati publicæ, uel diuinæ benignitati gratamur potius, quàm uestras laudes celebramus: sed ut est modestiæ non agnoscere laudes hominũ, ita gratitudinis est, non tacere uiros, per quos numinis benignitas tanta cõmoda largitur humano generi. Egregie uirtutis exempla, ueluti lumen in æditi ponenda sunt, ut omnibus præluceat, multosq; ad sui amulationem accendant. Si quid autem gratiæ in hoc opere meæ debetur industria, eius maximam portionem lubens tuæ celsitudini acceptum ferri patiar, qui lallescentem recrearis, currenti frigidam, ut aiunt, susluderis, idq; non tantum amico hortatu, uerum etiã benignitate tua spontanea. Quin & illud tibi magna ex parte debemus, quod Carolus Cæsarem habemus, quum honestis studijs, tum Christianæ religioni toto pectore fauentem, nec male cupientem Erasmo, nisi me fallant omnia. Prolitior ad tot tantisq; negocijs occupatissimum Præsulem uideri poterat hæc præfatio, nisi præterquam quod non uni scribitur, nihil uerat quo minus ex intervallo legatur. Dominus Iesus sublimitatem tuam diu nobis seruet itcolumem, omnibusq; rebus bonis eximie florentem. Datum Friburgi Brisgoiæ, Anno M. D. XXIX.

In Augustinum de Ciuitate dei.

DES. ERASMVVS ROT. LECTORI S. D.

MPROBIS eruditorũ flagitationibus iam pridem appellabar, ut quod in Hieronymianis epistolis præstitissem, idem præstarem in diui Aurelij Augustini libris omnibus. Ego, tamen iam expertus essem non alium laborẽ plus adferre tãdij, minus gloriæ gratiæq; suo cultori, deinde deterrerer immensa negocij magnitudine, tamen coeperam huc animum, licet detractantem ac relictantem appellere, totius operis ratione hunc in modum concepta. Primum locum tribueram illius progymnasmati, hoc est quæcunq; scripsit catechumenus. Proximum epistolis, quarum complures scripsit ad huc iuuenis, & ob id magis etiam redolent eloquentiæ studium. Tertius destinatus erat τοῖς θεωρητικῶν, id est, cõtemplatiuis quæ conducunt ad inflammandos animos amore rerum æternarum: cuius generis sunt libri confessionũ & soliloquiorum. His adiunxissemus eos libellos qui pertinent ad institutionem uitæ. Quartus decretus erat τοῖς διδασκαλικῶν, hoc est in quibus docet rem Theologicam: cuius generis sunt libri De doctrina Christiana, & libri de Trinitate. Quintus habuisset τὰ πολεμικὰ, in quibus pugnat aduersus uarias Hæresiarcharum pestes, atq; in his ætates ipsæ quibus extitissent hæreses, & affinitas errorum dedissent ordinẽ. Nam in hoc genere plurima conscripsit. inter quæ sunt libri de Ciuitate dei. Sextus exhibuisset τὰ ἱστορικὰ, quibus enarrat diuinæ scripturæ libros, quos eramus digesturi secundum ordinem uoluminum sacrorũ, quæ interpretatur. Videlicet enarrationes in psalmos præcessissent enarrationem in Euangelium Ioannis. Et Euangelium enarratum prius fuisset enarrata eiusdem Apostoli epistola, atq; itẽ de cæteris. Septimus indicasset, τὰ ἀμφιβολικὰ νόθα, hoc est, de quibus merito dubites an sint Augustini, tum quæ illi falso inscribuntur, Idem indicaturus erat etiam eos libros, qui iniuria temporũ interciderunt. Græca restituissemus. Mendas uel scribarum, uel eruditorum castigare uolentium quod non intelligebant, culpa inducias, bona fide sustulissimus, non sine præsidio ueterum & emendatorum codicũ, quos iam in hunc usum aliquot comparaueramus, qui uel ipsius Augustini seculo scripti uideri poterant. Summam operis, quoniam erat immensum, in doctos aliquot, & huic prouincie pares, partiti statuimus, sed sic ut sua cuiq; laudis portio solida maneret. Habet enim hæc ætas permultos me felicius natos, qui plus queant in hoc genere præstare quàm ego. His rebus sperabam fore, ut Augustinus uir non minus pius quàm eruditus, iam a pluribus simul & maiore cum fructu legeretur, quod in Hieronymi libris euenisse, tam manifestum est, ut nec inimici possint inficiari. Atq; huius tam impij conatus odor simul atq; permanasset ad quosdam Dominicani sodalitiij fratres, iam non in symposijs tantum, uerum etiam

etiam in publicis concionibus uociferari coeperunt, indignũ facinus, nec diutius orbi tolerandum, Erasmo deniq; & Augustini castigationem moliri, in cuius operibus nec tantum intelligeret, atq; hæresim etiam uocabant, alleuerare quicquam esse in huius uiri libris mendosum, adulterinum, aut non intellectum Theologis. Ego nunquam mihi uindictam Theologiæ scientiam, & tamen non usq; adeo meum hoc ingeniosum aut eruditionem cõtemno, ut existimẽ me nihil intelligere in libris Augustini, in quibus illi crassi uentres, stitæ nati potius q̃ literis, intelligunt omnia. Id esse uerum facile credas lector, si tres aut quatuor tibi nominem, qui hulu smodi nãntas nusquã nõ uociferabantur: præsertim Louanij & Colontæ. Nec enim ordinẽ in ius uocos, sed istos quosdã rabulas detester, qui præcones Euangelij professi, scurras agunt, quos ordo coeceret uel eijceret, si suo honori consultũ uellet. Et tamen in hoc negocio non tracto rem Theologicã subtilitatis, sed emendatã lectiõis. Grammatici pariter mihi sumo, ueritates & fallitates acutissimis illis magistris relinquo. Quod si meam industriã experti sunt studiosis omnibus magno usui fuisse in restituto Hieronymo, quur hic maluerunt obstrepere, q̃ ex eo quod bene celsit, huius quod aggredieremur præiudicium facere? Iam an aliquid falso sit inscriptum Augustino, mirari delinet, qui legerit librum De uera ac falsa penitentia, in cuius decimo septimo capite citatur ipse Augustinus, & ita citatur, ut qui librum scripsit, ab Augustino dissentiat. Idem accidit in Præfatione quadam quæ diui Aurelij Augustini titulo præfertur cõmẽtarijs in psalmos, quũ in eadem honorifice citetur idem Augustinus. Est alius libellus ex Augustini & aliorum scriptis ueluti cento quidam contextus à studioso quopiam, & inscribitur Augustino. Hæc tam crassa non sentiunt isti, qui sibi uidentur capreis & aquilis omnibus perspicaciores. Postremo persuasum erat & mihi, in Augustini libris minus esse mendarũ, quàm in Hieronymianis: at dum tentandi gratia libros aliquot emendo, res ipsa me docuit, plus esse prodigiose deprauationis in hoc autore, quàm cõperet in Hieronymo aut Cypriano. Atq; hoc nimirum debet Augustinus suis illis eximijs amatoribus, à quibus solis intelligitur. Hæc à me nõ confingit, res ipsa abunde persuadebit, si quãdo per istos licebit absolueret quod instituiimus. Interim unum atq; alterũ locum proferã in medium, ex quibus prudens lector de cæteris faciet coniecturam. Libri aduersus Faustum Manichæum 16. Cap. 24. in libris non una additione excusis sic habebatur scriptũ: Quem dominus Iesus Christus eadem commendatione commemorat, eiusq; autoritatis adductæ, eorum refellit errorem resurrectionem negantium: quam in peruetusto codice superesset in corrupta scriptura, eiusdemq; autoritate Sadduceorum refellit errorẽ. Notat enim Augustinus locũ qui refertur Matthæi cap. 22. Rursus libri 16. cap. 33. scriptura erat bifariam deprauata, Vides nequaquam, uel uides nequaquam, quum scribendũ sit, uides ne quàm tibi non dicam &c. Respicit enim Augustinus ad ea uerba Faustii quæ præcesserant eiusdẽ libri cap. 8. Alias, inquit, si Christianus es crede dicenti Christo, quia de se scripsit Moses. Quod si non credis, Christianus nõ es. Inepta semper & imbecilla responsio est, nihil habentium quod ostendant. Quoniam igitur Faustus fecerat Augustinũ his uerbis loquentem: Si Christianus es, crede dicenti Christo &c. Augustinus negat se ita cum Fausto agere. Ac mox in eodem cap. 33. Nec illud sibi patere præcipitũ, erat deprauatũ, pro eo quod rectũ erat: Nec illud sibi patere. Eiusdem libri cap. 6. in uerbis Faustii, qui referens idioma sermonis ex uetere translatione dixerat, Virorũ uirorũ quisquis hoc non gestauerit, exterminabitur, deprauarant utrorum uirorum. Nam Hebraei dicunt uiri uiri, pro quicunq; uiri. Huius generis sunt innumera, sed his referendis non est in præsentia locus, quæ uix etiã suo loco citra tediũ referuntur. Et hoc nostrum institutũ, quo nostro sumptu, non credẽdis laboribus damus eis sacros autores ut purgatores, ita & dilucidiores, isti religionis columina, quum ipsi tantum uentri seruiant & gulæ, putarunt seditiosis concionibus exagitantũ. Vinã aut illi se uertant ad ea studia, quæ digna sint his, qui se profitentur mortuos mundo: aut si ipsi nolint respiscere, mundus respiscens hos ficos, siue mauius suos excutiat oculis & aluearijs, ut si nolint ipsi cuiquam prodesse, certe ne obstrepãt alijs bonorum utilitati seruire cupientibus. Industriam nostram magis prouocabit bonorũ fauor, quam deterrebit malorũ oblatratio. Nunc interim prodit eximium opus De ciuitate dei, quanto q̃ ante fuit castigatius, quantoq; doctioribus commẽtarijs illustratũ, malo te lector ex ipsa se discere, quàm ex nostro testimonio credere. Nam hoc effectit Lodouicus

Vives

Vives tam præter meritum prædicandis laudibus meis, ut ipsum uicissim nec promerentem liceat prædicare. Bene uale, curaq; ne Ioannem Frobenium impensæ & operæ poeniteat, qui nihil detrectat, quod ornandis, prouehendis, iuuandisq; bonis studijs conducat. In Ambrosium.

DES. ERASMVVS ROT. IOANNI A LASCO ARCHIEPISCOPO GNESNENSI S. D.

RISCI mortales, ornatisime præsul, quod æternum cunctisq; uenerandum esse uolebant, numini cuiusdam dedicabant, ut uel religio petulantiam hominum deterreret ab iniuria. Exemplum hoc, à lucis a templis paulatim demigravit ad studia, ut si quid noui operis pararetur ædificationi, celebri cuiuspiam gratiosoq; nomini consecraretur. Id tot iam seculis adeo receptum est, ut aduersus rationis exactores, uel sola sufficiat præscriptio. Illud tamè ineptum uideri potest, quod quidam aliena dicant uiris primatibus, nec aliena modo, uerum etiam ea quibus ipsorum opera nihil profusus accessit, nisi forte quod eadē deprauatiora reddiderūt. A loqui quum nunc nouorum librorum γάρρα, ut habet uetus comœdia, penè nos obruant, mihi præclarius esse facinus uideretur, ueterum autorum monumenta temporū iniuria scribarumq; temeritate collapsa restituere, quam noua cudere uolumina, præsertim quū quod sua ætare uere dixit Ecclesiastes, nihil esse nouum sub sole, & scribendi plures libros nullum esse finem, in hoc seculum multo uerius dici possit. Inter præscos autem ecclesiæ doctores latè nos, uix alium arbitror esse digniorem cuius extent integræ lucubrations, quàm diuum Ambrosium. Hoc & ex animo dictum uideri uelim, & citra cuiusquam contumeliam. Sic linguarum ac scripturarum peritior Hieronymus, sit elaboratoris phrascos Hilarius, sit in quæstionū nodis explicandis argutior Augustinus, alijs item dotibus excelluerint alijs, sed quæ mihi dabis, qui pari sinceritate tractet sacras literas, qui cautius uitarit suspecta dogmata, qui sic ubique gerat Christianum Episcopum, qui sic speret paterna uiscera, qui summam præsulis auctoritatē cum summa mansuetudine coniunxerit. Vbiq; sentias illum hoc affici quod loquitur. Et adest dictioni modesta quædam ac pia iucunditas, gratiaq; ciuilitas. Est quem non omnino sine causa doctorem mellifluū uocant. At hic iuxta nomen suum uere cœlesti manat Ambrosia, dignus quis sit quod dicitur Ambrosius, hoc est, immortalis, non solum apud Christum, uerum etiam apud homines. Quantum autem sudoris exhaustum sit in hoc restituendo, dum collatione ueterū codicum emendantur deprauata, restituuntur amputata, rescantur assuta, reponuntur Græca, quæ uel aberant profusus, uel figuris nihil significantibus fuerant addita, tuæ prudentiæ fuerit æstimare. Ut autem tam insignem ecclesiæ doctorem tui nominis auspicio potissimum ueluti renatum in lucē prodire uellem, quum primis in causa fuit Ioannes à Lasco, te patrum non minus morū ornamentis quàm nomine referens. Nam iuuenis senem sic exprimit, ut in eo ueluti renatus uideri queas. Is tui simulacrum quoties mihi depingebat oratione, toties agnoscebam in narrante imaginis expressæ antitypon. Adeo dum patrum depingit, seipsum depingebat imprudens. Hunc mihi conuictorē pauculos licet menses contigisse, non in postrema felicitatis parte pono. Utinam mihi liceret per adulationis inuidiam prædicare de idotes quas in illo & amaui, & ueneratus sum. Illud non possum non fateri, senex iuuenis conuictu factus sum melior, ac sobrietatem, temperantiam, uerecundiam, linguæ moderationem, modestiam, pudicitiam, integritatē quam iuuenis à sene discere debuerat, à iuene senex didici. O gentem pietati natā. Nec alio nomine mihi uideretur felicior Polonia, quàm quod talem regem, talem sortita sit Archiepiscopum, quorum insignis pietas, pari studio certat hos fatales bellorum & opinionum tumultus componere, prolapsosq; Christiani populi mores instaurare. Quumq; eò processerit tua ueneranda senectus, ut merito possit à negocijs impetrare dimissionem, tamen ad ecclesiæ patriæq; commoda procuranda iuuenis es. Hic igitur ueteris prouerbij uenit in mentem, ὅς δὲ δὲ ἑὸν ἕως ἄρας ἑὸν ἕως ἄρας. Itaq; uisum est pulchre congruere ut proficisceretur Ambrosius præsul ad præsulem, claris natalibus insignis, ad nobilissimum, pius ad pietatis antistitem, eruditus ad eruditionis exemplum patronum, uirgo & uirginitatis præco factidissimus, ad omnis pudicitiae exemplar incomparabile, deniq; pacificator ad Episcopum pacis ac tranquillitatis publicæ studio-sissimum, Cui rei dicas Ambrosium diuinitus fuisse datum. Hoc agebat illa factida lingua quum

quum Liguriæ consularem ageret præsidem, sedabat tumultus, sarciebat concordiam non minus accurate quàm dextre ac feliciter; nec id solum in his regionibus, ubiungebatur magistratu, uerum etiam quoties res apud alios spectabāt ad seditionem, Ambrosius ueluti peritus ac felix nauclerus ad sedandam tempestatem accersebatur. Ac ne multa commemorās, plus æquo præfationem extendam, Quū extincto Auxentio, qui fouerat Arrianos, Mediolani per Episcopos ageretur de præfule subrogando, tantaq; studiorum uariantium contentione flagrant comitia, dum pars Arrianæ factionis, pars orthodoxorum flagitat episcopum, ut res ad extremos tumultus cedere uideretur, Theodosius Cæsarium piissimus eò legat Ambrosium, ut rerum exitiales motus componeret. Is dum pro delegato munere templum ingressus, singulari facundia suadet concordiam, subito cuncta populi modo dissidentis studia in unum conuersa sunt, iamq; iunctis uocibus suffragijsq; concordibus, Ambrosium episcopum flagitant. Multa causatur ille, se prophanæ functionis hominem esse, sacrarum rerum imperitum, nondum sacro lauacro renatum, quum Paulus ueter etiam neophytū ad ecclesiæ gubernacula admoueri. Sed hic frustra facundus erat. Quo uehementius ille detrectat, hoc magis accenduntur populi studia. Quid multis imperator perspicuus diuinitus geri negocium, populi constantem approbat uoluntatē. Ambrosius frustra reluctans ex præfide cōsulari, sit præsul infulatus, pro fascibus sumit pedum, ante præfectus gregi dominico, quàm in gregem dominicū cooptatus, exitabile dissidium extinguitur, & ecclesiæ sua redditur concordia. Sed quod Insulbrum uni gratulamur ecclesiæ, hoc iam dudū optamus ecclesiæ catholice, uidelicet ut exoriatu ali quis Ambrosio similis, qui paribus auspicijs hunc miserandum orbis tumultū, quo nulla ætas uidit quicquam perniciosius, redigat in tranquillitatem. Saltem talis quispiam nobis exoriatu ex pontificū theologorum aut monachorū ordine, qualis tunc prodijt Ambrosius è classe catechumenorum eiq; profano magistratu. Magnū pondus habet morum integritas, magnam habet auctoritatem coniuncta mansuetudini constantia, denique plurimum ualeat eloquentiæ copulata prudentia. Sed hoc malū non simplex, hæc lues quæ non solum ecclesiam tor opinionibus discidit, uerum etiam principum animos implacabili dissidio cōmittit, hominem requirit datum cœlitus, cuius auctoritatem reueretur populus, cuius cōstantiæ cedat & principum sublimitas. Nulla ex uictoria armis parta, plus laudis tulit Theodosius, quàm quod ab Ambrosio se uincti passus est. Babylæ parum feliciter cessit, quod imperatorem impia cæde fuisse statū, templo prohibuit, imò feliciter cessit ipsi, qui præsulis auctoritatem sua morte cōfirmavit. At Ambrosio cessit feliciter, qui summa cōstantia suam tuens auctoritatem, ipsum etiā Cæsarem Christo lucrificet, ac pulcherrium exemplum omnibus monarchis cōdidit, quanta sit episcoporum dignitas, si modo uere sint quod audiunt. Nec dubito, quin tales simus habituri principes aliquot, qualis fuit Theodosius, si tales haberemus episcopos qualis erat Ambrosius, et haberemus opinor, nisi populi mores alienarēt benigni numinis fauorē. Quoq; magis liqueat quod dictimus, primū rem, deinde personas expendamus. Thessalonice quidam è comitatu Cæsaris, per populi tumultū fuerat interfectus: Cæsar ira dissimulata, plebem ad ludos Circenses euocat, ibi repente circūfusa militibus inermi multitudine, promiscue sauitū est in noxios iuxta & innoxios, poenæq; non meritis est data, sed furori. Id factū hodie iustū uideri posset. Quoties enim in bello trucidantur, quibus ex pacto deditiois, erat promissā incolumitas: Quoties oppido capto, sauitur propemodū atrocius in immerentes, quàm in nocentes: & sequitā excusat odium criminis. Hæc de re. Iam mihi cogita Ambrosiū unius ciuitatis episcopum, quæ tum, ut opinor, minus erat ampla minusq; frequens, quàm nunc est, nullis alijs armatum præsidijs, quàm quæ decent episcopum, lingua, precibus & uitæ sanctimoniam ex aduerso considera. Cæsari illius temporis potentiam, cui si conferas horum temporum ditionem, eam duntaxat quam Cæsaris titulus addit electis (Nam Carolus & sine Cæsare titulo principum maximus est) rem uix seriam esse dicas: & tamen talis episcopus, talem Cæsarem, ob præcipitatum uindictæ ius, ab ecclesiæ foribus submouit, exprobrans crudelitatis immanitatem, docens que illum à consortio Christiani gregis alienum esse. Reuersus est in regiam Cæsar, agnoscebat æquissimum esse, ut Christi legibus cedat humanæ potentiae fastigium. Ibi post sex menses mœrore lachrymisq; transactos, per Ruffinū aulæ præfectum agit, ut anathematis uinculo solueretur, quo saltem ferijs nata

licij, nam instabant, licet interesset. Nihil agit Ruffinus, ipse Cesar impatiens non ire sed meceroris, adit Ambrosium, non in templum, ne iterum repellereur, sed in locum quem Graeci domum salutatoriam appellant. Nam ibi forte tum sedebat episcopus omnibus expositus, si quis quid uellet consulere. Patienter fert obiurgantem, nec prius absoluit, quam prater solennem poenitentibus satisfactionem, etiam legem aduersus aduersorum imperialium seueritatem polliceretur. Illico prodita lex, ut si qui per aduersum Caesaris iuberentur occidi, in tricesimum usque diem proferretur executio, quo spacium esset cognoscendi, locusque daretur uel Christianae clementiae, uel necessariae seueritati: moxposito regis diademate, Caesaris personam exiit, poenitentis suscepit, humi prostratus, ac lachrymis uertim effulsis rigans solum, supplicii uoce precatus est domini misericordiam. Cui haec non uiderentur in Caesare plusquam satis: Sed mane dum audiretur, quod & inuicem episcopi constantiam, & Caesaris non fucam pietatem magis illustret. Quum ex more munus detulisset ad altare, rediens constitit intra cancellos. Id uidens Ambrosius, per diaconum percontatur, quare ibi moraretur. Respondenti, ut uideam peragi mysteria: rursum misso diacono renouauit, ut agnosceret suum locum, nam eum, in quo consisteret, esse sacerdotibus designatum. Purpura inquit, imperatorem facit, sacerdotem nequaquam. Quid expectas? ut Caesare uicta lenitas tandem exardescat? Nequaquam, uerum excusat se quod non in contemptum loci resisterit illic, sed quod quoniam Constantinopoli reperisset hunc morem, ut Caesar intra cancellos uideret peragi mysteria, credidisset idem esse receptum Mediolanum. Illis placide dictis, abiit in locum praescriptum. Nec eo contentus, ubi reuersus est Constantinopolim, etiam cum inuiteretur intra cancellos ex more consistere, dum peraguntur mysteria, negauit se facturum, addens se neminem nosse, qui uere sciret episcopum gerere prater unum Ambrosium. O nostri seculi prolapsos mores. Si nunc dignetur princeps quilibet templum adire, extruitur illi tabernaculum altari sublimius, & intra cancellos non modo consistunt procures aulae, uerum etiam sordidi negotiatores, quos Cicero uix recipit inter honestos ciues, decanos & ecclesiae primores esse suis deturbat. Quanto minus fastus addebat Theodosio sceptrum ac diadema, quam istis addit, sordido quocumque, nec semper iusto, pauillum partum pecuniae. Simili constantia resistit Iustinae Augustae, minitanti ut aut Arrianos reciperet, aut iret in exilium. Ille uero nihil pauifactus, Non prodam, inquit, lupis gregem mihi commissum. Hic occide si libet. Sed nemo potest Ambrosium agere, nisi qui pro pietate mori paratus est. Imo difficillimum est cuiquam uere sacerdotem agere, qui libenter aliud est quam sacerdos. Onera sunt uerius quam ornamenta, quae libertatem adimunt cum dignitate, sitque nonnunquam, ut dum utrumque uolunt esse, nec principes sint nec sacerdotes. Sed desino, ne uita Ambrosiana uidear historiam texere. In hoc diuerticulum me deduxit horum temporum miseranda calamitas. Nunc ad institutum reuertimur. Quemadmodum singularis quaedam huius uiri integritas, cum summa constantia partique mansuetudine coniuncta fecit, ut nec regali fastigio cederet, nec malorum improbitati succumberet, gratus autem esset ac uenerandus etiam alienis ac parum amicis: ita nullius unquam scripta latius inclarauerunt, aut minus obnoxia fuerunt in uisitatione quam huius. Quibusdam sero contigit sua gloria, nonnullis diu lucifera fuit cum aemulis, complurium labores penitus interciderunt. Ne quid horum accideret Ambrosio, causam ego praecipuam arbitror, perpetuam quandam in scriptis omnibus moderatorem, quae nec in redarguendis hominum uitij obliuiscitur Christianae mansuetudinis, dicas eum dolere, non irasci: nec usquam excurrit in leuitatis aut ostentationis speciem, ut ubique peccatus uere Romanum imo Christianum agnoscat. Erant qui Cyprianum uerterent in Caprianum, Origenes ne mortuus quidem hydram inuidiae potuit effugere, Hieronymo ad extremum usque uitae diem, amarulenta cum aemulis rixa fuit. Tertullianus bis perierat, primum de prauatione, deinde situ, nisi nuper Beatus Rhenanus cum luci reddidisset. Idem euenerat propemodum Irenaeo tam indigno qui perierat. Ambrosius in uerimine non honorifice citatur, etiam ab hereticis: tanta erat nominis autoritas uiuio, quae uix alijs a rogo contigit. Alius fortasse disertius laudauit uirginitatem, sed huius mellita facundia uirgines ex ultimis mundi regionibus, hoc est, e Mauritaniam Mediolanum pellaxit ambrosius illic sacro uelo decorari. Alius fortasse uehementius disputauit. Sed hic grandem illum cetum in ecclesiae sagenam pertraxit, Augustinum. Vnus Hieronymus, quamquam aliquot

aliquot locis multa cum honoris praefatione citat, tamen alicubi minus candide de libris eius sentire uidetur. Siquidem in praefatione in Didymi librum de spiritu sancto ab ipso uersum, taxat libellos cuiusdam de spiritu, ex Graecis bonis Latinos non bonos, in quibus nulla uis sit argumentorum, sed tantum orationis facies exquisitis hinc inde coloribus pigmentata. Rursus in praefatione, qua prator in homilias in Lucam, recitauit Ruffino, nam opus hoc intercidit, taxat illum in commentarijs in Lucam, ut uerbis ludentem, sententij dormitantem, denique Graecorum plumis sese uenditantem. Verum siue hoc uere scripsit in Ambrosium, ut inimicus hoc exprobrat Ruffinus, siue in alium, certe a nomine temperauit, quod ipsum uenerandae cuiusdam autoritatis est argumentum. In catalogo scriptorum, nec laudat eum, nec uituperat. Ne in alterutra inquit, partem aut adulatione in me reprehendatur aut ueritas. Ac ne lucubrationes quidem illius recenset, quod tamen in alijs solet. Ex quo diuinare licet Hieronymo quaedam in Ambrosij libris displicuisse, quae ob singularem hominis autoritatem suppressere maluerit quam euulgare. Nec ea res quicquam offitit gloriae sacri doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil est humanum ex omni parte beatum, nec eadem placent omnibus. Illud confitendum, at non improbandum, quod plerumque quae scripsit Ambrosius hausit e Graecorum commentarijs, praesertim Origenis, sed ita, ut quod sanum esset exciperet, quod a sinceritate doctrinae catholicae alienum aut contumeliosum, dissimularet, nec errore proferens, nec autorem prodens, quorum alterum non erat tutum, alterum inuidiosum. Quod in illo comprobatur etiam diuus Hieronymus epistola ad Pammachium & Oceanum. Nuper inquitens, sanctus Ambrosius sic Hexameron illius compilauit, ut magis Hippolyti sententias Basilijque sequeretur. Rursus ad Pammachium & Marcellam, Habuit inquit Ambrosium, cuius pene omnes libri Origenis sermonibus pleni sunt. Nec Cicero nisi quae uitio uertit, quod in philosophicis argumentis, Graecos sequeretur, non ut interpres, sed ut imitator. Nec erat corniculae surtum, quod Graecorum nomina, quae plerumque tum apud Latinos magna laborabant dogmatum improborum inuidia pressit, sed cauti pastoris omnem offendiculum dissidijque materiae excludentis. Porro dicendi character, nec haecidus est, nec humilis, quo nomine taxare uidetur libellos de spiritu sancto Hieronymus, excusante Augustino, quod rem licet grandem, tamen subtile docenti non laudanti conueniret oratio demissior: sed habet interim suos aculeos, ubi res postulat, propius tamen accedens ad arguam iucunditatem, quam ad aduersum illam & affectus penes tragicos, in quos interdum exardescit Hieronymus & Hilarius. Ac plerumque totus fere sermo ex uarijs sententiarum generibus uelut ex tessellis contextus est, quo dicendi genere supra modum delectatus uidetur Seneca. Hoc non minus creber est Ambrosius, sed tamen mollior, ut frustra reclamante Fabio, qui uult orationem esse ueluti luminibus distinctam, non uelut emblematis copactam, frequenter & diuisionem, & argumentum & transitum, & conclusionem siue clausulam argumentationis per sententiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis, hoc est propositio, assumptio, ratio, confirmatio, expositio meris constat sententij. Passim accinuntur epiphonemata, uixque alius crebrius aut frequentius utitur sententiarum genere, quas appellant *uoluerat*, in quibus latet aliquid arguti sensus, quod quum non exprimitur, intelligitur, ob hoc ipsum gratius, quia dictum obscurius. Porro densitatis satietate ac tedium excludit uarietas, tam felix, ut natura rem esse dicas non affectationis, quod hoc dicendi genus a puero imberberat. Nonnunquam eandem sententiam aliter atque aliter uariatam repetens, uelut infigit animis, quod elabi non uult. Interim plurimum addit iucunditatis, illa paucis uerbis modulata breuitas. Nusquam enim sermo longis ambagibus uix tandem absoluens periodum, obscuritate molestus est, quod in Augustini scriptis offendit Hieronymum, sed comatibus, & colis, concentu nonnunquam, numero plerumque iucundus, tinnulus & compositus incedit. Horum omnium non pigeret ex ipsius libris exempla proferre, nisi non solum per longum uideretur, uerum etiam hic intempestiuum. ~~Quaedam tamen de doctrina Christiana quaedam huius generis comonstrauit.~~ In summa, haec rhetorices imperitis frustra dicerentur, peritis in procliu fuerit animaduertere, praesertim si legant huius libros de uirginibus & uidijs. Nam hic uelut in argumento plausibili magis expromit, ne dicam, ostentat, dictionis ornamenta. Igitur Ambrosium si minus omni ex parte restitutum, certe multo minus deprauatum dedimus. Superest ut huc conatum faueat Roma quae genuit Ambrosium, faueat Liguria, quae praesidem me-

ruit, faueat Insuabria, quæ presulem ascitit, deniq; faueat quacumq; patet orbis Christianus, insigni Christianæ pietatis doctori. Vixit Insuabibus, sed scripsit omnibus. Proinde hoc quicquid est illudq; nostri presulum sanctissime, si tua celsitudo comiter approbarit, alios qui plus quam ego prestare ualent, ad similem industriam extimulabit. Bene uale. Datum Basilea Id. Augusti. Anno M. D. XXVII.

In Chrysofomum.

CHRISTOPHORO A STADIO AVGVSTÆ VINDELICORVM
EPISCOPO, DES. ERASMVVS ROT. S. D.

EDIMVS pridem, clarissime presul, facundissimum ecclesie doctore Hicronymum, ex deprauatissimo emaculatum, ex distracto integrum, ex equali do nitidum ac splendidum. Dedimus simili dignitate uocalem illam ecclesie catholicæ tubam Hilarum: Dedimus acerrimum fidei Christianæ propugnatores Augustinum: Dedimus non minus fortia quam diserta loquentem Cyprianum martyrem: Nunc prodit diuus Ioannes Chrysofomus, mellitissimus ille concionator Christi: præco indefatigabilis, cui iure optimo ob sapientissimam eloquentiam, & eloquentissimam sapientiam, oris aurei cognomen tributum est. Sunt qui Maximum appellant. Hunc autem uti speramus, hoc propensioribus studiis excipient studiosorum centurie, quod incomparabilis episcopus, laudatissimi presulis felicibus auspicijs prodit in lucem. Neq; enim parum multa inter uos conueniunt, uitæ integritas, diuinarum litterarum amor, iudicij rectitudo, ueritatis libera professio, nec uulgaris zelus erga Christi spem ecclesiam. Quin & alijs compluribus episcopo dignis uirtutibus sic emines, ut inter omnia ornamenta tua minima portio sit, generis claritudo ac reliquorum fortunæ bonorum splendor, quæ contempsisse pulchrius est quam possedisse. Ne illa quidem animi bona minuunt istam tuam singularem modestiam, quum non ignores esse gratuita dei dona, ad usum credita. Dixerit interin aliquis, heus tu, quid magni das nobis, si Chrysofomum das toties excusum? Nō hoc colore mihi patrocinator, quod iam solenne est, quicquid excuditur à typographis, aliquo illustri gratiosoq; nomine commendari: nec commorabo quantum maiestatis accesserit uoluminibus, ex amplitudine chartarum, ex elegantia dignitateq; formularum, quæ res ut typographis uix credendis impendijs costant, ita doctori tam eximio non parum conciliant gratiæ, & lectorem alioqui fastidiosum ceu leuocinio quodam inuitant. Extrata sunt ista fateor, sed ea tum demum fatebor pro nihilo ducenda, si fordida uestis, illota facies, impexus capillus nihil obscurant bonæ formæ gratiam, siq; nihil eam commendant cultus & honesta mundicies. Sed hæc ut dicebā, in præsentia non commemorabo, illa dicam quæ propius ad rem pertinent. In antehac excusis diui Chrysofomi lucubrationibus, qui supersunt interpretes sua quisq; diligenter recognorunt, quod & à me factum est non oscitanter. Inter ueteres interpretes multi sunt, qui neq; Græce neq; Latine satis calluerunt. Horum interpretatio per doctos uiros ex collatione Græcorum codicum plurimis in locis emendata est. Quod genus est illud Aniani, qui uertens commentarios in Mattheum, in ipso statim limine impiegit, *ἀδελφῶν πλὴν* transferebat secundas diuitias, quæ Græca sonent, secundarium cursum siue nauigationem. Item illud Francisci Aretini in ipso statim frontispicio commentariorum in priorē ad Corinthios epistolam, ubi *ὁμοίως* translulerat opinionem pro factu. Sufficiat hoc gustus dedisse gratia, neq; enim hic cōsilijs est omnes interpretum lapsus prodere, quorum infinitus est numerus. Pro flex libris de dignitate sacerdotali parum feliciter uertis, supposuimus interpretationē elaboratam Germani Brixij, cuius & Babylam adiunximus. Postremo præter omnia, quæ hæcenus excusa fuerant, adiecimus non mediocrem accessionem: ueluti commentarios in priorē ad Corinthios epistolam, quos Franciscus Aretinus absoluerat usq; ad homilia xx. Eam partem ad nos misit unicū hūc tēporibus ecclesie ornamentū Ioannes Phisceanus episcopus Rossensis: quod deerat suppleuit ~~in antehac excusis~~ *ἰστορίαι*. Simon Grynaeus, item cōmentarios in secundam ad Corinthios epistolam, quos ego uerti usq; ad homilia viii. libenter progressurus, nisi phrasis mihi suspensionē mouisset, opus hoc non esse Chrysofomi *ὑπόμνημα*. Quod supererat, alius transtulit non indoctus. Commentarijs in Acta, adiecimus homilia duas, præter eas quas prius dederamus: uerū & hæc eadem causa quā modo retuli, persuasit institutum relinquere. Sunt amici qui nobis ex Italia promittunt

promittunt & alias quasdam Chrysofomi lucubrationes, quas si nancisci cōtinget, cetera autē spes est fore ut cōtingat, idq; breui, non grauabimur eas Christianæ philosophiæ studiosis cōmunicare. Perspicio frigus uel potius interitum Christianæ pietatis hinc proficisci, quod d populus non alatur alludue uerbo dei, & quibus hoc muneris delegatum est, aut omnino muti sunt, aut secus Syria oportet trahant scripturas, uel propter incertam, uel quia potius ducunt lucrum decimarum q̄ animarum. Itane nullū existere hoc seculo, qui hunc Ecclesiasten imitentur quū Thomas & Scotus tam multos habeant imitatores. At tamen hic tam amabilis doctor, tot factatus est tempestatibus, tot exercitus procellis, eiectus, reuocatus, rursus maiore tumultu relegatus in exilium. Verum & uita tenorem & ceteras Chrysofomi dotes, ex his quæ subiectam, plenius licebit cognoscere.

VITA DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI EX HISTORIA, QUAM tripartitam uocāt, libro decimo magna ex parte cōcinnata; nonnullis adiectis ex dialogo Palladij episcopi Helenopolitani, qui fuerat Chrysofomi discipulus. & Theodori Romanæ ecclesie diaconi, per Des. Erasmm Roterod.

O ANNES Chrysofomus, patria Antiochenus, patrem habuit Secundum, inter eos qui in Syria militari dignitate præcellerant, cum primis illustri matrem Anthusam iuxta nomen suum omni uirtutū genere florentē, utrunq; nobilem lautaq; fortuna. Puer nondum sacro lauacro regeneratus, auduit ingeniosum, sed insigniter impium Libanum sophistā. Sic enim tū rhetores appellabantur. Iam annū ingressus decimum octauū alijs quoq; liberalibus disciplinis strenuam nauauit operam, ætatis lubricum assiduis laboribus coercens. Philosophiæ doctorem habuit Andragathium, iam tum Aegyptiorū opes ad dominici templi structurā cōparans, ut teneris statim annis eloquentiā cum sapientiæ coniungeret. Verum posteaq; ante capitis canos mentis canicidē induisset, mature ad diuinarū litterarū cognitionem studiumq; pietatis animū applicuit. Tam insignem adolescentis indolem uarijs indicijs emicantē animaduertens Meletius Antiochenæ ecclesie antistes, cum ad se accitū inter familiares habuit, quē quū fermē triennio Christianæ fidei dogmatibus satis imbuisset, aqua regeneratē tinxit, moxq; lectorem ordinauit. At iuuenis haudquaquē tutū ratus in ciuitate celebri publicis functionibus implicari, in mōtes uicinos secessit, atq; illic seni cuidam Syro adhaesit, ut ex eius contubernio continentia uitæq; austeritatem disceret. Manlit autē apud hunc annos quatuor, diuinarum litterarū uigilanti studio iuuenilis ætatis stimulos ætusq; domans ac reprimens: ab hoc gradu tendit ad perfectiora, abdit se in remotiora deserti, ibiq; spelunca inclusus biennium ferē peregit solus, noctesq; diesq; uersans in meditatione sacrorum uoluminū, eaq; ediscens. Verū dum hic humi cubat, saxo insidet, ieiunijs ac perugijs uitæ, carnis quidem rebellionē prorsus edomuit, sed corporis ualitudinē uehementer offendit. Hæc res illum cōpulit, ut uelut è graui tēpestate ad ecclesie portū redire cogere tur, hæc omnia moderante prouidentia numinis ad publicam hominū utilitatē. Reuersus itaq; à Meletio diaconus ordinatus, per quinquennium sacris ministrat altarib. In qua functione quum ita se gessisset, ut & uitæ continentia & egregia doctrina cunctis esset perspecta atq; explorata, à Flauiano episcopo presbyter consecratur, præ singulari animi modestia tanti muneris dignitatem pro uiribus detrectans: in hoc munere summa cum omnium laude summaq; ecclesie utilitate uersatus est annis duodecim, nondū episcopus episcopi uices agens, gregē domini cum morū integritate, sermonibus ac libris ad pietatē eruditendo. Sed ut his aliquantisper intermissis, ad rudimenta illius recurrā: iuuenis studiorū sodalium usus est Basilio Magno, quod ipse in his testatur libris quos scripsit De sacerdotio: hoc est, de munere functioneq; episcoporū. Nam id temporis soli episcopi sacerdotes dicebantur, presbyteri recitabant atq; enarrabant scripturam canonicam ceterisq; sublimioribus functionibus episcopum adiuuabant. Destinatus erat causis forensibus, uerū ille perpendens hæc uita institutum non solum esse turbulentū, multisq; molestijs obnoxium, uerum etiam inquinatum uitijs, parumq; conueniens animo philosophico, ad pietatis professionem sese conuertit. Euagrii exemplo potissimum prouocatus, qui et ipse post prophanas disciplinas quietum ac solitarium uitæ genus elegerat. Mox igitur Chrysofomus posito fastu mundi, atq; ipsa etiam uestitus ac morum simplicitate, mentis propositum præ se ferens, assiduus erat in euoluendis sacris uoluminibus, nō ignarus ex hisce fontibus petendam

dam esse uerā sapientiā. Et ne sibi tantū magister esset, frequens erat in tēplis sacras audēs
concionēs, à quibus nō arcebantur nondum in Christo renati. Porro quemadmodū ipse
tractus erat exemplo Euagrii, ita suo uasū ad idem institutū pertraxit Theodorū ac Ma-
ximū, quos apud Libanium habuerat cōdiscipulos: Quorū uterq; post uocatus est ad epi-
scopi munus, Theodorus apud Mopsuestenses, Maximus apud Seleucia Iauria. Simul
interim se tradiderant litteris sacris erudiendos Diodoro atq; Carterio, qui id tēporis sa-
cris monasterijs praeidebant. Nam in his solis tum docebatur sacrae litterae ad iuuentū ad
pietate instituebatur. Siquidem scholae multis post seculis inuenta sunt: monasteria uerò,
ni fallor, ea aetate dicebantur episcoporum aedes, in quas se recipiebant à popularibus serua-
tinegocijs. Sed Diodorus post Tarsensis episcopus factus, etiā libris aeditis inclaruit. Inte-
realoannes uersabatur cū suo Basilio, paribus animis quietā uitā meditante. Verū Chri-
stus nō passus est illas lucernas diu latere sub modio. Nam Basilius à Meletio creatus est
diaconus, deinde Caesareā Cappadociae pertractus, coactus est episcopi sarcinā suscipe-
re. Ab huiusmodi tyrocinijs olim nō iruebāt, sed pertraherentur absoluti doctrina uitaeq;
uiri ad ecclesiarū gubernacula. Ioannē uerò Meletius Antiochie episcopus, ut ante dictū
est, lectorē instituit. Miror autem quorū quod Palladius refert à Meletio factum. Socrates
in historia, quā Tripartitā uocant, dicit à Zenone factum: nisi forte quemadmodū Ioan-
nes ob eloquij suauitatē dicitur Chrysostomus, ita Meletius ob insignem uitae cōtinen-
tiā dicitur Zenon, aut nisi Zenon praecessit Meletium: quāq; & alias in narrando magna
uarietas est. Palladius ita refert quasi ab uno Meletio Ioannes fuerit lector, diaconus &
presbyter ordinatus: quū ecclesiastica historia, cui magis fido, narret eum à Flauiano crea-
tum diaconū: ab Euagriō, qui Paulino successit, ordinatū presbyterū. Verū utriq; hoc ha-
bet, Ioānes iam lector in delegato munere egregiū sui specimē dedit, aedito libro aduersus
Iudaeos, quem nos Latinū fecimus: paulō post à Meletio creatus est diaconus, in quo gra-
du scripsit opus de sacerdotio, multosq; psalmos enarrauit. Posteaq; autē Meletius Con-
stantinopoli decellisset è uita, Ioannes Chrysostomus ita recessit à Meletianis, Meletij cu-
iusdam Aegyptij ciuitatis episcopi ab ecclesia sua depulsi, peruersum dogma sequētib;
ut tamen nec Paulino, qui Flauiano successerat, cōmunicaret. Erat enim inter hos conten-
tiosa quaestio de Ario & Origene, itaq; neutri se parti admiscens triennium quietā egit ui-
tam. Paulino successit Euagrius, à quo prouectus est Ioānes ad presbyterij dignitatē: quā
ita gessit, ut Nestario defuncto, imperiali iussione Constantinopolim accitus sit, ac multo-
rum episcoporum quos eō imperatoris autoritas euocarat, autoritate coactus fuit eius ec-
clesiae gubernacula suscipere: prouinciā sanē perdifficilem multis nominibus, ob Thra-
ciae gentis barbariem, ob ciuitatem opibus, luxuq; dilluentē, ob plebem, Arianorum &
Origenistarum dogmatibus infectam. Nec minima malorū pars erat illic aula Caesarea,
plurimam, ut solet, malorū lernam secum trahens, praesertim quū adhuc pro ratione tem-
porū principis famula, ex Paganis, Iudaeis, haereticis, & orthodoxis esset permixta. Ea re-
rū difficultas egregium quempiā & impigrū ducē requirebat. Porro quanta uigilantia do-
cuerit, quanto studio pugnarit aduersus haereticos, scripta uiri declarauit, de quibus mox
suo loco plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis qui factum sit, ut episcopus tam ra-
ra doctrina, tam mirabili eloquētia, tam sanctis moribus bis depulsi sit ab ecclesia, ac de-
mum in exilio mori coactus. Zelus domus dei quā amabat, conciliabat apud multos in-
uidiā integerrimo praesuli. Nam praeter sectarū dissidia, clerici & episcopi ad mundanos
mores degenerarāt, unde factus est talis populus qualis sacerdos. Ergo dū ille pro suo offi-
cio libera lingua iuxta propheticū sermonē euellit, destruit, disperdit, dissipat, & difflat &
plantat, barbaricae gentis odium in se conuertit. Nec enim unius tantū ciuitatis curam ge-
rebat, sed latissime sese proferebat ignea Chrysostomi charitas, per uniuersam Thraciā,
quae sex praefecturis erat diuisa, totaq; Asiam, quae ab undecim praesidibus regebatur: hoc
agens, ut sacerdotes, iuxta ecclesiasticas constitutiones uiuerēt, ni facerent, ab ecclesijs ae-
cerentur, indignū esse praedicans eos apostolorū dignitatem usurpare, qui uitam illorum
nollent imitari. Idem molitus est per regionem Ponticam, quae & ipsa ab undecim iudici-
bus gubernabatur. Nam haereticorum tyrannis & ambitio uitiatat omnes earum regio-
num ecclesias. Quin ubi cognouisset in Phoenice nondum extinctam idololatriam, dele-
gavit eo monachos spectatae probitatis, imperialibus etiam edictis armatos, qui pecunijs
datis conu-

datis conducerent operas demolendis Paganorum tēplis. Nam pecuniam Ioannes non
acceperat ex arario publico, sed a pijs fecerunt. ultro in rem sanctam conferentibus. Nec
hic contentus, ubi sensit cohortem Celticam, hoc est Germanicā, quae sub imperatore me-
rebat. Arianorum dogmatibus corruptam, Celticā linguae presbyteros, diaconos ac le-
ctores alquos creauit, eisq; unam dedit ecclesiam. Hac arte plurimos eius gentis pellexit
ad ecclesiasticā doctrinam. Vbi uero cognouit & apud Scythas esse qui sentiret euangeli-
cam doctrinam, quum ipsi non esset integrū eō proficisci, selegit uiros apostolico zelo fer-
uentes, qui nationem efferae Christi iugo submitterent: quod & euenit. Rursum ubi refeci-
uit in uicis aliquot adhuc spirare pestem Marcionis, scripsit eius loci pastoribus, ut ex Ce-
saris edicto, qui Marcionis dogmata sequebantur, aut respicerent, aut in exiliū ire iube-
rentur. Nōne hunc merito dixeris alterū Paulum, tanta sollicitudine prospicientē omni-
bus ecclesijs: Sed quo plures ille lucrificabat Christo, hoc uehementius in illi exarsit inui-
diā diaboli, qui per organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus
in illud imperus ab ipsius clericis exortus est, adeo uetus est, quod hodie quoq; sit, ut col-
legijs male conueniat cum episcopo. Quidā hoc ueno conantur illius obsecrare gloriam,
quod quo rigidior fuerit ac praetraditor, nō solū aduersus clericos et plebeios, uerū etiam
aduersus magnates & ipsam adeo Augustā. Donec enim tantū clericis suis habebat exor-
sus, populi fauore facile tutus erat. Sed excessa fulmen ab arce, uenit, ac populus undarum
in more quocunq; spirat aura principū, eō uoluitur. Immodicae seueritatis exempla haec fere
commemorant. Eutropius eunuchus praefectus Caesaris consulari dignitate, uodens sup-
plicium lumere de quibusdā qui ad tēpla cōfugerant, persuasit imperatori, ut lex condere-
tur uetans ne quis in periculo capitis ad tēpla cōfugeret: & si qui eō confugissent, fieret
extrahere. Lata lex recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta uetus Gregorum prouer-
bium, Malum consilium consulti pelli. Euenit enim ut ipse offenso imperatore, ad
tēplū cōfugeret. Is quū se praeter nimio metu sub altare cōdidisset, Chrysostomus e sugge-
sto unde solet apud populū uerba facere, multa iurgiose dixit in Eutropiū. Ea homilia pro-
dita, non parum inuidiae conflauit episcopo, quod hominem in calamitate cōstitutum nō
solum nō subleuaret, uerum etiā oratione seuera grauaret. Extractus igitur ab imperatore
Eutropius, capite plexus est: nomen eius è numero consulū erasum. Ita cuius felicitas erat
inuidiosa apud populum, eius calamitas cōflauit odium episcopo. Nam quod Gainae co-
natus foriter obtulit, feliciter cessit. Is genere Celta, ingento barbarus ac ferrox, religio-
ne Arianus, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, ut ipsi etiam princi-
pi ob regni affectu suspicionem esset formidabilis, petijt ab imperatore ut Arianis intra-
ciuitatem daret unam ecclesiam: Pollicitus est imperator se uoluntati illius morem gestu-
rum. Interim acciuit ad se Ioannem Chrysostomum, petens ut Gainae postulationi con-
cederet, ne magis iritatus pergeret affectare tyrannidem. Ibi praesul solita libertate, No-
li, inquit, imperator sanctum dare canibus. Non enim potero dei gloriam celebrantes eis-
cere, & blasphemis tradere ecclesiam. Nec est quod metuas hunc barbarum, quin potius
ambos nos accersi tibe: tu tacitus audies quae dicentur, ego sic os ocludā homini, ut post
hac non ausurus sit petere, quae dare nefas est. Imperator delectatus hac praesulis fiducia,
iussit ambos uocari. Quumq; Gainas proposuisset suā postulationem, episcopus respon-
dit: Non licet è Gaina, imperatori Christianam sectanti pietatem quicquam persuadere
moliri, quod pugnet cum praecipis dei. Gainas respondit esse par, ut ipse quoq; haberet
orandi locum. Ad hoc praesul, Vbiuis tibi patet domus dei, neq; quisquam te uerat orare.
Tum Gainas, At sum, inquit, diuersae religionis, itaque cum meis peculiare tēplum ha-
bere cupio, nec aequum est hanc meam postulationem contemni, qui tantum laborum
pro Romano imperio susceperim. Ad hoc praesul, Praemia, inquit, quae cepisti longe su-
perant tuos labores, tribunus militum factus es, consulari clauo ornatus. Confer qui pri-
dem fueris, & qui nunc sis. Confer pristinam inopiā tuam, cum opibus quas nunc possi-
des: cogita quo cultu trāsieris Histrum, & quibus nunc utaris uestibus, nec sis ingratus ei
qui tibi tantum habuit honoris. His dictis episcopus Gainae os obturauit. Ille tamen non
desijt moliri quod moliebatur, quūq; dolus parū succederet, coepit aperte tyrannidē exer-
cere, per totam Thraciā populans ac uastans omnia: quumq; barbaricā feritātē expaue-
scerent omnes, Ioanni periculosae legationis onus imposuere. Is nec ueteris contentionis

memor, nec hominis immanitate deterritus, profectus est. Ibi quiddam accidit uix credibile. Gaius admiratus episcopi fortitudinem, nullum omnino periculū pro pietate recusantis, occurrit illi longo itinere, ac pressulis dextrā oculis suis admouit, quin & filios suos iussit sacra illius genua osculari. Tantū ualuit etiam apud impiū barbarū Christiana fortitudinis admiratio. Apud clericos exasperauit odiū episcopi Serapio diaconus, qui praefentibus clericis (uelut omnium nomine loquens) clara uoce dixit, Nunquā episcopo poteris hos corrigere, nisi uno baculo percusseris uniuersos: sed maxime grauabat illū Eudoxiae Augustae odium. Nam & haec Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos praebat cruces argenteas ac cereos argenteos, cum quibus totam noctem obambulabant per urbem, canētes sui dogmatis hymnos, ac uelut exprobrātes orthodoxis errorē, qui tres crederent essent natura unū. Haec pompa disuculo exhibant ciuitatē ad suā ecclesiā: nā intra moenia, ut dictum est, illis habere non licuit. Horū cantiones, quoniam uidebantur celebriores, ne seducerent infirmos, Ioannes itē auxit hymnos: sed res in cruentā exitū pugna, in qua Brisson eunuchus Augustae, praefectus hymnis exercendis, lapide iclus est in fronte, extinctis etiā utriusque nonnullis. Hac occasione uenit Imp. ne post Ariani intra urbem publice canerent hymnos. Accessit oleum camino. Seueriano Gabalensi episcopo, uiro docto, & ad populares conciones accommodato, fauebat Augusta: ei Ioannes in Asia proficiscens, commendauit ecclesiam suam. At Seuerianus magis se studuit cōmendare multitudinē, quā Ioanni, cui in sinu male uolebat, ut eum coram blandus. Reuerso ex Asia Ioanne, euenit ut praetereunti Seueriano Serapio data opera non assurgeret, ueluti nō agnoscens pro episcopo. Ille hac exacerbatus contumelia, si, inquit, Serapio mortuus fuerit clericus, Christus nō est factus homo. Hanc uocem quā ceu blasphemā ad Ioannē detulisset Serapio, eius autoritate ciuitate pulsus est. Sed Augusta Seuerianum Chalcedone reuocauit, quem tamen Ioannes non prius recepit in gratiam, quā post multorū contempnas preces Augusta in templo apostolorū, Theodosium filium episcopi genibus imponens, diu supplex obtestationibus extorsit, ut Seueriano reconciliaretur. Ac reuocatus ab exilio Chrysostomus, suaeque redditus ecclesiae, nihilo mitior est factus erga peccantes. Eudoxiae Augustae statua argentea chlamide amicta in columna Porphyretica posita erat, haud procul ab ecclesia Sophia. Ad eam publici ludī solent exerceri. Hoc episcopus ad ecclesiae contumeliam pertinere ratus, solita libertate increpauit proceres qui talia fieri iuberent. Hoc Augusta sic interpretans, quasi in ipsius odium fieret, irritata procurabat, ut denuo aduersus Ioannem synodus congregaretur. Id sentiens episcopus hominiam supra modum liberam in ecclesia pronunciabat, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, denuo saltat, denuo caput Ioannis in disco concupiscit accipere. Fuerit qui & illud optimo pressulū uicio uerterint, quod quā inter episcopi uirtutes Paulus recēseat hospitalitatē, ipse solitus sit solus cibum capere, nec inuitatus ibat, nec rogabat alios, ne cū clericis quidem suis mēsam habens cōmunem, quā id summā laudis esse reat: siue hoc tribuebat corpuscū ualeudini, quā saepenumero etiam firmior periclitatur in conuiujs. At eam uirtus in eremo immodica uitae austeritate uehemēter attenuarat: siue modestiae fuit qui singularē ciborum abstinentiam noluerit apud alios ostentare: siue tēporis lucrū hac ratione captabat, uir tot distractus curis, tot distentus negotijs, super hoc totus intētus meditationi scripturarum, ut saepe cibum differret in noctem. Quis enim nescit quantum temporis nobis pereat in frequentibus conuiujs? In quibus ut à delicijs non corruparis, ut sobrietatis ac pudicitiae thesaurū serues illa sum, multos tamen offendis, quia tua parsimonia uideatur alijs exprobrare crapulam, tuumque bonū perperā interpretantur, quod pietatis est, hypocrisis tribuentes. Certē diuitius accumbendum, apparatus lautior ob conuiujs apponendus, interdum & audientia fabulae, nec gratiae, nec dignae pijs auribus. Quantā temporis portionem nos perdimus, qui ferē tres horas desideramus in prandio, totidem in cena, quā reficiēdo corpuscū sufficiat horae dimidiū. Ne cōmemorem interim quod barbari laudicariū ostentatores, pro hoste habēt si quis nō degustat appositas delicias, si quis calicem porrectum recuset, si quis uocanti excuset, quum apud alios egerit conuiuium. Nec ista est hospitalitas quam commendat Apostolus, uel assidere diuiti, uel adhibere diuites lautis mensis: sed aduenas & egenos humaniter excipere hospitalitas est episcopo digna, quā ipsam tamen per alios rectius exercet, quemadmodū apostoli praedicando uerbo dei toti in-

toti intenti, mensarum curam delegarunt diaconis. Quanto uerò studio prospexit egentibus, scripta hominis ubique clamant: Quin & clericos habuit, eius gētis morib. corruptos, qui tā sobriū uitae modum non tulissent. Ob has causas maluit solus capere cibū. Verum interim episcopo soli accubenti, adstabat diaconus recitans aliquid ē sacris uoluminibus: quo cōuiuio quid esse potest lautius, quā simul & animus & corpus reficitur? Ego sic existimo, merā esse calumniā, quod de illius lauitia praefractisq. moribus laetatur est. Nam hominis scripta praese ferūt admirandā quandā humanitatē ac mansuetudinē, quum ille & in reprehendis uitijs sit admodum moderatus, magisque uideatur eblandiri religionis amorem, quā exigere. Quod si quando seuerius se gessit, dubitandū non est, quin illi constitit sui cōsiliū ratio. Minatur & Paulus interdum uirgā: ac rebelles euangelio, tradit sartanæ. Nec itatim utiuperandū est, quod à re laudata diuersum est. Sunt uarij ingeniorum habitus, nec omnibus omnia congruunt. Dubitari iure possit, utrū plus cōtulerit reip. Romanæ, Catonis seueritas, an Lelij mitis, ut ait Flaccus, sapientia, Augustini ciuitas multū profuit ecclesiae dei, nec minus tamē utilis fuit Hieronymi austeritas, uterque diuersis uirtutibus deo fuit gratissimus. Vitauit, inquit, turbā raro; conspectus est in populo, sed assiduus fuit in ecclesia. At nec singulos, inquit, aut paucos ad colloquiū admittēbat, nimirū & unus & pauci interdū turba sunt. Sed quo ille nō alacriter ibat, si quando pietatis negotiū agebatur? Quid ille nō faciebat, ut dissidia aut non orirentur, aut citra graue tumulū cōponerentur? In magnis ac manifestis criminibus fecit quod fecit Ioannes Baptista erga Herodē, quod Christus erga phariseos, quod Paulus erga Elymā, Hermogenē & Phrygellū. Non igitur mirū quod has procellas pertulerit Chrysostomus, quas omnes ipse nondū episcopus prospexit omnibus episcopis sincere Christi negotiū agētib. imminere. Illud mirū, quod per uiros laudatos uir laudatissimus dignitate priuatus sit, & in exiliū actus. Ego Theophilum Alexandrinū Episcopū hominē egregie doctum existimo, ceterum ingenio uasto, & ad cōpescendos illorum temporū tumultus fortassis accommodū. De sanctimonia nihil habeo cōpenti. Certē in historia tripertita multa de illo narratur, de studio congerendae pecuniae, de uastitate qua elisit monachos Antropomorphistas, rursus de impia ueritate, qua decepit monachos Aegypti, de studio uindictae, de uolentia, alijsq. huius generis, quae non competunt nisi in malū uirum. Nam epistolae illae Theophili ad Hieronymū, Hieronymi ad Theophilum, cōfictas esse non dubito, quā ob breuitate qua nō solet uti Hieronymus, tum ob charactere in utriusq. similes, quā Theophilus utiq. si scripsit, Graece scripserit. Quod si uera sunt, ut sunt uerisimilia, quae de illo in dialogo narrat Palladius, deq. Theophilo, ac ceteris partes illius sequentibus, nostrorum tēporum episcopi praeter illis sanctissimū Epiphanius Cypri episcopus, quum adhuc ageret eremitam, ob uitae austeritatem tantum honesti nominis meruisse legitur.

sed arbitror hominis in eremo educati simplicitati imposuisse Theophili calliditatem, ut Epiphanius persuasus non alio animo persequutus sit Chrysostomū, quā Paulus initio persequutus est Christianos. Postremo ut centum miracula de Epiphanio proferantur, plus apud me ponderis habet animus ille Chrysostomi, in tot illius monumentis tam uiuide spirās pietatem erga deum, charitatem erga proximi, mirabile quoddam studium erga Christi sponsam ecclesiam. Denique inter sanctos quosque deus permittit interdum humanos quosdam affectus incidere, ne pro dijs habeantur. Etenim si inter Paulum & Barnabam tam acris incidit cōcertatio, ut alter ab altero discederet: quid mirum si talis error incidit inter Epiphaniū & Chrysostomū? Et fieri potest, ut simili astu Theophilus imposuerit Hieronymo, abusus similitate, quae illi fuit cum Ioanne

Ioāne episcopo Hierosolymitano, à cuius cōmunionē abstinebat Hieronymus, quod haberetur Arianae factionis. Theophilus Dioscorū monachū opinionē sanctitatis celebrē fecerat episcopus Hermopoli: duos illius fratres apud se detinuit, cōmittens illis cōmunitā ecclesiā. Et offensi opibus studioq; congerendi auri, quod deprehenderūt in p̄sule, Aegypti monasteria repetūt. Theophilus odoratus suā uitā illis displicuisse, simul odisse cōepit & Dioscorum episcopū. Ardebat Theophilus cupiditate uindictā; uerum quoniam hos omnes ob uitā sanctimoniam suspiciebat populus ac monachorū cohortes, censuram astu tractandā, & iuxta prouerbiū, uulpinā pellem astuendā, si leonina nō assequeretur. Id etatis quidā sub Origenis titulo heresim Ariana instaurare conantes, (nam Arius damnatus erat, Origenes nō erat) multū inuidiā conlauerant Origeni nomini. Porro qui sequebantur Origenē, asseuerabant deum in corpore esse, ac monachos secus sentientes contumelioso nomine appellabant Anthropomorphitas. Hinc acris inter eruditos & indoctos monachos contentio. Porro Dioscorus hac in parte sequebatur Origenem, Epiphanius quē apparet parū fuisse literatū, cum turba simplicium monachorū sentiebat: unde Theophilus quē in prioribus epistolis Hērclarchā appellauerat, post aduersus Chryostomū incitatū appellauit sanctissimum. Hinc homo uaser Theophilus ansam arripuit, quum ipse frequenter esset professus deum esse in corporeū, tamen monachos aliquid simplices minusq; literis diuinis exercitatos misit in Aegyptum, qui spargerēt deū esse corporeum, & iuxta diuinās scripturas, hominū more oculos, facies, os, manus & pedes habere: recedendum esse à Dioscoro & fratribus eius, qui sequentes blasphemū Origenis dogma, negarent deum habere membra humana. Ea res tantam seditionē excitauit in Aegypto, ut Theophilus cū armatorū cohorte Nitriā profectus sit, opprellurus Dioscorū & fratres illius. Ita factum est ut Dioscorus comitatus duobus fratribus, & aliquo numero monachorum uenerit Constantinopolim: In his erat Isidorus, quem Theophilus prius amicum ob huiusmodi causam cōepit habere exosum. Erat quidam Petrus Alexandrinae ecclesie archipresbyter, hunc quū ob priuatas causas Theophilus haberet exosum, submouere tentauit ab ecclesia, crimen prætens, quod mulierem Manichæam ad cōmunionem recepisset, nondum abiurata hæresi. Id quum Petrus diceret factum iussu Theophili episcopi, isq; inficiaretur, Isidorus citauit testem. Is Roma reuersus, testimonium dixit pro Petro. Quare magis exasperatus Theophilus utrunq; depulit ab ecclesia. Hanc ob causam Isidorus & Dioscorus cū alijs eremitis, ut dixi, Constantinopolim profecti sunt, ut imperatori & Ioanni Chryostomo quid accidisset, referrent. Eos Chryostomus honorifice quidem excepit, communicare tamen cum illis noluit, nisi tota causa cognita. At mendax rumor ad Theophilum detulerat, Ioannē cum illis communicasse, hoc animo illis aduersus Theophilū ferret supplicias. Moxq; accensus ira, cogitabat de uisciscendo, non solū Isidorum ac Dioscorū, uerum etiā Ioannem Chryostomū, quem cogitabat ab episcopi dignitate depellere. Nec mirum, quandoquidem inuitus illum ordinarat. Id quo magis succederet, dissimulauit quid cogitaret animo, scripsitq; epistolas ad singularum ciuitatum præfules, de damnandis libris Origenis, hoc furo sibi concilians Epiphaniū Cypri episcopū, qui cum ante ipsi fuerat simulas ob dogma diuersum. Simulauit igitur se pœnitere prioris sententiæ, & in cōmunionē pedib. discessisse, cui fauebat Epiphanius: eoq; hortatus est hominē, curaret Cypri celebrandam synodū, cuius autoritate libri Origenis damnarentur. Epiphanius pro ipsa simplicitate nō sentiens Theophili doli, nec ab episcopo se tantū expectans uersutic, coacta synodo uenit legi libros Origenis, simulq; scripsit Ioanni Chryostomo, ut idem faceret Constantinopolim, quod ipse fecerat in Cypro. Interim & ipse Theophilus, posteaq; uideret successisse conatum, conuocatis episcopis damnauit libros Origenis. Ne Chryostomo quidem oboluit, quid uer ille se nex his proœmijs moliretur, aut si quid suspicabatur, pro conscientia suæ sinceritate negligebat, intentus ecclesiastica doctrina. Ceterū ubi iam præ se ferret Theophilus quid ageret, quicumq; ex clericis aut proceribus aulicis male uolebāt Chryostomo, Theophilo ueluti signifero semet adiunxerūt, atq; occasionē nahti moliebantur, ut aduersus Ioannem episcopū synodus coiret. Quibus autē de causis clericos ac proceres aliquot, ipsam etiam Augustam haberet infensam, ante dictum est. Paucis post diebus Epiphanius à Theophilo persuasus uenit Constantinopolim, episcoporū decretum secū adferens, quo non ipse

non ipse quidem Origenes, sed illius libri damnabantur. Nec legitimo more res gesta est ab Epiphanio, sed ex Theophili p̄scripto magis, quam ex ecclesiastica disciplina. Nam quum Ioannes offerret hospitium ceteraq; necessaria, ille recusauit, in suo sese diuersorio continens. Egredius urbem in basilica sancti Ioannis, quæ abest ab urbe septem passuum milibus, celebrauit illic collectā, quasi Ioannis cōmunionem euitās: ibidē ordinato diacono, reuersus est in ciuitatē. Ibi conuocatis episcopis recitabat Origenicorū librorū dānationem, cui subscribebant nonnulli Epiphaniū reueriti autoritatē. Plurimi tamen reclamauerunt, præcipue uerò Theotimus Scythiæ episcopus. At Ioannes quē faciūt tam rigidum, non quidem offensus est, quod Epiphanius in aliena ecclesia celebrasset ordinationē: tantum inuitabat ut cū ceteris episcopis uteretur suo hospitio. Ille uerò negabat se uel ipsius usurum hospitio, uel cum eo oraturū, nisi Dioscorum & illi adhyerentes urbe pelleret, atq; ipse quoq; damnatis Origenis libris subscriberet. Ad id Ioannes tergiversabatur, negans esse quicquam temere agendū ante catholicam cognitionē. Erat enim Origenes ob admirabilem scripturarum peritiā doctis omnibus gratiosus, quem et ipse Athanasius aliquot locis honorifice citat, distinguens sermonē disputantis, à sermone decernentis. Atq; adeo Theophilus post damnatos Origenis libros cōpertus est illis legendis incumbere. Quin & diuus Hieronymus Origenis ingenio uehementer delectatus uidetur, donec mutato nomine Ariani redderent illum inuidiosum. Proinde uidebatur iniquum eius libros qui uixerat ante ducentos annos, nec ulla hæcenus synodo fuerant damnati, nunc infrequenti concilio cōdemnare. Ergo quū Chryostomus detrectaret illico damnationi subscribere, callidi quidā Epiphaniū animo simplici præditum huc instigant. Quum in ecclesia apostolorū esset celebranda collecta, effugit ut Epiphanius procedat corā uniuerso populo, & recitata Origenis damnatione, inter Origenistas pronunciauit Dioscorū cum suis comitibus, simul & Ioannis nomē perstrinxit, uelut Origenistarū patroni. Hæc cum Chryostomo essent renunciata, cum postridie Epiphanius rursus uenisset ad ecclesiā misit ad illum Serapionē, qui illi præfatis uerbis hæc diceret: Contra regulas ecclesiasticas multa gessisti Epiphani, Primum quod in ecclesia quæ tui turis non est, peregeris ordinationē: deinde, quod in iussu meo in ea sacra celebrasti: adhæc, quod inuitatus ad hospitium & cōmunionē recusasti, nunc rursus fides tibi, Cæce ne turbato populo periculum in tuū recidat caput. Hæc oratione territus Epiphanius secessit, nec tamē peruenit in Cypri, sed in nauī mortuus est. Iam sperari poterat tranquillitas, uerū Chryostomus ubi resciuit quicquid egisset Epiphanius instinctu Augustæ fecisse, concionē habuit apud populum dentatā in uituperationē omnium foeminarū. Id Augusta interpretās in odium sui factū, imperatorē instigauit in episcopū, dicens eam cōtumeliā uxori faciā magis in ipsum recidere. Ad hæc fabulę partē accessit Theophilus, hoc agēs cum Seueriano, ut cū primū aduersus Chryostomū synodus fieret. Coiere permulti præfules à Theophilo prouocati, & in his episcopi quos Ioannes in Asia ob manifesta crimina, legitime ab officio semouerat. Breuiter, quotquot Ioāni uarijs de causis male uolebāt. Chalcedone primum conuenere, ubi Cyrinus eius loci præsul multa inimice in Ioannē Chryostomum effudit, at nō impune. Nam Marutas Mesopotamiæ episcopus Cyrini pedem calcauit imprudens, quamobrem nō licuit illi Constantinopolim transire, sed latius serpente malo coactus est pedē amputare, ac paucis post diebus uita defunctus est. Theophilus autem quum uenisset Constantinopolim, noluit ingredi ecclesiam, sed in Placidiana, quæ erat domus Augustæ, uersabatur, ut agnoscas aulicam esse synodum non ecclesiasticam. Hic non iam de libris Origenis, sed de criminibus agebatur, quibus Ioannem opprimerent. Quæ fuerint crimina, partim ex Palladio, partim ex Chryostomi epistolis colligitur. Vnum erat, quod Origenistas communicasset. Alterum quod sedecim in Asia episcopos præteritus deposuisset: quum sex tantum submouerit, eosq; legitime, nec nisi coactus, quorum præcipuus fuit Antonius Valentinopolcos episcopus. Tertium quod non esset purus à consortio mulierum. Palladius affirmat omnia fuisse falsa, uno excepto, nempe quod instituerat, ut qui accessissent ad mensam dominicam, mox aut aquam aut pastillos sumerent, ne quid sacramentorum excrearent. In suburbano Chalcedonenſi, quod Rufini dicitur, ubi est basilica in Petri & Pauli honorem extructa, congregati episcopi, citarunt Chryostomum ad crimina responsurum. Iussurunt simul adesse Serapionem & Tigrum eunuchum presbyterū, & Paulum lectorem, quasi &

quasi & hi cū inimicis essent obnoxij. At Ioannes uidens à palam inimicis congregatam synodum, appellauit ad synodum frequentem & generalem. Illi cōtempta appellatione quater illum citarunt: qui quū non cōpareret, in absentem pronunciarūt, iam nō aliud crīmē incendentes, nisi quod citatus nō paruerit. Supererat exequutio ut ab ecclesia extraheretur. Id populus nō sinebat. Sed urgebat iussio principis. Hoc ubi rescituit Ioānes, ne seditionis præberet causam, clam populo, se tradidit deportandum tertio à damnatione die. Amicos qui silentes aderant cōsolatus est, petijtq; ut sibi darent paululū temporis ad quietem. Iumentum illius stabat ad portam qua putabatur exiturus, ut eō cōsueret populus, ipse etiam per aliam portam euasit. Exulabat autē apud ostium Ponti, quod uocatur Hieron. Sed interim populus odio, ut sit, uerso in misericordiā, desiderio præsulis murmurabat aduersus imperatorem & concilium episcoporum, sed precipue cōtra Theophilum, cuius odium in Chrysofomum priuatum hoc argumēto omnibus patefactum est, quod illo depulso protinus cum Dioscuro eiusq; fratribus redijt in gratiam. Cæterum cum incruduisset populi tumultus, adeo ut multitudo circū regiam uociferaretur, Augusta metuens exorauit imperatorem ut Ioannem reuocaret. Ad id missus Bresson eunuchus. Ad dunt quidā nocturno terramotu territos Constantinopolitanos, per multos legatos sollicitasse Ioannem ut reuerteretur, ac precibus suis pericula depelleret. Passus est uir sanctus expugnari animum suum, & redijt ad dignitatē nolens, ad bene merendum uolens, obliuiscens ingratiæ multitudinis. Occursum est incredibili frequentia uenientium. Ingressus urbem, frustra detrectis adactus est improbis populi precibus ut in cathedra præsulis sedens, populo orationē pacis impenderet et concionē haberet apud multitudinē. Existimabant enim quod per inuidiā contra regulas ecclesiasticas actū esset, actū non esse. Iam uidebatur tranquillitas. Sed diaboli alfas atq; alias causas suppeditabat. Serapionē Ioannes conuenerat Heracleæ Thracensis episcopū, quem simul cum Ioanne damnarat Theophilus. Hinc rursus odiū incanduit. Accessit quod antē narrauimus, de ludis iuxta Augustæ statuatā agi uentis, qua occasione mulieris odiū recruduit. Coit igitur denuo synodus, in qua aderat Leonitus Ancyre Galatiæ, Ammonius Laodiceæ, Bresson Thraciæ Philippenlis, Acacius Beroeæ Syriæ episcopus, alijq; nonnulli. Subornantur accusatores ueteres, Ioanne flagitante ut accusatio legitime institueretur. Quorum minis quum nihil moueretur Chrysofomus, episcopi nihil aliud intendebant, nisi quod per cōcilium abdicatus à munere, nihilo secius consedisset in cathedra. Quumq; respondisset Ioannes, quod post eam damnationem sexaginta quinque episcopi ipsi cōmunicantes declarassent irritam esse depositionem, illi reclamauerunt. Plures, inquit, Ioannes, te deposuerunt. Ad hæc Ioannes docuit eam regulam, ut numero estimaretur decretum, Arianorū esse, non orthodoxorum. Nam Ariani Antiochiæ congregati regulam eam studio prodiderant, quod damnarent Athanasium: Quæ si ualeret, oportet, inquit, & Athanasium pro dānato habere, quod à pluribus damnatus sit, q̄ probatus. Sed episcopi nō recepta hac satisfactioe condemnarūt Chrysofomum. Negotio fauebat imperator, dubiū nō est quin Augusta ad autē obganiente. Sub natalem enim Christi, nō uenit ex more ad templū, sed Ioanni denunciauit se non cōmunicaturū illi donec criminibus esset purgatus, idq; prius quam synodus in eum pronunciaisset. Sub Paschæ uerò festum, quo tempore iam pronunciatum erat, rursus denunciavit ei Imperator, se non posse uenire ad illius ecclesiam, qui duobus concilijs esset condēnatus. Hoc accepto nuncio & Ioannes ne quid tumultus oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui qui fauebāt in thermis Cōstantinianis Pascha celebrarūt. Quod exemplū secuti complures episcopi, presbyteri, clerici, diuersis in locis collectas celebrarūt, qui post dicta sunt Ioānita. Ioannes autē uitans omnes tumultus occasione per duos mēses nusq; processit in publicū, donec Imperator iuberet illum duci in exilium. Quo die ducebatur, quidam Ioannitarū incenderunt ecclesiam: quod incendiū uento delatum etiā senatus basilicā corripuit, Palladius refert flammā ex ipsa cathedra in qua sedere cōsuevit Ioannes, erupisse. Is casus quoniā autore Ioāne putabatur accidisse, effecit ut in longinquius ac durius exiliū relegaretur. Hac de causa Optatus urbis præfectus homo paganus, in Christianos nactus occasionem, plurimos Ioannitarum uarijs tormentorum generibus lacerauit. In tempestiuis itaq; fauor laesit Chrysofomū, ut durius ac longinquius exilium fortiretur, in pusillum ac desertū Armeniæ oppidulum nomine Cucufon, deportatus. Quo ex loco scripsit

scripsit Cyriaco Episcopo exuli exul. Ibi uixit annum unū, plurimos interim sua uita linguaq; ad euangelicam philosophiam pertrahens, & quoniam eam regionē premebat ualida fames, miro studio subleuauit egenos. Hinc acrior exarsit inuidiæ flamma. Itaq; Cucufon Arabillum deportatus est, hoc studio agentibus qui eum deportabant, ut itinere in commodis extingueretur homo tenui corpusculo. Verum ille spiritu infracto, & illic plurimos ad Christi fidem conuertit. Quid enim aliud potuit lucerna, spiritus igni accensa, quam ardere & lucere? Ea res mire discruciauit Seueriani & Porphyrij, neq; non aliorum aliquotē Syria Episcoporū animos, dum perspiciunt uiri gloriam afflictionibus inclarescere. Antiochenam ecclesiam in Armeniam demigrasse, ac rursus retum in Armenia gestarum gloriam Antiochiæ prædicari. Quod se uerterent inuidia disruptis impetrant referiptum atrocius, ut in desertum angustumq; locum deportaretur, unde non liceret prodire. Pityuntē uocant, ubi fines sunt Ponti regionis, imperijq; Romani, regio crudelissimis barbaris finitima. Milites præfecti prætorij, qui illū deducebāt, nō dissimulabāt sibi promissa præmia magnifica, si Ioannes in itinere moreretur. Itaq; mensibus tribus per hymbres, per aestus sine ulla refrigeratione corpusculi durissimum iter pertulit. Neq; enim Comanæ remoratus est, sed per eam perrexit ad templum quoddam, quod milibus plus minus quinque à Comana aberat. Ibi nocte martyr Basiliscus, qui Comanæ ciuitatis Episcopus cum Luciano Antiochiæ presbytero sub Maximiano coronatus fuerat, Ioanni apparuit dicens: Confide frater Ioannes, cras enim simul erimus. Ferunt enim prius & eius templi presbytero apparuisse ac dixisse, præpara Ioanni fratris locū, uenturus est enim. At uir pius nihil addubitans de oraculo, spiritusq; exhilaratus non aliter quam accepto læto nuncio, postridie rogat milites, ut illic commorarentur usque ad horam quintam. Qui metuens ne refocillatus uires reciperet, ad iter perurgebant. Verum quum iam stadia ferme triginta peregissent, conspicientes Ioannem iam febribus conuictū, ad templum unde discesserant, redierunt. Hic protinus uelut Episcopum aclusus candidis sese induit, usque ad pedes, reliquum amicum in eos qui aderant, distribuit. Mox sumptis ecclesiæ sacramentis, & extrema oratione gratijs deo actis, seipsum consignans expirauit. Quanquam autem in extrema barbarie uitam sinist, tamen mors eius preciosa fuit in conspectu domini. Tanta enim multitudo uirginum, monachorum & aliorum uitæ testimonio insignium, e Syria, Cilicia, Ponto, Armenia, eō confluxit, ut plerique crederent ex conducto conuenisse. Corpusculum honorifice iuxta Basiliscum in eadem ecclesia conditum est, ac martyri iunctus est martyr. Quis enim uerear illum appellare martyrem, qui tot iniurijs, tot contumelijs, tot afflictionibus, nec ad impatientiam perPELLI, nec à propaganda Christiana pietate depelli potuit. Non percussus est securi, sed calumnijs omni securi acutioribus non semel ictus est. Hoc præmij uir optimus pro tam præclaris in ecclesiam meritis retulit, per Episcopos orthodoxos, & sub Imperatore Christiano: At dominus non passus est famulum suum dūtius inter Barbaros uiuere, sed cito illum ad cælestē braueum euocauit. Tamen si secundam ad Innocentium Epistolam scripsit anno exilij tertio. Nam & nos, inquit, tertium iam annum in exilio uersamur, expositi pestilentiæ, fami, bello, continuis incurSIONIBUS, solitudinī inenarrabili, quotidianæ morti, & Isauricis gladijs. Hanc calamitatem uir sanctissimus forti ac acriter tulit animo, quod liquet ex his quæ scripsit Cyriaco: Ego, inquit, cum ciuitate eijcerer in exiliū, nihil horum moleste ferebam, sed intra me dicebam: Si regina uult me exulem, agat in exiliū: Dominus est terra & plenitudo eius: & si uult secare, secet, &c. Tantum doluit hac occasione turbari tranquillitatem & concordiam ecclesiarū. Nam Ioannitę qui dicebantur, dum Arfacto, quē Augusta in Ioannis locū subrogarat, cōmunicare nolunt, uarijs afflictionū generibus uexati sunt, adeo ut nonnulli presbyteri in carceribus ac tormentis mortui sint, multi præclari ciues, grauesq; matronæ Constantinopolim reliquerint. Ad hos scripsit epistolam consolatoriam. Chrysofomū uerò celebris fama, & facti indignitas effecere, ut per Orientis pariter & Occidentis ecclesias negotij rumor protinus dimanarit. Hinc & inter Episcopos graue dissidium. Si quidem Europæ & Illyrici præstiles refugerunt illorum communionem, qui Ioannis damnationi consenserant: nec Occidentales ecclesiæ, Aegyptiorum, Orientalium, Bosphorensium, atq; Thracensium communionem admiserunt, priusquam egregij doctoris nomē, qui iam decesserat, in Episcoporum catalogū reponeretur. Atqui hoc

erat palam rescindere, quod aduersus Ioannē fuerat actum. Arsacium uerò qui cetero Ioanni substitutus est, ne alloquio quidē dignati sunt, cum aetate maior esset annis octoginta, uir alioqui moderatus. Porro qui succellit huic Atticus, cum crebro missis legatis flagitaret pacem, non prius receperunt, quam in tabulis inter Episcopos scriberet nomē Ioannis. Quancūq; in successoris nomine scribarum, ut opinor, errore uariant codices. Nam Chrysostomus in epistola ad Cyriacum significat Nectarium sibi succelisse. Sic enim loquitur: Audiuī enim et ego de deliro illo Nectario, quē regina in throno collocauit, quod affligerit fratres & uirgines nolentes ipsi communicare, quodq; complures illorum propter me in carcere mortui sint. Incertum autem an scriba quispiam ex Arsacio fecerit Nectarium: nam in senem magis competit deliri conuiciū, an quoniā procul aberat, rumor falsum nomen detulerit ad Chrysostomum. Quin et inter Orientales ecclesias erāt plurimi, qui iudicium illud pro irritō habebāt, sed satius iudicabāt inultam sinere unius innocentis iniuriam, quā scindere tot ecclesiarum concordiam. Chrysostomus exul scriptis ad Innocentium Romae Episcopum literis, per Demetrium, Panophū, Pappum, & Eugenium implorauit illius sedis auxilium, non ad priuati doloris ulionem, sed ad coercendam eiusmodi licentiam, quae semel recepta uidebatur uniuersas subuersura ecclesias. Verum ille praeter misericordiam nihil attulit opis, nisi quod Chrysostomi damnationē nō approbauit, nisi res per legitimam synodum ageretur. Postea uerò & Alexander Antiochie Episcopus, uir ob multa praecelara dei dona uehemēter laudatus, Ioannis Chrysostomi nomē retulit in praesulum catalogum. Tandem & huius reliquiae Constantinopolim Imperatoris iussu deportatae sunt, mirōq; totius populi gaudio ac celebritate exceptae, exstimantis eam ciuitatem incomparabili thesauro locupletatam. At nos preciosiorē tenemus thesaurum, illius sanctissimae mentis uitas reliquias in eius monumentis possidentes ac fruentes. De quibus nunc pauca mihi dicenda sunt, ut quod polliciti sumus, absolua- mus. In alijs ecclesiae doctoribus alias diuini spiritus dotes admiramur, hic sic miscuit utriusque dulci, ut nemo felicitus. Sed inter uaria spiritus dona, praecipue in illo eminet *ἡ ἀκρίβεια λόγῳ*, quod potissimum in Episcopo requirit beatus Paulus apostolus. Quis enim docet euidētius? Quis haereticos refellit acriter? Quis in mores declamat, uel frequentius, uel liberius? At contra, quis id facit popularius? Tanta charitatis suauitate condulcat etiam illa quae natura sunt amara. Quosdam uix ferimus aduantes, hunc & obiurgantē possis amare. Iam quāta ubiq; cura prouidentiaq; pauperū, quāta sollicita ad humanitatis officia cohortatio, q; diligens monachorū commendatio, quos tam mundus, opinor, habebat optimos. Omitto quod uix alius plura scripsit, nec in his ullum est argumentum quod nō tractaret ea quae sunt Christianae pietatis, cum Augustinus noster, qui cū hoc polygraphia fortassis certare possit, tantū operae dederit grammaticae, dialecticae, musicae, ac prophanae philosophiae quaestionibus. Harum disciplinarum cum Chrysostomus fuerit exacte doctus: Oratoriam enim puer, ut dictum est, sub Libanio Rhetore, philosophiam didicit sub Andragatio: nullam tamen usquā praebet ostentationis speciem, sed omnes humanas disciplinas cogit seruire Christianae pietati, sic admiscens quasi uinum generosum aqua modica diluas. Nusq; enim est aque uel color, ut sapor, sed tamē sentis uinū esse suauius. Cumq; tantus esset, tum eruditione, tum eloquentia: tamen incredibili quodam iuuādi studio, quicquid fere scripsit, accommodauit auribus populi, eoq; ad huius captum demisit orationis habitum, quasi praceptor cū puero discipulo balbutiat. Quod si cuncta dixit apud populum, quae hoc modo figuratq; scripta sunt, utrum magis admirari debeam nescio, illum ne qui tam assiduo concionandi labori suffecerit, an populum qui tam audis fuerit discēdi, quae sunt pietatis. Ad haec dubium uideri potest, an inter dicēdum excipi passus sit uoces suas, quod in Augustini scriptis aliquot perspicuum est: aut quoniā hoc probabile nō est, utrum scripserit dicurus, an post dictionē quae dixerat, in literas redegerit. Nam de scripro non dixisse, liquet ex ipsius homilijs, in quibus multa respondent ijs, quae casus fortuitus, aut tempus praeter expectationē dabat, uelut solito frequentior alacriorq; populi conuentus, indecora plebis acclamatio, aliudue simile. Fortasse quaedam scripsit, tanquā populo recitanda, qualia sunt Iocratī pleraq;. Nec enim est uerisimile lectori (nihil enim aliud erat cum scriberet aduersus Iudaeos) fuisse ius apud concionē loquendi, nisi forte tali lectori permissum est, ut iuxta ordinē sua scripta recitaret populo. Iam nihil est tam recōditum

ditum in diuinis literis, quod ille tractando non reddiderit theatricū, ut ita loquar, ac popularē. Sic eruit quae sunt abstrusa, sic ostentat, sic ingerit oculis, dicas esse quempiam, qui singularis artificij tabula spectatores remoretur, quam quo diutius ac propius inspicias, hoc magis aperit sese subinde noui quippiā, quod oculos fefellerat, & animaduersum re-creat. Tali reuera tabulae similis est diuina scriptura, quam incomparabilis artifex spiritus ille ecclesti penicillo nobis depinxit, ut in huius contemplatione iugiter uersantes, & huius mundi tedia fallamus, & semper aliquid nouae uoluptatis percipiamus ex cognitione rerum aeternarum. Atqui commonstrator idoneus huius tabulae nō possit esse, nisi qui sit ipse praecelarus artifex, & insigniter oculatus. Velut hic noster Lazarus ac diuitem producit in theatrum: sit enim hoc exempli causa propositū. Quis altus perspexisset, quae ille ibi commonstrat? Cumq; iam spectator credēs nihil superesse parat abitum, ille reuocat, heus inquit, superest aliud cum primis annotatu dignū: deinde rursus aliud ex alio commonstrat, nec te patitur à tabula discedere, tandem adhuc audum & inhiantem dimittit. Metaphoris & collationibus, quoniam plurimum conducunt, & ad lucem, & ad iucunditatem orationis, frequenter utitur, in quibus inueniendis quidem mirus est, sed multo mirabilior artifex in tractandis. Tractantur autem ex circumstantijs, à pari, maiore & minore. Hic mirum quos gradus inuenit, uel deprimendi, uel exaggerandi. Addit subinde stumulos, nunc collaudans illorum docilitatem, nunc obiurgans seignitiam, nunc pollicens se digna cognitu prolaturum, si conspiciat attentos & audidos, nunc alijs atq; alijs nominibus commendans argumentum, quod tractaturus est. Nonnunquam repetens quae prius die dixerat, nec raro faciens idem in eadem concione. Dedit hoc uir eloquentissimus multitudinis ingenio, rudi patiter atq; obliuioso, quae nec intelligit, nisi dilucide cralleq; tradas, nec meminit nisi subinde repetitum infigas. Hoc admonui, ne quis loquacitatis nomine damnet, quod charitas, quae nihil aliud querit quam aedificare, dedit auditorum imbecillitati. Sic & Paulus apud Thessalonicenses, ad illorum ruditatem submisit sese, factus ut paruulus in medio eorum, tanquā si nutrix foueat filios suos. Nec sententias argutas, nec epiphonemata captat usquam, quibus solet excitari concionis acclamatio, quod dictionis genus placuit Hieronymo & Ambrosio: nec iocos admiscet in quibus frequens est, interrim & immodicus Tertullianus, frequentior Hieronymus, sed perpetua quadā orationis iucunditate facilitateq; detinet auditorem, pietate delectans uerius quā facctia. Ecclesiasticus orator facile reperiet, quo delinuat auditorem, si perfecit, ut norit ametq; populus quod discit. Assatum est in ipsis arcanis literis quod uoluptate demulceat pios animos, etiam si nihil illecebrarum ex poetarum aut mimorum salibus accersatur. Si qui docet ardet, facile accendet: si uehementer gaudet ijs quae docet, facile transfundet eundem affectum in animos auditorum. Hoc peccus, hoc os aureum foro prophano destinatum Christus ad euangelij praerconium interuertit. Utinam tales oratores nunc haberet ubiq; Christianus orbis. Ab his enim praecipue pendet totius Reipublicae disciplina. Ideo tam nihil penē tenemus de dogmatibus euangelicae philosophiae, ideo sic frigemus ad ea quae sunt charitatis, ideo tam dubie credimus, quae debebant esse certissima, quia raro populus audit concionatores euangelicos, rarius idoneos. Et tamen hodie commodior est conditio dicentium, quā olim fuit. Tum enim paganitatis reliquiae, gladiatorum paria, concursus equorum, athletae, pugiles, aliaq; theatri certamina, plebem auocabant à concione sacra, nec Episcopis ullū aliud ius erat, quā lingua. Ad haec in ipsis concionibus cogebantur quiddam è theatro pati, sibilos, applausus, acclamationes, gestulationes frequenter indecoras, quibus uel corrumpi, uel interpellari poterat dicentis impetus. Et tamē Chrysostomus quotidie loquens populo, frequens habebat auditorium. Quis enim nō mallet talem uirum audire de rebus diuinis tanta suauitate differentem, quā spectare gladiatores, aut equos currentes, aut ludere aleam? Nunc sublata sunt auocamenta publica, populus humilis & quietus magna religione praebet aures, nihil obstrepsens, etiā si quid absurdi proferatur è suggesto: & tamen concionatorum idoneorum mira est raritas, cū Episcoporum, sacerdotum ac monachorum tanta sit ubiq; copia. Hac in parte praecipue uigilare oportuit principum & Episcoporum prouidentiam, ut parentur idonei pastores, qui bona fide dispensent populo euangelicae doctrinae dimensum. Hoc officio multo citius demerentur deum, quā extruendis monasterijs, aut instituendis canonicorum collegijs.

Erat omni decorū et opū genere florentissima Constantinopolis: uerū Arcadius Imperator nō existimabat suam ciuitatē & imperij summi sedē sat splendidā, nisi & insignē haberet euangelij præconē, eoque Ioannem Chrysoſtomū ad sacerdotij functionē, unde Nestorius decesserat, Constantinopolim euocauit Antiochia. Vtinā Arcadij exemplum æmula rētur omnes principes, utinā ad Chrysoſtomi formā sacerdotes q̄ plurimi contenderent. Id si fieret, nec tot bellis, nec tot opinionū dissidijs cōcuteretur orbis, ac longius abessemus omnes, et à Iudaismo simul et à paganismo: sed regnaret in nobis Christus, et sub illius uelut felici tranquillitate frueremur. Deniq̄ latius sese proferrēt Christianæ ditidōis pomercia. Vereor enim ne nostri mores partim in causa sint, quo minus Turcæ, Mahumetani, Saraceni, Moschobites, Græci, & si quæ sunt alię nationes, uel semihristiana, uel seculi uicæ, sese adiungāt ouili Christi, quo minus Iudæi relipiscant à sua egeitate, qua tot iā seculis detinentur, quos equidē demirabor, si tā dilucidæ Chrysoſtomi rationes, si tam urgentia scripturarū testimonia, nō saltē huc adigāt, ut pudeat pigeatq̄ tam diutina calamitatis. Apostolo Paulo hoc debet infelix hominū genus, quod adhuc superest, quod extat feminatū, unde possit restitui. Is enim ad Romanos. x. i. sp̄ bonā nobis fecit, fore ut aliquādo relipiscētes agnoscat nobiscum uerū Messiam, & fiat unus pastor, & unū ouile. In hanc sp̄ uatur à nobis. Nolo enim, inquit, uos ignorare fratres, mysteriū hoc, ut ne sitis apud uos metipſos elati animo, q̄ exēcatio ex parte Israel accidit, donec plenitudo gentiū adueniat, & sic totus Israel saluus erit, sicut scriptū est: Adueniet ex Sion, qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Ac mox, quæadmodū enim & uos quondā increduli fuistis deo, nunc autē misericordiā estis consecuti per incredulitatē illorū: sic & isti nūc increduli facti sunt, ex eo quod uos misericordiā estis adepti, ut & ipsi misericordiā cōsequantur. Rurſus in eodē cap. docet Iudæicę gentis ruinā non esse desperabilē. Num ideo, inquit, impegerūt, ut cōderent? Absit. Sed per lapsum illorū salus contigit gētibz, in hoc ut eos ad æmulandum prouocaret. Quod si lapsus illorū diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorū diuitiæ gentiū, quanto magis plenitudo illorū? Vobis enim dico gētibz, quatenus ego quidē sum Apostolus Gentiū, ministeriū meū illustro, si quo modo ad æmulandū prouocē carnē meā, ut saluos reddā nōnullos ex illis. Si Iudæis à Christo deficiētibus nos recepti sumus, ut illos uicissim ad æmulationē prouocemus, conandū est ut in omni uita nostra resplendeat ueritas, puritas, & sinceritas euāgelica. Glorificemus & nos euangelitū nostrū. Id quidē in primis est episcoporū ac sacerdotū, qui dicuntur angeli domini, ex quorū ore populus requirit legē dei sui: omnis tamen Christianus pro sua quisq̄ portione glorificare potest euāgelium, si sp̄ritus ijs quæ sunt super terrā, cōuersationē habeat in cœlis. Sic enim futurum est, ut Turcæ simul & Iudæi uidentes opera nostra bona, glorificent patrē nostrū qui in cœlis est, cupiatq̄ in tale cōfortiū ascribi. Ad Chrysoſtomū redeo, in cuius libris oportet assidue uos esse, qui suscipiūt curā ecclesiarū. Operū illius certū indicē nō habemus, saltē hoc beneficij nobis impēdisset ecclesiastica historia. Apud Suidā, haud scio quis non inductus, primā laudē tribuit operi de sacerdote, q̄ nō alibi stilo sit usus grādiore, nec magis elaborato, proximā cōmentarijs in Ioannē, Matthæū, Marcum, & Lucā, quos libros utinā habebimus omnes. In catalogo scriptorum ecclesiasticorū hac tantū de illo Hieronymus: Ioānes Antiochenę ecclesię presbyter, Eusebij Emiseni, Diodoriq̄ sectator, multa cōponere dicitur, de quibus *αὐτὸς ἐπερωτύως* tantū legi. Diuus Augustinus sex librorū contra Iulianū primo, respōdet loco cuiusdam per Iulianū citato ex homilia de baptizatis, cuius initium est: Benedictus deus, qui fecit mirabilia solus: & ipse citat ibidē testimoniū eius ex cōmentarijs illius in epistolā ad Rom. Porro cum nullum nomē apud Græcos fuerit unq̄ plausibilis q̄ Chrysoſtomū, mirum est nō plures libellos illius prodisse nomine. De opere in Matthæū imperfecto, suo loco ponemus nostrū iudiciū, quod extra cōtrouersā est. Ariani cuiuspiā esse, licet eruditū. Cōmentariū in epistolā ad Hebræos, tametsi lectū nō indiguit, titulus ipse uerecunde significabat nō esse Chrysoſtomū, indicās post mortē illius editum. De cōmentarijs in Acta Apostolorū, deq̄ cōmentarijs in secundā ad Corinthios epistolā iudicent me doctiores, ego prorsus in eis Chrysoſtomū phrasin pectusq̄ desidero. Nec em̄ ut Chrysoſtomus uidearis, satis est, subinde repetere, *ὁ γὰρ πῶς; πῶς τὰς τῶν; ὅς λέγει τοὺς τῶν; ὅς λέγει τοὺς τῶν; ὅς λέγει τοὺς τῶν;* quibus tropis ille interdū uel excitat oscitantē auditorē, uel adiuuat tardū. Et in illis maxime populatibus uis quædā est & spiritus Chrysoſtomū: eā simi

simij nō possunt expr̄mere. Nec satis est post enarratā scripturæ partē in locos cōmunes excurrere. Hoc parī facilitate facere difficillimū est. Dimittā lectorem, si prius illud admodū uero, ne quis offēdat imprudēs. Loca quæ citantur ē sacris uoluminibus, in his duntaxat quæ nos uertimus, reddidimus iuxta Græcā lectionē, quā in codice cōperi. Græcorū autē lectio, non uidetur esse tantū Septuaginta, sed ex Aquilæ quoq̄ Symmachi ac Theodotionis æditōe rēperata. Ceterum quo minus Latinā editōnē supposuerim, illud obstitit, quod aliquoties tententē tenor non quadrat ad nostrā lectionē. Id frequēter accidit in nouo Testamēto, sed in ueterē multo crebrior & insignior est lectionis uarietas. Et cōsentit in citādo Græci doctores, Gregorius Nazianenus, Basilius, Chrysoſtomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, aliq̄; quorū eruditissimis lucubratiōibus uehemētē illustratur Christiana philolōphia: ut uel ob hāc tantā utilitatē opere precitū fuerit noui Testamēti libros iuxta Græcorū lectionē tradi Latinis apribz: quod à me pridē, magno reclamātiū strepitu, sed ingenti studiosorū fructu factum est. Idē ut ab alijs curaret in ueteris Testamēti uoluminibus, maior etiā inuicauit necessitas. His uerō qui nobis Cyrillum, Chrysoſtomū, ac Theophylactum uerterunt Latine, quoniam uulgatā Latinorū uersionē supponere maluerūt, sæpe ridiculum quiddā accidit, ut aliud sonet uox contextus, aliud cithara cōmentarij. Quod si stulte faciat, qui nunc Cypriani, Tertulliani, Ambrosij, & Augustini lectionē, uel ad nostrā translationē corrigere, reclamātibz illorū cōmentarijs, multo minus id fieri conueniebat in uertendis Græcis, apud quos Hieronymi translatio nunq̄ fuit recepta. Habes longā ac moleſtam præfatiōis farraginē, ornatissime præsul, uerū hoc tædij facile discutiet Chrysoſtomū suauiloquentia, à qua te nō remorabor diutius. Dominus R. amplitudinem tuam semper sospitet ac tueatur. Triburgi, Anno M. D. XXX.

In Irenæum.

ERASMVS ROT. BERNARDO EPISCOPO TRIDENTINO S. D.

N tuis ornatissime præsul auspicijs in lucem producimur, magnū illū ecclesię propugnatorē, ac pro sui nominis augurio pacis ecclesiasticę uindicē Irenæum. Nam *ἐπιφώνησις* Græcis pacē sonat, & in Euangelio dominus beatos pronunciat *ἐπιφώνησις*, id est pacificos, quoniam, inquit, filij dei uocabuntur. Deus enim non est dissensiois autor sed pacis, qui per filij suū pacificauit ea, quæ in cœlis & quæ in terris. Contra qui dissidijs orbē cōcutiunt, parentē suū referunt, qui primus seuit discordiā inter deū & hominē, ac salutiferā Euangelicę doctrinæ segetem uitiauit, clam inspersis zizanij: nocturnū opus aptūq̄ principi tenebrarū. Vtinā in his ecclesię tumultibus, quibus nec in analibus legitus unq̄ exortos uel grauiore, uel latius diuagatos, quanq̄ latissime se sparserat Arianorū heretis, exortiat aliquot Irenæi, qui sp̄ritu Euangelico mūdū redigāt in concordiā. Nā libri qui nunc utrinq̄ prouolāt eiusmodi ferme sunt, ut citius nouū excitēt incensum q̄ uetus restinguant. Verum hoc per Christianos principes faciet dominus, postq̄ nobis ad meliora cōuersis ex irato cœperit esse propicius. Ad Irenæum meū redeo. Quis enim nō meū appellē, quē penē sepultū, absterſo quātū licuit litu, luci restitutum, indignū profecto qui perpetua obliuione obsoleſceret. Spirāt enim illius scripta præcum illum Euangelij uitgorem, ac phrasin arguit pectus martyrio paratū. Habēt enim martyres suā quandā dictionē, seriā, fortē, ac masculā. Fuit uicinus apostolorū tēporibus, quum adhuc martyriū triūphis floreret ecclesia. Nā puer audiuit Polycarpū in Asia, Polycarpus autē Ioannis Euangelistę fuit discipulus, à quo & episcopus Smyrnæis datus, notus et alijs apostolis discipulisq̄, qui uiderant & audierant dominum, ex quorū relatione multa solitus est cōmemorare, quæ literis prodita non sunt. Huius uiri de Christo deq̄ Christi discipulis sermōes Irenęus puer auidissimis imbibit auribus, ac penitus inscripsit cordi suo, sic ut senex etiā horū omniū uicidā ac præsentē retineret memoriā, quæadmodū ipse multis uerbis testatur in his quæ scripsit ad Florinum. Referunt autē ecclesiasticę historie libro v. cap. xx. Manebāt eo seculo ueterum ecclesię charismatum manifesta uestigia, quādo quidē ipse lib. v. refert se multos audisse fratres in ecclesia, quibus esset donum prophetię, qui dei mysteria enarrarēt, qui linguis omnibus loquerēt, q̄ secreta hominum proferrent non ad ostentationem sed ad utilitatē. Et alibi docet fuisse, qui inuocato Iesu nomine morbos ac dæmones proſtigarēt. Habes Irenæi cōmendationem ab antiquitate. Accipe nunc pietatis & integritatis testimonia, quæ quidem hoc sunt preciosiora, quod eo seculo promerētū contigerunt, quo laus hæc fere supplicij ac mortibus erat emenda. Nunc deli-

cata res est Christiani nominis professio, quā nec facultatibus nec corporibus ullū à per-
secutore periculum est. Irenæus igitur presbyter ecclesie Lugdunenſis ad componendum
ecclesie diſſidium Romā mittitur, ubi tū præſidebat Eleutherus, mittitur autē martyrū
epiſtolis magnifice commendatus, & quod Euangelij zelo præmineret, & quod dignitatē
presbyterij, morū integritate reſpōderet: unde dignus est habitus qui Photino siue Pothi-
no, uariā enim in nomine eodices, Lugdunenſis ecclesie præſul, qui natus annos ferè no-
naginta martyriū peregit, ſubrogaretur. Ecclesiasticæ concordie tā ſuit ſtudioſus, ut quē
Victor Romanus pontifex multas ecclesias amputaſſet à cōmunionē, quod in celebratio-
ne diei paſchalis & in obſeruatiōne ſeiuniorum, morem obtinerent à Romana cōſuetudi-
ne diuerſum, magna libertate Victorē reprehenderit, quod præter exēplum eorū quibus
ſuceſſerat, tā facilis eſſet ad amputandas ecclesias, non in fide ſed in ritibus quibusdā diſſi-
dēs. Reſert hæc ſuius ecclesiasticæ hiſtoriæ liber quintus cap. x x 1111. Hęc Irenæus,
quū nunc Ptolemæi quidam ex quālibet triuolis nugis, hæreſeon et ſchiſmatū excitent ca-
lumniam. Sed unde pietatis illius certius argumentū proferam, q̄ ex ipſius ſcriptis, quæ ſpi-
rant peccus euāgelicū, & martyriū (ut ita loquar) candidatū? Nūc de doctrina pauca acci-
pe. Eloquentiæ nec ſtudioſum nec peritū ſe faceret ipſe præſans in primū librū. Ac non
aſſectatam quidem ab eo facile crediderim, ignorantā ne credam, facit ipſe ſermonis curſus
in rebus tā ſpinoſis aut perplexis, imō ſaſtidij plenis, diſcucidus, digeſtus, ac ſibi coherēs, ni-
ſi quod mihi nō dū ſatis liquet Græce ne ſcripſerit an Latine, etiamſi magis arbitror latine
ſcripiſſe, Græci tamē ſermonis peritiorē. Ita q̄ figuris Græcis tamē ſuo iure abutitur La-
tine loquens, ueluti noceri pro lædi, quēadmodum Græci dicunt *βλαβερόν, έχοντες*, id eſt,
habentes pro uolentes, cuius generis aliquot annoſtauiimus in ſpatijs marginum, ne lectō
hijs offēderetur. Certe liberaliū diſciplinariū omniū peritiſſimū fuiſſe cōſtat. Tertullia-
nus enim in libro quē ſcripſit aduerſus Valētinianos, indicans quos in eo opere fuerit ſer-
quutus, hunc in modū loquitur: ut Iuſtinus philoſophus et martyr, ut Miltiades ecclesie
rū ſophiſta, ut Irenæus omniū doctrinarū cartioſiſſimus explorator. Quin et Eusebius Cę-
ſariēſis in Catalogo ſcriptorū illuſtrium, qui circa Soteris ætatē eccleſiā dei uita ſimul &
ſcriptis illuſtrarunt, quū uctum eſt ad Irenæum, dicit. Et præcipuus Irenæus, quorū omniū
ad nos Apoſtolicæ fidei & ſanæ doctrinæ præclariffima monumēta perlata ſunt. Floruit
autē potiſſimū Cōmodi temporibus. Cæterum poſtea q̄ ordo nos uocat ut de tam egre-
gij uiri ſcriptis aliquid dicamus, dolor quidā ſubit animū meū, quod ex tot laudatiffimis
monumētis hoc opus ſolum, ut uidetur, remanſit in colume. Scripſit enim librū ad Bla-
ſtum de ſchiſmate, aliū ad Florinū presbyterū ab ecclesia prolapſum, de Monarchia, ſiue
quod deus nō ſit conditor malorum, Nā Blaſtus eodē errore teneri uidebatur, qui prius
Polycarpi diſcipulus poſt in hæreſim Valētinianā deuoluus eſt. Scripſit autē & de og-
doade librū, quē eximie probat diuus Hieronymus. Hic eſt cui affixit obſtinationē ad ſcri-
bas, quā et nos præfiximus huic operi. Hęc tantū uiderat Eusebius. Hieronymus addit uo-
lumē breue contra gentes, rursus aliud de diſciplina. Item ad Martianum fratrem de Apo-
ſtolicæ prædicatione. Deniq̄ librū uariorū tractatum. Ex his tā multis uiri lucubrationi-
bus ſolum hoc quod nunc damus, ſeculoſū inuidia reliquit eſſe uoluit. Quod utinā ſic da-
re licuiſſet, quēadmodū ab illo proditum fuit. Primus & ſecundus quoniā ferè occupan-
tur recēſendis monſtroſis hæreticorū & uocabulis & opinionibus, alicubi torſerunt nos,
quos nemo niſi patiētis ſtomachi poterit abſq̄ tedio peruoluere. Tribus exemplaribus ſi-
mus adſuit, uno quod Romę deſcriptū illinc ad nos miſit egregius ſtudioſū patronus Ioā-
nes Faber, duobus è monaſterijs cōmodato præbitis. Ex Tertulliano pauca reſtituimus,
quod illic plus etiā erat deprauationis in uocabulis, nō pauca coniecturis ſumus aſſecu-
ti, quæ ſi parum certa uidebātur in margine tantū annoſtauiimus. Solis autē ſcripturarū
præſidijs pugnat aduerſus cateruā hæreticorū, quorū princeps fuit Simon ille Samarit-
es, Magiæ peritus, qui ſe deum ſummum auſus eſt prædicare, et Selenē ſortis ſuum per-
ſuaſit eſſe ſummā mentē: & hic in poſtor Romæ ſtatua meruit cum hac inſcriptione, Si-
moni ſancto deo. Huius diſcipulus Menāder, non in nomine Ieſu ſed in nomine ſuo bap-
tizabat, negās cū Simone, mundum hunc à deo conditum, ſed ab angelis, quē errorē è Pla-
tonis philoſophia uidetur hauiſſe. Poſt hunc Saturninus Antiochenus dicebat hūc mun-
dum conditum nō à ſummo deo ſed à ſeptē angelis. Hos ſequutus Baſilides Alexandrinus
in maiorē erupit inſaniā, præter alia dogmatū portenta, ſummū quendam deū inuehens
& fictio

& fictio nomen æque fictū imponēs, Abraxas. qui Valētinō ſeminarū inſania præbuiſſe
ui detur. Nā quos ille cœlos uocabat, hic dixit *zōnes*. De hinc Nicolaus, turpitudinis, do-
lor, cū ſuperioribus negat mundū hunc à deo conditum. Quin & Ophita monſtroſa quæ-
dam ſomnia de Ac. nibus, & eorū præcipuo Ialdaboth prodiderunt. Suceſſit his Carpo-
crates gnoſticorū autor, aperte magū exercens ac demones *napis* factans, quale quid-
dam de Sostrate legimus. Sequutus eſt hos Cerinthus negans mundū à deo conditū, men-
uens Chriſtū ex Iſeiph ſemine natū, legem nō à deo ſed ab angelis latam. Huic cōtrarius
Ebion ſic aſtruit legē, ut ſubuerat Euangelium. Talibus portētis ſuceſſit Valētinus om-
nium portentoſiſſimus, Platonice philoſophiæ ſeclator, uir alioqui doctrina pollens, ita-
xta atq̄ eloquentia. Ambiebat epifcopi dignitatē, ſed indigne ſerens ſibi prælatū alitū, qui
in tormentis confeſſus fuit nomen domini, ad turbandam eccleſiam uertit ingenium, totū
doctrinam Chriſtianā ad confictas uoces & perplexas fabulas pertrahens. Huic impijs
inuentis nōniſi addiderunt Ptolemæus & Secundus, aucto uidelicet Aeonum numero,
ſic tamen ut in quibusdā ab eo diſſentirent. Eadem cum Valētinō docuit Heracleō, ſed
nouitate pronunciatiōis uideri ſtudit diuerſa tradere. Poſt hūc Marcus & Colarbaſus,
alioqui non degenerātes à Valētinō, tē mirē ridiculam cōmenti ſunt, omnia fidei myſte-
ria ad Græcū alphabetū pertrahētes. Suceſſit his Cerdon impietati lernā ſecum trahēs.
Duos enim deos ſinxit, alterum bonum, alterum ſeuum, à ſeuo mundū creatū. Legem in
totū repudiābat cōſoſum Euāgelium Lucę, nec id totū recipiebat apoſtoli, Pauli epifcolas nec
oēs nec totas probabat. Acta apoſolorū & Apocalypſin ut falſa reiectēs, docebat Chri-
ſtum boni dei filiū in phantaſmate tantū ueniſſe, nec uere paſſum, nec uere natū, Reſurre-
ctiōnē animæ probans, carnis negans. Hic dum aliquando confiteretur errorē, & rursus
clām, interdū et palā doceret impia, tandem cōuictus, ueluti deploratū membrum à cōmu-
nionē fratrum reſectus eſt. In huius impietate ſuceſſit Marcion genere Ponticus, Stoicæ
philoſophiæ ſtudioſus, epifcopi filiſus, ob ſtupratā uirginē ciecus ab ecclesia, qui tamē poſt
interdixit nuptias Chriſtianis. Cerdonis ac Marcionis blaſphemam doctrinā excepiit Lu-
canus quidā ob id obſcurus, quod nihil innouarit ex eorū doctrina quos ſequebatur. Sed
Apelles Marcionis diſcipulus, quo ſe faceret nouæ factionis autorem, multa ex magiſtri
dogmatib. reprobauit, ſed ſic ut nihil ſaniora ſubſtitueret. Hic allegauit nobis puellā no-
mine Philomenē, cui ſingebat ad eſſe propheticū ſpūm, quā tamē Auguſtinus ſcripſit à Se-
uero quodā inducā, haud ſcto quid ſequutus: Nā Eusebius & Tertullianus in hoc quod
narro cōſentiant. Inter hæc portēta latuerunt Potitus & Baſiliſcus, qui Marcionē ſequuti
duo rerū principia tradiderunt. Syrenus magis etiā delirās, tria principia ſiue tres naturas
induxit. Hos omnes ſequutus Tatianus ex Iuſtini diſcipulo factus hæreticus, Valētinū
Marcionisq̄ peſtiferam dogmata reuocauit, diſcipulū habuit Calliſtonē. In tā longā ſeriem
ſe porrexit illa deteſtāda lucē à Simone mago profecta, dicūq̄ mirū q̄, agre deſijt. Iā em̄
Valētinī nomē erat extinctum, quū tamē nō deſſent Valētiniani. Nec omnino finis ui-
debatur futurus, niſi ueniſſet Montanus, qui cæteris omnib. abrogauit autoritatē, ſe præ-
dicans eſſe ſpūm ſanctū à Chriſto promiſſum, qui deduceret in omnē ueritatē. Quāq̄ &
Manichæus nōniſi erroris ex Baſilide uidetur hauiſſe. Accidit autē hic quod ſolet in ſe-
bri uehementē tenaci, quæ nūc eſt remiſſior nunc acrior, niſi in aliā atq̄ altā ſpecie ſe ue-
rit, nec deſinere poteſt, donec in phreſim aut in aliud malū præſentius exeat. Aduerſus
hæc portenta ſcripſere Iuſtinus, quē aliquoties citat Irenæus, Miltiades, Proculus, & Ter-
tullianus. Cuius libros quos eruditiffimos ſcripſit aduerſus Valētinianos et Marcionē,
præterea de hæreſibus & hæreticorū præſcriptis, ſi quis legere non grauabitur, rectius in-
telliget hos Irenæi libros. Iam mihi uideor, ſatis præfatus ornatiffime Præſul, quod ad hu-
telligeris operis rationē attinet, & tēpus erat finē imponere prologo. Quod quidē faciā ſi pau-
cis aperuero, quę cogitatio ſubierit animū meū in hoc argumento uerſantis. Nō em̄ queo
ſatis admirari cōſiliū inſcrutabile dei, qui miris modis ſpōſam ſuā eccleſiā uindicarit, pur-
garit, erudierit, euererit, illuſtrarit, in quibus omnib. nihil eſt nō alieniffimū ab humanis
cōſilijs, quēadmodū ipſe loquitur per Eſaiā hominib. Nō em̄ cogitationes meæ, cogitatio-
nes ueſtræ, neq̄ uia meæ, uia ueſtræ, dicit dñs, Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic ex-
altata ſunt uia meæ à uijs ueſtris, & cogitationes meæ à cogitationib. ueſtris. Quema-
modum igitur ipſe dñs descendens è cœlis uiam aperuit in cœlos, & accepta forma ſerui
parauit ſibi domicinium omnium quæ in cœlis quæq̄ in terris, ac per ſummā ignominiam
Dddd 4 confe

cōsequutus est æternam gloriã, patiendo denic̄ hostem, morte promeruit immortalitatē: sic pusillum & imbellem gregē suum alienissimis à mundi ratione præsidij prouehit. Per imperitos confutauit mundi sapientiã, per paucos subegit omnes mundi nationes, per imbecilles prostrauit tyrannorum potentiã, per imbelles expugnauit omnem munitionē artollentē sc̄le aduersus deum, per ignotos & humiles obscurauit uniuersam mundi gloriã, per oues domuit leones, per columbos abegit serpētes. Et passus quidē est in oculas suas satanam & mundum hunc totis artibus, ac utribus suis insurgere, uenim arcanis suis cōsilijs omnia mala uertit electis suis in bonū. Solus enim ille rex regum nouit & uti bonis & abuti malis in suam gloriã & ecclesie salutē. Infremuit aduersus paucos & humiles Christi discipulos Iudeorum zelus, Phariseorum supercilium, sacerdotum autoritas, tum regum legibus & copijs armata potentia, magorum præstigie, philosophorum eruditio, hereticorum seditio. Tot machinis satanas oppugnabat ouile Christi. Sed domino temperante conatus & actiões hominum, supplicijs ac mortibus creuit & inualuit ecclesia, impiorum philosophorū oblatrationibus confirmata est Euangelica philosophia, præstigie magorum illustrarunt Christi diuinam uirtutem in discipulis operantē, schismaticorum molimina, piorum concordiam arctius iunxerunt, ac uelut in phalangem redegerunt, hereticorum impia dogmata, ad scrutandum arcana literas cōpulerunt. Itaq; factum est, ut dum Iudæi zelo legis sed non secundum scientiam pugnant aduersus Euangelium, certius cognouerimus antiquitas esse legis umbras, & illustrata sit Euangelij gloria. Rursus dū persequor ignominijs, cruciatibus, ac mortibus conatur fidē in Christum extinguere, fidē auxerit, charitatem accenderit, spem reddiderit firmiorem, & piorum tolerantia dum exerceat, illustrat. Postremo dum hereticorū argutationibus agitatur, magis uti didicit armatura diuinarū literarū, & cōfirmata est impugnata ueritas. Primus ecclesie cōgressus fuit cum Iudæis, quorū utinã non extarent & hodie reliquie. Hic strenuum propugnator Euangelicæ libertatis præstitit Apostolus Paulus. Magis principē Petrus deiecit. Secundus fuit cū philosophis & hereticis, qui ferē philosophia præsidij bellabāt aduersus Euangelium. Horū impresiones, post apostolos exceperunt uiri doctrina facundiaq; præcellentes. Nec ideo damnanda est philosophia sobria cognitio, quod à philosophis ferē natae sunt omnes hæreses, quum per philosophos item oppressæ sint. Valentinus philosophus oppugnauerat ecclesiam, sed Iustinus philosophus, & Irenæus philosophus defendit. Marcion philosophus impetijt ueritatē, sed Tertullianus philosophus confecit hostem. Celsus philosophus blasphemias euomuit in Christum, sed Origenes melior philosophus ex illius blasphemijs illustrauit Christi gloriã. Libanius sophista defendit idololatriam, sed hoc facundior Chrysostomus asseruit uerū dei cultū: Idem fecit orator Symmachus quod Libanius, sed hunc confodit potentior orator Prudentius. Itaq; bona quedam spes habet animum meū, fore ut hæc ecclesie tempestatē dñs inscrutabili suo cōsilio uertat in bonos exitus, excitetq; nobis Irenæos aliquos, qui cōpositis dissidijs pacē orbi restituant. Hunc interim Irenæum uelut omissi fausti loco læta fronte dignaberis accipere Præfulor prime, tui nominis auspicijs in lucē prodeuntē. Id ut facerē nō tam mihi persuasit singularis quidā, ac ut gratuitus, ita perpetuus animi in me tui fauor, q̄ uno omnium ore prædicata morum tuorum integritas, cū admirabili prudentia pariq; humanitate cōiuncta. Sed nulla laus episcopo dignior q̄ quod ubiq; studes paci cōcordiaq; Christiani populi. Atq; hæc quidem in te uirtutes hoc sunt admirabiliores, quod atate florenti Nestorem quendā, ut ita loquar, præstas tum illustrijs, principi Ferdinando, tum ecclesie Christi. Nec ignota, nec tuas dotes prædico, sed pro donis in te collatis, & deo gratias agimus, & nobis gratulamur. Amplitudinem tuã bonis omnibus augeat is, à quo proficiscitur uera felicitas. Datum Basileæ sexto Cal. Septemb. Anno M D XXXVI

In Cyprianum.

ERASMVVS ROT. LAURENTIO PVCCIO
Cardinali S. D.

I N tam uasta rei literarię clade, quę nō solū tot egregia ueterū monumēta, uel de
prauauit, uel detrucauit, uerū etiã innumeros scriptores immortalimemoria di
gnos totos absorbit, fortassis ineptius uideatur R. pater unius aut alterius
interitū deplorare, ni Cyprianus unus esset multorū instar habendus, siue species eloquē
tiam, siue

tiã, siue doctrinã, siue pastoris dignitatē, siue peccus apostolici spiritus uigorem ubiq; fra
gras, siue martyrij gloriã. Hanc aut̄ iacturã haud scio an hoc moderatius ferremus, si totus
nobis interisset. Nūc quoniam ex his fragmētis quę nobis nescio quis casus superesse uolu
it, cōiectimus qualia fuerint illa quę perierūt, grauius etiam animo discruciamur, quicunq;
chæfatorū huiusmodi sumus auari. Porro ut nūc in obscuro sit, quę & q̄ multa uir ille scri
pserit, operū claritas in causa fuit, quę & Hieronymo persuasit, ut non duceret opere præ
um lucubrationū illius indicē texere, cū ipsius arate & sole clariore haberent, & publici
tus omniū manib. tereretur, haud quāq; existians fieri posse, ut tantā lucē ac celebritatē
ullus casus, obliuionis tenebris obscuraret; quod idem malum nobis usu uenit in Tertul
liano; nam alius quispiã casus Origenicorum operū catalogum nobis ademit, quē Hiero
nymus sese testatur attexuisse in quadā ad Pauli epistola, in qua huius Adamanij libros
cum libris Varronis confert, quem & ipsum constat πολυγραφώτατον fuisse. Ceterū cum
Lactantius testetur, à Cypriano admodū multa fuisse cōscripta, rectius perspicier quanta
fuerit ea calamitas, quę cetera nobis ademit, qui reliquijs quas habemus notha ac p̄seu
depiographa detraxerit. Etenim ut Cypriano cum ceteris scriptoribus est cōmune, quod
ipsius lucubrationib. multa sunt aliorū admixta, ita hoc fuit Hieronymo felicior, quod hu
ius uoluntatib. multa sunt interspersa, proctus indigna lectu, Cypriano nihil ascriptū est
nisi doctū, & à magnis uiris profectū. Proinde nos adeo nihil semouimus etiam huius ge
neris, ut nōnulla ex uetustis codicibus adiecerimus; neq; enim protinus reiiciendū, quod
Cypriani nō est. Iam ne quis in hac censura putet nos nihil aliud secutos q̄ somnū animi
nostrū: symbolū fidei, quod in euulgatis pariter ac descriptis uoluminib. Cypriani titulū
hactenus possidet, inter opera D. Hieronymi, fertur Ruffini nomine. Liber de singularita
te clericorū habetur inter Augustini lucubrationes, quanq̄ is an Cypriani sit, dubito; certe
Augustini non esse, præter phrasim arguunt ipsę sacrarum uoluminum citationes. De ce
teris coniecturã nostrã suis locis annotabimus. Vita apparet ex eo libro deceptã, quē, ut
testatur Hieronymus, conscripsit Pontius Cypriani diaconus, in iplo etiam exilio comes
indiuiduus usq; ad ultimi supplicij diē. Nec enim mihi uerisimile sit, hoc esse uolumē illud
egregiū, cuius in uita Pontij meminit Hieron. quū quod extat apud nos, ne libelli quidem
uocabulū mereatur. Certe coronidē de translatione corporis eius, ab alio quopiã adiectã
esse, clarius est q̄ ut sit admonendū, præsertim cum in ea Caroli imperatoris fiat mentio.
Iam q̄d D. Hieronymus memorat, octo tantū epistolas Cypriani ad Cornelium Romanæ
urbis episcopū extitisse, cū in nostris codicib. undecim ni fallor, habeantur, fieri potest, ut
nō oēs peruenerint in manus Hieronymi; aut quoniam sit aliquoties, ut in ipsē diuersa tra
ctetur argumēta, singulæ quępiã in binas dissecta sint, id quod nos in una certe factū & de
prehendimus & indicauimus. Porro cum olim Africa permultos ædiderit eloquētia do
ctrinaq; celebres, inter quos sunt in primis Tertullianus & Augustinus, tamē uix ulli cōti
git Romanę dictionis germana puritas, præterq; Cypriano. De scriptoribus ecclesiasticis
loquor, alioqui Lactantius in primis erat excipiedus. Nam Tertullianus licet dēfus et argu
tus sit in sententijs, sermo tamen difficilis est & obscurus, atq; etiã incōptior: quæ admodum
indicat Hieronymus in epistola ad Paulinū, uidelicet Lactantiū iudicio subscribens. Iam in
Augustino subinde lectorē offendit perplexū nescio quid, & impeditū atq; obscurū, quod
in epistolis illi obijcit & Hieronymus; at uterq; Cypriano summas eloquentiæ dotes tri
buit: sic enim scribit Hieronymus in epistola ad Paulinū: Beatus Cyprianus instar fontis
purissimi dulcis incedit & placidus. Lactantius aut̄ in præfatione libri quinti de institutione
religionis Christianæ, nō solū illi tribuit facilitatē, iucunditatē, perspicuitatē, copiam ac nitō
rē, uerū etiã uim ac neruos in persuadēdo. Erat enim, inquit, ingenio facili, copioso, suauis,
& quæ sermonis maxima est uirtus, aperto, ut discernere nequeas, utrū ornatior in loquē
do, an facillior in explicādo, an potentior in persuadēdo quisq; fuerit. Atq; utinã D. Au
gustinus, ut Afer Afrum, episcopus episcopū numero uoluminū præcurrit, ita dictionis
elegantiã potuisset assequi: utinamq; linguam huius tam feliciter esset æmulatus, q̄ cādide
miratur ac prædicat. Siquidem in lib. De doctrina Christiana IIII. ex huius uoluminib.
potissimū petit exēpla quibus demonstrer, nullam eloquentiæ partē in Christianis scripto
ribus desiderari, hunc cum Ambrosio subinde conferens, quemadmodum Fabius Mar
cum Tullium cum Demosthenē cōmittit. Idem in cōsolationibus cū Pelagianis ac Do
natistis

natillius, multa cum reuerentia citat huius sententias. Nō possum equidē inficias ire; quin olim inter orthodoxos scriptores primas tribuerim Hieronymo: uerum ubi Cyprianum quem prius & carptim & oscitans legeram, propius sum cōtemplatus, prorsus animi dubius reddor, utrum utri perferam, adeo suis uterq; uirtutibus summus occurrit. Quod si hoc nomine iure praefertur Demosthenes, quod propius accesserit ad uerū illud ac naturale dicendi genus: & longius absit ab umbra declamatoria, longe praecellit hac parte Cyprianus Hieronymū magis ubiq; ferius ac minus affectuās, cū hic quemadmodum & Tertullianus in rītu pene sit immodicus, subinde desidens in expatiacionibus, plurimū admiscens ex prophana literatura: quae dotes, si laudi dantur, nō tam desuere Cypriano, q̄ uel spretae sunt, uel neglectae. Nihil in hoc reperies, quod ad ostentationē ingenij uideri possit ascitum, aut quod ullo pacto uafricem sapiat, quae non abest Hieronymo. Talis ubiq; sermōnis habitus est, ut loqui sentias uere Christianū episcopum, ac martyrio destinatum. Pectus ardet euangelica pietate, & pectori respōdet oratio: loquitur disertus, sed magis fortia q̄ disertus; neq; tam loquitur fortia quā uiuit, ut ipse meminit alicubi. Huic nimirum personae magis congruebat dignitas quā lepos, etiam si locis aliquot declarat sibi nō desuisse nasum, licubi res ita postulasset, uel ut ubi fallisimeridet haereticū quendā, qui negabat Cyprianū habendū pro episcopo: deinde cū refellit eos, qui nō immortos, sed aspersione aq̄e baptizatos in periculosis morbis, nō Christianos, sed clinicos censebāt appellandos. Nam hic praeter perpetuam illam iucunditatem sanguinis in morem per omne corpus sparsam, iocis etiam atq; dicerijs utitur. In una duntaxat epistola, cuius initū est: *Bene admones Donate*, non nihil ludit apparatu pompaq; sermonis, unde & Augustinus cōpra, iucundae, splendidaeq; dictionis depromit exemplum. Talem ecclesiae doctorem, talem Christianae pietatis athletam nobis dedit rhetorum schola, ne quis sibi stolidē placeat, quod nihil rhetorices attigerit. Effugerant alij quantumlibet eos, quos nobis adiderunt dialecticorū ac peripateticorum scholae, quos nec nos sane improbamus, certe primas inter orthodoxos patres Cypriano tribuit papa Gelasius, in decretis x v. dist. cap. Sancta Romana. Iam fortassis non abs re fuerit non nihil attingere de dogmatis huius, a quibus hodie dissentire uidetur ecclesia, inter quae cum primis factum est illud, quod existimaret haereticos ab ecclesiae cōsortio semotos ac schismaticos nihil agere baptizando: atque haec sententia non uni placuit Cypriano, uerū pleriq; omnibus Africa, Numidia, Mauritaniaq; episcopis: quod abunde perspicuum est ex actis synodi Carthaginensis, quae nos adiecimus in hac additione. Error erat simplex, non ex ambitioe malitiaue, sed ex haereseon odio & ecclesiasticae unitatis amore profectus. Dum em̄ sedulo uitat iacis haereticorum contritos, horretq; bibere aquam de cisterna aliena, incautiore mali fuga, in eam errorem inciderat. Nec ille repertor fuit eius erroris, sed a maioribus acceptum tuebatur, haud dubie mutaturus sententiam, si melioribus argumentis ueritatem fuisset edoculus, quemadmodum post episcopi ceteri priorē opinionem meliore sententia mutarūt. Nam testimonia scripturarum, & rationes quibus illi fuerunt in eum errorem inducti, elegāter refellit Augustinus in libris de baptismo cōtra Donatianos, praesertim libris tertio, sexto, septimo. Sunt & alia quaedā, sed hinc fermē profecta, quae suis locis attingemus. Iam quod quidā (ut refert Lactantius) homo disertus, sed impius, Caprianum, pro Cypriano, uocauerit: hoc magis nobis placere debet uir optimus, quod uiro pessimo displicuerit, imō cui nihil in Cypriano displicuerit praeter Christianā pietatē. Satis em̄ declarat quid ille de Christo senserit, qui doctrinā eius aniles fabulas iudicauit. Ad haec quod huic Hieronymus in epistola quadam ad Paulinum uidetur absolutam sacrae scripturae scientiā detrahere, nihil aliud sensit, opinor quā persequutionum procellis, quibus tum agitabatur ecclesia, martyroq; praepeditum, non absoluisse in explanandis diuinis uoluminibus, quod egregie praestaturus uidebatur, si licuisset. Nam quae scripsit, ferē uersantur in locis communibus: unde non pauca decerpit Hieronymus quoties in iisdem uersatur, quemadmodum, ut est uerisimile, ē Tertulliani libris multa mutuatus est Cyprianus, quibus adeo delectatus dectusq; legitur, ut quoties ab amanuensi codicem posceret, dicere solitus sit: da magistrū: nihilominus ob id ingenio tribuēs, quod ab ecclesia sese submouisset, nimirū gnarus uelēsterquillio legere aurū, & intelligens ubiq; bonū esse quod bonū est, ac uirans prophetiā cā imprecationē aduersus eos, qui pro personarū uarietate, uel pro suo magis affectu, de

rebus

rebus iudicium uariantes: quod bonum est, dicunt malum; quod dulce est, faciunt amarū. Sed ne celsitudinem tuam pluribus morer, reuerende pater, prodit Cyprianus & emēdator multo sublatis opera nostra mendis: & aliquanto purior, semotis ijs quae illi falso tribuebantur: & auctior, adiectis aliquot ex uetustissimis exemplaribus, quae haecenus desiderata sunt. Postremo prodit opera Frobenij nitidior simul & angustior: prodibit autem & feliciter, si tua autoritas nostrae fauebit industriae simul & consilio, qui laborem hūc tuo nomini dicatū esse uolumus, non ignari quantum ea laboret instauranda religioni Christianae. Quorū enim auspicijs magis conueniebat restitui praeficos ecclesiae doctores, quā uestris, qui nunc ilorum praecipuas uices geritis? per quos potius oportuit asseri scriptorem apostolis proximum, q̄ per eos qui nobis summates apostolos representant? Quin & illud mihi probe uisum est congruere: ut Cyprianus, cui primum locū tribuit sedis apostolicae censura, tuis prodiret auspicijs, cui meritisimo inter tot ordinis cardinalicij lumina prima tribuit Leo pōtiffex, non minus cordatissimū, quā maximū titulo clarus. Celebris est apud Romanos Hannibal Pœnus, qui cum Italis de Romano cerraui imperio: hunc aequum est haberi celebriorem, qui cum Romanis orthodoxis feliciter quā Hannibal, de Romana cerraui eloquentia. Ille cum Scipione conflixit armis, hic cum Cornelio Romano pontifice sic suscepisse pietatis certamen uidetur, ut ambos uirtutibus pares, eodem die, licet anno non eodem, similis martyrij palma decoraret: eloquentiae gloria uicerit Cyprianus. Mihi uero peculiaris etiā quaedam causa fuit, ut hoc quicquid est operae, amplitudini tuae dedicarem: quandoquidem nō licuit alla ratione testari animum memorum officiorum haudquaquē uulgarium, quae primum R. D. Antonius Puccius nepos tuus, id temporis legatum agens summi pontificis apud Eluetios, mox tua celsitudo Romae mihi largiter impendit: quam precor ut Christus Opt. Max. dignitati Romanae sedis, & Reipublicae Christianae iuuanda, diu seruet incolumem, Louanij Anno à Christo nato M D XXI X prid. Calend. Augusti.

ERASMI ROT. DE VITAE PHRASI, DOCENDI
ratione & operibus Origenis

Vitae Origenis Adamantij epitome.

ORIGENES binominis fuit, idem dicitur Adamantius, quod cognomen nō ita tribuitur illi à scriptoribus, quasi fuerit ex moribus additum, uelut Basilus ob ingenij constantiam dicitur est Magnus, Ioannes Constantinopolitanus ob suauiloquētiā dicitur est Chrysothomus, Gregorius Nazianzenus ob sublimes de rebus diuinis disputationes Theologi cognomē meruit, sed quasi fuerit iam ab ipso uitae exortu inditum. Est aut hoc non infrequens in sacris literis, eundē hominē pluribus nominibus appellari. Quod si magnis uiris nomina non fortuito tribuuntur, sed per diuinā prouidentiam habent futurorū praesagia, utrunq; nomen mire quadrat in hunc eximium ecclesiae doctorem. Siquidem Origenes Graecis montigenam sonat, prima uocali producta, quemadmodum fit in ἀρείων, quae sine cōtrouersia hinc dicta est, quod malefica in montibus perageret sua sacra. Ab ipsa statim pueritia Origenes nihil humile cogitauit, sed ad euangelicam perfectionem, quam dominus in monte se dēs docuit, & ad sublimia scripturarum mysteria animum intendit: nec enarrās sacros libros repit humi, desideret in sensu literae terreno, sed per allegorias ad excelsa caeloq; uicino ra subuehit auditorem. Adamas autem in domiti nomē obtinuit, quod quum sit lucidissimus ne chalybis quidem duricia, nec malleorum ictibus cedit. At Origenis animus plusq; q̄ Adamantius fuit, quem nec uita austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec aemulorum improbitas, nec suppliciorū terror, nec ulla mortis facies à sancto instituto uel tantillum dimouere potuit. De patria nihil habeo comperti, nisi quod probabile est fuisse Alexandrinum, quod illic pater fuit in carcere, & ibidem martyrio peracto liberos & uxorem reliquerit. Refert enim non nihil ubi nascaris, sed magis refert ē quibus nascaris, plurimum uero à quibus à teneris instituaris. Origenes igitur usq; ab auis & atatis parētis habuit Christianos. licet impius Porphyrius tradat illum ex ethnicis prognatum, patrem habuit Leonidam, uirum pium iuxta & eruditum, qui sub Seuero principe crudeliter

dum commentarios in scripturas diuinas, ipsa re cōperit id ut oportet praestari non posse, nisi accederet sermonis Hebraici pericia: quod ab his fontibus libri sacri, praesertim ueteris Testamenti, primū ad nos emanarunt: ad quos recurrere saepenumero cōpellit uel interpretum dilōnantia, uel codicū deprauatio, uel sermonis obscuritas: hac parte ne mutilus esset nosler Adamantius, aliena aetate cōtracta gentis naturā, barbara peregrinaeque lingua eadē deuorauit: cuius notitiā assequutus, non Septuaginta modo, sed et aliorū editiones in unū contulit, puta Aquilae pontici, Theodotionis & Symmachi Ebionitarū, unde Hieronymus eos appellat haereticos Iudaizantes; ea secta cōtendit Christum fuisse purū hominem. Quorū Symmachus scripsit cōmentarios in Euangeliū Matthaei, conatus illinc suū cōfirmare impietate. Praeter hos etiam Origenes nihil nō perscrutās, quintā, sextā & septimam editionē adiunxit. Quas omnes ita digessit per colūnas, ut singulae uel inter sese uel cū Hebraeis conferri possent. Cui operi titulū fecit *ἑρμηνεία*. Rursus separatim digessit uersiones Theodotionis, Aquilae & Symmachi cū Septuaginta, unde hoc opus appellat *ἑρμηνεία* à quadruplici ordine, unde *ἑρμηνεία* legendū uidetur prima uocali aspirata. Atqui constanter habent codices *ἑρμηνεία* prima exili, quod mihi magis probatur. Nam Theodotion, Aquila & Symmachus, si accedat uersio Septuaginta, cū quinta, sexta & septima editione, erūt septē ordines. *ἑρμηνεία* Graecis sonat explano. Itaque *ἑρμηνεία* dicta sunt non à numero colūnarum, sed quod res simpliciter absque inuolucris exponatur oculis. Sed horum mentione quae non extat paulisper dilata, de ijs quae nobis super sunt iudicū nostrū proponemus: ubi mihi rogandus est lector, ne protinus mihi tragœdiā excitet, si quid adferatur quod disereperet à salua & persuasione quā inuoluit. Opinione meam in medium adferam, quam oportet expendi priusquā damnari. Si excussa displicebit, sinat ualere meā, & fruatur sua, ac iuxta beati Pauli cōsiliū, in colūni amicitia in suo sensu acquiescat.

In Basilium Graece.

ERASMVVS ROT. R. D. IACOBO SADOLETO EPI-
scopo Carpentoraēsi .s. d.

RORSVS obfirmaram animum huius cui decus Sadolete, statueramque Ty-
pographorum quamlibet importunis flagitationibus, obsequium praestandi
in alienas lucubraciones in posterum omnino pernegare: sed ab hac adamanti-
na, ut mihi quidem uidebatur, sententia me transuersum abripuit Diuus Ba-
silii, uir optimo iure dictus Magnus, sed Maximi cognomine dignior. Ex
his quae uersa legeram, ueluti per nebulam suspiciebā ingenij dotes planē diuinas, ac pe-
ctus humana conditioe maius. Verum simul atque contigit audire Christianū Demosthe-
nem, in dō celestem oratorem sua lingua loquētem, sic animum meum totum percussit in-
flammatūque uere flexanima diuinitus afflata praesulis eloquentia, ut mihi nihil prius cu-
randum duxerim, quam ut inestimabilis hic thesaurus in publicam utilitatem typis euul-
garetur. Etenim si me lusciosum ac frigidulum sic ad pietatis amorem accendit, quāto ma-
gis rapiet eos, qui pro ingenij felicitate proque copiosiore doctrina, quā perspicaciores ha-
bent oculos, tum ad pietatis studium suapte sponte sunt propensiores. Neque enim hunc ut
arbitror, affectum in me genuit arcana quaedam ingeniorum cognatio, quemadmodum
puerum rapuit olim Horatius, quum ipse nondum scirem quae res me tantopere delecta-
ret: Quid enim affinitatis, huic mortaliū infimo, cum incōparabili heroe? Sed omnipoten-
s ille spiritus per organum electum suam exerens *ψόφρον* sic afficit animos nostros.
Haec enim est illa, cuius somnium modo uidit Plato, uere pulcherrima rerū sapientia, quae
spiritualibus oculis conspecta, incredibiles excitat amores sui. Equidē contumeliam esse
iudico, Basilij facūdiā cum quoquam eorum cōparare, quorum eloquentiam supra mo-
dum admirata est Graecia, iuxta modum amulata Italia. Quis enim inter illos sic omni-
bus dicendi uirtutibus excelluit, ut in eo non aliquid uel desideretur uel offendant? Tonat
ac fulgurat Pericles, sed sine arte. Attica subtilitate propemodum friget Lysias. Phalereo
suauitate tribuūt, grauitate adimunt. Isocrates umbratilis orator, affectatis structurae nu-
meris, ac periodicis orationis, perdidit illam naturae dictionis gratiam. Demostheni, quem
uelut omnibus numeris absolutum eloquentiae exemplum producit M. Tullius, obiectū
est quod orationes illius olerent lucernam, nec desunt qui in eo affectus & urbanitatem re-
quirunt. Sed ut maxime aliquis extiterit, in quo neque naturā, neque artem, neque exercitatio-
nem

nem desideres, quem mihi dabis, qui diui Basilij pectus numine plenum, nō dicam aequa-
rit, sed uel mediocri consequatur interuallo: Quem qui tantum philosophiae, qui omnium
disciplinarum circulum cum summa dicendi facultate coniunxerit: Sed ut dixi, contume-
liae genus est uirum diuinitus afflatū cum prophanis ac nihil aliud quam hominibus con-
ferre. Decentius est, diuum cum diuis componere. Tulit eadē ferme aetas aliquot summa
facundia parique doctrina ac pietate uiros, Athanasium Alexandrinum Episcopum, Grego-
rium Nazianzenū Basilij Pyladem, ac studiorum sodalem Ioannem Chrysostrum &
ipsum Basilio familiarem, ac fratrem Gregorium Nyssenum Episcopum. Horum suis quis-
que dotibus summus erat. Athanasius ad docendum accommodatissimus: Nazianze-
nus floridum & argutum orationis genus amplexus uidetur: Chrysostrum licet pulcre
suo cognomine respondens, alicubi uerbis redundat, & in digressionibus uidetur immo-
ditus: Nysseno placuit pia simplicitas. At Philostorgius in tantum praetulit Athanasio Ba-
silium, ut uirum alioqui summum cū Basilio collatum scripserit uideri puerū. Nazianze-
nus uidebatur cum Basilio paria facturum, nisi inter tot ornamenta, ne uos aliquot interdum
haberet inperfos. Argutarum & externae sapientiae affectatio, dictionisque structura ab
Isocratis exemplo non abhorrens, non nihil respiciunt scholā rhetoricam. Cuius rei si quis
fidem requirat, in Monodia, quam ab se summa cura elaboratā non dissimulat ipse, uide-
bit multum fabularum & poetis ascitum, uidebit & collationem qua Basilium cum uete-
ris Testamenti claris heroibus committit, duriusculam esse. At in Basilio nescio quid mo-
rosulus etiā lector possit desiderare. Manat ē sanctissimo pectore, cunctisque humanis cu-
piditatibus defecato, simplex ac naturalis oratio. Praestantur omnia quae potestars, nec
ulla tamen usquam artis significatio, agnoscas ibi summam mundanae philosophiae cogni-
tionem, sed nullam profus ostentationem. Sentas illum callere disciplinas liberales, & in
his mathematicas omneis, sed sic adhiberi, ut nihil aliud quam ancillentur pietati. Diuina-
rum scripturarum testimonia tam cōcinne admiscet orationi perpetua, ut gemmas pur-
puras non allutas, sed ibi natas dicas. Nec in uno tantum genere excellit. Tanta erat inge-
nij dexteritas, ut quocumque se intendisset, felicissime rem gereret. In enarrandis sacrorū uo-
luminum mysterijs, mire *διδοικόμενος*, diligens, cautus, apertus, inuicemque uiolentus. Ad ge-
nus panegyricum putatur maxime natura fuisse compositus, in quo sic orationem attem-
perat ad animos auresque multitudinis, ut & imperitis sit perspicuus, & cruditis admi-
randus. In disputando aduersus Eunomium quum admirabilem habeat subtilitatem, nus-
quam tamen ab orationis perspicuitate recedit: atque intra catholici dogmatis defensio-
nem sese continens, nusquam euagatur in conuicia nihil ad causam facientia. Nec sui dis-
similis est in opere ad Amphilochem de Spiritu sancto, sed quodcumque tractat argumen-
tum, nusquam illud destituit perpetua dictionis sanitas ac iucunditas, eaque non ascita sed
natura. Adest ubique iuxta nomen illius, regia quaedam maiestas cum admirabili quadam
humanitate coniuncta. Sic inuehitur in mores hominum, ut oburgantē etiam possis ama-
re. Qualis erat oratio talis erat & uita. Hac ingenij dexteritate Eusebium Episcopum am-
bitione tendentem ad seditionem, ex amulo reddidit amicissimum. Hac Modestum Ca-
saris praefectum sic contempsit, ut hominem impium uirtutis fulgore raperet in sui admi-
rationem. Hac Eusebium Ponti praefectum deuicē deiecit, ac mox deiecto tulit opem.
Hac ipsum Imperatorem Valentem, quum ingressus esset ecclesiam, primum in stupo-
rem adiecit: mox sapienti colloquio à concepta crudelitate deterruit: atque etiam ab Ariana
factione reuocauit, nisi quod huius amabilis libertas construxerat, aliorum pertinax im-
probitas destruxisset. Animus erat adeo paratus ad martyrium, ut illud munus etiam ex-
optaret loco. In scriptis illius nihil usquam obstreptit humani affectus, nusquam suam agit
causam. Postremo inest quiddam, quod quo nomine sit appellandum, nondum inueni.
Adest peculiaris gratia, quae nunquam satiat legentem, sed semper sitientē dimittit. Itaque
quum mihi persuasisset haud mediocrem utilitatem & sacris studijs & Christianae pie-
tati accessuram, si nō umbra Basilij, sed ipse Basilius in manibus omnium uersaretur, per-
suasi Hieronymo Frobenio atque huius socio Nicolao Episcopo, ut quicquid eius perue-
niri posset, typis euulgarent. In his enim quae Basilij titulo latine uersa tenemus Basilij
maxima pars adest. Georgius Trapezūtius homo doctus, ingenue fatetur sese imparem
suscepto negotio, quod neque tanta Romani sermonis adest facultas, quae Graeci sermo-
nis

nis gratiam elegantiamq; referret, nec rei Theologicæ tanta peritia, ut ubiq; rerum quæ tractantur subtilitatem assequeretur. Ruffinus nusquam nec elegentem nec bonæ fidei interpretem præstitit. Ut autem de his quæ uertit Raphael Volaterranus aliquod experimentum caperem, uisum est cum Græcis conferre, quicquid primum occurrisset. Occurrit autem Homilia De ieiunio, materiam tractas popularem, nullis difficultatibus inuolutam. Omitto nunc elegantiam, qua fide rem gesserit, uide. In primo statim uersu, quod est in Græcis, *ὅτι νομιμαίαις*, id est, in initijs menlium, omisit; sed id pensans, mox addidit de suo, quia præceptum in Israel est: idq; parum concinne, quum mox sequatur, *τὸ πρὸς πνεύματι ἐστὶν προσφύττον*. Dein quod Græce est *πλὴν πρῶτα, οὐσαυτὴν ἡμερῶν ἑορτήν*, id est, antecellentem cæteris diebus festiuitatem, uertit, hanc horum dierum celebritatem. At Basilius alludit ad insignem diem qui præcessit. Rursus quod Græce est, *ἡποσημαίνει τὴν ἀναγιγνώσκοντα*, id est, indicant lectiones, reddit, significare uidentur: diminuens, quod auctum uoluit Basilius, quum ante dixerit, omni tuba uocalius, omniq; musico instrumento significantius. Prætereo minutula, quod pro *ἐγνωσάμεν*, id est, didicimus, uertit, nouimus, proq; *παρωσαμένους*, id est, reijciete, dixit uituperate. Atq; hic rursus ex Isaia adiecit interpres: In die inquit, ieiunij conuentis debitores uestros, fora contentionesq; exercetis, quum Græca sic habeant, *μη εἰς κρίσις καὶ μάχης νηστεύετε ἀλλὰ λύετε*. id est, Nolite ieiunare ad lites & contentiones. Paulo post, quod est, *μη σκυδρωπάσους θεραπεία*, id est, ne tristis sis dum curaris; uertit, nemo curatus liberatusq; mœret. Rursus, *ἠδύμνησον* id est hono sis animo, uertit gaude si sapias. Paulo post, *ἡ γὰρ ὡς ἀληθῶς ταύτης τῆς προσήγορας ἔφη*, profus omisit, quod ut opinor non intellexit illum alludere ad etymologiam Græcæ uocis *νηστία*, quod idem mox facit, in his, *ὁ ἀλειψάμενος ἐχρίσασθαι, ὁ νιψάμενος ἀπὸ πλύνειν*. Dehinc, quod est, *ἂν τὴν ἐνδοῦ λαμβάνει τὴν μελῶν πλὴν νομοθεσίαν* id est, præceptum ad interna membra accommoda, sic uertit, intus intus unge sancto oleo caput. Item quod est, *ἐνα μὲν τὸ γέννη χριστοῦ*, perdidit allusionem à chrismate ad Christum. Mox, *καὶ οὕτω προσελθε τῆ νηστίας*, id est, ita accede ad ieiunium, uertit, hoc modo ieiunio appareas. Multa sciens transilio ne molestus sim lectori, *πρὸς δὲ ἡμῶν*, id est, accurre, uertit, prodi: paulo post, *πατέρον ἐπὶ κειμήλιον, πᾶν τὸ ἀρχαῖον ἐσφάρον ἐπὶ ἀεθίσμον*, id est, à maioribus traditus thesaurus est. Quicquid excellit antiquitate uenerabile est, priorem partem omisit, posteriorem sic reddidit: proverbium est, omne per antiquitatem fieri nobilius. Iam quod continenter sequitur *δυσωπήθητι πλὴν πολιῶν τῆ νηστίας*, id est, reuerere caniciem ieiunij, uertit, ieiunij caniciem diligenter perferutare. Rursus post uersus aliquot, *φῆσθε τοῖς σαρκὸς πλὴν βρωσίῳ ὑποτιδήμιον*, in carnis indulgentiam cibum suggerentem, refertur enim ad serpentem, qui præcessit: ille separauit atque ita uertit: parce carni cibum subministrare, ratus *φῆσθε* uerbum esse, quum sit nomen dandi casu, alioqui esset *φῆσθε*. Reliqua quid attinet persequi, quum ex his abunde liqueat, tantum interesse inter Basilium uersum, & sua lingua loquentem, quantum inter lusciam modulantem, & eorum uocantem. Equidem fateor & Raphaelis, & Francisci Aretini, & Aniani, aliorumq; huius notæ scriptorum industria nos nonnullam debere gratiam: sed quid futurum cōiectamus, quum ex ad hunc modum uersis autoribus graues Theologi serio proferunt testimonia, ac de catholicæ fidei dogmatibus pronuntiant? Proinde quum omni professioni, tum in primis Theologicæ necessarium arbitror, ut aut è fontibus haurire malint, quam è lacunis, aut eorum qui uertere, fidem exploratam habeant. Quanquam inter innumeros, qui hoc operæ susceperunt, quotusquisque est qui non plurimis in locis uel imperitia, uel oscitantia lapsus sit? Quo sanè nomine studiosorum omnium fauorem meo iudicio promeretur officina Frobeniana, quæ prima apud Germanos ausa est Græcum autorem antea non euulgatum excudere formulis, ab omnium laudatissimo Basilio rem auspicata. Quod si successerit, ut successurum spero, decretum est quotannis huic negotio prælum unum dicare. Dein quod in *Vitis Plutarchi* tentatum est à quodam utriusq; linguæ peritissimo, idem curabitur in Basilio, Chrylostomo, Athanasio, Cyrillo, Gregorio Nazianzeno, & horum similibus autoribus, licet quædam ita uersa uideantur, ut appareat minus negotij futurum ei qui denuo uertat ab integro, quàm qui de prauata restituat. An non igitur publico omnium bonorum fauore digni sunt, qui ad tantam studiosorum ac religionis utilitatem & facultates omnes expendunt, & curam uigilantiamq;

gilantiamq; summam impendunt? Verum hic quoque uidetur haudquaquam dormire Ate Homérica, quæ per Eridem malum contentiosum inter Italos, Gallos ac Germanos immittere conatur. At quanto consultius erat nos inuicem mutuis officijs adiuuare: ut qui posterior sit, præcedenti non inuideat, sed applaudit: qui prior, sequi conanti manum porrigat. Hac admonitione nihil erat opus, si cunctis adesset is animi candor ea que synceritas, quæ tibi. Nihil enim dubito quin huc honestissimo instituto sis utroque futurus pollice, aut ut melius dicam, toto pectore. Atque hac potissimum de causa uisum est curare, ut Basilius ille Magnus tui nominis auspicio prodeat in publicum, qui tam admirabili facultia tractas arcana uolumina, ut non immerito Latinus Basilius appellari possis. Propitia sit mihi tua modestia, si quod sentio reticere non ualeo. Verum hæc feribenti mihi recudescit dolor, quem grauissimum ex bibliothecæ tuæ panoethria pridem conceperam. Poterat enim illa ad hoc institutum, quod absque Græcorum uoluminum copia geri non potest, magno esse adiumento. Nunc si tua forte bibliotheca Basiliū Græcum non habet, huius saltem accessione suppellectilem tuam literariam augemus. Atque utinam totum Basiliū dare licuisset. Libros enim quos diuinitus scripti in Eunomium, multum uestigatos nancisci non quimus. Precor ut dominus R. amplitudinem tuam studiorum ac rei Christianæ commodis diu seruet incolumem. Datum apud Friburgum octauo Calend. Martias, Anno à Christo nato M. D. XXXII.

In Hilartum.

ERASMVS ROT. IOANNI CARONDILETO Archiepiscopo Panormitano. S. D

NISI profus inane nomē factorū est, præsulum ornatissime, equidem arbitror hoc mihi profus in fatis esse, ut identidē in hoc genus labyrinthos reuoluar, unde molestiæ rēdijq; sit plurimū, gloriæ quàm minimū. Etenim quāto opere sudandum sit ei, qui uetustos autores temporū ac librorū culpa, sed multo maxime scolorū, & audaculorū temeritate, non uno modo deprauatos emē dare conatur, ut nemo sentit, ita nemo credit, nisi qui periculum ipse fecerit. Verum illud mihi magni cuiusdam, & excelsi animi uidetur, publicitus benemereri de omnibus, uel citra spem reditura ad benemerentem gratia: porrò excellioris etiam animi est, planeq; regium, ut ait ille, male audire, quum benefeceris. Quod mihi iam toties usu uenisse ferrem iniquiore animo, nisi perspicerem idem, quum omnibus qui sua industria conati sunt insignem utilitatem adferre rebus mortalium, tum ipsi diuo Hieronymo, quo uiro nihil habet orbis Latinus uel doctus uel sanctus, accidisse. Plurimū sudoris compererā in emendando Hieronymo, sed plus in Hilario: cuius talis est sermonis character, ut etia si res perse dilucidat tractaret, tamen esset & intellectu difficilis & deprauatu facilis. Nunc quid censens fuisse negotij, quū res non modo difficillimas, uerum etiam inexplicabiles, illa sua phrasi differit, uerius q; explicat. Et tamen uix in aliū autorē plus sibi permisit eruditulorum temeritas: idq; potissimū in libris de trinitate & Synodis, in quibus quoniā tractatur periculosæ de rebus diuinis difficultates, oportebat summam adhibere religionē, nec apicem ullum immutare. Siquidem ex collatis uarijs exemplaribus, deprehēdimus alicubi librorum initijs additas præfatiunculas, rursus in fine coronides, in medio pannos affuros, alicubi, quod Hilarius suo more fuerat proloquutus, scitolum aliquē absolutius & euidentiū conatum explicare. Nonnullis paginis uiginti aut triginta uersus erāt affuti. Iam uero quoties incidebant loca, quæ uidebantur ab opinionibus inter orthodoxos receptis dissidere, plus uel quingenti locis pharvacum admiscuerant, maxime quoties disputat de doloribus, aut cruciatibus, quibus affectū fuit corpus & anima domini nostri Iesu Christi. Id facit, quū alijs aliquot locis, tū præcipue libro De trinitate 10. sed ita perplexe, ut aliquoties planē uideatur Christo tribuere corpus & animā nullis obnoxiam molestis affectionibus. Ad id docendum, quū adhiberet collationem, de telo aquam aut ignē icu uiolento penetrante sine uulneris sensu, propterea quod corpus in quod sit impetus, non sit capax uulneris, etiā si teli natia uis est, uulnus insigere, de suo parenthesin admiscuit quibusdam. Si rami id apte comparabitur. Rursus quum paulo post subijceret: Labuerit sanè illud domini corpus doloris nostri naturā, si corpus nostrū id naturæ habet, ut calcet undas, & super fluctus eat, &c. Nimirū ex hac dissimilitudine colligēs Iesu corpus etiā in

Eccc 4 sensu

sensu doloris nostris corporibus fuisse dissimile, sic ab illis correcta fuerat scriptura. Ha-
 buerit sane illud domini corpus (ex peccato) doloris nostri naturam, si corpus nostrum id
 naturæ habet, ut calcet undas (suaapte natura, sine mirabili adiutorio dei) & super fluctus
 eat, &c. Ac paulo inferius, quæ diuus Hilarius scripsisset: Et homo ille de deo est, habens ad
 patiendum quidem corpus, & passus est sed naturam non habens ad dolendum. Sic erat cor-
 rectus, hoc est deprauatus locus: Et passus est, sed (imbecillè ut nostra ex peccato) naturam
 non habens ad dolendum. Aliquæto post, ubi scripserat Hilarius: Fallitur ergo humane exi-
 stimationis opinio, putans hinc dolere quod patitur, sic quod scriptum erat emendarat. Pu-
 tans hinc (tanquam in carne peccati) dolere, quod patitur. Similiter in calce secundi libri quæ
 hunc in modum esset scriptum: Hic ergo spiritus sanctus expetendus est, promerendus est, ea
 deinceps præceptorum fide atque obseruatione retinendus: intertexuerat, promerendus est,
 adorandus est, ueritè nimium, ne quis suspicaretur illi sensisse spiritum sanctum non esse ado-
 randum, quæ multis modis doceat patrem & filium adorandum, de spiritu nihil tale pronun-
 tiet, uidelicet quia non incidit, aut quia nondum hoc id temporis erat exacte definitum. Mi-
 rum autem, quæ idem non corruerint, & huius operis finem, ubi constanter sic scriptum est:
 Patrem scilicet te nostrum, filium tuum unam tecum adorem, & spiritum sanctum tuum, qui
 ex te per unigenitum filium est, promerear. Nam hic quoque, quæ pronunciet patrem & filium
 adorandum, spiritum sanctum nihil aliud quam promerendum dicit. Hoc genus appendi-
 ces, plus quam triginta locis comperimus additas in Hilario, tamen nos exempli causa
 unum atque alterum locum duntaxat in medium attulimus, ne molesti simus lectori. Rur-
 sus admiror non & illud esse correctum, quod scribit spiritum sanctum ex patre esse per-
 filium, ac non potius ab utroque proficisci, imò in uno quodam exemplari, id correctum co-
 peri, per eum, mutato in, cum eo. Quæ nam est ista temeritas in libris alienis, præsertim
 ueterum, quorum memoria nobis ut esse debet, sacrosancta est, quum ipsi absint à pericu-
 lo, quem uis utcumque uisum fuerit, radere, expungere, addere, demere, mutare, supponere?
 An hoc agitur, ne quis putet, in ueterum libris esse quicquam erroris? Atqui laterem, ut
 aiunt, lauerit, quisquis istuc conetur. Hanc felicitatem deus solis diuinis uoluntibus pe-
 culiarem esse uoluit. Alioqui nemo quantumuis eruditus & oculatus, non labitur, non
 cæcutit alicubi, uidelicet ut omnes se meminerint homines esse, & à nobis cum delectu,
 cum iudicio, simulque cum uenia legantur, ut homines. Quod si quid in his occurrerit,
 quod speciem habet erroris, quum aliud senserit qui scripsit, non erat contaminanda scri-
 ptura, sed scholijs adiectis serupulus amouendus, quod plerisque in locis conatur Petrus
 Lombardus, adducens simul & exponens aliquot locos de dolore ac metu Christi, libro
 sententiarum tertio, distinctione decima quinta. Non fert epigrammaticus ille poeta, eum
 qui uelit ingeniosus uideri in libro alieno. Quis autem ferat istos, qui tantum sibi sumunt,
 ut ubiubi lubitum fuerit, pro germana scriptura suos assuant pannos? Ciuilitatis est com-
 mode, quod scriptum est, interpretari. Cæterum mutare suo quenque arbitratu, quod scri-
 ptum est in ueterum libris, temeritas est, ne dicam impietas. Et tamen hoc factum depre-
 hendimus & in Ambrosianis libris, non uno in loco. Si mutata scriptura consulendum est
 scriptoris periculo, hoc in recentiorum libris potius fieri conueniebat, quos antiquitas
 nondum statuit extra iudiciorum aleam, nec mors adhuc ab inuidia uindicat. Nunc erga
 ueteres penè superstitiose candidi, in horum libris, qui nostra scribunt ætate, quædam etiam
 recte scripta deprauamus, omnia incommode interpretamur, quasi talis interpres non re-
 perturus sit & in Paulinis epistolis, quod ut erroneum, ut de hæresi suspectum, ut scanda-
 lodes, ut irreuerentiale possit calumniari. Sed his interim omissis, præstat ut de singulis
 Hilarij operibus, iudicium nostrum paucis aperiamus. Duodecim libros de Trinitate scri-
 psit exul in Phrygia, quod relegatus erat factione Saturnini cuiusdam episcopi Arelaten-
 sis imperatore circumuento. Siquidem Ariana factio, tam late radices egerat, sic inualuerat,
 ut mundus aliquandiu nutaret anceps, utram in partem sese inclinaret, præsertim quum
 per Constantium Augustum, exilijs, direptionibus, minis ac terroribus compellerentur
 accedere partibus Arianorum. Quæ de re uelut indigna queritur apud Cæsarem Hilari-
 us, ~~non inueniuntur in exemplis cogitatum, quædam in quibusdam libris
 quædam in quibusdam libris, quædam in quibusdam libris, quædam in quibusdam libris~~
 Quin & ipse locis aliquot testatur se diu siluisse, ~~quædam in quibusdam libris, quædam in quibusdam libris, quædam in quibusdam libris~~

non esset, meliorem partem posse uincere, satius esse duceret, silentio consulere quiescere
 quam intempestiuam audacia publicum orbis malum non tollere sed exacerbare. Videtur
 autem tota ut admissus, ut in hoc opere declararet atque exereret, quicquid ingenio, quic-
 quid eloquentia, quicquid sacrarum cognitione literarum posset. Videmus enim hoc fer-
 me, ut egregijs pictoribus ac statuarijs, ita claris scriptoribus studio esse, ut in uno quopi-
 am opere, exactum aliquod & absolutum artis suæ specimen relinquant, unde posteritas
 æstimare ualeat, quid præstare potuissent, si summis uiribus aditi uoluissent. Id affectasse
 uidetur Vergilius in opere Georgicon, Ouidius in sua Medea, M. Tullius in libris de
 Oratore, Augustinus in Ciuitate dei, Hieronymus in commentarijs quibus explicat pro-
 phetas, Thomas Aquinas in materia eucharistia, Bernardus in Cantico. Magis autem ad
 hunc conatum extimulamur, si contingat argumentum, non solum amplum, ac magnifi-
 cum, uerum etiam nouum, ac non perinde protritum. Siquidem operis amplitudo, præ-
 ter quam quod capax est magnifica tractationis, etiam dignitatem ex se præbet, & noui-
 tas addit gratiam. Veteres autem parcissime de rebus diuinis philosophabantur, neque
 quicquam audebant de his pronuciare, quod non esset aperte proditum his literis, qua-
 rum autoritas nobis est sacrosancta. Sed huc primum perpulit Ioannem euangelistam, Ce-
 rinthianorum & Ebionitarum impia temeritas, ut arcana quædam de Christi diuina na-
 tura literis mandaret; post Arianorum curiosa subtilitas, ad maiorem necessitatem adegit
 orthodoxos, uidelicet ut de processione naturæ diuinæ, de supercreatione filij, de ado-
 ptione in nomen dei, tum autem, ~~περὶ τοῦ ὁμοίου, ἢ ὁμοίου~~ magnis cōtentionibus dis-
 sererent, ac denique definirent. Subinde necessitatem hanc deplorat sanctissimus uir Hila-
 rius, haud quaquam ignarus quàm periculi plenum sit, quàm parum religiosum, de rebus
 ineffabilibus eloqui, incomprehensibilia scrutari, de longe semotis à captu nostro pro-
 nuciare. Sed in hoc pelagus longius etiam prouectus est diuus Augustinus, uidelicet fe-
 lix hominis ingenij, quaerendi uoluptate, uelut aura sequendiore aliunde alio prolicien-
 te. Moderator est & Petrus Lombardus, qui sententias alienas recitans, non temere de
 suo addit: at si quid addit, timide proponit. ~~Deo tandem uelut in primis, quædam in quibusdam libris~~

Erat quidem hoc argumentum splendidum in primis, ac tali tuba dignum: erat nouum, quod nisi fallor, Hilarius Latinorum primus, eloquentiæ suæ gladium strinxit in Arianos. Ea quoque res illi plurimum famæ conciliauit, præcipue quod res esset cum hoste nobili. Nam non dubito, quin apud Græcos, præter Athanasium, plures idem fecerint. Sed hoc erat illius ætatis, præter sacras literas neminem nominatim citare, præsertim si quid haussissent e Græcorum fontibus. Id enim ueluti suo iure sibi uindicabant. Alioqui mihi candidi peritoris uidentur, non dissimulare, per quos profeceris. Sic autem modo datur orationem in toto hoc opere, quasi suapte industria singula eruerit e sacris uoluminibus. Quanquam autem optassem tali ingenio, tali facundia, tali pectore, feliciorum magisque frugiferam materiam: tamen hinc quoque non mediocris erit fructus lectori, quod pleraque loca, quæ multum habebant obscuritatis apud Ioannem & Paulum explicet, mea sententia, non minus feliciter, quam accurate. Porro quod Hieronymus in epistola quadam ad Paulinū, de doctis censuram agens: Hilarium scribit Gallicano attolli cothurno, quum alioqui Græcorum stulos ornatus incedat, frustra; legi ab imperitioribus, quod interdum longis periculis inuoluatur: quanquam ubique suum quoddam dicendi genus habet Hilarius, tamen in hoc opere præcipue uerum est. Rem enim ut est probabile, mutuatus à Græcis, addidit Gallicam grandiloquentiam, quum Græcis peculiaris sit erudita simplicitas, et oratio uenusta dilucidaque magis ardeat, quam grandis & operosa. Neque raro desidet in locis communibus: quod genus sunt, periculosissimum de rebus diuinis uerba facere. Deploratum esse, cui pudor est in consilio, ut intellectum etiam errorem pertinaciter tueatur: scripturam diuinā non esse detorquendam ad nostros affectus, sed nostrā sententiā ad scripturæ regulam emendandam. Frequenter autē assurgit ad floridam quandā ac theatricā sublimitatem, præsertim quū incidunt loca, quæ facile splendescunt tractatu: ueluti de fabrica uniuersi, de natura corporum celestium, de concordia discordia elementorū, de scatebris fontium, de cursu amnium, de uicibus accessus ac recessus maris, de uarijs terræ scætibz: neque raro usque ad tragica schemata attollitur, prologopoeias et apostrophas, quibus uel hereticos, uel deum ipsum alloquitur. Et haud scio, an hæc grandiloquentia Gallorum ingenij sit peculiaris. Habet huiusmodi quiddam & Sulpitius Severus: habet & Eucherius etiā hoc elaborator, sed cura feliciorē, si quid tamen ego iudico. Nec degenerat ab hæc phrasi

phrasi Guillelmus Budæus, uir inter huius æui scriptores celeberrimus: adeo sublimis, ut tubam sonare credas, non hominem alicui feliciter elaboratus, ut eruditum lectorē nunquam satiet, trivialiter literatos procul submoueat. Porro sermonis obscuritas, tamen parum inde est, quod frequenter orationem diuersis e membris contextam, uix tandem longo circuitu absoluit: tamen illud etiam officit orationis perspicuitati, quod in argumento per se subtilitatibus inuoluto, laudem etiam affectauit argutiæ, nonnunquam & copiam. Item in affectu fecit Budæus. Carterū hoc incommodi sit leuius, si allueris. Quem admodum enim quosdam loquentes ægre intelligas, nisi sapius audieris: & quemadmodum mulicæ genus ob hoc ipsum minus delectat, quia nouum est, & insolens: ita quoniam suus cuique stilus est, sit assuetudine familiarior, ac proinde iucundior. Siquidem & Titus Lilius, quo non alius iucundior, ad primum gustum subalterus est. Id autem potissimum euenit in his autoribus, in quibus præter id quod quisque suum quendam habet gustum peculiarem, accedit cura, & subtilitatis affectatio. Quales mihi præcipue uidentur, inter oratores Quintilianus, inter poetas Horatius. Apparet hoc sensisse diuini Hieronymum, qui in epistola ad Romanum oratorem, scribit hunc in modum: Hilarius in confessor temporum & episcopus, duodecim Quintiliani libros, & stilo imitator & numero. Difficillimum est autem eum, qui uel artis præcepta tradit, uel de rebus natura subtilibus argumentatur, curam expoliendi sermonis cum perspicuitate coniungere. Quintilianus præter has difficultates, etiam breuitatem affectauit. Mihi uero ueterum dictionem uariam consideranti, inuenitur uix ullos prouinciales feliciter reddidisse Romani sermonis simplicitatem, præter aliquot, qui Romæ à pueris sunt educati. Nam & Tertulliano, & Apuleio, suus quidam est character, & in decretis Afrorum, quæ multa refert Augustinus contra Petilianum & Cresconium, deprehendas anxiam affectationem eloquentiæ, sed sic, ut Afros agnoscas. Subobscurus ac submolestus est nonnunquam Augustinus, nec omnino nihil Africum habet Cyprianus, cæteris licet candidior. Nec mirum si Gallus refert Gallicum quiddam, si Pœtus Punicum, quum in Lilius nonnullos offendat Patavinitas. Ferè sit autem, ut maior sit affectatio in his qui linguæ cuiuspiam municipes sunt, quam qui ciues: qui aduenæ, quam qui indigenæ. Nimirum hinc est, quod anus illa Theophrastum hospitem appellasse legitur, ut nimium Attice loquentē. Quanquam mihi quidem uidetur diuo Hieronymo per *ακρολογία* dictus imitatus, qui reddidit, aut expressit. Reddit enim aut exprimit parentem nata proles, potius quam imitatur. Sed natura ueris in foetu, nunc patrem, nunc matrem, nunc autem aut auiam, nunc materem aut patrum imitatur. Ad hæc in imitando conatus est, in reddendo effectus. Nec semper reddimus quod imitamur, & nonnunquam imprudenter reddimus aliquid. Alioqui ut fortè non ineptum sit amulari stilum Quintiliani, ita superstitiose cuiusdam diligentia merito uideatur, præsertim in argumento dissimili, librorum etiam numerum parem affectasse. Carterum ut in copia dissimilis est Hilarius Quintiliano: nam rem eandem subinde alijs atque alijs uerbis repetit & inculcat: ita in ordinis imitanda cura penè anxius est, nec parū temporis consumens in pollicendo quid diciturus sit, & in repetendo quid dixerit (qua quidem in re similior est Aristoteli, quam Quintiliano) multum in reperiendis transitionibus, quibus inter se partes concinne contextat: multum in excusando, si quando per occasionem incidens attackum est, quod iuxta promissum ordinem alio loco tractari debuerat. Duobus nominibus refert Plinius, qui scripsit historiam mundi: primum præfatione tam elaborata: deinde, quod primum librum totius operis elenchum esse uoluit, qui illi, ut apparet, postremo loco scriptus est. Atque hæcenus quidem de opere, cui titulus est, De trinitate: cui succedit liber de Synodis, idem argumentū aliter tractans. Refert enim in quibus Episcoporum conciliis damnata sit hæresis Ariatorum. Hunc scripsit ad Galliarum episcopos, gratulans illis quod in tantis mundi tumultibus ab ariana factione temperassent. Hunc, ut ipse testatur, uertit e Græco, sed hac libertate, ut ubique neglectis uerbis sententiā modo reddat, & ubi locus inuitat, aliquid de suo admisceat: quam libertatem sibi permittit, & in psalmos scribēs, quemadmodum mox suo dicemus loco. Porro quum hic recitet sententiās synodicas, tamen de sententiarum periculum deprecatur: non perinde, opinor, quod illis quibus hæc scribebat, diffideret, aut quod quadā non satis approbaret, sed religione quadā asseuerādi, quā nos pau-

in epistola ad Florentium, hisce uerbis: Et prolixum ualde librum de synodis Iancu r. mar
rij, quem et apud Treuiros manu mea ipse descripseram, ut mihi transferas peto. Iungi
tur huic liber, quem scripsit aduersus Constantium Augustum, Arianae factioni fauentem:
sed hic est, ni fallor, quem scripsit in eum iam uita defunctum. Fortiter enim conuiciatur,
quum caeteri ad eundem duo, quorum alterum scripsit uiuo, alterum etiam ~~scripsit~~ cre
ditur, blandius loquantur. Meminit huius rei diuus Hieronymus in catalogo: Est eius,
inquit, & ad Constantium libellus, quem uiuenti Constantinopoli porrexerat. Est alius
in Constantium, quem post mortem eius scripsit. Haec Hieronymus. Quod autem au
rius scripsit in mortuum, pietati datum est: quod blandius egit cum uiuo, Christiana pru
dentia fuit: uae mauult mederi malo, si liceat, q̄ exacerbare. Sed horum librorum mihi
nullus uidetur haberi perfectus. Quum enim exactum quiddam & operosum polliceatur,
non praestant id quod pollicentur, sed ueluti subito obticescunt. Ob affinitatem materiae
iungitur his epistola, quam scripsit aduersus Auxentium, quem Mediolani de Arianae haer
eseos confortio reum peregit: Auxentij epistola subnectitur, qua se purgat Valentiniano
& Valenti Augustis. In his euoluendis, illud obiter subiit animum meum, fortasse non de
futuros qui mirentur, quod quum tot libris, tanto studio, tantoq; molimine, tot argumentis,
tot sententijs, tot anathematis agatur, ut credamus filium esse uerum deum eiusdem essen
tia: siue ut aliquoties loquitur Hilarius, eiusdem generis, aut naturae cum patre, quod Graeci
uocant *ὁμοιοῦς*, potentia, sapientia, bonitate, aeternitate, immortalitate, caeterisque rebus omni
bus pariter: de spiritu sancto interim uix ulla fiat mentio: cum tota controversia de cognomi
ne ueri dei, de cognomine hominis, de aequalitate, non minus pertineat ad spiritum, quam
ad filium. Imo nusquam scribit ad eundem spiritum sanctum, nusquam tribuit dei uocabulum,
nisi quod uno aut altero loco in synodis refert improbatos eos, qui patrem, filium, & spi
ritum sanctum auderent dicere tres deos: siue quia putarit tum magis patrocinandum si
llo, cuius humana natura faciebat, ut difficiliter persuaderetur deum esse, qui idem esset hor
mo: & hunc Ariani diuinitate spoliare tentabant, quum de spiritu sancto nondum esset
agitata quaestio:

NON inuicior execrandam haereticam peritiam, si sanari non possit. Sed illud interim
cauendum, ne erroris uetus odio, deuoluamur in alium errorem, eamq; seruemus animi
moderationem, ne similtas nobis persuadeat, esse prauum, quod rectum est: esse dulce,
quod amarum est, & contra. Id si nulli ferè ueterum non aliqua ex parte accidit, equidem
non deprecabor hominis ociosi notam, qui haec admoncam. Tertullianus dum nimis acti
ter pugnat aduersus eos, qui plus satis tribuebant matrimonio, delatus est in alteram fo
ueam, damnans quod Christus approbavit, & exigens quod Christus non exegit, sed
suasit. Hieronymus tanto ardore pugnat aduersus eos, qui matrimonium efferebant, cum
iniuria uirginitatis, ut ipse sub iniquo iudice uix possit suam ueri causam; si reus fiat pa
rum reuerenter tractati coniugij ac digamia. Montanus dum ardentius oppugnat illos,
qui passim dignis & indignis aperiebant ecclesiae fores, plus satis laxata seueritate disci
plinæ ecclesiasticae, in diuersum incidit malum. Diuus Augustinus aduersus Pelagium
toto studio dimicans, alicubi minus tribuit libero arbitrio, quam tribuendum putant, qui
nunc in scholis regnant Theologicis. Possem huius generis exempla permulta comme
morare, etiã ex recentioribus, sed praestat opinor, in re odiosa non esse admodum copio
sum. De Hilario nunc agimus, qui tam ob uitae sanctimoniam, tum ob insignem eruditionem,
tum ob eloquentiam admirabilem auctori lumen fuit. Quanto stomacho saeuit in Arianos,
identidem impios, diabolos, blasphemos, satanas, pestes, antichristos eos appellans. iam
enim leue est haereticum cognomen. Et tamen probabile est inter Arianae factionis homi
nes fuisse, quibus persuasum esset, hoc quod de Christo praedicabant, uerum ac piũ esse.
Dogma magnis ac multis autoribus nitebatur: suffragabantur in speciem aliquot loca scri
pturae diuinæ: nec deerant rationes, quae nonnullam ueri speciem pra se ferrent. Accessit
Caesaris auctoritas, & praeter hanc ingens subscribentium numerus, cui merito fuisset ac
cedendum, si semper melior pars esset, quae maior. Ultimo certamen erat de rebus longe
seuotis ab humani ingenij captu.

mus, alij canonem appellare maluerunt, ob id opinor, quod carptim titulos aliquot exponat. Nec dubito quin hoc opus uerterit ex Origene, adeo per omnia sapit Originis & ingenium & phrasim. Quum enim illic multa præclara doceat, quæ planè elamitant auctorem ad unguem absolutum in diuinis literis, tamen aliquoties in allegorijs superstitiosior est, interim & uolentior, nimirum in hoc intentus, ut destruat historicum sensum, quali locus non sit allegoria, illo incolumi. Nonnunquam in connectendo (nam & in hoc occupatus est) uidetur aliquoties ingenio lusisse potius quàm rem seriâ tractasse. Videmus autem inter innumeras dotes, hoc uitij Origini serè in omnibus scriptis esse peculiare, qui uir utinã haberet multos ceterarum uirtutũ suarũ æmulos, ut hac in parte quoddam habuisset etiam Latinos sectatores. Porro cõmentarios quos adidit in Psalmos, Hieronymus admonet ex Originis cõmentarijs imitatos esse uertus quàm uersos, præsertim quã ipse nonnulla de suo addiderit. Ha quæ sint, prudens lector non difficile deprehendet. Sunt enim sermè ex his, quæ tot libris disseruerat aduersus Arianos. Quod autem ipse nusquã indicat quem sit sequutus, non opinor ideo factũ, ut dissimularet per quem profecisset, sed ut Originis nominis inuidiam uitaret. Quod idem ubiq; facit Ambrosius. Meminit huius operis Hieronymus in præfatione secundi libri in Micheam citans Hilariũ, qui quadraginta sermè uersũ milia ex Origene uerterit in psalmos ad sensum. Mirum autem quo cõsilio psalmos aliquot sibi sumpsit interpretandos, prætermillis reliquis, nisi forte quia non contigit plenum opus Originis nancisci. Scripsit autem quemadmodum recenset Hieronymus, in psalmum primum & secundum, dein à quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & rursus à centesimo decimo octauo usque ad extremum. Atqui nos plus habemus, quàm recenset Hieronymus, uidelicet præter duos primos, à psalmo quinquagesimo primo usque ad sexagesimum nonum, rursus à centesimo decimo octauo usque ad finem, nisi quod ultima pars abesse uidetur in exemplaribus, extrema (ut suspicor) pagina, in manu descriptis codicibus, uel reuulsa, uel detrita: quæ serè perire solet non aliter quàm (quod est in proverbio) extrema faba. Ex quibus illud colligitur, quod in psalmos scripserat Hilarius, non totum peruenisse ad Hieronymum. Nam catalogum de claris scriptoribus adidit, Hilario mortuo, ne quis causari possit, Hilariũ addidisse quædam operi, post aditũ Hieronymo catalogum. Atq; in his testatur sese ex nonnullis accepisse, quod scripsisset commentaria in Canticum canticorum: uerum negat hoc opus sibi cõspectum fuisse. Nobis plura etiã intercederant, uidelicet epistolæ quas scripsit ad diuersos. Item liber hymnorum. Nam epistola quæ superest ad Apram filiã, nihil habet Hilarij, hymnus multo minus, in quo ne carminis quidem ratio constat, quã Hieronymus alicubi testetur illum carmine scripsisse. Nos tamen utrunq; addidimus, ne gustus deesset, si quis serè uellet de his rebus iudicare. Declarat hoc phrasim et cõpositio sermonis Hilariani, in carmine non infelicè fuisse. Et fortassis aliquot hymni, quos hodie canit ecclesia, non indoctos, sed incerti auctoris, illius sunt: ueluti hymnus de signo crucis, cuius initium, Crux fidelis: de Ioanne Baptista, cuius initium, Vt queant laxis. Desideramus & commentarios in Iob, quos ut indicat ibidem Hieronymus, ex Origene uertit ad sensum. Et extat quidem inter Originis reliquias liber Iob enarrator, cuius phrasim nihil habet affine cum Hilariano charactere. Quin & præfatio testatur, idem opus ab alijs nonnullis fuisse uersum, sed neque bona fide, neq; docte, dum ex bene Græcis reddunt male Latina, quum ipse qui hæc præfatur, re ipsa declarat se fuisse hominem, qui nec Latine sciret, nec ingenio aut eruditione ualeret, sed qui tanto plus haberet arrogantia, quanto minus habebat peritia. Desideramus & eum librũ, quem scripsit aduersus Salustium præfectum, siue contra Dioscorum medicũ, in quo uidetur omnes ingenij facundiaq; utres exeruisse. Declarat id diuus Hieronymus, in epistola ad Magnum oratorẽ: Breui, inquit, libello, quẽ scripsit contra Dioscorum medicũ, quid in literis posset, ostendit. Desideratur & liber aduersus Valentem & Ursarium, historiam Ariminensis & Seleucensis synodi acta continens, nisi forte hic synodorũ libro admixtus est. Atq; hæcenus quidẽ de singulis eius uiri lucubrationibus attigisse satis est. Nunc in genere de laudatissimi uiri dotibus pauca libabimus. Ac primũ de uitæ sanctimonia quid attinet dicere, quũ autoritas ecclesiastica iam olim eum diuorũ catalogo asseripserit? Quanquã altoqui & oēs uiri libri mirũ quendam pietatis ardorem spirant. Quanta uero fuerit nominis illius autoritas, uel hinc licet conijcere, quod diuus

Hieronymus, qui penè cōtempfit Augustinum, nec ita multum tribuit Ambrosio, toties tanta cum ueneratione citat Hilariū, alibi uocans eum orbis Deucalionem, alibi Latini sermonis tubā, alibi Latine eloquentiæ Rhodanum appellans: nec uno in loco aduersus calumniantes, quod ipse Origenis ueretur, huius exemplum ueluti clypeū obijcit, cui plenissimum testimonium reddit in epistola quadam ad Marcellam: Tantum, inquit, uirum & temporibus suis disertissimum, reprehendere non audeo: qui & confessionis suæ merito, & uitæ industria, & eloquentiæ claritate, ubicunq; Romanum nomen est, prædicatur. Quid hoc elogio plenius? Nec minus honorifice meminit eius, in commentarijs, quibus enarrat Esaiam: Sanctus, inquit, & eloquentissimus martyr Cyprianus, et nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi uidentur excellere quondam in seculo arbores ædificasse ecclesiam dei? Quin & diuus Aurelius Augustinus, non sine præfatione honoris auctoritatem Hilarij citat, in libris de Trinitate. Caterum Hebræi sermonis prorsus rudis fuit Hilarius, unde si quid ex his attingit, aut ex Origenis hausit fontibus, aut parum feliciter attingit: siquidem enarrans psalmum quempiam, admonet Bresth rectius uertit in filio, quam in principio: quemadmodum refert Hieronymus in annotationibus, quas scripsit de traditionibus Hebræorum in Genesim, quum reclamet septuaginta interpretū auctoritas: ad hæc Symmachi & Theodotionis, qui magno cōsensu uerterunt *ἢ ἀφ' οὐ*, reclamet & ipsa sermonis Hebræi scriptura, quæ Bresth habet, quod Aquila interpretatur *ἢ ἀφ' οὐ*, id est, in capitulo, non Baben, quod interpretatur in filio. Dicitur autem & caput initium cuiusq; rei. Quæ quidem in re, non iniuria quis desideret in Hilario constantiam, qui quum non uno in loco mire prædicet septuaginta translatorum auctoritatem, à qua nefas putat latum, ut aiunt, unguem discedere, in hac uoce non dubitauerit dissentire. Suspitor autem locum quem notat Hieronymus, esse in commentario quo enarrat psalmum secundum. Nam illic obiter annotat Bresth Hebræis sonare tria, in principio, in capite, & in filio. Quum que uox ea uarie reddita sit ab interpretibus, ille putat ab auctoritate septuaginta non esse recedendum. Sed insignis etiam lapsus est in Olanna, quæ uocem in commentariolo, quem scripsit in Matthæum, sic docet Hebræis sonare: Sanctificatio domus Dauid, quum nihil sit in hac dictione, quod ullam habeat affinitatem cum hoc interpretamento, siquidem Hebræis redemptio dicitur Pheduth, domus Beth. Porro Dauidem quum sit eadem uox Latinis, Græcis, & Hebræis, hic non esse insertum, per se liquet omnibus, quemadmodum alicubi docet Hieronymus. Porro Græcas literas tenuiter attingerat, si quidem Hieronymo credimus: cuius uerba super hac re subscribam ex epistola quadam ad Marcellam, qua explanat psalmum centesimum uicesimum sextum: Nisi inquit, quod non eius culpæ ascribendum est, qui Hebræi sermonis ignarus fuit, Græcarum quoq; literarum quandam aurulam ceperat, sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter usus est: ex quo ea quæ intelligere non poterat, quomodo essent ab Origene dicta quærebat, Qui quoniam in hoc psalmo cōmentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam, quam inscitiam uoluit confiteri: quam ille sumptam clare sermone disseruit, & alienū errorem disertius exequutus est. Hæc uerba Hieronymi uerba recensimus, in quibus dum sedulo patrocinator Hilario, satis odiose tractat Heliodorum, præsertim quū id quod adfert, nihil aliud sit quam diuinationis. Sed ut obiter hic patrocinemur Hilario, mihi non sit uerisimile, uirū tantum usq; adeo fuisse credulum, ut in enarrandis diuinis literis totus pependerit ex alieno iudicio: nec adeo rudem Græcæ literaturæ, ut nō potuerit ipse sensum deprehendere, præsertim in Origene, cuius sermo mire perspicuus est: id quod facile cōtestari potest ex his quæ Latine uerba supersunt. Quanquam nō satis uideo, quid hic usq; adeo diuum Hieronymū offenderit. Nam quod adfert uarias ueterum interpretationes ex Hebræo, nihil ad Hilariū pertinet, qui semper ex professo sequitur septuaginta uersionem, qui hoc loco transulerunt *ἐκ τῆς ἑβραϊκῆς*. Caterū quod ait Hilariū interpretatum filios excussorum, apostolos, quod iussi sint pedum puluerem excutere in eos, qui non recepissent Euangelium, si quis attentius legerit commentarium Hilarij in psalmum: Nisi dominus ædificauerit domū, comperiet aliquanto se eius habere. Nam, mea sententia, uocat apostolos ac prophetas excussorū, hoc est, impiorum filios, qui sua culpa reiecti sint à deo, & excussi in execrationem, ob pertinacem incredulitatem. Caterū quod obiter duobus uerbis meminit de puluere pedum excussorū, non huc pertinet

pertinet, ut apostoli dicantur excussi, sed ut puluis excussus in incredulos Iudeos, significet ipsos ob pertinaciter reiectam Euangelij gratiam excussos in reprobam mentem: id quod clarius etiam explicat commentarius in Matthæum: Et signo, inquit, pulueris pedibus excussi æterna maledictio reliquatur. Referrem & ex psalmis ipsius Hilarij uerba, nisi longum esset ac molestum lectori, præsertim in præfatione. Proinde res ipsa loquitur hic Hieronymum, aut memoria lapsus esse, aut Hilarij commentarium parum attente legisse. Iam quod probat Hieronymus Marcellæ cōmentū, quæ scripserit apostolos fuisse filios excussorum potius, quam excussorum, equidem nō uideo quid sibi uelit, nisi forte quemadmodum Græci dicunt *ἰατροὶ*, id est medicorum filij, pro medicis, ita dicuntur filij excussorum filij, pro excussis: alioqui successores apostolorum potius uocandi erant excussorum filij, si recte nomine excussoribus intelliguntur apostoli. Nec absurdum est tamen excussos dici, qui se excusserint, quemadmodum loti dicuntur, qui se lauerint: & cœnati, qui cœnauerint. Sic enim dicitur & puluis excussus, & homo fetus pes excussus, quemadmodum dicitur aspersa labe homini, & homo labe aspersus. Hæc obiter attingere uisum est, non in hoc tantum ut patrociner Hilario, uerum etiam ut intelligamus olim non fuisse religionem sanctissimis uiris, à quamlibet magnis auctoribus dissentire. Præterea summos etiam uiros aliquoties dormire, quemadmodum hic dormitauit Hieronymus in taxando Hilario. Amicus uterque, sed omnibus amicior esse debet ueritas. Nunc ad illud quod institueramus sese recipiat oratio. Quanquam facile crediderim illum non ad plenum scisse Græcas literas. Etenim quod ad orationis concinnitatem attinet, felicior est in his quæ ex sese, suoq; quod aiunt, Marte scribit, quam in his quæ uerit, quum in his quæ uerit, densior ac sanior sit in sententijs: idq; suspicor in causa fuisse, ne quid susceperet uertendum, nisi cum hæc libertate, ut suo arbitratu redderet sententiam, omittis etiā aut additis quæ uidentur. Nam id tutius semper eius sermonis unde transferunt. Sumpsit idem iuris sibi Poggus in uertendo Diodoro Siculo: sumpsit sibi Rufinus in uertendis penè singulis quæ transtulit, præsertim in libris Origenis, & Eusebij Cæsariensis historia. Verum hæc non est libertas interpretis, sed licentia potius contaminantis aliena scripta. Quanquam Hilarius nusquam interpretem profiteatur, præterquam in Synodis, nihilo magis quam Ambrosius, qui sua ferè hausit ex Origenis lucubrationibus. Mihi lapsus uidetur ex occasione Græci sermonis, quum distribuens suam cuiq; personæ proprietatem, æternitatem assignat patri, imaginem filio, usum spiritui sancto. Fortasse Græce legit, *ὁ θεὸς*, siue *θεοσύνη*, atq; ea dicitio Græcis dicta est *θεὸς ὁ θεὸς*, hoc est ab utendo: unde & *θεοσύνη* dicitur comis & commodus ad uitæ consuetudinem *θεοσύνη* inutilis. Caterum *θεοσύνη*, siue *θεοσύνη* Græcis non tam sonat usum siue utilitatem, quam bonitatem, comitatem, suauitatem, siue ut frequenter uertunt, benignitatem. Potentia patri tribuitur, sapientia filio, bonitas spiritui sancto. Quem locum citat Augustinus in opere de trinitate, non nihil laborans in exponendo quid sibi uelit nomen usus. Caterum utcumque hoc habet, quum diuus Hilarius non admodum Græce calluerit, tamen operæ precium est uidere in psalmis, quam anxie philosophetur in dictionibus Græcis, nunc proprietatem & emphasim diligenter indicans, nunc quiritans à Latino interprete non satis commode redditam Græci sermonis sententiam, nunc amphibologiam amouens ex uerbis Latinis, Græci sermonis præsidio. Et ubi sunt interim isti, qui negant in literis sacris ullum esse usum Græcarum literarum? Vbi sunt isti Cameli uerius quam homines, qui blaterant ex Græcis literis nihil aliud oriri quam hæreses? Et quum hæc uociferentur in publicis concionibus, mirantur si quibus uidentur esseboro egere. Quin & translatio qua utitur, diuersa est ab hac, quæ nunc uulgo recepta est. Porro quum Cypriano sua sit translatio, quum Augustino sua, quum Ambrosio sua, quū Hilario sua, quum Tertulliano sua, ab omnibus diuersa, satis apparet olim nullam fuisse communem omnium. Minutiora fortasse uidebuntur, quam ut sint indicanda, uoces quasdam & orationes esse huic peculiare, præter publicam consuetudinem Latine loquentium. Nam his pronominibus, sui & suus, durius sabinde utitur. Item tecum, & cum illis, usurpat pro eo quod erat, iuxta tuam, iuxta illorum opinionem. Nam intimare pro significare, reperitur & apud alios, sed recentiores. Disproficit aliquoties usurpat pro degenerat, siue in peius proficit. Zabolus pro diabolo, non apud hunc tantum inuenitur, & ex antiquitate

ductum uideri potest: quae non solum in dictionibus compositis, uerum etiam extra compositionem se usurpabat pro *esse*. Graecas aliquot, aut Hebraicas uoces usurpat nonnunquam iuxta Latinam inflexionem, nonnunquam iuxta Graecam. Rheumam alicubi dicit pro rheumate, quasi dicas, rheuma rheumae, ut musa musae, Pascha alicubi dicit & mannam. Rursus alicubi dicit diapsalmam & diapsalmam, alias diapsalma & diapsalmatis. Est ubi manitellarum deprehendas solœcismum, sed quales solent nonnunquam & eruditissimis obrepere, adeo ut & in Ciceronis libris unum atque alterum deprehendas, ne quis continuo mendum esse suspicetur, & rasuram patet, Referrem aliquot exempla, nisi suis locis annotallam in spacio marginali, quanquam & alio qui non difficile cuius fuerit ex Helencho reperire. Inarrans psalmum centesimum uicesimum quartum, scribit hunc in modum: Postquam conuersio sit prophetae retributione à domino et qui ab iniquitate manus abstinerit in precantis: Bene fac domine bonis & rectis corde, probitate & uoluntatis, & facti in utroque significans. Sic enim subiicit significans, quasi praecessisset: Postquam conuersus propheta, retributionem imprecatur, &c. Et huius generis sunt sermone ceteri: siue hoc accidit humano lapsu, quales deprehenduntur & in Cicerone: siue à Graecis mutuatus est, qui sic patrum casum ponunt absolute, quemadmodum nos ablatiuum & rectum casum usurpamus interdum loco patrum. Hoc uerbum quod *ἀνερόδωτον* Graeci uocant, potissimum accidit his, qui longo circuitu uix tandem absoluunt orationem, quibus magis circa rem, quam circa uerba sunt intenti. Quod genus, si quis dicat, non licuit ad te scribere: post multis in medio interiectis, tandem subiiciat, uarijs negocijs occupatus: quasi praecessisset, non potuit ad te scribere. Hoc à ueteribus factum nos citra culpam imitatur, dicentes: Non sum id ne scius: Quoties eius diei mihi uenit in mentem. Id anus mihi iudicium fecit. Perinde quasi pro Nescius sum, dixisses Nescio: pro Venit in mentem, Recordor: pro Iudicium fecit, Indicaui. Similis locus est, sed hoc euidentior in enarratione psalmi centesimi quadragesimi primi: Corpus enim quod cruci affixerant contuentes, potestatem animae, quae se signis & factis deum probauerat, nemo quaerebat. Hic rursus, contuentes, positum est pro eo quod erat, dum contuentur. Atque haec exempli gratia retulisse suffecerit. Sed nae ego insigniter impudens, qui lectorem audiu, tam loquaci praefatione remorem à lectione diuini operis. Desinam igitur, si prius unum illud abs te petero, Praesulum optime, ut hoc quicquid est laboris, tuo dicatum nominem, mei erga te studij pignus ac monumentum esse uelis. Quid praestiterimus, aliorum esto iudicium. Certe magnis sudoribus adnixi sumus, ut Hilarius unicum illud Galliarum lumen, aliquanto castigatior ac nitidior exiret in manus hominum. Prodidit autem & gratiosior, si tuus accesserit fauor, cuius prima est apud omnes autoritas, cuius integra sinceraque iudicia, nulli non perspecta sunt. Nimirum respondes egregie Carondileticae gentis indoli, cuius felix fecunditas, nobis praeter eximium illum Burgundiae cancellarium multos dedit, quorum ego quinque noui, uiros non minus humanos quam integros, omnique genere ornamentorum cumulosos. Vides igitur quid uener, nimirum ut ex Carondilectici nominis splendore nonnihil fauoris conciliem Hilario, quem oportet omnibus sacrae doctrinae studiosis esse commendatissimum. Video enim quosdam praenouis libellis, qui nunc undique prouolant, ueteres autores fastidire: intantum, ut & Origenem & Hieronymum ueluti sexagenarios, quod est in proverbio, de ponte deturbandos existiment. Ego uero ut non arbitror aspernandum, si quid horum temporum ingenta, uel excogitauerint uel instaurauerint: ita mentis est improbae, uel uelati non suum deferre honorem: ingrata uero etiam, eos rejicere, quorum industriae tantum debet orbis Christianus. Quid enim nunc possemus in sacris literis, nisi Origenis, Tertulliani, Chrysostomi, Hieronymi, Hilarij, Augustini monumentis adiuti? Ego uero nec Thomae nec Scoti libros in totum antiquandos esse duco. Scripsere suo seculo, multaque nobis à ueterum libris hausta, subtilius excussa tradiderunt. Ceterum necistorum inciuilitatem approbo, qui huic autorum generi tantum tribuunt, ut bonis literis feliciter ubique repullulantibus obstrependum putent. Varias sunt ingeniorum dotes: multae seculorum uarietaes sunt, quod quisque potest, in medium proferat: nec alteri quisquam inuideat, qui pro sua uirili, suoque modo conatur publicis studijs utilitatis aliquid adiungere. Veteribus debetur reuerentia, praesertim quos praeter eruditionem & eloquentiam, uita quoque commendat sanctimonia: sed ita, ut cum iudicio legatur: recitatoribus debetur candor, ut absque inuidia legantur

gantur, nec sine defectu tamen. Absit autem ubique rabiosa contentio, pacis & concordiae pestis: nec absint à studijs Gratiae, quas Musarum comites non temere sinxit antiquitas. Ampliudinem tuam diu nobis incolumem seruet is, sine quo nihil esse potest saluum. Praesulum ornatissime, Basileae, Nonis Ianuarijs, Anno à natali Christi M. D. XXII.

In Arnobium.

ADRIANO HUIUS NOMINIS VI. PONTIFICI ROMANO
nuper electo Erasmus Roterdamus S. D.

VVM facile diuinarem beatissime pater, quanta gaudiorum ambitione strepituque Roma foret exceptura longe gratissimi pontificis aduentum, praesertim tot iam mensibus desideratum, ratio mihi quaesita est, ut inter tot milia gratulantium, inter tot acclamantium & applaudentium agmina, inter tubarum uoces & bombardarum tonitrua, tamen humilem, exili uoce, denique procul etiam absentem non omnino mutum agnosceres Erasmus, ut quondam tuae doctrinae Theologicae auditorem, & integritatis admiratorem, ita nunc tuae sollicitudinis Apollonicae ouiculam. Sic Zachaeo puillio quaesitum sycomori praesidium, ut uideret Iesum & ab eodem uideretur. Imò non tam haec ratio mihi quaesita est quam ultro oblata. Benignitas enim domini Iesu, cuius peculiari uoluntate ad istuc muneris ascium esse te persuasurum est omnibus, quum pollicita sit inuenturos eos qui quaesissent, mihi non quaerenti, organum, ni fallor, aptissimum obtulit, quo tibi gratulationis officium, haud quidem uulgari more persoluerem. Obtulit enim psalterium Dauidicum, digitis Arnobij, peritissimi psalmistae, mea sententia dulcissime resonans. Et si quid faciunt ad magnificentiam, tædarum ac funalium flammam, habet hoc organum non solum efficacem & amabilem pijs auribus tinnitum, uerum etiam habet & ignem suum, habet et suas & faculas, de Christi igne lucentes, quem ille uenerat sparsurus in terras. Hoc ut longe magis decorum est uere Theologo & integerimo Pontifici, ita non dubito quin sit & multo gratius futurum animo tuo, quam lituorum cantus, aut tormentorum gregororum crepitus, aut incondita populi tumultuantis acclamationes. Sed ne molestus sim anigmatis, rem ut habet simpliciter eloquar. Hodie sermone temporis, quo huc rumor omnibus latissimus allatus est, te magno consensu Cardinalium ascitum ad pontificij Romani culmen, missi sunt ad nos è uenerabili collegio ac disciplinae regularis nomine cum primis commendato, quod inter Vuormaciam Vangionum ciuitatem, & Spiram Nemetarum urbem situm, uulgo dicitur Frankental. Commentarij in psalmos Dauidicos, Arnobij titulum praeseferentes. Qui mittebant, non confidebant placituros, uel quod ieiui uiderentur, uel quod impolito sermone passim manifestarijs solœcismis scaterent. Verum simulatque degustanda lectionis gratia, unam atque alteram pagellam euoluissim, sensim protinus non illam esse uulgarem infantiam, sed expolitissimam impolitam, & copiosissimam breuiloquentiam. In uerbis duntaxat esse parsimoniam ac neglectum, in sensibus amplissima splendidissimaque esse omnia. Quoque sum altius ingressus, hoc magis mihi creuit operis admiratio, ut plane sentirem mihi thesaurum quempiam insignem oblatum, sed ut Pauli more dicam, in uasculo fictili. Coepit me semper fateor, in autoribus etiam sacris sermonis mundities, & offendit balbuties. At utinam nobis contingant plures, qui de mysterijs scripturarum sic balbutiant, ut hic Arnobius, tanta luce, tanta eruditione, tam fecunda breuitate, tanta denique sanctimonia. Sed ne sermonis inconditi, multisque locis solœci praesidium operis autoritate eleuet, praesertim apud eos, qui ex orationis uirij, prudentiam etiam aut eruditionem aestimare solent scriptoris, priusquam aggrediar de laudibus autoris et operis dicere, primum illud lectorem admonitum uolo, quicquid hic est solœcismorum, non esse profectum ab incertia, sed à iudicio, nec homini imputandum, sed tempori. Quum enim Arnobium eloquentiae professione clarum fuisse constet, etiam antequam fidei nostrae mysterijs initiaretur, quumque Lactantius discipulus satis declararet, quam non infans fuerit ille praceptor, quumque catechumenus scripserit eloquentissimos libros aduersus gentes, Tertullianum imitatus, quemadmodum hunc imitatus est Lactantius, non potest imperitia uideri, quod in hoc opere, tot solœcismi comperiantur, praesertim adeo manifesti, ut uix Holcot aut Bricot solœcisset crassius. Nec est, quod hinc suspicemur hunc Arnobium esse diuersum ab illo, cuius opus aduersus gentes etiam ob orationis elegantiam laudatur

datur. Idem scripsit, sed non scripsit isdem. Illud opus scripsit eruditus, hoc scripsit vulgo. Cōstat autem apud Hispanos, Aethiōs, Gallos, reliquasq; Romanorum prouincias, sic sermonem Romanum fuisse vulgo communem, ut Latine cōcionantem intelligerent etiam cerdones, si modo qui dicebat, paululū sese ad vulgarem dictionem accommodasset. Declarant hoc conciones ac disputationes quaedam Augustini apud populū habitae, quas ex ipsa re constat non ab Augustino scriptas fuisse, sed à notarijs exceptas, qui nō solum retulerunt in scriptum, quod dicebatur, sed etiam quod agebatur. Quod si quis postulet sibi eui digito commonstrari, unde huius rei possit experimentum certum capere, legat disputationem Augustini cū Maximino, & conferat initiū disputationis à notarijs exceptum, eum eius operis sine, quem ipse descripsit, quod Maximinus se subduxisset disputationi. Legat duas conciones, quibus expurgat famam de clericis suis sparsam in populo, Legat orationem, qua ex populi suffragijs sibi designat episcopum succellurum, & in leuioribus negocijs futurum uicarium, Legat cātionem aduersus Donatistas, quā vulgo canendam lingua vulgari descripsit. Haec si quis conferat cum his quae scripsit eruditus, ueluti de Trinitate, de Ciuitate dei, facile colliget, quantum interuenit inter sermonem eruditorū et imperite multitudinis. Ac ne Romae quidem eo tempore quo maxime florebat ea lingua, omnes loquebantur quemadmodū loquebatur Cicero. Et iam tum vulgus uturpabat libi quaedam suo iure, quae docti damnabant. Dixit aliquis, quid uenit in mentem Arnobio uiro facundissimo, ut hos Commentarios plebeiae linguae committere uoluere. Primum olim nihil erat popularius psalmis Davidicis, adeo ut hinc & arator aliquid modularetur ad stiram, & nauclerus ad clauum, & nauta ad remum, & fossor ad glebā, & textor ad stamen, & uxor ad colum. Deniq; infantes hinc aliquid gestitent canere nutriti, priusquam fari nosset. Tantus amor olim habebat omnes huius diuinae musicae, quam nunc plebs fastidiunt etiam sacerdotes. Proinde uoluit Arnobius ab omnibus intelligi, quod uidebat cantari ab omnibus. Persuasit hoc illi Christiana charitas, quae studet prodesse q̄ plurimis. Maluit balbutiens utilitatem adferre multis, quam eloquentiae laudem auferre apud paucos. Et hanc linguam popularem intelligebat & eruditus, ut nec illis periret fructus mysticae cognitionis, quo percepto non oportet orationis phaleras efflagitare. Adhuc etiam & alteram causam ex mea suspitione, ut ego quidem arbitror, nō improbabilem. Refert diuus Hieronymus in appendice quadā, quam atexit chronice Eusebij Caesariensis, hunc Arnobium quum ethnicus adhuc in ciuitate Sicca iuuentutem institueret ad de clamandum, in somnijs adactum fuisse ut flagitaret baptismum. Quumq; non impetraret ab episcopis quod petebat, quod illis persuaderi nō posse illum sincero animo uelle profiteri religionem, quam haecenus impugnasset, elucubrauit aduersus pristinā religionem luculentissimos libros, atq; his tandem uelut obsidibus datis, pietatis foedus impetrauit. Porro ne quid suspicionis etiam haereret in animis simplicium Christianorum, qui superbam illam & artificiosam eloquentiam uel oderant, uel habebant suspiciā, in his Commentarijs deposuit omnem rhetorices strepitum, seseq; ad infimae plebis orationem deiecit, quo declararet sese toto pectore Christianum esse. Nam opus hoc suscepit iussu duorum Episcoporum, Rustici & Laurentij, quemadmodum ipse testatur sua praefatione. Atq; hoc factum obedientiam uocat, ut coniectura sit, aut catechumenum loqui, aut certe recens Christianum. Proinde si quis reputet, quibus ista scribat Arnobius, non debet uideri solæcismus, si quid inciderit diuersum à consuetudine loquentium emendatius, imò solæcismus erat, nisi sic fuisset loquutus. Veluti si quis vulgo Romanorum hodie loquatur, quemadmodū olim loquutus est diuus Gregorius, quum adhuc esset sermo popularis incorruptior, aut si quis apud Hispanos uerba faciens, secus loqueretur q̄ habet publica illius gentis consuetudo, duplex incommodum lucrifaceret: Primum, non intelligeretur ab ijs quibus loqueretur. Deinde ut Barbarus offenderet ac rideretur. Quare scriptoris huius exemplum nihil suffragatur his, qui quum scribant literatis, et ea lingua, quae temporibus his nihil habet commercij cum populo, tamen laudi quoq; sibi uerti uolunt, quod ineptis sensculis, sermonis ineptiā uincunt. Nam precipua uis eloquentiae in rerū inuentione sita est. Quamquam nunc quoq; non est fastidienda in scriptore Christiano munda simplicitas, modo si cut absunt phalerae, lenociniaq; sic absint & sordes. Neq; enim Arnobius si nūc scriberet isdem uteretur solæcismis, sed aut plane Gallice scriberet, si uulgo Gallorum scriberet, aut pur-

aut pure Latine, si scriberet literatis. Nimirum huius generis erat Apostolorū sermo, quo nobis nouum Testamentum literis prodiderunt. Sic tum auriga loquebantur & nauta. Talis erat sermo, quo primū in lingua Latinā translati sunt noui Testamenti libri, in quibus si qui solæcismi nunc offendunt aures literatorū, magis ascribendi sunt illorum temporum receptae consuetudini, q̄ interpretū imperitijs. Sed ut tum expediebat sic scribere, quia populo scribebatur, ita nunc ineptū sit affectare solæcismos, qui nec illiteratis profint, & literatos offendant, & rem obscurant, & autoritatē scriptoris eleuent. Ceterum ut satis constat populū corrupisse Romani sermonis puritatem, ita uerisimile est apud alias nationes, alijsq; temporibus aliter fuisse corruptum. Certe duo quaedā deprehendimus in hisce Commentarijs, quae diuus Aurelius Augustinus testatur aetate sua uulgo corrupte solere pronuntari. Nam in commentario psalmi centesimi tricesimi octauo, osium pro os, unde ducitur paternus casus ossis, & multitudinis casus ossa: Et floriet pro florebit, nō semel ab hoc positū est, & ita, ut satis appareat non esse casu factum: & quū dixisset os, uelut interpretans populo, adiecit, id est, osium. Vtriusq; rei meminit diuus Aurelius Augustinus in opere cui titulus indidit De doctrina Christiana. Siquidē libri tertij capite tertio scribit hunc in modū, de uocibus ambiguis differens: Nam quod scriptū est, Non est absconditum à te os meū, quod fecisti in abscondito, non elucet legenti, utrum correpta litera os pronunciet an producta. Si enim corripiat, ab eo est quod sunt ossa. Si autē producat ab eo quod sunt ora, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguae praecedentis inspectione diiudicantur. Nam in Graeco non *osia*, sed *osioy* positū est. Vnde plerunq; consuetudo loquendi uulgaris utilior est significandis rebus, q̄ integritas literata. Mallem quippe cum Barbarismo dici, nō est absconditū abs te osium in eum, q̄ ut ideo esset minus apertū, quia magis Latinum est. Idem libro secundo capite 13. de uitijs sermonis disputās: Illud, inquit, etiam quod iam auferre nō possumus de ore cantantū populorū: super ipsum floriet sanctificatio mea, nihil profectio sententijs detrahit. Auditor tamē peritior mallet hoc corrigi, ut nō floriet, sed florebit diceretur, nec quicquā impedit correctionē, nisi consuetudo cantantium. Ex his colligere licet hos cōmentarios & Afris fuisse scriptos, & praefcis illis temporibus, fortassis praestiterit & alios aliquot barbarismos indicare, quo minus offendatur praemonitus lector, quum inciderint, neue statim mutet scripturā à librarijs deprauatam suspicans. Poenitentia uerbū, non raro usurpat deponentaliter. Item tribulantes frequenter ponit pro ijs qui affliguntur, nō qui affligunt. Similiter confundentes pro erubesceres, quasi tribulari & confundi deponentia uerba sint nō passua. Hoc flos, & hoc ros constanter pronunciat genere neutro, nimirum ad formam os oris. Carendi & urendi uerbo adiungit accusatiuum. Haec manna manna inflectit, ut nos anna anna. Gregorij exemplo saepenumero nominatiuum ponit absoluto loco ablatiui, uelut in commentario psalmi centesimi decimi quarti, et psalmi octogesimali quarti. Nonnunquā adiungit casum, non quem recipiunt ea uerba quibus utitur, sed quem admittit uerbum quod circumloquitur, uelut psalmo octogesimo octauo: Memor esto Apostolos, pro memeto Apostolos. Ad tropate dixit alicubi, uoce nimirum id temporis uulgata magis quam proba, pro eo quod erat per Tropologiam applicare. Hanc uocem paratura, quae Tertulliano peculiaris est, nonnunquam & apud hunc inuenies: qui ut aetate praecessit Arnobij, ita gentis eiusdem fuit. His nō dissimilia, quae dā obuia sunt in libris Augustini, maxime ijs quibus loquutus est apud populum, uelut subdiacones & diacones, & baptismū genere neutro. Haec referte uisum est, ne cui sordescat opus eruditum iuxta ac pium, ob haec & huiusmodi sermonis uicia, quae apud eos quibus tum scribebat adeo uicia nō erant, ut si secus dixisset, habitus fuisset barbarus. Poteram mutata phrasi & adiectis paucis exiguo labore totius operis gloriam in me transferre, sed primū illud semper alienissimū fuit à moribus meis, alieni meriti gratiam mihi suffragari. Deinde uisus est Arnobius indignus, qui hac portione laudis apud posteros fraudaretur. Interciderūt illi laudati libri, quibus pugnat aduersus gētes. Saltem hoc superstit illius toties Hieronymo laudati ingenij monumentū. Atq; huius quidē operis in catalogo scriptorum illustriū nō meminit Hieronymus. Fortassis in causa fuit, quod is liber, ut uulgo scriptus, tantum in Africa circūferebatur, aut notior erat, omniumq; manibus tritior, quam ut Hieronymus putarit recensendum. Ita rebus nonnullis nimia celebritas obliuionē induxit. Haec nimirū occasione nūc desideramus titulos operū Origenis, Simili

Simili casu fueramus ignoraturi libros Tertulliani, nisi nuper aliquam partem felicior studijs deus prodidisset. Proferam & aliud argumentum, unde præter stili coniecturam possis antiquitatem scriptoris colligere. Aliquot hæreticorum per occasionem meminit, Manichæi, Novati, & Arrii, sed nullius, cuius ætas posterior fuerit ætate Arnobij. Nam Arrii nam hæresim apparet huius ætate fuisse exortam. Floruit enim sub Imperatore Diocletiano, circiter annum orbis redempti trecentessimum vigesimum nonum. Cæterum nec Donatistarum, nec Pelagianorum meminit, quum utraq; pestis hæc exorta sit in Africa, quorum priores hoc defuncto, aut admodum sene exortos apparet, alteros ætate Augustini constat exitisse. Et tamen Arnobius hic uno atq; altero loco disputat De libero arbitrio, ubi non tacuisset Pelagium, si ille fuisset antiquior. Quum igitur demonstratum sit in his quæ sola poterant offendere, nihil esse quod debuit quenquam offendere, quum & autorem tantopere nobis commendat Hieronymi autoritas, quum opus ipsum tanta cõmendat antiquitas, nunc paucis aperiam quæ me tantopere rapuerint in huius uoluminis admirationem. Primum illud in confesso est, inter omnes sacræ scripturæ libros, nullum esse mysterijs abstrusioribus plenum, quàm librum psalmorum, nec alium esse maioribus tenebris opertum uerborum ac sententiarum. Atq; in tali argumento simul & breuem esse & dilucidum, quod hic utrunq; mire præstat, mihi uidetur hominis pariter & exquilitate sacundia, & penitus intelligentis rem de qua loquitur. Nullus enim paucis explicat, quæ parum intelligit. Nullus tam obscura tam dilucide posset efferre, nisi dicendi rationibus omnibus exercitissimus. Nusquam est præfationum ac digressionum ambagibus molestus, sed ubiq; præclarus artifex festinat: & in medias res, non secus ac notus auditorem rapit, quod in Homero laudauit Flaccus. Nec usquam est ambitiosus in citandis sacrorum uoluminum testimonijs, sed totus sermo uelut ex emblematis ac tessellis arcanae scripturæ concinnatus est, ac frequenter ita contexit psalmi quem exponit uersus aliquot, ut paucis uerbis additis, etiam illa lucem habeant, quæ non interpretatur, sed ita refert, ut perpetui sibiq; coherentis sermonis tenor suam habeat gratiam. Iam quod in perspicuis etiam argumentis difficilissimum est, sic docet aperte, ut nihil sinat frigere ab affectibus. Plus indicat oratio quàm loquitur, ac properans multum & cogitationum & aculeorum relinquat in animo, ut nescias utrum prius in te efficiat, ut intelligas, an ut rapiaris. Iam hoc non solum est eruditum, uerum etiam amantis quod docet. Si quid incidit, quod ex reconditis antiquarum rerum historijs, aut ex eorum libris, qui de naturis animantium, aliarum uerè scripturæ pferre, petendum erat: nihil est tam abstrusum apud ethnicos, aut sacros etiam scriptores, quod hic paucis uerbis non indicet, nihil interim ostentans aut iactans uarietatem eruditionis, quod in nonnullis etiam magni nominis scriptoribus sæpe nobis molestum est. Sed rem uere sacram Apostolica quadam simplicitate sinceritateq; tractat. Nec congerit aliena, nec usquam uim facit diuinæ scripturæ, sed quicquid adducit, ei loco natum esse dicat. Maluit enim optima referre quàm plurima. Porro quum à locis abstineat, quos argumenti seueritas non patiebatur, tamē sentias per totam dictionem fusam esse perpetuam quandam festiuitatem & iucunditatem. Nusquā ipse languet aut dormitat, et semper alertitate dictionis subleuat ac recreat lectorē. Sic incipit, ut ilico reficiat sic properat, ut non possit somnus obrepere: sic finit, ut sitientem adhuc et plura cupientem dimittat. Iam quæ in Tertulliani, Origenis, ac omnium penè ueterum libris quædam admixta sint, quæ aut manifestum habent errorem, aut suspecti dogmatis sunt, hic sic ubiq; temperat calamum, ut nihil usquam compererim, quod ulli hæresi sit affine. Nam quod scribit in commentario psalmi decimi quarti: Iesus autem immaculatus solus uirginē aulam ingressus ipsum tabernaculum à maculis carnalibus liberauit: Non sensit de maculis quæ ante ingressum Christi fuissent in Maria, sed quæ in alijs sceminis esse consueuerunt, à quibus Christus suam matrem seruauit immunem, & auxit castitatem potius quàm uiolauit. Quin & ecclesiæ Romanæ uidetur hoc honoris deferre, ut extra catholicam ecclesiā sit, qui sit ab hac alienus, quæ totius ecclesiæ teneat principatum, quæq; Petrum Apostolorum principem meruerit habere pastorem. Locus est commentario centesimo sexto, & in Commentario psalmi centesimi tricesimi octaui docet, eximiam quandam potestatem Petro tributam à Christo, quem ter negauerat, haud dubie loquens de potestate pascendarū ouium. De uotis aliquoties meminit, sed his duntaxat quibus in baptismo Christum professi,

mundo

mundo fatanæq; renuntiauerimus, non quod arbitrer illum reliqua uota contempsisse, sed quod hæc, ut sunt, præcipua duxerit. Nec dubito quin in his cõmentariolis, Origenis industria fuerit adiutus, qui in nullum opus diuinæ scripturæ frequentius addidit commentarios quàm in psalterium. Nam locis aliquot declarat se Græca calluisse. Sed interim dixerit mihi quispiam, quid hic gratiæ tibi postulas, qui nihil largiris de tuo? Non recuso quominus tota laus sit penes Arnobium, modo quàm plurimum utilitatis hinc maneat ad ueræ pietatis candidatos. Et tamen est aliquid prodidisse librum antehac obscurum, atq; etiam ob dictionis uitia contemptum. Est aliquid huc perpulisse Ioannem Probenium, ut suo sumptu suoq; periculo nouum opus excuderet suis formulis. Non enim semper eque feliciter litis cadit additionis alea. Postremo uix quisquam credat quantum fuerit negotij in castigandis erroribus scribæ, quod ut facerem, sæpe totus psalmus erat relegendus, ut illinc subodoraret lapsus occasionem. Erant obseruandi familiares. huius operis solocismi ac barbarismi. Alicubi res planè Delium quempsam natatorem postulabat, aut Sibyllam potius. Huius generis unum exemplum dabo commentario septuagesimo septimo. Scriba non intelligens sic pinxerat: quod aures infaciens. His uerbis quum nihil omnino significaretur, diuq; me torissem, diuinaui id quod res est scriptum fuisse, quod auxelim facies. Nam in pleriq; scripturis figura huius literæ x. non multum abhorret ab r. Itaq; scriba Græce prorsus ignarus, & Latine minimum doctus, ex auxelin fecerat aures in. Item commentario centesimo quinto scriptum erat: Suscipiat regulam pœnitentiæ, exclusio noua ita ut centesimum quintum psalmum &c. Nos ex coniectura restitimus: excluso Nouato, siue Nouatiano. Nam uterq; fuit eiusdem hæresis, nec admittebat pœnitentem. Nouum igitur opus nouo Pontifici, sanctum ac theologicum opus integerrimo Theologo Pontifici dedicamus. Id, uti spero, tua sanctitas hoc libentius accipiet, quod hoc munusculo nihil ueretur (Sumus enim nostra quamuis tenui fortuna contenti) nisi ut hoc opus tuis auspicijs exeat in manus hominum, hoc nimirum uberiores pietatis fructu allaturum, si tuo calculo fuerit comprobaturum, quem ad istud dignitatis fastigiū non ambitio, non uisus fauor humanus, sed ut confidimus omnes, propitij numinis uoluntas euexit, ut esset non minus optimus integritate, quàm maximus autoritate, qui hos impios orbis Christiani tumultus, iam heu nimium diutinos, ac semper in peius gliscentes aliquando componat. Videmus duos præcipuos orbis monarchas infensis animis inter se conflictari, ut uillam esse portionem orbis nostri immunem à bellis, à caedibus, à prædationibus. Et quanquam religio Christiana, quæ olim omnes mundi plagas occuparat, nunc Europæ angustijs minor sit, tamē hæc quoq; sectarum ac schismatum perniciosissimis dissidijs misere dissecta est. Atq; interim sic tumultuantibus imminet Turca. In rebus tam afflictis, magna quædam spes habet animos honorum omnium, fore ut discussis tempestatibus, per te nobis serenitas ac tranquillitas redeat. Pollentur hoc nobis quum aliæ res permultæ, tum eruditio tua nō uulgari, deinde ista morum integritas à primis annis ad hanc usq; ætatē spectata cunctis. Præterea senectus ista, quæ nō sinet te aliò spectare, quàm ad gloriā Christi, ac profectum Christianæ pietatis. Postremo summus cum Cæsare Carolo cõsensus, cuius autoritas ac potentia hoc præstabit, ut possis etiam efficere, quod optimū esse iudicabis. Certe ad tantam corruptissimorum morum luem emouendam ualidis incantamentis est opus, ac uenefico quodam artifice, qui incantet sapienter. Eam ad rem nos organum aliquod nouum porreximus, non quod deesset psalteriū Dauidicū, sed quod apud plerosq; faceret. Habet hoc, ut ferunt, humana musica, ut affectus hominum aut cõcitet, aut moderetur, si quis artifex certas harmonias apte moduletur. Timotheus solitus fertur Alexandri Macedonis animum ad bellum certis modis accendere. Pythagoras spondeos ad Phrygium modum occinens, amore lymphatū adolescentem ad grauitatem immutauit. Simile quiddam fecisse narratur Empedocles, qui certis modis mulices adolescentem iam ira percitum & in eadem ruentem, ad sanitatem reuocauit. Et quanquam fabulosa uidentur quæ de Mercurio atq; Orphei cithara prodidere ueteres, tamen hæc ipsa figmenta nata sunt ex artis miraculis. Certe Terpantrum atq; Arionem apud Lesbios atq; Ionios multis & grauibus morbis, harmonijs musicis mederi solitos, narrant rerum gestarum scriptores. Ismenias Thebanus apud Bœotos multis Ischiadicis cruciatū, apto modulamine exemisse legitur. Nam quod ait Vergilius, Frigidus in pratris cantando rumpitur anguis, ut à poeta dictum

dicium cōtemni poterat, nisi nostræ quoq; literæ meminissent uenefici incantātis sapien-
ter, & aspidis surdæ. Dauid sua cithara succurrebat Sauli, quoties à spiritu domini malo
agitabatur, Quod si tantam uim habet humana musica, ad mutādas affectiones corporū
& animorum, quanto credenda est efficacior cœlestis hæc ac diuina musica ad purgādos
animos nostros, à morbis spiritualibus, ac spiritibus huius seculi malis. Ingēs morbus est
ambitio, pessimus spiritus est liuor & odiū. Atq; huiusmodi pestibus maxima pars Chri-
stianorum tenetur, nec his sæpe liberis, quos oportebat alijs mederi. Prophanis olīm erāt
& uerba & uoces, quibus animi dolorem lenire possent, et magnam morbi deponere par-
tem: et Christi musica non habet uerba & uoces, quibus excantemus, animis nostris amo-
rem rerum fluxarum & incantemus amorem rerum cœlestium: Pythagoras habuit mo-
dos, quibus iuuenem amore furentem ad sobrietatem reuocaret, Et Christianus psalter
non habet modos quibus principes insanissimis bellis sic inter se sine fine tumultuantes
ad pacis amorem reuocet: Sed ipsi prius nobis hac musica medeamur oportet, quàm alio-
rum morbis mederi paremus. Nulla est scripturæ sacræ pars, quæ nō habeat efficaces mo-
dos, modo ne uelut aspidēs surdæ obturemus aures nostras, ne penetret in animos no-
stros diuinæ uis incantationis. Sed mea sententia nulla efficaciores, quàm psalmodum, in
quo diuinus ille spiritus secretissimas suorum mysteriorum delicias nobis recōditas esse
uoluit, ac modos quosdam efficacissimos reposuit, quibus transformaremur in affectum
Christo dignum, tantū adlit, qui scite moueat huius psalterij chordas. Hoc peculiare mu-
nus est episcoporum ac sacerdotum. Et tamen sibi quisq; psalter esse possit, aderit mouēti
chordas, & arcanam uim aspirabit intus, si modo purus & ardens adsit animus, hoc est, si
purgatæ mentis aures. Utinam tua sanctitas nobis referat illum huius musices peritissi-
mum Dauid, qui non solum ipse modulatus est, sed & alios cantores multos instituit. Da-
uid autem typum gerebat Iesu Christi psalter nostri, qui nablo corporis sui in cruce tenso,
nihil uulgare aut terrenum sonuit, sed harmoniam patri gratissimam, & nobis efficacissi-
mam modulatus est. Quàm suauē sonuit illa charitatis chorda: Pater ignosce illis, quia ne-
sciunt quid faciunt. Habet & mundus organa sua, sed quæ inferne reddūt sonitum in ama-
bitem. Quid enim loquitur iræ fides? Ulciscere, spolia, enee, occide, Quid sonat ambitio-
nis neruus? Dilata ditionem, nec iuris iurandi, aut pietatis sit ratio, quoties agitur de im-
perio. Quid crepat auaritiæ chorda? Vides nemini bene esse, nisi qui plurimum possi-
det, per fas nefasq; cōgere, rape, serua. Quid sonat luxur ac libidinis chorda? Hic suauiter
uiue, quid post hanc uitam habiturus sis incertus. Sic pessimam harmoniam reddūt liuor
& obreclationis chorda. Hæc nimitū est mundi musica quæ modis huiusmodi pesti-
mis incantat nobis pestiferas cupiditates, ac Sirenum in modum male dulcibus cātēnis
nos pellit in perniciem. His modis ebrij lymphaticq; sic belligeramur, tumultuamur, am-
bimus, rapimur, irascimur, ulciscimur, mordemus inuicem, ac mordemur. Sed ille cœlesti
musica tactus erat qui dixit: Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, cōcupiscite
& deficit anima mea in atria domini. Rursum ille: Factum est cor meum tanquam cera li-
quefscens in medio uentris mei. Afflauerat Apostolos huius harmoniæ uis quum alunt:
Domine quòd ibimus uerba uitæ habes. Suauissimus autem ac modulatissimus cōcentus
est quoties è charitate, pudicitia, sobrietate, modestia, cæterisq; uirtutibus concors quædā
uarietas resonat. Habet & modulus suos pro argumento diuersos hæc musica. Sunt qui-
bus flebili, sed deo gratissimo cātū deploremus peccata, Sunt qui nobis animos ac robur
addant ad fortiter resistendū diabolo: sunt alacres ac læti, quibus gratias agamus deo pro
suis in nos beneficijs. Sunt quibus cōsolemur ac deliniamus afflictiū. Deniq; nihil malo-
rum habet hæc uita, quod non facile feramus, si quemadmodum Coloss. scribit Paulus,
nos inuicem doceamus, & commonefaciamus cantionibus ac laudibus, & cantilenis spi-
ritualibus cum gratia canentes in corde nostro domino. Et quicquid egerimus sermone
aut factio, omnia in nomine domini Iesu faciamus, gratias agentes deo & patri per filium.
Erit autem hæc musica gratior deo, si frequens chorus concordibus animis ac uocibus
moduletur. Sed ut ad psalmos Dauidicos redeā, nemo potest huius modulationis sentire
dulcedinem, nisi sensum mysticum perceperit. Quid est enim alioqui quod pleriq; mona-
chi ac sacerdotes tanto cum tedio psalmos hos sonāt? Nimirum quia spiritu canunt non
mente. Quod si quibus nō uacat prolixos aliorum commentarios euoluere, horum fasti-
dio

dio succurret Arnobius, qui sæpe psalmo ipso breuior est, ut qui huius commentariolum
legit, simul & psalmum cecinerit & didicerit. Sit igitur hæc præcipua cura sacerdotibus,
ut semel intelligant, quod quotidie recinunt, Ita fiet ut plus capiant solatiij ex uno psalmo,
quem intellectum mente cecinerint, quàm ex quadraginta spiritu decantatis. Illud in pri-
mis oportet esse persuasissimum psalter nostro, sic uisum esse spiritui sancto, & optimo cō-
silio uisum, arcana sapientiæ cœlestis huiusmodi figurarum inuolucris obtegere. Eruendū
mysterium ipse Christus in Euangelio, & Apostolica literæ uiam nobis aperit. Horum
uicigijs ingressi, ueteres orthodoxi reliqua nobis prodiderunt. Sed mea sententia nemo
sanctius Arnobio. Quamquam is potissimum occupatus est in sensu explicando, qui per-
tinet ad Euangelicam historiam, ut quemadmodum scribit Paulus Apostolus, ex fide in
uicem magis in nobis cōfirmetur scientia Christi, quicquid in Euangelicis literis ge-
stum legimus, in psalmis prædictum conspiciamur. Atq; hæc sententia in tra-
diti-
cillima est, qua recte comperta, facile uel ex sese reliquos sensus addiuuant, qui in myl-
tis literis sensus habent exercitatos, qua de re nō nihil attigimus in commentario quo nū-
per explanauimus psalmum! Quare fremuerunt gentes. Sed ut aliquando finiam beatissi-
me pater, orat & expectat illud abs te cum primis populus Christianus, ut arrepto psalte-
rio Christi, melodiam aliquam uere apostolicam incinas, quæ principum ac populorum
animos iungat Christiana concordia, quæ perniciosas opinionum pugnas discutiat, quæ
ad cœlestium bonorum amorem inflammet, regno cœlesti destinatos. Non gratulor tibi
dignitatem istam, non gratulor patriæ, atq; etiā diocesi mihi tecum communi, cui nunc
primum cōtigerit Romanum habere Pontificem. Non ambio ut apud te mihi prosit, uel
patriæ affinitas, uel uetus inter nos consuetudo: sed orbi Christiano gratulabor, si quod
fore confidimus, ita tractaris munus istud Apostolicū, ut mundus intelligat tandem Ro-
mæ contigisse Pontificem, cui Christi gloria nihil sit antiquius, quicq; Petri ac Pauli spiri-
tum referat uerius, quàm titulos: qui Christi uicariū sic gerat, ut orbis sentiat Christi spi-
ritum in illo uersantem, & agentem. Audiet mihi crede populus ueri pastoris uocem ac
prompte sequetur grex Christi uicigijs præeuntem, neq; grauatim agnoscat Apostolicā
potestatem, si senserit Apostolicā pietatē. Hæc conanti precor ut aspiret Dominus Iesus
pastorum princeps. Amen. Basileæ Calend. Augusti. Anno M. D. XXI.

In Algerum.

DES. ERASMVVS ROT. BALTHASARI EPISCO-
PO HILDESHEIMENSI S. D.

CIO quidem parum esse ciuile, Præsul clarissime, tot negotiorum undis citi-
cum uallatum interpellare, sed quum tua pietas tanto studio causam agat Ec-
clesiæ, nō erit ut arbitror molestum hoc interpellari negotio, quod ad Eccle-
siæ concordiam tum dignitatem cum primis pertinet. Nihil enim habet
illa sublimius, q̄ quod per cōmunionē corporis et sanguinis dominici fit, etiā
iuxta naturā ac substantiam unū cum Christo, & quodāmodo in deum transformatur,
nihil autem ad perfectam indissolubilem q̄ cōcordiam efficacius, quàm quod eodem cor-
pore uescens, eundem sanguinem bibens, per eundem spiritū in unum corpus redigitur,
& Christo capiti uiuio uita connectitur. Et tamen uidemus artificio Satanæ factum ut ea
res quæ conciliandis omnibus data fuerat, tot dissidia olīm genuerit, nuper renouarit,
dum alij negant quicquam esse in Eucharistia præter symbola corporis & sanguinis do-
minici, alij fatentur ibi Christum uere adesse, sed sub panis uinūq; substantia. Rursum erant
qui dicerent per uerba consecrantia perire panis ac uini substantiam, & succedere cor-
pus & sanguinem dominici. Alij Christum faciunt impanatum et inuinatum, quasi parum
sit semel fuisse incarnatum. Extiterunt & suo cognomine digni Stercoranistæ, Græcia
nobis misit Fermentarios, Successit rixa de sumendo sub utraque specie, ~~quæ
non tam sancta sunt, ut ab alijs sumantur. Extiterunt qui contenderent ab impio sacer-
dote nihil confici, nec ab impijs sumi uerum corpus. Et tamen omnium horum error, in
hoc profecit, ut in tanti mysterij cognitione magis ac magis tum erudita, tum confirmata
sit Ecclesia. Nulli tamen plus debet quàm Berengario, imò nō Berengario, sed Christi sa-
pientia~~

pietate, qui malitiam hominum uertit in bonum sponse sue. Quos & qualium uirorum calamos excitauit impudens error Berengarij? Nuper exijt opus Guimundi ex monacho Benedictino Episcopi Auerfensis, Nunc prodit Algerus ex scholastico monachus eiusdem instituti. Guimundus acrior est & ardentior, ac plus habet spiritus rhetorici, hic sedatior est & religiosior, uterque tum dialecticus, tum reliquæ philosophiæ belle peritus, licet circa ostentationem, uterque in Canonicis scripturis, ac prisca illis doctoribus Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Basilio, Chrysostomo, quorum scripta plurimum adhuc referunt spiritus Apostolici, studiose uersatus. Uterque tantum habet eloquentiæ, quantum à Theologo requirere par est. Certe dictionis argutiam, & collectionis acumen nusquam in eis desideres. Agunt solidis rationibus.

Et tamen hos tales uiros apparet ante Bonauenturæ, Thomæ, Scoti, Alberti magni, atque etiam Petri Lombardi tempora floruisse. Ac recentiores quidam ut plus iactant Aristotelicæ philosophiæ, ita phrasim habent aridiorum, nimirum Aristotelem suum imitati, qui tamen sic neglexit affectus & ornamenta dictionis, ut summam præstiterit elegantiam, quod idem hi non potuerunt. At nescio quo pacto mihi decere uideatur, ut in mysterijs explicandis adsit quædam orationis dignitas, nec ablit affectus. Ita demum sit, ut lector non solum intelligat quod à docto docetur, uerum etiam amet quod ab amante traditur. Ex Euangelio habemus; hoc est corpus meum quod pro uobis traditur, Ex Paulo habemus; ego accepi à domino quod & tradidi uobis &c. Et qui ederit ac biberit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Hoc nobis est immobile fundamentum. Ac prisca quidam ecclesiæ doctores, interrim obscurius, interim uarie, ne dicam diuerse, loqui uidentur de hoc sacramento. Obscuritas uel ineffabilis huius mysterij profunditati tribuenda est, uel illorum cautioni, qui loquentes frequenter apud multitudinem ex Iudæis, gentibus & Christianis permixtam, noluerunt sanctum dare canibus. Varietas hinc nata est, quod interdum ipsæ species sacramentales dicuntur symbola, interdum ipsa sumptio symbolum dicitur; postremo corpus ipsum sui alteriusue rei symbolum nonnunquam appellatur. Quoniam autem sub illis signis latet corpus dominicum, *καρὰ σαρκαὶ οὐνοδότην* quod in species competit corpori tribuitur, ueluti frangi, atteriq;. Tum quoniam ibi consecratur corpus, substantia quidem idem quod pependit in cruce, sed non idem qualitate, nimirum iam glorificatum & spirituale, sibi parum attentis pugnare uidentur antiqui, si quando dicunt corpus idem & non idem; quum reuera nulla sit pugnantia. Postremo corpus Christi nonnunquam dicitur naturale quod sumpsit ex uirgine, nonnunquam mysticum, quod est Ecclesiæ; quæ res præbuit ansam oscitanti lectori ut diuersa loqui uideantur. Quum igitur tam euidentem habeamus à Christo & Paulo testimonium, quum per hos uiros euidentissime declaratum sit, prisca, quibus non sine causa tantum autoritatis tribuit Ecclesiæ, concorditer sensisse in Eucharistia esse ueram substantiam corporis & sanguinis dominici, Quum his omnibus accesserit synodorum constans autoritas, tantusq; populi Christiani consensus, simus & nos concordem in tam cœlesti mysterio, & hic sub agnitate edamus de pane & calice domini, donec aliter edamus ac bibamus in regno dei. Utinam autem qui Berengarium sequuti sunt errantem, sequantur & poenitentem, atque horum etiam error Ecclesiæ cedat feliciter. Existunt circa hoc sacramentum innumera quæstiones, quomodo fiat transsubstantiatio, quomodo subsistant accidentia absque subiecto, quomodo colorem, odorem, saporem, ac uim etiam saturandi, inebriandi, nutriendiq; retineant, quam habebat nondum consecratus panis ac uinum, quo momento incipiat esse corpus & sanguis domini, quando desinat esse substantia corporis & sanguinis, & an corruptis speciebus succedat alia substantia, quomodo idem corpus sit locis innumeris, quomodo iustum hominis corpus sit sub tantillo fragmento panis, aliaq; permulta, quas inter eos sobrie tractari conuenit qui sensus habent ueritatis. *Uulgo* satis est credere post consecrationem illic esse uerum corpus & sanguinem domini, quod nec diuidi potest, nec lædi, ne ulli patet contumeliæ, quicquid acciderit speciebus. Nam si corpus domini proiectum in cœnum, aut in latrinâ, aut in uentrem hominis demissum sordidaretur, nulla re magis sordidaretur, quam quum ab homine sumitur criminibus inquinato.

quinato. Christianæ quidem religionis est, species sacramentales cum omni tractare reuerentia, attamen quemadmodum deus, qui iuxta naturam non minus est in cloacis, quam in cœlis, nec lædi potest nec inquinari, ita nec corpus domini glorificatum. Breuiter aduersus omnes humanæ cogitationis scrupulos, occurrat nobis primum ianua dei potentia, cui nihil impossibile, cui nihil non facile; deinde quàm ineffabiles sint doctes corporis glorificati, præcipue domini Iesu. Superest igitur, ut quod sufficienter per suatum est, digne celebremus, & quod credimus, ipsa re nos credere declaremus. Quam enim puritatem, quam reuerentiam ac tremorem requirat hoc terque quaterque adorandum mysterium, quis digne uerbis allequatur? Quis autem credat illos ex animo credere, qui dum hoc peragitur mysterium, in templo fabulantes obambulant, aut quod alicubi uelut ex more sit, in foro pro templi foribus stant, oculis fabulis terentes tempus? Olim ille poenitentium aut catechumenorum locus erat. Quidam uix ostentis mysterijs sese propiunt in popinam; templumq; uacuum relinquunt. Quid hoc moris est? Dum agitur ridicula fabula, manes donec audias Valet & plaudite; & tam cœlestis mysterij finem expectare non potes? Circumstant mensam illam adorabundi spiritus angelici, præsens adest in quem tota cœlestis milita gaudet prospicere. & tu perinde quasi ludicra res agatur, aut nauetas oscitasq;, aut garris aliquid, aut potas? *Immane* quanta decet illos sobrietas, quanta pudicitia, quanta puritas, quantus uulgarium uoluptatum contemptus, quantus diuinarum literarum amor? Quam indecorum est sacrificum mox à tali mysterio quod diei reliquum est computationibus, prophætiis fabulis chartis, aleaue, uenatibus aut oculis obambulationibus consumere, nullam, aut minimam temporis portionem sacrorum lectioni uoluminum, aut cœlestium rerum contemplationi daret. Agnoscant sacerdotes suæ professionis sublimitatem: quum adstant altari, ministros habent angelos, hinc digressi quidam non grauantur esse sodales infimæ fecis hominum, ne quid dicam asperius. Ne quæso mores eorum qui functionem obeunt angelica dignitate maiorem, porrigant hæreticis ansam impie sentiendi de tam ineffabili mysterio, sed honorificent ministerium suum, ut eos uicissim honorificet dominus, tum apud homines, tum apud patrem suum cœlestem. Verum quid ego hæc? Efficacius hac adhorabuntur Algerus & Guimundus, quos ipse me fateor summo cum animi fructu perlegisse. Equidem antehac nunquam dubitauit de ueritate corporis dominici, sed ramen nescio quo pacto ex hac lectione mihi non parum & confirmata sententia est, & aucta reuerentia. Hoc quicquid est laboris tibi dicatum esse uolui Præsul ornatissime, ut esset

quod testaretur clientem Erasmus optimi patroni sui memorem esse, ac te vicissim mei commonefaceret. Dominus prosperet sanctissimos conatus tuos, in suam gloriam ac pietatis Christianae profectum. Datum apud Friburgum Brisgoia, Idibus Martijs, Anno à Christo nato M. D. XXX.

In Haymonem.

DES. ERASMVVS ROT. IOANNI EMSTEDIO
CARTVSIANO LOVANI S. D.

Q V ANQVAM haud ignoro charissime frater, non deesse tibi confabulones, qui & solitudinem tuam exhilarent, & silentium istud non sinant esse mutum, tamen visum est unum addere, qui pia loquitur uerius quam disertus: tamen non uideo quo pacto negari possit discrete dici, quod pie dicitur: Is est Haymo monachus, Abbas & Episcopus, mira breuitate, mira simplicitate ac perspicuitate enarrans Psalmos Dauidicos. Fuit hoc studium seculis aliquot monachis eruditis, ut quae à ueteribus uel subtilius essent scripta doctis, uel fufius dicta ~~perit~~ populis, in compendium redigerent adeo perspicua breuitate, ut & ab occupatis, & tenuiter literatis facile ualeant percipi. Huius ordinis praecipue sunt Anselmus, Beda, Claudius, & hic qui nunc uenit in tuos complexus Haymo: quorum industria non mediocriter in uoluntate Ecclesiae profectum, si quis sceleret, tum temporum, tum regionum, in quibus illi uixerunt. Deget autem, ut qui relictis omnibus re moris properant ad illam coelestem uitam, quam maxime sint expediti, nec ullis minus necessarijs farcinis grauentur. ~~Quae in uita tua, ut dicitur, quae in uita~~

Quis enim non amet eos homines, qui uere mundo moui, se, totos deo deditur. Quorum talis est uita, talis oratio, ut nemo ab illorum conspectu, nemo à colloquio non melior discedat. A quibus nemo quicquam metuat incommodi, non fraudem, ab his, qui per uicium habent pro uideribus, & hoc quod habent, dilargiuntur ~~egone non inuidiam, qui in uita doctrinam, Euangelicam, orant pro persequenibus,~~ amore prosequuntur eos, quibus sunt in uita, beneficia reponunt pro malefactis: nec est ullius pudicitiae periculum, ab his, qui & corde & corpore sunt incorrupti. Qui propter singularem animi modestiam nulli se praepouunt, nulli inuident, nullum fastidiunt, sed quo magis ad perfectionis culmen accedunt, hoc magis ducunt sese omnium infimos: & quum reuera gemmae sint & flores Ecclesiae, tamen ipsi sese fecem appellant: Aliorum lapsus aut eleuant, aut commode interpretantur, in proprios austeri censors: aliena beneficia candide amplificanc, sua modeste extenuant: nemini adulantur, neminem procaibus uerbis percellunt praesentem, nemini obtreccant absentem: nihil auditur ex ore illorum nisi quod est in corde, uerba charitatis, uerba consolationis, uerba amicae admonitionis & gratiarum actionis. Adest in his comitas non fucata, sed ex bona conscientia proficiscens. In summa, coelestis illius ciuitatis imaginem quandam nobis referunt, & angelicos choros quodammodo representant, uel quod iugiter decantant laudes dei, uel quod transformati in spiritus, nihil habeant commercij cum carnis affectibus, uel quod in summa uiuunt concordia, uel quod angelorum ritu inter homines ac deum uelut internuntij, & populorum uota illi commendant, & plurima bona ab illo precibus assiduis impetrant, non sibi tantum, sed in commune. Quid porro si ad has uirtutes accedat donum prophetiae: ut gratis, ut pure, ut incorrupte doceant populum, siue

siue uoce, siue scriptis libris, siue utroque: Quid quod ieiunij, uigilij, laboribus crucifigentes carnem suam, quantum licet, suppleant ea quae desunt passionibus Christi, ac seiplos quodammodo immolant pro salute populi. Et tu laice potes male uelle illis, qui dum crapula grauatus altum stertis, pro te uigilant, pro te ieiunant: dum tu deum alea, scortis, alijs que sceleribus ad iram prouocas, illi pro te deprecantur: dum tu apud homines male de illis loqueris, illi de te bene loquantur apud deum? Quis tales uiros, non ut semideos quosdam ueretur, non amet, tanquam ad publicam utilitatem quasi diuinitus datos, etiam si ipse sit uir improbus? Nam eximia uirtus etiam inimicos suos rapit in admirationem sui. Et qui de nullo bene merentur, tamen instinctu naturae reuerentur eos, qui benefaciunt malis pariter ac bonis. Quae nam igitur est quorundam peruersitas, qui hoc ipso contemnunt aliter quem quod monachus est. Qui monachum dicit, omnium heroicarum uirtutum summam dicit, quae beneuolentiam ac fauorem, à bonis promerentur, à malis extorquent. Quod si nihil aliud displicet, quam uocabulum, appellent pro monacho, si uidetur, simplicem ac solitarium. Solitudo autem ea, non aestimatur numero conuictorum, sed separatione maiorum affectuum: alioqui nec Cartuliani soli sunt. Vbiuncque adest haec solitudo, ibi adest frequentissima sodalitas. Ille feliciter solus est, qui nullius improbi conuictu corrumpitur, qui nullos habet in animo tumultus affectuum inter se pugnantium, nec tamen cura deo consentientium. Hoc pacto licet & in principum aulis, & in publicis magistratibus, & in medijs hominum commercijs esse monachum. Quae nam igitur est animi peruersitas odisse se monachum, ob hoc ipsum quod monachus est? Proferis te Christianum, & auerfaris eos qui Christo simillimi sunt? Hic protinus occident scio, plerisque plurimum abesse ab hac imagine. Nullum igitur uitae genus probabimus, si propter malos oderimus & bonos. Quid igitur superest? Quid nisi ut amemus homines, incerta in meliorem interpretemur partem, ad uita leuora conuicemus, grauioribus mederi studeamus potius, quam exasperare, ordinem ipsum & institutum ueneremur etiam. Quod si ad hominum uulgarium ciuilitatem accedat monachorum, sese ad ea quae uerae sunt religionis toto peiore referentium industria, facile reuigescet pristinus orbis fauor, facile obmutescant ora male dicorum. Itaque fiet, ut non solum uiuant grati deo, gratiosi apud homines, uerum etiam feliciter hic uiuant & hilariter. Nulli enim uiuunt quietius aut suauius ijs, qui uere monachi sunt, nulli miserius, quam qui non ex animo monachi sunt. Illis monasterium paradisus est, his pistrinum. Sed cuique magna ex parte manu est, ut sibi pistrinum uertat in paradisum. Ad Haymonem redeo, qui Davidicam citharam pulsans, angelicum coetum uestrum ad spirituales excitabit choreas, ut in hymnis & canticis domino psallatis in cordibus uestris. Nemo fastidiat dictionis simplicitatem, sed amplectatur sententiarum pietatem. Hoc eò admono, quod suspicer multos esse tales, qualis ego fui olim, qui naueant ad omnia, quae carent rhetorum condimentis & ornamentis. Sed quum essem paruulus in Christo, sapiebam ut paruulus: atque utinam nunc quoque prorsus euacuassem ea quae sunt paruuli. Hoc meum officium si quam apud te gratiam promeretur, oro ut hunc ~~quae~~ ~~παλο~~ aliquando precibus tuis Christo commendes. Exemplar exhibuit uenerabile Monasterium Canonorum regularium uulgo dictum Marpach in Elsatia, relictas quias in auspiciatissimi tumultus agricolarum. Dominus illis pro malis reponat bona. Vale. Friburgi Brisgoiae. Anno à Christo nato M. D. XXXIII. pridie Calendas Martias.

Gggg 3

In Senecam.

DES. ERASMVVS ROT. PETRO EPISCOPO CRACO/
uiceni, ac regni Poloniae Cancellario S. D.

N ipso statim huius operis limine Praeful amplissime, fortassis ceperit ali-
quem admiratio, quid acciderit, ut praeter morem meum nunc Seneca pro-
deat, non eiusdem nomen praefereus, cui fuerat antea dicatus. Quum enim
I alij quidam pluribus interdum dedissent eundem librum, nonnulli singulos
eiusdem operis libros singulis nuncupent, quidam appendices adiectas alijs
inscribant, quam opus inscripserant, nos tamen hac in re summam praestitimus constan-
tiam haecenus, adeo ut quum olim R. D. Guilhelmo Vuaramo Archiepiscopo Cantuar-
riensi solam Euripidis Hecubam praesentes exhibuissimus, absentes in aeditione & Iphi-
geniam aulidensem adiecerimus. Quantulus autem fuerit Adagiorum libellus initio,
quem clarissimo Baroni Guilhelmo Montoio dedicauimus, plerique sciunt, quanta nunc
sit operis moles, liquet, nihil tamen mutatum est de titulo. Certe poteramus in Chilad-
bus, aut Ceterijs facere, quod Caelius Rodiginus uir doctus ac pius fecit in sedecim libris,
quibus titulum esse uoluit Antiquarum lectionum. Ab hac ambitione tantum absumus,
ut complures libellos emiserimus absque nuncupatione. Longius etiam ab eorum impudē-
tia, quidē opus mutata duntaxat praefatione pluribus dicant, eadem, quod aiunt, filia
plures sibi generos asciscentes. Aduersus huiusmodi exempla, quum in hunc utque diem
perpetuo meum morem obtinuerim, hoc uehementius admirabitur aliquis, quod opus
pridem dicatum Thomae Episcopo Dunelmensi, nunc uideat alterius praefere nomen.
Hoc amplissime Praeful, nec casu, nec temere, sed consulto factum esse fateor. Siquidem
uel hac ratione cunctis testatum esse uolui, priorem aeditionem non fuisse meam, quan-
quam plus satis fretus amici cuiusdam promissis addideram praefationem. Cantabrigiae
quum nactus essem aliquot Senecae libros manu descriptos, adhibito laboris socio totum
Senecam percurri uerius quam perlegi, annotatis in spacio marginis quae uel diuersa com-
pereram in exemplaribus, uel ipse ex me addiuinaram. In his erant permulta, quae uigi-
lantis & eruditi cuiuspiam discussione requirebant. Quum mihi diutius Basileae como-
rari non esset commodum, totum hoc negotium amicos cuiusdam, de cuius fide, nec tum quic-
quam addubitabam, nec nunc conqueri libet, commisi. At post menses aliquot Basileam
reuerfus, comperi sic tractatum opus, ut me uehementer pueret eius aeditionis. Non hic
uulgari more culpam in alium transferam, sed partiar magis inter eum qui commisit, &
eum qui commissum ad se recepit. Meum peccatum erat quod oblitus sapientissimi de
castita apologi, amicorum operam expectarem, in eo negotio quod per me rectius gerā
& potuit & debuit illius quod in exploratis humeris suscepit sarcinam uiribus maiorem.
Quamquam haud scio an maior culpa portio mea sit: siquidem ineptior est, qui boni cli-
tellas imponit, quam hos ipse qui recipit impositas. Sed ciuilius est, opinor, utriusque culpa
si non licet excusare, saltem extenuare. Fidem amici perspectam habebam, de ingenio, do-
ctrina, iudicioque pro mea erga illum beneuolentia magnificentius sensi, quam pro re: & ille
pro mutuo suo amore, gratificandi studio, fortassis & recusandi pudore, plus recepit quam
praestare ualuit. Quod ego peccaui, simplicitatis & candoris erat, quod ille, sedulitatis &
obsequij. Ceterum quod ea pars exemplaris quae crebriores habebat annotatiunculas
sublata est, sic interpretari libet, aut ab illo non esse factum, aut charitate nostri factum, qui
maluit ibi parum meminisse fidei, quam de nostra amicitia periclitari. Sed huic malo malum
aliud geminum accessit, ut intelligas totum illud negotium sinisteris auspicijs fuisse gestum.
Curaram per quendam bibliopolam, sibi felicem, alijs infelicissimum, Senecae codicem red-
dendum Episcopo cui dicaram hoc laboris. Is ex Anglia reuerfus affirmauit, se cum fide
quod erat mandatum peregrisse. Crediti. Quis enim non crederet sic asseueranti? Interim
in meis ad Episcopum literis iterum atque iterum faciebam dicari missis; uoluminis men-
tionem. Ille qui nihil acceperat, existimabat se mihi ludibrio esse. Huic stomachum etiam
exasperauit iureconsultus quidam, qui illi erat à consilijs. Nam indicarat Episcopo locos
aliquot, qui tam manifestum habebant mendum, ut mirum sit nec ab operis animaduersum
fuisse. Tandem quum redissem in Angliam, ignarus harum rerum, comperi Praefulem illum,
quem habere solebam amicissimum, mire frigidum, & causam expiscatus sum, itaque praef-
cer

ter aeditionis dedecus propemodum etiam amici non uulgari facturam feci. Interim sem-
per stimulauit animum calcar ignominiae, ut quemadmodum solent milites post cladem
acceptam in proximo conflictu, uirtute dedecus acceptum pensare, ita felice recognitione
sarcinam, quod in aeditione priore commissum erat. Quamquam illa quoque, qualis qualis erat, non
parum multa restituit, certe spem aliquam ostendit eruditus huius sententia in usum frugif-
feri noualis repurgandi. Itaque melioribus, ni fallor, aibus Senecam in manus recepi, in quo
emaculando tantum curae, tantumque sudoris impensum est, ut optimo iure possim abdicare
priorem illam aeditionem. Ac ne quid infelicium auspiciorum hic resideret, sed plane nouo
genio iam aliud prodiret opus, mutata praefatione tuo nomini auspiciatissimo uigilias ha-
sere meas dicere uisum est. Speroque futurum, ut quemadmodum tu consilijs, fidelibus iuxta
ac prudentibus, Regi Sigismundo pacis bellique artibus iuxta instructo, tum florentissimo
Poloniae regno, cui uigilantissimum praestas Cancellarium, cum primis dexter es ac felix: ita
nomen tuum Senecae praefixum, laetum quoddam augurium sit allaturum studiois omni-
bus, quos haecenus misere torsit, autor lectu quidem dignissimus, sed ita tractatus, ut uix
usquam se lector possit explicare. Non hic uerbis attollam, quantum mihi laboris exhaustum
sit. Scio neminem crediturum, nisi priorem aeditionem cum hac coetulerit. Id si quis non gra-
uabitur facere, continue fatebitur alium prodisse Senecam: non quod nihil resederit execu-
tendum, sed quod innumera portenta, non minus feliciter quam fortiter sustulerimus,
idque praesidio diuersorum codicum, inter quos erant aliquot mitae uetustatis. Diuinationem
non temere indulsumus, experimēto docti, quod id tutum non sit. Ea tamen alicubi diuinandum
fuit, nec raro feliciter cessit coniectura, nisi me fallunt omnia. A diuinitate in hoc labore non
nihil industria Matthaei Fortunati Pannonij, hominis, ut res indicat, exacte docti, diligen-
tis, sobrii saneque iudicij. Is enim libros naturalium quaestionum accuratissime recognouit,
quod operae utinae & in ceteris omnibus praestitisset, quem ut in plerisque libenter sequuti
sumus, ita in nonnullis ab eo dissentimus, praesertim ubi nostro sensui suffragabantur ex-
emplaria. Profuit & Rodolphi Agricolae codex typis excusus Taruisij, ante annos L.
quae is uigilantissime uidetur euoluisset. Arguebant hoc notulae manus ipsius, quibus in nu-
mera loca correxerat, sed in multis, ut apparebat, diuinationem ingenij sequutus magis quam
exemplaris ueritatis fidem. Incredibile uero quam multa diuinari uir ille plane diuinus, non
enim possum Rodolphi doctores & plurimas, & eximias complecti breuiter. Huius codicis no-
bis copia fecit Hayo Hermannus Phrysius, iuuenis tam felici natus indole, ut unus uideat
tur idoneus, qui Rodolphicae laudis successione capessat, tantumque uiri gloriam sustineat,
alioqui & patriam habens cum illo communem, & affinitate propinquus. Quin & Sigis-
mundus Gelenius, qui iam pridem in officina Frobeniana castigandi praefecturam gerit,
uir citra omnem ostentationem exquisitae doctus, & quod in eruditus quoque rarum est, emun-
diciae naris, exacteque iudicij, non pauca feliciter deprehendit, quae nos in multa distractos,
interdum & defessos, fefellerant. Non enim est mei ingenij quenquam laude merita frau-
dare. Ut autem hunc Senecam tam prodigiose deprauiatum haberemus, praeter illas uul-
gares causas incuriam inscitiamque scribarum, temeritatem scolorum, mutantium quicquid
non assequuntur, seorsum duas potissimum fuisse perspicio. Prior est ipsa Senecae phrasis,
quae quoniam nusquam non affectat declamatorias argutias, interdum usque ad anigmatis
obscuritatem, praesertim quum accedat orationis concisae parumque compositae, abrup-
tum, ut facillimus ita periculosus erat lapsus, uel minus eruditus, uel oscitantibus, qua de
re, mox plura nobis dicentur. Altera quod hunc scriptorem praefici Christiani sibi studio
quodam uindicarunt, ac propemodum pro orthodoxo sunt amplexi, partim ob praee-
ptorum sanctitatem, quam in huius libris animaduertunt, partim commendatione li-
belli, qui continet epistolas aliquot ultro citroque inter Paulum Apostolum & Senecam
missas, mendaci quidem titulo, sed in rebus humanis mirum est, quantum interdum ha-
beat momenti, fictum ac friuolum nugamentum. Non enim belli tantum, iuxta prouer-
bium, sed totius uitae mortalium multa sunt inania. Iam quum semper uulgo nihil soleat
esse leuius, quo seculum illud habebat homines ad pietatem proniores, magis credulos,
minusque suspiciosos, hoc facilius erat illis fucio pietatis imponere. Nec parum accessit illi
fauoris ex diui Hieronymi commendatione, qui Senecam recensuit in Catalogo sancto-
rum, quamquam in eo Catalogo commemorantur aliquot non admodum probatae san-
cti

citatis. Velut Iosephus professione Iudaeus, Tertullianus, Nouatianus, & Donatus haereticus. Ita factum est, ut ob religionis amorem fastiditis ethnicorum literis politioribus, discipulis, linguis, & antiquitatis peritis, Senecae libros & priuatim sibi legeret, & publice iuuenturi praelegerent. homines infantes, ac uix semigrammatici, tantum alperis rudis illius & incondita philosophiae somnio uerius quam cognitione, qui professionem auspicabantur ab explicatione quatuor causarum, materialis, formalis, efficientis & finalis. Deinde praefati epistolam esse moralis philosophiae, diuidebant eam in duas partes principales, et rursus harum singulas in tres aut quatuor minus principales. His fumis ingressi, quum uentum esset in medium, si qua uox occurrisset inusitata, si quod schema, si qua ad auctores non uulgares allusio, si quid graecitatis, si quid ueteris historiae, breuiter si quid omnino retrusionis eruditionis, quum harum rerum nihil didicissent, quibus penae ad ostentationis uitium seceret Seneca, necesse erat, ut aut mera portenta comminiscerentur, aut mutarent scripturam, Quid nisi *ἀσχεύειν* *ὑπερσώματι*, ubi cathedram conscenderis, & in scitiam profiteri non conuenit et, qui pileo utuloque magistratum celeberrimus est. Vix dictum credibile, quantum hic imperatorem commissam deprehenderim, Eundem locum interim adeo uarie corruptum, & tam impudenter mutatum offendimus, ut nullum uerbum nec inter deprauatores, nec cum germana lectione, quam in peruetustis exemplaribus inuenimus, conueniret. Itaque dum quod semel deprauatum est, alius simili temeritate nititur emendare, rursus alius atque alius subinde nouat aliquid, fit mendum in emendabile, ut nulla tam quam uis eruditi hominis diuinatione possit opulari. Nam quod scribarum in scitiam committitur, habet aliquid germanae scripturae uestigia, quae sagacibus ingenijs praebent aliquam ueri coniecturam: quemadmodum in his qui ex notulis excipientium, aut ex dictantis uoce non aequaliter ad omnium aures perlata uitiata sunt, locus aliquis relictus est eruditorum coniecturae. Solent enim professores dictare scribendum quod erant enarraturi. His non omnes erant aequae uicini, & diuersa est nationum pronuntiatio, nec semper articulata lingua est pronuntiant. Hinc euenit, ut contantius scriberetur pro constantius, & alea pro area. Similiter notularum uarietas dabat ansam erroris. Attamen illud debemus Christianorum studio, quod quum tot clarissimi scriptores interciderint, Seneca nobis magna ex parte supersit: si tamen hoc est superesse. Opinor autem a nobis rem eo deductam, ut si quis doctior, felicior & ociosior, tantam accessionem addat huic aditioni, quantum nos adiecimus superioribus, sperem talem fore Senecam, ut minimo cum tedio, maximo cum fructu legi possit. Adiecimus annotationes uicinas, sed paucas, nec alibi, quam sicubi putarem excludendam deprauationem. Alioqui nullus erat futurus annotationum modus, si quod a Fortunato factum est, quicquid esset correctum annotare uoluissimus. Et tamen uehementer optarim hunc auctorem scholijs illustratum, ueluti stellulis quibusdam, quae deprauatorum temeritatem submouerent. Vitam Senecae quidam non prorsus indiligens ex Suetonio, Cornelio Tacito, & Hieronymo decerptam literis prodidit, ex cuius libro decerptum est, quod hic adiectum uidemus. Caterum illis non assentior, qui certant Senecam facere Christianum, Nicodemo similem, qui quum nullum habeant argumentum probabile, praeter epistolas, quas post docebimus a studioso quopiam fuisse confictas, nullum prorsus habent argumentum, nisi quod sub eodem Caesare uixerunt Romae. Sed fingamus Senecam, quo non alius de contemnenda morte scripsit unquam, uel sapius uel fortius, adeo fuisse meticulosum, ut ne in scriptis quidem extrema senectae proditis usquam subindicaret suam professionem, tam cautum, ut nihil suboluerit Neroni, qui quum illum decruisset e medio tollere, & causas commenticias praetexeret, Christianismi crimen non obiecit, illud quo colore defendemus, quod in extremis scriptis subinde loquitur deos & deas, subinde dubitat, nunquid hominis supersit a funere? Ut largiamur esse fas metu mortis dissimulare Christianum, impia certe dissimulatio est, quae pietatem impietate dissimulat. Aliud est ueste prophana Christum occultare, aliud est libris aditis pugnae cum Christi dogmatibus, & aliud est silere de Christo, aliud illo indigna loqui. Sed quorsum attinet hoc commentum? An ut libros illius Christianis hominibus commendent? Equidem arbitror magis in rem esse lectoris, ut Senecae libros legat, uelut hominis ignari nostrae religionis. Etenim si legas illum ut paganum, scripsit Christiane, si ut Christianum, scripsit paganice. Quum autem in illo sint plurima, quae signum nostram possint

possint ad uirtutis studium accendere, habebunt eadem aciores a culeos, si cogitemus ab ethico profecta. Apud illos enim sunt quaedam ita dicta gesta ue, ut iuxta Christianam quidem philosophiam uehementer sint improbanda, praeseferant tamen miram uirtutis insolem: uelut illud Socratis, hoc unum scio, quod nihil scio, quum sit absurde dictum, tamen exprobrat nobis nostram arrogantiam. Et Lucretiae factum, quum sit optimo iure detestabile, nobis tamen commendat pudicitiae studium, & hoc efficacius commendat, quod exemplum ab ethnica foemina profectum sit. Itaque quod ad mores attinet, maiore fructu legetur Seneca, si legatur, ut quemadmodum fuit, paganus. Nam & christiane dicta uehementius assicient, & secus dicta, minus laedent. Alioqui nusquam magis discrepat a Christiana philosophia, quam quum ea tractat, quae nobis sunt praecipua. Caput enim nostrae religionis est, nosse deum. At ille demonstraturus nobis quid sit deus, Deus, inquit, est totum hoc quod uides & non uides. quasi totus hic mundus sit ingens animal, cuius corpus sit oculis conspicuum, anima lateat, & hoc sit deus. Iam unus ne sit deus an plures, uehementer ambigit, & tamen frequenter iterat deos deosque. Rursus irridet eos, qui putant in hoc mundo nihil geri, quod hunc deum non fallat, perinde quasi culicem sentiat Elephantis. Iam an anima supersit corpori sic disputat, quasi nihil referat, utrum credas. Alicubi, ut refert Tertullianus, pronunciat omnia finiri morte, etiam ipsam. Postremo quoties incidit in sapientem illum Stoicum, sic eum attollit, ut frequenter dijs aequet, nonnunquam & anteponat. At sapientem uniuersam felicitatem suam sibi uni debere, dijs nihil opus esse, imo deos aliquid debere sapienti. At pietas nobis persuasit, etiam patresculos & lilia deo curae esse, tum hominem nihil habere ex se boni, sed summam suae felicitatis debere munificentiae numinis. Quantum igitur sit periculi, si illa legantur uelut a Christiano prodita. Caterum quod ad eruditionem aut eloquentiam pertinet, cum iudicio delectuque legendum esse Senecam, iam olim admonuit Quintilianus, tanta aequitate temperans suam de illo censuram, ut nec personae studio laudet improbanda, nec odio damnare quae laudem promerentur. Proinde fortassis non ab re fuerit, si studiosae iuuentuti paucis indicem, quae sint in hoc autore fugienda, quae sequenda. Primum habet uoces suas, uelut in hoc allecatas, ut dissimilis sit Ciceroni: quanquam hoc illi cum Quintiliano Pliniusque commune, & haud scio an cum toto illo seculo, quod Ciceronis, uelut argenteum aureo successit. Huius rei pauca subiiciam exempla, ut lector ex his conijciat cetera. Pronomine reciproco sui sibi se, frequenter durius utitur. Tanquam, pene semper usurpat pro uelut, siue, ut si quando uult exemplum subiicere. Aliquoties dicit aequae quam pro aequae atque. Cum gaudet addere superlatiuis, quam quod sciam, nunquam, ut cum maxime, pro quam maxime. Aduersus pro erga frequenter usurpat in bonam partem, ut gratus aduersus deos. In hac sermonis forma, non modo contemnit homines, sed deos negligit, uix unquam addit coniunctionem. Sed & deos, aut, sed deos quoque. Haec atque his similia, non reprehendo nec damno, tantum indico non esse Tulliani candoris. Quintilianus libro decimo tribuit illi stili usum, quod in nullo scribendi genere non esset uersatus, tribuit ingenium facile & copiosum, tribuit studium & plurimarum rerum cognitionem, fatetur illum abundare multis & praclaris sententijs, probat libertatem in uitjs hominum insectandis, addens illius libros & ad mores formandos conducibiles esse. In summa, fatetur in illius libris esse multa quae non solum probari debeant, uerum etiam admirationem mereantur. Sed ex diuerso detrahit illi philosophiae exactam cognitionem, adimit iudicium de seipso, quod illi corruerat humanum uitium philautia, qui neuus nonnunquam in doctis ac bonis uiris reperitur, sed quem ab utroque multis pensent uirtutibus, nam id subindicat quum ait, si non omnia sua amasset. Ac mox, uelles, inquit, cum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Vnde parum aequus iudex Seneca fuisse uidetur alienorum scriptorum, quod hisce uerbis significauit Fabius. Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferrere non sinebam, quos ille non deliterat incessere, quum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placeret, dissideret. Quod ad phrasim attinet, putat in eo corrupta esse pleraque, quae hoc plus officiant, quod abundant dulcibus uicij, nominatim illud taxat, quod pondera rerum minutissimis sententijs frangat: & alibi, ni fallor, notat in eo concisum & abruptum dicendi genus. Candorem in illo desiderasse uidetur & Suetonius, in Nerone Claudio scribens hunc in modum. Liberales discipuli

les disciplinas omnes ferè puer attingit, sed à philosophia eum mater auertit monens imperaturo contrariam esse, à cognitione ueterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. At idem in Caligula Senecæ uidetur tribuere lene cõptumq; dicendi genus, ita loquens de Cæsare, Lenius comptiusq; scribendi genus adeo contemnentis, ut Senecam tum maxime placentem cõmissiones meras componere & arenam sine calce esse diceret. Quum Seneca sit affectibus tragicis uehemens, miror quor Suetonio uideatur esse lenior, ut ne de sermonis cultu disputemus. At his etiam liberius in Senecam destomachatur Aulus Gellius notum Atticarum libro duodecimo capite secundo. Posteaquam enim retulisset aliorum de Seneca iudicium, quorum alij censerent illius libros prorsus indignos qui legantur, quod eius oratio protrita uideatur ac uulgaris, res atq; sententia, aut inepto inaniq; impetu sint, aut leui quasiq; dicaci argutia, eruditio uernacula ac plebeia, nihil ex ueteri scriptis habens neq; gratia neq; dignitatis; alij paulo requiores, sermonis elegantia magna ex parte illi detraherent, reru uero cognitione non adimerens, in uitijs autē morum obiurgandis, seueritatem grauitatemq; non inuenustam comprobarent: nominatim Senecæ iudicium de Cicerone multa cum libertate reprehendit, usq; eò incandescens, ut illum appellet nugatorem hominem: moxq; subiicit, Sed iam uerborum Senecæ piger, hæc tamen inepti & insipidi & insulsi hominis ioca non præteribo. Deniq; sic claudit censuram, Dignus sanè Seneca uideatur lectione ac studio adolescentiu. Mox ut arguat inter male dicta Senecæ, quæ plura uideri uult quàm bene dicta, esse quædam quæ probare possis, unquam duntaxat profert sententiam, hanc. Quid refert quantum habeas, multo illud plus est quod non habes. Etiam si non uidetur hoc Senecæ dictum, sed Publij mimi, quū sit uersus trochaicus tetrameter catalecticus. In hoc Gellij iudicio neq; nihil est, neque uera tamen sunt omnia. Acquior in hunc est Cornelius Tacitus, qui quum integritatem constantiamq; hominis cum cæteris rerum scriptoribus prædicet, orationis etiam cultum tribuit, dicendi genus ad delectationem uerius quàm ad seueritatem comparatum, excusat hoc nomine, quod uir prudens quum perspiceret ferum adolescentis ingenium per philosophiæ præcepta ad uirtutis amorem nõ posse flecti, suauioribus amœnioribusq; studuerit illud uel emollire uel occupare. Hinc factum est, ut Nero pangendis carminibus præcelleret, quum orationibus à Seneca compositis sese uendicaret. Inter omnes uirtutes, quas et multas & eximias in Senecæ scriptis esse fatetur Quintilianus, nulla potior, quàm quod lectorem miris aculeis ad honesti studium inflammet, ab humilibus curis ac sordidis uoluptatibus auocet. Quod quum sit optimum, quid refert qua phrasi id efficias? quanquam ipsa quoque talis est, ut eruditissimo seculo fuerit inter præcipuos, tantum abest ut hisce temporibus possit fastidiri. Neque tamen nihil habent ueri quæ doctissimi scriptores de illo pronunciarunt. Fuit alienorum ingeniorum parum candidus censor. Subinde ludit in græculos, & interdum absque causa: neque ferè refert ex probatis autoribus, quod nõ conetur conuellere, quasi turpe sit cuiquam omnino assentiri. Quoties autem ingeniorum & eloquentiæ censuram sumpsit, quod potissimum facit in libris declamationum, quàm multos incessit petulantius, alijs tribuēs fatuas sententias, alijs insanas, alijs stultas, salibus plus satis dicacibus parumq; dignis uiro graui ludens in plerosque. Quæ res speciem habet animi parum alienæ laudi fauentis, & suæ nimium indulgentis. Quanquam hic est ferè morbus ac fastidium eruditorum omnium, ut uix existat aliquis tam absolutus, ut alteri per omnia satisfaciat, nisi longa temporis præscriptio, submota iudicandi libertate, religione quadam animos omnium occupauit. Nasonem aliquoties parum amanter attingit, quod indulserit ingenio suo, uitijsq; sua diligere maluerit quàm corrigere. Quod iudicium uidetur & Quintiliano placuisse, qui putat ex illius Medea colligi posse, quantum præstare potuisset, nisi maluisset indulgere ingenio suo, quàm temperare. Atqui Seneca magis indulget ingenio suo in oratione profa, ac serijs argumentis, quàm Ouidius in poematibus, plerisque ludicris. Alii cubi desiderat in illo grauitatem rebus dignam, uelut in descriptione diluuij Deucalionei, alias offenditur copia, quod desinere nesciat. Nonnunquam obijcit quod sententiam aliquam mutuetur à Porrio Latrone, quasi talem non possit ex se comminisci, aut quasi non possit fieri, ut duobus eadem sententia ueniat in mentem. Nec Virgilio parit interrim, nec Ciceroni, quæ tamen res conducit studijs, si fiat æquis iudicijs, ac citra petulantiam

tiam. Jam hoc ipsum quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum est. Infectatur mores hominum libere salteq; sed non semper in loco, interdum immodice, tum aliquoties affectatus, hisq; modis ut non ita multum ablit à scurrilitate: quædam uicia sic detrahit, dum infectatur, ut uideatur inuidere potius quàm odisse, utq; doceat magis quàm deteste tur. Sunt enim quædam eius generis, ut ea depinxisse sit uel docere uel irritare. Qualis est oblectatissimus excursus in primo libro quaestionum naturalium, de speculorum usu. Iam quum declamationum libros scribat ad filios suos, Senecam, Melam, & Nouatum, tamen admittet quædam, quæ uir uerecundus uix auderet, etiam præfatus honorem auribus, proloqui, ne dum pater apud liberos. Et habet quidem hæc in mores publicos dicacitas uoluptatis aliquid, sed parum liberalis, ni pudoris habeatur ratio, nec est quicquam procliuus quàm in his disertum esse. Vnde sit ut hodie quoq; Ecclesiastæ quidam, si de rebus sacris dicendum sit, elingues, in hoc argumento sint linguacillimi. Quin ubiq; plurimus uidetur iocorū affectator, etiam in rebus maxime serijs, in quibus optarim illum aliquantulo longius abesse ab ineptia, oblectatitate, uitijsq; scurrilitatis ac petulantia. Est omnino liberale quoddam idam decandi genus, est & perpetua quadam orationis iucunditas, quæ uirum bonum nõ deoecat, si in loco adhibeatur, at in Seneca saepe cachinnos sentias potius quàm ritum. Nec omnino temere est, quod de sententijs illius queritur Fabius, quas nullo quam non affectat. Itaque fit, ut dum omnia per sententias conatur dicere, quanquã sunt plurima, quibus nihil possit esse felicitus, tamen intercurrant aliquot, duræ, frigida & ineptæ. Idem usu uenit in captandis epiphonematibus & argutijs, quæ frequenter apud hunc in uerbis sitæ sunt, potius quàm in rebus, unde necesse est frigidiores esse nonnunquam & oblecturas. Quod genus est illud ex prima statim ad Lucilium epistola: quædam tempora surripiuntur nobis quædam subducuntur, quædam effluunt. Ac mox: magna uita pars clauditur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Qua de re suo loco non nihil dicitur. Neque nihil peccat in petendis affectibus, quos alij docendo preparant, suosq; tractant loco. Nam passim agitare affectus adeo non probatum est à doctis, ut quidam affectus in totum submouerint, uelut officientes iudicio. At hos Seneca tribuit & in ipso statim initio stimulat uerius quàm mouet, & in his maxime tragicos, quæ Cræci uocant. Itaque quoties in grandes materias incidit, puta de uniuerso, de natura deorum, de Stoico sapiente, de terræ motu, de fulmine, de diluio, de fine mundi, de contemptu mortis, de moribus spontaneis, uelut suum nactus campum uidetur ostentare grandiloquentiam suam, & nescio quid tragicum spirare. Horum uitijs bonam partem probabile est illi ex palæstra declamatoria hæsisse, in qua penè detruuit ætatem. Nam & Quintilianus fatetur, hoc exercitamenti genus, quum utiliter repertum esset ad absoluedam eloquentiam, tamen nescio quo pacto factum, ut multum inuexerit corruptelæ. Quum enim illic captaretur applausus auditorum, ea quisque curabat adferre, non quæ essent optima, sed quæ placerent maxime. Nec illic temere applaudebatur ab oculis ac fastidiosis, nisi sententijs, argute dictis, schematibus & epiphonematibus, & siquid esset aut nouum aut immodicum, Communia quanquam optima, fastidiebantur. Nec raro quæ pessime dicta fuerant, ijs frequentissime applaudebatur. Ita discessum est ab illo simplici ac naturali dicendi genere, quod omnibus antefertur, uel hoc nomine quod fide commendatur. Quid autem est oratio culta sine fide, nisi cantio probe modulata? Hinc est quod queritur Quintilianus, quosdam uita sua, quibus in declamando assueuerant, in forum & ad serias actiones detulisse, reorum graui periculo, dum patronus mauult causam perdere, quàm iocum, aut schema, nonnunquam cum risu quoque iudicium & coronæ. Talia quædam & Seneca retulit in libros, uelut hæc quæ diximus, tum fictiones illas palam falsas, quibus frequenter utitur. Video quid uelis. Posthac pendebo de uultu tuo. Quanquam Nouatus frontem contraxit. Quin & in personis fingendis ac mutandis, interdum subitus est, ut hinc etiam obscuritas oriatur, dubitesq; nonnunquam an ipse loquatur, an is, aduersus quem agit, an aliqua tertia persona. Non quod hæc non fiant ab alijs, sed percius, sed mollius, sed magis perspicue. Multus est & in dialogicis, dum his aut illis personis suum affingit sermonem, quæ res & ad copiam, & ad delectationem, & ad uehementiam cõfert: non quod hoc faciat infelicitè, sed quod frequentius & declamatorie, hoc est, ad uoluptatem magis, quàm ad serium usum causæ propositæ.

Caligulae

Caligulae Caesaris iudicium contemni poterat, ut hominis parum integrae mentis, & quod Vergilij ac Titi Livij statuas conatus sit e bibliothecis submouere, nisi & Fabius hoc notallet, & ipsa res propemodum loqueretur. Desideres enim ferè in huius uiri scriptis ordinem, & compositionem. Habet autem argumentum omne susceptum, initium, progressum & finem. Primum enim tractari solet quid sit. Id explicatur diuisione, cuius partes digeruntur in ordinem, & in quaque tractanda ordo quidam est, dum ea primum tractantur, quae proxime attinent ad rei substantiam, deinde ea quae accidunt, tum si qua cognata sunt aut contraria, mox quae hinc proficiscuntur, commoda uel incommoda. Denique quibus rationibus haec parentur, seruentur, augeantur, aut contra, deuantentur, depellantur, aut minuuntur, ut totus liber corporis instar sit, constans ex membris decenter collocatis, id quod in Aristotele mireris, in Seneca desideres. Nec enim semper proponit ac diuidit, & si id fecit non prosequitur quod proposuit, sed ad omnem occasionem excurret, mox subinde uelut de nouo orditur. Raro utitur transitionibus, quod in docendo plurimum lucis adfert, non nunquam & circa finem operis incipit diuidere, est ubi oblitus sit reperit eadem. Quare res declarat illud, uel ex declamatorijs exercitiamentis traxisse hoc uicij, uel quod uero proprius est, non praemeditatum accessisse ad scribendum, nec tam iudicium rationemque sequitur, quam impetum ingenij. Non enim incedit illius oratio, sed fertur magis, salitque potius quam ingreditur, id quidem quod ad sententias attinet. Iam quod pertinet ad uerborum compositionem, perparcus est in adhibendis coniunctionibus, quae sunt uelut orationis nerui. Gaudet enim alyndetis, quod interdum magis facit ad dictionis uehementiam, seu uerius argutiam. Neque raro contextus sermonis talis est, ut dubites utro referendum sit membrum, ad superiora ne an ad sequentia. Submolestum est interdum in eodem, diuerse dicendi studium, ueluti quod M. Tullius illud Platonis, *ἡμεῖς ἡμῶν ἂν αὐτῶν μόνου γέροντες*, eleganter reddidit, nemo nostrum sibi tantum nascitur, ne similiter diceret, maluit dicitur us dicere: Nemo sibi contigit, quae uerba, ut ingenue quod sentio dicam, nunquam intelleturus eram, nisi ex tenore sermonis coniecisssem illum aemulari uoluisse Platonis sententiam. Sit sane copiae laus, eadem aliter dicere, quid laudis habet, ut aliter dicas, male dicere: Quid quod carpendi libidine frequenter eadem committit, quae reprehendit in alijs. Notat in quodam uoces aliquot sordidas, in quibus sunt spongia, laterna, pulegium, acetum, mirisque salibus exagitat, quod quidam inter declamandum quaesierat quor testam si cadat, frangatur, spongia si cadat non frangatur, quum ipse in una epistola tot infulsiat uoces sordidiores, uniuersam balnei supellecilem ac functionem, inibi natis uocabulis explicans. Qui minus autem liceat testam appellare testam, aut spongiam spongiam, si res postulet, quam ficum uocare ficum, & fabam dicere fabam? Libenter iocatur in argutias sophisticas, & philosophorum subtiles magis quam necessarias quaestiuunculas, & huiusmodi tricis saepe nimium diu moratur lectorem, sed ita ut facile appareat esse uerum, quod notat Quintilianus, illum in philosophia parum diligenter fuisse uersatum. Est enim artificis scite illa ridere, quae non sine ingenio traduntur a sophistis, & a Socrate facetissime deridentur. Quorsum autem attinet Chrysippeis illis rogatiunculis totas explere paginas. An sapiens sapienti possit prodesse, an sapienti dari possit beneficium a dijs. An uirtutes sint animalia. An singulae uirtutes sint singula animalia, an unum sint uniuersae. An seruare patrem sit animal. Huiusmodi naenias, quum frequenter inculcet usque ad tedium, tamen subinde damnat. Quid autem opus est facere quippiam, in hoc ipsum ut factum reprehendas? Quod alicubi quaedam ex autoribus perperam refert, sic excusat Quintilianus, ut dicat illum deceptum eorum fiducia, quibus solet quaedam inquirenda mandare. Huius generis aliquot loca notata sunt ab eruditis. Alicubi citat ex Ouidio quod est in Tibullo. Haec eo commemorantur a nobis, non ut deterreamus lectoris studium, sed ut maiore cum fructu legatur uir tot eximijjs uirtutibus commendabilis. Adde quod mihi nonnunquam subolebat in illo, ut diximus, declamatoria quaedam affectatio, & alicubi desideres simplex illud & naturale. Vnde Neronis mater quum filio uellet mouere inuidiam, factabat imperium Burro & Senecae commissum esse, quorum Burro appellabat uilem ac truncam manum, Senecam exulem, & linguam professoriam. Ingenio facili uerfatilisque fuisse colligitur hinc, quod in diuersis argumentis stilum exercuit pari propemodum successu, quod nec Cicero nec Vergilio contigit, Nam Tacitus commemorat illius poemata, de quibus

de quibus sentiens incertum. Nam Tragediarum opus eruditi quidam malunt Senecae filio tribuere, quam huic, sunt qui fratri Senecae adscribant. Ex prima tragedia uersus aliquot refert. Duce me parens summiq; dominator poli, &c. Quamquam mihi uidetur opus hoc tragediarum non esse unius hominis. Certe ex ludicro libello de morte Claudij, conijcere licet illum haud quaquam iratus musis & Apolline uersatum in hoc studij genere. Tametsi Fabius existimat eam rem obstitisse Senecae, quo minus in uno quopiam excelleret, quod in omnibus argumentis uersaretur, id enim suspicor esse quod scribit. Si parum concupisset: certe Tacitus declarat hinc illi constatam inuidiam, quod occupans omnia, nihil alijs laudis relinquere uideretur. Commemoratur Tacitus & orationes eiusdem, quae a nobis desiderantur, nisi forte sentit has quas habemus consolatorias, unam ad Martiam, alteram ad Polybium acephalon, tertiam ad Albinam, siue ut in alijs reperitur Elbiam, matrem, quas tamen libros dixeris citius quam orationes. Indicat idem alias quasdam orationes, uulgo fuisse factas, Neronis quidem nomine, sed a Seneca compositas. Nec has opinor commemorat inter illius opera. Vnicam ex Cornelio Tacito huic adiecimus uelut tioni, breuem quidem illam, sed elegantem, planeque Senecae phrasin referentem, Vtinam extarent & illa quae moriturus dictauit. Nam ea Taciti temporibus habebantur in manibus. Commemoratur & dialogos eius, quorum & Fabius meminit. Horum nihil extat, praeter unicum breuem, cui quidam titulum fecerunt Sensus & rationis, qui an illius sit nescio, certe mutilatum habemus, & confarcatum. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum citat Senecae librum de matrimonio. Ipse in naturalibus quaestionibus indicat se iuuenem scripsisse librum de terrae motu. Edidit opus de superstitiosis ritibus colentium deos. Nam Augustinus in opere de ciuitate dei, libri sexti capite quinto, multa hinc recēset. Epistolas commemorat cum Fabio Tacitus, quas scripsit ad imitationem Platonis, sed ad unum omnes, uidelicet Lucilium Balbum Siciliae praesidem: quod argumentum sibi proposuisse uideretur, ut ingenio suo indulgeret, Nullum enim liberius. Nam quaecumque uel audieris, uel legeris, uel in somnis occurrerit, epistola sit argumentum, Deinde licet ordiri unde uelis, transilire quod uelis, finire quum uelis. Sed interim abest illud, quod est in aliorum epistolis gratissimum, quae uere & ex re scribuntur, Alioqui poteramus & nos ex prouerbijjs singulis singulas facere epistolas. Iam an hoc opus habeamus integrum nescio, certe uerba Senecae, quae multa recēset Gellius ex uigesimo secundo libro epistolarum, nusquam in illius scriptis inueniuntur. Et tamen est in eo libro quaedam epistola cuius titulum, Quare quis huiusmodi temporibus, in qua taxat quorundam *κακογλιαυ*, & stili uitia. Ex hac ut conijcio, aliquis Cicero bene uolens, sustulit eum locum, quo debacchatur in illius eloquentiam. Ex omnibus porro Senecae monumentis, nullum mea sententia magis studiorum referebat integrum extare, quam libros declamationum, quos fuisse multos declarat Epitome, quam habemus. Plurimum enim contulisset & ad inueniendum et ad iudicandum. De quo suo loco non nihil dicemus. Ut igitur Seneca ornatissime praesul prodiret in publicum, cui potissimum nominis felicitibus auspicijs, uideor mihi non omnino segniter, nec infeliciter nauasse operam. Certe tantum impensum est curae, quantum ne iuuenis quidem ulla pecuniaria mercede fuerim suscepturus. Non mentitus est Naso, qui ait, & immensum gloria calcar habet: sed ipsa re comperi, ignominiam acrius habere calcar. Estimulauit huc non nihil ornatissimus iuuenis Andreas Zebridouus, & suis imaginibus, & te patuo dignus, quod intelligerem quantum utilitatis hinc esset illius studijs accessurum, uel ad recte uiuendi rationem, uel ad dicendi facultatem. Malo doctus posthac melius meminero castitae sapienter moneris, ne quid expectem amicos, quod ipse rectius praestare queat: nec excidet uetus prouerbijs, quod uetat boui imponi clitellas. Quod si tibi uideor prioris aeditionis dedecus hac aeditione satis eluisse, non poenitet huius operae, quamuis molestae. Apud studiosos autem plurimum fauoris ac dignitatis accesserit Senecae, si tuo, hoc est doctissimi & integerrimi Praesulis iudicio fuerit comprobatus, qui ut huius temporibus longe turbulentissimis inelyto Poloniae regi Sigismundo, totique regno eximium Cancellarium, ecclesiae praesulem incorruptissimum praestas, ita disciplinis quoque liberalibus, quarum ipse peritissimus es, munificentissimum exhibes Meccenatem. Eoque precor, ut pulcherrimos tuos conatus Christus Opt. Max. bene fortunare dignetur. Vehementer enim discruciat animum meum ista fatalis lues, quae per orbem penè uniuersum, & principum

concordiam, & Christiani populi religionem, & honestissimas disciplinas mire uitaute, adeo ut me studiorum, quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis domini clementia, deinde tua tuorumque similitum uigilantia spero futurum, ut huic plusquam serreo seculo succedat aetas, si non aurea, certe paulo felicior. Datum Basileae, Anno millesimo quingentesimo uigesimo nono. Mense Ianuario.

In Aristotelis opera Graece.

ERASMVVS ROT. IOANNI MORO. S.

RISTOTELES philosophorum, ne Platone quidem iuxta M. Tullium excepto, citra controuersiam omnium doctissimus, ornatissime iuuenis, crasso cuidam & ἀμύθη percontanti, quid esset discriminis inter doctos & indoctos, expedite respondit, quod inter uiuentes & mortuos: rectissime iudicans, qui corporum modò uita truerentur, quam habemus cum alinis, uibus, & anseribus communem, & corporeis tantum oculis solem intuerentur, quem acutius cernunt aquilae: animis uero, quibus, ut idem ait, lucem ac uitam donat philosophia, nihil cerneret, eos nec hominis appellatione dignos, & mortuos esse uerius quàm uiuos, minimoque interuallo à lapideis differre signis, hoc nomine etiam inferiores, quod statuae sic delectant oculos, ut nemini maledicant, laedant ue quenquam. Idem dicere solet, liberalium disciplinarum radices quidem subamaras esse, fructus uero dulcissimos. Quod idem rectius, utpote poeta, significare uidetur Homerus, quum depingens moly herbarum praestantissimam, & aduersus omne maleficorum genus efficacissimam, ait eam radice nigra esse, sed flore lacteo candidoque. Proinde praestat hoc nobis eruditio liberalis, non tantum ut homines simus, & à pecudum genere segregemur ut toti uereque uiuamus, uerum etiam feliciter suauiterque uiuamus. Nihil autem addubito mi More, quin tu iam dudum deuorato, si quid erat in studijs amari, dulcissimos philosophiae fructus carpas, nimirum ex tali patre natus, & ab eodem à teneris, ut aiunt, unguiculis institutus, formatus, ac prouectus, idque non minus in utriusque linguae disciplinis, quam in pietate Christiana moribusque sanctissimis. Siquidem ipse uir pius iuxta ac eruditus, nihil magis cordi studioque habuit, quam ut filium sui similem magis educatione fingeret, quam natura genuisset, quo nimirum & ipse totus esset pater, & te filium haberet uere *υψορ*. Hoc profecto nomine non paulo fortunatis, quam si ex quouis Regum Caesarum uere nasci contigisset. Si istam tuam felicitatem agnoscis, ut te maxime facere credo, non potes non & maximas agere gratias uniuersae felicitatis auctori Deo, & summa ope coniti, ut tum numinis tam effusa in te benignitati, tum optimi parentis eximiae pietati respondeas. Etenim si cuiquam omnino contigit, ut quod ait Comicus, domi haberet unde disceret, & eruditionem ac pietatem unam cum lacte nutricum suggeret, hoc tibi datum est insigniter. Neque nescis ab hoc eodem Aristotele (ne ab illo recedamus) praclare dictum esse, plus debere nos istis à quibus instituti sumus, quam à quibus prognati, quod à parentibus tantum accipimus ut uiuamus, à praceptoribus ut bene uiuamus. Vtrunque munus tibi cumulatissime praestitit optimus parens tuus, & tu illi geminam debes gratiam. Haec quum ita sint, uideor mihi superuacancam sumpturus operam, si iam pridem alacriter currentem conerincitare. Applaudere tantum & acclamare libet, strenue, multis à tergo relictis, ad perfectionis metam properanti, uidelicet quocurras alacrius. Arbitror enim te iam pridem absolutis mansuetioribus disciplinis, augustinioris philosophiae mysterijs initiatum, ut sapientiam eloquentiae copules, pedisse quae regnam. Nam nimis ridicule mihi facere uidentur, qui per omnem uitam nihil aliud agunt quam ut recte loquantur, nec hoc ipsum quod unum expetunt, consequuntur, quum iuxta Flaccum, dicendi recte, sapere & principium sit & fons. Haec reputanti, suauissime Ioannes uisum est Aristotelem, totius philosophiae principem & consummatorem, modo uelut renatum, tibi dicere, ut in huius penetralibus assidue uersans, si quid deest orbi disciplinarum, absoluas. Vnus enim hic philosophiam, à diuersis per fragmenta sparsim mutilatimque traditam, in ordinem redegit, ac uelut in corpus compegit, ut qui à Poetis ac Rhetoribus orsus, ad Logicam deducit: hinc moribus omni ex parte diligenter instructis, per omnes naturae partes circumducit: postremo ad ea quae naturam humiliorem superant, euehit, usque ad summam illam mentem, quae superat omnem intellectum. Vnde non

iniuria

iniuria M. Tullius, haudquaquam stupidus ingeniorum aestimator, hunc unum appellat aureum flumen, aptius mea sententia dicturus, totius sapientiae ditissimum quendam mundum. Sed & *αγορ* deorum inuidentissimum, cui parum est exedere marmora & ara, corporum imagines, nisi & ingeniorum monumenta uel deuoret, uel corrumpat. Tam opulentus, tam inestimabilis thesaurus nobis in totum perierat, nisi per Lucium Syllam fuisset ab orco reductus, quo uel unico beneficio uir ille semet ab inuidioso conuicio uindicare poterat, quo contumeliosis uersibus tibi felix dictus est, non Reipublicae. Nam Aristotelis lucubrationibus in lucem reuocatis, non uni tantum urbi, sed uniuerso orbi felix dici promeruit. Sed hoc gaudium de recepto Aristotele, non mediocri dolore temperauit Nemesius, dum reputamus quam multa rursus ex huius philosophi monumentis interceiderint, quae praefici scriptores testantur ab eo composita. Aiunt enim illum scripsisse libros, plures trecentis. Diogenes summam existimat uersibus supra quinquies mille, trecentis & triginta. Nam praefici solent uersuum numero signare uoluminum magnitudinem, ueluti nota certiore, quod libri frequenter sint inaequales pro materiae copia. Sed huius iacturae molestiam qualicumque solatio mitigant, quod aiunt paucos quidem, sed optimos quosque nobis esse incolumes. Vniuersos autem redigunt ad quatuor classes quarum prima continet eos qui dicendi persuadendique rationem tradunt. Ad hanc referri possunt ea quae de Poetica, Musica, prouerbiisque scripsit, aut si quod est aliud simile. Secunda, qui dicendi rationem docent. Tertia qui moralem ciuilemque disciplinam tradunt. Quarta, qui de naturalibus ac supernaturalibus tractant. Nunc quid in quaque classe nobis perierit aut extet, uelut in tabula tibi depingam.

In prima, quae, ut dixi, Rhetoricen docet, qui Graeci extant hi sunt:

Rhetorices ad Theodetum, libri tres, quum Laertius non numeret nisi duos, testans tamen illum de Rhetorica bis, duobus uoluminibus tractasse. Ad Alexandrum de ciuilibus sermonibus, liber unus. De Poetica liber unus.

In secunda, quae Dialecticam tradit, extant haec:

De praedicamentis decem, liber unus. De enunciatione, liber unus, quem nunc secant in duos. Analyticorum priorum, libri nouem, quum nobis extent tantum duo: nisi fortassis hi sunt, quos Laertius hoc titulo commemorat, Syllogismorum duo. Analyticorum posteriorum, siue demonstrationum libri duo. Topicorum, libri octo. Elenchorum, liber unus, quem nescio quis secuit in duos.

In tertia, quae moralia continet, haec supersunt:

Ethicorum ad Nicomachum, libri decem. Ethicorum ad Eudemum libri octo: sic uidentur, est enim septimus longissimus. Ethicorum quae magna uocantur, libri duo. Politicorum, libri octo. Oeconomicorum, libri duo, quorum alter nothus est.

In quarta supersunt haec:

Naturalium auscultationum, libri octo. Meteorologicorum, libri quatuor. De caelo libri quatuor. Historiae animalium, libri decem. De partibus animalium, libri quatuor. De generatione animalium, libri quinque. De generatione & corruptione, libri duo. De mundo ad Alexandrum, liber unus. De coloribus, libri duo. De plantis liber unus. De sensu & sensibilibus, liber unus. De iuuentute & senectute, liber unus. De somno & uigilia, liber unus. De insomnijs, liber unus. De diuinatione in somnis, liber unus. Problematum sectiones permultae. De uita & morte, liber unus. De respiratione, liber unus. De flatu, liber unus. De physiognomicis, liber unus. De anima, libri tres. De memoria & meminisse, liber unus. De mechanicis, liber unus. De lineis illatabilibus, liber unus. De Xenophanis, Zenonis, & Gorgiae placitis, liber unus. Supernaturalium, libri quatuordecim.

Tantum nobis superest, & quid Graece. Nunc accipe quae in quaque classe desiderantur.

De prima desiderantur haec:

De Poetis, libri tres. De Rhetorica, liber unus, cui titulus Gryllus. Nerinthus, liber unus. De enthymematibus rhetoricis, libri duo. Artis poeticae tractatio, libri duo. De consilio, liber unus. De homericis ambiguitatibus, libri sex. Liberalium disciplinarum, libri duo. Parabolarum, liber unus. *Αρκετων*, id est, inordinatorum, libri duodecim. Olympionicae, liber unus. Pythionicae, liber unus. Pythionicarum elenchi, liber

Hhhh 2 unus

unus. Dionysiacæ uictoriæ, liber unus. Pythicus, musices, liber unus. De tragœdijs, liber unus. De doctrinis, liber unus. Prouerborum, liber unus. Carmen ad Philoxerum. Scripsit & elegias. His adiungi possunt, Mathematicus, liber unus. De magnitudine, liber unus. De Musica, liber unus.

Ex secunda desiderantur hæc:

Sophista, liber unus. Menexenus, liber unus. De scientijs, liber unus. Solutiones contentiosorum, liber unus. Diuisiones sophista, libri quatuor. De contrarijs, liber unus. De speciebus & generibus, liber unus. De proprijs, liber unus. Commentaria aggressoria, libri tres. De instantia, liber unus. De his quæ aliquot modis dicuntur, aut iuxta additionem aut propositum, ut reddidit Diogenis interpres, quum Aldina æditio habeat *ἁπλῶς ἀποδεικνύει*, liber unus. De scientia, liber unus. Diuisiones decem & septem. Diuisionibilem, liber unus. De interrogando & respondendo, libri duo. De propositionibus, liber unus. Propositionum contentiosarum, libri quatuor. De syllogismo, lib. unus. De questionibus, lib. unus. Methodicorum, libri octo. De syllogismis, libri duo. Syllogisticorum & definitionum, libri duo. De eligibili & cōtingenti, liber unus. De his quæ ante locos sunt, liber unus. Topicon ad finitiones, libri duo. Diuisionum, liber unus. De finitionū, libri tres. Epicheumatum, lib. duo. Questiones aggressoria, lib. uiginti quinque. Artium collectio, libri duo. Ars, liber unus. Ars alia, libri duo. Compendiū artis, liber unus. Artis Theodecti contractio, liber unus. Enthymematum diuisiones, lib. unus. De dictione, lib. tres. Collectionum, libri duo. Aduersus Gorgiam, liber unus. Problematum ex Democrito, libri sex. De doctrina, liber unus. Aduersus Zenonis scita, libri duo. Encyclicorum, libri duo.

Ex tertia interciderunt hæc:

De iustitia, libri quatuor. De philosophia, lib. tres. De repub. lib. duo. Amatorius, lib. unus. Conuictum, lib. unus. De diuitijs, liber unus. Exhortationum, liber unus. De nobilitate, liber unus. De uoluptate, lib. unus. Alexander, seu de colonis, lib. unus. De regno, liber unus. De bono, lib. tres. De Platonis legibus, lib. tres. De Rep. Platonis, libri duo. De amicitia, lib. unus. Quid sit affici aut affectum esse, lib. unus. Propositiones de uirtute, lib. tres. De perturbacionibus iræ, lib. unus. De imperio, liber unus. De meliori, lib. unus. De affectibus, lib. unus. De uoluntario, liber unus. De pulchro, liber unus. Questionum de amicitia, lib. duo. Politicorū, lib. duo. De iustis, lib. duo. Iustificacionum, lib. duo. Iura, lib. unus. Lex commendatitia, lib. unus. Legum, libri quatuor.

Politice ciuitatū, lib. centum uiginti octo; & seorsum de democratia, oligarchia, aristocratia, & tyrānide. Addantur his epistole ad Philippū. Selymbriorū epistole. Ad Alexandrum quatuor. Ad Antipatrum nouem. Ad Mentorem una. Ad Olympiadem una. Ad Hephæstionem una. Ad Themistagoram una. Ad Philoxenum una.

Ex quarta interciderunt hæc:

De elementis, libri tres. De motu, liber unus. De Idea, liber unus. Questionum de anima, liber unus. De natura, libri tres. Physicus, liber unus. De Archyta philosophia libri tres. De Speusippi & Xenocratis philosophia, lib. unus. De Timæi & Archyta libris decerpta, lib. unus. Aduersus Melissi dicta, liber unus. Aduersus Pythagoricos, liber unus. Aduersus Alcmaonis placita, liber unus. Aduersus Xenocratem, liber unus. De Pythagoricis, lib. unus. De incisionibus, lib. octo. Excerptio incisionum, lib. unus. De cōpositis animalibus, lib. unus. De fabulosis animalibus, lib. unus. De nō gignēdo, lib. unus. De plantis, lib. duo. Medicinaliū lib. duo. De signis tēpestatū, lib. unus. Astro nomicus speculatiuus, lib. unus. De motu, liber unus. Inspectorum problematū, lib. duo.

Exposita generatim, lib. quatuordecim. Vides charissime iuuenis iacturā simul & lucrum studiorum, quorum utrūq; eo uisum est proponere, ut his qui deo propitio superesse contigit, suam ut auidius, cautiūq; seruemus. Quanquam plura extant hodie Latine uersa, quam quæ Græca reperiuntur. Et in utroq; genere sunt, de quorum autore non immerito possit ambigi. Primū illa minuta opuscula, de uita & morte, de memoria & meminit, de lōguitate & breuitate uite, & huius generis multa, uel hoc argumēto uideri possunt notha, quod apud Diogenē Laertiū, qui curiosius etiā recenset huius uiri lucubraciones, horū nulla omnino fiat mentio, etiam si in his nihil ferè est non eruditū ac lectū dignū.

Librum

Librum de pomo constat hominis esse Christiani. In librū de uegetabilibus qui præfatur, ait esse uersum ex Arabica lingua: ac probabile est Arabis cuiuspiam esse, adeo subinde citat Abruculum quendam, Græcis inauditum. Quicquid tamen est huiusmodi libellorum, quoniam ab his qui philosophiam Aristotelicam in scholis profitebantur, solent prælegi, Aristotelis titulum obtinuerunt. Liber moralium, quæ magna dicuntur, uidentur ex libris ad Nicomachum decerptis. Qui uero ad Eudemum scripti sunt, in prioribus planè referunt uim & acumen Aristotelis, posteriores uidentur ab alio quopiam adiecti, quum in his repetantur iisdem uerbis quæ disputantur ad Nicomachum. Librum de mirabilibus narrationibus res ipsa loquitur è diuersis autoribus esse confarcinatum, nec præ se fert indolem Aristotelicam. Opus problematum in primis eruditum, appareret à studiosis contaminatum, uel hoc indicio, quod toties eadem iterantur. Et haud scio an hoc sit opus, quod Laertius hoc titulo recenset, Problematum ex Democrito libri sex. Commemorantur & alij duo libri problematum *ἑλεναίων*, unus Encyclicorum, rursus alij *ἑλεναίων* & protaseon, ex quibus probabile est has quas habemus sectiones magna ex parte decerptas. De Oeconomicis Laertius non recenset nisi unum librum, quum Leonardus Arcinus uerterit duos, quorum posterior non inuenitur. In huius locum Aldus supposuit fragmentum stratagematum, nihil faciens ad rem œconomicam. Prior *ἑλεναίων* est Aristotelis, sed utinā esset absolutus: Secundus quem uertit Leonardus nec conhaeret cum superiore, nec respicit ingenium Aristotelis. De anima Laertius unum tantum librum commemorat, sed hunc fortasse studiosus aliquis in treis dissectuit. Rhetorica ad Alexandrū, quamuis apprime docta, tamē duplici nomine dubitari potest an sit illius germana; primum quod Oratorum more præfatur, id quod alibi nunquā, sed semper ad rem festinat: dein quod huius Diogenes non meminerit. Liber de Plantis non est separatim opus, sed pars, aut si mauis tertius liber de coloribus. Liber de mundo ad Alexandrum discreti hominis est, sed multum discrepans à phrasi Aristotelica. Liber de lineis indiuisibilibus, quamuis hominis apprime docti, non sapit tamen Aristotelem, nec eius meminit Laertius. In his ita meam sententiam aperui, ut nihilo secius suum cuique liberum per me quidem sit iudicium. Resiquum est, ut paucis attingam, quid hac postrema, hoc est Bebeliana æditione accesserit studiosis. Principio fateor plurimū gratiæ deberi Aldo, qui primus omnium sua industria typis Græce euulgarit autorem, quo uix alius lectu dignior: nam ante hac illum habebamus, sed ita uersum, ut ad intelligendum Dælo, quod aiunt, narratore esset opus, si modo excipias quæ uertit Theodorus Gaza, in hoc genere felicissimus, & Leonardus Arcinus. Nam Argyropylum arbitror post ædicionem Aldinā eam prouinciam aggressum. Sed Aldina uolumina quoniam magno emebantur, submouebant tenues philosophiæ candidatos, nec ferè inueniebantur nisi in Italia: post uix usquā reperiti ceperunt, diuenditis omnibus aut certe plerisq;. At hoc prestavit Ioānes Bebelius, ut inæstimabilem thesaurum typis multo elegantissimis euulgatum, quamlibet tenuis non magno precio sibi possit comparare. Imò non proorsus idem nobis profuit Aristoteles, sed multo quam ante fuit emaculatio, idq; potissimum studio, uigilantia, fideq; Simonis Grynæi, iuuenis in omni genere literarum haudquaquam uulgariter eruditi: at non sine præsidijs fidelium exemplariorum. Siquidem in Dialecticis adhibitus est emendatissimus codex, in quo uix ulla fuit pagina, quæ non aliquod operæ precium attulit. In physicis auscultacionibus consulta sunt Simplicij commentaria, & in huius argumenti libro septimo pro Themistiana paraphrasi, reposita sunt ipsius Aristotelis uerba, idq; ex autoritate Simplicij, ut confidamus in his duobus operibus aut nihil aut quam minimum fore quod lector desideret. In libris de animalibus loca non pauca repurgata sunt præsidio translationis Theodorice. Liber *ἡθικῶν* quomodo minimum erat inquinatus mendis, nisi quod huic operi autor ipse non uidetur extremam addidisse manum.

Ethica ad Nicomachum recte habebant, nec admodum egebant emendatoris industria. Atque utinam licuisset in opusculis minutioribus omnes explere lacunas, & quod deprauatum erat ad plenum restituere. Imo utinam liceret omnia quæ in huius uiri lucubracionibus desiderantur, adiungere. Certe quicquid ab Aldo fuit æditum, hic & solidum habetur, & multo castigatius, deniq; longe minori precio parabile. Id meo periculo non dubitem polliceri, meamq; fidem facile probabit diligens lector, si non grauabitur conferre.

Hhhh 3 re. lam

re. lam si quis expendat, quantis uigilijs, quantis sudoribus, quantis etiam impendijs parata sit hæc studiosis omnibus commoditas, fatebitur plurimum & fauoris & gratiæ deberi Ioanni Bebelio, qui quum possit aliorum exemplo, friuolis ac mox emorituris libellis uenari presens lucrum, maluit in egregios autores maximam facultatū suarum partem periclitari. Lacon ille nihil morabatur diuitias de finibus peniles: sed haud scio an incertiora sint quæ pendunt de chartis. Aequum est autem, ut omnes literarum studiosi talium uirorum industriae faueant, & fauendo ad similia audenda studeant accendere. Id fiet, si quanto studio ille tantum thesaurum offert, tanta auaritate rapiant quibus illo est opus: & cui tandem non est opus? ut iam hoc multo magis sit fauere sibi, quam Bebelio. Sed ut ad te redeam clarissime iuuenis, scio te in hoc Peripatetico solitum libenter περιπατῶν, libentius etiam obambulatorum, quum omnia deprehenderis purgatora. Proinde ut huc hortari te serum arbitror, ita ut pergas, excitare non admodum puto necessarium, qui tot exemplis domesticis undiq; pinguis extimulerisq; ut quamuis pigrum ac somniculosum ingenium possit ad sapientiæ studium excitari. Hic ipse Aristoteles dixisse fertur, sibi turpe esse silere, loquente Xenocrate: longe uero turpius tibi fuerit non philosophari, quum uideas optimas sorores tuas, Margaretam, Aloisiam, Ceciliam, tam sedulo, tamq; feliciter in utriusq; linguæ scriptoribus uersari. Quanquam omnium acerrimum ad omnem uirtutem calcar esse debet uir omnibus numeris absolutus pater tuus Thomas Morus, qui magis te genuit institutione quam natura, & in quo uelut in speculo uides esse uerissimum quod dicere solitus est Aristoteles, καλλιστὸν ἐφόδον εἶναι τῆς γῆρας παιδείας. Siquidem hoc magna ex parte debet literis, quod ei muneri, quo non aliud uel secundum regiam dignitatem augustius, uel ad bene gerendum difficilius, non modo par esse, uerum & superesse potest. Quod tamen ipsum, nisi prorsus ignoro naturam illius, perlubenter recusaturus erat, si uel phas iudicaret usquam non morem gerere Regis optimi uoluntati, uel pium existimaret, patriæ concordibus suffragijs ac publica uoce huc uocanti pernegare obsequium. Quin & illud debet philosophiæ, quod nec tanta dignitas tantillum illi addidit supercilij, nec negotiorum undiq; circumstrepentium unda, quicquam de pristina comitate diminuerunt. Video iam dudum epistolam excedere modum, sed dimittam te, si tibi adhuc unum Aristotelicum apophthegma recensuero. Quidam iactanti sese quod anxiplex celebrisq; ciuitatis esset ciuis, Noli, inquit, istuc spectare, sed expende num illustri ciuitate sis dignus. Idem tu quoq; mi Ioannes, merito gloriari poteris te tali patre prognatum, si, quod facis, adniti pergas, ut tali patre dignus uideare. Datum apud Friburgum Brisgoæ, tertio Calend. Martias, Anno domini M. D. XXXI.

In Plinium.

STANISLAO TYRZO OLMVTZENSI EPISCOPO
ERASMVVS ROT. S. D.

AB ENT hoc egregia magnorum artificum opera præsul ornatissime, ut nõ solum nobilitent autores suos, quorum auspicijs impendijs ue nata sunt, aut quibus dicata fuerant, uerum etiam omnes, quicunque uel in absoluendo, uel in faciundo portionem aliquam industriae suæ cõtulerunt. Quorundam etiam emulatio, quamuis parum felix, tamen illustris fuit. Quis enim hodie nosset Mausolum Caria regulum, aut huius coniugem Artemisiam, quis Scopam, Bryacem, Timotheum, Leocharem, aut Pithim, nisi Mausoleum opus longe celebratissimum his omnibus famam dedisset immortalem, cum ipsum sese ab iniuria temporis exedentis omnia uindicare non potuerit. Nullum hodie uestigium extat operosi tabernaculi quod condidit Moses, aut celeberrimi quondam templi quod Hierosolymis extruxit Solomõ. Esdras restituit, & tamen semper uicturum est in hominum memoria nomen laudati Belehelis, & Hyram Tyrionum regis. Quin & ipse Solomon quamlibet alijs quoq; nominibus inclytus, bonam magnamq; gloriæ suæ partem nobili debet ædificio. Solidior autem ueriorq; gloria contingit ex his monumentis quæ uitæ mortalium insignem aliquam adferunt utilitatem, quam ex Aegyptiarum pyramidum molibus, quæ præter opulentiae barbaricæ stultam & ociosam ostentationem nihil habent, aut ex Labyrinthis, colossis, nodis inexplicabilibus, muscis regentibus quadrigam, Dodonæis lebetibus, heptapho-

nis pora

nis porticibus, alijsq; id genus argumentis, quæ delectant quidem artis & ingenij miraculo, sed præterea nullo iuuant usu. Huiusmodi famam partunt autoribus suis uerius quam gloriam. Nobilitatus est suo tauro aeneo Perillus, sed ut præstiterit obscurum esse. Plus itaq; ueræ laudis promeruerunt, qui extructis pontibus, portibus, thermis & aquæ ductibus utilitatem cum operum magnificentia coniunxerunt. E quibus omnibus, si quod est præstantissimum eligas, quid ad hoc opus, quod nobis uiuum ac spirans ingenij sui monumentum reliquit Plinius? Imò non opus est, sed thesaurus, sed uere mundus rerum omnium cognita dignarum. Proinde non mirum si unum tot uiros nobilitauit, hodieq; nobilitat, Nemo fuit tam obscurus, quin illustris esse ceperit, posteaquã huc operi manum admoit. Perierat nobis hoc diuinum munus nisi certatim à summis ingenijs aduigilatum esset, ut ex ruinis penè deploratis orbi renasceretur. Inter hos prima citra contouertiam laus debetur Hermolao Barbaro, non tantum ob id quod primus omnium facinus Longe pulcherrimum ausus sit aggredi, uerum etiam quod cæterorum nemo unus plura restituerit. Ac ne longum texam catalogum, inter plurimos qui Barbari exemplum sunt amulati, non instrenuam operam hic nobis nauauit Guilielmus Budæus, uir præter absolutam eruditionem, exquisitæ diligentia. Post hunc Nicolaus Beraldus homo supra peritiam humanarum literarum Mathematicæ etiã pulchre callens, quodq; hic uel præcipuum erat, sani iudicij, nõ minore studio q; religione uersatus est in hoc labore. Nuper omnium postremus Ioannes Cæsareus in omni genere litterarum exercitissimus, nõ infelicem operam præstitit. Atq; horum omnium quidem industriae debemus, quod Plinium habemus multo quam antehac emendatorem. Cæterum ut in picturis quibusdam artis exquisitæ, semper oculis contemplantium offert sese noui quippiam, quod admirentur, ita in emaculando Plinio uersantibus, nunquam defuturum est, quod sarcien dum sit. Restituit quidem dictum est à Plauto: Negocij sibi qui uolet uim comparare, nauim & mulierem hæc duo comparato. Nam nullæ res magis duæ plus negocij habent. Idem serio uereq; dici potest, nunq; ei defuturum negocij, qui in Plinio restituendo uelit operam sumere. Ut enim nihil aliud, certe typographorum incuria facit, ut in probatissimis quibusq; scriptoribus, semper eruditus uiris, retexeda sit, ut ita dicam, tela Penelopes, quandoquidẽ illi quotidie plus deprauant sua socordia, quam eruditorum diligentia possit reponi. Nonnullorum operum ea diuinitas fuit, ut omnium artificum manus, inimitabili quadam artis eminentia deterrerent, uel à supplendo quod erat inchoatum, uel à faciundo quod erat deprauatum. Inter Apellis opera duæ potissimum Veneres celebrantur à scriptoribus, altera emergens e mari, unde & ἀναδυσσομένη dicta, altera quam Cois inchoauit, illam etiam superaturus, nisi mors inuidisset operi nascenti. Prioris inferiorem partem corruptam, nullus inuentus est qui posset reficere: posteriorem imperfectam, nemo potuit ad præscripta liniamenta perficere. Quo magis probata est artificum modestia, hoc magis detestanda est quorundam temeritas, ne dicam impietas, qui Plinianum opus, omnibus omnium sculptorum ac pictorum operibus anteponendū, sic uel describendo uel excudendo corruperunt, ut deuotis animis in tam eximij scriptoris exitium cõspirasse uideri queant. Atqui id ne fieret, oportuit regum esse curam, quum nullus sit liber dignior qui regum manibus teratur, quod non ex alio citius hauriatur rerum omnium cognitio. Quid autem magis decet orbis monarchas, quam cæteris antecellere prudentia? Prudentia uero quæ rebus periclitandis colligitur non solum misera est, quemadmodum uere scripsit ille, propterea quod magno multorum malo paratur, uerum etiam dispendiosa, ut plerunq; sero contingat. At istas moras, nihil magis fert Respublica, quam nauis in mari periclitans nauclerum imperitum donec proficiat. Præsens enim periculum artificem iam promptum requirit. Itaq; monarchas non uacat ullam uitæ portionem amittere, nec pueros esse licet, etiam si sint imberbes, animi canticies adsit oportet: ea non aliunde rectius colligitur, quam ex hoc opere, quod tãto compendio rerum docet uniuersitatem. Mundum docet Plinius. Quid autem absurdius, quam imperare mundo, & nescire quid sit mundus? Nec est quod excuset publica negocia. Talibus negocijs districtus hæc ex tot librorum millibus scripsit Plinius. Certe par erat, aliquam horarum partem quæ pereunt in alea, in tam frugiferam, nec minus iucundam lectionem decidere. Verum ut quo cœpi pergam, quo detestabilior est deprauatorum temeritas, hoc eruditos omnes pro sua quæque uirili, maiore religione ad-

Elhhh 4 mouere

mouere manum oportet operi restituendo. Superstitio quidem est nihil hic audere, quum tam multis hic ausus felicissime cesserit. Temeritas est ex quolibet leui coniectura expuncta uetere scriptura nouam inducere. Religio est seorsum annotare si quid probabilibus argumentis deprehensum est, & eruditis ad ulteriora peruestiganda, ueluti gradum iacere. Atque utinam in hoc pulcherrimum negocium conspirarent omnes rei litterariae proceres, ut quisque quod deprehendit in medium conferat, donec Plinium haberemus absolutum. Non leue praemium ostenditur, uel unus locus restitutus promerebitur honestam apud studiosos nominis memoriam. Is est Pliniani nominis splendor, ea est operis tum gratia tum utilitas. Bene merebitur de publicis studiis, si tua autoritas uelium tuum aut si qui sunt uelii similes ad hanc prouinciam extumularit. Nos ex uetustissimo quodam codice, sed ut ferè sunt, deprauatissime scripto, non pauca restituumus, quae citra subsidium exemplaris corrigi non poterant, quaeque haecenus à nemine fuerant animaduersa. Hoc dictum ne fide careat, praestabit hic locus libri X I I, Cap. I I I I. Aethiopiae forma, ut diximus nuper allata &c. Item libro X I I I, Cap. X X I I I I, Apes quoque nunquam defore etc. Rursum libro X V I I I, Cap. V I. Verumque cōstitibus latitundia etc. & Cap. X X I. Omnesque eae differentiae sunt in octauis partibus signorum &c. Sed ineptum sit recensere quicquid correctum est, haec in hoc indicauit, quo lector collatis his locis cum omnium editionibus perspicat ad hunc modum plurima feliciter restituta ex fide uetustissimi codicis, quae nullis coniecturis potuissent restitui. In ceteris item ita uigilatum est, ut meo periculo non dubitem polliceri, nunquam haecenus exisse Plinium feliciter tractatum. Accessit officinae Frobenianae mansuetas notorū, qui uir mihi litteris illustrandis natus uidetur. Iam quo cōmendatior etiā Plinius exiret in manus hominum, hoc operae tuo nomini dedicare uisum est. Scio quantum debeam incomparabili uiro fratri tuo Turzoni quondam praesuli Vratia uienensi, qui me tam procul semotum & splendidis xenijs, & amantissimis litteris ad amicitiam prouocauit. Ab hoc care alieno non liberat mors creditoris. Memoriae persoluedū, quod ipsi persoluerere non licuit. Succesisti in germani locum, iam semel atque iterum lacessens ad amicitiam. Est tibi res amplissime Praesul cum homuncione plane uitro. Subinde periclitor. Proinde si deus dederit uitam longiorē, hanc arram esse putat, quae adeo non liberat, ut obstrictiorem etiam reddat debitorem: sin minus, hoc erit argumentū mihi salutatem defuisse non animum hominis grati memorisque. Amplitudinem tuam seruet dominus Iesus. Basileae. Anno ab orbe redempto M. D. X X V. sexto Idus Februar.

In Titum Liuium.

DES. ERASMVVS ROT. GENEROSO ADOLESCENTY
CAROLO MONTIOIO S. D.

T S I nunquam haecenus contigit faciem intueri tuam iuuenis ornatissime, tam men in tuis ad me litteris mire puris, doctis, argutis, amicis, candidis, optimam tui partem animum, sic expressam uideo, ut nullus Apelles corporis effigiem in tabula representare possit euidentius. Tam raras tamque uarias naturae tuae dotes ista praesertim aetate, quum libenter tum summa cum animi mei uoluptate sum exosculatus. Equidem nihil non praecclarum expectabam à Guilhelmi Montioi filio, sed ingenue fateor, longe uicisti spem meam quam de tuo profectu conceperam. Eam epistolam non in hoc tantum seruabo, quo me subinde tui contemplatione delecet, uerum etiam ut hoc instrumento tecum uelut ob signatis tabulis agere possim, nisi qua coepisti perrexeris, donec operi pulcherrimo colophonē imposueris. Scribis te illa mea epistola, quae Adagijs praefixa, uelut in theatrum productum, ut uelis nolles cogaris, bene saltata fabula, multitudinis auribus oculisque satisfacere. Hoc oneris tibi per me impositum esse, mi Carole, nondum sanè me poenitet: altera uero sarcina, qua te magis etiam premi dicis, sollicitum quo pacto meis in te meritis gratiam referas, facile te exonero. Nec enim metuo ne fallas tuorum de te expectationem: quin ista tam praecclara exordia, uel, ut melius dicam, primus fabulae actus, nobis spem faciunt fore ut quemadmodum superasti meam, ita uincas & ceterorum expectationem. Quod si praestiteris, arbitror mihi pro, si quid est meorum in te officiorum, in solidum atque etiam cumulate relatam gratiam. Vera pietas, qua clarissimum patrem tuum perpetuo sum prosequutus, quamque nunc in te uelut alterum illum transtulisti, non

li, non moratur aliam mercedem, quam ut te ipsum talem praestes, qualem optat illa. Verum ne tibi fabulam istam saltanti, nihil aliud quam hortator applausorū uidear, sed ut non nihil etiam opis adferam, uisum est tuo nomini dicere Titum Liuium, Latinae hystoriae principem, iam quidem frequenter excusum, sed nunquam antehac uel magnificentius uel emendatius: & si hoc parum est, quinque libris modo repertis auctum: quos bono quodam ingenio in bibliotheca monasterij Lauruleni, aut, ut uulgo, Lorfenlis, repperit Simon Ciryneus. Ad aut monasterium est in regione Vormaciae, siue Berbethomagi trans Rhenum, à Carolo Magno septingentis ab hinc annis & eo amplius extructum, ac librorum copiosissimum supellecile instructum, Nam haec olim praecipua cura principum fuit, & hic solet esse charissimum coenobio rum thesaurus. Archetypum erat admiranda uetustatis, praeco more perpetua litterarum serie ita depictum, ut difficillimum fuerit uerbum à uerbo dirimere, nisi doctus, attento, & in hoc ipsum exercitato. Unde non parum negocij fuit in parando exemplari, quod typographicis operis traderetur utendum. Nec minore cura quam fide aduigilatum est, ne utquam in describendo ab archetypo recederetur. Quod si pridem magna studiorum gratulatione merito exceptum est, quaecumque fragmentum quod nobis dedit Montio: quanto plausu excipi par est, tantam Liuianae hystoriae accessionem. Atque utinam laxit deus Opt. Max. ut hic autor totus & integer nobis restituatur. Eius rei spe nonnullam praebent rumores per ora quorundam uoluitantes: dum hic apud Danos, ille apud Polonos, alius apud Germanos, haberi Liuiana quaedam nondum edita scitatur. Certe posteaque haec reliquias praeter omnium spem obiecit fortuna, non uideo cur desperemus & plura posse contingere, Atque hic, mea quidem sententia, principes uiri rem se dignam facerent, si praemijs propositis, eruditos ad peruestigandum tantum thesaurum sollicitaret, aut etiam ad editionem percellerent: si qui forte sunt, qui rem publice utilitati paratam, graui studiorum iactura premunt abduntque. Vehementer enim absurdum uidetur, homines ut parum aurum argenti ue inueniant, tantis impendijs tantisque periculis, ad ipsos penè inferos terrae uiscera perferre: & huiusmodi thesauros tanto illis preciosiores, quanto corpore praestantior est animus, prorsus negligere, nec ulla uestigatone dignos iudicare. Midaeum hic animus est non principum, à quo quum sciam tuam indolem quam longissime abhorrere, non dubito, quin hoc lucrū his auicillime amplexurus. Iam ne quis dubitare possit, an haec dimidiata decas sit uere T. Liuij, duae res potissimum efficiunt: primum ipsa phrasis omnibus notis suum auctorem referens: dein Argumenta siue Epitomae L. Flori, hisce libris per omnia respondentes. Itaque quum scirem, magnatibus uiris nullam esse lectionem magis ac ceteromodamque historicorū, inter quos facile primas tenet T. Liuius, de Latinis loquor, praesertim quum Sallustianū nihil extet, praeter duo fragmenta: reputaremque quantum in inexplabilis historicarū, ut ita loquar, belluo semper fuerit pater tuus, quem non dubito quin hac quoque parte referas: uisus sum mihi non incongrue facturus, si hi quinque libri, tibi proprie dicati prodirent in lucem. Quamquam hic nosim te parentis nimium esse similem. Solet enim ille singulis diebus à coena ad mediam usque noctem incumbere libris, non sine uxoris ac pedissequarū tedio, magnoque famulorum murmure: quod quamquam illi haecenus praeter ualitudinis dispendium licuit, non arbitror tamē consultū, ut eandem tu iacias alcam, fortasse non perinde feliciter casuram. Certe quum pater tuus huic regi etiamnum adolescenti socius esset studiorum, in historicis potissimum uersabantur, idque uehementer approbante patre Henrico septimo singulari iudicio prudentiaque rege. Adiuncta autem est huic editioni, Chronologia Henrici Glareani, hominis exquisitae multifariaeque docti, cuius indefatigabilis industria, non solum hoc inclytum gymnasium Friburgense, uerum etiam totam hanc regionem, liberalibus disciplinis excolit, exornat, locupletat. Ea Chronologia demonstrat temporum ordinem, bellorum species, ac personarum nomina, in quibus haecenus fuit mira confusio, scribarum ac sciolorum uitio inducta. Atque haec erat unica hystoriae lux. Quod si haec absit cynosura, caeca prorsus est in hystoriarum pelago nauigatio: & nisi hoc adsit filum, inextricabilis error inuoluit lectorem etiam eruditum in his rerum gestarum labyrinthis. Hoc munere si tuam epistolam bene pensatam arbitrare, tuae tam uices erunt nos tuis impartire litteris. Beneuale. Apud Friburgū Brisgoia, Calend. Martijs, Anno M. D. XXXI.

libuisset. Nec satis erat in unū ferire caput. Ad liberos, ad affines, ad amicos omneis crudelissima laniena proferebatur: ac saepenumero reciprocantibus, ut fit, uindicta uicibus, quos uiros, quas matronas effera immanitas indigne laniabat? Saep plurib. hinc & hinc imperium ad se trahentibus miscbatur omnia. Ita semper ad nouum imperij successorē, totus terrarum orbis conuuliebatur. Summa rerum in manibus erat, non senatus, non populi Romani, sed mercenarij facinorosiq; militis. Nec aliter imperare licuit, neque diutius imperare licuit, q̄ illis beluis collibuisse, qui nec bonos, nec malos principes ditu ferre poterant. Alius parcius erat, alius profusior, alius eruditior q̄ uellent, alius matri obsequentior, alius militaris disciplinae tenacior, alius imbellis, alius immodice bellator, alius in senatum propensior, alij cognomen obstabat militi parum gratiosum, alij affinitas. Quamlibet leuis causa satis erat istis ad iugulandum orbis principem. Deniq; ut nihil esset causae, expediebat illis subinde mutare principem. Infatiabilis habendū fames, ad res nouandas incitabat. Trucidabatur ut inutilis, quem iam exuxerant, accersebatur alius qui exhauriretur, mox ex ipse trucidandus. Atque hisce rebus factum est, ut nonnullorum imperium paucis modo mensibus, nonnullorū paucissimis etiam diebus finiretur: ut me quidem inter legendū crebro subeat admiratio, fuisse uillos qui tum tēporis uellent imperij uices capessere, cum tot exemplis didicissent, quibus legibus esset suscipiendum. Et hoc honoris sic uenditum, imō locatum, imperium uocabant. O miserum ac deplorandū illorum temporum statum. Oppressa senatus autoritate, oppressis legibus, oppressa populi Romani libertate, sic creato principi seruiebat orbis, princeps ipse seruiebat ijs, qualem nemo uis probus domi uellet habere seruū. Imperatorem timebat senatus, imperator secelestam illam militum turbam formidabat; imperator leges dabat regibus, ac huic leges dabant cōducitij milites. Summa rerum orbis ab armata paucorum temeritate pendebat. O magnificam & exoptandam omnibus monarchiam. Et tamen nescio quo pacto, uelut ex cōposito conueniebat inter Caesares & milites Caesarum dominos, quos legitimus aliquoties se decimari passos ab ijs, quos mox erant suo arbitratu iugulaturi, quasi uices alternas inter se pacti, dominandi ac seruendi. Non haec eō dicitur, ut persuadeam illegitimā fuisse Caesarum potentiam, quum uirēq; belli, atq; etiam scelere parta ditio paulatim consensu multitudinis radicibus actis fiat legitima. Alioqui si quis ab extremis initijs repetat ditionum origines, pauca reperiat legitime natas. Scitum est illud Octauij de Carone, qui non patitur mutari praesentem reip. statum, is mihi & uir bonus, & bonus ciuis uidetur. Recte confessus est, iustum per nephas occupasse monarchiam, non oportere tamen iam nouatum & constabilitum reip. statum, denuo nouari. Satis cōstat nullum imperium neque patuisse latius, neq; mansisse diutius quam Romanorum, quamquam hoc imperium primitus penes senatum ac populū erat: nec subito, sed paulatim ad unum summa rerum attracta est. Nec senatus tamen nec imperatorum quisquā totius orbis monarchiā tenuit. Nam praeter q̄ quod aliquot notae regiones nunquam agnouerunt Romanū imperium, non minima pars orbis tum erat ignota, quum prodigiosa uanitatis haberetur antipodū mentio, & terra sic crederetur innatare Oceano, quemadmodū si pila innatet aquae, colle tantum aliquo prominente. Deniq; quum hodie reperiantur terrae incognitae, quarum terminos nullus adhuc peruestigare potuit, quum compertum sit, eas esse immensae uastitatis. Sed imperij Romani maiestas paulatim ad Euangelicae lucis fulgorem, uelut luna ad solis splendorem elanguit. Tandem barbarorum inundationibus extinctum est, ac multis post seculis Romani pontifices restituerunt, sed nomen uerius quam rem. Quid enim aliud potuerunt? Certe eligendi ius à tumultuario milite ad certos principes recte translatum est, qui summa ut par est, religione, nullo mercedis interuentu darēt orbī principem, quem scirent rebus humanis maxime fore salutarem. Etenim si tot legibus minacissimis cautum est, ne Abbas aut Episcopus eligatur uel pecuniae, uel cuiuscunq; sinistrae affectus corruptela, quāta oportet esse integritate, qui suis calculis principē dant tam late regnaturum? Alioqui longe praestabilis erat nasci principem, quam per corruptelam eligi. Ergo ut boni ciuis est praesentem reipub. statum nolle mutari, ita boni principis est, ijs legibus quibus suscepti administrare principatum. An uetus illud imperium quale fuit olim renouandum sit, nescio. Equidem non arbitror quenquā esse cordatum uirū, qui id optet, etiam si uotis liceat restituere, tantū abest, ut quod iam multis seculis maxima ex parte sit antiqua

antiquatum extinctamq; magno rerum humanarum tumultu, summaq; Christiani sanguinis iactura, uindicandum ac reuocandū uideatur: praesertim cum inter ethnicos etiam hoc animo reperitus sit Otho, ut potius duxerit spontanea morte uitam abrumperet, quam imperium tot hominum uita mercari, uel ob hoc ipsum dignus imperio, si fortuna uirtuti faueret. An parum est suum quamq; regionem habere dominum, nisi singulae rursus alium haberent dominū, conduplicata populi seruitute, si summa rerum incidere in principem improbum. Nec haec dixerim quod negem optimum esse Reip. statum monarchiam, si modo is ad aeterni numinis exemplum quantum potentia ceteris antecellit, tantum dem uincat & bonitate sapientiaq; sed partim quod, ut sunt hominum ingenta, haud seio an huiusmodi quispam possit contingere, partim quod etiam si maxime contingat, uix arbitror capacem esse tantae ditionis unius mortalis animum. Demum ut sit, quando princeps tam procul agens, puta Constantinopoli, cognosceret quid agatur apud Aethiopas aut Gangen, & si cognouerit, quando mittet supplicas? Etenim qui uectigalibus exigendis tantum agit imperatorē, is quiduis est potius quam imperator. Non admodum delide rabit orbis monarchiam, si Christianos principes inter se iunget concordia. Verus & unicus orbis monarcha Christus est, in cuius edicta si nostri principes consenserint, sub uno principe uere floreunt uniuersa: in humanis cupiditatibus res gerentur, aeterna rerum uicissitudine semper fluctuabimus tactabimurq;. Et tamen maximā huius felicitatis partem ipsi nobis praestare possumus, si concordibus studijs ad id quod per se optimū est, contendamus. Atque ego sane ita demum arbitror felices fore reipublicas, si principes sancte Christianeq; instituti, simul atq; susceperint regnum, pariter & animum regno dignū suscipiant, publicis cōmodis metantur consilia omnia, ab omni tyrannidis specie uelut à peste quadam abhorreant, ac pro se quisq; certet, quod sortitus est regni, nō amplius, sed melius successorī tradere: omnes pariter admittantur, ne bellū ullum sit, potius quam ut bello uincant, neq; ullis sit opus copijs, magis q̄ ut his rebus sint instructi, pacis artibus magni uideri studeant, quae consilij animiq; uiribus cōstant. Equidem si quid nouari possit abiq; rerum tumultu, iudicari ad publicam orbis Christiani tranquillitatem magnopere pertinere, si certis foederibus ex usu publico sua cuiq; ditionis pomœria praescribantur, quae semel constituta nullis alimitibus, aut pactis, uel cōtrahi possint, uel proferri, prorsus antiquato ueterum titulorum iure, quos quisq; pro re nata, quum bellum afficeret, solet praetextere. Quod si quis forte clamitet, ius nescio quod suum adimi principibus, is illud mihi secum reputer uelim, num aequum censeat, ob huiusmodi iura, quae sicuti habet aliquis forsalsis, siue fingit, orbē Christianum impijs ac parricidalibus armis sine fine collidi, tot innoxios aut interim, aut perdi, tot immeritas foeminas affligi corruptiq; deniq; totam illam malorum tragediam, quae bellum omne secum defert, in uitam hominū inuehi. Nam his fontibus omnia fere bella, quae nostra memoria uidimus, profecta esse constat. Verum haec non tantum q̄ uideri possunt, uerum etiam impudentius ad uos scripta, principes ut magnos, ita cum primis sapientes, ad haec, quod est in ista fortuna rarissimum, librorum etiam praesidijs cum primis instructos. Siquidem tuas eximias Federice dotes quum sint insigniter insignes, non mirū si famae celebritas ad nos usq; deuexit. Te uero illustriissime Georgi, patri uel laudatissimo per omnia similem ac uere germanum è propinquo cognoui, dum Phrysiam nobis sinitiam administrares. Bene ualete principes uere felices, stemmatis quidem illustrissimi, sed ornamentis animi longe illustriores. Istos animos uobis seruet Christus optimus maximus, uos orbī Christiano, uestriq; similes nobis complures uelit existere. Antuerpiae Nonis Iunij. Anno M D XVII

In officia Ciceronis.

ERASMVVS ROT. IACOBO TVTORI S. D.

Q uemadmodum qui sunt à scorpis icti, solent ab iisdem remedium petere, ita mihi conuenire uidetur, Iacobe Iurisconsultorum eruditissime, ut qui literis sumus addicti, animi lassitudinem, aut corporis affectionem è studijs grauioribus contractam, ab iisdem studijs, sed amœnioribus recreemus. Etenim qui uere studiosi sunt, per omnem uitā nihil aliud agunt, quam dū licet illis

suo arbitratu uitae cursum moderari, nec tam intermittunt studia, quam remittunt & relaxant aliquoties ingenium, cessant nunquam, otiantur interdum, sed interim agentes alij
lij quid

quid. Feriatur aliquando, sed sic, ut orationem pulchre queant reddere. Et si libet cessant etiam nonnunquam, sed ut horum cessatio plus adferat bonæ frugis, quam quorundam negotio/ sitis occupationes. Sic nimirum fortis & gnauus miles (cōseram enim exemplū simi/ lus) dum in æstiuis, aut hybernis agit, aut dum inductæ præstant, ut necesse non sit in acie stare, aut excubare sub pellibus, tamen ita lusibus relaxat animum, ac vires reficit, ut lusibus ipsi militiam sapiant. Pugnat ad palum, iaculatur ad scopum, torquet fundam, vibrat hastam, decertat palæstra, concurrat lanceis, torrētem natatu transmittit, armatus in equum insilit. Denique sic feriat a bellis munis, ut ad ea redeat uegetior. Aliter ludit gameo, aliter egregius princeps. Aliter securra iocatur, aliter uir probus & integer. Ad hoc igitur exemplum cum nuper ualētudo flagitaret, ut ingenij corporisq; vires diuini atq; immodicis studiorū laboribus fatigatas instaurarem sarcinemq; relicto Louanio, per aliquot Brabantiæ, Flandriæq; oppida circumuectus sum, quo simul & à libris aliquantisper abessem, et amicorum eruditorū conspectu, fabulisq; memet oblectarem. Neq; sic tamen abelle potui ab adamata bibliotheca mea, quin unum aut alterum libellum, itineris comitem circumferrem, ut si quando forte in uehiculo non cōtingeret congero sat cōmodus, non deesset tamen, cuius colloquio temporis tedium fallerem. In his erant Officia Ciceronis, Lælius & Cato, unā cum Stoicorū paradoxis. Inuitarat autē uoluminis exiguitas, haud multū additura sarcinæ ponderis. Ex huius lectione mi Tutor, geminū fructū ceperim: primum enim pristina cōsuetudinis nostræ, qua nihil esse potuit mellitius, memoriā sic mihi renouauit, ut incredibile animo persenserim uoluptatē. Deinde sic me totū inflāmauit ad honestū, uirtutisq; studiū, ut iam pridē nihil tale senserim, nostrates quosdā neotericos legēs, qui Christiani, Christianæ philosophiæ mysteria profitentur, & ipsidem de rebus, magna ut nobis uideretur subtilitate disserunt, sed æque frigide. Ego quid alijs accidat nescio, mihi quid acciderit ingenue fateor, siue id illorū uisio sit, siue meo. Sic subinde mecum inter legendū cogitabam. Hic cine ethnicus scribit ethnicis, prophanus prophanis. At in præceptis uiuēdi quanta æquitas, quanta sanctimonia, quanta sinceritas, quanta ueritas, quam omnia consentanea natura, quam nihil fucatur, aut somnolentū. Quem animū exigit ab his, qui gerūt rem publicam, ut admirabilem uirtutis speciē ponit ob oculos, quam multa, quam sancte, imō quam diuinitus tradit, de gratis etiam iuuandis omnibus, de tuēda amicitia, de immortalitate animorū, de contemptu earū rerum quartū gratia uulgus hodie, non dicam Christianorū, sed Theologorū etiam ac monachorū, nihil non & facit & patitur. Pudebat interim nostrorum morū, qui sacris libris edocui, qui tantis & exemplis, & præmijs prouocati, doctrinā Euangelicā profitentur, nec præstant. Describe nostris Satrapis talem principē, aut magistratū, qualem describit Cicero, dispercā nī cum sua imaginē, ut delirus ridebitur. Quis nūc Rem pub. nisi spe lucri, aut honoris gratia capessit? Quis nō ita gerit, ut questū facere uideatur, ut hostem agat eorū, quibus debuerat etiā uitæ suæ dispendio consulere. Vbi reperias inter Christianos par amicorū ad hanc imaginē, quam proponit M. Tullius? Vbi senes, qui tam infracto animo ferant ætatis incōmoda? Vbi tam sancta senum cum iuuenibus colloquia? Nunquā antehac magis expertus, sum uerū esse, quod scribit Augustinus ex ethnicorum benefactis acriores addi stimulos ad uirtutē, quam nostratū, cum subit animo, quam turpe sit, nō ea perspicere pectus euangelica luce illustratū, quæ perspecta sunt ijs, quibus sola naturæ scintilla prælucebat. Nō præstare nos, qui sub Christo uexillis militamus pietati, qui stipēditum immortalitatis ab eodem expectamus, quod præstiterunt ij, qui nihil hominis à rogo superesse, aut suspicari sunt, aut plane crediderūt. Et postea nō defunt crassi quidam, qui studiosos ab huiusmodi libris deterreant, ceu poeticis ut uocant, ad morum integritatē officientibus. Ego uero dignos censens, quos & omnibus in ludis prælegant adolescentiæ literatores, & sibi legant relegantq; senes, quos olim emaculatos tibi dicaui, nūc denuo dico, nō solum purgatores, uerum etiā auctario cumulosos. Si quidem adieci libellū De amicitia, alterū De senectute, tertium De paradoxis, atq; in oēs annotationunculas quas dā, breues quidem illas, sed ni fallor haudquaquā incōmodas, in quibus hoc potissimū agimus, ut quorundā morosam in dicendo superstitionē retundamus, quæ ad singulas penē uoces reclamitat. Non est latinū, non reperitur apud probos scriptores. Ad hæc mendas aliquot prodidimus, antehac à nemine, quod sciam, animaduertas. Super est, ut quæadmodum mihi in hoc labore uersanti, Tutor semper ob oculos uersabatur, ita tibi

ita tibi cum hæc leges, Erasmus in mentem ueniat, tui cum primis & amans & studiosus. Bene uale. Louanij, quarto Idus Septemb. Anno M. D. XIX.

In Ciceronis Tusculanas quaestiones.

ERASMVS ROT. IOANNI VLATTENO S. D.

V M Ioannes Frobenius, uir ornatiss. adornaret suis typis excudere Tusculanas quaestiones M. Tullij, meq; rogasset, ut hic aliquid adderem opellæ meæ, quo liber exiret, aliqua recentis utilitatis accessione cōmendatus: eo libentius

hanc suscepi prouinciam, quod pluribus tā annis mihi nihil aut perpulillū commercij cum multis mansuetioribus fuisset. Itaq; conferendorū exemplarū negotio famulis delegato iudicandi parteis mihi sumpsi: totoq; opere non oscitanter perle/ do, digessi uersus carminū, quæ ille quidem non sine exemplo Platonis & Aristotelis, ex Græcis Latinisq; poetis, sed pepemodū ad tediū usq; cōgerit: ubi uariabūt exemplaria, uel quod probabat amplexi sumus: uel si uidebatur anceps iudiciū, utraq; lectionē serua uimus, alterā in contextu, alterā in spacio marginis: nonnulla citra codicū suffragiū resti/ tuimus, sed nec admodum multa, & ibi duntaxat, ubi res homini docto & exercitato non esset obscura: nō nihil etiā scholiorū adieciimus. Dum hæc ago, bidui triduiue dispendiū facere necesse fuit in alijs studijs, quibus rem euangelicā utcumq; promouemus. Atq; huius dispendij adeo me non pœnituit, ut in uotis sit, si liceat, ad ueteres illos amicos remigrare ac mentes aliquot cum illis familiariter uiuere. Tantū fructus me sensi percipisse ex his libris relectis, non tantū ob stultū rubiginē abstergendam: quanquā hoc quoq; nonnihil est, meo quidem iudicio: uerū multo magis ob animi cupiditates moderandas refrenandasq;. Quoties inter legendum expuebā in stolidos istos, qui in Cicerone nihil præclarū esse dicunt, præter uerborū phalaras: Quam illic est uaria lectio uoluminum, quæ doctissimū Græci de recte beateq; uiuendo reliquerūt: quanta uis, quanta copia salubriū ac sanctissimorum præceptorū: quanta cognitio, quantaq; memoria præclarū simul & recentū historiarum: Tum autē, quam altę cogitationes de uera hominis felicitate, quæ planē declarāt illum hoc egisse, quod docebat. Iā uero in explicandis rebus procul à cōmuni sensu ac sermone populari semotis, quasq; multū desperabāt Romana lingua tractari posse: quæ perspicuitas, quæ candor, quæ facilitas, quæ copia, quæ deniq; festiuitas: Philosophiā, quæ primū in rerū naturalū cōtēplatione occupata, procul aberat à uita cōmuni, Socrates primus in terras atq; etiā in domos deduxisse legitur. Plato & Aristoteles conati sunt eā, & in aula regū, & in senatū, & in ipsa tribunalia producere. M. uero Tullius mihi uidetur eā etiā in prosceniū, pduxisse, cuius opera sic loqui didicit, ut pmissuū etiā uulgus possit applaudere. Atq; huius generis tā multos libros scripsit uir ille difficillimis tēporibus, summisq; Reip. tumultu, quosdam etiā rebus in summā desperationē adductis. Et nō pudet nos nostratū confabulationū atq; conuuiorū, quum uideamus homines ethnicos tā sanctis cōmentationibus & oeciū, quod dabat Reip. calamitas transegisse: nec ab ineptis uoluptatibus quæsiuisse mentis auocamētā, sed à sanctissimis philosophiæ præceptis petisse remedium: Quid alijs accidat, nescio: me legentē sic afflicere solet M. Tullius, præsertim ubi de bene uiuendo disserit, ut dubitare non possim, quin illud pectus, unde ista prodierunt, aliquid diuinitas occuparit. Atq; hoc meū iudiciū mihi magis blanditur, quoties animo reputo, quam immensa sit, quamq; inæstimabilis æterni numinis benignitas, quā quidā ex ingenio opinor suo nimis in angustiū cōtrahere conātur. Vbi nūc agat anima Cicerōis, fortasse nō est humani iudicij pronūciare. Me certe nō admodū aduersū habituri sint in ferēdis calculis, qui sperāt illū apud superiores quietū uitā agere. Nulli debuit esse potest, quin crediderit aliquod esse numē, quo nihil esse posset uerius, neq; melius. Porro quod senserit de animorū immortalitate, quid de diuersa sorte præmijsq; uitæ futuræ, tū quanta fuerit sinceræ cōsciētia fiducia: si nō satis declarāt tot eius libri, certe uel una illa epistola satis arguit, quā ad Octauiū scribit, tā ut appareat, destinata morte. Si Iudæis ante proditum euangelium sufficiebat ad salutē rudis quædā et confusa de rebus diuinis credulitas, quid uetat quo minus ethnico, cui ne Mosi quidē lex erat cognita, rudior etiā cognitio profuerit ad salutē, præsertim quū uita fuerit integra, nec integra solū, uerum etiā sancta? Perpauci Iudæi ante lucē exortā Euangelij nouerant exacte filiū ac spiritū sanctū: multi non credebāt resurrectionē corporū, nec tamen ideo de illorū salute desperatū est à maioribus. Quid si ethnicus tantū hoc credat, deum quem persuasum habet esse omnipotentē, sapientissimū, & optimū, ali

In Terentij Comœdias.

DES. ERASMVVS ROT. IOANNI ET STANISLAO BONERIS
FRATRIBVS POLONIS.

N TENERIS, inquit ille, consuefcere multum est, proinde consultũ est pro
tinus optimis assuefcere. Sic enim fiet, ut quæ natura sunt optima, eadem usũ
fiant & iucundissima. Nihil autẽ est homini melius pietate, cuius semina cum
ipso statim lacte sunt instillanda paruulis. Proximũ locum habent disciplinæ
liberales, quæ licet per se uirtutes non sint, tamen ad uirtutem præparant in-
geniũ, dum id ex syluestri & immixti reddunt mansuetũ ac tractabile. Porro quod Aristoteli
negat adolefcetes idoneos esse discenda morali philosophiæ, fortassis haud omni-
no falsum est. Verum id non tam accidit uel rei, uel humani ingenij uitio, quàm eorum culpa,
qui uel sero tradunt eam animis iam educatione praua corruptis, ac malis cupiditatibus
occupatis. ~~Magis illud affectantes, ut ipsi uideantur acuti,~~
~~quàm ut discipulos reddant meliores. Alioquin magis secundũ naturã est, quàm uirtus &~~
~~eruditio, quæ duo si adimas homini, non habet esse ueluti. Neque ueluti in uentibus rei~~
maximè docile est, ad quã natura cõpositum est; uelut equus ad cursum, canis ad uenatũ,
avis ad uolandũ, simius ad lusum. Nõ est igitur quod naturã incusamus, sed magni refert
unde pietatis & eruditionis elementa primũ hauriãtur: tum quæ ad hæc ducẽ nanãscatur
puer, præsertim rudibus illis annis, quibus ingenium etiam nõ a uicijs purum, ueluti cera
mollis in omnem fingentis habitũ sequatur. ~~Et obsecundũ. Itaque multis nominibus uos~~
~~felices iudico ornatißimi pueri: primũ quod hoc seculo nati sitis, quo ut ueræ pietatis, ita~~
~~& melioris literaturæ sinceritas mirifice reuixit. Nam me puero multũ superstitionis ha-~~
bebat religio, & in scholis adolefcetes summo cruciatu nihil ferè discabant, nisi dediscen-
dum. Deinde quod is uobis pater cõgigit, qui liberos suos parũ beatos fore iudicat, si opũ
ac dignitatis, quibus inter Polonicæ gentis proceres præcipuum tenet locũ, eos paraue-
rit hæredes, nisi & ueris animi bonis tum locupletes reddiderit tum expolitos. Nec enim
ille sibi uidetur parentis munus ad plenũ obijße, nisi quemadmodum genuit corpora, ita
fingat & animos, haud ignarus, hæc esse meliorẽ hominis partem, hæc esse præcipuam
hominis possessionẽ. Vir enim pius non tam sibi uos educat, quàm Christo et Reipub. Quod
uos genuit, naturæ est: quod uos curat statim e nutritum sinu egressos, honestissimis disci-
plinis imbuendos, ueræ pietatis est: prudentiæ uero quod ad hæc Anselmũ Ephorinũ de-
legerit, uti integritate, prudentia, fide, doctrina, uigilantiã quæ primis spectatum & ex-
ploratũ. Quo nimirũ actius uobis enitendum est, ne quũ omnia ad felicitatẽ suppediatã
sint, ipsi uobis ipsis defuisse uideamini. Magna de uobis, de te præsertim Ioannes Bonere
expectatio est. Declarant hoc tam multæ principũ uirorum ad me literæ, quibus indolem
tuam mihi diligenter cõmendant: in primis prudentissimi regis Sigismundi, dein ornatis-
simorũ præsulũ Cracouiensis & Plocensis, clarissimi uiri Christophori à Schydouuitz,
Sarmatice regni præfecti: ne iam cõmemorem Antoninũ medicũ, & Iustum regis à secre-
tis, dignitate quidẽ inferiores, sed beneuolentiã pares. Intelligũt enim regna nullis ornãmẽ-
tis melius decorari, quàm uiris eruditione prudentiã quæ præcellentibus. Hanc laudis partẽ
non minus ambit rex huius æui regum prudentissimus, quàm tot ex hostibus uictorijs de-
lectatur. Et hæcenus quidẽ sat feliciter studijs effloruit uestra Sarmatia, & si quid erat na-
tiuæ feritatis, cõmercio literarũ exiit. Sed bona spes est fore, ut hoc ornamentorũ genere
cum qualibet regione certare ualeat, præsertim ductu auspicijs quæ Sigismundi regis iunioris,
qui præter alias uirtutes excellenti principẽ dignas, optimis quoque literis sese regno
parat. Verũ exhortandi gratia, nonnihil & antea scripsimus tibi, & in posterũ quoties da-
bitur occasio scripturi sumus. Nunc quo calcar aliquod addamus currenti licet, Terentij
Comœdias, Bonerici nominis auspicio prodire uoluimus, sed multo quàm antea fuerunt
castigatiores. Hoc ut uellem, effecit tua Stanislai quæ Glandini famulũ tuũ dexteritas, qui no-
bis interdum aliquot scenas tam feliciter agere soletis, ut & imitationem, primũ ut ait Fa-
bius, in pueris ingenij signũ, & memoriã uehementer admirarentur, quicumque nobiscum
spectabant. Non ex alio scriptore melius discitur Romani sermonis puritas, nec est alius
lectu iucundior, aut puerorũ ingenijs accommodatior. Cæterũ id præstabit Ephorini præ-
ceptoris dexteritas, ut & ad eloquentiã & ad mores sit utilis. Quemadmodũ enim bonæ
prudentiæ

prudentiæ pars est, nosse uarios hominũ mores, & ingenij: ita decorum & tractatio affe-
ctuum qui cum primis adferunt iucunditatem orationi, Græci uocant *idj*, ex nullo Rhetorũ
tortũ melius discit. Porro quũ inter oratorias partes præcipua sit argumentorũ inuentio,
ad hæc quoque facultatẽ in omni causarũ genere parandã Terentiana lectio cõducit plu-
rimum. Nec enim sine causa criticorũ suffragia artẽ huic auctori tribuere. Plus enim ex-
celsi iudicij est in una Comœdia Terentiana, absit Nemesis dicto, quàm in Plautinis omni-
bus. Sed in tali auctore uel in tabula quapiã Apellis, magni refert, quis ad sit cõmonstra-
tor. Qui si contingat egregius artifex, hæc lectio non solum ualebit ad exhilarandum ani-
mum, non tantũ ad emendatẽ loquendum, non modo ad uberiorem dicendi facultatem,
uerumetiam non parũ adferet philosophiæ moralis, quã unam Socrates existimauit esse
perdiscendam homini, qui cupiat beate uiuere. Itaque ne sponte currentem uiderem cha-
rissime Ioannes, etiã atque etiã hortarer, ut reputes quantũ sis deo nomen, culus munificen-
tia, tam felicem in dolem docileque ingenij sortitus es, cui debes & parentem Severinũ Bo-
nerum, et Anselmũ parentem alterum: tum qualium uirorũ quanta de te sit expectatio, et
in te cõiecti oculi: postremo quæ hæc ætas ad honestas disciplinas sit appolita. Nondum
enim ut opinor, annũ 14, excessisti. Nam ad parandã eruditionẽ plus ualet in teneris ani-
mis unicus, quàm decẽ, ubi iam animus alijs occupatus curis, ad docilitatẽ induruit. Adde
huc, quod ea demũ in omnem uitã tenacissime hærent, quæ pueri imbibimus. Dimitta te,
si prius illud admonero, ut in omni genere carminum temet diligenter exerceas, eò quod
qui hæc eruditionis partem neglexerunt, minore tum fructu, tum uoluptate uersantur in
auctoribus, qui carmen conscripserunt. Idem facilius labuntur decepti mendis codicum,
quos sapenũ numero prodit metri ratio. Quoniã autẽ in hoc auctore perturbatior ac liberior
est carminũ ratio, pauca quædam annotauimus lucis ut opinor, nonnihil allatura parum
exercitatis. Vale, & fruire. Friburgi Brisgauiæ prid. Id Decemb. An. M. D. XXXII.

In Lexicon.

ERAS. ROT. GRÆCÆ LITERATURÆ CANDIDATIS S. D.

Rescentem, inquit Oratius, sequitur cura pecuniã. Idem multo magis usu ue-
nit in liberalibus studijs. Quo plus hauseris, hoc sitis magis. Facit hoc felicis-
simus Græcarum literarum profectus, ut Lexicon iam toties auctum nobis
prodierit, nec desinat tamen efflagitari. Debetur omnibus gratia, qui pro-
fua quisque portione nonnihil contulerunt. Quanquam nulli minus deberi
puto, quàm ei, qui quo cresceret pagina, multa huius generis adiecit, *ἀεργὸν* nomen pro-
prium, & *λόγος* nomen insulæ. Vtinã Gulihelmo Budeo uel libuisset, uel uacillet huic
negocio nonnullã temporis portionẽ decidere, præsertim in annotandis Græcorũ tropis
& idiomatibus. Nec enim est alius Græcicæ supellecillus ditior. Ma no non parũ debe-
mus, ac male precamur inuidæ febrĩ, quæ studiosis eam utilitatẽ reddiderit maligniorem.
Habes lector in hoc uolumine quicquid diuersis locis ac tẽporibus ab alijs fuerat additũ,
ne his quidẽ prætermisissis, quæ nescio quis ociose, ut diximus adiecerat. Ad summã autem
prius editorum accessit ingens uocabulorũ numerus, ex optimis auctoribus selectus per
Jacobum Ceratinum, qui quod est rarissimum, exactã utriusque literaturæ peritiã
cum incredibili modestia copulauit. Huius accessionem quum conferrem cum aliorum
auctarijs, quæ in proxima Gurmuntij editione fuerant addita (nam hæc Ceratinus no-
ster non uiderat) miro modo uix ullam uocem ab hoc annotatã comperi, quàm illi prio-
res occupassent. Pauperis est numerare pecus, sed pauperius est numerare dictiones. Sa-
tis multas adiecit Ceratinus, sed ingentem fateberis thesaurum, si expendas quod accessit
sit potius quàm numeres. Hic mihi obstrepet aliquis, opinor: Os impudens, quid tu præ-
fari in labore alieno? Dicã: Ceratinus impulsu nostro laboris hoc suscepit, alioquin a
nullo magis abhorrens. Qui nisi tam procul abesset, haberes præfationẽ aliquantro minus
ieiunã. Quanquã et ipsi dictiones adiecit nonnullas, adiecturi permultas, si uel paucorũ
dierum octium contigisset. Scimus hoc laboris genus esse minime gloriosum, præsertim
quum pauci reputent, quot auctores sint excutiendi, ut uoces aliquot ab alijs præteritas se-
ligas. Verum hoc plus debetur illis gratia, qui publicæ utilitatis gratia non derectant in-
gloriam ac molestiẽ plenã industriã. Veterem indicem, qui uerso dictionũ ordine ex
latinis indicabat Græcas, omisimus uelut inuile, ac nihil aliud quàm onerantẽ uolumen.

Primum ille qualis qualis erat, mutus erat, nimirum tantum eas dictiones complecteris, quas Aldus prima dedit additione. Qui si perficiatur, duplicari uoluminis magnitudinem necesse est. Nec tamen huius ullum usum uideo, nisi si quis meditetur Græce scribere. Atqui ea facultas ex autoribus petenda est, quæ ex Dictionarijs infeliciter peteretur. Aldus ipse quondam à me rogatus, quæ indice tam operoso pariter & ociose duxisset onerandam esse codicem: nihil aliud respondit, quàm hac difficultate deterritos fuisse additionis amulos. Profunde nemo minoris æstimet hoc uolumen, cuius sarcinæ non nihil detractum est, utilitati multum accessit. Bene uale. Basileæ, Calend. Iulij. Anno M. D. XXIIII.

In Georgium Agricolam de re metallica.

DES. ERASMVVS ROT. ANDREÆ ET CHRISTO PHORO A CONRITZ S. D.

VOLVI clarissimi iuuenes propemodum ἀπρόσβουτος, sed tamen haud oscitantem, Georgij dialogū de metallicis. Nec satis possum dicere, maiore ne id uoluptate fecerim an fructu. Magnopere delectauit argumenti nouitas, ex his lararunt ioci liberales obiter insperati, nec iniucunda fuit dictionis simplicitas, atticum quiddam referens, præcipue uero me attentum habuit restū sub oculis expositarum enargia. Visus sum mihi ualles illas & colles, & fodinas & machinas non legere, sed spectare. Nec multum absiuit, quin ex tot uentis argentarijs & aurarijs conceperim aliquā huiusmodi rerum cupiditatem. Vtinā animis eo studio feramur in cælum quo scrutamur terram, non quod improbem hanc industriam, nobis enim terra gignit quicquid gignit, sed quod hæ uenæ quantumuis fecundæ, beatum hominem adeo facere non possunt, ut non paucos operæ & impendij poenituerit, sola diuinarum literarū uana uere locupletet hominem. Feliciter prætulit Georgius noster, nec ab illo ingenio quicquid expectamus mediocre. Ad rem medicam restituendam iuuenes aliquot accinctos uideo, in quibus est Simon Ricuinus, cui præter eruditionem haud uulgarem adest summa morum ingenijq; dexteritas, & Ioachimus Martianus Gandauus, cuius ingenium, exactum quiddam & excussum polliceri uideretur. Nec minus spei ostendunt nobis hæc Georgij πρὸς γυναικόμαχος. Quare nec me poenitet huius operæ, nec dubito quin Hieronymus Frobenius sit in gratiam uestram, tum studiorum, libenter excusurus. Bene ualete. Friburgi, duodecimo Calend. Martij. Anno M. D. XXIX.

In aliquot opuscula Chrysoctomi Græca.

ERASMVVS ROT. CAROLO V TENHOVIO S. D.

VAM multos uidemus hodie iuuenes Carole, gentis Vtenhouitæ decus, qui præter maiorum imagines nihil habent nobilitatis, nec in aliud ualere putant gentis claritudinē, quàm ut sub huius umbra licentius & impunitius indulgeant ocio, iulibus, amoribus, comestationibus, reliquisq; nequitie partibus, iudicij adeo peruersis, ut quæ ex uirtute profecta sit omnis nobilitas, sibi persuaserint, uirtute nobilitatem amitti, gentisq; decus obscurari: quod mea sententia nihilominus absurdum est, quàm si quis affirmet solem tenebras inuehere, noctem rebus lucem infundere. Siquidem tam crasso tenentur errore, ut existiment, ocium, ignauiam, omnium liberalium disciplinarum inscitiam, mores luxu perditos, cæteraq; uitia non modo licere, sed etiam decere bene natos, quæ nulli omnino mortalem non dedecent. Atqui longe turpius est progenitorum claritati tenebras offundere, quàm obscuris natum esse. Neq; enim in cuiusquam est potestate, ex qualibus nascatur, sed quemadmodum ea laus proprie nostra est, si disciplinis ac recte factis efficiamus, ut à nobis initium sumat nobilitas, ita nostrum proprie dedecus est, si maioribus uirtute partam nobilitatem degenerare uita obscuremus. Sed his quoq; sunt deteriores, qui se mēdaci nobilitatis titulo uendunt, quo magis liceat, quicquid animo collibuit. Ab horum tum ingenij tum moribus, immanec, quantū abes ornatissime Carole, quem, licet ea florentem ætate, cui uita solutior uisio uerti non solet, generis dignitas & opulentia rei familiaris adeo non desiccat ineptas uoluptates, & ocium omnis nequitie magistrū, ut ad disciplinarum integritatisq; studiū porius erigat atq; inflammer. Sic enim tibi persuasit philosophica ratio, ut parum te dignum ducas progenitorū stemmatibus, nisi eos ueris animi bonis uel æques uel antecedas. Sollicitat nimirum uere generosam indolē tuam domesticū exemplar, clarissimi uiri patris tui Nicolai

Nicolai Vtenhouij, qui præter exactam iuris peritiā, præter elegantiorū etiam literarum scientiam, tanta modestia, prudētia, iudicio, animi moderatione atq; integritate fuit ornatus, ut multis annis nemo Gandau, principali totius Flandriæ cōsilio, maiore cum laude præfuderit. Et si quid in tanto causarum undiq; strepentiū tumultu contigisset ocij, id euol uendis sacris uoluminibus impendebat, frequēter & noctis aliquam partē huic curæ dedicens, homo tot uirtutū luminibus illustris, ut in illo minima claritatis portio uideretur generis decus. Ad huius exemplū properanti non possum non magnopere gratulari, utinam & aliquid adiumenti possum adferre, qui mihi uideris, non solum eo destinasse conatus tuos, ut parentē laudatissimū imitatione referas, uerum etiā ut emulatione anueueras, quo possis cum omnium applausu Flomerico illud dicere, *Τὸν τοῦ πατρὸς ἐμμεταμίμνηται*. Neq; enim uere γνήσιος sunt filij, sed nothi potius, qui parentes nō alio referūt, quàm corporis liniamentis, animi specie tanto præclariorē, adeo non exprimentes, ut sint etiā dissimillimi. Porro quā triplex sit nobilitatis genus: unū quod cōtingit natiuitate, alterū quod patit liberalium disciplinarū cognitio: tertium eximia uirtus, & ingētia in Remp. merita, perspicuū est eum inter nobiles esse nobilissimū qui circulū hunc suis numeris absoluerit. Id quem admodū à patre tuo uides egregie perfectū, ita laudis huius stadium ingressus, & per illius currus uestigia, summō studio conuiteris, ut ad eandē metā peruenias. Quem admodū autem nulla est absoluta doctrina sine peritiā linguarū, ita nulla est perfecta uirtus absq; pietate, quæ uel sola potest & nobilē & beatum reddere, quæ eruditio religionis expers cadat et in sceleratissimos animos: porro absq; his sanguinis nobilitas nullū habet usum, nisi quod uel ad uirtutem enitentē domesticis præluet exemplis, uel à maiorū instituto degeneratē traducat. Quisquis autē scelere clarus est, ille profecto plus q̄ ignobilis est. Quis enim uō malit nullū habere nomē, q̄ cum Therlite, Phrynonda, & Cercopibus celebrari: Is demum uere nobilis est, qui proprijs bonis inclariuit. Etenim qui nihil habet quo se cōmendet hominū memoriæ, q̄ progenitorū imagines, quibus atriorū parietes ornantur potius, q̄ is qui iactat, nihilo decentius dicatur nobilis, q̄ si quis uocetur diues cre alieno. Ad hos stimulos haud quaq; segnes, accedit & urbis Gandau splendor. Neq; enim arbitror, quaqua patet Christiana ditio, ciuitatē ullā reperiri, quæ cum hac conferri queat, siue spectes amplitudinē urbis ac potentiā, siue politiam, siue gentis indolem. Nec enim aliunde felicitiora prodeunt ingenta, nec expressiora priscae uirtutis exempla, quorū & hodie supersunt. Lodouicus à prato, de quo dubites literis sit ornatior an stemmatis, Guilhelmus à Vala, cuius ingenio nihil excogitari potest dexterius. Antonius Claua, senex quidem ætate, sed animi bonis omnibus unice uernans, Audomarus Edingus niueis homo moribus, Luitnus Ammonius, uir eruditione iuxta ac pietate insignis, Nicolaus Vtenhouius, iuuenis nihil non eximū de se pollicens, aliq; cōplures, quorū nemo nō præclaram de te spem concepit. Proinde nō mediocrem mi Carole sustines expectationē, ut nō modo Vtenhouio nomini patrijsq; uirtutibus, uerum etiā tam inclytæ ciuitatis, parentis & altricis tuæ, claritudinī, dentq; talium uirorū uotis respondeas. Habebat pater tuus illud cum Catone Romano cōmune, quod nullum omnino tempus pateretur elabi sine fructu studiorum, adeo ut in confessum eusā secum deferret Enchiridia quædā, in quibus legeret aliquid, si quid forte incideret à negocijs uacui temporis, quod alij solent uel fabulis uel inanibus cogitationibus dare. Laudo quod hic quoq; parentē refers, nusquā proficiscens in comitatus erudito quopiā libello, ut ne in deambulationibus quidem, aut uacationibus, aut colloquijs, tēpus abeat absq; lucro literario. Itaq; parauit libellū hunc, qui tibi quouis loco quouis tēpore suauissimū cōsabulonem exhibeat, nec minus tamen saluiferū q̄ suauem. Sunt enim fragmenta quædā Ioannis Chrysoctomi, qui non minus excoliet linguā tuam elegātia Græci sermonis, q̄ peccus instruet disciplina pietatis. Si te delectat Atticus lepos, habes Demosthenē: si cognitio Christianæ philosophiæ, habes insignē Theologū. Erat animus iustū aliquid huius autoris opus dare studiosis, quādo tam pleriq; Græca malunt q̄ latina, nec ulla tam felix, tamq; fidelis est interpretatio, quin præstet ex ipsis haurire fontibus, sed noui typi nondū erant satis apparatus. Visum est tamē interim hac uelut arrastudiosorū expectationē uel iritare uel consolari. Hoc quicquid est tuo paternoq; nomini dicatum esse uolui, quo simul & nostræ necessitudinis extaret aliquod monumentū. & optimi patris tui propensissimo erga me studio, uicem aliquā reponerē, si memoriā illius meo

quocq; calamo, si quid omnino ualet meus calamus, ab obliuione uindicarem. Sed non imponam epistolae finem donec epitaphia quae illius memoriae dicaui recitauero.

Latinum sic habet.

Hoc saxo tegitur celebris heros
Vtenhouius ille Nicolaus,
Quo sub praeside, Flandriae senatus
Multos floruit unice per annos.
Hoc patri orphana turba liberorum
Μνημόνυ posuit, pio quidem illa
Sed casto officio. Quid attinebat
Haec illi monumenta comparare,
Cuius scilicet adprobata uirtus
Haeret mentibus omnium, nec ulla
Illam uis abolebit aut uetustas.

Graecum sic habet.

Τὴν εὐθεσίαν, οὐ νόμ' ἔδ' μοι δίκην
Τὴν δ' ἀκέρειαν οὐκ; τὴν δ' ἀκέρειαν καλὴν
Τὸν κινώλαρον οὐθ' ἐνέβλιον ποσὸν,
Ὅς ἢ ἀπίστος φλανδρῖας κλέθ' μέγα.
Τότ' οὐ γὰρ εἶδες βελτίων πρὶ φύκ' ἀνὴρ.
Φιλῶ θανόντι σιωπῆσθαι, ὡς μοι δοκῶ,
Ὅκ' ἢ μοι δίκην, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ δίκην

Bene uale. Basileae, Calend. Febr. Anno M. D. XXIX.

In Babylam Chrysofostomi.

DES. ERASMVVS ROT. NICOLAO MARVILLANO COLLEGII
Busleidiani, apud Louantum praesidi S. D.

M ERITO mihi prouerbiū illud ingesseris Nicolae doctissime, θαλάσση ὄρωρῶ
qui tantillam ceu guttam mittam ad fontem linguarum, nisi nos moneret
Euangelium, habendi dandum esse quo magis exuberet. Visus est autē mihi
hic Chrysofostomi quamuis exiguus libellus multis nominibus dignus qui
tuo collegio praefigatur, adeo singulari quodam artificio summam pietatem
cum admirabili copulat eloquentia, ut non aliud exemplum accommodatius mea sen-
tentia adolescentibus, tractatione thematum exercendis proponi queat. Quid enim ha-
bent Aphthonius, Lysias, aut Libanius quod cum hoc argumento, nō dico pietate, quam
habet propriam, sed uel elegantia dictionis, uel argutia rationum, uel copia denique con-
ferri possit? Quid autem utilius isti aetati, quam ut linguam simul & eloquentiam pro-
tinus imbibant ex his autoribus quorum oratio non minus Christum spirat quam Demo-
sthenem. Argumentum simplex est; Babylas Episcopus Antiochenus, à Caesare, quod
eum impia eade contaminatum conatus sit à templi penetralibus arcere, occisus est, se-
pultus extra ciuitatem, ac multo post tempore in urbem translatus. Hoc thema, quod
nec uarium est, neque quicquam habet amplum aut insigne, mirum est, quibus depin-
gat eloquentiae coloribus, quibus ingenij opibus locupletet hic uere autem artifex. Non
ui multos huic literarum generi deditos, quibus nihil arridet, nisi quod à Christo sit alie-
nissimum, quanquam ethnicos autores ob sermonis elegantiam professoribus legendos
arbitror, potius quam adolescentibus praeflegendos. Qua quidem in re semper exoscu-
latus sum animum tuum, cui studio fuit, hac quoque ratione, linguarum peritiam do-
ctis pariter & indoctis commendare. Qua nam, inquit, ex isto celeberrimo col-
legio parentes reciperent suos liberos, non solum linguaciores, uerum etiam magis pios
meliusq; moratos. Siquidem ut optimarum etiam rerum nouitas non caret inuidia, uul-
gus hominum solet mores imputare studijs, etiam si non hinc proficiantur. Eodem no-
mine uix dici possit quantum amem & professores, qui sedulo cauent, ne quam ansam
calumniandi porrigant πρὸς μισογλώττοις. Quid illorum moribus incorruptius, aut mo-
destius? Religionis professores esse dicas, non linguarum. Nullius professionē suggillant,
quod

quod à nonnullis fieri uisemus. graui literarum detrimento, quum non in hoc iust aura-
tur linguarum peritia, ut haecenus receptae disciplinae profligetur, sed ut purius faciliusq;
discantur, nec ideo discimus linguas, ut loquamur tantum, sed ut eruditissimos autores re-
ctius intelligamus. Ad id quantopere conducatur exacta linguarum peritia, iam olim satis
cognitum habens, nuper compertius habere coepi. Nam res ipsa me docuit, quod nun-
quam eram crediturus, haec calumnias quibus nuper inauspicati quidam tumultuati
sunt, maxima ex parte profectas ex insecitia Latini Graeciq; sermonis. Id protinus agno-
scet, qui legerit ea quae Natali Beddæ respondimus. Quum igitur tam ingens utilitas à uo-
bis omni studiorum generi conferatur, prudenter & illud curae habetis, ut commode de-
xisteq; detis beneficium. Perit enim frequenter dantis uitio beneficium, quia dare nescit.
Quamquam autem aequissimum erat, ut uelut in pila lusu, sic etiam in beneficio dantis &
accipientis mutua commoditas sibi respondeat, tamen ut parentum ita doctorum est, aliz
quam diu ferre, eorum quos instituunt uel fastidium, uel ingratitude, donec aetas &
rerum usus illos doceat, quantum munus acceperint. Hoc pacto futurum est, ut qui nunc
oblatrant his studijs, post utriusque manibus applaudant. Omnium autem pessime de stu-
dijs merentur, qui ad nouitatis ac petulantiae inuidiam addunt etiam impietatis suspicio-
nem, quales aliquot habet Germania. A quibus omnibus quoniam haecenus singulari uig-
ilantia abstinuistis, fauore diuino collegium habetis longe florentissimū, florentius etiam
habitu, si qua excepistis perrexeritis. Nec dubito quin huius pulcherrimi fructus gratissi-
mus quidam sensus, ad sanctam illam Hieronymi Busleidij mentem perueniat, qui nihil
dubito quin propicij numinis afflatu huius praecleari muneris autor fuerit nostrae patriae.
Neque nihil hic attulere momenti tua monita. Professoribus optimis, cum toto Θεολογώ-
την choro, meis uerbis salutem dices. Datum Basileae postrid. Id. August. Anno Mille-
mo quingentesimo uigesimo septimo.

In Coelium de libero arbitrio.

DES. ERASMVVS ROT. ORNATISSIMO FLO-
RIANO MOTINO S. D.

E N tibi rursus laconismus etiam superiori contractior, quum tu me tam libe-
rali, tam disertā, atque etiam festiua prouocaris epistola, ut mihi bonam tra-
diorum partem excusseris, quorum nunc ipse temporum status abunde mul-
tum ingerit, etiam si propicius esset calculus & nihil haberet molesti sen-
tius, nihil assidui studiorum labores, deniq; si nihil aliunde inueheret agri-
tudinis haec uita tot malis obnoxia. Auxit epistola tuae gratiam Coelij libellus De libero
arbitrio, breuis quidem ille sed expositus, satis praeseferens, quanto studio uir ille uer-
setur in adytis philosophiae. Haecenus nihil illius uidere contigit. Ipsum ni fallor, semel
duntaxat uidi Ferrariae in aedibus Ricardi Paceti. Salutauit me summa quidem cum hu-
manitate, sed oratione tam diserta, tamq; fluenti, ut ego prorsus uiderer elinguis. Haesita-
ui fateor aliquandiu, utrum libellum flagitantibus Typographis traderem, an premerem.
Video mi Floriane & apud uos esse sinistrae suspiciosos homines, quales apud nostros
perpetior. At nihil tale perpeterer, nisi prorsum inuersus esset ordo huius fabulae, Vti
nam ista suspicio demigraret in Germaniam, & pictura famosa, libelliq; furiosi qui sub-
inde prouolant in caput meum istuc deferrentur. Nunc hic periclitor ut huius factionis
oppugnator, apud Italos ac Brabantos grauius etiam periclitor ut adiutor. Nonnulli me
calumniantur incedere medium. Inter Christum & Belsal incedere mediu, magna fateor
impietas est. At inter scyllam & charybdim medium tenere cursum, arbitror esse pruden-
tiam. Nihil unquam magis detestatus sum quam seditionem, nec adhuc ulla in re mecum
pugno. Profiteri nolo, quod non assequor, aut de quo dubito, aut quod non probatur ani-
mo meo. Nec ab istis unquam praedico Theologus, nisi quum inuidia grauandus sum.
Quoties agitur de consortio gloriae, procul absum ab albo Theologorum. Sed regium est
undiq; male audire quum omnibus benefacias. Viuit Christus Agonothetes noster, qui
te seruet incolumem uir optime. Datum Basileae, postridie Id. Maias, Anno Mille-
mo quingentesimo uigesimo quinto.

In Demosthenem.

DES. ERASMVVS ROT. ORNATISSIMO ADOLESCENTI

Ioanni Georgio Paungartnero S. D.

V *T* antehac pessime de studijs merebantur isti qui praesentis lucellii cupiditate maledicis ac futilibus libellis implebant orbem: ita bonorum omnium fauore digni sunt, qui curam omnem atque industriam huc conferunt, ut uetus multorumque seculorum consentientibus suffragijs probatos autores nobis reuocent, idque cum dignitate. Demosthenem autem inter Graecos rhetores sic esse primum, ut uix inuenias quem cum illo possis conferre, magnus eruditorum omnium consensus est. Nec non recte praecipuum est illud, ab optimis auspicandum esse. Eoque quondam apud Latinos est probatissimis poetarum pueri discabant literarum elementa, Nec id dissimulat Horatius, ita de suis poematibus uaticinans. Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem Occupet in uicis Solorum balba senectus. Plurimum enim refert, qui succus rudem etiamnum ingenij testulam imbuat. Vtiliter quidem primam Latini sermonis institutionem a selectis poetis auspicabantur, quod hi praeter utraque oratorias, habent aliquid proprii nitoris ac iucunditatis, qua uelut efca, dulcibus magis quam salubribus gaudens aetas alliciat ad studiorum amorem. Itaque quisquis Latinos poetas intelligit, rectius intelliget oratores. Apud Graecos diuersa ratio est. Tantum enim discriminis est inter poetarum & oratorum dictionem, ut credas illos diuersa lingua loqui. Eoque fit, ut qui a poetis fecerunt institutionis rudimentum, quum ad oratorum lectionem sese contulerint, subinde uelut in peregrino sermone restitent, & licet quid quaque uox declaret, non ignorent, tamen sensum non percipiant. In causa est schematum, troporum & idiomatum proprietas, in quibus haud ita multum opitulantur Lexica. Hac quidem in parte praecelaram operam *τοῖς ἑλλογλαφῆσι* nauauit Guilhelmus Budaus. Verum ut puerilibus ingenijs Romanae linguae non statim accommodus est M. Tullius, qui Fabio iudice, nulli ualde placet, nisi qui iam egregie profecerit: ita Graecarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum conuenire Demosthenem, qui plus artis habet in recessu, quam prima fronte praeseferat. Hic enim, quod honorifico ioco dixit Demades, scripsit ad aquam, nec nisi a sobrijs ac uigilantibus potest intelligi. Proinde quod de M. Tullio scripsit Quintus Fabius, pari iure de Demosthene dici potest; is se sciat in arte dicendi profecisse, cui Demosthenes ualde placere coeperit. Quemadmodum tabula magno artificio depicta, nemo magnopere delectatur artis imperitus, ita Demosthenis diuinum illud, & quod facundissimi quique semper in eo mirati sunt, *το δὲ σὺν*, non sentitur, nisi & rhetoricis praeciputionibus exercitatis, & historiarum cognitione instructis. Itaque patiar, ut puer quidem degustet Demosthenem, sed ad eum serio redeat, iam factus oculatior, quo perspiciat illam uere Atticam uenerem, illud excussum iudicium, illa summo artificio contorta enthymemata, postremo uim illam omnibus admirabilem, uix ulli imitabilem. Elegans interim fuerit exercitatio, quod a ueteribus nonnullis factum est in Homero ac Vergilio, si quis idem faciat in Demosthene & M. Tullio, ut ex collatione locorum deprehendat, quid hic ab illo sit mutuatus, & ubi noster sit Graeco par, ubi superior, ubi ab exemplari nonnihil degeneret imitatio. Vix alia res aequae conducit ad parandum iudicium. Non hic sumpturus sum operam in laudando Demosthene, ad quem pro dignitate praedicandum opus esset eloquentia Demosthenica: imò nulla potius opus est eloquentia, ad eum laudandum, quem uno ore in caelum ferunt omnes: nec tibi calcar addere studebo Georgi charissime, quem conspicio in hoc pulcherrimo stadio tuapte sponte haud segniter currentem. Quares unde mihi cognitus cursus tuus, qui te nunquam uiderim. Optimam tui partem uidi adolescens fortunatissime, adeo *σπερμα* te mihi suo pernicillo depinxit Viglius Zuichemus, haud uulgaris artifex, cui domestica consuetudine penitus cognitus ac perspectus es. Quin tute mihi te ipsum tuis ad me literis sic expressisti, ut si coram adesses, plus uidere nequeam. Illic exosculatus sum istam felicem indolem tuam, qui uix egressus annu decimum sextum, scribas epistolas primu bene latinas, deinde quod pluris facio, sensibus argutis, & apte sibi connexis. Quid autem collaudem istum ingenuu ac liberalem pudorem, quid singularem istam in me pietatem, quam tota spirat epistola: Et

lit

hic agnosco germane germanam ornatissimam uiri Ioannis Paungartneri prolem. Impridem enim mihi cum eo uiro iustum est amicitiae foedus, qua ego sane rem inter praecipuas felicitates meas numero. Quid enim illo candidius, aut amabilius? In huius foederis confortium temet tuo iure inseris mi Georgi. In hoc enim possessionum genus, & phas est, & aequum est uiuo etiamnum patri haereditate existere. Vt tali parente multo beatiores, quam paternis opibus istis egregijs animi dotibus, quas tibi partim largita est propitij numinis benignitas, partim industria tua tibi pars, longe uerius ac splendidius locuples fueris, quam maiorum tuorum quamlibet amplis facultatibus. Accipe igitur Demosthenem qui nunc prodit ceu postis nouis exuuijs nitidusque iuuenta, simul & mutare me in te pietatis *μνημόσυνον*, & studiorum tuorum incitamentu futurus. Multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit, plus debemus Heruagio, qui non parum addidit illi, tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendijs partique uigilantia, ut iam merito possint omnes admirabundi dicere, *οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐκείνος ἀμωδὲν ἔσται*. Posthac igitur expectabimus ab te epistolas semitullianas ac semidemosthenicas. Vale. Datum Friburgi Brisgoiae postridie Calend. Augusti. Anno M. D. XXXII.

In Copiam.

DES. ERASMVVS ROT. MATTHIAE SCHURERIO SELATANO S. D.

ONA pars istorum qui formulis excudunt libros, Matthia Schureri, uel in scitia literarum, inopiaque iudicij, pessimos autores pro optimis suscipiunt, uel auditate quastus, eum librum optimum esse ducunt, unde plurimum emolumentum rediturum sperent. Vnde quod caeteris in rebus fere solet, id in hac quoque arte uidemus usu uenire, ut quod ad summam studiorum utilitatem sit excogitatum, id ab utentium uitio in grauem uergat perniciem. Qua quidem in re tu mihi duplici nomine laudandus uideris. Primum, quod pro tua non uulgari eruditione, proque acri iudicio ea delictis, quae ad ueram eruditionem conferant. Deinde, quod ingenuo quodam erga bonas literas amore, nostris studijs potius quam tuis scripijs consulere gaudeas, unum hoc agens, ut libros quam optimos, quam emendatissime excusos in lucem emittas. Profunde Copiam nostram ad te misimus, a nobis diligentissime recognitam, & emaculatam, ut pridem apud Britannos concepta, apud Parrhisios utcunque aedita, nunc rursus uelut abiectis exuuijs, nitida prorsus, & expolita, in felicissima Argentoratorum ciuitate, felicioribus auspicijs exeat in manus hominum, si modo uidebitur non indigna tuo praelo, erit uel ob id ipsum omnibus bonarum literarum amatoribus commendatior, quod est Schureriana prodierit officina. Ex qua iam persuasum est nihil proficisci, quod non sit & autoris elaboratum ingenio, & tua cura castigatissimum. Adieci mus & *ἑρμηνείαν* librum, nusquam adhuc aeditum, sed ab ipsis, quod aiunt, solibus ad te profectum.

Lucubrationes Rodolphi Agricolae, hominis uere diuini, iam dudum excusamus, cuius ego scripta quoties lego, toties pectus illud sacrum, ac coeleste mecum adoro, atque exosculor.

Bene uale. Basileae, ad Idus Octob.

Anno M. D. XIII.

LIBRI VLTIMI EPISTOLARVM FINIS.

SERIES TERNIONVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff
Ggg Hhh Iij Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy
Zzz Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iij Omnes sunt ternio-
nes præter Iij, quæ sola est quaternionis nota.

EXCVSVM BASILEÆ IN OFFICINA FROBENIANA
PER HIERONYMVM FROBENIVM ET
NICOLAVM EPISCOPIVM
ANNO. M. D. XLI.



